

HENRICI DE COCCEJI
SACRÆ REGIÆ MAJESTATI BORUSSICÆ QUONDAM A CONSILIIS SECRETIORIBUS

GROTIUS ILLUSTRATUS

SEU

COMMENTARII

AD

HUGONIS GROTII

DE

JURE BELLI ET PACIS

LIBROS TRES

IN QUIBUS

JUS NATURÆ & GENTIUM, item JURIS PUBLICI præcipua

EXPLICANTUR.

ADDUNTUR ANNOTATA AUTHORIS

EX POSTREMA EJUS ANTE OBITUM

CURA


IN COMMENTARIO ID PRÆCIPUE AGITUR, UT GROTIUS EX IPSO GROTIO ILLUSTRETUR, DEFECTUS CIRCA PRINCIPIA GROTIANA NOTENTUR; ET VERA JURIS NATURÆ PRINCIPIA, INPRIMIS QUATENUS AD INTERPRETATIONEM JURIS ROMANI PERTINENT, PROPONUNTUR.

ACCEDUNT

OBSERVATIONES

S. d. C. H. F.

TOMUS II.


WRATISLAVIÆ,
SUMTIBUS IOANNIS IACOBI KORN, BIBLIOPOL.
Anno 1746.

ERRATA ET EMENDANDA QUÆDAM.

Pag. 28. in not. lio. t. pro *fit*, lege *nascitur*.
ibid. lit. s. lin. 4. pro *cujus*, lege *jus*.
pag. 45. post lit. a. inferatur: *) (Grot.) (NATURALITER TRADITIONEM NON REQUIRI:) Non sane. *vid. Leg. Wisigoth. lib. V. tit. II. c. 6. Tum videtur vera esse traditio quando jam apud illum scriptura donationis habetur?* Et apud veteres res mancipi alienabantur per æs & liberam. *Vid. Varron. l. IV. de lingua lat. Festum Pompejum in voce Rhodus. Ulpianum Instit. tit. XIX. Boethium ad Topica Ciceronis.*
ibid. lit. d. lin. pen. post *causa*, adde *possessionis*.
pag. 48. princ. lin. 10. pro *quadriga*, lege *quadriga*.
pag. 59. lit. o. in addit. lin. 15. pro *non JCtus qui priorem speciem civitatis spectet*, lege *at ICtum respicere ad priorem speciem civitatis*.
pag. 60. lit. w. lin. 8. dele *nec alia hujusmodi permulta*.
pag. 65. col. 2. lin. 10. pro *suo*, lege *sui*.
pag. 69. col. 2. lit. ll. lin. 8. pro *Warmia*, lege *Gnesensem*.
pag. 75. lit. a. pro *quod*, lege *ut*.
pag. 78. pr. lin. 19. dele *facultatem agendi quicquid lubet*.
pag. 81. lit. n. in fino, pro *planissimis*, lege *simplicissimis*.
pag. 84. lit. mm. fere in fine, pro *conditione*, lege *condictione*.
pag. 92. lit. b. lin. 3. pro *ipse*, lege *Emtor*.
pag. 93. lit. n. lin. 6. post *quo*, adde *omnis*.
pag. 98. prop. V. lin. 1. pro *quo*, lege *qua*.
ibid. prop. VI. lin. 4. pro *pactis*, lege *factis*.
pag. 121. addit. lin. 18. post *occupavit*, adde *consistere*.
pag. 127. col. 1. lin. 18. post *apud*, adde *Livium*.
pag. 136. lit. e. lin. 12. pro *causa ob quam* 100, *promittuntur*; lege *promissio*.
pag. 141. lin. retro a fine 8. pro *auctus*, lege *aucta*.
pag. 153. lit. d. lin. 3. pro *revocabilis*, lege *irrevocabilis*.
pag. 156. lit. d. lin. 7. pro *factum promissum*, lege *rem promissam*.
ibid. prop. V. lin. 4. pro *tetur*, lege *tenetur*.
pag. 168. lit. r. lin. 4 pro *dispositione*, lege *expositione*.
ibid. lit. x, lin. 1. pro *rs*, lege *pretio*.
pag. 171. lit. s. lin. 1. dele *aut rem*.
pag. 179. lit. d. lin. 3. pro *emtum*, lege *contractum*.
pag. 182. lit. a. lin. 16. pro *magis*, lege *majus*.
pag. 183. lit. r, lin. 2. pro *adeoque*, lege *ita ut non*.
ibid. lin. 3. pro *tenentur*, lege *teneantur*.
pag. 196. post lit. f. adde: (Grot.) (DE COMPACTO ID AGUNT:) Lex, *aqua & prudens est C. de Monopoliis*, & locus notabilis apud Lysiam adversos frumenti venditores, qui pretium falsis rumoribus intendebant. Adde *Cassiod. IX. 5. & Cap. Quicunque c. XIV. q. 4.*
pag. 201. lit. f. lin. 7. pro *esse*, lege *est*.
pag. 206. lit. l. lin. 10. pro *adeoque ubi*, lege *hoc casu*.
pag. 210. lit. a. lio. 1. pro *a)* lege *a)* (*Grot.*)

ibid. lin. 2. post VOCANT:) adde, Id damnum in se suscipere dixit Suetonius Claudio. Sic Cicero pecuniæ publicæ prædes accepit, ut populo cautum esset sine vecturæ periculo. Epist. XII, 17.

ADDITIO,

pag. 224. lit. d. dele *per testimonia jurata*.
pag. 225. lit. v. lin. 1. pro *qualem cuique*, lege *qualemcunque*.
pag. 238. lit. h. lin. antepen. pro *te*, lege *me*.
pag. 244. §. 13. lin. 4. post *illud*, adde *apud*.
pag. 246. lit. e. lin. 7. pro *nihilominus qui juravit Deo obligari stare jurejurando docuit supra §. 14.* lege *Grotius jurantem obligari Deo putat, stare juramento*.
pag. 253. lit. a. lin. 36. dele *quod jurato promissum est*.
pag. 255. lit. x. lio. 7. pro *posse*, lege *teneri*.
pag. 256. lit. ii. lin. 9. pro *adeoque*, lege *&*.
pag. 257. lit. rr. lin. 5. pro *ulterum*, lege *alterum*.
pag. 260. lit. aa. lio. 6. pro *instrumenti servare*, lege *instar juramenti servari*.
pag. 263. lit. d. lin. 5. post *adeoque*, adde *Princeps*.
pag. 265. lin. 7. post *restitueretur*, adde *sum in iis qua ad jura majestatis imminuta*.
pag. 265. lit. q. lin. 4 pro *definitionis*, lege *distinctionis*.
pag. 268. fere linea 11. a fine, dele *legibus civilibus*.
ibid. lin. 6. a fine, dele *adeoque*.
pag. 269. §. 13. lio. 7. pro *14.* lege *25*.
pag. 262. lit. v. lin. 7. post *agnoscere*, adde *debere*.
pag. 275. lit. h. lin. 4. dele *est*.
pag. 287. lit. d. lin. pen. post *parte*, adde *tenetur*.
pag. 303. lit. a. lin. 1. pro *restituenda*, lege *instituenda*.
ibid. figo.* lin. pen. post *quoque*, adde *amicitia*.
pag. 305. lit. z. lio. 3. post *cum his*, adde *jure natura*.
pag. 313. lit. dd. lin. 2. pro *exprobabant*, lege *exprobrabant*.
pag. 317. lit. a. lin. 2. pro *& statuere*, lege *non statuit, adeoque*.
pag. 326. lin. 6. a fine, post *defensionis*, adde *si*.
ibid. lin. 4. a fine, pro *posset*, lege *possunt*.
pag. 327. in fine, post *fuisse*, adde *populum*.
pag. 334. lio. 7. pro *signo*, lege *verbo*.
ibid. lin. 8. pro *signis*, lege *verbis*.
pag. 336. lit. r. lin. 4. pro *disceptetur*, lege *disceptatur*.
pag. 341. lit. d. lin. 7. pro *exercitus*, lege *exercitu*.
pag. 343. §. 8. lit. e. lin. 4. pro *constet*, lege *constat*.
ibid. lit. f. lin. 3. pro *constat*, lege *constet*.
ibid. lit. h. lin. 3. pro *constet*, lege *constat*.
pag. 345. col. 1. lin. 5. pro *indeque*, lege *si praterea in hoc negotio*.
pag. 349. lit. q. lin. 2. pro *Saguntinis*, lege *Asdrubale*.
pag. 350. deleatur nota sub lit. v.
pag. 351. lit. h. lin. 4. pro *affirmat*, lege *negat*.
pag. 359. lit. cc. lin. 9. pro *nihilo stare*, lege *nihil obstare*.

):(pag.

pag. 361. lit. lin. 7. pro *nomines*, lege *nomine*.
pag. 364. lin. 11. pro *diceamus*, lege *dicamus*.
ibid. lin. 12. pro &, lege *ut*.
pag. 368. §. 22. lin. 2. pro *ut*, lege *aut*.
ibid. §. 23. in not. lit. b. lin. 12. pro *additur*, lege *addit*.
pag. 369. §. 24. lit. b. lin. 10. pro *obversatus* lege *obversari*.
pag. 379. prop. 7. lin. 11. post *quia*, adde, *homo*.
pag. 380. prop. 10. lin. 9. post *delicta*, adde *dolosa &*
pag. 382. lit. a. lin. 4. dele. *Nisi ubi definis esse princeps*.
pag. 383. lit. g. lin. 5. pro *incertitudinem illam*, lege *vim & dolum*.
ibid, lin. 6. dele *at si vi*, & quæ sequuntur.
pag. 385. in not. ad §. VI. lin. 3. dele *hinc si plures concurrunt, omnes tenentur quorum actio est causa damni seu injuria*.
pag. 386. §. 9. lit. d. lin. 4. pro *illud jus laxius, hoc jus stricte sit dictum seu sociale vocat*. lege *Lib. 1. c. 1. §. 4. junct. §. 9.*
pag. 399. lin 2. pro συγχυεῖς, lege συγγενεῖς.
ibid pro Φενεισθεντος, lege Φενευθέντος.
ibid. pro δέδοδὰ, lege δέδοται.
pag. 433. lit. d. lin. 1. pro *Quibus Xerxes*, lege *Carthaginiensibus Darius*.
ibid. lin. 2. post *Justin:* adde *l. 19. c. 1.*
pag. 454. col. 1. lin. 19. pro &, lege *est*.
pag. 463. lit. a. lin. 8. pro *juxta mentem auctoris*, lege, *si quadam proportio attendenda esset*.
pag. 478. lit. f. lin. pen. pro *ab eodem*, lege *vel ab eodem, vel ab alio*.
pag. 484. lin. 1. post *silent*, adde *Augustino teste*.
pag. 485. lit. u. pro *magistratura qua*, lege *magistratu qui*.
ibid. lit. y. lin 9. pro *capaces*, lege *capacia*.
pag. 491. col. 2. lin. 1. pro *sublato illo*, lege *posito*.
pag. 493. lit. nn. lin. 2. pro *licebat*, lege *licuisse putat*.
pag. 496. col. 1. lin. 2. pro *Ciceroni*, lege a *Cicerone*
ibid. lin. 15. pro *verba legis*, lege *legem*.
pag. 500. lit. q. lin. 5. post *peccat*, adde *tum*.
pag. 502. lin fin. pro *qui*, lege *quod*.
ibid. pro *statuit*, lege *statuat*.
pag. 511. lit. p. lin. 8. pro *prado*, lege *depositarius*.
pag. 512 (AD §. XXI.) lin. 10. pro *delicto*, lege *de jure suo privato*.
pag. 514. pro *ex interfectione*, lege *ob interfectionem*.
pag. 519. lit. c. pro *qua duo ipse Author paulo ante §. 25. confundit*, lege *i. e. remissionem pœna*.
pag. 535. lit. z. lin. 5. pro *esse*, lege *sit*.
pag. 538. lit. x. lin. pen. pro *falsum testatur*, lege *vel ex falsis testimoniis, aut*
pag. 539. (AD §. XI.) lin. 5. post *si*, adde *gentes*.
pag. 543. lit. bb. lin. 5. Adde *l. 5. §. 2. ff. capt. & postl. Vide supra L. 1. c. 3. §. 1. lit. g.*
pag. 544 lit. ll. lin. 2. pro *superbis*, lege *super his*.
pag. 548. col. 1. lin. 13. post *non existere*, adde *alibi probavi*.
pag. 549. lit. m. lin. 5. pro *coram eo*, lege *apud eum*.
pag. 561. lit. x. lin. 6. post *leges*, adde *civitatis*.
pag. 569. lit. g. lin. 1. pro *Imo contrarium refert*, lege *Verba Tertulliani*.
ibid. lit. l. lin. 2. post *casus*, adde, *civium*.
pag. 592. lit. ee. lin. 1. pro *d. l. f. ff. legat.* lege *l. 4. ff. capt. & postl.*
ibid. col. 2. lin. antepen. pro *l. 34.* lege, *l. 4.*
pag. 595. lit. f. lin. 1. pro *quarantur*, lege *querantur*.
pag. 601. col. 1. lin. 1. pro *sint*, lege *sunt*.
ibid. lin. 3. pro *sit*, lege *est*.
pag. 614. lit. d. lin. 6. pro *debeantur*, lege *aliquando debeant*.
pag. 639. col. 1. lin. 19. pro *pramia*, lege *pramia*.
pag. 670. lit. pp. lin. 7. pro *quia remediis juris factum illud defendit jus*, lege *quia leges remediis juris factum illud defendunt*.
pag. 672. lit. n. lin. 1. pro *Tesionem*, lege *Hesionem*.
pag. 678. col. 1. lin. 5. pro *an in illo qui petitur bello plus boni sit quam mali*, lege *an per per bellum plus boni obtineri possit quam mali*.
pag. 682. lit. x. lin. 4. pro *intelligibilius*, lege *magis intelligenter*.
ibid. lit. aa. lin. antepen. pro *Chartagine*, lege *Carthagine*.
pag. 687. (AD §. 1.) lin. 18. pro *ei cui juvantur*, lege *eum qui juvatur*.
ibid. lit. b. lin. 4. dele, *ita enim disposuimus*.
pag. 684. lit. b. pro *Authores agunt*, lege *allegati Authores agunt*.
pag. 692. lit. kk. lin. 4. pro *pracedat*, lege *accedat*.
pag. 698. lit. x. lin. 5. dele *etsi subditi non sint*.
ibid lit. y. lin. 3. dele &,
pag. 699. lit. y. lin. 2. seq. deleatur integra annotatio, quæ ex incuria Typographi inserta est, & lege: „Nec hoc diffitemur: „*Subditus* enim impeditur quia omne jus „suum in principem contulit, quæ ratio in „*non subditis* cessat. Adeoque verum est impedimentum, quod *subditum* resistere prohibet, non obtinere in *non subdito:* At hic „ex alia causa impeditur quo minus se immiscere alienis litibus possit, quia scil. judex „non est inter principem extraneum ejusque „subditos, adeoque *suo jure* arma capere nequit; sed nec *jure populi* agere poterit, quia ex positione Grotii, populus jus „resistendi non habet. *Vid. lit. seq. gg.*
pag. 700. lit. d. lin. 2. pro *mercenarias*, lege *mercenaria*.
pag. 701. lit. r. pro *c. 33. t.* lege *caus. 32. qu. 1. cap. 5.*
pag. 707. col. 1. lin. 18. pro *obligatur*, lege *obligantur*.
pag. 709. lit. ii. lin. 7. post *cadem*, adde *hostium*.
pag. 711. col. 1. lin. 4. pro *sid*, lege *id*.

❧ ✱ ❧

CAPUT VIII.

De acquiſitionibus, quæ vulgo dicuntur juris gentium.

§. I.

[a] Perduxit nos ordo ad acquiſitionem quæ fit jure gentium, diſtincto a jure naturali, [b] quod jus gentium voluntarium ſupra dixi-

„(Ad §. I.) Totus in eo eſt Author, ut probet, „modos acquirendi, quos ICti juri gentium tribuunt, non oriri ex primævo jure naturæ, nedum, „ut illos ſtatuere putat, ex jure gentium voluntario: ſed vel ex jure naturæ pro certo rerum ſtatu, „vel ex jure gentium improprie ſic dicto §. *b. t.*

„Equidem facile concedimus, modos illos acquirendi non oriri ex *jure gentium voluntario*; „nam nec ICti Romani id aſſerunt: ſed negamus „cauſam illos habere a *jure naturæ pro certo rerum* „*ſtatu*, vel a *jure gentium improprie ſic dicto*: talia „enim jura non exiſtere demonſtravimus in *Diſſ.* „*proœm. I. c. fin.* & in *Diſſ. proœm. IV. §. 29.*) Sed & „in proceſſu demonſtrabimus, acquiſitionem dominii ex *jure naturæ primævo* oriri, & cum ipſo „genere humano originem cepiſſe, quæ etiam eſt „ſententia ICtorum Romanorum.

„*a*) (PERDUXIT NOS ORDO AD ACQUISITIONEM, „QUÆ FIT JURE GENTIUM, DISTINCTO A JURE „NATURALI:) Auctor enim *cap. præced.* §. 1. dixit, „acquiſitionem derivativam, quæ lege fit, fieri „aut *lege naturæ*, aut *lege gentium voluntaria*: de „*illa* egit *capite præcedente*; de *hac* hic agit. Verum „in proceſſu videbimus, omnes acquirendi modos „hoc capite recenſitos ſequi ex ipſa lege naturæ.

„*b*) (QUOD JUS GENTIUM VOLUNTARIUM SUPRA DIXIMUS:) Et quale non exſiſtere notavimus „*Lib. 1. c. 1. §. 14.* Conf. *Diſſ. proœm. IV. §. 29.*

ximus. [c] Talis eſt ea quæ fit belli jure; [d] ſed de hac re rectius infra agemus, ubi belli effectus explicabuntur. [e] Romani Juriſconſulti ubi de acquirendo rerum dominium agunt, [f] complures ejus acquirendi recenſent modos, quos juris gentium vocant; ſed ſi quis recte advertat, [g] inveniet eos omnes, [h] excepto belli jure, non pertinere ad jus gentium illud de quo agimus: [i] ſed aut referendos ad jus naturæ, non quidem merum, ſed quod ſequatur introductum jam dominium, [k] & legem omnem civilem antecedat; [l] aut

c) (TALIS EST EA QUÆ FIT BELLI JURE:) Auctor in hoc §. tria erronea ſupponit: (1) bella eſſe juris gentium ſecundarii: (2) aliud eſſe jus naturæ merum, aliud quod ſequitur introductum dominium: (3) ad poſterius pertinere jus occupandi res nullius. Quod enim ad *primum* attinet, ſupra jam demonſtravimus, bella eſſe ex ipſo jure naturæ, (quod jus gentium primævum vocant,) & conſiſtere in legitima facultate defendendi jura a Creatore nobis conceſſa. *Alterum* itidem jam ſupra refutavimus: nec dari jus aliquod naturæ, quod initium cepit poſt introductum dominium, diximus. Dominia pertinent ad jus naturæ ſimpliciter, quia conſiſtunt in legitima facultate acquirendi, & de acquiſitis diſponendi. Unde jam refellitur *tertium* ſuppoſitum: nam facultas occupandi res nullius ſequitur ex jure naturæ, quod ante dominium introductum obtinuit: illa enim facultas ex momento, quo humanum genus ortum eſt, competit, & vi hujus facultatis jure naturæ conceſſæ occupamus res nullius, id eſt dominium acquirimus: jus naturæ igitur, ſeu permiſſio occupandi res nullius, præcedit, occupatio ſeu actuale dominium ſequitur.

ADDITIO.

„Grotius nullibi bella refert ad jus gentium vo-„luntarium, ſed ea ratione naturali licita eſſe pro-„bavit *l. 1. c. 2. §. 1 ſeq.* Dominium autem jure na-„turæ non acquiri in res captas putat, ſi bellum „injuſtum eſt, id enim jure gentium voluntario de-„inum conſtitutum eſſe fingit, ut, ſi bellum jure „gentium publicum & ſolenne eſt, dominium „acquiratur externum, quod ſyſtema late explica-„vimus in *Diſſ. prooem. IV. §. 14. & 20.* & *Diſſ.* „*IX. §. 63. ſeq.* & refutavimus in *dict. Diſſ. IX. §. 168.* „ex ea præcipue ratione, quod jus gentium volun-„tarium non exiſtat, per ea quæ diximus in *Diſſ.* „*prooem. IV. §. 29. ſeq.*

„d) (SED DE HAC RE RECTIUS INFRA AGE-„MUS:) *Lib. 3. c. 1. §. 2.* Interim vide *dict. Diſſ.* „*prooem. IV. & IX.*

„e) (ROMANI ICTI UBI DE ACQUIRENDO RE-„RUM DOMINIO AGUNT:) Uti in *Digeſtis Lib. 40.* „*tit. 1.* & in *Inſtitutionibus tit. de rer. diviſ.*

„f) (COMPLURES EJUS ACQUIRENDI RECEN-„SENT MODOS, QUOS JURIS GENTIUM VOCANT) „Ita enim Cajus ait, *quarundam rerum dominium* „*nanciſcimur jure gentium. L. 1. pr. ff. de acquir.* „*rer. domin.*

„g) (INVENIET EOS OMNES NON PERTINERE „AD JUS GENTIUM ILLUD, DE QUO AGIMUS:) „Nimirum ad jus gentium voluntarium; quod „omnino verum eſt: quia ICti tale jus ignorant, „& quia revera non exiſtit. Vid. *l. 1. cap. 1. §. 14.*

„h) (EXCEPTO BELLI JURE:) Intelligit autem „*bellum publicum ſolemne*: hujus enim jura ex gen-„tium voluntario jure deducit (in *bellis* enim *minus* „*ſolemnibus* jura naturæ obtinere putat. *Vid. Diſſ.* „*prooem. IX* §. 70.) Nos alibi demonſtravimus, non „dari bellum publicum jure gentium ſolenne; nec „in bello alia jura obtinere, quam quæ ratio natura-„lis dictat; & denique pleraque jura belli, quæ „Auctor juri gentium tribuit, vel plane non eſſe „jura belli, vel ex ipſo jure naturæ ſequi. *Ibid. §. 168.*

„i) (SED AUT REFERENDOS AD JUS NATURÆ, „NON QUIDEM MERUM, SED QUOD SEQUATUR „INTRODUCTUM JAM DOMINIUM:) Auctor hoc „jus naturale vocat jus naturæ pro certo rerum ſta-„tu *l. 1. c. 1. §. 10. n. 7.* Eoque refert occupationem „rerum, quæ nullius ſunt: vid. *§. ſeq.* Nam ſecun-„dum principia Authoris res terræ natura commu-„nes ſunt; homines autem ab illa communione re-„ceſſiſſe fingit. *l. 2. c. 2. §. 2. n. fin.* Conf. *Diſſ.* „*prooem. VI. cap. 1.* & *cap. 2.* indeque voluntate „humana demum dominia introducta eſſe ait, *l. 1.* „*c. 1. §. 10. n. 4.* Atque in hoc rerum ſtatu juris na-„turalis eſſe aſſerit, ut quod quisque occuparet, ſu-„um faceret: *h. §.* & *l. 2. c. 3. §. 1.*

„Nos jus naturæ pro certo rerum ſtatu non da-„ri diximus. vid. *Diſſert. prooem. 1. c. fin.* Sed & „demonſtravimus, non dari rerum communionem, „vid. *Diſſ. prooem. VI. §. 68.* & fabulam eſſe, quæ „de receſſu ab illa communione finguntur: *d. l. 2.* „*c. 2. §. 2.* Sane dominia, (id eſt jus occupandi res „terræ, ac iis utendi) non ex voluntate humana, „id eſt conſenſu tacito primorum hominum, intro-„ducta ſunt, ſed cum ipſo genere humano initium „cepere. *L. 1. pr. ff. de acquir. rer. domin.*

„k) (ET LEGEM OMNEM CIVILEM ANTECEDAT:) „Senſus eſt, modos quosdam acquirendi non quidem „immediate eſſe a natura (quia ſupponit intro-„ductum voluntate humana dominium) at nec ju-„ri civili tribui debere, ſed eos introducto dominio „ex ipſa natura dominii ſequi, eoque legem civi-„lem antecedere. Unde Author concludit, quod „quis occupando rem ſibi acquirat, id non eſſe a „natura primæva, quia in ſtatu naturæ omnia fue-„re communia, & dominia incognita: Poſtquam „vero communi pacto, ſed tacito, inter gentes pla-cuit,

[l] aut ad ipsam legem civilem, non solius populi Romani, sed multarum circa nationum: credo [m] quia talis legis sive moris origo Græcis venerat, [n] quorum instituta, ut Halicarnassensis & alii notant, Italiæ ac vicini populi sequebantur.

2. [o] Hoc autem non est jus illud gentium proprie dictum; [p] neque enim pertinet ad mutuam gentium inter se societatem, [q] sed ad cujusque populi tranquillitatem [r] unde & ab uno populo aliis inconsultis mutari potuit: [s] imo & hoc evenire, ut aliis locis atque temporibus longe alius mos communis, acproinde jus gentium improprie dictum introduceretur, [t] quod & revera factum videmus ex quo Germanicæ nationes Europam ferme omnem invaserunt. [u] sicut enim olim jura Græca, [v] ita tunc Germanica instituta passim recepta sunt, & nunc etiam vigent. Primus acquirendi modus qui juris gentium a Romanis dicitur, [w] est occupatio eorum quæ nullius sunt

„cuit, ut quod quisque occupasset, sibi proprium „fieceret, in hoc rerum statu naturale esse ait, ut „extra omnem legem civilem unicuique domini„um acquiratur rei, quam occupat. At omnia „hæc gratis dicuntur: jus naturæ pro certo rerum „statu non dari sæpius dictum est, & rationibus „naturæ probavimus in *Diss. prooem. 1. cap. fin.* „Sane dominia, quæ acquiruntur per occupationem „originariam, ad id jus naturæ referuntur, quod „cum ipso humano genere originem cepit. *L. 1. ff.* „*de acquir. rer. domin.*

l) (Grot.) (AUT AD IPSAM LEGEM CIVILEM, NON SOLIUS POPULI ROMANI, SED MULTARUM CIRCA NATIONEM:) Qualis consensus gentium, incertis ex causis, etiam in aliis moribus ad jus nihil facientibus notatur a *Plinio*: ut hominem non cremari priusquam genito dente, VII, 16. ut Jonum literis uterentur, VII, 75. uti tonsoribus, VII, 59. in horarum observatione, VII, 60. genibus tribuere quandam religionem, XI, 45. fulgetra popismis adorare, XXVIII, 2.

ADDITIO.

„Hoc *jus gentium* Author vocat *arctius l. 1. c.* „*1. §. 14.* atque id sæpius cum *jure gentium proprie* „*sic dicto* confundi, inprimis a ICtis, dixit in *pro-* „*leg. §. 53.* (de jure hoc gentium arctiori vide *Diss.* „*prooem. IV. §. 24. seq.*) At negamus ullum acqui„rendi modum, quem ICti juri gentium tribuunt, „ad jus gentium arctius, quale non existit, referri posse.

„*m*) (QUIA TALIS LEGIS SIVE MORIS ORIGO „A GRÆCIS VENERAT:) Adeoque gentes non tan„quam ex condicto, sed vel aliorum imitatione, „vel fortuito talem legem vel morem recepisse pu„tat. Vid. *proleg. §. 53.*

„*n*) (QUORUM INSTITUTA, UT HALICARNAS„SENSIS ET ALII NOTANT, ITALIÆ AC VICINI „POPULI SEQUEBANTUR:) Quia pleræque vicinæ „civitates coloniæ erant Græcorum. *Gron. h.*

„*o*) (HOC AUTEM NON EST JUS ILLUD GEN„TIUM PROPRIE DICTUM:) Differentiam juris gen„tium proprie & improprie sic dicti, seu arctioris, „ex hypothesi Auctoris, explicavimus in *Diss.* „*proœm. IV. §. 24. seq.* simulque probavimus, „utrumque merum figmentum esse. *Ibid. §. 29 seq.*

„*p*) (NEQUE ENIM PERTINET AD MUTUAM „GENTIUM INTER SE SOCIETATEM:) Tunc enim „demum verum jus gentium esse putat, si jus il„lud respicit utilitatem non cœtuum singulorum, „sed magnæ illius societatis. Vid. *proleg. §. 17.*

„*q*) (SED AD CUJUSQUE POPULI TRANQUILLI„TATEM:) Adeoque ad utilitatem cœtuum singu„lorum, *proleg. §. 17.* nam ideo id vocat jus gen„tium arctius *l. 1. c. 1. §. 14.* Conf. *proleg. §. 53.*

„*r*) (UNDE ET AB UNO POPULO ALIIS INCON„SULTIS MUTARI POTUIT:) Quia ex hypothesi „Authoris vim pacti inter gentes non habet. Sed „est jus civile plurium gentium distributum, quod „a singulis tolli potest. *L. 2. c. 3. §. 5.* Si autem „verum jus gentium esset, mutari non posset. „Vid. *Diss. proœm. IV. §. 26.*

„*s*) (IMMO ET HOC EVENIRE, UT ALIIS LO„CIS ATQUE TEMPORIBUS LONGE ALIUS MOS COM„MUNIS, AC PROINDE JUS GENTIUM IMPROPRIE „DICTUM INTRODUCERETUR:) Exempla proponit „in §. 8. & §. 13.

„*t*) (QUOD ET REVERA FACTUM VIDEMUS, „EX QUO GERMANICÆ NATIONES EUROPAM FER„ME OMNEM INVASERUNT:) Quia ea jura, quæ „jus gentium arctius ante hanc invasionem consti„tuebant, secuta invasione putat talia esse desiisse.

„*u*) (SICUT ENIM OLIM JURA GRÆCA:) Ea „enim Italiæ ac vicinos populos ultro secutos esse, „notavit *n. 1. in fin.*

„*v*) (ITA TUNC GERMANICA INSTITUTA PAS„SIM RECEPTA SUNT, ET NUNC ETIAM VIGENT:) „Ita enim jus feudale, solis Longobardis proprium, „apud plerasque Europæ gentes obtinet, sed inter „singulas tamquam jus civile.

„*w*) (EST OCCUPATIO EORUM, QUÆ NULLIUS „SUNT:) De hac occupatione ita disserit Cajus,

ſunt: [x] qui modus haud dubie eſt naturalis, [y] eo quo dixi ſenſu, introducto jam dominio, [z] & quamdiu aliud lex nulla conſtituit. Nam & dominium a lege civili effici poteſt.

§. II.

[a] Ad hoc caput refertur primum captura ferarum, avium, piſcium. [b] Sed hæc omnia quamdiu nullius dicenda ſint, quæſtione non carent. Nerva

„*quod enim nullius eſt, naturali ratione occupanti* „*conceditur.* *L. 3. ff. de acquir. ver. domin.*

„*x*) (QUI MODUS HAUD DUBIE EST NATURA„LIS:) Quod late probavimus ſupra *l. 2. c. 2.* „*§. 1. & 2.*

„*y*) (EO, QUO DIXI, SENSU, INTRODUCTO JAM „DOMINIO:) Id eſt poſtquam inter omnes tacite „convenit, ut quod quiſque occupaſſet proprium „haberet. *dict. c. 2. §. 2. n. 5.* & *§. 3. n. 3.* quod „refutavimus *ibidem.*

z) (ET QUAMDIU ALIUD LEX NULLA CONSTITUIT:) Prohibendo nimirum, ne res quæ naturali jure per occupationem noſtræ fieri poſſunt occupentur. Legem enim civilem poſſe dominium naturaliter acquirendum vi ſua antevertere, paſſim inculcat Author. Vid. infra *§. 5.* & *§. 21.* Add. *l. 1. c. 1. §. 10. n. 4.* & *c. 2. §. 1. n. 5.* Imo & dominium a lege civili effici poſſe §. h. & infra *§. 5.* Ita enim legatum ipſo jure tranſit in legatarium: uſucapione & præſcriptione longi temporis acquirimus dominium ex mera lege civili &c.

a) (AD HOC CAPUT REFERTUR PRIMUM CAPTURA FERARUM, AVIUM, PISCIUM:) Jure naturæ jus capiendi feras non eſt cujuſque privati, quia occupato territorio feræ ſub generali occupatione jam continentur, adeoque res illæ vel privatæ ſunt, ſi in ſingulos ſunt diſtributæ, vel publicæ, ſi non ſunt diſtributæ. Vid. *L. 2. c. 3. §. 4. & 5.*

ADDITIO.

„Immo feræ, aves, & piſces occupato territorio „non ſimul cenſentur occupati, ſed manent nullius: „Nam occupata dicitur res, quæ in noſtra poteſtate „eſt & cuſtodia, at feræ occupato ſundo non ſunt „in noſtra cuſtodia: Sane ICti Romani eas res „ita nullius dixere, ut naturali ratione a quocun„que capi poſſint. *L. 3. pr. & §. 1. ff. de acquir.* „*rer. domin. §. 12. Inſt. de rer. diviſ.* Vide ſupra „*L. 2. c. 2. §. 4. & 5.* Ex hac ratione recte Julia„nus in *L. 26. ff. de uſur.* negat, venationem eſſe „fructum fundi; quia feræ ſunt res nullius. Equi„dem Celſus in *L. 9. §. 5. ff. de uſufr.* aperte „ait, venationum quoque uſum pertinere ad fru„ctuarium, quod confirmat Triphonius in *L. 62.* „*ff. eod.* Sed hic rationem addit, *quia aprum aut* „*cervum proprium domini non capit.* Adeoque „capta fera ad eum non pertinet jure fructus, ſed „quia rem nullius occupat: qua ratione antinomia, „quæ hactenus inextricabilis viſa fuit, facillima ra„tione tollitur.

b) (SED HÆC OMNIA QUAMDIU NULLIUS DICENDA SINT, QUÆSTIONE NON CARENT:) JCti Romani accurate id determinarunt: ſcilicet quamdiu in noſtra poteſtate ac cuſtodia ſunt, adeoque quamdiu & facultatem naturalem, & animum rem tenendi habemus. Vid *L. 3. §. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.* Unde male Auctor increpat JCtos Romanos, de quo ut plene conſtet, naturam poſſeſſionis, quam is cognitam non habuit, ex principiis juris gentium paucis explicabimus.

PROPOSITIO. I.

Natura quoque differunt dominium & poſſeſſio.

DEMONSTRATIO.

Dominium enim eſt facultas moralis, ſeu legitima diſponendi de re noſtra: *poſſeſſio* autem conſiſtit in facultate naturali & animo rem tenendi.

ADDITIO.

Veram differentiam inter poſſeſſionem & dominium demonſtravimus in *Diſſ. proœm. XII. §. 595.*

PROPOSITIO II.

Poſſeſſio eſt naturalis facultas rem tenendi cum animo ſibi habendi.

DEMONSTRATIO.

Poſſidere enim nihil aliud eſt, quam *poſſe ſedere:* ſcilicet ſpecie præcipua accepta pro omni tenendi modo; ille enim omnium maxime rem tenet, qui rei inſidet. Adeoque poſſeſſio naturaliter in facultate illa tenendi, & ſic in mero facto detentionis conſiſtit: modo animus tenendi adſit, utpote qui eſt anima poſſeſſionis; quia eo remoto lapides & feræ quoque poſſiderent, utpote quæ facultatem quidem rei inſiſtendi habent, at animo carent: Imo et hoſpites, qui in domo noſtra ſunt, poſſiderent. Atque hinc conſtat ratio, cur feræ in ſylvis & piſces in vivariis non poſſideantur, quia animus poſſidendi ibi ceſſat, uti mox videbimus. Unde & is qui rem poſſidet non omnia poſſidet quæ in re ſunt, ſi non ſit animus ea tenendi. Occupatione igitur poſſeſſionis non plus acquirit poſſeſſor quam voluit & potuit.

PROPOSITIO III.

Tenere rem inſtrumentis, id eſt per alios quoque poſſidere poſſumus.

DEMONSTRATIO.

Non enim manu noſtra ſaltem tenemus, ſed & per inſtrumenta, & tunc cauſa actionis non eſt inſtrumentum, ſed is, qui per inſtrumentum agit, indeque omne jus actionis pertinet ad agentem, non vero ad inſtrumentum; uti ſi miſſo lapide quis alium occidit, cauſa cædis non eſt lapis, ſed mittens

[c] Nerva filius pisces qui in piscina sunt possideri a nobis ait, *L. possideri 3 §. item feras 14 D. de acq. poss.*
[d] non

tens: alibi autem diximus, hominem quinque tale instrumentum esse, & pro alio agere posse utriusque consensu: vid. *supr. l. 1. c. 5.* quilibet enim in suas actiones jus habet; adeoque talem quoque legem actioni suæ dicere potest, quod velit tenere nomine alieno, & tum is non possidet, sed alius ejus nomine. Vid. *L. 18. ff. de acquir. possess.* Conf. supra *L. 2. c. 5. §. 1. propos. 1.* & infra *§. 6.*

PROPOSITIO IV.

Possessio igitur, quæ in mera facultate naturali tenendi, adeoque in facto consistit, ad nullam juris speciem referri potest.

DEMONSTRATIO.

Ad essentiam enim possessionis sufficit, ut possidens & facultatem habeat rem tenendi & animum; etsi omni titulo destituatur: non enim quæritur an juste teneat, sed an teneat.

Hinc apparet, frustraneam esse quæstionem, quæ a JCtis nostris moveri solet, an possessio sit species juris in re, an juris ad rem? quam late exposui in *Diss. de cumulat. pet. & possess. §. 7. & seq.* & in *Diss. de jure ejus, quod facti est §.*

ADDITIO.

„Materiam possessionis, & quatenus naturali „[illegible]ne jus aliquod ex solo facto possessionis possessori acquiratur, explicavi in *Differt. proœm.* „XII. §. 597. simulque probavi, jus quod ex possessione acquiritur, oriri ex obligatione personæ, „ex variis nimirum causarum figuris. *ibid. §. 602.*

PROPOSITIO V.

Possessio hæc etiam naturæ jure tamdiu defendi potest, donec de jure causa cognita statuatur.

DEMONSTRATIO.

Equidem ex æquitate naturali sequi videtur, possessionem nudam, v. g. prædonis, cum juris non sit, jure defendi non posse: & pugnare videtur, jure defendi quod justum non est, quin quod ne justum quidem esse contenditur; quippe cum qui in possessorio agit tantum contendat se possidere, non se jus habere: Naturali vero rationi non videtur convenire, ut alius, quam qui jus habet, jure obtineat. Verum cum nemo propria auctoritate sibi jus dicere possit, necessario sequitur, neminem alii possessionem vi eripere posse, inprimis cum naturali quoque ratione res in statu suo præsenti manere debeat, donec alius status probetur. Et hoc ipsum est, quod legibus Romanis dicitur *possessionem plurimum ex jure mutuari. L. 49. pr. ff. de acquir. possess.* ut scilicet instar juris defendatur, donec de jure, causa cognita, appareat. Vid. *Diss. de cumul. petit. & possess. §. 12.*

PROPOSITIO VI.

Perit possessio, si vel animus tenendi cessat, vel facultas tenendi in perpetuum ablata apparet.

DEMONSTRATIO.

Perit ergo possessio I. cessante ANIMO, in quo consistit anima possessionis: adeoque si quis derelinquit rem, vel si non animo sibi habendi tenet, non est possessio: II. Si FACULTAS NATURALIS deficit, nam si non potest rei insidere, tota ratio possessionis cessat.

PROPOSITIO VII.

Facultas autem naturalis desinere in vita civili videtur, si perpetuum est impedimentum, non si adhuc dubium sit; uti si inundatur fundus, vel alius clam tenet.

DEMONSTRATIO.

Requiritur igitur ad id ut possessio pereat, *impedimentum perpetuum*, atque hinc absentes, dormientes, etsi actu non teneant, tamen possidere dicuntur, quia hoc impedimentum saltem est *temporarium*, & defectus est in ipso possidente, non aliunde. Sed & si *dubium* sit impedimentum num sit temporarium, num perpetuum, nondum desinit facultas; unde possessio feræ captæ & clausæ nondum desiit, quamdiu fera in conspectu nostro est: *§. 12. Inst. de Rer. divis.* Et is qui me absente clam intrat domum meam non tollit meam possessionem, quia non constat num cessurus sit redeunti. *L. 3. pr. ff uti possess.*

ADDITIO.

Difficilimam hanc materiam de modis amittendæ possessionis beatus parens more suo solide ex principiis juris gentium deduxit in *disput. de jure ejus, quod facti est &c. sect. IV. & V.* Conf. *Differt. proœm. XII. §. 601.*

c) (NERVA FILIUS PISCES &c.) JCti Romani distinguunt inter pisces & feras quæ in piscinis & vivariis sunt, & inter pisces ac feras quæ in rivis privatis & silvis, etsi circumseptis, continentur; illasque; non has possideri statuunt. *L. 3. §. 14 ff. de acquir possess.* Improbat hanc distinctionem Auctor, & putat utroque casu pisces & feras esse in nostra potestate, & non nisi modo custodiendi differre: Verum dictum jam est, priori casu animum tenendi adesse, non posteriori casu, adeoque hic animum possessionis deficere.

ADDITIO.

„Auctor non perpendit vim vocum, & quid „JCti per *piscinas* & *stagna*, item per *vivaria* & „*silvas circumseptas* intellexerint: *Piscina* enim „& *vivaria* sunt loca eo animo eaque intentione „munita, ut pisces & feræ in nostra potestate sint, „ne in infinitum vagari possint: unde in numerato „haberi solent feræ in vivariis *L. 62. D. de usufr.* „Hinc cum feræ hæ occupatæ, eoque in nostro „dominio sint, non cedunt usufructuario, cui fundi „usus concessus est, *d. l. 62.* quia venando ipsa „substantia consumeretur: Aliud est in *stagnis* & „*silvis*, etsi *circumseptis*: hæc enim loca non eo „animo habentur, ut pisces & feræ sint in nostra „potestate; adeoque hi pisces aut hæ feræ occupatæ dici non possunt, cum in naturali libertate „sint, ac in infinitum vagentur; neque enim sepes „illæ vivarium efficiunt, quia plane alia intentione „id fit, nimirum ne pro lubitu homines transeant, „& feras fugent, vel ut furta lignorum impediantur: non ergo ut feræ asserventur, tunc enim es-

[d] non qui in ſtagno; & feras quæ in vivario ſunt incluſæ, non quæ in ſilvis circum ſeptis vagantur. Atqui piſces non minus [e] ſtagno privato includuntur quam piſcinæ [f] & feras non minus coërcent ſilvæ bene circum ſeptæ quam vivaria, quæ Græci vocant [g] Θηριοτροφεῖα [h] nec alio hæc differunt quam quod altera anguſtior, altera laxior cuſtodia eſt. [i] Quare noſtro ſeculo rectius contraria opinio prævaluit, ut & feræ ſilvis privatis, & piſces ſtagnis incluſi, [k] ut poſſideri, ita in dominio eſſe intelligantur.

§. III.

L. Quod enim 3. §. 1. D. de acq. rer. dom.

[a] Feras ſimul atque naturalem libertatem recipiunt, noſtras eſſe deſine-

„ſet verum vivarium: Atque hinc recte ait Tryphoninus, eum, qui in ſilva aliena venatur, non „capere cervum aut aprum domini proprium, ſed „rem nullius. *L. 62. pr. ff. de uſufr.* Conf. *Varro de* „*re ruſt. L. 3. c. 3. & c. 17.* Uſufructuarius igitur in „tali ſilva capere feras poteſt non ut fructum „fundi, ſed ut rem nullius. *L. 9. ff. d. uſufr.*

„*d*) (NON QUI IN STAGNO:) Gronovius *hic* „putat, ICtum per ſtagnum intelligere lacus, qui „publicis in vectigalibus fruendi locabantur. *Feſtus* „in *lacus Lucrinus. Serv. ad 2. Georg. v. 161.* At „verius eſt per ſtagnum intelligi aquam ſtagnantem „(eine ſtehende See) ubi piſces non aluntur, nec „capti includuntur, ſed manent in ſua libertate „naturali *d. l. 3. §. 14. A. P.*

„*e*) (STAGNO PRIVATO INCLUDUNTUR:) Piſ„ces, qui ſtagno continentur, non capti, & cu„ſtodiæ cauſſa incluſi ſunt, alias deſineret eſſe ſta„gnum, & fieret piſcina.

„*f*) (ET FERAS NON MINUS COERCENT SILVÆ „BENE CIRCUMSEPTÆ:) At circumſeptio hæc non „fit animo cuſtodiendi, tunc enim eſſet vivarium, „Germ. ein Thiergarten.

„*g*) (Θηριοτροφεῖα:) Uti locus, ubi columbæ „includuntur, Græcis περιστεροτροφεῖον vocatur: „*Varro l. 3. c. 7.*

„*h*) (NEC ALIO HÆC DIFFERUNT:) Imo non „differunt a cuſtodia vel anguſtiori vel laxiori, „ſed a facultate & animo tenendi: animo enim „tenendi & cuſtodiendi includimus piſces in piſcinis, „& feras in vivariis, non vero in ſtagnis & ſil„vis. *vid. lit. c.*

„*i*) (QUARE NOSTRO SÆCULO RECTIUS CON„TRARIA OPINIO PRÆVALUIT:) Immo Nervæ „ſententia hodieque obtinet, nititur enim hæc „differentia ratione naturali. Vid. *Tabor ad Conſt.* „*Car. art. 169. Puffendorff. de jure nat. & gent. L.* „*4. c. 6. §. 11.* Atqui furtum committit, qui ex ſta„gno piſces, & ex ſilva feras aufert. *Ord. crim.* „*art. 169.* Reſp. (1) ordinatio criminalis expreſſe lo„quitur von Weyhern und Behältniſſen, adeoque „de piſcibus, qui in poteſtate & cuſtodia noſtra ſunt, „quales non ſunt qui in ſtagnis continentur. Diſ„ſentit *Brunnemann. ad l. 3. §. 14. ff. de acquir.* „*poſſeſſ.* Reſp. 2. Alia quæſtio eſt, an hi piſces ſint „nullius, quod affirmatur: alia, an quis ad ſtagnum „alienum piſcandi cauſſa domino vel lege prohiben„te accedere poſſit, quod negatur. Vid. *L. 13. ff. de* „*injur.* Reſp. 3. Lege dominium conſtitui poſſe „ſæpius dictum eſt.

„*k*) (UT POSSIDERI, ITA IN DOMINIO ESSE „INTELLIGANTUR:) Immo nec poſſidentur, nec „in dominio ſunt, natura enim & poſſeſſionis & „dominii repugnat; non ſunt in poteſtate & cu„ſtodia noſtra, nec animum habemus tenendi.

a) (FERAS SIMUL ATQUE LIBERTATEM NATURALEM RECIPIUNT, NOSTRAS ESSE DESINERE AJUNT ROMANI ICTI:) Docent ICti Romani, feras captas deſinere eſſe noſtras, ſimul ac libertatem naturalem recipiunt, *L. 3. §. 2. ff. de acquir. rer. domin.* naturalem autem libertatem feram recipere ajunt, cum vel conſpectum noſtrum effugit, vel in conſpectu quidem eſt, ſed difficilis perſecutio. *§. 12. Inſt. de Rer. diviſ. L. 5. pr. ff. de acquir. rer. domin.* tunc enim non amplius noſtra coërcitur cuſtodia. *d. l. 3. §. 2.* Nam cum ex natura feritatis in infinitum feræ vagentur, ceſſat illico naturalis facultas eas tenendi, & ſi poſtea forte recuperentur, caſus id eſt, novaque occupatio.

Improbat hanc doctrinam Author, & ait, adeo non amitti dominium rei, amiſſa poſſeſſione, ut potius actio detur ad recuperandam poſſeſſionem, ſive ab alio ſive ab ipſa fera nobis ereptam: ſed frivola maxime hæc eſt cenſura: Nam probavimus, dominia rerum deſinere, ſi omnis facultas rem tenendi perit, neque enim dominium ſeu facultas de re diſponendi concipi poteſt, ubi res non eſt in noſtra poteſtate: hinc per rerum naturam actio nulla ei dari poteſt cui fera aufugit, non contra feram ipſam, quia jurium incapax eſt, & quis erit judex feræ fugitivæ? non contra tertium feram illam occupantem, occupavit enim rem nullius, feram quæ recipit priſtinam libertatem, & quæ non amplius coërcetur noſtra cuſtodia, *d. l. 3. §. 2.*

„*b*) (A

desinere ajunt Romani Jurisconsulti: atqui in rebus omnibus aliis [b] a possessione quod incipit dominium, [c] non ideo amissa possessione amittitur; [d] imo jus dat etiam ad repetendam possessionem. [e] Res autem nostras alius a nobis auferat, an ipsæ sese, ut servus fugitivus, non multum refert. [f] Quare verius est non per se amitti dominium, eo quod feræ custodiam evaserint, sed ex probabili conjectura, [g] quod ob difficillimam persecutionem eas pro derelictis habere credamur [h] præsertim cum internosci quæ nostræ fuerint ab aliis non possint. [i] Sed hæc conjectura per alias conjecturas elidi potest, ut si addita sunt feræ [k] γνωρίσματα, sive [l] crepundia, [m] qualia scimus habuisse

L. Pomponius 13. D. de acq. poss.

„b) (A POSSESSIONE QUOD INCIPIT DOMINIUM:) Natura omne dominium incipit a possessione, adeoque non acquiritur, nisi res in potestate nostra corporali sit. Et hoc est, quod Nerva ait, dominium rerum ex naturali possessione cœpisse. *L. 1. §. 1. ff. de acquir. possess.* Conf. *L. 20. §. fin. ff. de acquir. rer. dom.*

„c) (NON IDEO AMISSA POSSESSIONE AMITTITUR:) Ita enim cum lapides in Tiberim demersi essent naufragio, & post tempus extracti, per id tempus, quo fuerant mersi, dominium retinemus, non vero possessionem. *L. 13. pr. ff. de acquir. possess.* Resp. alia ratio est horum lapidum, alia ferarum, quæ naturalem libertatem recipiunt: priori enim casu facultas de re disponendi non cessat, quia certum est lapides extrahi posse: at fera, quæ naturalem feritatem recipit, sua natura in infinitum vagatur, indeque facultas de re illa disponendi sua natura cessat.

„d (IMMO JUS DAT ETIAM AD REPETENDAM POSSESSIONEM:) Per interdicta & remedia possessoria: At hoc concedi nequit, ubi possessio, id est naturalis facultas tenendi, tota desiit.

e) (RES AUTEM NOSTRAS ALIUS A NOBIS AUFERAT, AN IPSÆ SE SE, UT SERVUS FUGITIVUS, NON MULTUM REFERT:) Auctor putat eodem modo, uti contra servum fugitivum actio datur, ita etiam actionem dari contra feram, quæ nostræ potestati se subducit: at mala est comparatio: servi enim non sunt feræ, id est natura sua non vagantur in infinitum, adeoque non opus est, ut custodia nostra coërceantur, sed idem hic obtinet quod in mansuetis bestiis statutum est, ut scilicet maneant in nostra potestate, quamdiu spes est recuperandi. *L. 3. §. 13. ff. de acqir. possess. §. 14. & §. 15. Inst. de rer. divis.*

„f) (QUARE VERIUS EST NON PER SE AMITTI DOMINIUM, EO QUOD FERÆ CUSTODIAM EVASERINT:) Immo per se amittitur, quia facultas naturalis tenendi feram cessat; feram dico, quæ naturalem recipit libertatem, adeoque in infinitum sua natura vagatur. Atqui fera quoque recuperari potest. Resp. quamdiu in conspectu nostro est, nec difficilis persecutio manet omnino in nostro dominio. *§. 12. Inst. de Rer. divis.* at si semel recepit libertatem naturalem, id est, si extra conspectum est, res desinit esse nostra, & si ex intervallo recuperatur, id casu fieri, & novam esse occupationem, diximus.

g) (Grot.) (QUOD OB DIFFICILIMAM PERSECUTIONEM EAS PRO DERELICTIS HABERE CREDAMUR:) יאוש Hebræis id dici notavimus supra ad caput IV. §. V.

ADDITIO.

Ex conjectura nullum jus naturæ oriri, toties diximus: regula naturæ est, quod nemo suum jactare velit, adeoque si præsumtionibus certandum est, quilibet in dubio potius retinere, quam perdere voluisse præsumitur? sed & si constet, dominum feræ fugientis noluisse derelinquere, nihilominus dominium ejus desinit, quia absurdum est facultatem disponendi ei tribuere de re, quæ non est in ejus potestate naturali, & quæ sua natura in infinitum vagari solet.

„h) (PRÆSERTIM CUM INTERNOSCI, QUÆ NOSTRÆ FUERINT, AB ALIIS NON POSSINT:) Vera ratio est, quod fera, quæ custodiam nostram evasit, eujusque difficilis est persecutio, libertatem naturalem recipiat.

„i) (SED HÆC CONJECTURA PER ALIAS CONJECTURAS ELIDI POTEST:) Misera est juris naturæ facies, si conjecturis gentium controversiæ decidi debent, quid non ex illis conjecturis inferri posset?

k) (Grot.) (Γνωρίσματα:) *Donatus* ad Eunuchum IV, 6. monumenta sunt quæ Græci dicunt γνωρίσματα, seu σπάργανα (Ad vers. 15.)

l) (Grot.) (CREPUNDIA:) Usurpat hoc sensu hanc vocem apologetico *Apulejus.* (*Pag. 64. Ed. Pricæi.*

„m) (QUALIA SCIMUS HABUISSE CERVOS QUOSDAM ET ACCIPITRES, ATQUE INDE AGNITOS ET DOMINIS REDDITOS:) Hoc non est ex conjectura, quod pro derelictis non videatur habuisse, sed ex certo jure naturæ: feræ enim mansuefactæ, id est quæ eundi & redeundi consuetudinem habent, & quibus aliquando signa & simbola adduntur, ut noscantur, non desinunt esse in nostra potestate, etsi non sint in conspectu, sed tamdiu manent in nostra potestate, donec consuetudinem illam

fe cervos quosdam & accipitres, atque inde agnitos et dominis redditos. [n] Requiritur autem corporalis quædam poffeffio ad dominium adipifcendum [o] atque ideo vulneraffe non fufficit, ut recte [p] contra Trebatium placuit. Hinc proverbium, [q] Aliis leporem excitafti. Et Ovidio metamorphofeon quinto aliud eft fcire ubi fit, aliud reperire.

L. Naturalem, 5. §. 1. D. [r] De acq. rer. dom.

§. IV.

[a] Sed poffeffio illa poteft acquiri non folis manibus, fed inftrumentis; [b] ut decipulis, [c] retibus, laqueis, [d] dum duo adfint: primum, [e] ut

„illam eundi & redeundi retinent: §. 14. & §. 15. *Inft. de rer. divif.* Cum enim non foleant in infinitum vagare, certum eft, eas in vicinia effe, & diligenti inquifitione repeti poffe. *L.* 3. §. 13. *ff. de acquir. poffeff.* Si proinde vicinus feram talem manfuefactam occupat, eam vindicare dominus poteft: At fi fera talis diu abfuerit, in filvas fe receperit, & cum aliis feris vagetur, adeoque confuetudinem eundi & redeundi deferuerit, tunc definit facultas domini naturalis difponendi de re quæ in infinitum vagatur; fera illa fit nullius, & cedit occupanti. *L.* 5. § 5. *ff. de acquir. rer. domin.* Sane fruftranea foret conjectura, alterum voluiffe dominium, addendo hæc crepundia, confervare, fi conftet, omnem facultatem difponendi de re fublatam effe.

„Si proinde feræ non manfuefactæ talia crepundia addantur, fi leporem addito figno dimittas in filvam, fi avem e cavea in aërem, fi pifcem in flumen vel oceanum, non magis dominium retineri hoc facto poteft, quam fi annulum tuum fignatum in mare dejicias, quia facultas naturalis tenendi, & fic tota fubftantia dominii, perit.

n) (Grot.) (REQUIRITUR AUTEM CORPORALIS QUÆDAM POSSESSIO:) Harminopolus *lib. II. tit.* 1. *μὴ ἑτέρωσε γὰρ τὸν τρώσαντα γενέσθαι δεσπότην τῆ θηρὸς εἰ μὴ τῦτο δράξεται: non aliter enim dominus feræ fit qui vulneravit nisi ceperit.*

ADDITIO.

„De originaria acquifitione, quæ fit per occupationem, id indubium eft, fed de acquifitione dominii derivativa Author id negat; neque apprehenfionem rei ibi præcife requiri, ftatuit. Vid. *L.* 2. *c.* 6. §. 1. & infra §. 25. item *cap.* 2. §. 4. *pr.* & §. 10. *n.* 1. Quod examinavimus *ibidem*: Addimus faltem, mirum videri, dominium *rei occupatæ* acquiri fola voluntate citra apprehenfionem, *rem* autem *quæ nullius eft*, non item. Sane *confenfus domini*, qui priori cafu accedit, per fe vim transferendi dominii non habet, adeoque neque hoc cafu res in corporali noftra poteftate conftituitur:

„*o*) (ATQUE IDEO VULNERASSE NON SUFFICIT:) Nondum enim eft in noftra poteftate & cuftodia, ut fcilicet, fi velimus eam tenere poffimus, utpote cum evadere adhuc poffit: Si proinde alius præveniendo feram illam vulneratam capit, eam fuam facit. *L.* 5. §. 1. *D. de acquir. rer. domin.*

„*p*) (CONTRA TREBATIUM:) In *d. l.* 5. §. 1. Trebatii fententiam confirmavit Fridericus Imp. apud *Radevicum* in *Vit. Fridec. L.* 1. *c.* 26. idemque ftatuitur in legibus Langobardorum *L.* 6. Vid. *Gothofr. ad d. l.* 5.

q) (Grot.) (ALIIS LEPOREM EXCITASTI:) Eft apud *Petronium* (Cap. 131. *ed. Burm.*) *Ovidius* (*Art. am. III*, 661.)

ADDITIO.

„Senfum proverbii explicat *Gronov. h.*

„*r*) (ET OVIDIO ALIUD EST SCIRE UBI SIT, ALIUD REPERIRE:)

„Verba funt *Metamorph.* 5. *v.* 515. *feq.*

„*En quæfita diu tandem mihi nata reperta eft,*
„*Si reperire vocas amittere certius: aut fi,*
„*Scire ubi fit, reperire vocas.*

a) (SED POSSESSIO ILLA POTEST ACQUIRI NON SOLIS MANIBUS, SED INSTRUMENTIS:) Explicavimus id plenius §. 2. *propof.* 3. Nam inftrumentum non eft caufa actionis

b) (UT DECIPULIS:) Aut foveis, quibus urfi, cervi, fimilesque feræ capiuntur. *L.* 28. *pr. ff. ad leg. Aquil. Gron. h.*

„*c*) (RETIBUS, LAQUEIS) Immo etiam hominibus, fi v. g. per meos venatores capio, tunc animo mihi poffeffio acquiritur, fed corpore alterius.

„*d*) (DUM DUO ADSINT) Addunt *tertium*, ut in meo fundo inftrumenta illa ponantur, quod verum non effe apparet ex *L.* 3. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* ibi, *utrum in fuo fundo quis capiat, an in alieno*: quia fera nullius eft, adeoque cedit occupanti. *L.* 1. §. 1. *L.* 3. *pr. ff. eod.* Atqui injuriarum tenetur is, qui venandi caufa ingreditur alterius fundum? Refp. hoc non impedit quo minus fera cedat occupanti, tanquam res nullius, *d. l.* 3. §. 1. add. *l.* 50. *ff. eod.* adeoque hactenus non eft injuria: fed injuria in eo confiftit, quod cum dominus eum ingredi prohibuerit, uti prohibere poteft, nihilominus ingreffus fit. *d. l.* 3. §. 1. arg. *d. l.* 50. *L.* 16. *ff. de ferrvit. ruft. præd. L.* 13. § *fin. ff. de injur.*

„*e*) ut

[e] ut ipsa instrumenta sint in nostra potestate [f] deinde, ut fera ita inclusa sit, ut exire inde nequeat. [g] ad quem modum definienda est quæstio de apro, qui in laqueum inciderit. *L. in laqueum, 55. D. de acq. rer. dom.*

§. V.

[a] Hæc ergo locum habebunt [b] si lex nulla civilis intervenerit: valde enim falluntur recentiores Jurisconsulti [c] qui hæc ita putant naturalia, ut mutari nequeant. [d] sunt enim naturalia non simpliciter, sed pro certo rerum statu, [e] id est, si aliter cautum non sit. Germaniæ autem populi, [f] cum principibus ac regibus bona quædam essent assignanda, unde dignitatem suam sustinerent, [g] sapienter existimarunt ab illis rebus incipiendum, [h] quæ sine damno cujusquam tribui possint, cujusmodi sunt res omnes quæ in dominium nullius pervenerunt. Quo jure usos & Ægyptios video. [i] Nam & ibi regum

Host. & alii in c. non est de decimis, Jason. cons. 119.

„e) (UT IPSA INSTRUMENTA SINT IN NOSTRA „POTESTATE:) Id est non ab aliis posita vel tensa „fuerint. *Gron. h.*

„f) (DEINDE, UT FERA ITA INCLUSA SIT, UT „EXIRE INDE NEQUEAT:) Capta enim fera nunc „intelligitur, cum certum est non amplius evasu„ram. §. 13. *Inst. de rer. divis. L. 55. ff. de acquir.* „*rer. domin.*

„g) (AD QUEM MODUM DEFINIENDA EST QUÆ„STIO DE APRO, QUI IN LAQUEUM INCIDERIT:) „Si igitur retia vel laqueum posui in quem „aper incidit, recte asseritur, aprum meum esse, „quia per mea instrumenta feram teneo; *L. 55. ff.* „*de acquir. rer. domin.* modo reluctando sese ex„tricare non potuerit. *ibid.* Proinde si alius eximat, „& feram dimittat, actio in factum contra dimit„tentem locum habet, ut præstet id quod mea „interest. *d. l.* 55.

a) (HOC ERGO:) Auctor ait, venationes jure Romano cessisse privatis, jure Germanico vero principibus concessas esse. Equidem jure gentium secundario mos apud Græcos & Romanos invaluit, ut populus, penes quem tunc erat summa potestas, venationes sibi reservaret, etsi sub occupatione universali comprehensæ jam essent: & hinc etiam apud Romanos juri gentium id tribuitur, cum jure naturæ ad populum occupantem pertinerent.

ADDITIO.

„Jus venandi, id est jus occupandi feras, natu„rali jure cuique competit, etiam in terris alieno „imperio, quin alieno dominio, subjectis.

„Jure gentium voluntario nihil hactenus muta„tum est, quia tale jus non exsistit: At quælibet „civitas talem legem statuere potest, ne privati „venandi causa ingradi alterius fundum possint; „et tali lege posita fera quidem cedit capienti, quia „est res nullius, sed puniri potest is qui prohibente „lege venatus est, & id, quod captum est, in „pœnam quoque auferri capienti potest.

„b) (SI LEX NULLA CIVILIS INTERVENERIT:) „Occupationem enim rerum quæ nullius sunt, „esse modum acquirendi naturalem post introdu„ctum dominium, & quamdiu aliud lex nulla con„stituit, dixit supra § 1. *n.* 3.

„c) (QUI HÆC ITA PUTANT NATURALIA, „UT MUTARI NEQUEANT:) Venationes sunt juris „permissivi, ea autem jura civibus ob utilitatem „publicam lege civitatis auferri possunt.

„d) (SUNT ENIM NATURALIA NON SIMPLICI„TER, SED PRO CERTO RERUM STATU:) Scilicet „post introductum dominium, & quamdiu aliud „lex non constituit. vid. §. 1. *n.* 3. At sæpius jam „dictum est, tale jus naturæ pro certo rerum statu „non existere. Vid. *Diss. proœm. 1. cap. fin.*

„e) (ID EST, SI ALITER CAUTUM NON SIT:) „i. e. Si ante occupationem lege civili harum rerum „dominium in alios translatum non sit; quod exem„plo principum Germaniæ mox illustrat. Ea „enim, quæ juris permissivi sunt, lege civili sub„ditis prohiberi posse constat. Vid. *Diss. proœm.* „*VI.* §. 18. *n.* 3.

„f) (CUM PRINCIPIBUS AC REGIBUS BONA „QUÆDAM:) Regibus ac principibus ex naturali „ratione sumtus ad sustinenda onera reipublicæ, „& tuendam dignitatem regiam, erogandos esse „demonstratum est supra *cap.* 6. §. 11. & 12. Ro„manos ideo suis Imperatoribus assignasse res, jura, „commodaque publica quæ inter singulos distri„buta non sunt, probavimus ibidem: adeoque „non solis Germanis id proprium fuit.

g) (Grot.) (SAPIENTER EXISTIMARUNT, AB ILLIS REBUS INCIPIENDUM, QUÆ SINE DAMNO CUJUSQUAM TRIBUI POSSUNT:) Sed de vitioso usu hujus juris vide *Sarisberiensem* Polieratio. (*Lib.* 1. *c.* 4.)

„h) (QUÆ SINE DAMNO CUJUSQUAM TRIBUI „POSSINT, CUJUS MODI SUNT RES OMNES, QUÆ „IN DOMINIUM NULLIUS PERVENERUNT:) Id est, „quæ in singulos distributæ non sunt.

„i) (NAM ET IBI REGUM PROCURATOR:) „Strabo *de situ orb.* 17. *p. m.* 596. *Qui mittitur,*

Strabo XVII. novarr. Cic. pecc. catum part. 2. §. 8. gum procurator, quem ἴδιον λόγον vocabant, vindicabat res ejus generis. [k] Potuit autem lex etiam ante occupationem harum rerum dominium transferre [l] cum ad dominium producendum lex sola sufficiat.

§. VI.

Quo modo feræ, eodem acquiruntur [a] & alia ἀδέσποτα, id est, res hero carentes. Nam & hæ, [b] si naturam solam sequimur, [c] sunt invenientis & occupantis. Sic [d] *Plut. quæst. Gr. 29.* Acanthos insula deserta adjudicata est Chalcidensibus, qui priores intraverunt, non Andriis qui priores jaculum immiserant, [e] quia possessionis initum est corporis ad corpus adjunctio, qualis

„*regis ordinem gerit, sub eo justitia administrator,* „*qui maximam in judiciis potestatem habet. Item* „*alius quidam, qui propriarum rationum assertor* „*appellatur; is ea perscutatur, quæ domino carent,* „*& ad Cæsarem recidunt.* Vid. *Tesmar h.*

„*k*) (POTUIT AUTEM LEX ETIAM ANTE OCCU„PATIONEM HARUM RERUM DOMINIUM TRANS„FERRE:) Hoc est quod Author passim ait, leges „civiles posse dominium naturaliter acquirendum „vi sua antevertere, vid *indicem* voce *dominium*, „adeoque & prohibere ne privati feras occupent, „& dominium ferarum in principem transferre.

„*l*) (CUM AD DOMINIUM PRODUCENDUM LEX „SOLA SUFFICIAT:) At tunc dominium est mere „civile, id est, vere dominium translatum non est, „sed effectus saltem dominii tribuuntur lege.

a) (Grot.) (ET ALIA ἀδέσποτα:) Balenæ ejectæ regis sunt in Lusitania. *Georgius de Cabedo* decis. Lusit. parte II. dec. XLVIII.

ADDITIO.

Hæc enim adespota itidem sunt nullius, adeoque cedunt occupanti: at verum id saltem est in terris non occupatis; in occupatis enim continentur jam sub occupatione generali, adeoque pertinent ad regalia: verum cum primi status plerumque essent populares, facile singulis ex populo relictus est usus harum rerum, adeo ut etiam in terris occupatis feræ, thesauri &c. cederent occupanti, idque jure gentium secundario.

ADDITIO.

„Adespota dicuntur, quæ hero carent, i. e. quæ „in singulorum dominium distributa non sunt, ade„oque in nullius sunt patrimonio ac bonis: Has „res eodem modo acquiri, ait Grotius, uti feræ, „nimirum ut nostræ factæ videantur cum in „potestate nostra sunt: sed & in his dominium „lege anteverti posse docet, quia sub dominio ge„nerali populi jam contineri ait. Nos alibi jam „probavimus, dominium tale generale non dari, „vid. infra §. 9. & supra c. 3. §. 19. adeoque nec„populo ex occupatione generali præter imperium „jus aliquod in adespota competere: at vi hujus „imperii prohibere populus potest, ne res illæ oc„cupentur: Si igitur contra illam prohibitionem „quis occupat, capiens adespota quidem sua facit, quia „nullius sunt, at tanquam transgressor legis punitur.

„*b*) (SI NATURAM SOLAM SEQUIMUR:) Id est „si aliud legibus civilibus cautum non est *vid. lit. e.*

„*c*) (SUNT INVENIENTIS ET OCCUPANTIS:) „Quia nullius sunt, eoque cedunt occupanti."

d) (SIC ACANTHOS INSULA DESERTA ADJUDICATA EST CHALCIDENSIBUS &c.) Gravis hæc fuit controversia, late tractata apud Aerodium *Rer. judicat. tit.* 21. *c.* 1. Nimirum Andrii & Chalcidenses novarum sedium quærendarum causa patrios deseruere lares: Acanthos insula sa visui offert, duo exploratores missi, qui urbem vacuam deprehendentes cursu contendunt, Chalcidonensis primus intrat, Andrius prior jaculum immittit, quæsitum fuit, quis prior occupaverit? Tres populi electi fuere arbitri: Samii & Erithræi pro Andriis, qui jaculum immisere portæ, Parii vero pro Chalcidensibus, qui primi intrarunt urbem, pronunciarunt; adeoque numero suffragiorum non Chalcidenses vicerunt, uti putat Author, sed Andrii. *Aerod. d. l.* At decisio illa arbitrum contrariatur rationi naturali, quia occupare est in potestatem nostram redigere, ita, ut si velimus, vel ipsi vel per alios rem tenere possimus: Non ergo occupata dici potest urbs, in quam jaculum mittitur, alias in obsidione urbs statim, ac globi & jacula immittuntur, occupata dici deberet.

ADDITIO.

„Victi, irati ob iniquitatem arbitrum, juramento „sese obstrinxerunt, quod nunquam ab illis uxo„res essent petituri. Plutarch. *Quæst. Græc. 29.*

„*e*) (QUIA POSSESSIONIS INITIUM EST CORPO„RIS AD CORPUS ADJUNCTIO:) Chalcidenses non „ideo præferendi erant, quia pedibus insistebant, non „enim totam civitatem corpore suo tenere poterant; „sed quia occupando civitatis portam facultatem „acquisiverunt singulas civitatis partes tenendi, eas ingre-

qualis circa res mobiles [f] maxime fit manibus, circa res soli pedibus. [g] Scire ubi res est non est reperire, ut habemus apud Ovidium Metam. V.

§. VII.

[a] Inter ἀδέσποτα sunt & thesauri, id est, pecuniæ [b] quarum dominus L. 31. §. 1. A. R. D. L. 3. §. 3. de acq. poss.

„ingrediendi, iisque insistendi. Sane Paulus notan„ter ait, non corpore & actu necesse esse „apprehendere possessionem, sed etiam oculis & „affectu, *L.* 1. *§. penult. ff. de acquir. possess. L.* „18. *§.* 2. *ff. eod. L.* 79. *ff. de solut.* modo (α) „res vacua sit, (β) nemo alius corporalem pos„sessionem habeat, *d. l.* 79. & (γ) in mea pote„state sit rem corpore apprehendendi. *L.* 1. *§.* 1 „*& 2. ff. de acquir. possess.*

f) (MAXIME FIT MANIBUS:) Scilicet prehendendo, sed diximus id præcise necessarium non esse, quia sufficit rem in meo conspectu ita esse positam, ut possim, si velim, rem quæ a nullo corporaliter detinetur prehendere. *d. l.* 1. *& d. l.* 79.

g) (SCIRE UBI RES EST, NON EST REPERIRE:) Verba allegavimus supra *§.* 3. *in fin.*

a) (INTER ἀδέσποτα SUNT ET THESAURI:) Thesaurus est depositio pecuniæ cujus dominus ignoratur, *L.* 31. *§.* 1. *ff. de acquir. rer. domin.* a τίθεσθαι, *deponere.* Idem ergo jure naturæ hic obtinet quod in aliis adespotis, ut scilicet regi aut populo cedat; quia quidquid inter singulos distributum non est, continetur sob occupatione universali. Unde Bassus Pœnus, cum ingentem thesaurum in Africa a Didone repositum fama esset, id nuntiavit Neroni, qui petitum thesaurum misit, sed fama vana fuit. *Tacit. Annal. L.* 16. *c.* 1. *seq.*

Non tamen res dubio olim inter gentes caruit; nam apud plures gentes thesaurus cedebat inventori, quia rem nullius esse, indeque acquiri occupanti putabant, & merito: atque hanc sententiam veteres ICti Romani fovebant. *d. l.* 31. *§.* 1. Idque æquitati naturali convenire ait Justinianus in *§.* 29. *Inst. de rer. divis.* Atque hinc cum Atticus Nervæ inventum thesaurum nuntiaret, hic respondit, ut uteretur quod invenit. Zonar in *vit. Nervæ.*

Aliæ gentes domino fundi thesaurum cedere debere judicarunt, quia antecessores ejus pecuniam ibi condidisse videntur, atque id innui videtur in *L.* 67. *ff. de rei vindic. Horatius* 1. *serm.* 2. *sat.* 6. *ait*:

Ut thesauro invento, qui mercenarius,
Agrum illum ipsum mercatur, aravit,
Dives amico Hercule.

Unde apud Matthæum *c.* 13. *v.* 44. inventor emit fundum, ut haberet thesaurum. Plato oraculum consulendum esse ait *de legib. l.* 2.

Cum igitur ex his appareat, dubium valde fuisse jus gentium secundarium, Imp. Hadrianus mediam sententiam secutus, ei, qui in loco suo (sive profano, sive sacro, sive religioso) thesaurum invenit, totum tribuit; ei vero qui in ALIENO, etsi PUBLICO, dimidium, alteram dimidiam vero domino fundi. *§.* 39. *Inst. de rer, divis.* Data opera quæsitum in SACRO vel ALIENO totum cedere domino voluit. *d. §.* 39. *L. un. C. de thesaur.*

Cur vero thesaurus inter modos acquirendi juris gentium refertur, cum decisio illa Hadriani sit meri juris civilis? Resp. hæc decisio non est merum jus civile, sed jus gentium secundarium: & Hadrianus declarat saltem, quænam sententia jure gentium prævaleat: indeque inter Romanos usque valuit, non ut jus civile, sed ut jus gentium, cujus effectus est, ut etiam extranei eo jure uterentur.

ADDITIO.

„Nos dicimus, thesaurum jure naturæ etiam in ter„ris occupatis cedere inventori, non vero fisco, ne„dum domino fundi. Nam (1) thesaurus in nullius „proprietate est, nemini competit facultas naturalis „tenendi rem quæ omnibus latet, & dominum non „habet, uti est thesaurus: Unde (2) jure Digestorum „thesaurus simpliciter refertur inter res nullius, „quæ inventori cedunt, *L.* 31. *§.* 1. *ff. de acquir.* „*rer. domin.* idque æquitati naturali convenire Ha„drianus & Iustinianus ajunt. *§.* 39. *Inst. de rer. di*„*vis.* & *L. un. C. de thesaur.*

„Ut proinde appareat, declarationem illam Ha„driani, qua distinguit inter thesaurum in loco suo „& alieno inventum, & inter thesaurum in alieno „fortuito vel data opera inventum, esse mere civi„lem. Ceterum non cerebrina est illa declaratio, „nec sine justa causa a jure naturæ, quo semper in„ventori cedebat thesaurus, recessum est: Cum „enim dominus prohibere possit alios ne ingredi„antur fundum, nedum ne ingrediantur thesauri „quærendi causa, optime constituit Hadrianus, ne „is qui data opera in alieno thesaurum invenit, „ideo quod inconsulto domino terram ejus perfo„dit, totum lucretur. Si vero casu fortuito in alie„no invenisset, merito quoque rationem domini „fundi habuit, & ex æquitate lucrum hoc inter „dominum fundi & inventorem divisit. (quam„quam aniculæ decisum id videatur Indorum regi „apud Philostrat. in *vit. Apoll Thyan. l.* 2. *c.* 39.) „Si vetitis artibus quæsivisset, in pœnam lu„crum inventoris fisco tribuit. Hæ ergo sunt de„cisiones juris civilis,

„Equidem, ex quo gentes curam reipublicæ regi„bus & principibus commisere, his simul, vel ex„presse vel connivendo, lucra hæc ad sustinen„dam dignitatem tribuerunt: unde omnia ad„espota hodie ad regalia referri solent. At id non „a natura est, sed ex dispositione populorum. A„pud Langobardos thesaurum cessisse fisco ait *Cas*„*siodor,* 6. *var.* 8, Apud Lusitanos & Granatenses

minus ignoratur. [c] quod autem non apparet pro eo est quasi non
sit: quare & thesauri [d] naturaliter fiunt inventoris, id est, ejus [e] qui
loco moverit apprehenderitque. Neque tamen id obstat quo mi-
nus [f] legibus aut moribus aliud constitui possit. *Plato magistrati-
Philostr. II, 15. bus indicium fieri vult, [g] & oraculum consuli: & Apollonius the-
c. 39. Ed. Olear. saurum quasi Dei beneficium [h] ei adjudicabit qui ipsi optimus vi-
debatur. Apud Hebræos receptum [i] ut domino agri thesaurus cede-
ret, [k] videtur colligi posse ex Christi parabola, quæ exstat Matthæi XIII.
Idemque in Syria juris fuisse colligo ex historia, quæ est apud Philo-
Phil. 3. Lup. stratum libro VI. cap. XVI. Romanorum [m] Imperatorum leges valde hac
XXXIX. Ed. Ole. in parte variarunt quod partim constitutiones ostendunt, partim [n] hi-
storiæ

„idem obtinere ajunt *Cabedo p. 2. dec. 56. Lanea* „*dec. 44. n.* 37. In Germania itidem, *c. un. quæ* „*sint regal.* de moribus diversarum gentium vide „*Schilter. Exerc. ad* 45. *§. 25. seq. Groeneweg. ad* „*§.* 39. *Inst. de rer. divis.* Sixtin. *de reg. l 2. c.* 21. „*per tot.* Brunnemann. *ad l. un. C. de thesaur.* Puf- „fendorf *de jure nat. & gent. l 4. c. 6. §.* 13.

„*b*) (QUARUM DOMINUS IGNORATUR:) Nam „definitur thesaurus, quod sit vetus depositio pecu„niæ, cujus non exstat memoria; ut jam dominum „non habeat. *L.* 31. *§.* 1. *ff. de acquir. rer. domin.*

„*c*) (QUOD AUTEM NON APPARET, PRO EO „EST, QUASI NON SIT?) Paria enim sunt non „esse & non apparere: quamdiu enim non appa„ret dominus, tamdiu effectu non est, quia nemo „est qui rem suam dicat.

„*d*) (NATURALITER:) Intelligit hic jus naturæ „pro certo rerum statu. Vid. §. 1. n. 3.

„*e*) (QUI LOCO MOVERIT APPREHENDERITQUE:) „Sive locus ille sit inventori proprius, sive alienus, „sive casu invenerit, sive data opera. &c.

f) (Grot.) (LEGIBUS AUT MORIBUS:) Bybliorum lex, *quod non posuisti, ne tollas.* Probat id *Apollonius* apud Philostratum. (Lex non est *Bybliorum*, sed *stagyritarum*, referente ÆLIANO, *Var. Hist.* III, 46. *Biblii* vero idem habebant in more, IV, 1. p. 302. *Ed. Perizon.* Locus autem PHILOSTRATI idem est, qui in ora libri indicatur; ubi etiam de casu tantum singulari agitur. *J. Barb.*)

ADDITIO.

„Nam ea quæ naturalia sunt non simpliciter „sed pro certo rerum statu, mutari posse legibus „civilibus dixit supra §. 5. & § 1. Verior est ratio, „quod Princeps legem subditis dicere possit, ne „quarundam rerum dominium occupent.

„*) (PLATO:) *De legib. lib. 2.*

„*g*) (ET ORACULUM CONSULI:) Cujus eum esse „velit. *Gronov. h.* Quidquid de pecunia, & eo „qui pecuniam movit, responsum fuerit, id ipsum „oraculis Dei obtemperans facito. *Plato d. l.*

„*h*) (ET ADJUDICABAT, QUI IPSI OPTIMUS VI„DEBATUR:) Exstat hoc judicium apud Philostrat. „in *Vit. Apollon. l. 2. c. 39. edit. Olear.* supponit „enim, Deum in hac vita semper præmia tribuere „merentibus.

i) (Grot.) (UT DOMINO AGRI THESAURUS CEDERET:) Id jus etiam Romæ obtinuisse videtur Plauti tempore. Ait enim *Callicles*: (*Trinumm. I. 2. 141.*)

Qui emisset, cujus essetne ea pecunia? Deinde: (*Ibid. V, 2. 22.*)

Atque a me lege populi patrium posceret,
Emtor ædium, thesaurum.

„*k*) (VIDETUR COLLIGI POSSE EX CHRISTI „PARABOLA:) Verba hæc sunt *c. 13. v. 44. Simile* „*est regnum cælorum thesauro occultato in agro,* „*quem nactus quispiam occuluit, & præ gaudio* „*quod accipit ex eo, subducit sese, & omnia, quæ* „*habet, vendit, emitque agrum illum.*

„*l*) (EX HISTORIA QUÆ EST APUD PHILO„STRATUM:) In *Vita Apollon. Thyan. l. 6. c. 39.* „ubi privatus emebat fundum ea intentione, ut „thesaurum, quem ibi conditum sciebat, sibi ac„quireret.

m) (IMPERATORUM LEGES VALDE HOC IN PARTE VARIARUNT:) Immo jure Digestorum leges non variarunt: Paulus enim in *L. 31. §. 1. ff. de A. R. D. & l. 3. §. 3.* thesaurum tribuit inventori. Sunt qui ex *L. 67. ff. de rei vind.* inferunt, domino fundi thesaurum cedere. At id ibi non traditur; nec de eo quæstio est cui thesaurus quæratur, sed cui pecunia cedat quæ thesaurus non est, adeoque de cujus domino constat. Hoc casu Scævola merito decidit pecuniam ejus esse, cujus jam fuerat. At jure Codicis demum, positis distinctionibus, singuli casus circa acquisitionem thesauri decisi sunt. *L. un. C. de thesaur. §. 39. Inst. de rer. divis. & ibi Grœneweg. Vid. supr. lit. a.*

n) (Grot.) (HISTORIA:) Vide *Tacitum* de thesauris in Africa quos Nero spe devoraverat, Annalium XVI c. 1. vide *Philostratum* de vita Attici. (*vit. sophist.* II, 1. 2.) quem locum *Zonaras* transscripsit in Nerva.

o) (Grot.)

ſtoriæ [o] Lampridii, [p] Zonaræ, Cedreni. Germaniæ populi theſauros, [q] ut et alia ἀδέσποτα addixerunt principi: [r] atque id nunc jus commune eſt, & quaſi gentium? Nam [s] & in Germania, [t] & Gallia [u] & Anglia, [v] & Hiſpania & Dania id obſervatur. [w] Quod cur injuriæ accuſari non poſſit ſatis jam diximus.

In Nerva. *In Nicephor.* *Th. 2, 2. 66. 5. & ib. Cajet. Covar. in c. peccatum p. 3. §. 2.*

§. VIII.

[a] Veniamus ad fluvialia incrementa, de quibus complura extant [b] Juriſconſultorum veterum reſcripta, [c] recentiorum etiam integri commentarii. Quæ vero in hoc argumento ab ipſis ſunt tradita, [d] ea magnam partem omnia ſunt ex inſtituto *Bart. Tiber. Bapt.*

[e] qua-

o) (Grot.) (LAMPRIDII:) In Adriano & Severo. (c. 46. ſed vita *Hadriani*, in qua de hac re agitur, c. 38. eſt *Spartiani*, ut omnes norunt. *J. Barb.*)

„p) (ZONARÆ:) *In vita Nervæ.*

„q) (UT ET ALIA ADESPOTA:) Vid. *ſupra §. 5.*

„r) (ATQUE ID NUNC JUS COMMUNE EST, ET „QUASI GENTIUM:) Supra enim notavit *§. 1. n. 2.* „aliis locis atque temporibus longe alium morem „communem, ac proinde jus gentium improprie „dictum introduci poſſe: quod refutavimus *ibidem.*

s) (Grot.) (NAM ET IN GERMANIA:) Vide Speculum Saxonicum c. 35. *Conſtitutiones Siculas* Friderici. l. l. tit. LVIII. & CIII. (Nullus eſt tit. 103. in eo l. Lib.) Idem Gotthis mos. Rex Theudericus apud Caſſiodorum IV, 34. *Non eſt cupiditas eripere quæ nullus ſe dominus ingemiscat amiſiſſe.* Idem VI, 8 *Depoſitiones quoque pecuniæ, quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſerunt, inquiſitione tua noſtris applicentur ærariis, ut quia ſua cunctos patimur poſſidere, aliena nobis debeant libenter offerre. Sine damno ſiquidem inventa perdis, qui propria non amittit.*

ADDITIO.

„In Germania duo olim jura in genere obtinu„erunt Suevicum & Saxonicum, quæ admodum „differunt circa materiam theſauri: nam in jure „Suevico jus Romanum fere refertur: *Spec. Suevic.* „*c.* 320. at jure Saxonico theſaurus fiſco cedit. „*Spec. Sax. l. 1. art.* 35. Schilter. *Exerc. ad T.* „*45. §. 27. &* 32. Hodie norma eſſe ſolet conſti„tutio Friderici I. in *2 Feud. 56.* ubi theſaurus in„ter regalia refertur, *Heig. p. 1. qu.* 13.

„t) (ET GALLIA:) Sed & in Gallia diverſimo„de judicatum referunt *Gregor. Tholoſ. L. 3. c.* 11. „*n. 6.* & *Charond. pand. du droit Franc. L. 2. c. 10.*

„u) (ET ANGLIA:) Richardus II. armis inſe„cutus eſt nobilem ſibi ſubjectum, quod theſaurum „in proprio fundo inventum ſibi tradere nollet. „Arniſæus *de jure majeſt. L. 3. c. 6. n.* 23. Ita jure „Scotico quoque id ſtatutum eſſe in legibus baro„num, (quæ ſub rubrica *quoniam attachiamenta* &c. „allegantur, *cap. de Eſchetis 48. §. 5.*) refert Schil„ter. *d. l. §. 28.*

„v) (ET HISPANIA:) Ubi quinta tantum pars „inventori cedit per legem regiam, reliqua fiſco „cedunt, *Simon. in not. h.* Apud Luſitanos & „Granatenſes theſaurum fiſco cedere præjudiciis probavimus ſupra.

„w) (QUOD CUR INJURIÆ ACCUSARI NON „POSSIT, SATIS JAM DIXIMUS:) Quia Principibus „bona quædam aſſignanda erant, unde dignitatem „ſuam jam ſuſtinerent. Vide *ſupra §. 5.*

„a) (VENIAMUS AD FLUVIALIA INCREMEN„TA:) Intelligit acquiſitiones per *alluvionem, cruſtam, inſulam, alveum, innundationem &c.*

„b) (ICTORUM VETERUM RESCRIPTA:) In ti„tulo digeſtorum *de acquirendo rerum dominio.*

c) (Grot.) (RECENTIORUM ETIAM INTEGRI COMMENTARII:) Johannis Boreo, Antonii Marſæ, Johannis Gryphiandri, præter ea quorum nomina ſunt in margine textus.

ADDITIO.

„Authores collegit Bechtoldus in *Sylloge mate„riarum*, voce *alluvio:* præ aliis legi meretur Men„ter *de jure acquarum*, & beatus Parens in *Diſp.* „*de jure alluvionum.*

d) (EA MAGNAM PARTEM OMNIA SUNT EX INSTITUTO QUARUNDAM GENTIUM, NEUTIQUAM A NATURALI JURE:) ICti Romani referunt jus gentium ejus temporis, quod apud Græcos & Romanos in ſtatu populari obtinuit; cujus æquitas in eo conſiſtit, quod uti damnum ferre vicini tenentur, ita & commoda fluminis ipſis prodeſſe debeant. Sed & conjecturantur ICti, ripas, inſulas, & alveos eſſe vicinorum agrorum partes, quas flumen olim inundavit, adeoque reſtitui eas priſtinis dominis oportere autumant, ſi aliqua parte flumine deſtituuntur. Neutra hæc ratio naturalis eſt; non *prior*, quia damnum caſu infertur, quod dominus lege naturæ ferre tenetur, lucrum autem nemo acquirit niſi ex re ſua, qualis non eſt alluvio vel alveus: non *poſterior*, nam verum non eſt, vicinas ripas, vel alveum, vel inſulas eſſe partem mei prædii: ſed & eadem ratio eſſet in agris limitatis, neque tamen ibi jus alluvionis, alvei, vel inſulæ obtinet.

Aymus de all. jure. Conman. l. III. jur. civil. c. 5.

[e] quarundam gentium, [f] neutiquam a naturali jure; [g] quanquam ipsi sæpe sua instituta eo nomine venditant.[h] Nam plurimæ eorum definitiones hoc fundamento nituntur, quod & ripæ sint proximos fundos pos-

Naturali vero ratione incrementa fluvialia sunt principis seu populi, quia sub occupatione generali comprehenduntur, de quo supra *L. 2. c. 3. §. 29.* actum est, & infra §. 9. agetur: quod hodiequoque ita obtinet, indeque jus gentium, quod tempore Græcorum & Romanorum obtinuit, quo lucra hæc vicinis prædiis quærebantur, mutatum, & hodie jus verum naturæ reductum est.

ADDITIO.

„Author statuit incrementa fluvialia jure na„turæ cedere populo, & sub occupatione generali „comprehensa esse: vid. §. 9. at jure gentium ar„ctiori introductum esse, ut prædiis vicinis cede„rent. Vid. §. 8. Idem sentit beatus parens, nisi „quod juri gentium proprie sic dicto, non arctiori, „tribuat jus vicinorum in hæc incrementa.

„Ego cum ICtis Romanis incrementa hæc flu„vialia ex eo jure gentium oriri existimo, quod „cum humano genere initium cepit, & quod ra„tio naturalis inter omnes homines constituit. *L. 1.* „*pr.* junct. *L. 7. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.*

„Præmittendum autem ad intellectum legum „Romanarum est, agros qui ad flumen tendunt, „distributos inter singulos fuisse vel ad certum „limitem arte factum, vel ita ut flumen limitis „loco sit: priori casu agri dicebantur *limitati*, po„steriori *arcifinii* & occupatorii.

„In LIMITATIS agris certum est populum ultra „limitem nihil proprietatis assignasse possessoribus: „adeoque si aliquid vi fluminis his agris limitatis „accedit, naturali ratione incrementum illud publi„co relictum est, quia non continetur intra fines „possessoribus assignatos: cum igitur incremen„tum hoc publicum, id est nullius in bonis ac „proprietate sit, necessario cedit occupanti. *L. 16.* „*ff. de acquir. rer. domin. L. 1. §. 6. ff. de flum.*

„In agris ARCIFINIIS terminus est *flumen*, adeo„que & ripæ & alvei sub assignatione continentur, „& solus fluminis usus excipitur, quia usus flumi„nis natura publicus est.

„Hujus rei varii sunt effectus: Quoties enim (1) „flumen limitem agri constituit, regula ibi obti„net, ut ubi flumen est, ibi sit terminus: Si pro„inde flumen recedit, & per alluvionem aliquid „agro adjicit, necessario sequitur, id quod acce„dit acquiri possessori, quia intra terminos ei „assignatos hoc incrementum continetur.

„(2) Cum *usus* fluminis, id est aquæ, alvei, & „ripæ, communis sit omnium hominum, certum „est, neminem ab illo usu, quatenus naturalis est, „prohiberi posse: cuique igitur navigare & piscari, „ad ripam appellere, & casam ibi ponere, retia „exsiccare, &c. licet.

„(3) cum proprietas ripæ & alvei in agris *limitatis* „vicinis assignata sit, omnes usus, extra usum flumi„nis publicum ad vicinos pertinent. Hi igitur vicini „arbores in ripa ponere, & ædificia ibi exstruere „possunt, his cedunt ædes ab aliis ibi positæ, hi „acquirunt insulas in alveo fluminis natas &c. „Nam ex assignatione populi Romani prædiis vici„nis totum flumen pro termino datum est, adeo„que omnes fluminis partes, quæ non ad usum „publicum pertinent, vicinis propriæ sunt.

„Hinc (4) sponte sequitur, usum *fluminis*, ade„oque & *riparum* & *alvei*, publicum jure gen„tium esse, quamdiu flumen ibi est: cessante, au„tem flumine, forte per derelictionem alvei, de„finit usus ille publicus, ac jam possessor plenissi„mum dominium acquirit *ripa & alvei*, quia im„pedimentum, quo minus assignato agro uti pleno „jure potuerit, cessat

„His jam principiis positis *naturali ratione* se„quitur, in agris *arcifiniis*, (ubi ipsum flumen pro „termino vicinis prædiis assignatur,) possessoribus „agrorum acquiri quicquid eis accedit (1) per al„luvionem, (2) per crustam, (3) per insulam in „flumine natam, & (4) per derelictionem alvei; „quia omnia hæc incrementa pars fluminis sunt, „quod pro termino vicinis prædiis assignatum fuit. „E contrario autem inde sequitur, in agris *limi*„*tatis* omnia illa incrementa publico relicta, adeo„que nullius esse, eoque cedere occupanti, quia „non continentur intra fines vicinis prædiis assig„natos: quæ omnia prolixe demonstravimus, & „naturæ rationibus probavimus in *Diss. proœm.* „*XII. §. 222. seq. & §. 263. seq.*

„e) (QUARUNDAM GENTIUM:) Author igitur „acquisitiones hae non juri gentium proprie sic „dicto tribuit, sed arctiori, seu minus proprio. „Conf. *L. 2. c. 20. §. 41.* Nos sæpius diximus, jus „gentium nec proprium nec minus proprium ex„sistere.

„f) (NEUTIQUAM A NATURALI JURE:) Immo „decisiones ICtorum ex ipsa ratione naturali de„sumtas esse probavimus.

„g) (QUANQUAM IPSI SÆPE SUA INSTITUTA „EO NOMINE VENDITANT:) Sæpius id Author, „sed male, ICtis imputat, Vid. *proleg. §. 53.*

„h) (NAM PLURIMÆ EORUM DEFINITIONES „HOC FUNDAMENTO NITUNTUR, QUOD ET RI„PÆ SINT PROXIMOS FUNDOS POSSIDENTIUM:) „ICti id non promiscue statuunt, sed saltem in „agris *arcificiniis*, id est, ubi ipsum flumen pro ter„mino assignatum est; adeoque ubi ripæ & alvei „(solo usu juris gentium excepto) in proprietate „vicinorum constituti sunt: *L. 65. §. 1. l. 30. §. 1.* „*ff. de acquir. rer. domin. §. 5. Inst. & l. 5. ff. de* „*rer. divis.* junct. argum. *l. 16. ff. de acquir. rer.* „*domin. L. 1. §. 6. 7. ff. de flumin.* nam in *agris* „*limitatis*, ubi incrementa illa extra terminos assi„gnatos reperiuntur, diserte negant proprietatem „vicinorum esse, sed eam cedere occupanti. *L. 6.*

ff. de

possidentium, [i] & ipsi alvei simulatque a flumine derelicti sunt: [k] cui consequens est, [l] ut & insulæ in flumine natæ sint eorundem. [m] Tum vero in fluminis inundatione distinguunt, ut levis quidem dominium non auferat, major auferat; sed ita, ut si fluvius uno recedat impetu, [n] postliminio fundus, qui mersus fuerat, ad dominum redeat; si paulatim, non item: imo proximis possessoribus accedat: [o] quæ omnia [p] lege potuisse introduci, & utilitate quadam muniendarum

L. adeo, 7. D re acq. rer. dom. D. l. adeo 7. §. 5. quod si. l. 30. ergo. l. Attius, 38. eod. tit.

„*ff. de acquir. rer. domin. L. 1. §. 6. & 7. ff. de* „*flumin.*

„*i*) (ET IPSI ALVEI, SIMULATQUE A FLUMINE DERELICTI SUNT:) Idem ICti hic statuunt, „quod in ripa: Alveus enim derelictus vicinorum „saltem est in agris *arcifiniis. d. l. 30. §. 1. ff. de* „*acquir. rer. domin.* non vero in agris *limitatis*, „per textum expressum in *l. 1. §. 7. ff. de flumin.* „conf. *l. 16. ff. de acquir. rer domin. priori* enim „casu intra terminum assignatum comprehenditur „alveus, *posteriori* casu extra limitem assignatum „positus est.

„*k*) (CUI CONSEQUENS EST:) Ei nimirum, quod „alvei derelicti sint vicinorum: nam *insulæ* sunt „pars alvei, *l. penult. §. 2. ff. de acquir. rer. do-* „*min.* adeoque quicquid in alveo juris est, idem „etiam in insula.

„*l*) (UT ET INSULÆ IN FLUMINE NATÆ SINT „EORUNDEM:) Hoc iidem ICti saltem admittunt „in agris *arcifiniis*, ubi alveus, adeoque & insulæ „ibi natæ, viciniis assignatus est. *L. 65. §. 1. ff. de* „*acquir. rer. dom. L. 7. §. 3. ff. eod. §. 22. Inst.* „*de rer divis.* Sed disertis verbis aliud statuunt in „agris limitatis, *L. 1. §. 6. ff. de flumin.* ibi enim „& alveus & insula extra terminos assignatos con- „tinentur.

„*m*) (TUM VERO IN FLUMINIS INUNDATIONE „DISTINGUUNT, UT LEVIS QUIDEM DOMINIUM „NON AUFERAT, MAJOR AUFERAT:) Nullibi ICti „Romani tradunt, majorem inundationem domi- „nium auferre, leviorem non item: Sane nec gra- „vissima inundatio dominium aufert, nisi simul „novus constituatur alveus. *l. 7. §. 6. D. de acquir.* „*rer. domin.* Nuda ergo innundatio nec jure Ro- „mano mutat proprietatem, quia innundatio for- „mam terræ & agri non mutat, quæ ratio ex- „presse additur in *§. 24. R. D. l. 7. §. 6. ff. de acquir.* „*rer domin.* & *l. 24. ff. quib. mod. usufr.* At si „per inundationem novus fit alveus, omnino „proprietas tollitur, quia is ager qui fuit desiit „esse, amissa propria forma, *l. 7. §. 5. ff. de acquir.* „*rer. domin.* atque de tali casu loquitur *l. 23. ff.* „*quib. mod. usufr.* quod (1) apparet ex verbis, *si* „*eodem impetu discesserit aqua quo venit*, adeoque „uno impetu antea venit aqua, novumque alveum „constituit, ac nunc pari impetu alveum deserit, „novo alibi constituto. (2) Ex lege sequente, 24. ubi „diserte distinguitur inter inundationem simplicem, „& eam, quæ novum constituit alveum. (3) Ex „ratione juris, quia nuda inundatio non mutat for- „mam agri, *d. §. 24. d. l. 7.* adeoque nec dominium; „sed novus demum alveus. *d. l. 7. §. 5. & 6. ff. de ac-* „*quir. rer. domin.*

„At quod ad *possessionem* attinet, omnino effe- „ctum habet illa distinctio. Conf. *l. 13. pr. ff. de* „*acquir. possess.* Nam possessio per levem innun- „dationem, quæ temporaria saltem est, non tolli- „tur, quia facultas insistendi rei non in perpetuum „tollitur, secus si inundatio est perpetua, id est, „si facultas rei insistendi in perpetuum cessat, tunc „enim dominium quidem retinetur, sed possessio „interit. *L. 3. §. 17. l. 30. §. 3. ff de acquir. possess.* „*L. 12. ff. de reb. auct. judic. possid. l. 1. §. 5. & 9.* „*ff. de flumin.*

„*n*) (POSTLIMINIO FUNDUS, QUI MERSUS FUE- „RAT, AD DOMINUM REDEAT:) Nihil horum a „ICtis Romanis traditur: contrarium potius de- „cidunt in allegata ab Authore *l. 7. §. 5. ff. de ac-* „*quir. rer. domin.* Hæc enim (1) non loquitur de „*graviori innundatione*, sed de *alvei derelictione*, „ubi aqua uno impetu recedit, adeoque ubi forma „& species fluminis interit, quod nunquam fit in „nuda inundatione, utut graviori. (2) ICti non „asserunt in *d. l. 7. §. 5.* fundum, qui mersus fuit, „ad dominum postliminio redire si fluvius rece- „dit uno impetu; sed eum viciniis cedere prædiis, qui- „bus olim assignatus fuit: Idque (3) stricto jure „etiam verum esse ajunt NB. *etsi totus ager unius* „*possessoris olim mersus fuerit*, huic enim nullum „jus in illo agro olim merso superesse jure asse- „runt; non qua *domino*, quia dominium ejus per „constitutionem novi alvei exstinctum fuit; nec qua „*vicino*, quia cum totus ejus ager mersus fuerit, „adeoque vicinum prædium amplius non habeat, „ratione vicinitatis nullam partem in illo alveo „sibi arrogare potest. *d. l. 7. §. 5.* At addit (4) „id moribus vix obtinere.

„Certissimum igitur est fundum, qui novo al- „veo constituto uno impetu relinquitur, nunquam „pristino domino restitui, sed vicinis prædiis ce- „dere: *d. l. 7. §. 5.* & moribus saltem aliud ob- „tinere, si totus ager antea occupatus fue- „rit.

„*o*) (PAULATIM, NON ITEM: IMMO PROXIMIS „POSSESSORIBUS ACCEDAT:) Probari id videtur arg. „*l. 23. ff. Q. M. Usfr.* At ICtus non loquitur de „inundatione sed de recessu aquæ qui paulatim fit, „adeoque de alluvione:

„*p*) (LEGE POTUISSE INTRODUCI:) Diximus „doctrinam ICtorum ipsum esse jus naturæ.

q) (Grot.) UTILITATE QUADAM MUNIENDA-

D 2 RUM

darum riparum defendi, non nego, * naturalia esse, quod ipsi sentire videntur, minime concedo.

§. IX.

Vide supra hoc libro c. III. in fine. *De ben. l. VII c. 4.* *De offic. l. 1. c. 7.*

I. [a] Nam si id quod plerumque est respicimus, [b] prius populi terras occuparunt, [c] nec imperio tantum, [d] sed & dominio, quam in privatos agri describerentur. [e] *Fines*, inquit Seneca, *Atheniensium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter se vicini privata terminatione distinguunt.* [f] Sic & Cicero: [g] *Sunt autem privata nulla natura,* [h] *sed aut veteri occupatione,* [i] *ut qui quondam in vacua venerunt, aut* [k] *victoria, ut qui bello potiti sunt;* [l] *aut lege, pactione, conditione, sorte;* [m] *ex quo fit, ut Ager Arpinas Arpinatum dicatur, Tusculanus, Tusculanorum:* [n] *similisque est privatarum possessionum descriptio.* Dion

„RUM RIPARUM:) Vide locum *Cassii* apud Aggenum urbicum (*pag.* 56. 57. in *Auct. Scr. Agrar.* „Ed. Goë.) & *Boëthium* (*De Geometr. Lib. II.* „*pag.* 1231. *Edit. Opp. Basil.* 1546.

ADDITIO.

„Equidem ratio hæc a veteribus agrimensoribus „(qui juris periti non fuere) allegari solet. Vid. „Flaccus *de condit. agror. p. m.* 13. Aggen. Urbic. „*de limitib. agror. p. m.* 57. & infra §. 16. At „vera ratio naturalis harum acquisitionum non est „utilitas quædam, ut homines metu amittendæ pos„sessionis suæ invitarentur ad ripas muniendas, sed „quia in agris arcifiniis ripæ & alvei, adeoque & in„sulæ, sunt portiones agrorum vicinorum, indeque, „quod ad proprietatem attinet, privatæ: usus autem „earum portionum ideo publicus est, quia partes „fluminis sunt, deficiente ergo flumine totus usus „redit ad privatos dominos, idque ex naturali ra„tione: Etsi negari nequeat, possessores metu amit„tendi portionem terræ suæ incitari solere ad mu„niendam ripam.

„*) (NATURALIA ESSE, QUOD IPSI SENTIRE „VIDENTUR, MINIME CONCEDO:) Immo ex ipsa „ratione naturali sequitur inundationem, sive „gravem sive leviorem, non mutare dominium, „nisi priori alveo derelicto novus alveus fiat, adeo„que pristina forma intereat.

„a) (NAM SI ID QUOD PLERUMQUE EST RE„SPICIMUS:) Plerumque enim populos, occupantes „territorium, præter imperium acquirere putat „dominium aliquod generale privatum, Vid. *l.* 2. „*c.* 3. §. 19. Idque in dubio præsumi ait. Vid. „*infra* §. 11. Aliud tamen obtinere, nec dominium „generale a populo occupatum esse statuit, si de „alia voluntate populi constat, *d.* §. 11. quod exa„minavimus *ibid.*

b) (Grot.) (PRIUS POPULI TERRAS OCCUPARUNT:) Vide quæ supra in textu & notis ad *c.* 3. § 19.

c) (NEC IMPERIO TANTUM, SED ET DOMINIO:) Recte Author ait, populum occupata terra in genere omnia per universitatem occupasse, indeque quidquid in singulos distributum non est, in populi manere potestate: atque ex eo capite & alveum desertum, & insulam in alveo n tam populi esse, non vicinorum, concludit.

„d) (SED ET DOMINIO:) Quod generale vocat, „a quo dominia particularia penderent: quod exa„minavimus supra *l.* 2. *c.* 3. §. 19.

„e) FINES, INQUIT SENECA:) Hic non intelli„git fines dominii generalis & privati, uti Author „putat, sed fines imperii, seu civitatis Athenien„sium, aut Campanorum, quos deinde vicini, seu „domini particulares, privata terminatione distin„guunt.

„f) (SIC ET CICERO:) Hic pariter non pro„bat, populo occupanti territorium acquiri domi„nium generale & privatum; sed modos allegat, „quibus res, quæ natura nullius sunt, in privato„rum dominium veniunt.

„g) (SUNT AUTEM PRIVATA NULLA NATURA:) „Id est res sua natura sunt publicæ jure gentium, „adeoque nullius in bonis & proprietate.

„h) (SED AUT VETERI OCCUPATIONE:) Oc„patio enim rei quæ nullius est, est modus ori„ginarius acquirendi dominii.

„i) (UT QUI QUONDAM IN VACUA VENERUNT:) „Id est, qui res quæ nullius (non ergo in dominio „generali alterius) fuerunt, occuparunt.

„k) (AUT VICTORIA, UT QUI BELLO POTITI „SUNT:) Per capturam rerum hostilium acquiri„mus dominium particulare, quod antea hostis „fuit.

„l) (AUT LEGE, PACTIONE, CONDITIONE, SOR„TE:) Si quis lege, pactione, aut sorte dominium „aliis assignat, id non vi dominii generalis fit, sed „vel vi imperii, vel vi dominii particularis, quod „civitas sua voluntate in alios transfert.

„m) (EX QUO FIT, UT AGER ARPINAS ARPI„NATUM DICATUR:) Id est ut ager, qui natura „nullius est, jam ab occupante nomen sortiatur.

„n) (SIMILISQUE EST PRIVATARUM POSSESSIO„NUM DESCRIPTIO:) Agri enim illi inter singulos distri-

on Prusæensis Rhodiaca: πολλά ἐςιν εὑρεῖν. ἅ κιονῆ μὲν ἀπεγράψατο ἡ πόλις, *Pag. 325. C.* διήρηται δὲ εἰς τὰς κατὰ μέρος, ὅλως δε ὐκ *multa inveniri possunt* [o] *quæ universim civitas sua censet,* [p] *in singulos autem dominos partitim divisa sunt.* [q] Tacitus de Germanis: *Agri pro numero cultorum* [r] *ab universis per* *Germ. c. 26.* *vicos* ([s] male vices legitur) *occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur.* [t] Quamobrem quæ primitus a populo sunt occupata, neque postmodum distributa, ea censenda sunt propria esse populi; [u] ac sicut in privati juris flumine nata insula, aut derelictus alveus privatorum est: [v] ita in publico utrumque est populi, [w] aut ejus cui populus dedit.

2. Quod autem de alveo diximus, [x] idem de ripa tenendum est [y] quæ

„distributi a dominis particularibus nomen accipiunt.

„o) (QUÆ UNIVERSIM CIVITAS SUA CENSET:) „Non vi dominii generalis, sed vi imperii

„p) (IN SINGULOS AUTEM DOMINOS PARTITIM DIVISA SUNT:) Singuli igitur deinum per „occupationem dominium particulare acquirunt, „Imperatores autem jure imperii eis totum assignant.

„q) (TACITUS:) *De morib. Germ. cap. 26.*

„r) (AB UNIVERSIS PER VICOS OCCUPANTUR:) „per hanc occupationem occupantes non acquirebant dominium aliquod generale & privatum: Sed „nec singuli eo animo possidebant agros, solum „enim usum occupabant, & arva per annos mutabant, *Tacit. d. l.* longiusque anno in uno loco „non remanebant, uti de Suevis testatur Cæsar „*l. 4. c. 1.*

„s) (MALE VICES LEGITUR:) Videtur ferri posse, hoc sensu, ut certus numerus cultorum quod „hoc anno possederat sequenti relinquere, & alio „transire cogatur. Cæsar *de bello Gall. l. 6. c. 22.* „*& l. 4. c. 1.* Vid. *Gronov. h.* At rectius leginius „*per vicos:* Nam tota gens Germanica in vicos divisa fuit. Quilibet igitur vicus agros occupatos „inter singulos partiebatur. Tacit. *de morib. Germ.* „*cap. 16.*

t) (QUAMOBREM QUÆ PRIMITUS A POPULO SUNT OCCUPATA, NEQUE POSTMODUM DISTRIBUTA, EA CENSENDA SUNT PROPRIA ESSE POPULI:) Quia sub generali occupatione jam continentur.

ADDITIO.

„Sunt propria populi, at non jure dominii generalis & privati, sed jure imperii; & hactenus in „patrimonio populi esse dicuntur. *L. 50. ff. de acquir. rer. domin.*

„u) (AC SICUT IN PRIVATI JURIS FLUMINE „NATA INSULA, AUT DERELICTUS ALVEUS PRIVATORUM EST:) De fluminibus privatis certum „est, eos una cum agris a populo assignatos fuisse „possessoribus, adeoque quoad proprietatem inter „singulos distributos esse: Hinc ICtus ait, flumen privatum nihil a reliquis locis privatis differre. *L. 1. §. 4. ff. de flumin.* Si proinde in tali „loco insula nascitur, vel alveus deseritur, hæc „incrementa ad eos pertinent quibus flumen privatum assignatum est. Atque hæc ratio est, cur „finium regundorum agi possit, si rivus inter duos „agros limes constituitur. *L. 4. in fin. l. 5. & l. 6.* „*ff. Fin. regund.*

„v) (ITA IN PUBLICO UTRUMQUE EST POPULI:) Hoc verum est quoad *imperium,* non vero „quoad dominium, sive *generale* sive *particulare.* „Nam *vel* flumen publicum pro limite agris vicinis est assignatum, tunc insulæ in flumine natæ „& alveus derelictus cedunt vicinis, *§. 4. Inst. de* „*rer. divis. L. 5. ff. eod. l. 30. §. 1. & 3. ff. de acquir. rer. domin. Vel* agris alii limites extra flumen „statuti sunt, & tunc insulæ in flumine publico natæ & alvei derelicti nullius sunt, ac cedunt occupanti: Sane non sunt in proprietate populi, „quia hæc incrementa fluvialia nunquam in corporali populi potestate fuere.

„w) (AUT EJUS, CUI POPULUS DEDIT:) Imo „cedit occupanti, quia nullius est: Aliud dicendum, si populus lege publica occupationem ejusmodi incrementorum fluvialium prohibuit, vel „ante occupationem facultatem occupandi quibusdam concessit, vel ea fisco reservavit.

x) (Grot.) (IDEM DE RIPA TENENDUM EST:) Sic in Gallia obtinet, *Sanction des eaux & forests.*

ADDITIO.

Ripa definitur, quæ continet flumen plenissimum; id est quousque se extendere potest, ut ne inundet. *L. 3. §. 1. ff. de flumin.* Ripæ hæ sunt pars alvei, adeoque idem jus ibi obtinet quod in alveo, id est, continentur sub occupatione universali, eoque ad populum pertinent: at jure gentium secundario ripa habetur pro accessione prædii vicini, utpote a quo olim detracta præsumitur; cui accedit, quod gentes rationem videantur habuisse oneris & incommodi, quod ex vicinia aquæ oritur.

[y] quæ pars est extima alvei, id est, quo naturaliter flumen excurrit. Atque ita videmus nunc passim usurpari. In Hollandia & vicinis regionibus, ubi frequentissimæ antiquitus fuerunt hujus generis controversiæ [z] ob depressum solum, magnitudinem amnium, & vicinitatem maris, limum hinc recipientis, illuc revehentis [aa] per æstuum vices, [bb] semper constitit insulas, quæ vere insulæ essent, esse in patrimonio publico. Nec minus [cc] derelictos alveos totos Rheni ac Mosæ, [dd] quod sæpius judicatum est: [ee] & ratione optima nititur.

L. 65. §. 1. & §. ult. de

3. [ff] Nam & ipsi Romani Jurisconsulti concedunt, insulam [gg] quæ in

ADDITIO.

„Verum est, idem juris esse in *ripa* quod in „*alveo*; uti in *litore* maris idem obtinet quod in „*alveo* maris, id est in terra seu arena mari sub„jecta. *§. 4. & 5. Inst. de rer. divis.* Unde recte „argumentum ab alveo ad ripam ducit Pomponius „in *l. 30. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Uti ergo „alveus in proprietate vicinorum est qui agros „*arcifinios* possident, vid *§. praeced.* ita & ripæ in „dominio vicinorum sunt, si agri sunt arcifinii. „*d. l.* 30. §. 1. Cujus rei effectus est, ut vicini in „illa ripa arbores ponere possint, ut fructus in ri„pa nati ad eos pertineant, *d. §. 4. Inst. de rer.* „*divis. d. l. 30. §. 1.* ut ædificium ab aliis in ripa „positum cedat solo, *l. 15. ff. de acquir. rer. domin.* „ut domino ædificare in ripa liceat, *L. 1. pr. &* „*passim. ff. de flumin.*

„*Atqui* usus riparum est publicus jure gentium. „*L. 5. ff. de acquir. rer. domin. l. 3. ff. de flumin.* „Resp. hæc non pugnant: nam *proprietas* potest „esse privatorum, & *usus juris gentium* commu„nis omnium hominum; quia ille usus tantum in„telligitur (1) quatenus ad flumen pertinet; reli„qui enim usus pertinent ad proprietarium; & (2) „quamdiu flumen est, nam sublato flumine desinit „ille usus jure gentium publicus, & omnis ripæ „utilitas pleno jure redit ad proprietarium. *d. l.* „30. §. 1.

„Neque porro *obstat*, quod alveus, cujus pars „sunt ripæ, sit publicus jure gentium, &, si dere„linquitur, cedat occupanti: *l. 1. §. 6. & 7. ff. de* „*flumin.* Item, quod insulæ ex alveo natæ ejus sint „qui primus occupavit: *l. 65. §. ff. de acquir. rer.* „*domin. l. 1. §. 6. 7. ff. de flumin.* Nam id verum „est in agris *limitatis*, *non* in *arcifiniis*, ut pro„lixe demonstravimus in *Diss. proœm. XII. §. 224.*

„y) (QUÆ PARS EST EXTIMA ALVEI, ID EST, „QUO NATURALITER FLUMEN EXCURRIT:) Ripa „definitur ab Ulpiano quod flumen continet natu„ralem vigorem cursus sui tenens, non qua im„bribus vel alia ratione creverit, *l. 1. §. 5. ff. de* „*flumin.* & a Paulo ripa definitur, ea quæ plenis„simum flumen continet. *L. 3. §. 1. ff. eod.* Inci„piunt autem ripæ, ex quo primum a plano ver„gere incipiunt usque ad aquam, *L. 3. §. 2. ff. eod.*

„z) (OB DEPRESSUM SOLUM:) Humile, nullis „montibus tumens. *Gronov. h.*

„aa) (PER ÆSTUUM VICES:) Alternos accessus „& recessus. *Gronov. h.*

„bb) (SEMPER CONSTITIT, INSULAS, QUÆ VE„RE INSULÆ ESSENT, ESSE IN PATRIMONIO PUB„LICO:) Quod late persequitur Grœneweg. *ad §. 2.* „*23. & 24. Inst. de rer. divis.*

„cc) (DERELICTOS ALVEOS TOTOS RHENI AC „MOSÆ:) De derelicto alveo Rheni, qui in Lec„cam effusus est, vide Tacit. *l. 2. annal. c. 6.* De „novioribus alveis vid. Wassenbergii *Embrica* „*l. 3. c. 6.*

„dd) (QUOD SÆPIUS JUDICATUM:) Vid. Grot. „*introduct. p. 9. l. 2. per 101. Consult. IC. Batav.* „*part. II. consil. 26.*

„ee) (ET RATIONE NITITUR:) Quia insulas „& alveos derelictos sub occupatione generali „comprehendi putat: ad dictum jam est, alveos „derelictos in agris *artificiis* (secus ac in *limitatis*) „partes fundorum vicinorum, adeoque inter sin„gulos distributos esse. Aliud igitur obtinet, si „lege publica incrementa ejusmodi fluvialia Prin„cipi assignata sunt ad sustinendam dignitatem, & „reipublicæ onera. Vid. supra §. 10.

ff) (NAM ET IPSI ROMANI ICTI CONCEDUNT, INSULAM, QUÆ IN FLUMINE NATAT &C. ESSE PUBLICAM:) Quia scilicet rationes juris gentium in insulis natantibus cessant, non enim possunt præsumi ad vicina prædia olim pertinuisse, nec damnum inde vicinis fit.

ADDITIO.

„Vera ratio cur insulæ natantes non cedant vi„cinis, sed sint jure jure gentium publicæ, hæc „est, quia non sunt pars ripæ vel alvei, quæ in „proprietate privatorum sunt, sed natant in flumi„ne, quod publicum est. *l. p. §. 2. ff. de acquir.* „*rer. domin.* cum igitur hæ insulæ inter singulos „distributæ non sint, nullius esse recte dicuntur, „adeoque cedunt occupanti.

gg) (Grot.) (QUÆ IN FLUMINE NATAT:) Descriptio natantium insularum apud *Senecam* naturalium IV. 25, *Plinium* majorem lib. II. c. 90. *Macrobium* I. Saturnalium I, 7. Elegans talium in Vadimone lacu insularum descriptio apud *Plinium* minorem lib. VIII. c. 20. & Flandricarum in libro lectu digno *Chiffletii.*

ADDI-

in flumine natat, puta virgultis sustentata, esse publicam, [bb] quia cujus juris sit flumen, ejus esse debet & insula in flumine nata. [ii] Atqui alvei & fluminis eadem est ratio, non [kk] quia alveus flumine tegitur, verum alia, [ll] quam supra attulimus, [mm] quod hæc simul a populo occupata sunt, nec in privatum dominium transierunt [nn] quare nec illud recipimus ut naturale, quod ajunt, si limitati fuerint agri, insulam esse occupantis. Id enim ita demum haberet locum, [oo] si flumen ipsum & cum eo alveus a populo occupati non essent, [pp] sicut in mari nata insula fit occupantis.

aeq. rer. dom. L. 1. §. 7. simile modo, D. de flum.

L. 1. §. si insula. 6. D. de flum.

§. X.

ADDITIO.

„Exempla ejusuodi insularum refert Vinn. *ad* „*§. 22. Inst. de rer. divis. n. 2,* Plin. *Hist. nat. l.* 2 „*c. 95.* Busbeq. *ep. 1. legat. Turc. p. 52.* Wissen„bach. *1. de acquir. rer. domin. n 18.* Tesmar. h

„*bb*) (QUIA CUJUS JURIS SIT FLUMEN, EJUS „ESSE DEBET ET INSULA IN FLUMINE NATA:) „Hinc dicitur esse ipsius fluminis insula (quatenus „scilicet flumen pro aqua profluente sumitur) *l. 9.* „*§. 2. ff. de acquir. rer. domin.* Talis igitur insula „non potest pertinere ad proprietarium ripæ & „alvei, quia non est pars alvei, sed fluminis, quod „publicum est.

„*ii*) ATQUI ALVEI ET FLUMINIS EADEM EST „RATIO:) Imo plane diversa est ratio: Alveus „enim in agris arcifiniis est pars vicinorum agro„rum, adeoque cum ipso flumine assignatus est „vicinis, sed salvo usu fluminis publico: quoties „igitur de usu fluminis publico non agitur, (uti „non agitur si insula ex alveo nascitur,) hoc com„modum pertinet ad vicinos, &, si flumen plane „esse desiit, uti desinit alveo derelicto, hoc quo„que incrementum accedit vicinis quibus flumeo „pro termino datum est: tota hæc ratio cessat in „insula natante, quæ non est pars alvei, adeoque „nec pars agri vicini; unde sequitur hanc insulam „ejusdem juris esse cujus est flumen, publicum scl. „jure gentium, ita ut omnibus pateat, & pro„prietas ejus cedat occupanti.

„*kk*) (QUIA ALVEUS FLUMINE TEGITUR:) „Imo vera hæc & naturalis ratio est. Quamdiu „enim flumen alveum tegit, tamdiu alveus sequi „debet naturam fluminis: *L. 1. §. 6. & 7. ff. de* „*flumin. l. 7. §. 5. l. 30. §. 3. ff. acquir. rer. domin.* „*§. 23. Inst. de rer. divis.* Nam impossibile est, ut „alveus fluminis publici non sit publicus. *d. l. 1.* „*§. 7. arg. l. penult. ff. de rer. divis.* At hæc ratio „tantum vera est de *usu* fluminis & alvei, quate„nus communis est & jure gentium publicus; *pro*„*prietas* autem alvei, salvo illo usu fluminis, præ„diis vicinis assignari potest, & quoad usus priva„tos assignata a Romanis est in agris arcifiniis: „vid. *Differt. proœm. XII. §.* 219. atque hæc pro„prietas alvei, si flumen esse desiit, pleno jure vi„cinis cedit.

„*ll*) (QUAM SUPRA ATTULIMUS:) *L. 2. c.* 3. §. 19.

„*mm*) (QUOD HÆC SIMUL A POPULO OCCUPA„TA SUNT, NEC IN PRIVATUM DOMINIUM TRAN„SIERUNT:) Romanos ripas & alveos in agris ar„cifiniis in singulos, salvo usu juris gentium, distri„buisse vidimus.

„*nn*) (QUARE NEC ILLUD RECIPIMUS UT NA„TURALE, QUOD AJUNT, SI LIMITATI FUERINT „AGRI, INSULAM ESSE OCCUPANTIS:) Vide *L. 10.* „*ff. de acquir. rer. domin. l. 1. §. 6. & 7. ff. de* „*flumin.* Immo hoc naturale maxime est: nam si „vicinorum agri certos limites habent, quicquid „extra illos limites accedit, necessario alienum est: „adeoque ripæ ac alvei, extra illos limites consti„tuti, ad possessores agrorum nec naturali ratione „pertinent.

oo) (Grot.) (SI FLUMEN IPSUM, ET CUM EO ALVEUS, A POPULO OCCUPATI NON ESSENT:) *Siculus Flaccus* libro de conditionibus agrorum: (*pag. 18. 19.*) *In quibusdam regionibus fluminis modus assignationi cessit: in quibusdam autem tantum subsecivus relictus est. Aliis autem exceptus, inscriptumque flumini illi tantum.* De subsecivis vide egregia, quæ habet, ut omnia sunt illius, *Salmasius* ad Solinum. (Adde *Wilhelmi Goësii* Antiquitates Agrarias, ubi accuratius rem pertractavit. *J. B.*) De toto hoc argumento fluviorum & fluvialium incrementorum videat, si cui vacat, *Rosenthalium* de jure feudorum cap. V. concl. 3. *Sixtinum* de regalibus libro II. cap. 3. *Cepollam* de servitutibus rusticorum prædiorum c. 31.

ADDITIO.

„Author passim asseruit, populum præter im„perium regulariter quoque acquirere dominium „generale & privatum, *l. 2. c. 3. §. 19. c. 889. pr.* „*& n. 3.* Excipit, si de contraria voluntate constet, „indeque concludit, tunc demum in agris limi„tatis insulam fieri occupantis, si flumen ipsum, & „cum eo alveus occupati non essent. At sæpius di„ctum est, tale generale dominium non dari, & „populum occupando territorium præter imperium „nihil acquirere. adeoque quicquid inter privatos „non est distributum, (uti non est distributum „quod extra limites assignatos situm est) quoad „proprietatem esse nullius, & naturali ratione ce„dere occupanti.

„*pp*) (SICUT IN MARI NATA INSULA FIT „OCCUPANTIS:) Quia Author supponit, populum

occu-

§. X.

1. [a] Nec magis admittendum est illud de graviore inundatione, si naturalem tantum rationem sequimur. Nam ut maxime [b] summa pars agri in arenam dissolvatur, [c] manet tamen solida pars fundi inferior: [d] &, ut de qualitate aliquid mutet, substantiam non mutat: [e] non magis quam pars agri quæ a lacu hauritur [f] cujus jus non mutari Romani recte sentiunt. [g] Neque illud naturale est, quod ajunt, flumina censitorum vice fungi, & de publico in privatum, de privato in publicum addicere. Melius Ægyptii, de quibus hæc sunt apud Strabonem. ἐδέησε δὲ τῆς ἐπ' ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως, διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν ὅρων συγχύσεις, ἃς ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται κατὰ τὰς αὐξήσεις ἀφαιρῶν καὶ προςιθεὶς, καὶ ἐναλλάττων τὰ σχήματα, καὶ τᾶλλα σημεῖα ἀποκρύπτων, οἷς διακρίνεται τό τε ἀλλότριον καὶ τὸ ἴδιον. ἀνάγκη δὴ ἀναμετρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν. *Opus fuit exacta & subtili agrorum divisione,* [h] *eo quod*

L. Locus 12. D. de acq. rer. dom. L. vicini. 24. v. fin. D. de aqua pl. L Rutilia. Polla. 69. D. de cont. empt. Geogr. lib. XVII. p.787.

„occupasse mare, at non dominium generale ac „privatum. *d. c.* 3. §.19. c. 8. §. 11.

a) (NEC MAGIS ADMITTENDUM EST ILLUD DE GRAVIORE INUNDATIONE, SI NATURALEM TANTUM RATIONEM SEQUIMUR:) Author ait, naturali ratione inundationem, etiam graviorem, jus non auferre, atque ideo increpat ICtos Romanos, quos id statuere asserit: At supra vidimus ICtos Romanos id non statuere: sed ex eorum doctrina tunc demum *dominium* per inundationem auferri, si novus alveus fiat. §. 23. & 24. *Inst. de rer. divis. l.* 1. §. 9. *ff. de flum.* Alia autem quæstio est, an per inundationem *possessio* auferatur; & hic distinguunt, an perpetua sit an temporaria: & illo casu possessionem tolli, *l.* 3. §. 17. *ff. de acquir. possess.* indeque servitures quoque inundatione amitti ajunt, *l.* 23. *ff. quib. mod. usufr. amitt.* non hoc.

ADDITIO.

Vide quæ notavimus supra ad §. 8.

„*b*) (SUMMA PARS AGRI IN ARENAM DIS„SOLVATUR:) Id est superficies inundetur arena.

„*c*) (ET UT DE QUALITATE ALIQUID MUTET, „SUBSTANTIAM NON MUTAT:) Hæc omnia vera „sunt, sed nec JCti Romani aliud statuerunt.

„*d*) (MANET TAMEN SOLIDA PARS FUNDI „INFERIOR:) Ipsi ICti hanc rationem allegant, „indeque concludunt, nec graviorem inundatio„nem dominium mutare, quia forma terræ non „est mutata. §. 24. *Inst. de rer. devis. l.* 7. §. 5. & 6. „*ff. de acquir. rer. domin.* id est novus alveus non „est factus. Add. *Dissert. prooem. XII.* §. 219. & *supra* „§. 8. *lit. m.*

„*e*) (NON MAGIS QUAM PARS AGRI, QUÆ A „LACU HAURITUR:) Id est quæ a lacu inundatur: „Cum enim in lacu fines semper certi sint, & in„undatio saltem sit temporaria, nec dominium nec „possessio mutatur, adeoque nec jus alluvionis ibi „locum habet. *L.* 12. *pr. ff. de acquir. rer. domin.* „*l.* 24. §. *fin. ff. de aqu. pluv. l.* 69. *ff. de contrab.* „*emt.*

f) (CUJUS JUS NON MUTARI ROMANI RECTE SENTIUNT:) *d. l.* 12. *d. l.* 24. Sed nec in inundatione majori jus (sed solam possessionem) mutari dixere, nisi novus alveus fiat.

g) Grot.) (FLUMINA CENSITORUM VICE FUNGI:) De agri mensore Cassiodorus: *More vastissimi fluminis aliis spatia tollit, aliis jura concedit.* (Var. III. 52. ubi alii legunt, *rura concedit aut terram.*)

ADDITIO.

Neque ICti Romani *in l.* 30. §. 3. *ff. A. R. D.* id pro jure naturali venditarunt, sed pro jure gentium secundario.

ADDITIO.

„Imo hoc maxime naturale est: ICti enim „supponunt censitores possessoribus agrorum ar„cifiniorum flumen pro termino dedisse: Hoc „posito, naturale est ut quicquid intra illum termi„num continetur pars agrorum esse censeatur, quia „ibi terminus est ubi est flumen: Quando igitur „flumen paulatim pedetentim recedit, vel uno „impetu alveum derelinquit, terra alvei, quæ ac„cessit vicinis agris, & intra terminos fluminis con„tinetur, æque possessoribus agrorum acquiritur ac „si censitores illa incrementa possessoribus addixis„sent. Hactenus igitur recte dixere ICti *flumina* „*censitorum vice fungi.*

„Ceterum censitores erant, qui tributa agraria „de colonis exigebant, & jure pignoris vendebant „prædia si census non præstaretur, eoque ablatos „aliis agros aliis addicebant. *Gronov. h.*

„*h*) (EO QUOD NILUS PER INCREMENTA: &c.) „Author ex Melio vult probare, per inundationem „fines non mutari, idque exemplo Nili: At Me„lius loquitur de inundatione temporaria, quæ stato

quod Nilus per incrementa sua addens, minuens, faciemque ac signa immutans, confundat terminos quibus suum atque alienum alibi internoscitur. Ideo & repetenda sæpe fuit dimensio.

2. Ab hac sententia non dissentit quod ipsi Romani auctores tradiderunt, [i] quod nostrum est, nostrum esse non desinere nisi facto nostro, [k] adde, aut lege. [l] Sub factis autem & non facta comprehendi supra diximus, [m] quatenus conjecturam adferunt voluntatis. [n] Quare hoc damus, si gravissima sit inundatio, neque alia signa sint quæ retinendi dominii animum notent, facile præsumi agrum habitum derelictui, quæ [o] æstimatio sicut naturaliter indefinita est ob varietatem circumstantiarum, & viri boni arbitrii permittenda, ita legibus civilibus definiri solet. Sic [p] in Hollandia derelictus habetur ager, qui per decem annos mersus fuerit, si non aliqua extent signa continuatæ possessionis; quo in genere [q] receptum apud nos non immerito est, [r] quod Romani rejiciunt, ut si aliter nequeat,

L. 2. D. de div. reg. Jur.

L. Si ager 23. D. qui-

„stato tempore recedit, adeoque per quam nec „p..ssessio, nedum jus tollitur. Hic igitur verum „est, inundationem nihil de privato in publicum „addicere, quia inondatio alveum non mutat adeoque idem flumen manet. Sed & porro omnes „Ægyptiorum agri limitati erant, ubi naturaliter „quoque jus alluvionis cessat.

„i) (QUOD NOSTRUM EST, NOSTRUM ESSE NON „DESINERE, NISI FACTO NOSTRO:) Author sen„tentiam ICtorum Romanorum, *quod per inun„dationem graviorem jus mutetur*, confutat ex regula „juris, quod nostrum est, sine facto nostro nobis „auferri non posse: at (1) dictum est, neminem „ICtorum asseruisse per inondationem graviorem „jus mutari, sed tunc demum si novus alveus fit. „*L. 1. §. 9 ff. de flumin.* Sed & (2) nec in muta„tione alvei regula illa locum habet, utpote quæ „loquitur de *facto hominis*; alios enim suo facto „jus mihi quæsitum auferre nequit. At *facto na„turæ* jus mihi auferri potest etiam citra meam „voluntatem: tale factum naturæ est interitus usus, „usus enim in fundo privato tollitur per novum al„veum, & cum flumen necessario sit publicum, etiam „novus alveus publicos erit.

„Ceterum in genere vera est illa regula, & con„tinetur in *l. 11. ff. de reg. jur.* jus enim dispo„nendi de re nostra natura nobis quæsitum est, „quod alius auferre nobis nequit: adeoque jus il„lud in alium non transfertur nisi facto nostro.

„k) (ADDE, AUT LEGE:) Nam in id consensere „cives, ut superior ex utilitate publica jus natura „quæsitum subditis auferri possit.

„l) (SUB FACTIS AUTEM ET NON FACTA „COMPREHENDI:) Quo refert tacitam derelictio„nem, quia longo tempore tacens habetur pro con„sentiente, quod examinavimus supra *l. 2. c. 4. §. 5.*

m) (QUATENUS CONJECTURAM ADFERUNT VOLUNTATIS:) Imo conjecturam voluntatis jus non mutare vidimus *d. c. 4. §. 5.*

„n) (QUARE HOC DAMUS, SI GRAVISSIMA SIT „INUNDATIO, NEQUE ALIA SIGNA SINT &c. FACILE „PRÆSUMI, AGRUM HABITUM DERELICTUI:) Au„thoris argumentum tale est: per inundationem „graviorem jus non mutari, quia res non desinit „esse mea sine facto meo, nisi pro derelicto ha„beam; voluntatem autem derelinquendi præsumi „ex gravissima inundatione. At nec hoc verum est: „nam jus ex præsumtionibus nunquam tollitur, „adeoque jus domini plenissimum etiam in terra „inundata in perpetuum manet, licet possessio de„sinat.

o) (QUÆ ÆSTIMATIO &c. LEGIBUS CIVILIBUS DEFINIRI SOLET:) Dixi jure naturæ dominium per inundationem non tolli, nec præsumi derelictionem, sed de tali volontate constare debere. At legibus civilibus in pœnam negligentiæ vel ob utilitatem publicam, certum tempus præfigi solet & potest, intra quod dominium silentis pereat; sed id meri juris civilis est.

„p) (IN HOLLANDIA:) Grœneweg. *ad §. 24.* „*Inst. de rer. divis. Consult. IC. Batav. part. 2.* „*cons. 26. n. 2.* Grot. *Introduct. l. 2. p. 9. n. 1. & 2.*

„q) (RECEPTUM APUD NOS NON IMMERITO „EST:) Grœneweg. *ad §. 24. Inst. de rer. divis.* „Grot. *Introduct. l. 2. p. 9. n. 8.*

r) (QUOD ROMANI REJICIUNT:) *in L. 23. ff. quib. mod. usufr. vel. us. amitt. ibi si ager, cujus usufructus noster sit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur usufructus; cum etiam ipsa proprietas eo casu amittatur, ac ne piscando quidem retinere poterimus usumfructum. Sed quemadmodum, si eodem impetu discesserit aqua, quo venit, restituitur proprietas, ita & usumfructum restituendum, dicendum est.* Conf. *l. 10. § 2. ff. eod.* Romani ICti recte statuerunt, piscationem non esse actum quo

huimod. usufr. amitt. queat vel piscando retineri possessio censeatur. Sed [s] solebant Principes tempus præfigere, intra quod veteres agrorum possessores [t] siccare agros deberent: qui ni id facerent [u] tum monebantur qui in agros jus pignoris habebant, [v] deinde hi qui jurisdictionem aut civilem tantum, aut etiam criminalem: qui si omnes in mora essent, [w] tum eorum jus omne ad principem deferebatur: atque is aut ipse agros siccabat, [x] suique patrimonii faciebat, [y] aut aliis siccandos dabat retenta parte.

§. XI.

L. 4. D. Si certum pet. L. 30. acq. rer. dom. L. 7. §. 1. Eod. tit. De alluvione, [a] hoc est, de adjectione particularum quæ a nullo vindicari possunt, quia unde veniant nescitur, [b] (alioqui enim naturaliter dominium non mutabunt) [c] certum haberi debet hanc quoque esse populi, [d] si modo populus flumen dominio occupaverit.

quo possessio terræ retinetur: piscatio enim non est usus terræ, qui solus fructuario concessus est: neque soli domino, sed & aliis (qui tamen nec dominium habent, nec possident) competit, qua piscatio publica est, neque magis possidere hanc terram dicere potest, quam annulum quem in mare dejecit, nam nec illa magis quam hic in facultate naturali est, sine qua possessio non datur.

ADDITIO.

„Mirum videtur in *d. l.* 23. statui, per innun„dationem fluminis vel maris ipsam tolli propriet„tatem, quod tamen supra negavimus: Resp. in„telligitur hic innundatio talis, per quam novus „alveus constituitur; ita enim textus hic explicari „debet. Vid. *supra* §. 8.

„s) (SOLEBANT PRINCIPES TEMPUS PRÆFIGE„RE:) Edictum tale refert Grœneweg. *ad l. 8. C.* „*de omn. agr. desert.* De Romanorum more vid. „Gell. *Noct. Attic. l.* 4. *c.* 12.

„t) (SICCARE AGROS:) Derivare inde aquam „inundatione immissam. *Gronov. h.* Equidem hoc „casu elapso tempore perit dominium non facto „naturæ, neque derelictione, sed lege civili, quæ „nititur utilitate publica. *Vid. lit. o.*

„u) (TUM MONEBANTUR, QUI IN AGROS JUS „PIGNORIS HABEBANT:) Id est quibus agri pro „debito erant obligati, *Gronov. h.* nam in horum „præjudicium dominus deserere jus suum non po„tuit.

„v) (DEINCE HI, QUI JURISDICTIONEM AUT „CIVILEM:&c.) Nam nec horum jus possessores sua „negligentia auferre potuerunt.

„w) (TUM EORUM JUS OMNE AD PRINCIPEM „DEFEREBATUR;) Jam enim res vacabat, heroque „carebat, indeque principes jure imperii de hac „re vacante disponere potuerunt.

„x) (SUIQUE PATRIMONII FACIEBAT:) Id est „fiebant vel bona coronæ, vel domania.

„y) (AUT ALIIS SICCANDOS DABAT, RETENTA „PARTE:) Gothi facultatem siccandi aliis conce„debant, non retenta parte. Cassiodor. *Varior.* „*l.* 2. *ep.* 21. & 33. Testatur *h.*

„a) (HOC EST DE ADJECTIONE PARTICULA„RUM, QUÆ A NULLO VINDICARI POSSUNT, „QUIA, UNDE VENIANT, NESCITUR: Nam allu„vio definitur incrementum latens, quod prædio „nostro vi fluminis ita paullatim accedit, ut intel„ligi non possit, quantum quoque temporis mo„mento adjiciatur. §. 20. *Inst. de rer. divis.*

„b) (ALIOQUI ENIM NATURALITER DOMINI„UM NON MUTABANT:) Exemplo crustæ, seu „portionis terræ, quam dominus vindicare potest „antequam coaluit. *L. 9. §. 2. ff. de damn. inf.*

c) (CERTUM HABERI DEBET, HANC QUOQUE ESSE POPULI:) Quia pars est alvei, qui publicus est, & sub occupatione universali continetur: quamquam jure gentium id mutatum, & commodum hoc vicinis relictum sit. Vid. §. *seq.*

ADDITIO.

„Dictum jam est, naturali ratione hanc accessi„onem esse prædii vicini, si ager est arcifinius, ut„pote cujus limes naturalis est flumen: unde aliud „obtinere diximus in prædiis limitatis, ubi accessio „illa, utpote extra limites sita, est nullius, & ce„dit occupanti.

„d) (SI MODO POPULUS FLUMEN DOMINIO OC„CUPAVERIT:) Populus, occupando territorium „& flumen eo territorio comprehensum, solum „imperium occupat, non vero dominium generale

privatum .

rit, quod in dubio credendum est, alioqui occupantis.

§. XII.

1. [b] Sed populus [c] ut aliis, [d] ita & proxima prædia possidentibus jus illud concedere potest, [e] & concessisse haud dubie videtur, si agri illi non alium finem ea ex parte quam naturalem, id est, flumen ipsum habeant [f] Quare non contemnanda est hac in parte Romanorum diligentia, qui limitatum agrum ab aliis agris distinxerunt, dummodo meminerimus, [g] agrum mensura comprehensum hac in re paris juris esse cum limitato. [h] Nam quæ de imperiis supra diximus, cum de eorum occupatione ageremus, eadem & in agris privatis obtinent: [i] Sed hoc adhibito discrimine, quod imperia in re dubia credenda sunt esse arcifinia [k] quia id territorii naturæ maxime convenit; [l] at agri privati magis est ut arcifinii non credantur, sed aut limi.

L. 16. D. de acq. rer. dom. L. 1. §. 6. D. de flum. Bald. in c. si quis de manso. §. 5. si de jure feud. cont. fuerit.

„privatum: (id enim non nisi occupatione corpo„rali singularum rerum acquiritur. vid. *supra* §. 9. „*l. 2. c.* 3. §. 19.) Adeoque verum non est, incre„mentum, quod accedit per alluvionem, esse in pro„prietate populi; sed est nullius, & cedit occupanti „in agris limitatis, in agris arcifiniis illis prædiis, „quibus flumen pro termino assignatum est.

c) (QUOD IN DUBIO CREDENDUM EST:) Imo in dubio sub generali occupatione nil nisi imperium continetur. *Vid. d.* §. 19.

a) AD §. XII.) Author ait, alluvionis commoda jure quidem naturæ ad populum pertinere, at eum posse vicinis ea concedere; idque Romanos fecisse. Addit, aliquando in ipsa assignatione flumen solum limitem a populo constitui, ut olim in Hollandia. Atque his casibus usum maximum esse, ait, distinctionis in agros arcifinios & limitatos; ut illo casu alluvio locum habeat, hoc non. Diximus jus illud, quo privatis tribuitur commodum alluvionis, non esse saltem jus civile plurium gentium, seu, ut Author vocat, jus gentium voluntarium arctius, sed verum jus gentium secundarium, quia gentes ob mutuas necessitates & utilitates inter se id constituerint.

ADDITIO.

„Probavi in præcedentibus, populum occupando „imperium non acquirere dominium generale pri„vatum, adeoque incrementa fluvialia non conti„neri sub illo dominio. Demonstravi hæc incre„menta esse in nullius bonis ac proprietate, adeo„que acquiri occupanti, nisi a populo assignata „sint privatis, uti sunt in agris *arcifiniis*, non in „*limitatis*: Quæ jura non oriuntur ex jure genti„um voluntario, sed ex ipsa ratione naturæ, seu „ex jure gentium quod vocant primævum.

„*b*) (SED POPULUS:) Qui ex mente Authoris „non tantum imperium, sed & dominium gene„rale occupavit. Vid. §. *praeed.*

„*c*) (UT ALIIS:) Qui non sunt vicini.

„*d*) (ITA ET PROXIMA PRÆDIA POSSIDENTI„BUS JUS ILLUD CONCEDERE POTEST:) Quia po„pulus occupato imperio legem rebus sub imperio „comprehensis dicere, & singulis facultatem occu„pandi concedere potest.

„*e*) (ET CONCESSISSE HAUD DUBIE VIDETUR, „SI AGRI ILLI NON ALIUM FINEM EX EA PAR„TE QUAM NATURALEM, ID EST, FLUMEN „IPSUM HABEANT:) Adeque si agri sunt arcifinii: „tunc cuius ubi flumen est, ibi est terminus agri: „si proinde flumen recedit, terra, quæ agro per allu„vionem accedit, intra fines assignatos continetur.

„*f*) (QUARE NON CONTEMNENDA EST HAC IN „PARTE ROMANORUM DILIGENTIA, QUI LIMITA„TUM AGRUM AB ALIIS DISTINXERANT:) „Hoc ex ipsa agrorum natura sequitur: nam na„turale est ut alluvio in agris arcifiniis obtineat, „non in limitatis. Ex quo apparet, Authorem „mentem & rationem ICtorum non rite percepis„se, cum re ipsa ab eis non dissentiat.

„*g*) (AGRUM MENSURA COMPREHENSUM:) Id „est, certa quantitate, v. g. duobus jugeris con„stantem; nam quidquid ultra illam quantitatem „accedit, est extra dominium possessoris: in utro„que hoc agrorum genere idem jus obtinere, jam „supra dixit Author *l.* 2. c. 3. §. 16. *n.* 1.

„*h*) (NAM QUÆ DE IMPERIIS SUPRA DIXIMUS „&c. EADEM ET IN AGRIS PRIVATIS OBTINENT:) „Uti enim imperii fines mutari statuit si imperia „sunt arcifinia, id est, si per flumen terminantur, „non si sunt limitata, id est, si certi fines consensu „partium statuti sunt, *l.* 2. *c.* 3. §. 16. & 17. ita „quoque mutato cursu fluminis dominiorum pri„vatorum fines mutari, ait, in agris arcifiniis, non „in limitatis, quod examinavimus *d. l.*

„*i*) (SED HOC ADHIBITO DISCRIMINE, QUOD „IMPERIA IN RE DUBIA CREDENDA SUNT ESSE „ARCIFINIA:) Si scilicet flumine terminantur: at „idem quoque in agris privatis obtinet.

„*k*) (QUIA IN TERRITORII NATURÆ MAXIME „CONVENIT:) Immo ex natura limitis naturalis, „id est fluminis, id sequitur.

„*l*) (AT AGRI PRIVATI MAGIS EST UT ARCI-

FINII

limitati, aut certa mensura terminati, m quia hoc privatarum possessionum naturæ est congruentius.

2. n Neque tamen negamus fieri posse, ut populus agrum assignet eo jure quo ipse occupaverat, id est, ad flumen usque; & si id appareat o jus esse alluvionis: p quod in Hollandia ante sæcula aliquot judicatum est de agris ad Mosam & Isalam sitis: quia & q in literis mancipationum, & in r libris censualibus semper dicti erant ad flumen pertingere. s Et tales agri si vendantur, t quamvis in lege emtionis mensura aliqua nominata fuerit, u dum tamen vendantur, non ad mensuram, sed suo corporis nomine, v naturam suam w & jus alluvionis

L. Juli anus 13. §. 4. D. de act. emt.

„FINII NON CREDANTUR:) Immo eadem ratio est: „nam si flumen limes naturalis est ejus agri, necessario sequitur omne id meum esse, quod intra „limitem hunc naturalem continetur, adeoque „agrum meum esse usque ad flumen, sive illud accedat, sive recedat.

„m) (QUIA HOC PRIVATARUM POSSESSIONUM „NATURÆ EST CONGRUENTIUS:) Immo dixi eandem ubique esse rationem. Sane ipse Author „*initio hujus* §. statuit, in dubio agros privatos, „si alium limitem præter naturalem, i. e. flumen „ipsum, non habeant, esse arcifinios, indeque alluvionis jus habere.

„n) (NEQUE TAMEN NEGAMUS FIERI POSSE, „UT POPULUS AGRUM ASSIGNET EO JURE, QUO „IPSE OCCUPAVERAT:) Ex hypothesi Authoris „populus, qui jure dominii generalis & privati occupat totam provinciam, terminos & limites sibi „constituere censetur naturales, non manu factos, id „est occupare videtur usque ad flumen; unde concludit eum eodem jure assignare posse agros „privatis. At diximus agros ad flumen sitos, & „privatis assignatos, semper esse arcifinios.

„o) (JUS ESSE ALLUVIONIS:) Non ideo, quasi „antea vi dominii generalis incrementum hoc in „dominio populi fuerit, jam vero in possessorem „devolutum sit; sed quia in agris, quorum terminus est flumen, alveus jure dominii ad possessorem pertinet, qui incrementum hoc latens jure „rei suæ acquirit.

„p) (QUOD IN HOLLANDIA ANTE SÆCULA ALIQUOT JUDICATUM EST DE AGRIS AD MOSAM „ET ISALAM SITIS:) Vid. Grot. *Introduct. l.* 2. „*p.* 9. *n.* 14. *ibique notata Groeneweg.* idem quoque in Frisia occidentali obtinere, ait Grot. *d. l.* „Conf. Grœneweg. *ad* §. 23. *Inst. de rer. divis.* „At id juris communis est.

„q) (IN LITERIS MANCIPATIONUM:) Mancipatio erat antiqua vendendi ratio, quæ adhibito „ære & libra fieri solebat. *Vid. Tesmar. h.* Author „vocem hanc sumit pro traditione, quia prædia „illa pro certo censu, vel sub certo onere possessoribus mancipantur.

„r) (LIBRIS CENSUALIBUS:) Landsrekeningen. „Vid. *Gronov h.* Germanice Steuer-Zins-Schoß-Rent-und Erb-Register. Vid. I. Chr. Triesleben *Disp. de libris censualibus.*

„s) (ET TALES AGRI, SI VENDANTUR, NATURAM SUAM ET JUS ALLUVIONIS RETINENT:) „Venduntur enim cum suis limitibus, id est, usque „ad flumen.

„t) (QUAMVIS IN LEGE EMTIONIS MENSURA „ALIQUA NOMINATA FUERIT:) Scilicet non per „modum taxationis, sed demonstrationis, ut Author statim id explicat.

„u) (DUM TAMEN VENDANTUR NON AD MENSURAM, SED SUO CORPORIS NOMINE:) Germanice in Pausch und Bogen: quia mensura tunc „saltem *demonstrationis* gratia adjecta, & idem est, „ac si solum de mensura dictum sit: hinc periculum & commodum hoc casu statim est emtoris, „per textum expressum in *l.* 7. *pr. ff. de peric. & „commod. rei vend.*

„Si vero certa mensura nominata est *taxationis* „gratia, v. g. si Titius vendit Cajo fundum, eumque „centum jugera continere asserit, cum nonaginta saltem adsint, tunc venditor supplere numerum tenetur, etsi postea per alluvionem decem jugera accreverint: Nisi incrementum illud accesserit ante manifestationem modi, *l.* 13. §. 14. *ff.* „*de act. emt. & vendit.* quia hoc casu nondum „perfecta fuit emtio, aliquid enim adhuc agendum „supererat, ante publicationem enim modi non „apparebat quid, quale, & quantum venditum „fuerit. *l.* 8. *pr. &* §. 1. *ff. de peric. & commod.* „*rei vend.* Aliud igitur obtinet (1) si alluvionis „incrementum post publicationem modi, adeoque „perfecta emtione accedit. *d. l.* 13. & 14. (2) Si „venditori sciens nonaginta tantum jugera extare, „centum vendiderit: hoc enim casu leges Romanæ „in pœnam doli lucrum hoc, etiam ante modi manifestationem emtori tribuunt. Conf. *Jus meum* „*controvers. tit. de contrah. emt. qu.* 2. Franzk. *tit.* „*act. emt. p.* 104. *seq.*

„v) (NATURAM SUAM:) Nam supponit populum agrum assignasse eo jure, quo ipse occupaverat; fingit autem eum occupasse dominium privatum generale.

„w) (ET JUS ALLUVIONIS:) Assignato enim „agro

vionis retinent, [x] quod Romanis quoque legibus proditum est, [y] & passim usurpatur.

§. XIII.

Quod de alluvione diximus,[a] id & de relicta ripa [b] & siccata parte alvei censendum est, ut [c] in non occupatis [d] sint ea occupantis: [e] in fluminibus occupatis [f] populi: [g] privatorum autem ita demum, si a populo, [h] aut jus populi habente, [i] agrum ad flumen excurrentem, qua talem acceperint.

§. XIV.

Sed [a] cum aliud esse jus dixerimus insulæ, aliud vero alluvionis, frequens hinc controversia oritur, [b] utro nomine censendum sit, [c] quod, cum emineat nonnihil, cum proximis prædiis ita cohæret, ut

„agro & generali dominio, jus esse alluvionis di-„xit in *pr. h. n.*

„x) (QUOD ROMANIS QUOQUE LEGIBUS PRODI-„TUM EST:) *d. l. 13. d. l. 7.*

„y) (ET PASSIM USURPATUR:) Præter allega-„tos Anthores vide Beatum Parentem in *Diss. de* „*jure circa actus imperfect. sect. 1. §. 2.*

a) (ID ET DE RELICTA RIPA:) Ripa igitur, ubi flumen recedit, naturaliter cedit populo; in fluminibus scilicet occupatis (in non occupatis enim Author ripas cedere ait ei, qui primus possessionem prehendit) nisi populus privatis concesserit: quod jure gentium ita statutum est.

ADDITIO.

„Uti omnia incrementa fluvialia in agris arcifi-„niis cedunt possessoribus agrorum, non populo, „ita & illud quod relicta ripa agro accedit, sive „paullatim recedat aqua, sive uno impetu alveus „deseratur: populum vero dominium generale & „privatum occupando non acquirere, toties dictum „est.

„b) (ET SICCATA PARTE ALVEI:) Tunc enim „pedetentim paulatim aliquid accrescit ripæ.

„c) (IN NON OCCUPATIS:) Id est in eis, in „quibus populus dominium generale non occupa-„vit. vid. §. 9. *n.* 3. Etsi enim populum plerum-„que id fecisse præsumat, vid. *supra* §. 11. non „tamen semper id fieri exemplo maris indicare „voluit supra §. 9. *n.* 3. *in fin.* At diximus ibidem, „tale dominium generale non dari, adeoque agros, „qui sub imperio populi continentur, nec in sin-„gulos distributi sunt, non esse in dominio populi, „sed quoad proprietatem nullius esse, & cedere „occupanti: nisi populus dominium quoque priva-„tum occupare voluerit, quod factum est in fun-„dis fiscalibus &c.

„d) (SINT EA OCCUPANTIS:) Quia nullius sunt, „cum ex hypothesi Authoris nec dominium gene-„rale a populo occupatum, nec ripa illa privatis „assignata sit.

„e) (IN FLUMINIBUS OCCUPATIS:) In quibus „populum dominium generale occupasse fingit.

„f) (POPULI:) Diximus populum solum jus „imperii per occupationem generalem territorii „acquirere, res autem singulas nullius, id est, in „nullius bonis & proprietate esse.

„g) (PRIVATORUM AUTEM ITA DEMUM &c.) „Non ex ea ratione, quasi populus dominium su-„um generale in privatos transtulerit, uti Author „putat, vide §. 12. *pr.* sed quia flumen, & quid-„quid ad flumen pertinet, limitem ex assignatio-„ne populi constituit.

„h) (AUT JUS POPULI HABENTE:) Id est a „Principe.

„i) (AGRUM AD FLUMEN EXCURRENTEM:) Id „est, arcifinium; secus si limitatus est.

„a) (CUM ALIUD ESSE JUS DIXERIMUS INSULÆ, „ALIUD VERO ALLUVIONIS:) *Insulam* enim in flu-„mine publico natam semper publicam esse dixit, „§. 9. *n.* 1. *in fin.* & *n.* 3. Ea autem quæ per *alluvio-„nem* accedunt, vicinis eo jure, quo ipse populus „occupavit assignare solere, si agri sunt arcifinii. „§. 12. At utrobique idem jus, eademque decidendi „ratio est: nam etiam insula acquiritur vicinis „prædiis, si agri eorum sunt arcifinii. *L. 7. §. 3.* „*l. 65. §. 1. & 2. ff. de acquir. rer. domin. l. 29. ff.* „*eod. l. 6. ff. de rer. divis. l. 1. §. 6. ff. de flumin.* „*l. 24. ff. de damn. infect. §. 22. Inst. de rer. divis.* „Conf. *Diss. proœm. XII. §. 276.*

„b) (UTRO NOMINE:) Insulæne, an alluvionis: „*Gronov. h.* priori enim casu ex mente Authoris „incrementum populo, hoc casu vicinis cederet.

c) (QUOD, CUM EMINEAT NON NIHIL, CUM PROXIMIS PRÆDIIS ITA COHÆRET:) Male quærit Author, *an id alluvio sit, an insula*, adeoque an privatis cedat, an publica sit? nam id id certum, nec de eo quæstio est: sed quando solum quæsitum vel amissum videatur? Ponamus enim æstivo tempore portionem terræ in flumine eminere, quæritur, quando hæc eminentia sit acquisita vel amissa? Resp. *quæsita* videtur, quando in per-

ut tamen interjecta planities aquis superfundatur: quod passim apud nos ob locorum inæqualitatem videmus accidere. Mores hic variant. In Geldria prædiis accedit, [d] addita occupatione, id quod plaustro onerato adiri potest: in agro Putteno [e] in quo pedes gladium exsertum tenens potest pertingere. Maxime naturale est, [f] ut discretum videatur id qua majori temporis parte navigio transiri solet.

§. XV.

1. Nec minus trita usu quæstio est [a] inter Principem qui iure populi

perpetuum aqua abscessit, non ergo terra illa quæsita videtur, si per æstatem ob nimium calorem ita exsiccetur alveus, ut portio terræ emineat, non enim desinit esse pars fluminis, quia hyberno tempore, aqua excrescente, tegi solet, adeoque eminentia illa manet populi: aqua autem tunc in perpetuum recedit, quando novum alveum facit, in quo aqua in perpetuum decursura est.

ADDITIO.

„Author hic supponit casum, ubi tota vis fluminis ab una parte est, ab altera vero parte eminentiæ quædam se produnt, quæ cum vicinis prædiis cohærent, ita tamen, ut interjecta inter eminentias illas & prædia planities aqua, licet paucissima, superfundatur: hoc casu quæritur, an illa planities, cum eminentiis, alluvionis jure vicinis possessoribus, quorum prædiis planities illa cohæret, acquiratur: an vero eminentiæ jus insularum habeant, id est, populo cedant? Author ait: naturaliter discretum & separatum videri id qua majori temporis parte navigio transiri solet: adeoque partem minus navigabilem cum eminentiis jure *alluvionis* vicinis acquiri: indeque jus *insulæ* hic non obtinere putat: At diximus in genere, idem jus obtinere in alluvione & in insula, in casu vero proposito ex neutro capite hoc incrementum cedit vicinis: Nam cum hic idem flumen sit, quod ab una parte navigabile est, ab altera vero parte non est, totum hoc flumen manet publicum, ripa pristina hic manet, & pars saltem fluminis minus navigabilis redditur: ut proinde *jus alluvionis* locum non habeat, quia nihil adjicitur ripæ, sed aqua saltem minuitur tempore æstivo: Nec *jus alvei derelicti* hic obtinere potest, quia alveus non derelinquitur, nedum uno impetu, nec novus alveus constituitur: Sane ex doctrina ICtorum Romanorum constat, non desinere esse flumen publicum ideo, quod navigabile esse desinat. *L. 1. §. 12. & 18. ff. de flumin.* Sed nec jus *insulæ* hic obtinet, quia supponimus tempore hyberno eminentias illas aqua tegi.

„*d*) (ANNITA OCCUPATIONE:) Id est, prehensa possessione inducto plaustro.

e) (Grot.) IN QUO PENES GLADIUM EXSERTUM TENENS POTEST PERTINGERE:) Ex vetustissimæ germanicarum gentium more. *Paulus Warnafredi* de Authari rege Longobardorum *Usque ad eam* (columnam in mari) *equo sedens accessit Autharis, eamque de hasta sua cuspide tetigit, dicens: usque huc erunt Langobardorum fines.* (Lib. III. cap. 33.) Similem historiam habes de lancea, qua in mare jacta Otto Imperator fines imperii in freto Baltico designare se dixit, apud *Saxonem* libro XI. & alios. (Hoc tantum dicit SAXO. GRAMMAT. *Hastam, cujus usum habebat, maritimos in fluctus; relinquendi monumenti gratia, jaculatus, suum freto vocabulo indidit. Pag. 165. Ed. Wech. 2567.*

„*f*) (UT DISCRETUM VIDEATUR:) Id est, ut ea portio alvei, quæ navigabilis est, separata videatur ab ea, quæ non est: at dictum jam est, navigium discretum esse, non flumen: adeoque verum non esse, alteram alvei partem minus navigabilem occupari posse; flumen enim manet,

(AD §. XV.) Author quærit, *an terris in feudum concessis, etiam fluvialia incrementa concessa videantur?* Resp. totum id pendet ex literis investituræ, & tenore concessionis: In dubio concesso territorio vel fundo, flumina non videntur concessa, sed manent populi concedentis.

ADDITIO.

„Grotius diversas hic cumulat quæstiones, quæ separatim examinari merentur.

„*Primo* quæritur, an concesso imperio, id est jurisdictione, etiam concessa videantur incrementa fluvialia? Recte id negat Author, Non enim hic quæritur de concessione agrorum, & de eorum incrementis, sed de solo imperio: adeoque nil nisi jurisdictio acquiritur in illa incrementa, quæ possessoribus agrorum arcifiniorum accedunt.

„*Secundo* quæritur, An si vasallo præter jurisdictionem concessa sit universitas agrorum, v. g. comitatus, ei cedant incrementa fluvialia? Quod merito affirmatur: si comitatus limites ad flumen usque pertingunt, nec possessores privati agros arcifinios tenent:

„*Tertio* quæritur, si Princeps ipsum flumen alicui in feudum dat, an insulæ quoque in flumine natæ ei acquirantur? Author affirmat: at merito excipimus casum si agri vicini sunt *arcifinii*, tunc enim his jus quæsitum auferri nequit; insulas enim in flumine natas acquiri vicinis prædiis si agri sunt arcifinii, supra probavimus.

„*Quarto*

puli utitur, [b] & ejus vafallos qui imperium fummo minus acceperunt. [c] In imperii fola conceffione fluvialia incrementa non ineffe fatis apertum eft. Sed notandum eft, [d] horum vafallorum nonnullos cum illo definito imperio fimul accepiffe agrorum univerfitatem, [e] falvo eo quod privatis competit, puta, [f] quod ager is olim populi aut Principis fuerit, [g] aut a Principe ficcatus. Et hoc cafu dubium non eft, [h] quin vafalli jus habeant quod populi aut Principis fuit. Ac fic videmus in Zelandia vafallos, [i] etiam qui de civilibus tantum judices dant, [k] pro tota agrorum univerfitate tributum pendere; cujus partem a fingulis [l] pro privatarum poffeffionum modo ferunt. [m] Et his de alluvionibus non movetur controverfia.

* Sunt quibus flumen ipfum datum eft, [n] qui proinde infulas [o] five limo aggeftas, five [p] factas ex alveo quem amnis circumluit, fuas recte dicunt.

2. Sunt

„*Quarto*, fi vafallo nec flumen nec univerfi„tas agrorum conceffa fit, quæritur cui cedant „hæc incrementa? Author ait, fifco; nifi longi „temporis poffeffio accedat: at verius eft ea hoc „cafu nunquam cedere fifco, fed vel vicinis fi „eorum agri funt *arcifinii*, vel occupanti fi agri „funt *limitati*.

„*Quinto* quæritur, fi ipfe ager in feudum datur, „an ei cedant incrementa fluvialia? Et affirmatur „fi ager ille eft *arcifinius*, non fi eft *limitatus*: „hoc enim cafu quod accedit ultra limites nullius eft, „& cedit occupanti.

„*a*) (INTER PRINCIPEM, QUI JURE POPULI „UTITUR:) Id eft, qui præter imperium etiam „dominium generale & privatum habet. Vid. *fu*„*pra* §. 9.

„*b*) (ET EJUS VASALLOS, QUI IMPERIUM SUM„MO MINUS ACCEPERUNT:) Id eft, quibus jurisdictio „omnimoda in feudum conceffa eft.

„*c*) (IN IMPERII SOLA CONCESSIONE FLUVIA„LIA INCREMENTA NON INESSE, SATIS APER„TUM EST:) Quia Author fupponit, Principem „dominium fuum generale hac conceffione non „tranftuliffe.

„*d*) (HORUM VASALLORUM NONNULLOS CUM „ILLO DEFINITO IMPERIO SIMUL ACCEPISSE AGRO„RUM UNIVERSITATEM:) Adeoque diftinguit Au„thor, an fola jurisdictio in feudum conceffa fit, „an præterea etiam univerfitas agrorum: hoc cafu „incrementa fluvialia vafallo conceffa rit.

„*e*) (SALVO EO, QUOD PRIVATIS COMPETIT:) „Si enim privatis agri illi ante conceffionem fuere „affignati usque ad flumen, id eft, fi agri funt „*arcifinii*, jus alluvionis illis competit, non va„fallo: Si vero agri vicinorum funt *limitati*, id „quod accedit, cedit vafallo.

„*f*) (QUOD AGER IS OLIM POPULI AUT PRIN„CIPIS FUERIT:) Scilicet jure dominii generalis „& privati: Vid. *fupra* §. 9. *n.* 1.

„*g*) (AUT A PRINCIPE SICCATUS:) Adeoque „qui eft in proprietate & dominio privato Prin„cipis.

„*h*) (QUIN VASALLI JUS HABEANT, QUOD PO„PULI AUT PRINCIPIS FUIT:) *Populi*, jure do„minii generalis & privati: *Principis*, qui forte „exficcavit terras, vi dominii particularis: At dixi„mus (1) populum occupando terram non occu„pare dominium, nec generale nec particulare: „(2) vafallum, cui ager arcifinius five a populo, „five a Principe affignatur, lucrari incrementa flu„vialia; (3) in agris limitatis incrementa illa ce„dere occupanti, non vero, uti Author putat, populo.

„*i*) (ETIAM QUI DE CIVILIBUS TANTUM JU„DICES DANT:) Id eft, quibus inferior faltem ju„risdictio in feudum data eft.

„*k*) (PRO TOTA AGRORUM UNIVERSITATE „TRIBUTUM PENDERE:) Adeoque & pro incre„mento, quod agris arcifiniis accedit.

„*l*) (PRO PRIVATARUM POSSESSIONUM MODO „FUERUNT:) Quod jus fubcollectandi vocant.

„*m*) (ET HIS DE ALLUVIONIBUS NON MOVE„TUR CONTROVERSIA:) Quod verum eft fi agri „funt arcifinii: tunc enim privati poffeffores pro „incremento quoque penfionem folvunt.

„*) (SUNT QUIBUS FLUMEN IPSUM DATUM „EST:) Si quis de ipfo flumine eft inveftitus.

„*n*) (QUI PROINDE INSULAS SUAS RECTE DI„CUNT:) Quod verum eft, fi poffefforum agri „funt *limitati*: hoc enim cafu incrementa fluvia„lia funt publica, id eft, nullius in bonis, adeo„que populus ea affignare fubditis poteft, uti „affignat concedendo flumen: aliud dicendum, „fi illi qui ad ripam habitant agros habent *arci*„*finios*: his enim jus femel per affignationem in „incrementa fluvialia quæfitum auferri nequit.

„*o*) (SIVE LIMO AGGESTAS:) Quod fit in lo„cis ubi ob depreffum folum, magnitudinem a„mnium, & vicinitatem maris, limus hinc recipi„tur, illuc revehitur, per æftuum vices, Vid. *fu*„*pra* §. 9. *n.* 2.

„*p*) (FACTAS EX ALVEO, QUEM AMNIS CIR-

 CUM-

2. Sunt alii *q* in quorum investitura nec hoc nec illud comprehensum est, *r* & horum adversus fiscum mala causa est, *s* nisi aut mos regionis illis faveat, *t* aut longi satis serie temporis possessio, *u* accedentibus quae oportet, jus peperit.

Quod si non imperium, *v* sed ager in feudum datus sit, *w* videndum quæ sit agri natura, ut *x* supra diximus *y* Nam is, si est arcifinius, alluvio feudo comprehensa censebitur, *z* non ex jure peculiari Principis, *aa* sed ex agri qualitate : *bb* nam & usufructuario tali casu alluvio prodesset.

§. XVI.

„CUMLUIT:) Insula *vel* intra ripas fit, si amnis „terræ portionem, quæ ex alveo eminet, circumluit, *vel* extra ripas, si amnis agrum vicinum „circumluit, *l. 30. §. 2. ff. de acquir. rer. domin.* „*hæc* dominium oon mutat, *illa* acquiritur vicinis „prædiis, si agri sunt arcifinii. Vid. B. Parentis „*Hypomnem. Inst. tit. de rer. divis. §. 29.* Si sunt „limitati, cedunt ei qui flumen in feudum accepit.

„Insulæ ex virgultis natæ semper acquiruntur, ei „qui flumen feudi jure tenet, sive agri sint limitati, sive arcifinii. Vid. *supra §. 9. n. 3.*

„*q*) (IN QUORUM INVESTITURA NEC ILLUD „COMPREHENSUM EST:) Id est, quibus nec universitas agroruo cum imperio, nec flumen feudi „jure concessum est.

„*r*) (ET HORUM ADVERSUS FISCUM MALA „CAUSA EST:)Imo fisco nullum jus competit. Nam „si agri sunt arcifinii, incrementa acquiruntur vicinis prædiis; si agri sunt limitati, incrementa „fluvialia cedunt occupaoti: ceterum populum „imperium quidem occupare, noo vero dominium, nec generale, passim diximus.

„*s*) (NISI AUT MOS REGIONIS ILLIS FAVEAT:) „Illis, quibus nec flumen, nec universitas agrorum „in feudum data sunt: At dictum est fisco nullum „cujus competere in illa incrementa.

„*t*) (AUT LONGI SATIS SERIE TEMPORIS POSSESSIO:) Pariter dicendum fiscum nihil juris sibi „atrogare posse in illa incrementa: etsi vasalli „longo tempore nonpossideant:

„*u*) (ACCEDENTIBUS QUÆ OPORTET:) „jure Romano ad usucapionem requiritur justus „titulus & bona fides: & ad præscriptionem fundi „patrimonialis quadraginta anni, *L. fin. C. de fund.* „*patrim.*

„*v*) (SED AGER IN FEUDUM DATUS SIT:) Adeoque si noo universitas agrorum cum imperio, „& cum dominio generali, (utpote quod populum „occupasse fingit;) sed proprietas & dominium „agri particulare alicui assignatur.

„*w*) (VIDENDUM, QUÆ SIT AGRI NATURA:) „An scilicet sit arcifinius, ao vero limitatus.

„*x*) (SUPRA:) *§. 12. n. 1.*

„*y*) (NAM IS SI EST ARCIFINIUS, ALLUVIO „FEUDO COMPREHENSA CENSEBITUR:) Quia flumen limes est agri nostri; quidquid igitur per „alluvionem ei accedit, intra flumen, id est, iotra „limitem est. Conf. 1. *Feudor. 4. in fin.*

„Quid si sit limitatus? Author existimat, incrementum esse populi. *§. 9. n. 3.* idque vi generalis & privati dominii, quod populum occupasse „fingit. *d. §. 9. n. 1.* Nos alibi probavimus, populum præter imperium nihil occupasse, sed quædam in singulos distribuisse, quædam vero „io statu naturali reliquisse: Hæc igitur manent res nullius, in nullius sunt boois & patrimonio, adeoque cedunt occupanti.

„*z*) (NON EX JURE PECULIARI PRINCIPIS:) „Quasi hic jus suum dominii generalis vasallo concesserit. *Vid. §. 9. & 12.* Nam tale dominium „non exsistere vidimus.

„*aa*) (SED EX AGRI QUALITATE:) Quia scilicet ager assignatus est usque ad flumen: ubicumque igitur flumen est, eo usque procedit terminus.

„Sed ex eadem agri qualitate sequitur, agrum, „si limitatus est, finiri cum limite: si quid igitur extra illum limitem accedit agro, id nec vicinis cedit, nec populo jure dominii generalis; „sed incrementum hoc, tamquam res nullius, cedit occupaoti.

„*bb*)(NAM ET USUFRUCTUARIO TALI CASU ALLUVIO PRODESSET:)Dissensus inter Ulpianum & Paulum hic intercedit: *Hic* negat alluvionis usumfructum ad fructuarium pertinere, addita ratione, quia „alluvio non est fructus fundi. *Paul. sent. l. 3.* „*§. 6. §. 22.* *Ille* affirmat in *l. 9. §. 4. Usufr.* Ratio naturalis in aprico est: alibi enim demonstravimus ad fundum arcifinium etiam pertinere „proprietatem ripæ & alvei quoad usus privatos. „*Diss. proem. XII. §. 275. & supra §. 8.* Si proinde „fundi arcifinii ususfructus alicui legatur, omnino „ripæ & alvei, adeoque & alluvionis usus privatus „legatus censetur.

„Neque *obstat*, alluvionem non esse fructum „fundi. *dict. tit. 6. §. 22.* Resp. alia est quæstio „an alluvionis incrementum sit fructus fundi, quod „merito negatur: aliud an sit pars fundi legati, „quod omnino affirmamus: si autem est pars fundi, „necessario quoque usus ejus ad usufructuarium „pertinet; totius enim agri ususfructus relinquitur, „non partium. *d. l 9. §. 3.*

„Hioc apparet idem quoque dicendum esse de insula,

§. XVI.

Solent Romani, ut jus, quo utuntur ipsi, probent esse naturale, tritum illud pronunciatum afferre: [a] secundum naturam est, ut cujusque rei eum sequantur commoda, quem sequuntur incommoda: [b] quare cum amnis de agro meo sæpe partem deterat, æquum esse ut ejus beneficio utar: [c] sed ea regula locum non habet nisi ubi ex re nostra commoda existunt; [d] at hic existunt e flumine quod

L. 9. item si fundi §. 4. huic vicino. D. usufr.

„insula, quicquid dissentiat Ulpianus *d. l 9. §.* 4. „qui differentiam inter incrementum alluvionis & „insulæ hanc constituit, *quod* INSULA *proprium* „*quasi fundum constituat, cujus ususfructus legatus non sit:* in ALLUVIONE *autem lateat incrementum, in-* „*deque semper idem videatur esse fundus:* at hæc „subtilius magis quam vere disputantur: sane in- „sula æque ac alluvionis incrementum est pars al- „vei, qui est portio agri arcifinii, cujus usus „fructuario legatus est.

a) (SECUNDUM NATURAM EST, UT CUJUSQUE REI EUM SEQUANTUR COMMODA, QUEM SEQUUNTUR INCOMMODA:) ICti hanc regulam in *l. 10. ff. de reg. jur.* pronunciant non tanquam jus naturæ, sed tanquam æquitati convenientem: ex qua æquitate jus civile constituitur: non enim omne id quod æquum est ad jus naturæ referri potest, sed ideo, quia æquitas id suadet, leges civiles inde desumi solent, Et huc pertinet illa regula, quod is, qui commodum rei habet, etiam incommoda ferre debeat: quam proinde Doctores varie limitare solent. Vid. *Barbos. l. 3. c. 31. axiom. 3.* De usu ejus regulæ inter gentes vide apud *Tem. h.*

ADDITIO.

„Author ad objectionem, quod ICti rationem „acquisitionis per incrementa fluvialia in eo posue„rint, *quod flumen varia procuret incommoda vi*„*cinis possessoribus, indeque naturale esse, ut etiam* „*commoda iis tribuantur*, arg. *l. 10. ff. de reg.* „*jur.* respondet, rationem illam fallere, & *locum* „*non habere, nisi ubi ex re nostra commoda exsi*„*stunt: hic autem exsistere e flumine, quod alie*„*num est.*

„At (1) verum non est ICtos Romanos hac „ratione usos esse; quod *tum* ex eo probatur, quia „acquisitiones has juri gentium tribuunt; jure gen„tium autem falsum est commoda rei eum neces„sario sequi, qui incommoda fert, uti bene bea„beatus Parens observavit: sane in agris limitatis „& mensura comprehensis cessat alluvionis com„modum, etsi agri ad flumen extendantur, & in„commodis fluminis sint expositi: *tum* ex ratione „naturæ quam ICti afferunt, quia flumen limitem „constituit, adeoque quidquid flumine con„tinetur, (uti continentur incrementa alluvionis) „pars agri nostri esse censetur.

„Sed & (2) vera non est responsio, quod re„gula illa tantum vera sit si ex re nostra commo„da exsistunt, quod statim demonstrabimus.

„*b*) (QUARE CUM AMNIS AB AGRO MEO SÆ„PE PARTEM DETERAT, ÆQUUM ESSE, UT EJUS „BENEFICIO UTAR:) Iniquum enim videtur, si id, „quod a meo deteritur, damno mihi foret, quod „vero accedit, fisco cederet. Atque hanc „rationem allegare quoque solent Scriptores rei „agrimensoriæ, jurium ignari. *Vid. Aggen. Ur*„*bic. de condit. agror. p. 69. Adde supra §. 8. in* „*fin. ibique not.* At satis jam probavimus, ICtos „nullibi hanc rationem allegasse.

„*c*) (SED EA REGULA LOCUM NON HABET „NISI UBI EX RE NOSTRA COMMODA EXISTUNT:) „ICti Romani numquam allegant hanc regulam „in casibus ubi *ex re nostra* commoda exsistunt, „nam si commoda *ex re nostra* existunt, onera „suscipimus non propter commodum quod per„cipimus, sed quia res nostra est, onera enim & „commoda dominum sequuntur: quod adeo ve„rum est, ut onera dominus sustineat, etsi res pla„ne sterilis sit, nec ullum inde commodum ei „oriatur.

„Omnes igitur casus ubi regula illa obtinet, „loquuntur de commodo, quod *ex re aliena* ex„sistit, ita enim (*a*) cum quis utitur adminiculo „ex persona Authoris, uti eo debet cum suis vitiis, „*l. 13. §. 1. ff. de acquir. possess.* agitur igitur de „commodo ex causa aliena. (*b*) Inferior ideo „aquam superioris recipere tenetur, quia commo„dum ex eo, quod omnis pinguedo terræ superio„ris ad eum decurrat, habet; exsistit igitur com„modum ex re aliena. *l. 1. §. 22. ff. de aqu. pluv.* „(*c*) Commodatarius, ob onus periculi, quadru„plum lucratur rei quæ furto ablata est, lucrum „igitur hoc exsistit ex re aliena. *l. 3. §. fin. C. de* „*furt.* (*d*) Maritus socius soluta societate dotem, quam „stante communione ex societate accepit, ideo „præcipit, quia onus matrimonii sustinet, *l. 65.* „*§. fin. ff. pro soc.* adeoque hic quoque commo„dum oritur ex re pro parte aliena.

„*d*) (AT HIC EXSISTUNT E FLUMINE, QUOD „ALIENUM EST:) Immo nec hoc admitti potest: „diximus enim, possessorem agri arcifinii proprie„tatem habere omnis agri qui intra flumen con„tinetur, adeoque & ripæ & alvei quoad usus priva„tos attinet. Lucra igitur alluvionis sunt commoda „quæ ex re propria, non ex re aliena exsistunt.

„*e*) (QUOD AUTEM PERIT, DOMINO PERI„RE:) Adeoque populo vel Principi, quos domi„nium generale occupasse fingit: At diximus (1) „populum non occupasse generale dominium, „adeoque id ei perire nequit: Diximus (2) posses„sorem agri arcifinii dominum esse agri, ripæ, & alvei,

quod alienum eſt. [e] Quod autem perit, domino perire, [f] id vero naturale eſt, Denique [g] non eſſe univerſale quod adferunt, [h] ipſa oſtendit admiſſa ab ipſis agrorum limitatorum exceptio: [i] ut jam omittam ita plerumque evenire, ut alios flumen ditet, alios pauperet [k] Lucanus.

Pharſal. VI. 277. *Illos terra fugit dominos, his rura colonis*
Accedunt donante Pado

§. XVII.

L. 38. D. de adq. rer. dom. Sed & quod ajunt [a] viam publicam non intercedere alluvioni, [b] rationem naturalem nullam habet; nisi ager privatus ſit qui viam debeat.

§. XVIII.

„alvei, quoad effectum dominii privati; indeque „uſum ejus omnino pertinere ad fructuarium: adeoque (3) male contra ICtos Romanos „hæc diſputantur, qui nullibi regulam, quæ objicitur, allegarunt pro fundandis incrementis fluvialibus.

„*f*) (IN VERO NATURALE EST:) De hac regula agemus *cap. ſeq.* & egimus ex profeſſo in *Diſſert. „prooem. XII.* §. 388. ubi & exceptiones regulæ recenſuimus.

„*g*) (NON ESSE UNIVERSALE, QUOD ADFERUNT:) „Scilicet incommoda debere ſequi eum, qui commoda habet. Dixi fruſta hæc oppugnari, cum „ICti nullibi hanc rationem allegaverint.

„*h*) (IPSA OSTENDIT ADMISSA AB IPSIS AGRORUM LIMITATORUM EXCEPTIO:) Nam in agris „limitatis is, qui incommoda fluminis habet, non „acquirit commoda fluvialia: at ex hoc ipſo argumento apparet, ICtos regulam illam pro ratione „acquiſitionis alluvialis in agris arcifiniis non allegare.

„*i*) (UT JAM OMITTAM ITA PLERUMQUE EVENIRE:) Hoc autem verum naturaliter ſaltem „eſt in agris arcifiniis, non limitatis: id enim eſt, „quod ICtus ait, flumen cenſitoris vice fungi. „*l. 30. §. 3. ff. de adquir. rer domin.*

„*k*) (LUCANUS:) *Phars Lib. 6. v. 272. 273.*

(AD §. XVII.) Auctor increpat ICtos Romanos, quod ſtatuant alluvionem non impediri per intercedentem viam publicam: Equidem hactenus vera eſt Authoris ſententia, quod commodum alluvionis ſub generali occupatione comprehendatur, adeoque publicum ſit; ſed male notat ICtos, quia hi quoque hos acquirendi modos non referunt inter modos acquirendi juris naturalis, ſed juris gentium, quod ex æquitate & utilitate communi introductum eſt, quia via iſta detracta prædiis vicinis videtur, per *l. 38. in fin. ff. de acquir. rer. domin.* indeque via agro detracta non debet impedire jus quod poſſeſſor habiturus eſſet, ſi via publica ibi non fuiſſet: atque hactenus ager iſte, cui via publica inhæret, vicinus eſt, & qua tali commodum alluvionis cedit.

ADDITIO.

„Celebris hic eſt textus in *l. 38. ff. de acquir. „rer. domin.* qui mirum in modum torſit interpretes juris, nec hactenus rite explicatus eſt. Alfenus Varus caſum ibi proponit, ubi flumen & „agrum Lucii & poſtea *viam publicam*, ſecundum „quam Attius prædium poſſidebat, ſuſtulit, & novum alveum effecit: poſtea flumen paulatim recedit, & priſtinum locum occupat; quæritur, „an ager Lucii, qui aqua merſus fuit, jure alluvionis acquiratur prædio Attii? Affirmat ICtus, „nec impedimento eſſe ait, quod via intermedia „ſit, *quia ipſa quoque via fundi eſſet. d. l.* 38. *in fin.* „Alibi enim probavimus, viam publicam eſſe locum „ex agris privatis decerptum, qui a populo, vel „eo qui jus publicandi habet, ad uſus publicos, „id eſt, ut publice per eum commeare liceat, deſtinatus eſt. *l. 2. §. 21. ff. Nequid in loc. publ.* „vid. *Diſſert. proœm. XII.* §. 225. Extra hos uſus „publicos jus agri privati ſalvum manet, id eſt, „*ipſa quoque via fundi eſt.* Si proinde aliquid viæ „publicæ accedit per alluvionem, id revera accedit fundis privatis vicinis, ex quibus via illa publica deſumta eſt. Certum igitur eſt, incrementum hoc fundi accedere jure gentium, id eſt, naturali jure, quod Authoris quoque menti conveniens eſt, uti mox videbimus.

„Sane populo hoc incrementum non acquiritur, „quia via non eſt populi, niſi quoad jus eundi, „adeoque quoad uſum publicum: alluvio autem „non ad uſum viæ publicum pertinet, adeoque non „accedit viæ, ſed agro, qui privatus eſt.

„*a*) (VIAM PUBLICAM NON INTERCEDERE ALLUVIONI:) Id eſt, viam non eſſe impedimento, „quo minus ager, qui per alluvionem viæ accedit, ejus fiat, qui ſecundum viam publicam agrum „habebat. *l. 38. ff. de acquir. rer. domin.*

„*b*) (RATIONEM NATURALEM NULLAM HABET:) Imo habet, quia fundus, cui via inhæret, privatus eſt: quidquid igitur huic fundo per „alluvionem accedit, accreſcit domino fundi. Adeoque hic quoque obtinet regula, ubi flumen eſt „ibi eſt fundi illius terminus.

„*c*) NISI AGER PRIVATUS SIT, QUI VIAM DEBEAT:) Atqui ex hypotheſi ICtorum Romanorum fundus, cui via publica inhæret, privatus „eſt. *d. l. 38.* ibi, *nam ipſa quoque via fundi eſt;* „ſalvo ſaltem uſu publico, ſeu juris gentium.

(AD

(AD §. XVIII.) Author male increpat ICtos Romanos, quod fœtum tribuant matri, non patri: sane in rebus dominii jure naturæ verissima est regula, *fœtum sequi ventrem*, quia quidquid ex re mea nascitur, meum est natura: fœtus autem est pars ventris (qui meus est,) eo tempore, quo de ejus acquisitione agitur, id est, quo nascitur ac producitur, eodem modo uti fructus maturi, ex terra nati, sunt pars fundi, indeque ad eum pertinent qui dominus est totius fundi. *l. 25. ff. de usur.*

Atqui semen videtur patris esse? Resp. (1) semen transfusum desiit esse patris, & fit matris: sane effusum semen non magis ad patrem pertinere potest, quam reliqua excrementa effusa, ut crines desecti, ungues excisi &c. (2) Semen illud perit, nec amplius exsistit, adeoque nullum jus patri in illud superest. Denique & (3) certum est, eo tempore quo fœtus nascitur eum solius matris partem esse, non patris: ad quem igitur venter jure dominii pertinet, ad eum quoque pertinet dominium partis, id est fœtus.

ADDITIO.

„Beatus parens ex his principiis totum jus seminis demonstravit in *Diss. de jure seminis, sect. I. §. 1. usque ad §. 15.* Verba hæc sunt:

„§. I. Nulla in re major est naturæ ratio, quam „in seminibus, sed nec de ulla re gravior sapientum disputatio. In præsenti autem, acturi de „jure seminis, paucis præmittimus vocis *seminis* „explicationem: (*jus* enim unde derivetur, quid, „& quotuplex sit, vel Justinianeis novis abunde „constare arbitramur.) *Semen* derivasse videtur „Varro *de Lingu. Lat. a semi*, dum ait: *semen est* „*quod non plane id, quod inde.* Nunnesius apud. „*Vossium in Etymolo.* voc. *semen pag. 463.* semen „esse dicit a σπέρμα: sed nos cum Vossio venire „censemus a *sero*, ut sit semen quasi *serimen*. Conf. „Christ. Becmanni *Origines linguæ. Lat. pag. 982.* „Significatio autem hujus vocis varia est apud Latinos Authores. Aliquando denotat aliquod frumenti genus, ζεὰ appellatur. Plin. *Hist. natural.* „*l.* 18. *c.* 11. aliquando causam alicujus rei designat, ut apud Ciceronem *de divinat. l. 2. nec* „*unquam bellorum civilium semen & causa deerit.* „Aliquando sumitur pro genere, natione, ut videre est apud lexicographos & alios, Virgilius „utitur hac voce pro virgultis, surculis, & arboribus *Georg. lib.* 2. *v.* 353. 354.

„*Seminibus positis. superest deducere terram.*

„*Sæpius ad capita, & duros jactare bidentes.*

„Vid. Taubmann. *Comment. h. l.* In jure nostro „accipitur pro eo, ex quo primum aliquid naturaliter producitur. Et sic Aristoteles semen describit: ἐξ τα ὃ κατὰ Φύσιν συνιςάμενα γίνεται „πρώτε, *ex quo primo generantur quæ secundum* „*naturam fiunt, lib. 1. de genere animal. c. 18.* cui „descriptioni acquiescimus, licet Zeno apud Diogenem Laërtium *de vit. philosoph. lib. 7. in vit.* „*Zenon.* aliter id definiat.

„§. II. *Jus* igitur *seminis* hic nobis est facultas „legitima, quæ competit alicui in fructus ex semine per culturam suam natos. Hoc vero jus seminis valde ambiguum videtur, ubi collidit cum „jure soli, seu corporis in quod alterius forte semen immissum est. Nam cum semina usum suum fructumque non ferant, nisi terræ injecta, „aut immissa in corpus habile, hinc insignis illa „ac primaria quæstio oritur, si semen in alienum „solum immittatur, an in percipiendis inde fructibus jus *seminis* ex quo oriuntur, an *soli* ex „quo percipiuntur, sit respiciendum? Seu, domino „seminis potius, an domino soli, sive corporis fructus quærantur? quæ proponitur in *l. 25. §. 1. ff.* „*de usur.*

„§. III. Si spectemus jus, quod a natura hac „in re nobis concessum atque constitutum est, „omnino dicendum videri poterat, eundem esse dominum seminis & fructuum inde natorum, cum „naturali quoque ratione meum sit quod ex re „mea oritur: *L. 49. §. 1. ff. de rei vindicat.* Posit. „nostr. juris gent. *5. n.* 2. alterum vero lucrum „ex re aliena capere, cum eadem naturali ratione „& æquitate adversis quasi frontibus pugnet. *L.* „*206. ff. de reg. jur. l. 14. ff. de condict. indeb. l.* „*22 ff. de heredit. petit.* Puffendorff. *de jure nat.* „*& gent. lib. 4. cap. 13. §. 6.* Quin ex alieno lucrari inscio invitoque domino, furtum vel rapina, „*l.* 1. *§. fin. ff. de furt. §. 34. in fin. Inst. de rer.* „*divis.* ac dolus est: *l. 17. §. penult. D. de inst. act.* „sed & in id unice natura constituit dominia rerum, ut dominorum essent rei commoda & fructus; in quo consistit omnis effectus & utilitas „dominii naturalis. Et cum fructus pars rei sint „ex qua oriuntur, constat equidem eos ex semine „suo oriri, atque adeo necessaria illatione sequi, „cujus totum semen est ejusdem quoque fructus „esse, qui pars seminis sunt, & qui virtute, ut „loquuntur, seminis continentur. Maxime vero „id consequens est sapientum sententiæ, qui semen, „& fructum inde natum, idem quodam modo „esse dicunt; quod etiam Aristoteles docet. *d. c. 18.* „Σπέρμα δὲ καὶ καρπὸς διαφέρει τῷ ὕςερον ϗ „πρότερον. καρπός μεν γάρ, τῷ ἐξ ἄλλε εἶναι, „σπέρμα δὲ τῷ ἐκ τέτε ἄλλο ἐπειδὴ ἄμφω ταυτόν ἐςιν, *semen & fructus differunt, ut prius &* „*posterius: fructus enim est, quod ex alio est; semen, ex quo aliud; de cetero utrumque idem est.* „Cujus itaque semen est, ejusdem quoque fructus „erit. Conf. Puffendorff. *de jur. nat. & gent. l.* „*4. c. 7. §. 2.* Denique quemadmodum fructus „arborum ad eundem pertinent, cujus arbor est, „ita fructus seminum, qui non minus ex semine „nascuntur, quam plantarum fructus ex plantis.

„§. IV. At spretis his omnibus contrarium verissime decisum est a ICto in *d. l. 25. §. 1. ff. de* „*usur.* Scilicet *potius adspiciendum esse jus soli, ex* „*quo percipiuntur fructus, quam seminis, ex quo* „*oriuntur: & fructum non jure seminis, sed potius* „*jure soli percipi: d. l. 25. pr.* idque duplici ratione accuratissima. *Primum* enim semen alterius solo injectum non manet ejusdem cujus „fuit, sed mutatur satione dominium, & transit „ad eum cujus est solum: & hoc ex illo jure gentium, quo sata cedunt solo, perinde ac plantæ, „ædificia, cet. §. 30. 31. 32. *Inst. de rer. divis.* Non

 „modo

„modo itaque fructus, sed & semen ipsum ejus
„est cujus solum est, eique proinde non acquiri-
„tur fructus ex semine alieno, sed proprio; quo
„ipso corruunt, quæ in contrarium adducta sunt §. 3.

„§. V. Sed nondum exemtus videtur scrupu-
„lus, cum hoc jus gentium, ut sata cedant solo,
„parum conveniat rationi, vel æquitati naturali;
„fieret enim hoc jure, ut, qui semen furto quo-
„que alii surripuisset, serendo ejus dominus fieret,
„acquireique ex suo furto & delicto dominium.
„Verum id nihil movet. Non enim dominus
„soli lucratur semen, sed, cum illud, semel terræ
„injectum ac mixtum, restituere integrum non
„possit, ejus pretium ratione naturali debet, uti
„evidentissime ostendimus in *Collegio ad* Grotium
„*de jure belli & pacis.* Qua ratione etiam, fru-
„mento duorum casu mixto, etsi integra grana
„exstent, tamen non id ipsum, cum fieri non pos-
„sit, sed æstimatio alteri præstatur. §. 28. *Inst. de*
„*rer. divis.* In ceteris vero casibus, quibus accessio
„integra separari iterum ac restitui potest, uti
„gemma annulo inclusa, *l. 23. §. 5. ff. de rei vin-*
„*dicat.* ipsa restituenda est; quod jus secuti om-
„nino sunt ICti, Vid. *l. 5. pr. & §. 1. ff. eod. l. 12.*
„*§. 1. l. 27. §. 2. ff. de acquir. rer. domin. &c.*

„§. VI. Dices: At non semper æstimatio re-
„stitui solet, utique non ei, qui mala fide in alie-
„no seruit. §. 30. *in fin.* §. 32. *Inst. de rer. divis.*
„Imo, quid si bona fide aliquis solum meum
„conseverit, sed vili aliquo semine, cum tamen
„nobiliori illud semini destinassem, videtur, quod
„ne ad semen quidem tenear, cum damno mihi
„sit ignobili segete agrum meum occupari. Vid.
„Puffendorff. *de jure nat. & gent. lib. 4. c. 7. §. 5.*
„Sed respondemus, omnia, quæ de restituenda
„æstimatione diximus, valere, modo alterius cul-
„pa seu delictum non concurrat; ubi enim quis
„damnum culpa dedit, tantum abest, ut ei æstima-
„tio ejus quod impendit, sit restituenda, ut po-
„tius ipse id omne, quod alteri ex hoc facto abest,
„sarcire debeat. Ita etiam jure civili, in pœnam
„doli seu malæ fidei, constitutum est ut privetur jure
„seminis *dd. §§.* Ex quo porro manifestum est, quod
„si quis bona fide, sine culpa conserat agrum, licet
„omnium vilissimo semine, nihilominus ei æstimatio
„ejus adjudicanda sit. Utut enim maxima iniqui-
„tas videatur, quod, dum agrum nobilioribus
„fructibus producendis destinaverim, contentus
„esse debeam vilioribus, nulla tamen hic subest,
„cum nemo sit cui aliquid imputari possit, &
„proinde damnum, quod fortuito & casu conti-
„git mihi erit ferendum. Quid, quod dominus
„agri, æstimatione præstita, eum subigere iterum
„possit, & destinato semine injecto damnum hoc
„præcavere. Conf. *l. 6. §. 5. 9. C. de pign. act.*
„*l. 11. C. si cert. pet. l. 12. C. locat.*

„§. VII. *Altera* ratio, cur jus soli non semi-
„nis inspiciendum, est, quod in jure acquirendo-
„rum fructuum tempus perceptionis, non ortus
„inspicatur: non enim possunt acquiri fructus
„nisi ad fruendum vel percipiendum maturi sint.
„Argum. *l. 4. §. 1. ff. de act. emt.* Atque hanc ra-
„tionem argute significat ICtus in *d. l. 25. §. 1. ff.*
„*de usur.* cum ait, magis respiciendum esse jus
„soli, ex quo fructus *percipiuntur*, quam seminis,
„ex quo *oriuntur.* Neque enim fructus maturus
„est pars seminis, quod non amplius exstat, sed
„soli: *L. 44. ff. de rei vind. L. fin. §. 6. ff. quæ in*
„*fraud. cred. l. 61. §. 8. ff. de furt.* cujus alimen-
„to succrevit & maturuit in fructum. *l. 26. §. 2. ff.*
„*de acquir. rer. domin.*

„§. VIII. Unde & fit, ut, fundo post satio-
„nem & culturam vendito, fructus pendentes non
„sint venditoris, qui semina immisit, sed emtoris;
„qui tempore perceptionis dominus est fundi, vel,
„emtione perfecta, fundum saltem actione emti
„petere potuit. *l. 13. §. 10. ff. de act. emt.* argum.
„*l. 17. pr. ff. de acquir. vel amitt. possess.*

„§. IX. Hinc perspicue cognoscitur cujus sit
„fœtus animalium; qua in re a jure Romano Roma-
„nisque prudentibus, post Plutarchum discedit sum-
„mus vir, Grotius, *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 8.*
„*§. 18.* & utrique parenti fœtum vindicat. At re-
„cte dictum fuit a ICtis Romanis, quod cum jure
„civili, tum jure gentium fœtus ventrem sequa-
„tur, ex quo nati sunt; non patrem, cujus semine
„editi, *§. 19. Inst. de rer. divis.* per easdem plane
„rationes. Nam (1) semen ipsum factum fuit
„ventris seu corporis, cui commissum est, ejusque
„naturali prorsus ratione vera pars ac viscerum est
„portio. *l. 1. §. 1. ff. de ventr. inspic.* ibi, *partus,*
„*antequam editur, mulieris portio est vel viscerum.*
„Unde omnino constat, illud, ex quo fœtus nas-
„citur, totum esse in dominio ejus qui fœtum
„acquirit, & cujus est animal; nihilque eum ex ali-
„eno, sed unice ex suo, scilicet ex suo animali,
„cujus portio tum semen immissum, tum natus
„inde fœtus est, acquirere. §. 4. 6. (2) Neque in-
„spiciendum esse jus seminis, ex quo oritur, sed
„corporis, ex quo nascitur & percipitur fœtus,
„patet ex §. 7.

„§. X. Diximus equidem §. 7. æstimationem
„seminis domino ejus esse præstandum, & sic vide-
„tur etiam domino tauri pretium seminis esse dan-
„dum, vel ea propter aliquod jus in partum con-
„cedendum, quæ mens videtur esse Grotii *de jure*
„*bell & pac. d. l.* cum ait, *jus hoc, ut partus ven-*
„*trem sequatur, non esse naturale, nisi quatenus pa-*
„*ter plerumque ignoretur, si vero probabili ratione*
„*de ea constaret, cur non partus ex parte ad eum*
„*pertineat, nihil afferri posse.* Ideo quoque pro
„usu admissariorum equorum mercedem aliquam
„dare solemus. Accedit ad hæc dubium stabili-
„endum, quod in matrimoniis patrem, si non in
„omnibus majus, saltem æquale jus habere in li-
„beros cum matre certum sit, & ideo nuptias re-
„quiri ut pater demonstrari possit. §. 12. *Inst. de*
„*nupt. l. 5. ff. de in jus voc.* Grot. *d. l. & lib. 2.*
„*cap. 7. §. 8.* Sed, si terminos ante positos retine-
„mus, quod omnia sine culpa etiam hoc casu per-
„acta sint, apparet, semen separatum nec æstima-
„tionem usumve natura recipere, nec rem patri-
„monii esse, quin excrementi instar quasi secerni,
„nihilque ideo domino abesse. Quod autem pro
„admissariis eorundem locatoribus aliquid merce-
„dis pendatur, huc nihil facere poterit, quia illud
ex

„ex conventinne utriusque debetur. Inde ergo „Grotius nihil præsidii habebit, & dicta ejus ta-„tia refutantur ex §. præced. 9. Et plane hoc non „pertinet exemplum parentum: nam falsum est, „illos jure naturæ tale jus, de quo hic agimus, „in liberos habere, cum eis nihil aliud competat „quam jus educandi. *pr. Inst. de jur. nat. gent. „& civ. l. 11. §. 5. verb. fileat ob libros. C. de rei „uxor. act. l. 4. de agnosc. vel al. liber.* vid. §. 13. „Ait quoque Grotius, secutas id fuisse (scilicet „ut pars fœtus patrem sequatur, si is appareat) „veteres Francorum & Langobardorum leges, „sed locum non addit; contrarium vero patet ex „*lib. 2. leg. Langob. cap. 14.* & ex *edicto Theodori „regis*, subjecto *legib. Wisigoth. §. 65. 66.* item ex „*Spec. Suev. part. I. c. 61. 62.* & vetustis aliis Ger-„manorum legibus, quibus idem jus firmatur, & „partus ventrem sequitur.

„§. XI. Quod de fœtu diximus, idem quoque „ad servos iisdem rationibus pertinet, ut partus „ex ancilla natus servus sit, & in dominio domini „ancillæ, etsi pater vel liber sit, vel alterius do-„mini servus. Quod iterum male carpit Grotius „*de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 5. §. 29. per. tot.* „ubi confundit jus educandi cum jure dominii & „servitutis. Alia enim quæstio est, edito partu, „an is servus sit, & quis ejus dominus: alia; quia „ejus educandi jus habeat? Jure naturæ liquet, „partum ex parentibus, etsi utrinque servis, natum „esse liberum, utpote facultate ad agendum quod „lubet, quæ cuique personæ propria est, a natura „præditum; sed introducta a gentibus lege, ut „partus sit servilis, nulla ratio apparet cur partus „sequi debeat patrem, & non matrem; sed ad „hujus dominium pertinet, non tam quia is ali-„menta subministrat, quam quod corporis, cujus „pars ista fœtus est, dominus sit. Unde cuique „obvium est, ea, quæ hucusque tradita sunt, adeo „nihil commercii habere cum educatione, ut toto „cœlo potius differant, prout ex ipsis juris genti-„um fontibus docuimus in *Collegio Grotiano*.

„§. XII. Idem porro jus spectabit similiter ad „homines proprios, uti hodie dicuntur, & in his „terris sunt quæ ad mare Balticum porriguntur, „videlicet in Marchia, Pomerania, Borussia, Livo-„nia, cet. Mevius *part. 2. decis. 234. b.* Struv. *Syn-„tagm. jur. civil. exerc.* 3 *th. 22. & exerc. 40. th. „70. seqq. ibique allegati Dd.* Tales etiam sunt „in Palatinatu, aliisque superioris Germaniæ terris, „maxime ecclesiasticis, homines regii, **Königs-„Leute**, wildfangii, id est, peregrini recens in hujus-„modi terras, ubi hoc jus viget, advenientes, qui do-„minum persequentem non habent, Vid. Rhetii *Inst. „jur. publ. lib. 2. tit. 3. §. 9. seqq.* Conf. *laudum „Heilbronn. anno* 1666. apud Oldenburg. *in notit. „imper. §. 2. diss. 26.* §. 12. Etsi autem hi homi-„nes proprie liberæ conditionis sint, arg. *l. 18. C. „de agric. & censit.* immo in plurimis melioris „conditionis quam liberi cives, tamen hoc jus „colonarium personæ inhærens, (non ipsa persona) „est in patrimonio ac dominio domini, qui id „persequi actionibus quoque præjudicalibus potest. „Mev. *p. 13, dec. 161.* item. **Von dem Zustande, „Abforderung, und Abfolge der Bauren.** Ho-

„rum igitur partus itidem ventrem sequuntur, & „jure colonario ejus sunt, cujus colona mater, „propria est, etsi pater liber, aut alterius domini „colonus sit. Unde inter ipsos hos colonos in „memoratis terris vulgatum est ac tralatitium, **es „erbt die Mutter.**

„§. XIII. Cavendum omnino est, ne (quod non-„nulli perperam, si quid umquam, faciunt, vid. „§. 10. & 11.) eo quoque referamus jus patriæ „potestatis, quæ naturaliter in solo jure & offi-„cio educandi consistit: in quo uterque omnino „parens jure gentium concurrit. Hæc vero pot-„estas neque ex jure feminis, neque ex ullo ac-„quirendi dominii modo, sed ex longe aliis & „propriis plane causis oritur, cum nec dominii „species, nec jure gentium jus dominii simile, „sed officium sit, quo nihil quidquam libertatis „delibatur; hæc itaque integra in partu rema-„nens, omnem acquirendi dominii commercii que „modum penitus respuit. Unde longissime a „vera ratione & sana abit Hobbes, qui matri soli „potestatem in partum ideo tribuit quod illa „prior occupasse videatur, *de cive c. 9. §. 3. & „Leviath. c.* 20. Verum de eo nunc non agimus.

„§. XIV. Exstat apud Besoldum in *Thesaur. „pract.* voce **Hennen**, integrum consilium Den-„neri de pullo ex ovo, quod Gallina nigra, con-„currente Gallo rubro, posuit in arena Titii, ex-„exclusio a Gallina alba; & quæritur, cum & area, „& singula hæc animalia diversorum dominorum „fuerint, cujus sit pullus? Et tandem, ubi sex sen-„tentiæ examen subierunt, concluditur pro exclu-„dentia Gallinæ domino: sed certo jure pertinet „ad dominum parientis, per §. 4. & *seqq. §. 19. „Inst. de rer. divis. l. 49. §. 1. ff. de rei vindicat.* „Neque vero aliena Gallina incubatu suo mutare „ovi dominium, & domino auferre potest. Lu-„sum ingenii dicit Besoldus, sed ex quo liquido „animadverti potest, quam varium & fluxum „jus fiat, si ex opinionibus & brocardicis, ut vo-„cant, & non ex fonte suo statuatur. Tabor *de „confrontat. in prœm. p.* 2. 3. male quidem pul-„lum nullius esse putat, sed bene tamen monet, „*ea, quæ in vita humana verum usum habent, esse „potius expolienda.*

„§. XV. Alia quidem multa tractari potuissent „de jure feminis, nempe ex jure personarum, an, „qui generare non possunt, (vid. *Novell. 22. c. 6. „Nov. 17. c. 12 Auth. sed hodie C. de repud.* ibi-„que Brunnem. & Richter. *n. 6.* Ziegler *ad Lan-„cellot. Inst jur. can. l. 2. tit. 12. §. 14.* ad verb. „*natura impotentes*,) qui etiam frigidi dicuntur, „(*tot. tit. X. de frigid. & malef.*) castrati, (conf. „Delphini *Conjugium eunuchi*, **Capaunen-Heyrath**), μονόρχεις, vid. *l. 6. §. fin. de Ædil. edict. l. 4. „pr. ff. de re milit.* Newenhahn *de jure viduit. m. 1. „sect. 4. p. 11.*) item thlibiæ & thlasiæ, (vid. *l. 128. „ff. de verb. sign. l. 39. ff. de jur. dot. l. 5. ff. ad leg. „Cornel. de sicar.*) nuptias contrahere, &, quod „inde dependet, adoptare possint? Item, ex jure „rerum, an, fundo instructo legato, foetura cen-„seatur legatum? *l. 9. §. 6. ff. de usufr.* cet. Et, „ex delictis, de mastupratoribus; Carpzov. *Pr. „crim. part. 2. qu. 76. n. 10. seqq.* Et an meretrix

§. XVIII.

Eſt & acquirendi modus, inter eos qui juris gentium vocantur, [a] per genituram animantium, qua in re [b] quod a Romanis & aliis quibusdam gentibus eſt ſtatutum [c] ut partus ventrem ſequatur, [d] non eſt naturale, [e] ut ſupra diximus, [f] niſi quatenus plerumque pater ignoratur. At ſi probabili ratione de eo conſtaret, [g] cur non partus ex parte ad eum pertineat, nihil poteſt afferri. [h] Nam & patris partem eſſe quod naſcitur certum eſt. [i] Pluſne vero de patre, an de matre

„ejiciens ſemen ex utero committat homicidium? Vid. *Ord. crim. Caroli. V. art.* 133. *l.* 38. *ff. ad. leg. Cornel. de ſicar. l.* 4. *ff. de extraord. crim. l.* 38. §. 5. *ff. de pœn.* Carpzov. *part.* 4. *conſt* 4. *def.* 2. & *pr. crim. p.* 1. *qu* 11. a quibus Brunnemannum in *proceſſ. inquiſit. c.* 9. §. 69. fruſtra diſſentire, docuimus in *lectionibus publicis ad eumdem*, ſimulque oſtendimus, diſtinctionem Imperatoris Caroli V. *in dict. art*, jure naturæ & civili fundari, nec juri divino contrariari: & plura alia. Sed, cum propoſuerimus nobis tantum agere de jure ſeminis in acquirendis fructibus, hæc ſufficiunt. *Hactenus beatus Parens.*

„Vera principia acquiſitionis per ventrem expoſuimus in *Diſſ. proœm. XII.* §. 271. Equidem Authur objicit, fœtum æque eſſe portionem animantis, maris, quia ex hujus ſemine ortus eſt; adeoque dominus, ad quem mas ille pertinet, pro parte ſaltem jus in fœtum habere videtur. Reſp. fœtus eo momento, quo de ejus acquiſitione agitur, totus eſt pars ventris, qui in meo dominio eſt: quidquid igitur ex re mea naſcitur, id totum meum eſt.

„Atque hæc quoque ratio eſt, cur partus ancillæ acquiratur ancillæ domino, etſi pater liber ſit; quia corpus ancillæ, omneſque ejus partes, (adeoque & fœtus, qui pars eſt viscerum ancillæ,) immo omnia jura ancillæ ſubſunt dominio ejus, ad quem ancilla pertinet. Eadem igitur ibi regula obtinet, ut, quicquid ex re mea naſcitur, meum ſit.

„Certiſſimum igitur eſt, fœtum animantis & partum ancillæ ſequi ventrem. Cur vero partus ex juſtis nuptiis natus ſequitur patrem, non matrem? Reſp. quia ibi non de dominio acquirendo agitur, ſed de ſuſcipienda prole, quæ familiam continuaret: Pater enim familias ea lege, eaque intentione feminam ſibi jungit, ut ſobolem ex ea ſibi pocrearet: fœmina conſenſu ſuo corporis uſum ad eum finem præbet, eaque intentione in ejus domum, tranſit, eoque in ejus poteſtate conſtituitur. Adeoque idem quodam modo hic obtinet, quod in eo, qui conſenſu domini ſemen in agrum alienum mittit: ibi enim non jus fundi, ſed ſeminis inſpicitur. Atque hoc eſt, quod ICtus ait, *liberos, utpote ex ſuo ſemine natos, pater ſuo jure vindicat. l.* 1. §. 1. *ff. de ventr. inſpic.* Conf. *Diſſ. proœm. XII.* §. 150.

„Hinc apparet ratio, cur ſpurius ſequatur matrem, non patrem; tum quia pater certus non eſt, adeoque neſcitur ex cujus ſemine natus ſit; tum quia mas non ea lege nec ea intentione cum ſemina illa concubuit, ut ſobolem ex illa procrearet, ſed libidinis explendæ cauſa. Sane meretrix nec individuam vitæ conſuetudinem contrahit, nec in domo eſt ſtupratoris, nedum in ejus poteſtate conſtituitur. Adeoque liberi ſpurii ſequuntur *matrem*, cujus pars ſunt.

„*a*) (PER GENITURAM ANIMANTIUM:) Tractant hanc materiam ICti in *l.* 2. *l.* 6. *ff. de acquir. rer. domin.* §. 19. *Inſt. de rer. diviſ.* §. *penult. Inſt. de jur. perſon. l.* 5. §. 2. *ff. de rei vindic. l.* 7. *C. eod.* ibique Guthofred. *l. fin. D. de liberal. cauſ.*

b) (GROT.) (QUOD A ROMANIS) Cum quibus conſentit c. 31. *Caroli Calvi* edicto Piſtenſi. De aliorum circa hanc rem legibus vide quæ ſupra in textu & notis c. V. hujus libri §. 29.

„*c*) (UT PARTUS VENTREM SEQUATUR:) Id eſt, ut partus ejus ſit cujus eſt venter.

„*d*) (NON EST NATURALE:) ICti non in genere loquuntur de partu ſed de partu animalium, *dd. ll.* adeoque de partu ventris, qui in dominio noſtro eſt, ibi omnino verum & naturale eſt, ut dominium fœtus, qui eſt pars ventris, ad eum pertineat cujus eſt venter.

„*e*) (UT SUPRA DIXIMUS:) *Lib.* 2. *cap.* 5. §. 20. *Add. l.* 3. *c.* 7. § 2.

„*f*) (NISI QUATENUS PLERUMQUE PATER IGNORATUR:) Imo, etſi pater illius fœtus certus ſit, nihilominus partus ſequitur ventrem: tota enim ratio juris ſeminis hic ceſſat, uti modo probavimus.

„*g*) (CUR NON PARTUS EX PARTE AD EUM PERTINEAT, NIHIL POTEST AFFERRI:) Cur partus *animantis* noſtri noſter fiat, jam diximus: quia ſcilicet pars eſt ventris, qui jure dominii ad nos pertinet,

„*h*) (NAM ET PATRIS PARTEM ESSE QUOD NASCITUR, CERTUM EST:) Eſt quidem pars patris, ſed alia quæſtio eſt, quem ſequatur fœtus? ſequatur autem matrem jure acceſſionis. Sane eo tempore, quo fœtus producitur, adeoque quo de eo acquirendo agitur, eſt pars ſolius matris ſeu ventris; neceſſario igitur acquiritur jure dominii ei, ad quem totum, id eſt venter, pertinet.

„*i*) (PLUSNE VERO DE PATRE, AN DE MATRE HABEAT, INTER PHYSICOS DISPUTATUR:)

Plus

matre habeat, inter Physicos disputatur. Plutarchus ea de re sic disserit ἡ Φύσις μίγνυσι διὰ τῶν σωμάτων ἡμᾶς, ἵν' ἐξ ἑκατέρων μέρος λαβοῦσα καὶ συγχέασα, κοινὸν ἀμΦοτέροις ἀποδῷ τὸ γενόμενον. ὥςε μηδέτερον διορίσαι, μηδὲ διακρῖναι τὸ ἴδιον ἢ τὸ ἀλλότριον. *Natura sexuum corpora miscet, ut ita de utroque parte sumta confundat, &* [k] *commune utrisque reddit quod nascitur, ita ut neuter possit, quid suum sit, quid alienum discernere,* Et hoc secutæ sunt [l] veteres Francorum & Longobardorum leges.

§. XIX

„Plus omnino de matre habet, quia partus est vera „portio viscerum maternorum, *d. l. 1.* pater au„tem semen tantum suppeditat. *ibid.* Cum igitur „tempore acquisitionis fœtus totus sit pars „animantis, merito domino ventris cedit, adeoque matrem sequitur.

k) (Grot.) (COMMUNE UTRIUSQUE REDDAT:) Vide oppositum ad hanc rem locum Galeni II. de semine, & quæ ibi ex Athenæo: Chrysostomus ad V. Ephesiorum *μιγέντων τῶν σπερμάτων τίκτεται ὁ παῖς. Mixta genitura foetu oritur.* (Vers. 31. Tom. III. pag. 965.)

„*l*) (VETERES FRANCORUM ET LANGOBARDO„RUM LEGES:) Quas late recensuit Author in no„tis ad *l. 2. c. 5. §. 29.*

(AD §. XIX.) ICti inter modos acquirendi dominii etiam posuere *specificationem, confusionem, & commixtionem*, at non inter modos lucrandi. Sane per mutationem speciei &c. jus nostrum non tollitur natura, neque enim magis res mea tuæ cedit, quam tua meæ, neque id disputatur, seu quæritur,: Sed cum a judice cuique tribui res sua integra nequeat, necessario, & ex medii necessitate uni tribuenda est res, alteri æstimatio.

Jus igitur naturæ est, quod nemo novam speciem ex aliena materia conficiendo, vel rem suam alienæ jungendo, vel suam rem cum aliena confundendo & commiscendo, alteri jus suum auferre possit, quia unicuique tantum jus in suas res, non in alienas competit. *Posit. jur. gent. 6.* Proinde natura alteri manet jus suum in materiam, alteri vero jus in operam suam, &, quæ exinde oritur, utilitatem.

Atque hinc omnes in eo conveniunt, quod, si res integræ separari possunt, illæ cuique restitui debeant, forte, si metalla applumbatione juncta, & gemmæ alieno auro saltem inclusæ sint. *L. 23. §. 5. ff. de rei vindicat. L. 6. ff. ad exhib.* si tignum ædibus junctum est. Argum. *d. l. 23. §. 6. & d. l. 6.*

Si vero integræ separari non possunt, indeque cuique partium jus integrum tribui nequit, necessario alteri danda res est, alteri æstimatio; idque juris naturalis est, tum quia aliter res expediri, & alio modo suum cuique tribui nequit, *Posit. J.G. 4. n. 4.* tum quia naturale est, ut, si jus meum restitutione rei ipsius reparari non potest, tantundem præstetur. *Posit. J.G. 7.*

At porro quæritur, quisnam in re præferatur, & cui res potius danda sit? Resp. naturale esse, ut ei detur qui potius jus habet; cum nulla ratio sit, cur jus potius postponi debeat sequiori, adeoque potior ille acquirit dominium rei, & æstimationem solvit alteri. Sed quæstio adhuc superest, quodnam jus potius sit? Apud Romanos duæ ICtorum sectæ erant; *altera* ex sententia Stoicorum & Peripateticorum omnia tribuebat formæ, nihil vero materiæ: formam enim dicebat esse spiritum, ἕξιν, *l. 30. pr. ff. de usucap.* eamque substantiam vocabat, eo quod det esse rei. *l. 30. §. 1. ff. de verb. sign. l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* Indeque Ulpianus & Proculus, contra Sabinum disputantes, statuunt, mutata forma interimi prope substantiam rei. *l. 30. pr. ff. de usucap. Altera* ex sententia reliquorum philosophorum, omnia tribuebat materiæ, & formam saltem ajebat esse qualitatem, quæ abesse, & adesse possit salva substantia. *Illi* igitur in nostra quæstione potiorem dixere eum qui formam dedit: *hi* eum qui dominus est materiæ, & recte. Mediam viam elegerunt alii ICti, ut Cajus *in l. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. domin.* Callistratus *in l. 12. §. 1. ff. eod.* Paulus *in l. 24. & l. 26. ff. eod.* & postea Imperator Iustinianus, *§. 25. Inst. de rer. divis.* duplicem statuendo regulam (1) ut potius sit subjectum adjuncto, adeoque præferatur id sine quo alterum esse nequit, *l. 23. ff. 2. ff. de rei vindicat.* Unde solum potius est ædificio, quia ædificium tantum accedit: vestis potior est lana, quia vestis non est sine lana: charta potior est scriptura, & tabula potior pictura, quia sine charta & tabula nec scriptura nec pictura esse potest. *l. 23. §. 3. ff. h.* (2) Ut potius sit finis medio. Unde præfertur illud, cujus ornandæ caussa alterum adhibetur: gemma ergo accedit annulo, quia principale est annulus, minus principale gemma: nisi aurum saltem ornandi caussa rei accedat, quia tum est minus principale. *l. 19. §. 13. ff. de aur. & arg. leg.* Quæ omnia meri sunt juris civilis.

ADDITIO.

„Duo hic notanda sunt, (1) ICtos Romanos „acquisitionem, quæ per *specificationem* fit, recte „tribuere juri gentium, seu naturæ; & mediam „illam viam, quam Justinianus eligit, mera æqui„tate civili niti. (2) Duplicem illam regulam; „quæ sit res prævalentior, non pertinere ad *specifi„cationem*, sed ad *accessionem.*

„Cum ergo intersit veram rationem *specifica„tionis* nosse, eam ex *Diss. proœm. XII §. 264.* „delibare, ac hic inserere operæ pretium esse „duxi. Verba hæc sunt:

„Species occupationis II. est *specificatio*, quando

 nimirum

„nimirum ex aliena materia nostro nomine novam speciem conficimus. *§. 25. Inst. de rer. divis. l. 7. §. 7. ff. de acquir, rer. domin. l. 27. §. 1. ff. de acquir. possess.*

„Equidem nota est dissensio Scholarum apud Romanos: *Sabinus & Cassius* statuerunt, dominum materiæ etiam dominum esse speciei, quæ ex materia facta est; quia sine materia nulla species effiei possit. *L. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. domin.* Grot. *l. 2. c. 3. §. 3.* E contrario *Nerva* & *Proculus* docuerunt, eum esse dominum, qui fecerit, quia quod factum est, (id est nova species) antea nullius fuit.

„N. 1. *Paulus, aliique*, mediam sententiam amplexi sunt; distinguendo, an species nova ad pristinam materiam reverti possit, an non. *Priori* casu dixere, pristinam formam mutatam quidem esse, sed non exstinctam, *L. 24. ff. de acquir. rer. domin.* rem eandem manere, *l. 76. ff. de judic.* Indeque rem priori dominino salvam esse. *L. 9. §. 3. ff. ad exhib. l. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. domin. l. 5. §. 1. ff. de rei vindic. Posteriori* casu rem ipsam quodammodo exstingui & interire putarunt, *L. 9. §. 3. ff. ad exhib. §. 26. Inst. de rer. divis. l. 13. §. 1. ff. de verb. sign. l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* argum. *l. 26. D. de judic. l. 6. §. 1. ff. de aur. & arg. legat. l. 23. §. 5. ff. de rei vindicat.* aliam rem factam esse, *l. 26. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. 61. pr. ff. de rei vindicat.* novamque speciem (quæ antea nullius fuit *l. 24. ff. de acquir. rer. domin.*) facto facientis demum incipere esse in rerum natura; *L. 7. §. 21. ff. de acquir. rer. domin.* & nihil proinde hic esse, quod pristinus dominus vere suum dicere possit. *L. 27. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Indeque concludunt, dominium rei per specificationem acquiri facienti. *l. 27. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.*

„Atque hanc median sententiam approbavit Justinianus, eique vim legis perpetuæ dedit. *§. 26. Inst. de rer. divis.*

N. 2. Equidem de *posteriori* casu, quando scilicet forma rei ita mutata est ut ad pristinam speciem reverti non possit, ratio naturæ certa est. Nam (1) verum est, speciem priorem in perpetuum desiisse, *L. 9. §. 3. ff. ad exhib.* ibi: *nam mutata forma prope interiit substantia rei, l. 26. ff. de rer. divis. l. 13. §. 1. ff. de verbor. signif. l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* eoque omne jus prioris domini in illam speciem exstinctum esse: quod plenius demonstrabimus infra, ubi de modis amittendi dominii agetur. (2) Certum est, novam speciem nunquam prioris domini fuisse; *L. 7. §. 21. ff. de acquir. possess.* Facto enim alterius demum in rerum natura esse incipit, *l. 27. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Cum antea nullius fuerit. *L. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. domin* Si proinde dominus suam materiam vindicaret, simul vindicaret novam hanc speciem, quæ ante nunquam ejus fuit. Sane (3) res aliter exitum habere non potest; duo hic concurrunt jura, jus materiæ & jus formæ; in illam solus dominus, in hanc solus faciens jus habet; utrique res tribui non potest In hoc igitur jurium concursu merito præfertur dominus formæ præsentis: neque alteri injuria fit, quia pretium materiæ, omneque id quod interest, faciens ei restituere debet.

„Atque hæc jure naturæ obtinent, etsi mala fida nova species facta sit, eædem enim rationes subsistunt: jure Romano vero in pœnam malæ fidei id mutatum est; *L. 12. §. 3. ff. ad exhib. §. 12, Inst. de rer. divis.* & hoc casu regula obtinet, *quod ex re nostra fit, nostrum esse. l. 9. §. 3. ff. ad exhib.*

„Per *specificationem* igitur acquirimus (*a*) mustum, quod ex alieno vino confecimus, (*b*) oleum, quod ex alienis olivis vel nucibus expressimus, (*c*) vestimentum, quud ex aliena lana texuimus, *L. 26. ff. de acquir. rer. domin.* (*d*) mulsum, ex melle & vino alieno compositum, *l. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. domin. §. 25. Inst. de rer. divis.* (*e*) emplastrum, quod ex medicamentis alienis confecimus; *dd. ll.* (*f*) massam, ex scypho alieno factam; *l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* (*g*) navem, ex arbore alieno fabricatam, *L. 26. ff. de acquir. rer. domin.*

„In omnibus enim his casibus species facta ad pristinam materiam reverti non potest: adeoque res acquiritur facienti jure *specificationis*, nisi res jure accessionis cedat rei prævalentiori: *§. 20. Inst. de rei vindicat.* de quo casu infra agetur. Vid. *cap. seq.*

„Neque *obstat*, rationem naturalem magis efficere, ut, qui materiæ dominus fuit, idem ejus quoque, quod ex eadem materia factum est, dominus sit; quia sine materia nulla species fieri possit, quæ est ratio Sabini & Cassii. Conf. *Grot. d. l. 2. c. 2. §. 3.* Resp. verum hoc esse, quamdiu materia illa novam non induit qualitatem; nam nova hæc qualitas, quæ antea non fuit, domino materiæ numquam propria fuit: sane vestimentum non amplius est lana, & oleum non potest appellari oliva: cet. *d. l. 7. §. 7.*

„N. 3. De *priori* casu, si scilicet materia ad pristinam formam redire potest, res magis dubia videtur: quia pristina forma non exstincta est, adeoque rem interiisse asseri nequit: verum eadem ratio juræ naturæ hic obtinet, ut scilicet dominium acquiratur facienti, quamdiu res separatæ non sunt: sane in acquisitione, quæ fit per accessionem, Justinianus id admisit; etsi enim separari id quod rei accedit possit, nihilominus dominium aequiri voluit domino rei principalis, quamdiu separata non est: Nulla autem ratio dari potest, cur in priore casu ei, qui novam speciem fecit, denegaverit dominium, in posteriori casu autem illud admiserit, cum utrobique eadem sit ratio: quod plenius infra demonstrabimus.

„*a*) (sa

§. XIX.

1. Si [a] ex aliena materia speciem quis fecisset, [b] Sabiniani dominium ejus esse volebant, qui materiæ fuisset dominus; [d] Proculus ejus, qui speciem fecisset, [e] quia per eum esse coepisset quod ante non existeret: arrepta tandem est media sententia, [f] ut si reverti ad priorem speciem materia posset, materiæ dominus rem haberet: si non posset, tum is haberet qui speciei esset auctor. [g] Quod ipsum L. III. 4 improbat Connanus, & hoc unum videri vult, plusne sit pretii in opere an in materia, ut quod pluris est id prævalentia sua quod minus est ad se trahat, [h] argumento eorum quæ a Romanis quoque jurisconsultis de accessione tradita sunt.

2. At si naturalem veritatem respicimus, [i] sicut confusis materiis

„a) (SI EX ALIENA MATERIA SPECIEM QUIS „FECISSET:) Uti si quis ex alienis uvis vinum fe„cit, si ex aliena carina navem &c. *L. 61. ff. de rei „vindicat. l. 24. l. 26. ff. de acquir. rer domin. „L. 7. §. 7. ff. eod.* Conf. *§. 25. Inst. de rer. „divis.*

„b) (SABINIANI:) Sabiniani dicti sunt a Mas„surio Sabino, qui in tuenda Secta Capitoni suc„cessit. Vid. Plin. *l. 7. epist.* 24. van Eck *prin„cip. jur. l. 1. tit.* 2. §. 42. Conf. *l. 2. §. 47. ff. „de orig. jur.*

c) (DOMINIUM EJUS ESSE VOLEBANT, QUI MATERIÆ FUISSET DOMINUS:) Idque naturale esse diximus, quia forma saltem est qualitas & accidens, quæ substantiam materiæ non mutat.

ADDITIO.

„Equidem nova species saltem est qualitas ma„teriæ, at quæ numquam prioris domini „fuit.

„d) (PROCULUS EJUS, QUI SPECIEM FECISSET:) „Proculus Nervæ successit in propaganda Secta, „quam Labeo cœpit: Proculo successit Pegasus: „hinc Proculejani & Pegasiani. Van Eck *d. l.*

„e) (QUIA PER EUM CŒPISSET, QUOD ANTE „NON EXISTERET:) Putabat igitur formam dare „esse rei, & rem per novam formam quasi inte„rimi.

„f) (UT SI REVERTI AD PRIOREM SPECIEM „MATERIA POSSET, MATERIÆ DOMINUS REM „HABERET &c.) Vid. *§. 25. Inst. de rer. divis.* „Adeoque Imperator præfert *materiam*, si sepa„rari res potest; si non potest, *formam.*

g) (QUOD IPSUM IMPROBAT CONNANUS:) Hic eum præfert, cujus res pretiosior est: at non perpendit Connanus, pleraque pretia rerum non a natura, sed a libidine hominum esse: confundit igitur pretium naturale, cum eo quod ab instituto, indeque arbitrarium est, & pro indigentia hominum variat: sane natura nullum aliud pretium novit, quam quod ex usu rei naturali oritur, quo unius grani valor major est omni gemmarum pretio, quod fabula Midæ testatur, & alibi late demonstrabitur. Conf. *Diss. nostr. de vero rerum pretio*,

ADDITIO.

„Bene hic observat beatus parens, valorem „operis mei naturali jure nullum mihi jus dare in „rem alienam. Omne jus mihi oritur ex eo „quod nova hæc species antea non exstiterit, adeo„que jus prioris domini exstinctum sit.

„h) (ARGUMENTO EORUM, QUÆ A ROMANIS, „QUOQUE ICTIS DE ACCESSIONE TRADITA SUNT:) „Negamus ICtos Romanos in accessionis ma„teria respicere, plusne sit pretii in opere, quam „in materia: sed ICtis alio plane sensu *prævalens* „res dicitur, vel quia principalis est, vel cujus or„nandæ causa altera adhibetur, *L. 23. §. 2. ff. de „rei vindicat. l. 19. §. 13 ff. de aur. vel arg. leg.* „Licet & accessio, & ornamentum forte pluris „valeant. Hinc ædificium, etiam pretiosissimum, „cedit solo; & gemma, etsi pretiosa, quæ annulo „ornandi causa jungitur, cedit ei qui annuli do„minus est; pictura, etiam Apellis, ei acquiritur „cujus est tabula, &c. *L. 23. §. 5. ff. de rei vindi„cat. l. 6. ff. ad exhib.*

„i) (SICUT CONFUSIS MATERIIS COMMUNIO„NEM INDUCI:&c.) Author igitur existimat, per spe„cificationem novam speciem fieri communem, „eodem modo ut per confusionem & commix„tionem: at negamus (1) novam speciem natu„rali jure fieri communem, quia tota materia alie„na est, adeoque communio in tali re naturali „ratione concipi non potest: secus ac in confu„sione & commixtione, ubi partim ex mea, par„tim ex aliena materia nova species fit. (2) Ne„gamus, per confusionem & commixtionem rem „fieri communem, contrarium diserte traditur „in *§. 25. Inst. de rer. divis.* nimirum novam spe„ciem fieri facientis. Nam eadem hic ratio ob„tinet quæ in specificatione, quia nova illa spe„cies nunquam prioris domini fuit; & saltem „excipiuntur casus, si communi nomine, vel casu „confusio &c. fit,

riis communionem induci pro rata ejus quod quisque habeat, [k] Romanis quoque jurisconsultis placuit, [l] quia res alium exitum naturaliter reperire non poterat: ita cum res constent materia & specie tanquam suis partibus, si alterius sit materia, alterius species, [m] sequitur naturaliter rem communem fieri pro rata ejus quanti unumquodque est. [n] Species enim pars est substantiæ, non substantia tota: quod Ulpianus vidit, cum dixit mutata forma prope interemtam substantiam.

L. 9. Julianus §. 3. sed si quis. D. ad exhib.

§. XX.

„Cum igitur hic modus acquirendi per confusionem vel commixtionem itidem dubiis non „careat, vera ejus principia ex *Diss. proœm. XII.* „§. 265. huc transscribere liceat:

„Alia occupationis species III. est, quæ fit „per *confusionem & commixtionem*: si scl. non ex „aliena materia sola novam speciem confeci, sed „si partim ex mea, partim ex aliena materia, sive „liquida sive solida, per *confusionem* aut *commixtionem* novam speciem produxi; adeoque si non „solam operam, sed & partem materiæ præstiti; „uti, si ex meo vino & alieno melle mulsum „miscui; aut ex meis & alienis medicamentis „emplastrum aut collyrium; aut partim ex mea „partim ex aliena lana vestimentum feci: §. 25. „*Inst. de rer. divis.* His enim casibus species pristina perit. *l. 5. §. 1. D., de rei vindicat.*

„Per hanc *confusionem & commixtionem* itidem „acquiritur rei dominium ei, qui suo nomine novam speciem, miscendo vel confundendo, fecit; „*d. l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat. d. §. 25. Inst. de* „*rer. divis.* quod itidem jure naturæ verum est, „etsi res ad pristinam speciem reverti possit.

„Aliud igitur obtinet, nec res mihi acquiritur per *confusionem & commixtionem*, 1) „Si ego non meo nomine, sed vel nomine communi, vel casu, novam speciem ex mea & aliena materia conficio; tunc enim res fit communis: §. 27. & 28. *Inst. de rer. divis. l. 5. §. 1.* „*D. de de rei vindicat.* 2) Jure Romano, si res „reverti ad pristinam speciem potest, uti si plumbum cum argento mixtum est. *d. l. 5. §. 1. ff. de* „*rei vindicat.* vel si singula corpora in sua substantia durant: ut si æs & aurum miscentur. *l. 5.* „*§. 1. D. de rer. divis.* (Ubi negativa tollenda. Vid. „*Gothofr. ibid.* propter *l. 12. §. 1. ff. de acquir.* „*rer. domin.*) Item si mea & aliena grana, olea, „vina, greges, confunduntur; *d. l. 5. ff. &* „*§. 28. Inst. de rer. divis.* Adeoque ubi prior „species non perit, nec nova species oritur. *dd.* „*ll.* Hoc casu igitur quilibet suam partem vindicat, &, si res difficulter separari possunt, res „vero unius majoris pretii fuerit, id, quod pluris „est, æstimare, ejusque restitutionem petere potest: „apud Romanos id arbitrio judicis relinquebatur. „*d.* §. 28.

„Non tamen credendum est, facientem, „sive bona sive mala fide, lucrari hanc novam „speciem. Id enim pugnaret cum æquitate naturali, quia locupletior fieret ex re aliena, „& cum alterius jactura. Ratio igitur naturalis dictat, jus, quod facto meo alii aufertur, reparandum, id est, cum res ipsa restitui „non possit, tantundem ei restituendum esse. „Unde ICti Romani ei, qui jus suum facto alterius amisit, actionem in factum dedere. *l. 23.* „*§. 5. ff. de rei vindicat.*

k) (ROMANIS QUOQUE ICTIS PLACUIT:) Quia granum grano, & guttarum una altera non est potior, sed quæque gutta, & quodque granum æque principale est, ac materiæ ita confusæ fungibiles sunt sua natura.

ADDITIO.

„Immo non placuit ICtis ut res confusæ vel „commixtæ sint communes, regula enim in contrarium exstat in *§. 27. 28. Inst. de rer. divis.* „*l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* Sed diximus excipi „casus ubi (1) utriusque voluntate, vel casu res „confunduntur aut miscentur: *l. 7. §. 8. 9. ff. de* „*acquir. rer. domin.* (2) Ubi singula corpora „confusa vel mixta in sua substantia durant, adeoque ubi nec prior species perit, nec nova fit: „*L. 5. §. 1. ff. de rei vindicat. l. 12. §. 1. ff. acquir. rer. domin.* (3) Si separari materiæ possunt. „*dd. ll.*

„*l*) (QOIA RES ALIUM EXITUM NATURALITER REPERIRE NON POTERAT:) Immo poterat: „naturali enim ratione facienti dominium novæ „speciei tribuitur, at materiæ pristinæ pretium „domino priori restituendum est. Atque ita ICti „Romani rem decidunt, eamque decisionem ex „jure gentium seu naturæ desumserunt.

„*m*) (SEQUITUR NATURALITER REM COMMUNEM FIERI:) Immo id non sequitur: sed res „desinit esse prioris domini, quia forma mutata „est, & omne jus pristini domini exstinctum est: „adeoque nulla ratio communionis in nova hac „specie superest. *l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* „At quia facto alterius exsistere desiit, ideo id „quod interest pristino domino præstari debet.

„*n*) (SPECIES ENIM PARS EST SUBSTANTIÆ, „NON SUBSTANTIA TOTA:) Species substantiam „quidem non tollit, nam materia manet; sed interire videtur secundum quid, quia subit aliam „formam, ideoque ICti notanter ajunt, mutata „forma *prope* interimi substantiam: *l. 9. §. 3. ff.* ad

§. XX.

Ut autem qui mala fide materiam alienam attrectant, [a] speciem L. 12. de perdant, est quidem non inique constitutum, sed pœnale atque ideo eo exhibendo §. non naturale. [b] Natura enim pœnas non determinat, [c] nec ob de- 3. si quis D. ad lictum per se dominia aufert, [d] quanquam naturaliter pœna aliqua di- exhib. gni sunt, qui delinquunt.

§. XXI.

[a] Ut vero rei majori acquiratur res minor, [b] quo fundamento Connanus nititur, [c] naturale est facti, non juris, atque ideo qui fundi pro vicesima parte est dominus [d] tam manet dominus quam qui par-

„*ad exhib.* merito autem ICti prætulerunt formam, quia vere in hac forma, quæ novam speciem constituit, prior dominus nihil juris habuit. *L. 27. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Neque pristina materia, in qua sola jus habuit, restitui potest, quia non amplius integra exsistit, sed novam formam facto meo induit.

a) (SPECIEM PERDANT, EST QUIDEM NON INIQUE CONSTITUTUM:) *L. 12 §. 3. ff. ad exhib.* ICti Romani inter requisita specificationis posuere, ut nova species ex aliena materia *bona fide* fiat: Equidem naturæ jure nihil interest, an bona, an vero mala fide conficiatur, quia semper tamen regula subsistit, quod res cedat ei qui potius jus habet: at jure civili hæc prælatio ei aufertur qui dolo speciem novam conficit: Hoc ergo pœnale est.

ADDITIO.

„Recte beatus Parens ait, novam speciem cedere ei qui fecit, etsi mala fide confecerit: vera ratio est, quia species interit, adeoque quodammodo res ipsa; quod ergo non amplius exsistit, a pristino domino vindicari nequit. At jure civili regula quædam generalis constituta est, quod nemo ex facto suo vitioso aliquid acquirere possit: *L. 48. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. 5. §. fin. ff. de Publ. l. 12. §. 3. ff. ad exhib.* & late beatus Parens in *Diss. 1. de fin. bon. fid. sect. 1. §. 11. 12. 13.* Atque hæc ratio est, cur is, qui dolose ex aliena materia novam speciem conficit, eam non acquirat; quæ ratio, cum pœnalis sit, non ex jure naturæ est, sed ex mero jure civili.

b) (NATURA ENIM POENAS NON DETERMINAT:) Nam in genere natura disponit, ut agens restituat vel id quod alteri abstulit, vel, si non potest, tantundem: præterea magistratibus facultatem concessit castigandi male agentes, modum autem reliquit judicis arbitrio.

„*c*) (NEC OB DELICTUM PER SE DOMINIA AUFERT:) De quo *infra l. 2. c. 20.* Vid. supra *lib. 2. c. 1. §. 9.*

„*d*) (QUANQUAM NATURALITER POENA ALIQUA DIGNI SUNT, QUI DELINQUUNT:) Natura omnino pœna est statuta, scilicet talio; tantundem enim delinquens pati debet mali, quantum fecit: at cum illud tantundem, ejusque æstimatio, in criminibus inprimis, definitum natura non sit, legibus id terminari debet & solet.

a) (UT VERO REI MAJORI ACQUIRATUR RES MINOR &C. NATURALE EST FACTI:) Accessionis jus eadem ratione nititur, qua specificatio: non enim dominus rei principalis eam acquirit ut lucretur, sed ut, cum integra separari non possit, alteri res tota detur, alteri pretium. Id ergo ex medii necessitate naturale est: secus igitur si separari integra potest, tunc enim omnes conveniunt, jus cujusque partis salvum manere, *l. 23. §. 5. ff. ad exhib, l. 6. ff. eod.* excepto tigno, *dd. ll.* ne urbs ruinis deformetur, quæ ratio mere civilis est

„*b*) (QUO FUNDAMENTO CONNANUS NITITUR:) In *Comment. jur. civ. l. 3 c. 6. n. 4. seq.* ubi circa specificationem distinguit plusne sit pretii in opere, an in materia; ut quod pluris est, id prævalentia sua quod minus est ad se trahat: quod refutavimus *supra §. 19. n. 1.* at ex diversa ab ea, quam Grotius allegat, ratione.

„Grotius enim negat regulam, *ut rei majori acquiratur res minor*, esse juris naturalis, sed saltem *facti* naturalis; & potius rem communem fieri, ait, quia res alium exitum habere non potest: *d. §. 19. n. 2.* quæ itidem satis refutavimus in præcedentibus: Diximus enim in *specificatione* plane de prævalentia pretii non quæri, nec communionem ibi concipi posse: Diximus, & statim uberius demonstrabimus, in *accessione* prævalentiam non a pretio æstimandam esse, sed ex alia causa. Sed & porro mox probatum dabimus, regulam, *ut rei majori acquiratur res minor*, non solum *facti* naturalis esse, sed etiam *juris*.

„*c*) (NATURALE EST FACTI, NON JURIS:) Quod Puffendorffius *l. 4. c. 7. §. 9.* hoc modo explicat; *de facto quidem, quod majoribus est viribus ad se trahere posse id quod minus est validum, sed non semper jure fieri ut validior ad se*

quod alienum est. [e] Quod autem perit, domino perire, [f] id vero naturale est, Denique [g] non esse universale quod adferunt, [h] ipsa ostendit admissa ab ipsis agrorum limitatorum exceptio: [i] ut jam omittam ita plerumque evenire, ut alios flumen ditet, alios pauperet [k] Lucanus.

Pharsal. VI. 271.
Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado

§. XVII.

L. 38. D. de adq. rer. dom. Sed & quod ajunt [a] viam publicam non intercedere alluvioni, [b] rationem naturalem nullam habet; nisi ager privatus sit qui viam debeat.

§. XVIII.

„alvei, quoad effectum dominii privati; indeque „usum ejus omnino pertinere ad frustuarium: adeoque (3) male contra ICtos Romanos „hæc disputantur, qui nullibi regulam, quæ objicitur, allegarunt pro fundandis incrementis fluvialibus.

„*f*) (ID VERO NATURALE EST:) De hac regula agemus *cap. seq.* & egimus ex professo in *Dissert. prooem. XII.* §. 388. ubi & exceptiones regulæ recensuimus.

„*g*) (NON ESSE UNIVERSALE, QUOD ADFERUNT:). „Scilicet incommoda debere sequi eum, qui commoda habet. Dixi frustra hæc oppugnari, cum „ICti nullibi hanc rationem allegaverint.

„*h*) (IPSA OSTENDIT ADMISSA AB IPSIS AGRORUM LIMITATORUM EXCEPTIO:) Nam. in agris „limitatis is, qui incommoda fluminis habet, non „acquirit commoda fluvialia: at ex hoc ipso argumento apparet, ICtos regulam illam pro ratione „acquisitionis alluvialis in agris arcifiniis non allegare.

„*i*) (UT JAM OMITTAM ITA PLERUMQUE EVENIRE:) Hoc autem verum naturaliter saltem „est in agris arcifiniis, non limitatis: id enim est, „quod ICtus ait, flumen censitoris vice fungi. „*l. 30. §. 3. ff. de adquir. rer domin.*

„*k*) (LUCANUS:) *Phars Lib. 6. v. 272. 273.*

(AD §. XVII.) Auctor increpat ICtos Romanos, quod statuant alluvionem non impediri per intercedentem viam publicam: Equidem hactenus vera est Authoris sententia, quod commodum alluvioonis sub generali occupatione comprehendatur, adeoque publicum sit; sed male notat ICtos, quia hi quoque hos acquirendi modos non referunt inter modos acquirendi juris naturalis, sed juris gentium, quod ex æquitate & utilitate communi introductum est, quia via ista detracta prædiis vicinis videtur, per *l. 38. in fin. ff. de acquir. rer. domin.* indeque via agro detracta non debet impedire jus quod possessor habiturus esset, si via publica ibi non fuisset: atque hactenus ager iste, cui via publica inhæret, vicinus est, & qua tali commodum alluvionis cedit.

ADDITIO.

„Celebris hic est textus in *l. 38. ff. de acquir.* „*rer. domin.* qui mirum in modum torsit interpretes juris, nec hactenus rite explicatus est. Alfenus Varus casum ibi proponit, ubi flumen & „agrum Lucii & postea *viam publicam*, secundum „quam Attius prædium possidebat, sustulit, & novum alveum effecit: postea flumen paulatim recedit, & pristinum locum occupat; quæritur, „an ager Lucii, qui aqua mersus fuit, jure alluvionis acquiratur prædio Attii? Affirmat ICtus, „nec impedimento esse ait, quod via intermedia „sit, *quia ipsa quoque via fundi esset. d. l. 38. in fin.* „Alibi enim probavimus, viam publicam esse locum „ex agris privatis decerptum, qui a populo, vel „eo qui jus publicandi habet, ad usus publicos, „id est, ut publice per eum commeare liceat, destinatus est. *l. 2. §. 21. ff. Nequid in loc. publ.* „vid. *Dissert. proœm. XII.* §. 225. Extra hos usus „publicos jus agri privati salvum manet, id est, „*ipsa quoque via fundi est.* Si proinde aliquid viæ „publicæ accedit per alluvionem, id revera accedit fundis privatis vicinis, ex quibus via illa publica desumta est. Certum igitur est, incrementum hoc fundi accedere jure gentium, id est, naturali jure, quod Authoris quoque menti conveniens est, uti mox videbimus.

„Sane populo hoc incrementum non acquiritur, „quia via non est populi, nisi quoad jus eundi, „adeoque quoad usum publicum: alluvio autem „non ad usum viæ publicum pertinet, adeoque non „accedit viæ, sed agro, qui privatus est.

„*a*) (VIAM PUBLICAM NON INTERCEDERE ALLUVIONI:) Id est, viam non esse impedimento, „quo minus ager, qui per alluvionem viæ accedit, ejus fiat, qui secundum viam publicam agrum „habebat. *l. 38. ff. de acquir. rer. domin.*

„*b*) (RATIONEM NATURALEM NULLAM HABET:) Immo habet, quia fundus, cui via inhæret, privatus est: quidquid igitur huic fundo per „alluvionem accedit, accrescit domino fundi. Adeoque hic quoque obtinet regula, ubi flumen est „ibi est fundi illius terminus.

„*c*) NISI AGER PRIVATUS SIT, QUI VIAM DEBEAT:) Atqui ex hypothesi ICtorum Romanorum fundus, cui via publica inhæret, privatus „est. *d. l. 38.* ibi, *nam ipsa quoque via fundi est;* „salvo saltem usu publico, seu juris gentium.

(AD

(AD §. XVIII.) Author male increpat ICtos Romanos, quod fœtum tribuant matri, non patri: sane in rebus dominii jure naturæ verissima est regula, *fœtum sequi ventrem*, quia quidquid ex re mea nascitur, meum est natura: fœtus autem est pars ventris (qui meus est,) eo tempore, quo de ejus acquisitione agitur; id est, quo nascitur sc producitur, eodem modo ut fructus maturi, ex terra nati, sunt pars fundi, indeque ad eum pertinent qui dominus est totius fundi. *l. 25. ff. de usur.*

Atqui semen videtur patris esse? Resp. (1) semen transfusum desiuit esse patris, & fit matris: sane effusum semen non magis ad patrem pertinere potest, quam reliqua excrementa effusa, ut crines desecti, ungues excisi &c. (2) Semen illud perit, nec amplius exsistit, adeoque nullum jus patri in illud superest. Denique & (3) certum est, eo tempore quo fœtus nascitur eum solius matris partem esse, non patris: ad quem igitur venter jure dominii pertinet, ad eum quoque pertinet dominium partis, id est fœtus.

ADDITIO.

„Beatus parens ex his principiis totum jus semi-
„nis demonstravit in *Diss. de jure seminis, sect. I.*
„*§. 1. usque ad §. 15.* Verba hæc sunt:
„§. I. Nulla in re major est naturæ ratio, quam
„in seminibus, sed nec de ulla re gravior sapien-
„tum disputatio. In præsenti autem, acturi de
„jure seminis, paucis præmittimus vocis *seminis*
„explicationem: (*jus* enim unde derivetur, quid,
„& quotuplex sit, vel Justinianeis novis abunde
„constare arbitramur.) *Semen* derivasse videtur
„Varro *de Lingu. Lat. a semi*, dum ait: *semen est*
„*quod non plane id, quod inde.* Nunnesius apud.
„*Vossium in Etymolo.* voc. *semen pag. 463.* semen
„esse dicit a σπέρμα: sed nos cum Vossio venire
„censemus a *sero*, ut sit semen quasi *serimen*. Conf.
„Christ. Becmanni *Origines lingua. Lat. pag. 982.*
„Significatio autem hujus vocis varia est apud La-
„tinos Authores. Aliquando denotat aliquod fru-
„menti genus, ζειὰ appellatur. Plin. *Hist. natural.*
„*l.* 18. *c.* 11. aliquando caussam alicujus rei de-
„signat, ut apud Ciceronem *de divinat. l.* 2. *nec*
„*unquam bellorem civilium semen & causa deerit.*
„Aliquando sumitur pro genere, natione, ut vi-
„dere est apud lexicographos & alios, Virgilius
„utitur hac voce pro virgultis, surculis, & arbo-
„ribus *Georg. lib. 2. v.* 353. 354.

„*Seminibus positis. superest deducere terram.*
„*Sepius ad capita, & duros jactare bidentes.*

„Vid. Taubmann. *Comment. h. l.* In jure nostro
„accipitur pro eo, ex quo primum aliquid natu-
„raliter producitur. Et sic Aristoteles semen de-
„scribit: ἐξ ὧν τὰ κατὰ φύσιν συνιστάμενα γίνεται
„πρώτου, *ex quo primo generantur quæ secundum*
„*naturam fiant, lib. 1. de genere animal. c. 18.* cui
„descriptioni acquiescimus, licet Zeno apud Dio-
„genem Laërtium *de vit. philosoph. lib. 7. in vit.*
„*Zenon.* aliter id definiat.
„§. II. *Jus* igitur *seminis* hic nobis est facultas
„legitima, quæ competit alicui in fructus ex se-
„mine per culturam suam natos. Hoc vero jus se-
„minis valde ambiguum videtur, ubi collidit cum
„jure soli, seu corporis in quod alterius forte se-
„men immissum est. Nam cum semina usum su-
„um fructumque non ferant, nisi terræ injecta,
„aut immissa in corpus habile, hinc insignis illa
„ac primaria quæstio oritur, si semen in alienum
„solum immittatur, an in percipiendis inde fru-
„ctibus jus *seminis* ex quo oriuntur, an *soli* ex
„quo percipiuntur, sit respiciendum? Seu, domino
„seminis potius, an domino soli, sive corporis fru-
„ctus quærantur? quæ proponitur in *l. 25. §. 1. ff.*
„*de usur.*
„§. III. Si spectemus jus, quod a natura hac
„in re nobis concessum atque constitutum est,
„omnino dicendum videri poterat, eundem esse do-
„minum seminis & fructuum inde natorum, cum
„naturali quoque ratione meum sit quod ex re
„mea oritur: *L. 49. §. 1. ff. de rei vindicat.* Posit.
„nostr. juris gent. *5. n.* 2. alterum vero lucrum
„ex re aliena capere, cum eadem naturali ratione
„& æquitate adversis quasi frontibus pugnet. *L.*
„*206. ff. de reg. jur. l. 14. ff. de condict. indeb. l.*
„*22 ff. de heredit. petit.* Puffendorff. *de jure nat.*
„*& gent. lib. 4. cap. 13. §. 6.* Quin ex alieno lu-
„crari inscio invitoque domino, furtum vel rapina,
„*l. n. §. fin. ff. de furt. §. 34. in fin. Inst. de rer.*
„*divis.* ac dolus est: *l. 17. §. penult. D. de inst. act.*
„sed & in id unice natura constituit dominia re-
„rum, ut dominorum essent rei commoda & fru-
„ctus; in quo consistit omnis effectus & utilitas
„dominii naturalis. Et cum fructus pars rei sint
„ex qua oriuntur, constat equidem eos ex semine
„suo oriri, atque adeo necessaria illatione sequi,
„cujus totum semen est ejusdem quoque fructus
„esse, qui pars seminis sunt, & qui virtute, ut
„loquuntur, seminis continentur. Maxime vero
„id consequens est sapientum sententiæ, qui semen,
„& fructum inde natum, idem quodam modo
„esse dicunt; quod etiam Aristoteles docet. *d. c.* 18.
„*Σπέρμα δὲ καὶ καρπὸς διαφέρει τῷ ὕστερον καὶ*
„*πρότερον. καρπός μεν γάρ, τῷ ἐξ ἄλλου εἶναι,*
„*σπέρμα δὲ τῷ ἐκ τούτου ἄλλο ἐπειδὴ ἄμφω ταὐ-*
„*τον ἐστι, semen & fructus differunt, ut prius &*
„*posterius: fructus enim est, quod ex alio est; se-*
„*men, ex quo aliud; de cetero utrumque idem est.*
„Cujus itaque semen est, ejusdem quoque fructus
„erit. Conf. Puffendorff. *de jur. nat. & gent. l.*
„*4. c. 7. §. 2.* Denique quemadmodum fructus
„arborum ad eundem pertinent, cujus arbor est,
„ita fructus seminum, qui non minus ex semine
„nascuntur, quam plantarum fructus ex plantis.
„§. IV. At spretis his omnibus contrarium ve-
„rissime decisum est a ICto in *d. l. 25. §. 1. ff. de*
„*usur.* Scilicet *potius adspiciendum esse jus soli, ex*
„*quo percipiuntur fructus, quam seminis, ex quo*
„*oriuntur: & fructum non jure seminis, sed potius*
„*jure soli percipi: d. l. 25. pr.* idque duplici ra-
„tione accuratissima. *Primum* enim semen alte-
„rius solo injectum non manet ejusdem cujus
„fuit, sed mutatur satione dominium, & transit
„ad eum cujus est solum: & hoc ex illo jure gen-
„tium, quo sata cedunt solo, perinde ac plantæ,
„ædificia, cet. §. 30. 31. 32. *Inst. de rer. divis.* Non

 „modo

,,modo itaque fructus, sed & semen ipsum ejus ,,est cujus solum est, eique proinde non acquiri- ,,tur fructus ex semine alieno, sed proprio; quo ,,ipso corruunt, quæ in contrarium adducta sunt §. 3.

,,§. V. Sed nondum exemtus videtur scrupu- ,,lus, cum hoc jus gentium, ut sata cedant solo, ,,parum conveniat rationi, vel æquitati naturali; ,,fieret enim hoc jure, ut, qui semen furto quo- ,,que alii surripuisset, serendo ejus dominus fieret, ,,acquireretque ex suo furto & delicto dominium. ,,Verum id nihil movet. Non enim dominus ,,soli lucratur semen, sed, cum illud, semel terræ ,,injectum ac mixtum, restituere integrum non ,,possit, ejus pretium ratione naturali debet, uti ,,evidentissime ostendimus in *Collegio ad* Grotium ,,*de jure belli & pacis*. Qua ratione etiam, fru- ,,mentu duorum casu mixto, etsi integra grana ,,exstent, tamen non id ipsum, cum fieri non pos- ,,sit, sed æstimatio alteri præstatur. §. 28. *Inst. de* ,,*rer. divis.* In ceteris vero casibus, quibus accessio ,,integra separari iterum ac restitui potest, uti ,,gemma annulo inclusa, *l. 23. §. 5. ff. de rei vin-* ,,*dicat.* ipsa restituenda est; quod jus secuti om- ,,nino sunt ICti. Vid. *l. 5. pr. & §. 1. ff. eod. l. 12.* ,,*§. 1. l. 27. §. 2. ff. de acquir. rer. domin. &c.*

,,§. VI. Dices: At non semper æstimatio re- ,,stitui solet, utique non ei, qui mala fide in alie- ,,nu seruit. §. 30. *in fin.* §. 32. *Inst. de rer. divis.* ,,Imo, quid si bona fide aliquis solum meum ,,conseverit, sed vili aliquo semine, cum tamen ,,nobiliori illud semini destinassem, videtur, quod ,,ne ad semen quidem tenear, cum damno mihi ,,sit ignobili segete agrum meum occupari. Vid. ,,Puffendorff. *de jure nat. & gent. lib. 4. c. 7. §. 5.* ,,Sed respondemus, omnia, quæ de restituenda ,,æstimatione diximus, valere, modo alterius cul- ,,pa seu delictum non concurrat; ubi enim quis ,,damnum culpa dedit, tantum abest, ut ei æstima- ,,tio ejus quod impendit, sit restituenda, ut po- ,,tius ipse id omne, quod alteri ex hoc facto abest, ,,sarcire debeat. Ita etiam jure civili, in pœnam ,,doli seu malæ fidei, constitutum est ut privetur jure ,,seminis *dd.* §§. Ex quo porro manifestum est, quod ,,si quis bona fide, sine culpa conserat agrum, licet ,,omnium vilissimo semine, nihilominus ei æstimatio ,,ejus adjudicanda sit. Utut enim maxima iniqui- ,,tas videatur, quod, dum agrum nobilioribus ,,fructibus producendis destinaverim, contentus ,,esse debeam vilioribus, nulla tamen hic subest, ,,cum nemo sit cui aliquid imputari possit, & ,,proinde damnum, quod fortuito & casu conti- ,,git mihi erit ferendum. Quid, quod dominus ,,agri, æstimatione præstita, eum subigere iterum ,,possit, & destinato semine injecto damnum hoc ,,præcavere. Conf. *l. 6. §. 5. 9. C. de pign. act.* ,,*l. 11. C. si cert. pet. l. 12. C. locat.*

,,§. VII. *Altera* ratio, cur jus soli non semi- ,,nis inspiciendum, est, quod in jure acquirendo- ,,rum fructuum tempus perceptionis, non ortus ,,inspiciatur: non enim possunt acquiri fructus ,,nisi ad fruendum vel percipiendum maturi sint. ,,Argum. *l. 4. §. 1. ff. de act. emt.* Atque hanc ra- ,,tionem argute significat ICtus in *d. l. 25. §. 1. ff.* ,,*de usur.* cum ait, magis respiciendum esse jus ,,soli, ex quo fructus *percipiuntur*, quam seminis, ,,ex quo *oriuntur*. Neque enim fructus maturus ,,est pars seminis, quod non amplius exstat, sed ,,soli: *L. 44. ff. de rei vind. L. fin. §. 6. ff. quæ in* ,,*fraud. cred. l. 61. §. 8. ff. de furt.* cujus alimen- ,,to succrevit & maturuit in fructum. *l. 26. §. 2. ff.* ,,*de acquir. rer. domin.*

,,§. VIII. Unde & fit, ut, fundo post satio- ,,nem & culturam vendito, fructus pendentes non ,,sint venditoris, qui semina immisit, sed emtoris; ,,qui tempore perceptionis dominus est fundi, vel, ,,emtione perfecta, fundum saltem actione emti ,,petere potuit. *l. 13. §. 10. ff. de act. emt.* argum. ,,*l. 17. pr. ff. de acquir. vel amitt. possess.*

,,§. IX. Hinc perspicue cognoscitur cujus sit ,,fœtus animalium; qua in re a jure Romano Roma- ,,nisque prudentibus, post Plutarchum discedit sum- ,,mus vir, Grotius, *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 8.* ,,*§. 18.* & utrique parenti fœtum vindicat. At re- ,,cte dictum fuit a ICtis Romanis, quod cum jure ,,civili, tum jure gentium fœtus ventrem sequa- ,,tur, ex quo nati sunt; non patrem, cujus semine ,,editi, *§. 19. Inst. de rer. divis.* per easdem plane ,,rationes. Nam (1) semen ipsum factum fuit ,,ventris seu corporis, cui commissum est, ejusque ,,naturali prorsus ratione vera pars ac viscerum est ,,portio. *l. 1. §. 1. ff. de ventr. inspic.* ibi, *partus,* ,,*antequam editur, mulieris portio est vel viscerum.* ,,Unde omnino constat, illud, ex quo fœtus nas- ,,citur, totum esse in dominio ejus qui fœtum ,,acquirit, & cujus est animal; nihilque enim ex ali- ,,eno, sed unice ex suo, scilicet ex suo animali, ,,cujus portio tum semen immissum, tum natus ,,inde fœtus est, acquirere. §. 4. 6. (2) Neque in- ,,spiciendum esse jus seminis, ex quo oritur, sed ,,corporis, ex quo nascitur & percipitur fœtus, ,,patet ex §. 7.

,,§. X. Diximus equidem §. 7. æstimationem ,,seminis domino ejus esse præstandum, & sic vide- ,,tur etiam domino tauri pretium seminis esse dan- ,,dum, vel ea propter aliquod jus in partum con- ,,cedendum, quæ mens videtur esse Grotii *de jure* ,,*bell & pac. d. l.* cum ait, *jus hoc, ut partus ven-* ,,*trem sequatur, non esse naturale, nisi quatenus pa-* ,,*ter plerumque ignoretur, si vero probabili ratione* ,,*de eo constaret, cur non partus ex parte ad eum* ,,*pertineat, nihil afferri posse.* Ideo quoque pro ,,usu admissariorum equorum mercedem aliquam ,,dare solemus. Accedit ad hoc dubium stabili- ,,endum, quod in matrimoniis patrem, si non in ,,omnibus majus, saltem æquale jus habere in li- ,,bros cum matre certum sit, & ideo nuptias re- ,,quiri ut pater demonstrari possit. §. 12. *Inst. de* ,,*nupt. l. 5. ff. de in jus voc.* Grot. *d. l. & lib. 2.* ,,*cap. 7. §. 8.* Sed, si terminos ante positos retine- ,,mus, quod omnia sine culpa etiam hoc casu per- ,,acta sint, apparet, semen separatum nec æstima- ,,tionem usumve natura recipere, nec rem patri- ,,monii esse, quin excrementi instar quasi secerni, ,,nihilque ideo domino abesse. Quod autem pro ,,admissariis eorundem locatoribus aliquid merce- ,,dis pendatur, hoc nihil facere poterit, quia illud

ex

„ex conventione utriusque debetur. Inde ergo „Grotius nihil præsidii habebit, & dicta ejus fa„tis refutantur ex *§. praeced. 9.* Et plane hoc non „pertinet exemplum parentum: nam falsum est, „illos jure naturæ tale jus, de quo hic agimus, „in liberos habere, cum eis nihil aliud competat „quam jus educandi. *pr. Inst. de jur. nat. gent.* „*& civ. l. 11. §. 5. verb. fileat ob libros. C. de rei* „*uxor. act, l. 4. de agnosc. vel al. liber.* vid. §. 13. „Ait quoque Grotius, leciitas id fuisse (scilicet „ut pars fœtus patrem sequatur, si is appareat) „veteres Francorum & Langobardorum leges, „sed locum non addit; contrarium vero patet ex „*lib. 2. leg. Langob. cap. 14.* & ex *edicto Theodori* „*regis*, subjecto *legib. Wisigoth. §. 65. 66.* item ex „*Spec. Suev. part. l. c. 61. 62.* & vetustis aliis Ger„manorum legibus, quibus idem jus firmatur, & „partus ventrem sequitur.

„§. XI. Quod de fœtu diximus, idem quoque „ad servos iisdem rationibus pertinet, ut partus „ex ancilla natus servus sit, & in dominio domini „ancillæ, etsi pater vel liber sit, vel alterius do„mini servus. Quod iterum male carpit Grotius „*de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 5. §. 29. per. tot.* „ubi confundit jus educandi cum jure dominii & „servitutis. Alia enim quæstio est, edito partu, „an is servus sit, & quis ejus dominus: alia; quis „ejus educandi jus habeat? Jure naturæ liquet, „partum ex parentibus, etsi utrinque servis, natum „esse liberum, utpote facultate ad agendum quod „lubet, quæ cuique personæ propria est, a natura „præditum; sed introducta a gentibus lege, ut „partus sit servilis, nulla ratio apparet cur partus „sequi debeat patrem, & non matrem; sed ad „hujus dominium pertinet, non tam quia is ali„menta subministrat, quam quod corporis, cujus „pars ista fœtus est, domina sit. Unde cuique „obvium est, ea, quæ hucusque tradita sunt, adeo „nihil commercii habere cum educatione, ut toto „cœlo potius differant, prout ex ipsis juris genti„um fontibus docuimus in *Collegio Grotiano.*

„§. XII. Idem porro jus spectabit similiter ad „homines proprios, uti hodie dicuntur, & in his „terris sunt qua ad mare Balticum porriguntur, „videlicet in Marchia, Pomerania, Borussia, Livo„nia, cet. Mevius *part. 2. decis. 234. b.* Struv. *Syn*„*tagm. jur. civil. exerc. 3 th. 22. & exerc. 40. th.* „*70. seqq. ibique allegati Dd.* Tales etiam sunt „in Palatinatu, aliisque superioris Germaniæ terris, „maxime ecclesiasticis, homines regii, **Königs=** „**Leute**, wildfangii, id est, peregrioi recens in hujus„modi terras, ubi hoc jus viget, advenientes, qui do„minum persequentem non habent, Vid. Rhetii *Inst.* „*jur. publ. lib. 2. tit. 3. §. 9. seqq.* Conf. *laudum* „*Heilbronn. anno 1666.* apud Oldenburg. *in notit.* „*imper. §. 2. diss. 26.* §. 12, Etsi autem hi homi„nes proprie liberæ conditionis sint, arg. *l. 18. C.* „*de agric. & censit.* immo in plurimis melioris „conditionis quam liberi cives, tamen hoc jus „colonarium personæ inhærens, (non ipsa persona) „est in patrimonio ac dominio domini, qui id „persequi actionibus quoque præjudicalibus potest. „Mev. *p. 13, dec. 161.* item. **Von dem Zustande,** „**Abforderung, und Abfolge der Bauren.** Ho*Pars II.*

„rum igitur partus itidem ventrem sequuntur, & „jure colonario ejus sunt, cujus colona mater, „propria est, etsi pater liber, aut alterius domini „colonus sit. Unde inter ipsos hos colonos in „memoratis terris vulgatum est ac tralatitium, **es** „**erbt die Mutter.**

„§. XIII. Cavendum omnino est, ne (quod non„nulli perperam, si quid umquam, faciunt, vid. „§. 10. & 11.) eo quoque referamus jus patriæ „potestatis, quæ naturaliter in solo jure & offi„cio educandi consistit: io quo uterque omnino „parens jure gentium concurrit. Hæc vero pot„estas neque ex jure feminis, neque ex ullo ac„quirendi dominii modo, sed ex longe aliis & „propriis plane causis oritur, cum nec dominii „species, nec jure gentium jus dominii simile, „sed officium sit, quo nihil quidquam libertatis „delibatur; hæc itaque integra in partu rema„nens, omnem acquirendi dominii commerciique „modum penitus respuit. Unde longissime a „vera ratione & fama abit Hobbes, qui matri soli „potestatem in partum ideo tribuit quod illa „prior occupasse videatur, *de cive c. 9. §. 3. &* „*Leviath. c.* 20. Verum de eo nunc non agimus.

„§. XIV. Exstat apud Besoldum in *Thesaur.* „*pract.* voce **Hennen**, integrum consilium Den„neri de pullo ex ovo, quod Gallina nigra, con„curreote Gallo rubro, posuit in arena Titii, ex„exclusio a Gallina alba; & quæritur, cum & area, „& singula hæc animalia diversorum dominorum „fuerint, cujus sit pullus? Et tandem, ubi sex sen„tentiæ examen subierunt, concluditur pro exclu„dentis Gallinæ domino: sed certo jure pertinet „ad dominum parientis, per *§. 4. & seqq. §. 19.* „*Inst. de rer. divis. l. 49. §. 1. ff. de rei vindicat.* „Neque vero aliena Gallina incubatu suo mutare „ovi dominium, & domino auferre potest. Lu„sum ingenii dicit Besoldus, sed ex quo liquido „animadverti potest, quam varium & fluxum „jus fiat, si ex opinionibus & brocardicis, ut vo„cant, & non ex fonte suo statuatur. Tabor *de* „*confrontat. in praem. p. 2. 3.* male quidem pul„lum nullius esse putat, sed bene tamen monet, „*ea, quæ in vita humana verum usum habent, esse* „*potius expolienda.*

„§. XV. Alia quidem multa tractari potuissent „de jure feminis, nempe ex jure personarum, an, „qui generare non possunt, (vid. *Novell. 22. c. 6.* „*Nov. 17. c. 12 Auth. sed hodie C. de repud.* ibi„que Brunnem. & Richter. *n. 6.* Ziegler *ad Lan*„*cellot. Inst jur. can. l. 2. tit. 12. §. 14.* ad verb. „*natura impotentes*,) qui etiam frigidi dicuntur, „(*tot. tit. X. de frigid. & malef.*) castrati, (conf. „Delphini *Conjugium eunuchi*, **Capaunen=Heyrath**, μειράκες, vid. *l. 6. §. fin. de Ædil. edict. l. 4.* „*pr. ff. de re milit.* Neweuhaho *de jure vidui. m. 1.* „*sect. 4. p. 11.*) item thlibiæ & thlasiæ, (vid. *l. 128.* „*ff. de verb. sign. l. 39. ff. de jur. dot. l. 5. ff. ad leg.* „*Cornel. de siccar.*) nuptias contrahere, &, quod „inde dependet, adoptare possint? Item, ex jure „rerum, an, fundo instructo legato, semen cen„seatur legatum? *l. 9. §. 6. ff. de usufr.* cet. Et, „ex delictis, de mastupratoribus; Carpzov. *Pr.* „*crim. part. 2. qu. 76, n. 10. seqq.* Et an meretrix

 eji-

§. XVIII.

Eſt & acquirendi modus, inter eos qui juris gentium vocantur, [a] per genituram animantium, qua in re [b] quod a Romanis & aliis quibusdam gentibus eſt ſtatutum [c] ut partus ventrem ſequatur, [d] non eſt naturale, [e] ut ſupra diximus, [f] niſi quatenus plerumque pater ignoratur. At ſi probabili ratione de eo conſtaret, [g] cur non partus ex parte ad eum pertineat, nihil poteſt afferri. [h] Nam & patris partem eſſe quod naſcitur certum eſt. [i] Plusne vero de patre, an de matre

„ejiciens ſemen ex utero committat homicidium? „Vid. *Ord. crim. Caroli. V. art. 133. l. 8. ff. ad. „leg. Cornel. de ſicar. l. 4. ff. de extraord. crim. „l. 38. §. 5. ff. de pœn.* Carpzov. *part. 4. conſt „4. def. 2. & pr. crim. p. 1. qu 11.* a quibus Brunnemannum in *proceſſ. inquiſit. c. 9. §. 69.* fruſtra „diſſentire, docuimus in *lectionibus publicis ad eumdem*, ſimulque oſtendimus, diſtinctionem Imperatoris Caroli V. *in dict. art.* jure naturæ & „civili fundari, nec juri divino contrariari: & „plura alia. Sed, cum propoſuerimus nobis tantum agere de jure ſeminis in acquirendis fructibus, hæc ſufficiant. *Hactenus beatus Parens.*

„Vera principia acquiſitionis per ventrem expoſuimus in *Diſſ. proœm. XII. §. 271.* Equidem „Author objicit, fœtum æque eſſe portionem animantis maris, quia ex hujus ſemine ortus eſt; „adeoque dominus, ad quem mas ille pertinet, „pro parte ſaltem jus in fœtum habere videtur. „Reſp. fœtus eo momento, quo de ejus acquiſitione agitur, totus eſt pars ventris, qui in meo „dominio eſt: quidquid igitur ex re mea naſcitur, id totum meum eſt.

„Atque hæc quoque ratio eſt, cur partus ancillæ „acquiratur ancillæ domino, etſi pater liber ſit; „quia corpus ancillæ, omnesque ejus partes, (adeoque & fœtus, qui pars eſt viscerum ancillæ,) „immo omnia jura ancillæ ſubſunt dominio ejus, „ad quem ancilla pertinet. Eadem igitur ibi regula obtinet, ut, quicquid ex re mea nascitur, „meum ſit.

„Certiſſimum igitur eſt, fœtum animantis & „partum ancillæ ſequi ventrem. Cur vero partus „ex juſtis nuptiis natus ſequitur patrem, non matrem? Reſp. quia ibi non de dominio acquirendo agitur, ſed de ſuſcipienda prole, quæ familiam continuaret: Pater enim familias ea „lege, eaque intentione feminam ſibi jungit, ut „ſobolem ex ea ſibi pocrearet: fœmina conſenſu „ſuo corporis uſum ad eum finem præbet, eaque „intentione in ejus domum, tranſit, eoque „in ejus poteſtate conſtituitur. Adeoque idem quodam modo hic obtinet, quod in eo, qui conſenſu „domini ſemen in agrum alienum mittit: ibi enim „non jus fundi, ſed ſeminis inſpicitur. Atque „hoc eſt, quod ICtus ait, *liberos, utpote ex ſuo „ſemine natos, pater ſuo jure vindicat. l. 1. §. 1. ff. „de ventr. inſpic.* Conf. *Diſſ. proœm. XII. §. 150.*

„Hinc apparet ratio, cur ſpurius ſequatur matrem, non patrem; tum quia pater certus non „eſt, adeoque neſcitur ex cujus ſemine natus ſit; „tum quia mas non ea lege nec ea intentione cum „femina illa concubuit, ut ſobolem ex illa procrearet, ſed libidinis explendæ cauſa. Sane meretrix nec individuam vitæ conſuetudinem contrahit, nec in domo eſt ſtupratoris, nedum in „ejus poteſtate conſtituitur. Adeoque liberi ſpurii „ſequuntur *matrem*, cujus pars ſunt.

„a) (PER GENITURAM ANIMANTIUM:) Tractant hanc materiam ICti in *l. 2. l. 6. ff. de acquir. rer. domin. §. 19. Inſt. de rer. diviſ. §. penult. Inſt. de jur. perſon. l. 5. §. 2. ff. de rei vindic. l. 7. C. eod.* ibique Gothofred. *l. fin. D. de „liberal. cauſ.*

b) (Grot.) (QUOD A ROMANIS) Cum quibus conſentit c. 31. *Caroli Calvi* edicto Piſtenſi. De aliorum circa hanc rem legibus vide quæ ſupra in textu & notis c. V. hujus libri §. 29.

„c) (UT PARTUS VENTREM SEQUATUR:) Id eſt, „ut partus ejus ſit cujus eſt venter.

„d) (NON EST NATURALE:) ICti non in genere loquuntur de partu ſed de partu animalium, „*dd. ll.* adeoque de partu ventris, qui in dominio „noſtro eſt, ibi omnino verum & naturale eſt, ut „dominium fœtus, qui eſt pars ventris, ad eum „pertineat cujus eſt venter.

„e) (UT SUPRA DIXIMUS:) *Lib. 2. cap. 5. §. 20. „Add. l. 3. c. 7. §. 2.*

„f) (NISI QUATENUS PLERUMQUE PATER IGNORATUR:) Imo, etſi pater illius fœtus certus ſit, „nihilominus partus ſequitur ventrem: tota enim „ratio juris ſeminis hic ceſſat, uti modo probavimus.

„g) (CUR NON PARTUS EX PARTE AD EUM „PERTINEAT, NIHIL POTEST AFFERRI:) Cur partus *animantis* noſtri noſter fiat, jam diximus: quia ſcilicet pars eſt ventris, qui jure dominii ad nos pertinet,

„h) (NAM ET PATRIS PARTEM ESSE QUOD „NASCITUR, CERTUM EST:) Eſt quidem pars „patris, ſed alia quæſtio eſt, quem ſequatur fœtus? „ſequitur autem matrem jure acceſſionis. Sane eo „tempore, quo fœtus producitur, adeoque quo „de eo acquirendo agitur, eſt pars ſolius matris „ſeu ventris; neceſſario igitur acquiritur „jure domini ei, ad quem totum, id eſt venter, „pertinet.

„i) (PLUSNE VERO DE PATRE, AN DE MATRE HABEAT, INTER PHYSICOS DISPUTATUR:) Plus

matre habeat, inter Physicos disputatur. Plutarchus ea de re sic disserit ἡ Φύσις μίγνυσι διὰ τῶν σωμάτων ἡμᾶς, ἵν' ἐξ ἑκατέρων μέρος λαβοῦσα καὶ συγχέασα, κοινὸν ἀμφοτέροις ἀποδῷ τὸ γενόμενον. ὥςε μηδέτερον διορίσαι, μηδὲ διακρῖναι τὸ ἴδιον ἢ τὸ ἀλλότριον. *Natura sexuum corpora miscet, ut ita de utroque parte sumta confundat, &* [k] *commune utrisque reddit quod nascitur, ita ut neuter possit, quid suum sit, quid alienum discernere,* Et hoc secutæ sunt [l] veteres Francorum & Longobardorum leges.

§. XIX

„Plus omnino de matre habet, quia partus est vera „portio viscerum maternorum, *d. l. 1.* pater autem semen tantum suppeditat. *ibid.* Cum igitur „tempore acquisitionis fœtus totus sit pars „animantis, merito domino ventris cedit, adeoque matrem sequitur.

k) (Grot.) (COMMUNE UTRIUSQUE REDDAT:) Vide oppositum ad hanc rem locum Galeni II. de semine, & quæ ibi ex Atheoæo: Chrysostomus ad V. Ephesiorum *μιγέντων τῶν σπερμάτων τίκτεται ὁ παῖς. Mixta genitura foetu oritur.* (Vers. 31. Tom. III. pag. 965.)

„*l*) (VETERES FRANCORUM ET LANGOBARDORUM LEGES:) Quas late recensuit Author in notis ad *l. 2. c. 5. §. 29.*

(AD §. XIX.) ICti inter modos acquirendi dominii etiam posuere *specificationem, confusionem, & commixtionem*, at non inter modos lucrandi. Sane per mutationem speciei &c. jus nostrum non tollitur natura, neque enim magis res mea tuæ cedit, quam tua meæ, neque id disputatur, seu quæritur; Sed cum a judice cuique tribui res sua integra nequeat, necessario, & ex medii necessitate uni tribuenda est res, alteri æstimatio.

Jus igitur naturæ est, quod nemo novam speciem ex aliena materia conficiendo, vel rem suam alienæ jungendo, vel suam rem cum aliena confundendo & commiscendo, alteri jus suum auferre possit, quia unicuique tantum jus in suas res, non in alienas competit. *Posit. jur. gent. 6.* Proinde natura alteri manet jus suum in materiam, alteri vero jus in operam suam, &, quæ exinde oritur, utilitatem.

Atque hinc omnes in eo conveniunt, quod, si res integræ separari possunt, illæ cuique restitui debeant, forte, si metalla applumbatione juncta, & gemmæ alieno auro saltem inclusæ sint. *L. 23. §. 5. ff. de rei vindicat. L. 6. ff. ad exhib.* si tignum ædibus junctum est. Argum. *d. l. 23. §. 6. & d. l. 6.*

Si vero integræ separari non possunt, indeque cuique partium jus integrum tribui nequit, necessario alteri danda res est, alteri æstimatio: idque juris naturalis est, tum quia aliter res expediri, & alio modo suum cuique tribui nequit, *Posit. J. G. 4. n. 4.* tum quia naturale est, ut, si jus meum restitutione rei ipsius reparari non potest, tantumdem præstetur. *Posit. J. G. 7.*

At porro quæritur, quisnam in re præferatur, & cui res potius danda sit? Resp. naturale esse, ut ei detur qui potius jus habet; cum nulla ratio sit, cur jus potius postponi debeat sequiori, adeoque potior illa acquirit dominium rei, & æstimationem solvit alteri. Sed quæstio adhuc superest, quodnam jus potius sit? Apud Romanos duæ ICtorum sectæ erant; *altera* ex sententia Stoicorum & Peripateticorum omnia tribuebat formæ, nihil vero materiæ: formam enim dicebat esse spiritum, ἕξιν, *l. 30. pr. ff. de usucap.* eamque substantiam vocabat, eo quod det esse rei. *l. 30. §. 1. ff. de verb. sign. l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* Indeque Ulpianus & Proculus, contra Sabinum disputantes, statuunt, mutata forma interimi prope substantiam rei, *l. 30. pr. ff. de usucap. Altera* ex sententia reliquorum philosophorum, omnia tribuebat materiæ, & formam saltem ajebat esse qualitatem, quæ abesse, & adesse possit salva substantia. *Illi* igitur in nostra quæstione potiorem dixere eum qui formam dedit: *hi* eum qui dominus est materiæ, & recte, Mediam viam elegerunt alii ICti, ut Cajus *in l. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. domin.* Callistratus *in l. 12. §. 1. ff. eod.* Paulus *in l. 24. & l. 26. ff. eod.* & postea Imperator Justinianus, *§. 25. Inst. de rer. divis.* duplicem statuendo regulam (1) ut potius sit subjectum adjuncto, adeoque præferatur id sine quo alterum esse nequit, *l. 23. ff. 2. ff. de rei vindicat.* Unde solum potius est ædificio, quia ædificium tantum accedit: vestis potior est lana, quia vestis non est sine lana: charta potior est scriptura, & tabula potior pictura, quia sine charta & tabula nec scriptura nec pictura esse potest. *l. 23. §. 3. ff. h.* (2) Ut potius sit finis medio. Unde præfertur illud, cujus ornandæ caussa alterum adhibetur: gemma ergo accedit annulo, quia principale est annulus, minus principale gemma: nisi aurum saltem ornandi caussa rei accedat, quia tum est minus principale. *l. 19. §. 13. ff. de aur. & arg. leg.* Quæ omnia meri sunt juris civilis.

ADDITIO.

„Duo hic notanda sunt, (1) ICtos Romanos „acquisitionem, quæ per *specificationem* fit, recte „tribuere juri gentium, seu naturæ; & mediam „illam viam, quam Justinianus eligit, mera æqui„tate civili niti. (2) Duplicem illam regulam, „quæ sit res prævalentior, non pertinere ad *specifi„cationem*, sed ad *accessionem*.

„Cum ergo intersit veram rationem *specifica„tionis* nosse, eam ex *Diss. proœm. XII. §. 264.* „delibare, ac hic inserere operæ pretium esse „duxi. Verba hæc sunt:

„Species occupationis II. est *specificatio*, quando

 nimirum

„nimirum ex aliena materia nostro nomine no„vam speciem conficimus. *§. 25. Inst. de rer. di„vis. l. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. domin. l. 27. „§. 1. ff. de acquir. possess.*

„Equidem nota est dissensio Scholarum apud „Romanos: *Sabinus & Cassius* statuerunt, domi„num materiæ etiam dominum esse speciei, quæ „ex materia facta est; quia sine materia nulla spe„cies effici possit. *L. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. „domin.* Grot. *l. 2. c. 3. §. 3.* E contrario *Nerva „& Proculus* docuerunt, eum esse dominum, qui „fecerit, quia quod factum est, (id est nova spe„cies) antea nullius fuit.

„N. 1. *Paulus, aliique*, mediam sententiam „amplexi sunt; distinguendo, an species nova ad „pristinam materiam reverti possit, an non. *Priori* „casu dixere, pristinam formam mutatam quidem „esse, sed non exstinctam, *L. 24. ff. de acqu r. „rer. domin.* rem eandem manere, *l. 76. ff. de „judic.* Indeque rem priori domino salvam esse. „*L. 9. §. 3. ff. ad exhib. l. 7. §. 7. ff. de acquir. „rer. domin. l. 5. §. 1. ff. de rei vindic. Poste„riori* casu rem ipsam quodammodo exstingui „& interire putarunt, *L. 9. §. 3. ff. ad exhib. §. 26. „Inst. de rer. divis. l. 13. §. 1. ff. de verb. sign. l. „5. §. 1. ff. de rei vindicat.* argum. *l. 26. D. de ju„dic. l. 6. § 1. ff. de aur. & arg. legat. l. 13. §. 5. „ff. de rei vindicat.* aliam rem factam esse, *l. 26. „§. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. 61. pr. ff. de rei „vindicat.* novamque speciem (quæ antea nullius „fuit *l. 24. ff. de acquir. rer. domin.*) facto fa„cientis demum incipere esse in rerum natura; „*L. 7. §. 21. ff. de acquir. rer. domin.* & nihil „proinde hic esse, quod pristinus dominus vere „suum dicere possit. *L. 27. §. 1. ff. de acquir. „rer. domin.* Indeque concludunt, dominium rei „per specificationem acquiri facienti. *l. 27. §. 1. „ff. de acquir. rer. domin.*

„Atque hanc mediam sententiam approbavit „Justinianus, eique vim legis perpetuæ dedit. *§. „26. Inst. de rer. divis.*

N. 2. Equidem de *posteriori* casu, quando sci„licet forma rei ita mutata est ut ad pristinam „speciem reverti non possit, ratio naturæ certa est. „Nam (1) verum est, speciem priorem in perpe„tuum desiisse, *L. 9. § 3. ff. ad exhib.* ibi: *nam „mutata forma prope interiit substantia rei, l. 26. „ff. de rer. divis. l. 13. §. 1. ff. de verbor. signif. „l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* eoque omne jus „prioris domini in illam speciem exstinctum esse: „quod plenius demonstrabimus infra, ubi de mo„dis amittendi dominii agetur. (2) Certum est, „novam speciem nunquam prioris domini fuisse; „*L. 7. §. 21. ff. de acquir. possess.* Facto enim al„terius demum in rerum natura esse incipit, *l. „27. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Cum antea „nullius fuerit. *L. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. do„min.* Si proinde dominus suam materiam vindica„ret, simul vindicaret novam hanc speciem, quæ „ante nunquam ejus fuit. Sane (3) res aliter „exitum habere non potest; duo hic concurrunt „jura, jus materiæ & jus formæ; in illam solus „dominus, in hanc solus faciens jus habet; utri„que res tribui non potest In hoc igitur jurium „concursu merito prævertitur dominus formæ præ„sentis: neque alteri injuria fit, quia pretium „materiæ, omneque id quod interest, faciens ei „restituere debet.

„Atque hæc jure naturæ obtinent, etsi mala fide „nova species facta sit, eædem enim rationes sub„sistunt: jure Romano vero in pœnam malæ fi„dei id mutatum est; *L. 12. §. 3. ff. ad exhib. §. „12. Inst. de rer. divis.* & hoc casu regula obti„net, *quod ex re nostra fit, nostrum esse. l. 9. §. „3. ff. ad exhib.*

„Per *specificationem* igitur acquirimus (*a*) mu„stum, quod ex alieno vino conficimus, (*b*) ole„um, quod ex alienis olivis vel nucibus expressi„mus, (*c*) vestimentum, quod ex aliena lana texui„mus, *L. 26. ff. de acquir. rer. domin.* (*d*) mul„sum, ex melle & vino alieno compositum, *l. 7. „§. 7. ff. de acquir. rer. domin. §. 25. Inst. de rer. „divis.* (*e*) emplastrum, quod ex medicamentis „alienis confecimus; *dd. ll.* (*f*) massam, ex scy„pho alieno factam; *l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* (*g*) „navem, ex arbore alieno fabricatam, *L. 26. „ff. de acquir. rer. domin.*

„In omnibus enim his casibus species facta ad „pristinam materiam reverti non potest: adeo„que res acquiritur facienti jure *specificationis*, „nisi res jure accessionis cedat rei prævalentiori: „*§. 20. Inst. de rei vindicat.* de quo casu infra „agetur. Vid. *cap. seq.*

„Neque *obstat*, rationem naturalem magis effi„cere, ut, qui materiæ dominus fuit, idem ejus „quoque, quod ex eadem materia factum est, „dominus sit; quia sine materia nulla species fieri „possit, quæ est ratio Sabini & Cassii. Conf. „*Grot. d. l. 2. c. 2. §. 3.* Resp. verum hoc esse, „quamdiu materia illa novam non induit qualita„tem; nam nova hæc qualitas, quæ antea non „fuit, domino materiæ numquam propria „fuit: sane vestimentum non amplius est lana, „& oleum non potest appellari oliva: cet, *d. l. 7. „§. 7.*

„N. 3. De *priori* casu, si scilicet materia ad pri„stinam formam redire potest, res magis dubia „videtur: quia pristina forma non exstincta est, „adeoque rem interiisse asseri nequit: verum ea„dem ratio juræ naturæ hic obtinet, ut scilicet „dominium acquiratur facienti, quamdiu res sepa„ratæ non sunt: sane in acquisitione, quæ fit per „accessionem, Justinianus id admisit; etsi enim sepa„rari id quod rei accedit possit, nihilominus domi„nium acquiri voluit domino rei principalis, quam„diu separata non est: Nulla autem ratio dari pot„est, cur in priore casu ei, qui novam speciem „fecit, denegaverit dominium, in posteriori casu „autem illud admiserit, cum utrobique eadem sit „ratio: quod plenius infra demonstrabimus.

„4) (si

§. XIX.

1. Si [a] ex aliena materia ſpeciem quis feciſſet, [b] Sabiniani dominium ejus eſſe volebant, qui materiæ fuiſſet dominus; [d] Proculus ejus, qui ſpeciem feciſſet, [e] quia per eum eſſe coepiſſet quod ante non exiſteret: arrepta tandem eſt media ſententia, [f] ut ſi reverti ad priorem ſpeciem materia poſſet, materiæ dominus rem haberet: ſi non poſſet, tum is haberet qui ſpeciei eſſet auctor. [g] Quod ipſum improbat Connanus, & hoc unum videri vult, plusne ſit pretii in opere an in materia, ut quod pluris eſt id prævalentia ſua quod minus eſt ad ſe trahat, [h] argumento eorum quæ a Romanis quoque jujurisconſultis de acceſſione tradita ſunt. L.III.4.

2. At ſi naturalem veritatem reſpicimus, [i] ſicut confuſis materiis

„a) (SI EX ALIENA MATERIA SPECIEM QUIS „FECISSET:) Uti ſi quis ex alienis uvis vinum fe„cit, ſi ex aliena carina navem &c. *L. 61. ff. de rei „vindicat. l. 24. l. 26. ff. de acquir. rer domin. „L. 7. §. 7. ff. eod.* Conſ. §. 25. *Inſt. de rer. „divis.*

„b) (SABINIANI:) Sabiniani dicti ſunt a Maſ„ſurio Sabino, qui in tuenda Secta Capitoni ſuc„ceſſit. Vid. Plin. *l. 7. epiſt.* 24. van Eck *prin„cip. jur. l. 1. tit.* 2. §. 42. Conſ. *l. 2. §. 47. ff. „de orig. jur.*

c) (DOMINIUM EJUS ESSE VOLEBANT, QUI MATERIÆ FUISSET DOMINUS:) Idque naturale eſſe diximus, quia forma ſaltem eſt qualitas & accidens, quæ ſubſtantiam materiæ non mutat.

ADDITIO.

„Equidem nova ſpecies ſaltem eſt qualitas ma„teriæ, at quæ numquam prioris domini „fuit.

„d) (PROCULUS EJUS, QUI SPECIEM FECISSET:) „Proculus Nervæ ſucceſſit in propaganda Secta, „quam Labeo cœpit: Proculo ſucceſſit Pegaſus: „hinc Proculejani & Pegaſiani. Van Eck *d. l.*

„e) (QUIA PER EUM CŒPISSET, QUOD ANTE „NON EXISTERET:) Putabat igitur, formam dare „eſſe rei, & rem per novam formam quaſi inte„rimi.

„f) (UT SI REVERTI AD PRIOREM SPECIEM „MATERIA POSSET, MATERIÆ DOMINUS REM „HABERET &c.) Vid. §. 25. *Inſt. de rer. divis.* „Adeoque Imperator præfert *materiam*, ſi ſepa„rari res poteſt; ſi non poteſt, *formam.*

g) (QUOD IPSUM IMPROBAT CONNANUS:) Hic eum præfert, cujus res pretioſior eſt: at non perpendit Connanus, pleraque pretia rerum non a natura, ſed a libidine hominum eſſe: confundit igitur pretium naturale, cum eo quod ab inſtituto, indeque arbitrarium eſt, & pro indigentia hominum variat: ſane natura nullum aliud pretium novit, quam quod ex uſu rei naturali oritur, quo unius grani valor major eſt omni gemmarum pretio, quod fabula Midæ teſtatur, & alibi late demoſtrabitur. Conſ. *Diſſ. noſtr. de vero rerum pretio.*

ADDITIO.

„Bene hic obſervat beatus parens, valorem „operis mei naturali jure nullum mihi jus dare in „rem alienam. Omne jus mihi oritur ex eo „quod nova hæc ſpecies antea non exſtiterit, adeo„que jus prioris domini exſtinctum ſit.

„h) (ARGUMENTO EORUM, QUÆ A ROMANIS „QUOQUE ICTIS DE ACCESSIONE TRADITA SUNT:) „Negamus ICtos Romanos in acceſſionis ma„teria reſpicere, plusne ſit pretii in opere, quam „in materia: ſed ICtis alio plane ſenſu *prævalens* „res dicitur, vel quæ principalis eſt, vel cujus or„nandæ cauſa altera adhibetur, *L. 23. §. 2. ff. de „rei vindicat. l. 19. §. 13 ff. de aur. vel arg. leg.* „Licet & acceſſio, & ornamentum forte pluris „valeant. Hinc ædificium, etiam pretioſiſſimum, „cedit ſolo; & gemma, etſi pretioſa, quæ annulo „ornandi cauſa jungitur, cedit ei qui annuli do„minus eſt; pictura, etiam Apellis, ei acquiritur „cujus eſt tabula. &c. *L. 23. §. 5. ff. de rei vindi„cat. l. 6. ff. ad exhib.*

„i) (SICUT CONFUSIS MATERIIS COMMUNIO„NEM INDUCI:&c.) Author igitur exiſtimat, per ſpe„cificationem novam ſpeciem fieri communem, „eodem modo ut per confuſionem & commix„tionem: at negamus (1) novam ſpeciem natu„rali jure fieri communem, quia tota materia alie„na eſt, adeoque communio in tali re naturali „ratione concipi non poteſt: ſecus ac in confu„ſione & commixtione, ubi partim ex mea, par„tim ex aliena materia nova ſpecies fit. (2) Ne„gamus, per confuſionem & commixtionem rem „fieri communem, contrarium diſerte traditur „in §. 25. *Inſt. de rer. divis.* nimirum novam ſpe„ciem fieri facientis. Nam eadem hic ratio ob„tinet quæ in ſpecificatione, quia nova illa ſpe„cies nunquam prioris domini fuit; & ſaltem „excipiuntur caſus, ſi communi nomine, vel caſu „confuſio &c. fit,

K „Cum

riis communionem induci pro rata ejus quodquisque habeat, [k] Romanis quoque jurisconsultis placuit, [l] quia res alium exitum naturaliter reperire non poterat: ita cum res constent materia & specie tanquam suis partibus, si alterius sit materia, alterius species, [m] sequitur naturaliter rem communem fieri pro rata ejus quanti unumquodque est. [n] Species enim pars est substantiæ, non substantia tota: quod Ulpianus vidit, cum dixit mutata forma prope interemtam substantiam.

L. 9. Julianus §. 3. sed si quis. D. ad exhib.

§. XX.

„Cum igitur hic modus acquirendi per confusionem vel commixtionem itidem dubiis non careat, vera ejus principia ex *Diss. proœm. XII. §. 265.* huc transscribere liceat:

„Alia occupationis species III, est, quæ fit per *confusionem & commixtionem*: si scl. non ex aliena materia sola novam speciem confeci, sed si partim ex mea, partim ex aliena materia, sive liquida sive solida, per *confusionem* aut *commixtionem* novam speciem produxi; adeoque si non solam operam, sed & partem materiæ præstiti; uti, si ex meo vino & alieno melle mulsum miscui; aut ex meis & alienis medicamentis emplastrum aut collyrium; aut partim ex mea partim ex aliena lana vestimentum feci: §. 25. *Inst. de rer. divis.* His enim casibus species pristina perit. *l. 5. §. 1. D., de rei vindicat.*

„Per hanc *confusionem & commixtionem* itidem acquiritur rei dominium ei, qui suo nomine novam speciem, miscendo vel confundendo, fecit; *d. l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat. d. §. 25. Inst. de rer. divis.* quod itidem jure naturæ verum est, etsi res ad pristinam speciem reverti possit.

„Aliud igitur obtinet, nec res mihi acquiritur per *confusionem & commixtionem*, 1) Si ego non meo nomine, sed vel nomine communi, vel casu, novam speciem ex mea & aliena materia conficio; tunc enim res fit communis: §. 27. & 28. *Inst. de rer. divis. l. 5. §. 1. D. de de rei vindicat.* 2) Jure Romano, si res reverti ad pristinam speciem potest, uti si plumbum cum argento mixtum est. *d. l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* vel si singula corpora in sua substantia durant: ut si æs & aurum miscentur. *l. 5. §. 1. D. de rer. divis.* (Ubi negativa tollenda. Vid. *Gothofr. ibid.* propter *l. 12. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.*) Item si mea & aliena grana, olea, vina, greges, confunduntur; *d. l. 5. ff. & §. 28. Inst. de rer. divis.* Adeoque ubi prior species non perit, nec nova species oritur. *dd. ll.* Hoc casu igitur quilibet suam partem vindicat, &, si res difficulter separari possint, res vero unius majoris pretii fuerit, id, quod pluris est, æstimare, ejusque restitutionem petere potest: apud Romanos id arbitrio judicis relinquebatur. *d §. 28.*

„Non tamen credendum est, facientem, sive bona sive mala fide, lucrari hanc novam speciem. Id enim pugnaret cum æquitate naturali, quia locupletior fieret ex re aliena, & cum alterius jactura. Ratio igitur naturalis dictat, jus, quod facto meo alii aufertur, reparandum, id est, cum res ipsa restitui non possit, tantundem ei restituendum esse. Unde ICti Romani ei, qui jus suum facto alterius amisit, actionem in factum dedere. *l. 23. §. 5. ff. de rei vindicat.*

k) (ROMANIS QUOQUE ICTIS PLACUIT:) Quia granum grano, & guttarum una altera non est potior, sed quæque gutta, & quodque granum æque principale est, ac materiæ ita confusæ fungibiles sunt sua natura.

ADDITIO.

„Immo non placuit ICtis ut res confusæ vel commixtæ sint communes, regula enim in contrarium extat in *§. 27. 28. Inst. de rer. divis. l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* Sed diximus excipi casus ubi (1) utriusque voluntate, vel casu res confunduntur aut miscentur: *l. 7. §. 8. 9. ff. de acquir. rer. domin.* (2) Ubi singula corpora confusa vel mixta in sua substantia durant, adeoque ubi nec prior species perit, nec nova fit: *L. 5. §. 1. ff. de rei vindicat. l. 12. §. 1. ff. acquir. rer. domin.* (3) Si separari materiæ possunt. *dd. ll.*

„*l*) (QUIA RES ALIUM EXITUM NATURALITER REPERIRE NON POTERAT:) Immo poterat: naturali enim ratione facienti dominium novæ speciei tribuitur, at *materiæ* pristinæ pretium domino priori restituendum est. Atque ita ICti Romani rem decidunt, eamque decisionem ex jure gentium seu naturæ desumserunt.

„*m*) (SEQUITUR NATURALITER REM COMMUNEM FIERI:) Immo id non sequitur: sed res desinit esse prioris domini, quia forma mutata est, & omne jus pristini domini exstinctum est: adeoque nulla ratio communionis in nova hac specie superest. *l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* At quia facto alterius exsistere desiit, ideo id quod interest pristino domino præstari debet.

„*n*) (SPECIES ENIM PARS EST SUBSTANTIÆ, NON SUBSTANTIA TOTA:) Species substantiam quidem non tollit, nam materia manet; sed interire videtur secundum quid, quia subit aliam formam, ideoque ICti notanter ajunt, mutata forma *prope* interimi substantiam: *l. 9. §. 3. ff.*

ad

§. XX.

Ut autem qui mala fide materiam alienam attrectant, [a] speciem perdant, est quidem non inique constitutum, sed pœnale atque ideo non naturale. [b] Natura enim pœnas non determinat, [c] nec ob delictum per se dominia aufert, [d] quanquam naturaliter pœna aliqua digni sunt, qui delinquunt.

L. 12. de eo exhibendo §. 3. si quis D. ad exhib.

§. XXI.

[a] Ut vero rei majori acquiratur res minor, [b] quo fundamento Connanus nititur, [c] naturale est facti, non juris, atque ideo qui fundi pro vicesima parte est dominus [d] tam manet dominus quam qui par-

„*ad exhib.* merito autem ICti prætulerunt formam, quia vere in hac forma, quæ novam speciem constituit, prior dominus nihil juris habuit. „*L. 27. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Neque pristina materia, in qua sola jus habuit, restitui „potest, quia non amplius integra exsistit, sed „novam formam facto meo induit.

a) (SPECIEM PERDANT, EST QUIDEM NON INIQUE CONSTITUTUM:) *L. 12 §. 3. ff. ad exhib.* ICti Romani inter requisita specificationis posuere, ut nova species ex aliena materia *bona fide* fiat: Equidem naturæ jure nihil interest, an bona, an vero mala fide conficiatur, quia semper tamen regula subsistit, quod res cedat ei qui potius jus habet: at jure civili hæc prælatio ei aufertur qui dolo speciem novam conficit: Hoc ergo pœnale est.

ADDITIO.

„Recte beatus Parens ait, novam speciem ce„dere ei qui fecit, etsi mala fide confecerit: vera „ratio est, quia species interit, adeoque quodam„modo res ipsa; quod ergo non amplius exsistit, „a pristino domino vindicari nequit. At jure ci„vili regula quædam generalis constituta est, quod „nemo ex facto suo vitioso aliquid acquirere pos„sit: *L. 48. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. 5. „§. fin. ff. de Publ. l. 12. §. 3. ff. ad exhib.* & late „beatus Parens in *Diss. 1. de fin. bon. fid. sect. 1.* §. „11. 12. 13. Atque hæc ratio est, cur is, qui do„lose ex aliena materia novam speciem conficit, „eam non acquirat; quæ ratio, cum pœnalis sit, „non ex jure naturæ est, sed ex mero jure civili.

b) (NATURA ENIM POENAS NON DETERMINAT:) Nam in genere natura disponit, ut agens restituat vel id quod alteri abstulit, vel, si non potest, tantundem: præterea magistratibus facultatem concessit castigandi male agentes, mo„dum autem reliquit judicis arbitrio.

„*c*) (NEC OB DELICTUM PER SE DOMINIA „AUFERT:) De quo *infra l. 2. c.* 20. Vid. supra „*lib. 2. c. 1.* §. 9.

„*d*) (QUANQUAM NATURALITER POENA ALI„QUA DIGNI SUNT, QUI DELINQUUNT:) Natura „omnino pœna est statuta, scilicet talio; tantun„dem enim delinquens pati debet mali, quantum „fecit: at cum illud tantundem, ejusque æstima„tio, in criminibus inprimis, definitum natura „non sit, legibus id terminari debet & solet.

a) (UT VERO REI MAJORI ACQUIRATUR RES MINOR &c. NATURALE EST FACTI:) Accessionis jus eadem ratione nititur, qua specificatio: non enim dominus rei principalis eam acquirit ut lucretur, sed ut, cum integra separari non possit, alteri res tota detur, alteri pretium. Id ergo ex medii necessitate naturale est: secus igitur si separari integra potest, tunc enim omnes conveniunt, jus cujusque partis salvum manere, *l. 23. §. 5. ff. ad exhib. l. 6. ff. eod.* excepto tigno, *dd. ll.* ne urbs ruinis deformetur, quæ ratio mere civilis est

„*b*) (QUO FUNDAMENTO CONNANUS NITI„TUR:) In *Comment. jur. civ. l. 3 c. 6. n. 4. seq.* „ubi circa specificationem distinguit plusne sit pre„tii in opere, an in materia; ut quod pluris est, „id prævalentia sua quod minus est ad se trahat: „quod refutavimus *supra §. 19. n. 1.* at ex diversa „ab ea, quam Grotius allegat, ratione.

„Grotius enim negat regulam, *ut rei majori „acquiratur res minor*, esse juris naturalis, „sed saltem *facti* naturalis; & potius rem commu„nem fieri, ait, quia res alium exitum habere non „potest: *d. §. 19. n. 2.* quæ itidem satis refutavimus „in præcedentibus: Diximus enim in *specificatio„ne* plane de prævalentia pretii non quæri, nec „communionem ibi concipi posse: Diximus, & „statim uberius demonstrabimus, in *accessione* præ„valentiam non a pretio æstimandam esse, sed ex „alia causa. Sed & porro mox probatum dabi„mus, regulam, *ut rei majori acquiratur res mi„nor*, non solum *facti* naturalis esse, sed etiam *ju„ris*.

„*c*) (NATURALE EST FACTI, NON JURIS:) „Quod Puffendorffius *l. 4. c. 7. §. 9.* hoc modo ex„plicat; *de facto quidem, quod majoribus est viri„bus ad se trahere posse id quod minus est vali„dum, sed non semper jure fieri ut validior ad se* K 2 *rapiat*

partes habet novemdecim. Quare [e] quod de accessione ob prævalentiam aut certis in casibus lex Romana constituit, aut in aliis etiam constitui potest, [f] id naturale non est, sed civile [g] ad commodius transigenda negotia; natura tamen non repugnante, [h] quia lex dandi dominii jus habeat. Vix autem ulla est tractatio juris [i] in qua tot

„*rapiat rem imbecillioris, aut, ut quis rem suam* „*minorem amittat, si cum majore fuerit conjuncta* „Add. *Tesmar. b.*

„*d*) (TAM MANET DOMINUS, QUAM QUI PARTES HABET NOVEMDECIM:) Quæ quæso comparatio? ICti Romani *accessionem* describunt, „ubi aliquis *facto suo* rem alienam minus valentem suæ *prævalentiori* junxit; Rem autem *prævalentiorem* describunt, vel sine qua altera esse „non potest, vel quæ ornandæ alterius causa accedit: In exemplo autem proposito neque *facto* „*suo* is qui majorem fundi partem habet, jungit „partem minorem, quia natura hæc cum majori „parte unita est. Nec allegari potest, minorem „partem sine altera esse non posse, manet enim „separata; nedum asseri potest ornandæ alterius „causa accedere: Adeoque tota ratio *prævalentiæ* „in hoc exemplo cessat.

„*e*) (QUOD DE ACCESSIONE OB PRÆVALENTIAM &C. LEX ROMANA CONSTITUIT:) Ut „scilicet res minus valens cedat prævalentiori §. „26. 33. 34. *Inst. de rer. divis. l.* 23. §. 4. *ff. de rei* „*vindicat.*

„*f*) (ID NATURALE NON EST, SED CIVILE:) „Cum veram rationem JCtorum Grotius non perceperit, hujus quoque accessionis rationem naturalem nunc demonstrabimus.

„*Accessione* acquirimus dominium, quando rei „nostræ principali facto nostro pars quædam accedit minus principalis: *l.* 23. §. 2. & 5. *ff. de rei* „*vindicat l.* 19. §. 3. *ff. de aur. & arg. leg.* §. 26. „*Inst. de rer. divis. l.* 1. *pr. junct. l.* 7. §. 1. *seq.* §. 10. „*seq. ff. de acquir. rer. domin.* §. 29. *Inst. de rer.* „*divis.* Accessorium enim sequitur principale. *l.* „20. *l.* 29. *ff. de aur. & arg. leg. l.* 19. §. 13. §. 20. „*ff. eod.* §. 26. *Inst. de rer. divis. l.* 23. §. 5. *ff. de* „*rei vindicat.*

„Ratio naturalis hujus acquisitionis in eo consistit, quod illa pars minus valens, quæ accedit „rei prævalentiori, speciem mutet, adeoque exstincta videatur; *L.* 6. §. 1. *ff. de aur. & arg.* „*legat. l.* 6. *ad exhib. l.* 23. §. 2. & 5. *ff. de rei* „*vindicat. l.* 7. §. 5. & 6. *l.* 26. §. 1. *l.* 27. §. 1. *ff.* „*de acquir. rer. domin. l.* 13. §. 1. *ff. de verbor. signif.* „indeque sequatur jus totius, ita ut nunc res tota „fiat ejus, cujus antea fuit pars potior *d. l.* 23. § 1. *d. l.* „26. §. 1. Idque extra omne dubium est, si accessio „ad priorem speciem reverti nequit, adeo ut, „etsi postea separetur, prior dominus vindicare „eam non possit, *l.* 23. §. 5. *ff. de rei vindicat. l.* 24. „*ff. de acquir rer. domin.* quia semel ejus esse desiit. *d. l.* 23. Unde purpura vestimento intexta „cedit vestimento: §. 26. *Inst. de rer. divis.* color „lanæ, *d. l.* 26, brachium, per ferruminationem „junctum, statuæ, *l.* 23. §. 5. *ff. de rei vindicat.* „arbor & planta solo ex quo radices egit, quia „desiit prior arbor & planta. *d. l.* 26. §. 1. „Idem quoque obtinet si res minus valens integra separari potest, quamdiu scilicet juncta est, „& quamdiu est pars totius, adeo ut alter suam „partem non nisi re separata vindicare possit. *l.* „23. §. 5. *l.* 59. *ff de rei vindicat. l.* 2. *C. eod.*

„Cum vero hæc principia hactenus a Doctoribus non satis fuerint explicata, altius paululum „repetenda sunt.

„Notandum autem est, *aliud* esse universitatem, „corpus, seu totum; *aliud* res singulas, seu partes, & species, quæ universitatem, quæ corpus „constituunt. *l.* 2. §. 6. *ff. pro emt.*

„*Corpus* est vel *unitum*, quod uno continetur spiritu, ut statua: *l.* 30. *ff. de usurpat. & usucap.* „*l.* 23. §. 5. *ff. de rei vindicat.* vel *connexum*, „quod ex contingentibus, id est, pluribus inter „se cohærentibus constet, ut ædificium, cet. *d. l.* „30. *Partes* illius *corporis* sunt v. g. tignum, „materia, tabulæ, cet. ex quibus ædificium, navis, „cet. constat. *l.* 23. *ff. de usurpat. & usucap.*

„Alia autem sunt *jura* corporis, id est totius, „seu universitatis, alia *partium*: Grot. *l.* 2. *c.* 5. „§. 17. *l.* 2. *c.* 9. §. 3. *c.* 20. §. 1. *n.* 8. *c.* 21. §. 2. „& 7. *l.* 3. *c.* 2. §. 1. *Leg.* 7. §. 1. *ff. quod cujusqu. universitat. nom. l.* 6. §. 1. *ff. de rer. di-* „*vis.* Nam (1) qui universas ædes possidet, singulas res, ex quibus ædes constant, non possidet; „*l.* 30. *pr. ff. de acquir. possess. l.* 23. *ff. de* „*usurpat. & usucap.* &, qui navem possidet non „videtur possidere tabulas, ex quibus navis constat. „*d. l.* 30. E contrario (2) qui singulas res, ex „quibus ædes constant, possidet, non videtur possidere ædes. *d. l.* 23. *pr. l.* 8. *ff. quod vi aut* „*clam.* Hinc (3) ædibus usucaptis singulæ res, „ex quibus ædes constant, usucaptæ non videntur. „*l.* 7. §. 11. *ff. de acquir. rer. domin. l.* 23. „*in fin. ff. de rei vindicat.* Nec (4) usucaptis singulis rebus, ædes usucaptæ videntur.

„Unde (5) evenit, ut dominus soli possit vindicare ædificium, non materiam: & e contrario (6) dominus materiæ possit vindicare tignum, „non ædes. *l.* 23. §. 7. *ff. de rei vindicat.*

„*g*) (AD COMMODIUS TRANSIGENDA NEGOTIA:) „Adeoque ex ratione & æquitate mera civili.

„*h*) (QUIA LEX DANDI DOMINII JUS HABET:) „Vid. *supra c.* 8. §. 5. & *b. c.* §. 1. *in fin.* Ait igitur legem civilem demum ei, cujus pars prævalens est, dominium minoris partis tribuere: „quod paulo ante refutavimus.

„*i*) (IN QUA TOT DISCREPANTES SUNT ICTORUM SENTENTIÆ:) Omnis discrepantia in eo consi-

tot discrepantes sint jurisconsultorum sententiæ [k] & errores. Nam quis concedat, [l] si æs & aurum mixtum fuerit, alterum ab altero diduci non posse, quod scripsit [m] Ulpianus; [n] aut ferruminatione confusionem fieri, [o] quod Paulus; aut aliam esse scripturæ, [p] aliam picturæ rationem, [q] ut huic tabula cedat, illa tabulæ?

L. Idem §. 1 D. de rei vind. L. Si rem 23. §. Item, 5. D. eod. Instit. de rer. div. §. litteræ 33. & §. si quis 34.

§. XXII.

„consistebat, quod alii *materiam*, alii *formam* „prævaluerint: posterior sententia autem prævaluerit.

„*k*) (ET ERRORES:) Videamus, anne ipse „Author erraverit.

„*l*) (SI ÆS ET AURUM MIXTUM FUERIT, ALTERUM AB ALTERO DIDUCI NON POSSE:) Cur „hoc concedi nequeat non video. Etsi enim „æs & plumbum, *l.* 5. §. 1. *ff. de rei vindicat.* „item æs & argentum, *L.* 12. *in fin. ff de acquir.* „*rer. domin.* separari arte potuerint, non tamen „sequitur æs & aurum quoque separari potuisse: „cum non constet an veteres aqua chrysulca „olim usi fuerint, qua sola æs & aurum mixtum „alterum ab altero diduci potest. Quicquid sit, „Ulpianus non in jure erraret, sed in facto: „sane, posito æs & aurum diduci non posse, re„gula naturæ erit, ut nova hæc species acquiratur „facienti in perpetuum.

„*m*) (ULPIANUS:) *In l.* 5. §. 1. *ff. de rei vin*„*vindicat.*

„*n*) (FERRUMINATIONE CONFUSIONEM FIERI:) „Paulus non asserit per *ferruminationem* confusio„nem fieri, aut brachium statuæ per *ferrumi*„*nationem* junctum *jure confusionis* acquiri jun„genti; sed ait, hoc casu brachium cedere sta„tuæ *jure accessionis.*

„Hujus asserti ratio naturalis hæc est, quia per „ferruminationem (durch Zusammenschmelzung) „extremitates duarum rerum ita confunduntur, „ut integræ separari non possint, accessio igitur hic „unitate majoris pertis consumitur. *L.* 23. §. 5. *ff. de* „*rei vindicat.* Jus dominii pristini per novam hanc „speciem in perpetuum exstinctum, & res aliena „facta est. *ibid.* Quod ICtus adeo verum esse exi„stimat, ut licet postea separetur brachium, prior „tamen dominus eam vindicare non possit, quia „prior species semel & in perpetuum periit. *d. l.* „23. §. 5.

„Quod magis est, Paulus non distinguit „inter ferruminatiunem & applumbationem intui„tu acquisitionis: sane jus accessiunis æque ob„tinet si per *applumbationem* (durch Verlöthung) „brachium statuæ jungitur: et pars minus valens hic „pariter jure totius pertinet ad statuam, quan„diu juncta est; uti modo demonstravimus. Sed „in eo differt hæc accessio a priori, quod si per „*applumbationem* brachium statuæ jungitur, pars „accedens integra separari possit, adeoque unitate „majoris partis non *consumatur*: Si proinde sepa„ratur brachium, prior dominus vindicare illud „potest, quia jam desiit essa accessio rei alterius „prævalentioris, adeoque jus, quod jungenti jure „totius competiit, jam desiit. *d. l.* 23. §. 5.

„*o*) (QUOD PAULUS:) *L.* 23. § 5. *ff. de rei* „*vindicat:* Add. Pomponius in *L.* 27. *pr. ff. de* „*acquir. rer. domin.*

„*p*) (AUT ALIAM ESSE SCRIPTURÆ, ALIAM „PICTURÆ RATIONEM:) Verum est eamdem „utriusque esse rationem, quod & Paulus de„fendit. *l.* 23. §. 3. *ff. de rei vindicat.* Quia ta„bula est res prævalentior, sine qua pictura esse „nequit: At natura subjectum potius est adjun„cto, & finis medio: sed cum alii ICti admira„tione artis dissentirent, decidit Justinianus, „ut tabula cedat picturæ: Hæc ergo decisio est „meri juris civilis: sane leges humanæ id, quod „*potius* est juxta votum & institutum hominum, „ac pro præsenti rerum statu, determinare possint; „at tunc *potius* id est non natura, sed lege. In „pictura ergo aliquid *potius* est ex voto hominum, „quod leges secuti sunt, & ea ratione utitur Im„perator in §. 35. *Inst de rer. divis.*

„*q*) (UT HUIC TABULA CEDAT:) Inter vete„res ICtos dubium non fuit, quod pictura tabulæ „cedere debeat, *l.* 23. §. 3. *ff. de rei vindicat l.* „9. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* Tribonianus „demum in institutionibus dubium id movit, & ex „ignorantia principiorum, quibus antiqui ICti „nixi sunt, statuit, *ridiculum esse picturam Apellis* „*vel Parrhasii in accessionem vilissimæ tabulæ cedere.* „Sed uti in aliis, ita hic quoque Tribonianus va„pulat. In jure accessionis enim non quæritur, an res „majoris vel minoris sit pretii, quia pretia non a „natura, sed facto hominum sunt determinata; „sed an sit prævalentior, id est, an sine re esse „possit. Hoc posito negari nequit, picturam „sine tabula esse non posse, adeoque ex ratione „naturali picturam cedere tabulæ.

(AD §. XXII.) jure Romano constitutum est, ut *sata* sulo cedant statim; *arbor* vero ex quo coaluit, & *crusta* ex quo radices egit. Author id putat meri juris civilis esse, & ex ratione mere positiva, quod solo ali videantur: Nos hanc acquisitionem vere juris naturæ esse dicimus: Sata enim quidem manent pristini domini, sed integra ei tribui non possunt, terræ jam mixta: cedunt ergo solo quasi exstincta, & pretium tantum solvitur domino. Unde cum quæreretur, fructibus ex alieno semine natis jus soli an jus seminis præferri debeat? pro illo, ut potiore, respondet ICtus in *l.* 25. §. 1. *ff. de usur.* Aliud igitur merito statuerunt ICti in arbore & crusta, utraque enim separari integra potest, quamdiu nondum coaluere. Ex quo vero coaluerunt, & extremitatis junctæ sunt per radices, non amplius separari integræ possunt, pars factæ sunt nostri soli, adeoque ei cedunt. Atque

§. XXII.

a Plantata & conſita ut ſolo cedant *b* ſimiliter eſt juris conſtituti, *c* cujus ratio eſt quod iſta ſolo alantur. *d* Nam ideo & de arbore diſtinguitur an radices egerit. *e* Atqui alimentum rei jam ante exiſtentis partem duntaxat facit: *f* atque ideo ſicut ex alimento jus quoddam in rem ſoli domino naſcitur; *g* ita domino ſeminis, plantæ, aut arboris jus ſuum naturaliter certe ob id non perit *h* Quare & hic communio locum habebit: *i* nec minus in ædificio, cujus partes ſunt ſolum & ſuperficies, *k* nam ſi mobile ſit, nullum in eo jus habebit ſoli dominus, *l* quod et Scævolæ placuit.

L. Titius 60. D. acquir. rer. dom.

§. XXIII.

eadem ratione nititur acquiſitio ædificii, utpote quod itidem cedit ſolo.

„*a*) (PLANTATA ET CONSITA UT SOLO CE„DANT:) Illa quidem ex quo radices egere, hæc „ſtatim ex quo ſata ſunt.

„*b*) (SIMILITER EST JURIS CONSTITUTI:) „Exſtat conſtituto in §. 31. & 32. *Inſt. de rer. di„viſ. l. 25. ff. de uſur. l. 6. in fin. ff. arbor furt. „cæſar. l. 48. ff. de rei vindicat. l. 9. §. 2. ff. de „damn. infect.* At verius eſt hanc conſtitutionem „niti ratione naturali: arbor enim non amplius „eſt pars prioris fundi ſi radices egit, ſed ejus „in quo nunc plantata eſt. Hinc alterius terræ „alimento alia arbor facta eſt, prior ſpecies pe„riit, & novam ſpeciem nacta eſt arbor.

„*c*) (CUJUS RATIO EST, QUOD ISTA SOLO „ALANTUR:) Hæc ratio in plantatis obtinet, non „vero in inſitis: nam plantata non fiunt pars ſoli, „niſi ex quo radices egere, unde notanter in *l. 26. „§. 2. ff. de acquir. rer. domin.* dicitur, plan„tam aliæ terræ alimento aliam factam eſſe. At „ſata non ideo cedunt ſolo, quod ſolo illo alan„tur, ſed ideo, quia ſtatim ac injecta ſunt fundo, „ſeparari inde nequeunt, adeoque res non „amplius exſtare videtur, quæ per rei naturam „reddi nequit.

„*d*) (NAM IDEO ET DE ARBORE DISTINGUI„TUR AN RADICES EGERIT:) Eadem enim ratio eſt in „arbore, quæ in plantatis, quia alia arbor vide„tur facta alio terræ alimento *d. l. 26.* adeoque „facta eſt pars alterius ſoli, unde alimenta recipit.

„*e*) (ATQUI ALIMENTUM REI JAM ANTE EX„ISTENTIS PARTEM DUNTAXAT FACIT:) Adeo„que novum inde jus non acquiri, ſed priſtinum „manere videtur: Reſp. rei antea jam exiſtentis ſpe„cies interit, novo alimento forma mutatur, non „amplius eſt pars prioris fundi, ſed fundi alterius: „arbor igitur cedit ſolo, ejusque domino.

„*f*) (ATQUE IDEO SICUT EX ALIMENTO JUS „QUONDAM IN REM SOLI DOMINO NASCITUR:) „Quamdiu ſcilicet arbor eſt in ſolo domini.

„*g*) (ITA DOMINO SEMINIS, PLANTÆ, AUT „ARBORIS JUS SUUM NATURALITER CERTE OB „ID NON PERIT:) Hæc ſequela fallit: nam ſi prior „arbor non amplius eſt pars prioris ſoli, ſed fit pars „ſoli alterius, ſpecie mutata omne jus prioris do„mini in arborem ceſſat.

„*h*) (QUARE ET HIC COMMUNIO LOCUM HA„BEBIT:) Quia ex hypotheſi Authoris concur„runt jura ſoli, ſeu alimentorum, & jus domini „plantæ: &c. at plantam & arborem ſolo cedere, ex „naturali ratione probavimus.

„*i*)(NEC MINUS IN ÆDIFICIO:) Adeoque ſi quis „ædificium in alterius ſolo ponit, illud commune „fieri putat, quia concurrunt jus ſoli & jus „materiæ. At naturali quoque ratione ve„rius eſt, ædificium cedere ſolo, etſi marmoreum „ſit. *L. 15. §. fin. ff. de inſtruct. vel inſtrum. le„gat. l. 98. § 8. ff. de ſolut. Diſſert. proœm. XII. „§. 277. n. 14.* Solum enim eſt res prævalentior, „& ædificium ſubſiſtere absque ſolo nequit. *l. 30. „§. 1. ff. de uſurpat. & uſucap. l. 23. pr. ff. eod.*

„Ædificium igitur cedit ſolo, ſive is, qui ædi„ficavit, in ſuo ex aliena materia ædificaverit, *l. „7. §. 10 ff. de acquir. rer. domin. §. 29. Inſt. de „rer. diviſ.* ſive alius ex ſua materia in alieno „fundo ædes poſuerit. *d. l. 7. §. 12.*

„*k*) (NAM SI MOBILE SIT, NULLUM IN EO „JUS HABEBIT SOLI DOMINUS:) Uti ſi quis hor„reum frumentarium mobile in alterius ſolo po„ſuit; hoc enim caſu horreum nec commune fit, „nec ſolo cedit, quia non fit pars fundi, ſeu rei „principalioris.

„*l*) (QUOD ET SCÆVOLÆ PLACUIT:) In *l. 60. „ff. de acquir. rer. domin.* Conſ. *l. 18. ff. de act. „emt. & vendit.*

(AD §. XXIII.) Quærit hic Author, an bonæ fidei poſſeſſor fructus ex re aliena acquirat jure naturæ? Recte id negat Author: & merito aſſerit, fructus eo jure manere domini, cui reddi debent repetita mercede: at jure gentium ſecundario contrarium ſtatutum, & bonæ fidei poſſeſſori conceſſum eſt, ut fructus lucretur ex re aliena perceptos: idque ex duplici ratione æquitatis, quarum altera naturalis eſt, altera civilis: *Prior* in eo conſiſtit, quod bonæ fidei poſſeſſor agrum coluerit, & opera ſua fructus produxerit; *altera*, quod pro domino habeatur: accedit præterea in conſumtis ratio, quod fructus ſine culpa conſumti, & ſic dominium exſtinctum ſit.

ADDITIO.

„ICti Romani *perceptionem fructuum ex re aliena* in-

§. XXIII.

[a] Bonæ fidei possessor [b] ut fructus omnes ex re suos faciat quos percepit, naturale itidem non est; [c] sed hoc tantum ut jus habeat, impendia in rem facta [d] & operam utilem imputandi, ac pro iis deducendi fructus perceptos; [e] imo & exstantes, [f] si aliter non fiat ei restitutio, retinendi.

L. Sed & §. 25. §. consuluit 11. D. de petit hered.

§. XXIV.

[a] Atque idem dicendum videtur de malæ fidei possessore, [b] ubi lex

„inter modos acquirendi juris gentium, id est juris naturalis retulerunt, *§. 34. Inst. de rer. divis. l. 48. pr. ff. de acquir. rer. domin.* & merito: „adeoque concedi non potest, id esse juris positivi, nedum juris gentium secundarii, (utpote „quale plane non dari sæpius diximus)

„Ratio hujus acquisitionis naturalis in aprico „est: nam is qui dominus fundi est, eo ipso est „quidem dominus arboris,& fructuum pendentium, „qui sunt pars arboris: *l. 44. ff. de rei vindicat.* „*ibique Gothofred.* Sed eo momento quo alius „decerpit, hi fructus desinunt esse pars arboris, & is „qui decerpsit fructus hos separatos suos facit, sive „bona sive mala fide separati fuerint: unde ICtus rationem in *l. 48. pr. ff. de acquir. rer. domin.* addit, „*quia, quod ad fructus attinet, loco prope domini est.*

„Ceterum percipiens non lucratur fructus; quia „ex re aliena locupletior fieret, sed dominus fundi agit ad id quod interest, quod late probavi „in *Diss. proœm. XII. §. 267.*

„Jure Romano hoc naturæ jus admodum limitatum est: nam (1) si malæ fidei fructus separati sunt, non fiunt percipientis, idque in pœnam „malæ fidei, *l. 48. pr. ff de acquir. rer. domin.* „*§. 34. Inst. de rer. divis.* Sed & (2) bonæ fidei „possessor eos non acquirit, nisi justo titulo percipiat. *d. §. 34. l. 45. ff. de usur.* Neque (3) possessor bonæ fidei eos suos facit, si adhuc exstant. „*L. 22. C. de rei vindicat.*

„*a)* (BONÆ FIDEI POSSESSOR:) In bona autem „fide quis esse dicitur, cum is qui rem tenet „ignorat alienam esse: v. g. si putavit, eum a quo accepit jus alienandi habuisse. *l. 109. ff. de verb.* „*sign.*

„*b)* (UT FRUCTUS OMNES EX RE SUOS FACIAT QUOS PERCEPIT, NATURALE ITIDEM NON „EST:) Immo est naturale, & recte ICti Romani „id eo referunt: *l. 1. pr.* junct. *l. 48. pr. ff. de* „*de acquir. rer. domin.* § 34. *Inst. eod.* Quia ejus, „qui fundi dominus est, dominium intuitu fructuum perit, ex quo separati sunt fructus.

„*c)* (SED HOC TANTUM, UT JUS HABEAT, „IMPENDIA IN REM FACTA &C. IMPUTANDI, AC „PRO IIS DEDUCENDI FRUCTUS PERCEPTOS:) „Imo omnes fructus jure dominii suos facit, sed „si prior dominus æstimationem petit, (uti jure „petere potest,) merito percipiens deducit impendia „& operas.

d) (ET OPERAM UTILEM:) Omnis possessor, qui fructus ex re aliena percepit, & æstimationem solvere tenetur, jure naturæ deducit impensas necessarias & utiles, *l. 5. C. de rei vindicat.* Quia alias alter locupletior fieret possessoris jactura: at voluptuarias non deducit, quia cessat ratio; tollere tamen eas potest, si absque dispendio fundi id fieri potest: jure Romano malæ fidei possessor nec utiles deducit. *l. 29. §. 5. §. 30. §. 38. §. 48. ff. de rei vindic.*

e) (Grot.) (IMO ET EXSTANTES, SI ALITER NON FIAT EI RESTITUTIO, RETINENDI:) Vide hac de re *Speculum Saxonicum*, in quo multa æquitatis plenissima. II, 46.

ADDITIO.

„Author docet, exstantes fructus jure saltem „retentionis, & quidem pro impensis & cultura, „ad percipientem pertinere: nos jure naturæ dominium quoque exstantium fieri percipientis diximus, etsi jure Codicis id mutatum sit. *l. 22.* „*C. de rei vindicat.*

„*f)* (SI ALITER NON FIAT EI RESTITUTIO:) „Id est si impendia & operam, nisi retinendo fructus, salvs habere non possit.

a) (ATQUE IDEM DICENDUM VIDETUR DE MALÆ FIDEI POSSESSORE:) Quæritur, an malæ fidei possessor fructus ex re aliena perceptos acquirat? Merito id negat Author, quia malæ fidei possessor non est dominus, at fructus cedunt domino rei: Neque jure civili pro domino habetur, utpote quod in solo bonæ fidei possessore statutum est: Hinc talis possessor restituere tenetur consumtos quoque fructus, quin & eos quos percipere potuit, etsi actu non perceperit. *l. 22. C. de rei vindicat. §. 24. Inst. de rer. divis. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. l. 33. l. 63. §. 1. ff. de rei vindicat. l. 5. C. eod.* An ergo impensas deducit in rem factas, & an operam utilem imputat? Affirmat Author, quia dominus rei non debet lucrum facere ex re aliena: Jure civili id restrictum saltem est ad impensas fructuum, *l. 36. §. fin. ff. de hered.*

 dit.

L. Plane 38. D. de hered. pet. lex pœnalis non intercedit. *Benignius est*, ait *c* Paulus jurisconsultus, *etiam in prædonis persona haberi rationem impensarum; non enim debet petitor ex aliena jactura lucrum facere.*

§. XXV.

Ultimus acquirendi modus qui juris gentium dicitur, *a* est per traditionem. Atqui supra diximus, ad dominii translationem natura-

dit. petit. l. 51. ff. famil. ercisc. & necessarias in rem, *l. 5. C. de rei vindicat.*

ADDITIO.

„Dixi, naturale esse ut etiam malæ fidei „possessor, percipiendo fructus ex re aliena, eos suos faciat, quia species rei interit percipiendo; aliud „enim est arbor aliud fructus qui percipitur. At „quia percipiens id quod interest alteri, ex cu„jus re locupletior factus est, restituere debet, iti„dem naturale est ut percipiens omnes fructus, „etiam utiles, tum in fructus, tum in rem impen„sos, deducat.

„*b*) (UBI LEX POENALIS NON INTERCEDIT:) „Uti intercedit jure Romano, ubi malæ fidei pos„sessor non deducit utiles, nedum voluptuarias. „Lauterb. *Compend. p. 117.*

„*c*) (PAULUS:) *L. 38. pr. ff. de heredit. petit.* „Add. *l. 36. §. fin. ff. eod.* ubi dicitur, rationem „naturalem id postulare.

(AD §. XXV) Quæritur, an *traditio* sit modus acquirendi juris gentium? Negat Author cum Hubero in *tit. de rer. divis. §. 36.* Covarruv. *Var. 3. c. 5. n. 6. v. 5. cum hoc* &c. Sed late horum sententiam refutavimus supra *c. 6. §. 1. n. 2.*

ADDITIO.

„Grotius non negat per traditionem acquiri „dominium, sed eam ad acquirendum dominium „non esse necessariam statuit, quia supponit etiam „pacto dominium transferri posse: adeoque quod traditio de necessitate sit, esse ex dispositione juris „civilis. Add. supra *c. 6. §. 1. l. 2. c. 11. §. 1. n. 3.* „& *4. & c. 12. §. 15. n. 1.* Ego alibi rationibus na„turæ probavi, per pactum dominium non trans„ferri, sed ad id præcise requiri traditionem. „Vid. *Dissert. prooem. XII §. 268. n. 7. seq.* Bea„tus Parens peculiari dissertatione hanc quæstio„nem, *an traditio sit necessaria ad transferendum „dominium?* examinavit, quæ exstat in *Volum. 1, „disput. pag. 213.* Traditionem autem esse necessa„riam apparet (1) ex ipsa voce *dominii*, per „quam intelligimus jus quod in rem ipsam com„petit, *l. 23. pr. ff. de rei vindicat. argum. l. 17. ff. „de pignor. & hypoth. l. 9. l. 18. C. eod. l. 1. §. 1. „C. de superind. l. 2. C. si unus ex plur. hered.* ita ut „res nostra *l. 3. pr. ff. de oblig. & act. l. 25. pr. l. „28. ff. eod.* & in *proprietate nostra* constituta sit. „*l. 13. ff. de acquir. rer. domin. l. 14. §. 5. ff. de „except. rei. judicat.* Non autem jus in rem ipsam „nobis arrogare nec eam nostram dicere, nec „proprietatem in re nobis arrogare, possumus, si „res illa nunquam in nostra potestate vel custodia „fuit.

„Sane (2) Romani *dominos a domo* dictos esse „ajunt, quia omne dominium olim intra domus „habitationisque fines continebatur, vid Connanus „*lib. 10. c. 5. n. 7.* Conf. *l. 195. ff. de verb. sign.* „eodem modo uti Græci οἰκεῖον (id quod nobis, „proprium est) ab οἶκος (id est, domus) deriva„runt: vid. Vinnius *tit. Inst. de hered. qualit. & „differ.* Certissimo indicio, ideo dominum ali„quem dici quia res in ejus domo, adeoque pote„state constituta est. Atque hæc vera ratio est, „cur uxor apud Romanos non fieret nisi per „deductionem in domum, quia tunc demum in „potestate mariti constituitur, & corpus uxoris ei „quasi traditum est.

„Magis id (3) probatur ex ipso dominii effe„ctu. Cum enim quilibet sit rei suæ arbiter & „dominus, *l. 21. C. mandat.* ita ut abuti ea, & „pro lubitu de ea disponere possit; qua quæso „ratione hæc facultas ei tribui potest, qui nun„quam potestatem in rem ipsam habuit? Neces„sario igitur requiritur ad obtinendum hunc effe„ctum, ut res tradatur, id est, ita in nostra po„testate constituatur, ut, quando lubet, corpore „apprehendi possit.

„*a*) (EST PER TRADITIONEM:) Traditio est „actus duorum, quo res ab altero in alterius pot„estatem transfertur ex justa causa, id est, ex „causa dominii translativa: *§. 40. inst. de rer. „divis.* Quia nihil tam naturale est, quam volun„tatem domini, rem suam in alium transferre vo„lentis, ratam habere. *d. §. 40.*

„Requiritur igitur (1) ut *dominus* tradat, is „enim solus de re sua disponere potest. Non „ergo transfertur dominium si res aliena tradi„tur. (2) Ut dominus *disponere* de re sua possit: „non ergo transfertur dominium, si res a pupillo, „a furioso &c. traditur. (3) Ut res tradatur *ani„mo transferendi dominii*, id est, ex justa domi„nii transferendi causa; non ergo si animo locandi, „commodandi &c. traditur. (4) Ut *alter acce„ptet*; invito enim & ignoranti nullum jus ex tra„ditione mea acquiritur.

„Tradita autem res etiam naturali ratione vi„detur, si (1) ita in potestate nostra constituitur, ut

turaliter traditionem non requiri [b] quod & ipsi jurisconsulti in quibusdam casibus agnoscunt, [c] ut in re donata usufructu retento, [d] aut in eum collata qui possideat, [e] aut commodatam servet; [f] in iactis missilibus: imo [g] etiam ante adeptam possessionem, nonnullis casibus, nunc quoque transit dominium, ut [h] hereditatis, [i] legatorum, [k] rei donatæ ecclesiis & piis locis, aut civitatibus, [l] aut causa alimentorum; [m] bonorum, quorum universalis societas contracta est.

L. Quisq. C. de don. L. 21. §. 1 D. de acq rer dom. §. 44. 1. de rer. div. L. cum heredes 23. D. de acq. poss. L. a Titio 64 D. de furtis. L. ut inter 13. C. de SS. Eccl. L. si decesi 1 C. de don quæ sub modo L. 1. §. 1. & l. 2. D. pro socio.

§. XXVI.

„ut capi possit, etsi non capiatur actu: quo pertinent fictæ illæ traditiones Romanorum, per fictionem brevis manus, per fictionem longæ manus, „& per symbola. (a) Si re nobis tradita, vel in „potestate nostra constituta ex causa dominii non „translativa, dominus declaret se nos dominos „illius rei constituere: quo pertinent exempla „Authoris: nam in omnibus his casibus res in no„stra potestate est constituta voluntate domini. „Vid *Diss. proœm. XII. §. 268. n. 4. & n. 19.*

„*b*) (QUOD ET IPSI ICTI IN QUIBUSDAM CA„SIBUS AGNOSCUNT:) Immo regulam juris naturæ „contrariam exhibent. *in d. l. 9. d. §. 40.* At ob „utilitatem publicam effectus dominii in quibus„dem casibus tribuunt etiam citra traditionem, „sed id meri juris civilis est: & in ejusmodi casi„bus res in potestate nostra naturali constituitur „ex fictione legis.

„*c*) (UT IN RE DONATA USOFRUCTU RETEN„TO:) quod ICti vocant constitutum possessorium, „quo is, qui rem suo nomine tenuit, constituit se „meo nomine possidere velle: hoc casu fingunt le„ges rem a domino mihi traditam esse, & me ei „vicissim usumfructum constituisse: leges ergo „ergo hic dispositioni partium eundem effectum „tribuunt, quem traditioni, & donatarius rei ac„quirit dominium, ac si traditio intervenisset, *l.* „*28. C. de donat. ibique late Gothofred.*

„Idem dicendum, si donator rem donatam a „donatario conducit. *l. 37. ff. de rei vindicat. l.* „*18. ff. de acquir. possess.* Donator enim desinit „possidere, & alium possessorem suo ministerio „facit. Vult dimittere possessionem, quia putat „se transferre, *d. l. 18. pr. & §. 1.*

„*d*) (AUT IN EUM COLLATA QUI POSSIDEAT:) „*Si rem meam possideas, & eam velim tuam esse,* „*fiet tua, quamvis possessio apud me non fuerit.* „*l. 21. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Licet enim „ex ea causa tibi eam non tradiderim, eo tamen, „quod patior eam ex causa emtionis apud te esse, „tuam efficio, uti ratio hæc additur. *in L. 9. §. 5. ff.* „*eod.* Atque hinc apparet, dominium hic trans„ferri non ex lege civili, sed ex ipso jure naturæ; „nam hic vera traditio intervenit, res in alterius „custodia & potestate naturali voluntate mea jam „fuit, & causa saltem mutatur, quæ novam tradi„tionem non requirit.

„*e*) (AUT COMMODATAM SERVET:) Veluti si „rem quam tibi aliquis commodaverit, aut loca„verit, aut apud te deposuerit, postea aut vendi„derit tibi, aut donaverit, aut dotis nomine dede„rit: *l. 9. §. 5. ff. de acquir. rer. domin. §. 43. Inst.* „*de rer. divis.* Hic ergo revera traditio intervenit, „adeoque naturaliter quoque, non sola lege, do„minium transfertur.

„*f*) (IN JACTIS MISSILIBUS:) Verum est, mis„silia non acquiri per traditionem, quia hæc de„mum necessaria est in acquisitione derivativa: „acquisitio autem missilium est originaria. Cer„tum enim est missilia ex derelictione mittentis „fieri nullius, adeoque cedere occupanti. Vid. „*l. 3. c. 6. §. 22. Add. §. 45. Inst. de rer. divis.*

„*g*) (ETIAM ANTE ADEPTAM POSSESSIONEM:) „Nam in plerisque præcedentibus casibus res jam „erat in possessione, & sic traditio præcessit.

„*h*) (UT HEREDITATIS:) Heres enim ipso jure „in omnia defuncti jura succedit. *l. 23. ff. de ac„quir. possess.* adeoque & in dominium. Ad hu„jus rei intellectum repetendum est ex *capite* 8. „liberos esse in domo & familia patris, immo por„tionem corporis paterni, adeoque dominium, „quod parentibus competiit, non exstingui horum „morte, sed familiam continuari per liberos. Hinc li„beri quodammodo domini bonorum paternorum „vivente patre dicuntur: quod vero id ad collatera„les, & heredes testamentorios extensum fuit, id „ex lege civili oritur. Vid. *Diss. proœm. XII. §.* „*268. n. 1. & 17.*

„*i*) (LEGATORUM:) Legata ipso jure, etiam „quoad dominium, in legatarium transeunt. *§. 2.* „*Inst. de legat. l. 64. ff. de furt.* at id ex lege ci„vili est, uti ipsa legata.

„*k*) (REI DONATÆ ECCLESIIS:) Id in favorem „ecclesiarum &c. statutum est, adeoque meri est „juris civilis. *l. 23. C. de ss. eccles.*

„*l*) (AUT CAUSA ALIMENTORUM:) In favorem „alimentorum: unde in *l. 1. C de donat. quæ sub* „*mod.* additur, *divos Principes in hoc casu rea„lem actionem dandam esse sanxisse.*

„*m*) (BONORUM, QUORUM UNIVERSALIS SOCIE„TAS CONTRACTA EST:) *In societate omnium bo„norum omnes res, quæ coëuntium sunt, continuo* „*communicantur, quia, licet specialiter traditio* „*non interveniat, tacita tamen creditur intervenire.* „*l. 1. §. 1. & l. 2 pro soc.* Ratio hæc mere civilis „est, & lex fingit tacite intervenisse traditionem. „Sane in communione tali universali difficillima „res esset, si singulæ res, sæpius dissitæ, de manu „in manum tradi deberent. Vid. *Diss. proœm. XII.* „*§. 268. n. 4.*

§. XXVI.

Hæc ideo annotavimus [a] ne quis reperta juris gentium voce apud Romani juris auctores ſtatim id jus intelligat quod mutari non poſſit: [b] ſed diligenter diſtinguat naturalia præcepta ab his quæ pro certo ſtatu ſunt naturalia; [c] & jura multis populis ſeorſim communia, ab his quæ ſocietatis humanæ vinculum continent. Cæterum illud ſciendum eſt, [d] ſi hoc jure gentium improprie dicto, aut unius etiam populi lege introductus ſit modus acquirendi, [f] ſine diſcrimine civis & peregrini, [g] jam inde quoque exteris jus naſci: [h] & ſi juris conſecutio impediatur, injuriam etiam talem, quæ juſtam belli cauſam præbere poſſet.

CAP.

(Ad §. XXVI.) Author repetit hic, quod toties alibi monuit, ICtos Romanos confundere ea quæ juris naturalis ſunt, eum iis, quæ vel naturalia ſaltem ſunt pro certo rerum ſtatu, vel quæ ſunt juris gentium voluntarii, ſed arctioris. Conf. ſupra §. 1.

ADDITIO.

„Alibi probavi, ICtos Romanos non agnoſcere *jus gentium voluntarium*, ſed jus gentium eis idem eſſe, quod naturale, *l. 1. ff. de juſtit. & jur.* quod eum humano genere originem cepit: *l. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Omnes igitur modi acquirendi ab iis propoſiti ſunt vere naturales ſuo modo: Ceterum ſæpius dictum eſt, *jus naturæ pro certo rerum ſtatu* non dari, nedum *jus* aliquod *gentium* ſive *latius* ſive *arctius* patens.

„*a*) (NE QUIS REPERTA JURIS GENTIUM VOCE APUD ROMANI JURIS AUCTORES STATIM ID JUS INTELLIGAT, QUOD MUTARI NON POSSIT:) Vid. *ſupra §. 1. n. 2. & §. 5.* Auctor intelligit jus gentium latius patens, quod jus gentium proprie ſic dictum vocat, & quod quaſi ex condicto ab omnibus vel moratoribus gentibus receptum eſſe ait, vid *Diſſ. proœm. IV. §. 10. ſeq.* quodque ad mutuam gentium inter ſe ſocietatem pertinere, *ibid.* indeque mutari non poſſe fingit, niſi communi conſenſu eorum, inter quos conſtitutum eſt. *Dict. Diſſ. §. 21. & 22.*

„*b*) (DILIGENTER DISTINGUAT NATURALIA PRÆCEPTA AB HIS, QUÆ PRO CERTO RERUM STATU SUNT NATURALIA:) Illuſtravit hoc Author ſupra §. 5. exemplo rerum, quæ nullius ſunt: Harum enim rerum dominium occupari poſſe, non a natura ſimpliciter (quia omnes res natura ſupponit eſſe communes) ſed introducto voluntate humana dominio, adeoque *jure naturæ pro certo rerum ſtatu:* niſi quatenus ille quoque rerum ſtatus mutatus, & lege civili prohibitum ſit, ne occupari res illæ poſſint. *d. §. 5.*

„Nos alibi probavimus, non dari jus naturæ pro certo rerum ſtatu nec uſum ejus eſſe in diſciplina juris naturalis. Vid. *Diſſ. proœm. I. §. 27. ſeq.*

„*c*) (ET JURA MULTIS POPULIS SEORSUM COMMUNIA, AB HIS QUÆ SOCIETATIS HUMANÆ VINCULUM CONTINENT:) Differentiam inter jus gentium proprie & improprie ſic dictum ex principiis Authoris explicavimus in *Diſſ. proœm. IV. §. 29.* ubi ſimul demonſtravimus, utrumque jus merum figmentum eſſe.

„*d*) (SI HOC JURE GENTIUM IMPROPRIE DICTO, AUT UNIUS ETIAM POPULI LEGE INTRODUCTUS SIT MODUS ACQUIRENDI:) Ad *prius* jus refert pleraſque acquiſitiones per incrementa fluvialia vid. §. 8. item eam, quæ fit jure ventris. vid. §. 18. Ad *poſterius* jus refert acquiſitionem per ſpecificationem, §. 19. & 20. per acceſſionem, §. 21. per plantam & ædificium, §. 22. denique per traditionem: §. 25. id enim demum jure Romano ſtatutum eſſe ait.

„Utriusque juris effectum eſſe putat, ut civitas extranea, quæ ab his acquiſitionibus excluditur, de injuria queri poſſit. *h. §.* At omnia hæc gratis dicuntur: ſæpius jam diximus, jus gentium non exiſtere, neque latius patens neque arctius; & eos acquirendi modos, quos Author juri civili tribuit, eſſe vere naturales.

„*e*) (HOC JURE GENTIUM IMPROPRIE DICTO:) Quod plures gentes ſeorſim ſtatuiſſe ſuæ civitati putat. *d. §. 1. n. 2.*

„*f*) (SINE DISCRIMINE CIVIS ET PEREGRINI:) Ita ut peregrini æque ac cives acquirere poſſint dominia jure populi introducta.

g) (JAM INDE QUOQUE EXTERIS JUS NASCI:) Si enim civitas promiſcue extraneos ad jura quædam civitatis admittit, unam vero excludit, injuria eſt: *l. 2. c. 3. §. 6.* quod exemplo quoque commerciorum illuſtravimus ſupra *l. 2. c. 2. §. 18. & 22.*

ADDITIO.

„Noſtram hac de re ſententiam explicavimus *d. §. 6. d. §. 18.* & *§. 22.* conf. *not. ſeq.*

„*h*) (ET SI JURIS CONSECUTIO IMPEDIATUR,

inju-

CAPUT IX.

Quando imperia vel dominia desinant.

§. I.

„INJURIAM ETIAM TALEM, QUÆ JUSTAM BELLI „CAUSAM PRÆBERE POSSIT:) Posita sententia Au„thoris, *hos modos esse meri juris civilis*, necessa„rio sequitur, extraneis nullum jus nasci nisi ex „concessione & permissione civitatis. Si proinde „civitas illa quosdam extraneos ad communionem „illius juris admittit, de suo jure disponit, neque „exclusi de injuria queri possunt, quia jus ipsis nul„lum in res illius civitatis competit: adeoque ad„mittere non possumus, quod Author ait, *ejus„modi exclusionem justam præbere belli causam:* „nisi una & altera gens ex causa, quæ per se inju„riam infert, excludatur. *dd. loc.*

(AD §. I) Quæstio de desinendi modo non tantum in dominiis & Imperiis, sed & in omnibus juris materiis occurrit, & ubicunque de acquisitione agitur, ibi quæstio quoque de modis amittendi esse potest: adeoque necesse est ut in materia adeo momentosa vera principia præmittamus.

PROPOSITIO. I.

Jus nostrum naturaliter tollitur (1) justa dispositione vel nostra vel superioris. Pos. VI. & XII. (2) sublata ejus substantia, (3) sublato eo sine quo existere jus naturaliter nequit.

DEMONSTRATIO.

Primus ergo desinendi modus est *justa dispositio*, qua scilicet quis declarat se nolle amplius *jus* suum esse: eo igitur momento quo quis jus non amplius suum esse vult, tollitur jus, licet res adhuc sit in ejus custodia, quia ita disponit: & hæc est regula illa naturalis, quod iisdem modis aliquid amittatur quibus acquiritur, *L. 35. ff. Reg. jur. l. 8. acquir. possess.* Ut ergo justa dispositione jura acquirimus, ita justa quoque dispositione ea amittimus.

Justa autem dispositio esse debet, i. e. ejus qui jus disponendi habet; unde de re aliena nemo disponere potest, de sua autem prout quisque disponit ita jus est. *Pos. 6. Justa* quoque dispositio est superioris, si ille de re nostra disponit, ob utilitatem publicam, vel in pœnam: qua da re late egimus supra

Secundus modus quo jus nostrum desinit, est quando substantia ejus juris in perpetuum est sublata: uti si res ipsa perit innundatione qua novus alveus constituitur; si fera bestia se se in pristinam recipit libertatem,&c.his enim casibus in perpetuum deficit facultas naturalis de jure nostro disponendi, neque jus potest concipi sine substantia cui cohæreat. Hinc non tantum dominium, sed & servitutes, pignora &c. tolluntur re sublata.

Tertius desinendi modus est quando id tollitur sine quo exsistere jus nequit; uti si subjectum esse desinit, tunc enim necessario quoque desinit accidens, quia hoc sine subjecto esse nequit: hinc deficiente homine omne jus quoque ejus deficit, adeoque ususfructus finitur morte usufructuarii ex eadem ratione: idem est uno relatorum sublato, idque a natura relatorum, quæ non sunt nisi inter duos: hinc filio vel servo sublato tollitur patria & dominica potestas; marito vel uxore mortuis deficit matrimonium ejusque jura.

PROPOSITIO II.

Jus nostrum non desinit mutata forma, seu extrinseca specie; nisi substantia juris in forma consistat.

DEMONSTRATIO.

In capite præcedenti §. 19. dissensum retulimus duarum scholarum Proculianorum scilicet & Sabinianorum, quarum altera omnia materiæ, altera omnia formæ tribuebat: nos cum ICtis reliquis diximus substantiam rei regulariter non tolli mutata forma, adeoque nec jus nostrum quod substantiæ illi cohæret: res enim & substantia eadem manet, adeoque facultas nostra naturalis de eo jure disponendi nondum deficit. Hinc jam apparet per specificationem non ideo desinere jus nostrum, neque ideo per eam alteri acquiri, *quod jus sublatum sit*, sed quia res separari, indeque eadem species restitui nequit, & ideo precium surrogatur.

Regula autem illa, *substantiam juris regulariter non tolli mutata forma*, patitur exceptionem *nisi substantia juris in ipsa forma consistat*: tunc enim mutata forma substantiali ipsa res interit: atque

hinc usufructus ædium tollitur dirutis ædibus, quia substantia illius juris consistit in habitatione, quæ sine ædibus concipi non potest; adeoque omne jus usufructuarii sublatis ædibus cessat; neque enim in area nec in lapidibus habitatio est, præterea autem nullum jus fructuario competit. Idem est in usufructu quadrigæ; is enim desinit ubi unus ex quadriga moritur, licet enim tres equi adhuc supersint, quadriga tamen perit; neque enim jus singulis equis utendi sed jus quadrigæ utendi concessum est. Idem quoque obtinet grege ovium, ex 20 ovibus consistente, in usumfructum dato, nam una mortua tollitur usufructus, licet enim 19 adhuc superlint, grex tamen 20 ovium, in quo forma & substantia gregis consistebat, deficit.

Insignem autem hæc res utilitatem habet in quæstione, quando civitas & populus esse desinat: forma enim substantialis utriusque consistit in animo cœtum constituendi, qua sublata civitas & populus tollitur, etsi singuli cives supersint, quippe qui tum constituunt dissociatam turbam: sublato igitur hac civitatis forma omne jus civitatis cessat.

ADDITIO.

„Jus nostrum, adeoque & dominium & imperium, tolli mutata specie ipsa ratio naturalis dictat. De *Imperio* id patebit ex observationibus *ad §. 3. & ad § 6.* De *dominio* id demonstravimus in *Dissert. prooem. XII. §. 326.* Quæ principia, cum nova sint, & ad intellectum hujus materiæ maxime necessaria, describere & huc inserere operæ pretium videtur: verba hæc sunt.

Præmittendum autem est, omnes res ex una & prima materia constare, adeoque omnium rerum substantiam esse eandem, nec inter se differre, nisi diverso partium situ, motu, aliisque accidentibus.

Hic situs, motus, &c. efficiunt, ut diversæ species nascantur, quarum quælibet speciale nomen induit, & hac ratione aliud est arbor, aliud homo, aliud aurum, aliud æs, aliud argentum.

Hæc igitur diversitas specierum veram & solam rerum differentiam constituit, & hoc principio nixi plerique philosophi dixere, formam dare esse rei, & abesse videri rem, quarum corpus manet, forma mutata est. *Leg. 13. §. 1. verb. sign.* Speciem igitur ad substantiam rei adeo pertinere crediderunt, ut, si in specie erratum sit, negotium vitietur. *L. 11. §. 1. ff. Contr, emt.*

Idque verum esse supra §. 264. *n.* 2. & 3. probavimus, etsi res ad pristinam formam redire possit; res enim quodammodo interit. *l. 9. §. 3. ad exhib. §. 26. Rer. div. l. 13. §. 1. verb. sign. l. 5. §. 1. rei vind arg. l. 76. de jud. l. 6 §. 1. aur. leg. l. 23 §. 5. rei vind.* aliaque res facta videtur: *L. 26. §. 1. acq. rer. domin. l. 61. pr. rei vind.* & cum nova species hoc facto demum in rerum natura esse incipiat, *l. 7. §. 21, acq. poss.* anteaque nullius fuerit, *l. 24. ff. acq. rer. domin.* nihil hic est, quod pristinus dominus vere suum dicere possit. *L. 27. §. 1. acq. rer. dom.*

Neque *obstat* ratio Pauli, qui statuit dominum materiæ esse dominum speciei, quæ ex materia facta est, *quum sine materia nulla species effici possit. L. 7. §. 7. acq. rer. domin.* Nam hæc ipsa materia novam qualitatem induit, novum nomen nanciscitur, adeoque hactenus nova res fit, quæ nunquam alterius fuit.

Si igitur dominus vindicaret pristinam materiam, simul vindicaret novam speciem, quæ nunquam ejus fuit. Cum itaque jus materiæ & jus speciei concurrant, in hoc concursu merito præfertur novior titulus, *l. 27. §. 1. acquir. rer. domin.* inprimis cum materiæ domino, si ad pristinam speciem reverti non potest, pretium restitui debeat, adeoque ei injuria non fiat. Perit igitur dominium materiæ priori domino.

Idem obtinere dixi si res reverti ad pristinam speciem potest: Etsi enim prius dominium non in totum intereat, *L 9. §. 3. ad exhib. l. 7. §. 7. acq. rer. dom. l. 5. §. 1. rer. div* (nam mutatur quidem species, sed non exstinguitur, *l. 24. ff. acquir. rer. domin.* res eadem manet. *L. 76. ff. judic.*) Nihilominus, quia res illa aliam qualitatem ad tempus saltem induit, & corpori alieni accedit, ejusque pars fit, asseri potest interire dominium quamdiu nova illa species durat: Cessante autem illa specie, & pristina materia restituta, jus prioris domini reviviscit, & ille rem vindicare potest, Vid. supr. §. 18.

His principiis positis, facile apparet ratio, (1) cur per *specificationem, commixtionem, & confusionem*, jus prioris domini pereat, & nova species acquiratur facienti: nova enim hæc species nunquam domini materiæ fuit. (*vid. §. 18. 19*) (2) Cur *crusta, planta, arbor*, in alienum territorium translata, cedant domino territorii, ex quo coaluere, & radices egere; quia nova planta, nova arbor &c. fit, adeoque jus prioris domini interit. *L. 26. §. 2. acq. rer. domin. l. 7. §. 13. eod. l. 5. §. 3. rei vind. l. 9. §. 2. Damn. infect. §. 31. Inst. de rer. divis.* (3) Cur is, qui rem restituere promisit, liberetur sublata specie. *L. 92. pr. solut. Grot. l. 2. c. 12. §. 18* (4) Cur fructus decerpti desinant esse prioris domini; quia dominus arboris nunquam fuit dominus fructuum, nisi quatenus sunt pars arboris, i. e. quatenus pendent. (5) Cur dissoluta civitatis specie populus esse desinat, extinctus enim videtur. *Grot. l. 2. c. 9. §. 3. seq*

Porro (6) hæc ratio est, cur usufructus (qui species juris in re est ex hypothesi ICtorum Romanorum) mutata specie intereat: Sane (a) usufructus navis perit ea dissoluta, quia species periit, nec reviviscit etsi iisdem tabulis restituta sit navis; prior enim adempta, & hæc alia dicenda est. Idem de usufructu ædium asseritur: si enim ædes ad aream usque destructæ sunt, finitur usufructus licet ex eadem materia restituta sit, nam alia est domus, *L. 83. §. 5. verb. obl. l. 10. §. 7. quib. mod. usufr.* (b) Si servus manumittitur, desinit usufructus servi, quia species servi interire dicitur. *L. 92. ff. solut.* (c) Si ex massa vasa facta sunt, si ornamenta dissolvuntur, si balneum in habitationem mutatur, si histrio ad aliud ministerium transfertur, usufructus harum rerum interit, quia species perit. *L. 12. quib. mod. usufr.* (d) Usufructus fundi interit, si per inundationem species fundi mutatur

§. I.

[a] Quomodo primitus acquirantur [b] & quomodo transeant tum dominia privata, [c] tum imperia, satis diximus: [d] quomodo desinant videamus. [e] Et quidem derelictione desinere obiter supra demonstratum est, [f] quia voluntate cessante non manet dominium. Est & alius desinendi modus, [g] sublato subjecto in quo est imperium [h] vel dominium, [i] ante alienationem scilicet [k] vel expressam [l] vel tacitam, qualis est in successionibus ab intestato. [m] Quare si qua persona, nulla edita voluntatis significatione, [n] nullo consanguineo relicto, moriatur, [o] omne jus quod habet interit [p] ac proinde servi (nisi

tur, i. e. novus alveus fit. *L. 23. l. 24. quib. mod usufr. l. 10. §. 2. eod.* (e) Ususfructus quadrigæ. finitur uno equorum mortuo, *L. 65. §. 1. leg. 2.* ut & legatum quadrigæ *d. l. 65.* &c. nam species perit.

„a) (QUOMODO PRIMITUS ACQUIRANTUR:) „Author natura primæva dominia incognita, nimiaque communia fuisse fingit: et voluntate demum hominum, i. e. primum per divisionem, „& postea per concessam occupandi facultatem „tum res tum personas, dominio originem dedisse, „*L. 2. c. 3. 4. 5.* statuit. Atque hinc concludit, „ex eo tempore occupationem esse modum *originarium* acquirendi dominium.

„b) (ET QUOMODO TRANSEANT TUM DOMINIA PRIVATA:) Hæc acquisitio Grotio dicitur „derivativa; eamque fieri ait vel *facto hominis*, uti „alienatione, testamento. &c. *L. 2. c. 6.* vel *facto* „*legis*, ut si alienatio fit vel ex *lege naturæ*, nimirum per successionem ab intestato *l. 2. c. 7.* vel „ex *lege gentium voluntaria*, quo refert plerosque „modos acquirendi quos ICti in titulo de acquirendo rerum dominio recensent. *L. 2. c. 8.*

„c) (TUM IMPERIA:) Nam hæc quoque vel „*originarie* acquiruntur per occupationem: vel *de*„*rivative* per alienationem, successionem ab intestato &c.

„d) (QUOMODO DESINANT:) Modos quibus desinit imperium exposuimus in *Diss. proœm.* „*XII. §. 632.* Modos vero finiendi dominii in „eadem *Diss. proœm. XII. §. 320. seq.* proposuimus.

„e) (ET QUIDEM DERELICTIONE DESINERE OBITER SUPRA DEMONSTRATUM EST:) De dominii „derelictione actum est *L. 2. c. 3. §. 19. n. 1. &* „*c. 4. §. 5. n. 1. §. 7. §. 9. Conf. L. 3. c. 21.* „*§. 8. n. 2. §. 19. n. 2.* De derelictione imperii „vide *L. 2. c. 4. §. 11. & §. 12. n. 2.*

„f) (QUIA VOLUNTATE CESSANTE NON MANET DOMINIUM:) Res enim nobis invitis nostra „esse per rerum naturam non potest.

„g) (SUBLATO SUBJECTO IN QUO EST IMPERIUM:) i. e. morte imperantis, quia uno relatorum sublato, tollitur necessario correlatum:

„h) (VEL DOMINIUM:) i. e. si dominus moritur, mors enim omnia jura solvit.

„i) (ANTE ALIENATIONEM SCILICET:) Sensus „est, dominium desinere sublato eo qui jus habet, „modo ante non alienaverit, i. e. jus suum in alium transtulerit.

„k) (VEL EXPRESSAM:) De qua alienatione „vide *l. 2. c. 6. per tot.* eoque Auctor refert dispositionem quæ fit per testamentum; §. 14. quod refutavimus *ibid.*

„l) (VEL TACITAM, QUALIS EST IN SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO:) Cum enim ex hypothesi Grotii introducto dominio quilibet jus habeat de sua re disponendi, nec tamen ante mortem disponit, credibile autem non sit, eum voluisse ut post mortem suam bona occupanti cederent, inde concludit idem Grotius, defunctum „præsumi bona sua relinquere voluisse ei cui ea „voluisse maxime probabile est: probabile autem „in dubio esse ait, eum videri voluisse relinquere „bona proximis agnatis: Vid. *lib. 2. c. 1. §. 3.*

„Equidem examinavimus late hæc principia allegato loco, simulque demonstravimus, successiones ab intestato ex voto parentum, non vero ex „tacita alienatione morientis oriri.

„Præterea duo hic notanda occurrunt. *Primo* „enim Author male statuit sublato subjecto non „desinere dominium post successionem ab intestato: „Id enim verum non esse vel exinde patet, quia „omne jus defuncti morte perit, adeoque & ejus „dominium. *Secundo* male statuit imperium, æque „ac dominium, non desinere post alienationem „tacitam, quæ fit per successionem ab intestato; „supponit nimirum Author, successionem continuare dominium defuncti ex tacita ejus & præsumta „voluntate, cum potius constet imperium ex delatione, adeoque ex voluntate expressa primorum disponentium deferri.

„m) (QUARE SI QUA PERSONA:) Sive dominus privatus sit, sive caput imperii nulla edita voluntatis significatione moriatur, i. e. si moriatur „voluntate per testamentum non expresse declarata.

„n) (NULLO CONSANGUINEO RELICTO:) Adeoque ubi cessat tacita illa alienatio defuncti, quæ „in successionibus ab intestato in agnatos facta „præsumitur:

„o) (OMNE JUS QUOD HABET INTERIT:) Et

res

q (nisi lex humana impediat) erunt liberi: r populi qui in ditione ejus fuerant sui juris fient; s quia non sunt hæc sui natura occupabilia, t nisi libertatem suam ultro deserant, u res autem aliæ v fient occupantis.

§. II.

a Idem dicendum si familia defecerit quæ jus aliquod habebat.

§. III.

De pace p. 183. D. Ed. H.Steph.

a Idem, si populus. Dixit Isocrates, & post eum Julianus imperator

„res redit in eum statum quo fuit ante occupatio„nem defuncti; i. e jura incipiunt esse nullius.

„p) (AC PROINDE SSRVI ERUNT LIBERI:) Cum „servi exjudicio nostræ civitatis criminis rei sint, „& mori mereantur, atque ideo, omnis juris inca„paces, in rebus oostris ac patrimonio æque ac „bestiæ esse censeantur, idem jus in servis quod „in aliis rebus, etiam ex naturali ratione obtinere „debet: uti igitur aliæ res sublato dominio fiunt „*nullius*, & cedunt occupanti, ita & servi, utpote „qui rerum oumero habentur: idque io terminis „ita traditur in *L. f. ff. pro derelicto & l. 38. §. 1. ff. de nox act.* quanquam id contra ratiooem ju„ris postea mutatum fuerit a Justiniano in *Nov.* „22. *c.* 12. ubi servus pro derelicto habitus non oullius sit, sed liber.

„q) (NISI LEX IMPEDIAT:) Respicit Author ad „jus Digestorum, ubi servi non fiunt liberi cessante „dominio, sed nollius: *d. l.* 38. At id non de„mum ex lege civili, sed ex ratione naturæ sequi„tur.

„r) (POPULI QUI IN EJUS DITIONE ERANT SUI „JURIS FIENT:) In cujus ditione? in regis qui „nulla edita voluntatis significatiooe nullo con„sanguineo relicto moritur. Sed repetendum hic „est, quod sæpius monuimus, regna bello quæsita „nonquam regi cedere, sed populo cujus jure & „nomine bellum geritur. Verum igitur non est „mortuo rege populum victum fieri sui juris, ma„net enim in ditione populi victoris:

„Imo nec tunc fit sui juris quando populus „victor desinit; forte quod hic alio bello victus „ipse desinat esse sui juris: nam novus victor in „omne jus prioris victoris succedit, adeoque & in „jus quod habuit in populum, qui sub ejus ditione „fuit.

„s) (QUIA HÆC NON SUNT SUI NATURA OC„CUPABILIA:) De servis id negavimus: servi enim „ex judicio nostræ civitatis propter injurias nobis „illatas mori merentur, eorum personæ & res „oostro subsunt arbitrio & dominio. Hactenus „igitur servus omnino est res sui natura occupa„bilis.

„Equidem imperium quoque est occupabile, ut „diximus Imperium non vacare deficiente rege, „ejusque familia; sed illud manere penes populum „victorem:

„t) (NISI LIBERTATEM SUAM ULTRO DESE„RANT:) i. e. nisi ultro se alterius dominio & „imperio subjiciant. At modo diximus, neutro „casu servum vel populum fieri sui juris.

„u) (RES AUTEM ALIÆ:) Præter servos & po„pulum in alterius ditione constitutum.

„v) (FIERI OCCUPANTIS:) Quia res jam inci„piunt esse nullius, nemo enim præter dominum „jus in res illas habuit: necessario igitur cedunt „occupanti: diximus autem idem jus obtinere in „servo:

a) (Grot.) (IDEM DICENDUM SI FAMILIA DEFECERIT:) Ut Danica olim. *Crantz.* Vand. VIII. 23. Rugia. *Crantzius* idem Vand. 8. 12. Pelasgorum & Thessalorum. *Gregoras* lib. 7. (*in fin.* pag. 127. *Ed. Colon.* 1616.) Usanchanidarum in Perside. *Leunclavius* 15. Adde *Leonem* lib. 2. Africanorum (*pag. 136. Ed. Elzevir.*) de Tarodento: Et si vis *Ernestum Cothmannum* Cons. 41. num. 1. & sequentibus.

ADDITIO.

Imperium igitur certis personis i. e. familiæ delatum deficit exstincta familia; quia cessat dispositio populi qui in hoc subjectum, non in alios, jus suum transtulit: *dominium* quoque quod certæ familiæ concessum est, ut in feudis, deficit exstinctis iis quibus jus hoc concessum est: quia subjectum interit, cui soli jus illud inerat, & extra quod jus id esse non poterat.

a) (IDEM SI POPULUS:) Imperium oecessario supponit imperantem & parentes; ubi igitur hi deficiunt, ex natura relatorum etiam deficit imperium. Sed & imperium consistit io jure tuendi civitatem seu populum, frustra autem de tuendo populu quæritur si non existit: Imperium igitur accidens est, quod sine subjecto esse non potest.

At omnis difficultas in eo hæret, quando nam desinat esse populus? Author totum fere caput in explicaoda hac quæstione impedit: res ita se habet.

Unitas hic est qua res ab aliis distincta intelligitur: eaque vel a natura est, vel ab instituto: hæc constituitur situ, arte, jure, justa surrogatione, & destinatione.

Acriter a ICtis disceptata quæstio fuit, quando nam res eadem videatur, quando diversa. i. e. quaodo aliqua mutatio in re apparet an & quatenus

nus pes periisse videatur, & vel alia facta sit, vel eadem adhuc maneat. *Vid. L. 85. §. 5. ff. V. O.* Philosophi rem confundunt magis quam explicant: Seneca distinguit inter continuum & commissum, *illud*, quod sine intermissione junctum unum ait, *reliqua* unita, *l. 2. nat. qu. c. 2.* Aristoteles unum dicit vel per se vel per accidens, *illud* dicit continuum, & *hoc* cujus unus per se motus est, nec aliter esse potest. *Lib. 4. med. 6.* Hinc quod Stoicis *spiritus*, Peripatheticis *species* est, illud Aristoteli est *motus:* Ut vero rite de eo constare possit, ante omnia perpendendum est, quid nam sit idem quid diversum.

Equidem *unum* simpliciter nullum est præter primam omnium rerum causam, i. e. Deum: si enim causa hæc ex pluribus composita esset, non prima illa sed alia foret compositionis origo, adeoque res priores existerent, unde composita esset: unde Pythagoras, aliique, Monadem seu unitatem principium omnium dixere. At de illa unitate simplici hic non quæritur, sed de relata, quæ in omnibus rebus creatis existit. Per *unum* igitur in materia juris intelligimus rationem, seu vinculum quod rem vel plures quoque res ita jungit, & in aliquam unitatem quasi congregat, ut videatur distincta a reliquis rebus: unitas igitur relata est respectu aliarum rerum quæ minus sunt unæ, vel in quibus hæc ratio unitatis cessat: ita enim totus orbis unum est, & eatenus distinguitur a singulis rebus: ita hæreditas unum est patrimonium, etsi plures res, diversas inter se, contineat;

Dicimus autem illam unitatem VEL A NATURA esse, & quidem ab ipsa *creatione*, quo pertinent (a) singulæ species creatæ, hic enim natura plures particulas ita uno motu & spiritu jungit, ut species inde fiat ab aliis distincta, v. g. homo, piscis, arbor. Idem quoque obtinet, si plures species diversæ a natura uno spiritu & uno vinculo ita junguntur, ut unum aliquod, quo ab aliis speciebus distinguuntur, constituant. Natura hoc efficit *vel* per instinctum aliquem intrinsecum, ut in examine apum, in grege, in familia &c. *vel* per operationem aliquam extrinsecam, sive per intus susceptionem, sive per juxta positionem; ita enim glacies cum aqua ita jungitur ut ab aqua alia videatur diversa; surculus alii arbori junctus per insitionem vera fit arboris portio, atque ab eadem anima quasi vegebatur; sic alimenta corpori nostro juncta fiunt unum cum corpore, unde juxta rationes naturæ verum non est quod Seneca ait, *juvenem non esse eundem qui senex est*: nec proverbium valere potest, *neminem in idem flumen bis mergi posse*: etsi enim singulæ particulæ hominis & aquæ mutatæ sint, idem tamen est homo, idemque flumen. Ex his igitur constat, quomodo res natura plures possint *unum* dici, quia scilicet uno colligantur communi vinculo.

Vel illa unitas est AB INSTITUTO: Imitatione enim naturæ homines quoque & gentes, quin & privati, plures unitatum species constituerunt, & nominibus distinxere ab aliis: Atque hæ unitates sunt vinculum aliquod, quo plures diversæ species facto hominum ita invicem junguntur ut unum fiant, & ab aliis unitatibus distinguantur. Hoc fit variis modis: (a) *situ*, uti acervus arenarum, cumulus lapidum &c. qui unum dici possunt quatenus separati sunt ab aliis arenæ particulis, & ab aliis lapidibus, quanquam hæc unitas vix ullum usum in jure habeat, cum nullo vinculo colligantur. (b) *arte*, Ita enim ædificium unum dicitur, licet ex pluribus lapidibus, aliaque materia compositum sit; ita navis unum est, licet ex pluribus tabulis constructum; ita clavus qui parieti jungitur unum fit cum pariete. (c) *Jure*, Ita hæreditas est unum, quod complectitur universitatem omnium jurium quæ defuncti fuere: Ita peculium est universitas quædam, quia hic quoque singula jura ita conjunguntur ex dispositione superioris, ut distinguantur ab aliis. (d) *Dispositione hominum*, si v. g. plures homines seu familiæ in unam civitatem coeunt, eoque in unum populum coalescunt: vel si Princeps collegium aliquod ex pluribus membris constans constituit. Nam ratio hæc communis, qua inter se conveniunt, & ab aliis distinguuntur, est vinculum aliquod quo fit ut res una appelletur. Etsi igitur ingens hominum numerus coeat, at non animo civitatem constituendi, non erit populus sed dissociata turba, ratio enim illa communis, quæ sola unionem constituit, cessat: unde nec prædonum coitio unum aliquod constituit. (e) *justa surrogatione*, quando non ex pluribus speciebus simul existentibus unum fit, sed ubi altero perdito alterum surrogatur. Surrogatione igitur fit unum quando novæ res vel partes succedunt in unionem totius. Ita enim cives surrogantur in locum demortuorum; & in collegiis sibi in perpetuum succedunt officia, semper eadem civitate eodemque collegio manente. *L. 76. ff. judic.* Cives igitur supervenientes, & officia surrogata in idem corpus coalescunt, & in jus totius succedunt: indeque populus qui mille ante nos annos fuit idem est qui hodie, nam singuli quidem exstinguuntur, at totum manet, illudque semper unum et idem est surrogatione. Atque hac surrogatione vitia & virtutes antecessorum tribuuntur successoribus, quia scilicet instinctus et studia totius corporis quasi propaguntur, & uti virtutes ita & vitia hæreditaria quasi videntur. Ita Deus arguit Judæos quod ipsum tentaverint in deserto, quod patres fecerant; Antonius, dux Vespasiani, tribuit legioni Tertianæ quæ ante 100 annos gesta fuere, ubi Parthos vicit *Tac. 3. Hist. 24.* Piso negat Athenienses eosdem esse, & tamen imputat eis veterum male gesta apud *Grot. §. 3.* ubi plura alia exempla refert. Conf. *Tesm. ibid.* Ita Romani clades suas injuriæ Laomedontis tribuebant. *Virg. Georg. I. vers 501.* vel violentiæ Romuli, fratricidæ. *Horat. ep. 7. in f. & l. 3. Od. 6. pr.*

Denique unitas quoque constituitur *destinatione*, quo pertinent accessiones rerum, & instrumenta prædiorum; quæ unitatis ratio insignem utilitatem habet in successione Principum, uti id late demonstravi *in jur. publ. c. 27. §. 19. seq.*

L. rerum. 30. D. De usurp. & usuc. De anim. procr. p. 1025. C. L. 23. §. 5. D. de rei vind. Sen. lib. 1. De clem. c. 4.

tor [b] civitates esse immortales [c] id est, esse posse, quia scilicet populus est ex eo corporum genere [d] quod ex distantibus constat, unique nomini subjectum est, quod habet ἕξιν μίαν, ut Plutarchus; [e] spiritum unum, ut Paulus Jurisconsultus loquitur. [f] Is autem spiritus, sive ἕξις in populo [g] est vitæ civilis consociatio [h] plena atque perfecta, [i] cujus prima productio est summum imperium, [k] vinculum per quod respublica cohæret, [l] spiritus vitalis quem tot millia trahunt, ut Seneca loquitur. Plane autem corpora hæc artificialia instar habent corporis naturalis. Corpus naturale idem esse non desinit, [m] particulis

„b) (CIVITATES ESSE IMMORTALES:) Quia „animus ille constituendi cœtum, i. e. coalescendi „in unum populum surrogatione perpetuatur. „Adeoque etsi singuli cives moriantur, liberi ta„men continuant civitatem, semper est eadem ci„vitas & idem populus: Hinc urbs Roma æterna „dicitur *Liv. 28. c. 28. Ammian. Marc.* 14, *14. &* „*19. 21 & 26. 6. & 28. 1. flor. 1. 7. 10.* Unde le„gata urbibus in perpetuum debentur. *L. 6. ff. ann.* „*leg.* Grammondus bene ait, *licet homines vita de*„*stituantur, tamen respublica æterna est. L. 1. Hist. p.* „4. Conf. *Tesm. h.*

„c) (ID EST ESSE POSSE:) Nam non necessario „sunt immortales, quia exempla deletarum civitatum „& populorum infinita exstant. *Vid.* §. *4 & seq.*

d) (Grot.) (QUOD EX DISTANTIBUS CONSTAT:) Seneca epistola 102. *quædam continua esse corpora, ut hominem: quædam composita, ut navem, domum, omnia denique quorum partes diversæ junctura in unum sunt coacta: quædam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus.* Sumta hæc ex *Achille Statio*, cujus ad Aratum hæc sunt verba, (*Cap. 14. Ed. Pietav.*) ex *Conone* illo, cujus repertum est coma Berenices: παρετήρησε δὲ Κόνων ὁ μαθηματικὸς σώματα λέγεσθαι ὅσα ὑπὸ μιᾶς ἕξεως ἡνωμένα κρατεῖται, οἷον λίθος, ξύλον. ἔστι δὲ ἕξις πνεῦμα σώματος συνεκτικόν. συνημμένα δὲ ὅσα οὐχ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως. δέδεται, ὡς πλοῖον, ὡς οἰκία. τὸ μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν σανίδων, ἡ δὲ ἐκ πολλῶν λίθων σύγκειται. διεστῶτα δὲ ὡς χορός. τῶν δὲ τοιούτων διτταὶ αἱ διαφοραί, τὰ μὲν γὰρ ἐξ ὡρισμένων σωμάτων καὶ ἀριθμῷ ληπτῶν, ὡς χορός. τὰ δὲ ἐξ ἀορίστων, ὡς ὄχλος. *Observavit mathematicus Conon, corpora dici quæ uno tenore unum fiunt. Est autem tenor spiritus corpus continens: Connexa vero, quæ non uno tenore juncta sunt, ut navis, ut domus: nam & illa ex multis est tabulis, hæc ex lapidibus multis: distantia ut chorus: sed & hæc duum generum inter se differentium. Sunt enim alia ex corporibus definitis, & quæ numerum habent cognitu facilem, ut chorus: alia ex infinitis, ut populus.* Apparet hinc sumta quæ habet *Pomponius* L. rerum 30. de usurp & usucap. & quod *Paulus* dicit statuam uno spiritu contineri l. in rem *De rei vind.* 23. §. item 5. ubi similiter distinguit inter corpora cohærentia & quæ sunt ex distantibus. Usi & alii. *Philo* de mundo (*Pag. 1154. E.*): ἕξις ἐστὶ πνεῦμα ἀναστρέφον ἐφ' ἑαυτῷ *tenor est spiritus in semet se revolvens,* &c. item: ἕξις ἐστὶ πνευματικὸς τόνος, δεσμὸς οὐκ ἄρρηκτος· ἀλλὰ μόνον δυσδιάλυτος. *Tenor, est spiritualis continentia, vinculum non insolubile, sed solutu difficile.* Vide & Boëthium 1 Arithmeticorum: & nota cum de populo ἕξιν aut spiritum dicimus, non sumere nos vocem in suo rigore, ut Conon fecit, sed ἀναλογικῶς, comparatione quadam, quali utimur etiam cum populum corpus appellamus. Spiritum hunc rei speciem vocat Alfenus in L. Proponebatur, D. de judiciis.

ADDITIO.

„Ex distantibus constare dicuntur corpora plura „quæ uno vocabulo continentur. *L. 23.* §. *5. ff. R.* „*V. l. 30. pr. Usucap. Vid Gron. h.*

„e) (SPIRITUM UNUM UT PAULUS:) In *d. l. 30.* „Ex doctrina Stoicorum, qui rationem quæ uno „vinculo plures res ligat ἕξιν, i. e. *spiritum* vo„cant: Peripatetici, *speciem*: Conf. *d. l. 23. §. 5.* „*Sen. ep. 103.*

f) (Grot.) (IS AUTEM SPIRITUS SIVE ἕξις IN POPULO:) Ἡ πολιτεία, βίος πόλεως. Aristoteles Polit. 4. 2.

ADDITIO.

„i. e. Vinculum illud quo colligantur & unum „fiunt cives.

„g) (EST VITÆ CIVILIS CONSOCIATIO:) Coe„unt enim cives in unam civitatem animo defen„dendi juris sui.

„h) (PLENA ET PERFECTA:) Hinc Author sæ„pius vocat civitatem cœtum perfectum. *L. 1. c. 1.* „*§. 14.* Vid. *indicem voce civitas.*

„i) (CUJUS PRIMA PRODUCTIO EST SUMMUM „IMPERIUM;) Author putat Imperia demum civi„tatibus constitutis orta esse, quod refutavimus su„pra *L. 1. c. 3. §. 1. lit. m.* ubi Imperium natura patribus „familias in membra familiæ delatum esse proba„vimus. Conf. *Differt. Procem. XII.* §. *607. seq.*

„k) (VINCULUM PER QUOD RESPUBLICA CO„HÆRET:) Ideo enim singulæ familiæ in civitatem „coeunt, ut jura singulorum tuta sint, quod absque „imperio fieri non potest.

„l) (SPIRITUS VITALES QUEM TOT MILLIA „TRAHUNT:) Similia lege apud *Curt. 3. 6. & 4.* „*15. Sen. in phœniss. v. 294.* Vid. *Tesm. h.*

m) (Grot.) (PARTICULIS PAULATIM COMMUbus

lis paulatim commutatis una manente specie, [n] ut Alphenus ex Philosophis differit. *L. 70. De judiciis.*

2. Atque ideo commode interpretandum quod ait Seneca, [o] neminem nostrum eundem esse in senectute qui fuit juvenis, [p] ut de materia sola intelligatur; [q] quomodo Heraclitus dixerat, citante Platone in Cratylo, [r] & Seneca dicto loco, [s] in idem flumen bis nos non descendere: [t] quod recte sic corrigit Seneca: *Manet idem fluminis nomen, aqua transmissa est.* Sicut & Aristoteles flumen populo comparans dixit, [u] flumina eadem vocari quanquam alia subeat semper aqua, alia decedat. [w] Neque vero manet nomen inane, sed & ἕξις illa, quam Conon definit [x] ἕξιν σώματος συνεκτικήν, [y] Philo πνευματικὸν συνέχον, Latini quoque [z] spiritum vocant. Sic ergo populus Auctore [aa] Alpheno & Plutarcho de sera numinis vindicta, [bb] idem hoc tempore putatur qui ab hinc centum annis fuit, cum ex illis nemo nunc

Epist. 58. *Pag. 402. A. T. S. Ed. Steph.* *111. pol. 3.* *Pag. 559. A. T. II. Wech.*

TATIS:) Exemplum in navi dat *Alfenus* dicto jam loco, & *Ulpianus* in l. quid tamen. 10. D. quibus modis ususfructus amittatur. Navem eandem esse ajunt, si per partes refecta sit. Aliud si dissoluta & recomposita. l. qui res 98. §. aream. 8. D. de solutionibus. *Plutarchus* Theseo: τὸ δὲ πλοῖον ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠιθέων ἔπλευσε καὶ πάλιν ἐσώθη, τὴν τριηκόντορον, ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ξύλων ὑφαιροῦντες, ἄλλα δὲ ἐμβάλλοντες ἰσχυρά, καὶ συμπηγνύντες, οὕτως ὥστε καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἰς τὸν αὐξόμενον (legendum αὐξομένων, ut habet MS.) λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι, τῶν μὲν ὡς τὸ αὐτό, τῶν δὲ ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένει, λεγόντων. *Navem autem, in qua cum delecta juventute navigavit salvusque rediit Theseus, triginta aptam remis conservarunt Athenienses ad usque tempora Demetrii Phalerensis, subtrahendo ligna vetustate cariosa, subjiciendo alia, ita ut cohaererent, unde & exemplum hac navis facta est philosophis disputantibus de ea quaestione, qua de augescentibus dicitur, in qua hanc navem ad ultima tempora eandem fuisse affirmant hi, illi negant.* (Pag. 10. C.) In hac controversia a philosophis decertata prudenter Jurisconsulti ajentem partem praetulere. Et *Tertullianus* juris valde peritus libro de Resurrectione carnis (*Cap.* 60.): *Navem procella dissipatam vel carie dissolutam, redactis & recuratis omnibus membris eandem saepe conspeximus, etiam titulo restitutionis gloriantem.* Intellige manente carina, quomodo vox *resoluta* (Immo *dissolvit*) etiam sumenda in *Pauli* verbis l. inter stipulantem. 73. §. sacram. 5. D. de verb. oblig. Idque & apud *Tertullianum* praecedentia, & apud *Paulum* sequentia evincunt. *Philo* de mundo: οὐ γὰρ δήπουθεν οὗ πάντα μέρη φθείρεται, φθαρτόν ἐστιν ἐκεῖνο, ἀλλ' οὗ πάντα τὰ μέρη ἅμα καὶ ἐν ταυτῷ ἄθροα κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. *Non cujus partes pereunt utique interitui obnoxium est, sed cujus omnes partes simul & eodem tempore pereunt.* (Pag. 1171. E.)

ADDITIO.

„Ita nec homo esse desinit, etsi manus vel pe„des amputati sint: collegium subsistit, etsi membra „quaedam moriantur. *L. 76. ff. jud. &c.* Vid. *Gudd.* „*vol. 2. Cons. Marp. 28. n. 130.*

„*n*) (UT ALPHENUS:) In *d. l.* 76.

„*o*) (NEMINEM NOSTRUM EUNDEM ESSE:) Idem „Pythagoras statuit apud *Ovid.* 15. *Met.* 214. Vid. „*Sen. ep.* 104.

p) (UT DE MATERIA SOLA INTELLIGATUR:) Rectius de singulis particulis ex quibus constat homo; hae enim alimentis eorumque secretione quotidie mutantur: at species hominis non mutatur, nec forma substantialis, sed accidentalis tantum.

q) (QUOMODO HERACLITUS:) Et *Epicharmus* apud *Diogenem Laërtium. Lib. III.* §. 11.

„*r*) (ET SENECA DICTO LOCO:) Ep. 58.

„*s*) (IN IDEM FLUMEN:) Quia unde pellitur „unda, urgeturque eadem veniens urgetque prio„rem. *Ovid.* 15. *Met. v.* 180.

„*t*) (QUOD RECTE SIC CORRIGIT SENECA:) „Immo sensus idem est; per flumen enim Heracli„tus intelligit aquam transmissam.

„*u*) (FLUMINA EADEM VOCARI:) Quia totum „illud, quod flumen constituit, perpetuo manet.

„*w*) (NEQUE VERO MANET NOMEN INANE, „SED ET ἕξις ILLA:) Flumen enim non consistit „in aqua, sed in toto illo unito, quod consistit ex „ripis, alveo, & aqua profluente; haec unitatis ratio, „hic spiritus, hoc vinculum quo tria illa corpora „colligantur, durat quamdiu aqua intra ripas fluit.

„*x*) (ἕξις σώματος:) Habitum qui corpus con„tinet. *Gron.* *h.*

„*y*) (PHILO:) In libro *de mundo.*

„*z*) (SPIRITUM:) *L. 30. ff. Usucap.*

„*aa*) (ALPHENO:) *L. 76 ff. jud.*

„*bb*) (IDEM HOC TEMPORE PUTATUR:) Quia idem

nunc vivit: μέχρις ἂν ἡ ποιοῦσα καὶ συνδέουσα ταῖς ἐπιπλοκαῖς κοινωνία τὴν ἑνότητα διαφυλάττῃ *quamdiu illa, quæ populum facit & mutuis nexibus vincit, communio jus unitatis suæ servat*; quæ ejusdem Plutarchi in hac re verba sunt. Et hincortus mos loquendi, ut populum qui nunc est alloquentes, [cc] ei tribuamus quæ eidem populo ante multa secula acciderunt, ut videre est [dd] tum apud historicos, tum & [ee] in libris sacris, ut Marci X, 3. Joh. VI, 32. VIII, 19. 22. Actor. VII, 38. Sic apud [ff] Tacitum Antonius Primus Vespasiano militans milites [gg] Ter- *Hist. l. 3. c. 24.* tianos veterum admonet *ut [hh] sub Antonio Parthos [ii] sub Corbulone Armenios repulissent.*

3. Ex odio itaque non ex vero, [kk] apud eundem Tacitum, Piso [ll] negat Athenienses, sui temporis esse [mm] Athenienses, quippe tot cladibus extinctos, sed illuviem nationum. Nam externa illa accessio de dignitate forte aliquid detraxerat, [nn] populum alium non fecerat. Nec id is ipse ignoravit, [oo] cum illis ipsis sui temporis Atheniensibus objectaret vetera, quæ [pp] in Macedonas improspere, [qq] violenter in suos fecissent. At sicut particularum mutatio non efficit ut populus esse desinat qui fuit, nec per annos quidem mille & amplius, [rr] ita fieri posse ut intereat populus negari non potest. [ss] Fit autem hoc dupliciter, [tt] interitu corporis, [uu] aut interitu speciei, sive spiritus quem dixi.

§. IV.

„idem spiritus, idem vinculum, idem animus coe-„undi in cœtum manet, & surrogatione propa-„gatur.

„cc) (EI TRIBUAMUS QUÆ EIDEM POPULO AN-„TE MULTA SECULA ACCIDERUNT:) Non tantum „quoad virtutes, sed etiam quoad vitia.

„dd) (TUM APUD HISTORICOS:) Exempla alle-„gavit B. parens. Ideo Alexander Persis intulit bel-„lum, quia majores eorum læserunt Græciam „*Arrian. 2. p.* 120. *Just. l.* 11. *c.* 5. Idem Ale-„xander Branchidas destruit, quod majores eorum „templum Didymeum spoliaverant. *Curt.* 7. 5.

ee) (Grot.) (IN LIBRIS SACRIS:) Adde *Matth.* XXIII, 35. *Act.* III, 22.

„ff) (TACITUS:) *Hist. l.* 3. *c.* 24.

„gg) (TERTIANOS:) Tertiæ legionis. *Gron. h.*

„hh) (SUB M. ANTONIO:) Triumviro. R. C. „per P. Ventidium Bassum legatum ejus. an. U. „C. 8. 12. *Vid. Gron. h.*

„ii) (SUB CORBULONE:) Neronis legato. *Tac* „*Ann. L.* 13. *c.* 41. *Gron. h.*

„kk) (APUD EUNDEM TACITUM:) *L. 2. ann. 55.*

ll) (Grot.) (NEGAT ATHENIENSES SUI TEMPORIS ESSE ATHENIENSES:) Contra de iisdem Atheniensibus *Julianus* Misopogone. (Nil de *Atheniensibus* in Libro illo, qui adversus *Antiochenses* scriptus est. In animo forte habuit Auctor quæ *Julianus* dicit in *Epist. ad Athenienses* ab initio, *pag.* 268. 269. Ed. Spanhem. *I. B.*)

„mm) (SED ILLUVIEM NATIONUM:) Quod plu-„res nationes in civitatem confluxissent. *Gron. h.*

„nn) (POPULUM ALIUM NON FECERAT:) Nam „idem vinculum, idem cœtus manebat.

„oo) (CUM ILLIS IPSIS SUI TEMPORIS ATHE-„NIENSIBUS OBJECTARET VETERA:) *d. l. 2. Ann. c. 55.*

„pp) (IN MACEDONAS IMPROSPERE:) Prælio „maxime ad Chæroneam. *Gron. h.*

„qq) (VIOLENTER IN SUOS FECISSENT:) In Mil-„tiadem, Themistoclem, Aristidem, Socratem, „Phocionem. *Gron. h.*

„rr) (ITA FIERI POSSE UT INTEREAT POPU-„LUS:) Adeoque si spiritus ille cessat, eoque vin-„culum quo unum corpus efficiebatur.

„ss) (FIT AUTEM HOC DUPLICITER:) Dictum „est *in propositione* 1. omne jus desinere vel sublata „re, vel sublato eo sine quo existere jus naturaliter „nequit.

„tt) (INTERITU CORPORIS:) De quo §. 4. & 5.

„uu) (AUT INTERITU SPECIEI:) De quo §. 6. „*seq.*

(AD §. IV.) Quærit Author quando desinat civitas, & quando videatur sublata? Resp. Videndum in quo nam consistat ratio civitatis: Nimirum in populo, quo sublato, uti tollitur inundatione territorii, vel dissolutione societatis, civitas interit.

a) (CORPUS

§. IV.

[a] Corpus interit,[b] vel fublatis fimul partibus [c] fine quibus corpus fubfiftere nequit, [d] vel fublata corporis ratione. Ad priorem modum refer populos [e] mari abreptos, ut Atlanticæ populos, tefte Platone, [f] &alios quorum Tertullianus meminit, item eos quos terræ motus haufit penitus, aut chafma; quorum exempla funt apud Senecam & Ammianum Marcellinum, [g] & alibi: [h] & qui fponte internecioni fe dederunt, ut Sidonii & Saguntini. Ex antiquo Latio LIII. populos fine veftigiis interiiffe, ait Plinius. Quid fi ex tali populo tam pauci fuperfint, qui populum facere nequeant? [i] jam poterit in illis fubfiftere dominium quod populus habet ad modum privatorum. [k] non fiquid populo ut populo competit, [l] quod & de collegio fentiendum eft.

§. V.

[a] Corporis ratio tollitur, fi cives [b] aut fponte ob peftilentiam aut

Pag. 15. C. Tom. 3. L. de Pallio, p. 39. Ed. Salmaf. Ep. 91 D. Lib. XVII. c. 7. Diod. XVI. Bibl. c. 45. Livius XXI. 14. Hift.nat. III. 5. L. 7. §. ult. D. quod cujusque univ. L. 12. §. 13. D. de capt. Lib.26. c. 15. Cic. 1. contra Rullum, c. 32.

„a) (CORPUS INTERIT:) Adeoque tota fubftan„tia perit.

b) (Grot.) (VEL SUBLATIS SIMUL PARTIBUS:) *Servius* in Fuldenfibus excerptis ad 1. Æneidos: *Duobus generibus deletur exercitus, aut internecione, aut difperfione.* (Ad verf. 70.)

„c) (SINE QUIBUS CORPUS SUBSISTERE NEQUIT:) „Uti fi corpora civium in univerfum tolluntur: „fruftra enim de imperio in populum quæritur,ubi „populus amplius non exiftit.

„d) (VEL SUBLATA CORPORIS RATIONE:) Si „finguli deferunt civitatem. *Vid.* §. 5.

„e) (MARI ABREPTOS:) *Plin.* 2. *Hift. c.* 90.

f) (Grot.) (ET ALIOS QUORUM TERTULLIANUS MEMINIT:) Myunta apud *Vitruvium:* (*De Architect.* IV, 1.) Helicen & Burin apud *Paufaniam*, (VII, 25.) *Strabonem*, (*Geogr.* 1. p. 59.) *Senecam* naturalium quæftionum libro VI. c. 23. & 31. & in Anthologia.

„g) (ET ALIBI:) Vid. *Plin. L.* 2. *Hift. c.* 92. „*Lactant.* 7. *c.* 3.

„h) (ET QUI SPONTE INTERNECIONI SE DE„DERUNT, UT SIDONII ET SAGUNTII:) Hi non „fponte fe interimerunt, fed ab hofte coacti: De „Sidoniis Vide *Juft.* 18. 3. de Saguntiis *Liv.* 21. 14.

i) (JAM POTERIT IN ILLIS SUBSISTERE DOMINIUM QUOD POPULUS HABET:) Imo manet jus populi & imperii etiam in uno quod ad effectus juris attinet. Nam ex prima difpofitione coeuntium jus quæfitum eft fingulis civibus, quod etiam in uno durat: eodem modo uti collegium, quod non nifi inter plures conftitui poteft, etiam in uno continetur. Hoc autem verum tantum eft fi ille animum continuandi civitatem habet: nam fi is quoque civitatem deferat, definit tota civitas; adeo ut, fi novus populus occupat, nova fiat civitas.

Notandum autem hic eft non definere civitatem, fi municipalis civitas faltem deftruatur, quia etfi nexus civitatis illius municipalis ceffet, manet tamen nexus cum civitate generali, quam totus populus conftituit. *vid.* §. 6.

Dubium hic moveri poteft, qua ratione imperium etiam in uno confervari queat, cum imperium fupponat imperantem & parentem; quæ ratio non obtinet ubi vel unus faltem eft, vel plures æquales; Refpondeo imperium omnino potentia (non actu) etiam in uno fubfiftere poffe: fane Adam, etiam folus, imperium habuit, etfi actu illud exercere non potuerit nifi accedente familia.

ADDITIO.

„Ex hypothefi Authoris populus occupans territo„rium non tantum occupare videtur imperium, fed „etiam dominium generale & privatum. *Vid. fupra* „*c.* 3. §. 4. *c.* 8. §. 10. 11. Hoc igitur dominium „fubfiftere ait in uno, vel paucis qui ex po„pulo fuperfunt. Nos allegato loco probavimus „populum præter imperium occupando nihil acqui„rere, adeoque dominium illud generale & pri„vatum figmentum effe; addimus, imperium etiam in „uno fubfiftere, fi animum continuandi imperii habet.

„*) (AD MODUM PRIVATORUM:) Ex fenten„tia Igitur Auctoris pauci illi non continuant „imperium, quia populum facere nequeunt; fed „fubfiftere in illis ait dominium generale & priva„tum, ad modum privatorum non admodum impe„rantium: quod modo refutavimus.

„k) (NON SI QUID POPULO UT POPULO COM„PETIT:) Si civis, vel pauci e populo fuperftites, „animum continuandi civitatem habent, & undique „incolas quærunt, aucta poftea civitate eadem „civitas, idemque populus & jura populi eadem „manent.

„l) (QUOD ET DE COLLEGIO SENTIENDUM EST:) „Imo jus collegii etiam in uno manet, *L.* 85. *Verb.* „*Sign. L. L.* 7 §. 2. *Quod cuj. univ.*

„a) (CORPORIS RATIO TOLLITUR:) In præce-

 denti

aut feditionem a focietate difcedant [c] aut vi ita diftrahantur ut coire non poffint.[d] quod bellis accidit interdum.

§. VI.

[a] Species interit, [b] fublata aut omni [*] aut perfecta juris communitate, five [c] finguli perfonalem quoque fervitutem fubeant, ut [d] Mycenæi ab Argivis, [*] Olynthii a Philippo, [e] Thebani ab Alexandro venditi, [f] Brutii a Romanis publicis fervitiis mancipati, [g] five ea retenta imperio exuantur. [h] Sic de Capua narrat [*] Livius placuiffe Romanis, ut tanquam urbs habitaretur [i] corpus nullum civitatis, nec Senatus, nec plebis concilium, nec magiftratus effe, [k] fed fine confilio publico, fine imperio multitudinem, [k] cui præfectus Roma miffus jus redderet. Itaque [l] imaginem reipublicæ nullam Capuæ relictam dicit Cicero priore ad populum contra Rullum. Idem dicendum de populis [m] in provinciæ formam redactis: [n] item de his qui

„dente §. Author egit de interitu corporis, vel par„tium fine quibus corpus fubfiftere nequit; hic jam „fequitur alter modus quo corpus interit, fi fcl. ci„ves territorium derelinquunt, & focietatem diffol„vunt. *Vid.* §. 4. *pr.*

„b) (AUT SPONTE OB PESTILENTIAM:) Si unus „vel pauci remanent animo continuandæ civitatis, „corporis ratio non tollitur, inprimis fi deferentes a„nimum redeundi habent ceffante pefte: at aliud „eft fi totus populus loco migret. *vid.* §. 7.

c) (Grot.) (AUT VI ITA DISTRAHANTUR:) Philo dicto jam libro de Mundo: *τὰ μὲν ἐκ διεστηκότων,) αἰπόλια, βουκόλια, χοροὶ στρατεύματα ἢ πάλιν ἐκ συναπτομένων σώματα παγέντα, τῇ διαστάσει καὶ διαιρέσει λύονται. Quæ ex diftantibus funt, ut greges, armenta, chori, exercitus, non minus quam corpora ex connexis in unum coacta, divortio ac diffolutione intereunt*, (pag. 992. D.) Vide fupra de navi.

„d) (QUOD BELLIS ACCIDIT INTERDUM:) Hoc „itidem verum faltem eft fi in perpetuum diftra„huntur, nec revertendi fpem aut animum habeat „finito bello: vel fi populus ipfe alio migrat. *Vid.* „§. 7.

„a) (SPECIES INTERIT:) *Vide* §. 3. *in fin.*

„b) (SUBLATA AUT OMNI:) Ut in fequentibus „exemplis, fi finguli perfonalem fervitutem fubeunt:

„*) (AUT PERFECTA JURIS COMMUNITATE:) „Si fcilicet autonomia, i. e. jus propriis legibus „vivendi civitati aufertur. Tunc enim tollitur im„perium, & in alterum, cujus legibus vivant, trans„fertur, falva cæterum civitate.

„c) (SIVE SINGULI PERSONALEM SERVITUTEM „SUBEANT:) Adeoque ubi libertas publica & pri„vata aufertur.

„d) (MICENÆI AB ARGIVIS:) Paulo poft bel„lum Perficum *Paufan.* 2. 113. & 17. 448. *Grön. b.*

„*) (OLINTHII A PHILIPPO:) *Juftin.* 8. 3.

„e) (THEBANI AB ALEXANDRO:) *Juftin.* 2. 3. „& 4.

„f) (BRUTII A ROMANIS:) *Gell.* 10. 3. Senten„tiam talem contra Mytilenæos latam, fed poftea „revocatam effe tradit *Thucyd.* L. 3. *p. m.* 114. „& 121.

g) (SIVE EA RETENTA IMPERIO EXUANTUR:) Adeoque ubi fola libertas publica aufertur: in populo igitur tria confideranda funt: (1) jus imperii, (2) jus civitatis extra imperium, (3) jura fingulorum, quo pertinet libertas. *Jus imperii* folum tollitur fi alieno imperio populus fubjicitur: *Jus civitatis* tollitur fi magiftratu exuitur: *jura fingulorum* autem tolluntur per fervitutem:

„h) (SIC DE CAPUA:) Cafum hunc explicavi„mus fupra *L.* 1. *c.* 3. §. 8. *n.* 3. & *L.* 2. *c.* 5. §. 30.

„*) (LIVIUS:) *L.* 26. *c.* 16.

„i) (CORPUS NULLUM CIVITATIS:) Capua igi„tur non tantum libera, fed & civitas effe defiit: „non tantum enim imperium amifit, fed & jus ma„giftratus.

k) (Grot.) (CUI PRÆFECTUS ROMA MISSUS JUS REDDERET:) Vide *Feftum* voce præfecturæ. *Vellejus* libro II. (c. 44.) *Jus his reftitutum poft annos circiter CLII. quam bello Punico a Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat.* adde exempla in textu & notis allata ad libri 1. c. 3. §. 8.

l) (Grot.) (IMAGINEM REIPUBLICÆ NULLAM:) Severus jus buleutarum dedit Alexandrinis, qui fine publico confilio vixerant fub juridico. (*Spartian.* c. 17.

„m) (IN PROVINCIÆ FORMAM REDACTIS:) Quod „fiebat fublato imperio, & jure proprii magiftratus; „tales enim populi non fuis, fed alienis legibus „utebantur. Hi igitur populi per fe civitas non „funt, fed membra minus digna magnæ civitatis, „*Vid. l.* 1. *c.* 3. §. 7. *n.* 2. Gentes a Romanis in „provinciam redactas recenfet *Vell. Pat.* 2. 38. *Sigon.* „*L.* 1. *de antiq. jur. prov.* Conf. *Buchan. rer. fcot.* „4. *p. m.* 129. Unde diftinguebantur tales populi ab

qui alterius populi ditionem subierunt. Sic [o] a Severo Byzantium Perintho, [p] Antiochia Laodiceæ supposita a Theodosio *Theod. V. histor. c. 20. Zon. in Valent. & Theodor.*

§. VII.

At vero [a] si loco migraverit populus, [b] sive sponte ob inediam, [c] aut alia mala; [d]. sive coactus ut populus Carthaginensis bello Punico tertio, [e] si species quæ dixi maneat, [f] populus esse non desinit, [g] multoque minus si muri tantum urbis disjecti sunt. Itaque cum ad pacem Græciæ jurandam Lacedæmonii negarent admittendos Messenios, quod ejus urbis muri essent diruti, [h] contra eos a communi sociorum concilio res judicata est. *Flor. l. II. cap. 15.* *Plut. Agesilao, p. 616.*

§. VIII.

„ab illis quibus, etsi devictis, jus propriis legibus „utendi permittebatur (*de quibus late B. Parens in* „*autonomia juris Gentium. c. 15. c. 16. & 17.* „*egit.*)

„*n*) (ITEM DE HIS QUI ALTERIUS POPULI DITIONEM SUBIERUNT:) Hoc verum est de illis „populis qui ultro alterius imperio se subjiciunt, „adeoque jura sua publica alterius populi arbitrio „submittunt: *L. 1. c. 3. n. 2.* Aliud dicendum de „deditione bellica, per quam non tantum gens & ci„vitas, seu id quod publicum est, sed & singuli „homines, & res singulæ dedebantur: formulam ex„hibet *Polyb. in exc. leg. c. 142. Liv. l. 7. c. 31.* „Equidem singulos hic quoque liberos manere tra„dit B. Parens, *d. tract. c. 13. §. 6. seq.* contrarium „docet Grotius. *l. 3. c 8. §. 4. n. 1. c. 20. §. 50. n.* „*5. Conf. l. 1. c. 3. §. 11.*

o) (Grot.) (A SEVERO:) Vide *Xiphilinum* Severo: *Herodianum* libro III. (c. 6) adde quæ infra hoc libro II. c. 21. §. 7.

p) (Grot.) (ANTIOCHIA LAODICEÆ SUPPOSITA:) Vide *Zonoram.* (Lib. 13. cap. 18.)

a) (SI LOCO MIGRAVERIT POPULUS:) Quærit Author, *an migratione populi civitas esse desinat?* Negatur: (1) quia manet spiritus ille, vinculum illud quod cœtum colligat: (2) quia territorium non est de substaotia civitatis, sed populus: migratione igitur non magis tollitur civitas quam familia mutata domo: urbs enim oihil aliud est quam domus populi: sane (3) populi Boreales, qui Gallias, Italiam & Hispaniam invaserunt, veteresque sedes reliquerunt, veri populi fuere, & cum iis tanquam cum veris populis actum est.

Neque *obstat* quod domicilium non habeant: Resp. nec id est de essentia populi.

Sed porro *obstat* populum migrantem semper videri subditum & subjectum illi per cujus territorium transit. Resp. hæc subjectio est temporaria: sane Rex migrans manet Rex licet facultas ejus impediatur in alieno territorin, & ad tempus.

Quid si pars populi migret, an pars hæc desinit esse pars civitatis? Resp. si publica autoritate migret, eaque lege in jure ac nomine reipublicæ novas sedes quærat, pars illa populi omnia quærit suæ matrici: si suo jure & nomine migrat, desinit esse pars civitatis, propriumque imperium constituit: de quo *infra* §. 10.

„*b*) (SIVE SPONTE OB INEDIAM:) Ita enim in „Africa cives a locustis, & incolas ex Cyaro Cycladum „insula a muribus fugatos esse refert *Plin. hist. 8.* „*cap. 29.*

„*c*) (AUT ALIA MALA:) Ita enim propter ranas „civitatem in Gallia sedes mutasse, & a scolopen„dris abactos Trerienses refert *Plin. d. l.* Sic Phœ„nices ob terræ motus, *Just. l. 18. c. 3.* Bœotii ob „pestem sedes deseruerunt. *Just. 16. 3. Vid. Tesm. h.*

„*d*) (SIVE COACTUS UT POPULUS CARTHAGINENSIS BELLO PUNICO TERTIO:) Romani quidem „imperarunt Carthaginensibus ut migrarent si salvi „esse vellent: *Flor. 2. c. 15.* At hi non acceptarunt „hanc conditionem, sed extrema pati maluerunt: ideo „etiam delata fuit Carthago. *ibid.* Exempla gen„tium quæ jussu victoris migrare coacti sunt refert „*Tesm. h.* Conf. *Appian. de bell. Pun. n. 52. Ne*„*pos Cimone c. 2.* De Veliternis vide *Liv. l. 8.* „*c. 14.* Philippum id quoque facere solitum fuisse „ait *Just. l. 8. c. 5.* de Cilicibus vide *Vell. pat. 2.* „*32.* Add *Tucyd. l. 1. Liv. 40. 3. Cranz. 2. Sax. 4.*

„*e*) (SI SPECIES QUÆ DIXI MANEAT:) i. e. Si „omnis aut perfecta juris communitas manet. Vid. „*§. 6. pr.* secus ergo si cives singuli discedunt, „paucis manentibus. *Vid. not ad §. 5.*

f) (Grot.) (POPULUS ESSE NON DESINIT:) Ut Geloi Phintiada translati. *Diodorus* Siculus in fragmentis Peirescianis. (Immo in prioribus, *Excerpt. e. lib. 22.*)

ADDITIO.

„Manet enim commune illud vinculum, quod „unum populum constitutit, Conf. supr. *L. 2. c.* „*15. §. 4. n. 1.*

„*g*) (MULTOQUE MINUS SI MURI TANTUM URBIS DISJECTI SUNT:) Nam ex pacto, salvo ce„terum jure imperii, id fieri potest: sane multæ „sunt civitates quæ plane muris cinctæ non sunt, quod „de antiquis Joniæ urbibus testatur *Thucyd. 3. p.* „*159.* Sparta muros non habebat. *Pluth. in Lysan*„*dro. p. m 357.* Athenienses, qui ex lega pacis „initæ murum dejicere cogebantur, liberi & sui „juris manebant. *Just. 5. 8. Pluth. d. l.*

„*h*) (CONTRA EOS A COMMUNI SOCIORUM:) Messe-

§. VIII.

1. [a] Neque refert quomodo gubernetur regio, an plurium, an multitudinis imperio. [b] Idem enim est populus Romanus sub regibus, consulibus, Imperatoribus. Imo [c] etiam si plenissimo jure regnetur, populus idem erit qui antea erat cum sui esset juris, [d] dum rex ei præsit ut caput istius populi, [e] non ut caput alterius populi. [f] Nam imperium quod in rege est ut in capite, in populo manet ut in toto, cujus pars est caput: [g] atque adeo rege [h] si electus est, [i] aut regis familia extincta, jus imperandi ad populum redit, [k] ut supra ostendimus. Neque est quod Aristotelem hic mihi quis objiciat, [l] qui reipublicæ forma mutata negat eandem esse civitatem, sicut, inquit, [m] har-

„Messeniorum varia cum Lacedæmoniis bella refert Justinus *l. 3. c. 4.* Postquam per 70 annos in servitutem redacti fuere, renovato bello diu varia fortuna cum Lacedæmoniis dimicarunt, *Just. l. 3. c. 5. & 6.* tandem eversi & excisi quidam Naupactum, *Diod. Sic. L. 15. f. 473.* (quam urbem eis Athenienses habitandam concessere) quidam in Cephaleniam, quidam in Siciliam *ibid.* migrarunt. Thebanorum dux Epaminondas, collectis & convocatis undique Messenis, exstruxit denuo urbem, & regionem pristinis civibus restituit, opusque intra 85 dies perfecit, impositis ibi præsidiis. *ibid. f. 474.* Hi Messeni in bello contra Lacedæmonios auxilia præstiterunt Epaminondæ, *ibid. f. 481.* tandem bello composito Thebani Messeniós quoque pace comprehendi voluere: Lacedæmonii signare pacem noluere, ob implacabilem in Messenios inimicitiam *ibid. f. 483.* Vel ut Plutarchus (qui totam hanc historiam plenius refert *in Agesilao. fol. m. 472. & 473.*) ait, *quasi oppido carerent.* Unde apparet, Agesilaum non ideo Messenios a sacramento exclusisse *quod ejus urbis muri essent diruti,* uti Author putat; sed quod bello victi, excisi, & fugati, civitatem amplius non constituerint: nam idem Plutarchus ait *infensos fuisse Messenios Agesilao, quod suam regionem ejus regno amisissent*, adeoque quia desiit civitas. Ex hac igitur ratione Agesilaus eos admittere noluit: *fol. 472.* unde notanter addit Plutarchus, *Lacedæmonios solos in armis spe Messenen recipiendi mansisse. f. 473.*

(AD §. VIII.) Quærit Author, *an populus esse desinat si modus imperii mutetur?* uti si ex statu Regio fit Aristocraticus, vel contra; quod in Romano imperio sæpius contigit: Aristoteles affirmativam tuetur, quia formæ extrinsecæ vim essentialem tribuit: Verius autem est populum non desinere: (1) quia jus imperii inhæret originarie populo, qui de suo jure pro lubitu disponere, illudque in unum vel plures sub certa lege transferre potest: imperium igitur non desinit, sed administratio; nec populus seu respublica mutatur, sed habendi modus. (2) Populus non potest extinctus dici, nec ejus imperium sublatum, nisi sublato eo sine quo existere nequit; at forma regiminis non pertinet ad substantiam populi, sed manet populus, manetque imperium, sive regimen sit populare, sive Aristocraticum, sive Monarchicum: neque (3) inutilis hæc est quæstio, nam mutata regiminis forma quæritur an rex teneatur solvere æs alienum a populo contractum vel contra? de quo alibi:

„a) (NEQUE REFERT QUOMODO GUBERNATUR:) Mutata enim forma non tollitur civitas.

„b) (IDEM ENIM EST POPULUS:) Quia idem spiritus idemque vinculum durat, idem est cœtus juris tuendi causa congregatus.

„c) (ETIAMSI PLENISSIMO JURE REGNETUR POPULUS IDEM ERIT QUI ANTEA ERAT:) Hoc verum est si victor jus populi victis relinquit, *Vide l. 1. c. 3. §. 7. 8. 11. 12.*

„d) (DUM REX EI PRÆSIT UT CAPUT ISTIUS POPULI:) i. e. Si victor jura populi ei reliquit:

„e) (NON UT CAPUT ALTERIUS POPULI:) Quod fit, si Rex victor populum devictum in provinciæ formam redigit, tunc enim desinit esse populus, & incipit esse pars populi victoris.

„f) (NAM IMPERIUM QUOD IN REGE EST UT IN CAPITE, IN POPULO MANET UT IN TOTO:) Hanc materiam late explicavimus *supra L. 2. c. 3. §. 8.* & diximus, populum nec in totum jus imperii retinere, sed omne jus imperii transtulisse in imperantem sub certa lege.

„g) (ATQUE ADEO REGE EXSTINCTO JUS IMPERANDI AD POPULUM REDIT:) Hoc non inde est quod jus imperii in populo sit tanquam in toto, sed quia familia regis exstincta cessat dispositio populi, qui in hunc casum jus imperii sibi reservavit.

„h) (SI ELECTUS EST:) Tunc enim soli regi, non familiæ, jus ex dispositione populi quæsitum est.

„i) (AUT REGIS FAMILIA:) Ut in regnis hæreditariis.

„k) (UT SUPRA OSTENDIMUS:) *L. 1. c. 3. §. 10. n. 4. L. 2. c. 6. §. 10. & §. 15.*

„l) (QUI REIPUBLICÆ FORMA MUTATA: &c.) Sententiam hanc Peripateticorum refutavimus supra

[m] harmonia non eadem est ubi a Dorico modo in Phrygium transitur.

2. [n] Sciendum enim est [o] unius rei artificialis plures esse posse species, sicut legionis species [p] una est qua regitur, [q] altera qua militat Ita civitatis species una est [r] consociatio juris atque imperii: [s] altera relatio partium inter se earum quæ regunt, & quæ reguntur. [t] Hanc spectat

„supra §. 3. eamque mox uberius examinabimus.

m) (HARMONIA NON EADEM EST UBI A DORICO MODO IN PHRIGIUM TRANSITUR:) Differunt omnino ratione modi, at non ratione substantiæ, utrobique enim est Harmonia: ita civitas eadem manet sive a rege sive a primoribus gubernetur.

n) (SCIENDUM ENIM EST:) Author refutat Aristotelem, & ait, mutata forma civitatis hanc tamen eandem manere ratione parentium, etsi non ratione imperantium: idque exemplo legionis probat, quæ, qua militat, semper eadem est, qua regitur, alia videtur: at vera responsio hæc est, quod forma non sit de substantia rei, adeoque civitas eadem maneat quomodocunque gubernetur, quia modus hic accidentalis est, qui abesse salva civitate potest.

ADDITIO.

„Author recte statuit, mutata imperii forma „non mutari populum, sed eundem manere qui „antea fuit:

„Adversarium sibi sumit Aristotelem, *qui mu*„*tata reipublica formam negat eandem esse civitatem.* „*Pol. l. 3. c. 4.* eique respondet, unius rei artifi„cialis plures esse species: ita civitatis speciem *unam* „esse *consociationem juris atque imperii*, i. e. spi„ritum illum qui civitatem continet: *alteram* vero, „*relationem partium inter se earum qua regunt, &* „*qua reguntur*; i. e. formam reipublicæ.

„Unde concludit, Aristotelem de muta„tione *posterioris speciei* intelligendum esse, ni„mirum de mutatione formæ, quam Politicus spe„ctet, non ICtus, qui priorem speciem civitatis „spectet, quæ non mutatur mutata forma: at„que hanc duplicem civitatis speciem non latuisse „Aristotelem ait:

„Equidem, quæ subtiliter satis hic disputantur „nec menti Aristotelis conveniunt, nec dubium „tollunt. Præmittendum autem est Aristotelem „in *l. 3. c. 2.* quærere, *an ejecta tyranno adeoque* „*facta mutatione civitatis, qui interim recepti fuere* „*cives jam desinant esse cives?* Postea in *d. l.* 3. „*c.* 3. porro quærit, *Num, si ejecto tyranno in* „*popularem statum sit mutatio, populus pecuniam* „*mutuam solvere teneatur?* quia non civitas sed ty„rannus eam suscepisset: Cum vero decisio hujus „rei dependeat ab alia quæstione, nimirum *quando* „*sit civitas eadem, quando alia*, in *d. l.* 3. *c.* 4. ra„tionem dubitandi proponit, *videri* scl. *va*„*riata reipublica gubernanda forma civitatem ean*„*dem non permanere.* Tandem decidit, *eandem esse* „*civitatem ad rempublicam respicientes, sed alio* „*vocari nomine.* Atque his expositis in fine *d.* „*c 4.* addit, *utrum autem justum sit reddere pecu*„*niam mutuam mutata reipublica gubernanda spe*„*cie*, λόγοσ ἕτερoσ, alia est ratio seu quæstio.

„His ita præmissis, apparet (1) Aristotelem hic „non respicere duplicem civitatis speciem, sed „unam illam speciem, quatenus scilicet relationem „respicit inter regentes & eos qui reguntur: *An* „*nimirum sit eadem civitas & idem populus.* Ap„paret (2) hanc quæstionem non spectare Politi„cum sed Jurisconsultum, quia ab ea dependet „quæstio, *an mutata civitate populus teneatur* „*solvere pecuniam mutuo sumtam?* Apparet (3) „Aristotelem non asserere populum alium videri, sed „enim potius contrarium statuere, *eandem esse rem*„*publicam & civitatem sed alia vocari nomine:* quod „(4) vel exinde patet, quia statuit populum te„neri solvere pecuniam ante mutationem status „mutuo sumtam, *d. l. 3, c. 4. in fin. junct. c 2.* „quod verum non esset, si populus idem esse de„siisset. Adeoque (5) omnia gratis hic disputan„tur ab Authore, cum Aristotelem adversarium „non habeat.

„*o*) (UNIUS REI ARTIFICIALIS PLURES ESSE „POSSE SPECIES:) Scilicet accidentales, nam es„sentialis species una saltem est, qua sublata res „interire videtur.

„*p*) (UNA EST QUA REGITUR:) Hæc species „mere accidentalis est, eadem enim legio per unum „vel per plures regi potest.

„*q*) (ALTERA QUA MILITAT:) Hæc species „essentialis est, adeo, ut ea cessante desinat esse „legio.

„*r*) (CONSOCIATIO JURIS ATQUE IMPERII:) „Hæc est species substantialis civitatis, quia ces„sante hoc spiritu desinit esse civitas.

„*s*) (ALTERA RELATIO PARTIUM INTER SE „EARUM QUÆ REGUNT ET QUÆ REGUNTUR:) „Rectius forma illa regiminis: quæ est species sal„tem accidentalis, & mutari potest salva civitate: „Neque enim ad essentiam civitatis aliquid facit, „sive ab uno sive a pluribus sive ab omnibus re„gatur.

„*t*) (HANC SPECTAT POLITICUS:) Imo Politi„cus saltem examinat quæ nam forma melior sit: „si autem forma mutata semel est, uti Aristoteles „supponit, hæc species spectat jurisconsultum, „nam quæritur *an mutata forma civitas mutetur*, „i. e. jus civitatis pereat, quæ quæstio juris est.

D. c. 3. Pol. lib. III. ſpectat Politicus,[u] illam Jurisconſultus:[v] quod nec Ariſtotelem latuit cum ita ſubjicit: *an vero exſolvenda ſint nomina necne mutata gubernandi forma, alia inſpectio eſt*:[w] artis ſcilicet alterius,[x] quam cum politica non confundit Ariſtoteles, ne quod in aliis culpat admittat ipſe μεταβαίνων ἐκ γένυς εἰς μένος [y] ab uno tractandi genere ad alterum tranſitum faciens.

3.[z] Non deſinit debere pecuniam populus rege ſibi impoſito, quam

„u) (ILLUM JCTUS:) Illo & hanc JCtus ſpectat.

„v) (QUOD NEC ARISTOTELEM LATUIT:) Ariſtoteles non cogitavit de duplici ſpecie, nedum „de tali ſpecie quæ Politicum ſpectet; nam ſolam „quæſtionem examinat, *an mutata forma eadem* „*civitas maneat?* Hæc quæſtio juris eſt: Sed & „dictum jam eſt, Ariſtotelem non diſſentire ab Au„thore, adeoque fruſtra de ejus mente concilianda „agi.

„w) (ARTIS SCILICET ALTERIUS:) Nimirum „juriſprudentiæ: At dictum eſt in textu græco fal„tem aſſeri, *aliam hanc dubitationem eſſe*, non „aliam artem: Nam in præcedenti c. 2. dubium „hoc propoſuerat: *Cum ex regio vel ariſtocratico ſta*„*tu ad popularem ſit mutatio, neque mutuatam pe*„*cuniam ſolvere quidam volunt, quaſi non civitas* „*eam ſuſcipiat ſed tyrannus, nec alia hujus modi* „*per multa &c.* Atqui hæc quæſtio juris eſt.

„x) (QUAM CUM POLITICA NON CONFUNDIT:) „Ariſtoteli quæſtio plane non eſt de politica, ſed ſpe„cies de qua ei quæſtio eſt, unice ſpectat JCtum, „uti vidimus.

„y) (AB UNO TRACTANDI GENERE AD ALTE„RUM TRANSITUM FACIENS:) Diverſas diſciplinas „eſſe juriſprudentiam & politicam nemo negabit, „idque probavimus in *proleg.* §. 57. At dictum „eſt in præſenti materia Ariſtotelem juris quæ„ſtionem tractare, non politices.

z) (NON DESINIT DEBERE PECUNIAM POPULUS:) Æs alienum publicum, i. e. ad publicas neceſſitates contractum, debet populus ex territorio & bonis publicis: eodem modo ut privatus, æs alienum contrahens, debet ex ſuo patrimonio ſuisque facultatibus: Si vero bona publica vel non ſint, vel non ſufficiant, per collectas populus contribuere debet; ſinguli enim operis & opibus ſuis defendere rempublicam tenentur. Idque verum eſt, etſi illi qui tempore contracti æris alieni vixere, diu mortui, vel forma reipublicæ mutata ſit:

His principiis poſitis omnes quæſtiones, quæ in hac materia moveri ſolent, facile deciduntur.

Primo enim quæritur, an ejectis regibus respublica obligetur ad debita a regibus contracta ſolvenda? Affirmatur; quia idem populus manet ex cujus patrimonio debetur. Sed & vice verſa Imperatores tenebantur ad æs alienum ſub libera republica a Senatu contractum, ex eadem ratione. Atque ita rem quoque decidit Ariſtoteles *Politic. l.* 3. *c.* 3.

Secundo quæritur, ſi rex tyrannus ejicitur, ſtatusque reipublicæ hoc modo mutatur, an respublica æs alienum a tyranno contractum ſolvere teneatur? Affirmatur, ſi in utilitatem reipublicæ pecunia verſa eſt, nam poſſeſſor tenetur adminiſtrare, adeoque ea facere quæ ad utilitatem publicam pertinent. Accedit quod ratione extraneorum, qui pecuniam credunt, populus ſemper obligetur, quia extranei ſequuntur poſſeſſionem: *Vid. L.* 1. *c.* 4. §. 3. Adeoque hic quoque populus ex patrimonio ſuo debet.

Tertio quæritur, an civitate deleta, i. e. populo exſtincto (uti in Carthagine factum eſſe legimus in *L.* 21. *ff. Quib. mod. uſusfr. am.*) æs alienum exſtinguatur, Negatur: Quia populus debet ex ſuo patrimonio, etſi ergo populus deficiat, ſupereſt tamen ejus patrimonium, ſub quo etiam continetur territorium. Unde illi qui territorium hoc occupant, ſuccedunt in debitum *Vid. quæſt. quintam.*

Quarto quæritur, an territorio ſublato, forte per inundationem, famem, peſtilentiam &c. (*Vid.* §. 7.) populus, quia alio migravit, adhuc obligetur ad æs alienum? Affirmatur: Nam uti inter privatos obligatio inhæret perſonæ, ejusque patrimonio: Ita in populo contrahente obligatur (1) ipſe populus. (2) territorium ejus, i. e. patrimonium populi (utpote ſub quo æs alienum quoque continetur: de quo infra *Lib.* 3. *c.* 8. agemus) Etſi ergo territorium deficiat, manet tamen obligatio in populo, qui non deficit. Quod verum eſt ſi totus populus migret, ſecus vero ſi ſinguli migrent, etſi eo animo ut proprium imperium conſtituant; nam migrantes non amplius ſunt pars civitatis, (niſi authoritate civitatis ejusque nomine novas ſedes occupent: *Vid.* §.) adeoque nec cives nec ſubditi amplius ſunt, qui ſoli ad onera publica tenentur.

Quinto quæritur, an illi qui populi migrantis ſedes occupant, debita hujus populi ſolvere teneantur? Affirmatur: quia æs alienum patrimonio populi, i. e. territorio inhæret, hoc igitur cum ſuo onere tranſit ad occupantes, adeoque hi pro modo territorii æs alienum ſolvunt.

Sexto quæritur, an plerisque civibus fame vel peſte ſublatis, pauci illi qui ſuperſunt teneantur ad æs alienum civitatis? Affirmatur, ſi animum habent conſervandi civitatem, quia populus nondum interit, & civitas ſubſiſtit etiam in uno. *Diſſentit Grotius ſupr.* § 4.

Septimo quæritur, an victor teneatur ſolvere debita

quam liber debebat: [aa] est enim idem populus, [bb] & dominium retinet eorum quæ populi fuerant, [cc] imo & imperium in se retinet, quanquam jam non [dd] exercendum a corpore, sed a capite: unde parata est responsio ad controversiam ex facto nonnunquam agitatam, [ee] quo loco in conventibus sedere debeat qui summum imperium in populum ante liberum accepit; eodem nimirum quo ipse populus: sicut in Amphictyonico consessu Phocensium locum accepit [ff] Philippus Macedo, [gg] sic vicissim qui regis fuerat locus, eum populus liber implebit.

§. IX.

[a] Quod si quando uniantur duo populi, non amittentur jura, [b] sed communicabuntur, [c] sicut Sabinorum primo, [d] deinde Albanorum Liv. 1, 13.

bita populi bello victi? Affirmatur: quia victor per ultimam victoriam acquirit patrimonium populi, cui æs alienum inhæret: de quo uberius agetur *infra L.3.c.8.c.9.§.6.& 7.*

Octavo quæritur, an sublata republica successores teneantur ex delicto antecessorum? Negatur: sed delictum tenet suos Authores, nisi de rei persecutione quæstio sit.

„*aa*) (EST ENIM IDEM POPULUS:) Forma, re„gimenque, & habendi modus saltem mutatur.

„*bb*) (ET DOMINIUM RETINET EORUM QUÆ „POPULI FUERANT:) Patrimonium enim populi „manet, cui inhæret æs alienum.

„*cc*) (IMO ET IMPERIUM IN SE RETINET:) „Imo populus nullum jus imperii in se habet, il„lud enim pleno jure transtulit in Regem. Vid. „*L. 2. c. 3. §. 8.*

„*dd*) (EXERCENDUM NON A CORPORE SED A „CAPITE:) Rex non tantum exercitium imperii „habet, sed & jure proprio imperium tenet. *d. §. 8.*

„*ee*) (QUO LOCO IN CONVENTIBUS SEDERE „DEBEAT QUI SUMMUM IMPERIUM ANTE LIBE„RUM ACCEPIT:) Utitur scilicet jure populi, nec „enim potest plus juris habere quam is in „cujus jus & locum surrogatur: idque exemplo „Philippi Macedonis probat Author: ita Cosmus, „Dux Florentiæ noviter creatus, Alfonso Ferra„riæ duci, ex antiquissima familia orto, præfere„batur, quia Florentiæ urbs Ferrariæ ducibus sem„per præivit. *Thuan. 32. p. 634. L. 44. p. 893.* „Conf. *Puffend. L. 8. c. 12. §. 4. & Limn. jus publ.* „*L. 4. c. 9. n. 87.*

„*ff*) (PHILIPPUS MACEDO:) Imo non ex suo jure „in collegium Amphictionum cooptatus est, sed „jure Phocensium qui se ei dederunt, & qui duo „suffragia habebant. *Diod. Sic. L. 16. c. 15.* Cæte„rum sordidum & obscurum ante fuit Macedoniæ „nomen, *Just. l. 6. c. 5.* & Persæ Macedonas fœ„dam gentem vocabant *ibid. l. 7. c. 3.*

„*gg*) (SIC VICISSIM QUI REGIS FUERAT LOCUS „EUM POPULUS LIBER IMPLET:) Rex enim omne „jus suum, adeoque & dignitatem ac ordinem ex „dispositione populi & ex ejus jure habuit. Idem „ergo jus, eadem dignitas, & idem ordo deficiente „rege redit ad populum. Cæterum de ordine in„ter reges & principes Author egit supra *L. 2. c.* „*5. §. 21. & 22.*

a) (Grot.) (QUOD SI QUANDO UNIANTUR DUO POPULI NON AMITTENTUR JURA:) Ut ex Celtis & Iberia facti Celtiberi, narrante *Diodoro* (*Lib. V. c. 33.*) Vide, si vacat, de hoc argumento *Reinkingium* libro 1. classe 4. c. 17. n. 95. & quæ ibi citata.

ADDITIO.

Plures populi in unum coalescere possunt, & tunc unum fiunt ex dispositione, at unum fiunt non nisi quatenus disponunt: ibi ergo nec superior est nec inferior, sed eodem jure & imperii & civitatis invicem utuntur: Hoc factum inter Romanos & Sabinos, qui ex tempore unionis communi nomine Quirites dicti sunt: Per hanc coalitionem igitur jus imperii unitur, & civitates eo animo uniuntur ut eodem jure invicem utantur:

Notanter dixi, jus imperii juraque publica uniri per talem coalitionem, non ergo jura privata: hinc nomina quæ civitas altera privatis debet, salva manent.

„*b*) (SED COMMUNICABUNTUR:) Ita enim dis„ponunt, & eo animo coalescunt ut non nisi unum „constituant populum: Secus ergo si plura regna, „pluresque provinciæ ita uniuntur, ut vel rex sit „communis, ut in Anglia; &c. vel ut commune sal„tem sit concilium, ut in Belgio: Tunc enim publica „jura cujusque regni populi & provinciæ manent „integra, non confunduntur hactenus nec com„moda nec onera publica: nec singula regna obli„gantur legibus regia nisi quæ communi consensu „statutæ sunt: *Vid. lit. b.*

c) (SICUT SABINORUM:) Sub Romulo, post bellum ex raptu virginum ortum, *nec pacem modo sed & civitatem unam ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam: Liv. L. 1. c. 13.*

d) (DEINDE ALBANORUM:) Post pugnam trium Hora-

norum jus in Romanos transfusum est, [e] & una facta respublica, ut Libro 1. c. 28. Livius loquitur. [f] Idemque censendum de regnis [g] quæ non foedere, [h] aut eo duntaxat quod regem communem habeant, sed vera unitate junguntur.

§. X.

[a] Contra evenit, ut quæ una civitas fuerat dividatur, aut [*] consensu mutuo, [b] aut vi bellica, sicut corpus imperii Persici divisum est in Alexandri successores. Quod cum fit, [c] plura pro uno existunt summa imperia, cum suo jure in partes singulas. [d] Si quid autem commune fuerit, id aut communiter est administrandum, aut pro ratis portionibus dividendum. [e] Huc referenda & discessio quæ ex con-

Horatiorum & Curistiorum, regnante Tullio Hostilio. *Liv. L. 1. c. 24.*

ADDITIO.

„Albani jure victoriæ populo Romano juncti „sunt; Unde Albani cives Roman traducebantur, „& Alba diruebatur. *Liv. L. 1. c. 29.*

„Exempla junctorum populorum exstant in La„tinis & Trojanis sub Ænea: *Liv. L. 1. c. 2.* & ho„die in Anglia, Belgio, &c.

„e) (ET UNA FACTA RESPUBLICA:) At ea cum „differentia, quod Sabini ad communionem impe„rii admissi sint; Albani vero jure victoriæ, sublato „eorum imperio, civitati adscripti fuerint.

„f) (IDEMQUE CENSENDUM DE REGNIS QUÆ „NON FOEDERE &C. SED VERA UNITATE JUNGUNTUR:) „Adeoque quæ iisdem juribus publicis utuntur, ac „iisdem legibus communi consensu junguntur.

„g) (QUÆ NON FOEDERE:) Etsi inæquali: nam „ita junctis salva est summa potestas. Vid. *supr.* „*Lib. 1. c. 3. §. 16.*

h) (AUT EO DUNTAXAT QUOD REGEM COMMUNEM HABEANT:) Bene Author distinguit an plura regna vera unitate jungantur, an saltem communem regem habeant: in illis ipsum jus imperii communicatur, in his vero salvum cuique regno jus est. *Vid. L. 1. c. 3. § 7. n. 2* Etsi igitur Angliæ & Scotiæ regna unita sint, jura tamen publica separata sunt: diversa igitur manent regna, diversa imperia, diversi populi, & diversa utriusque jura

a) (CONTRA EVENIT, UT QUÆ UNA CIVITAS FUERAT DIVIDATUR:) Uti plures populi vi, vel dispositione sua in unum coalescere possunt, ita idem populus eadem vi & ex eadem dispositione in plures dividi potest: quod contigit in Persia post obitum Alexandri Magni:

„*) (CONSENSU MUTUO:) Ita enim Galli a rege „Bythiniæ in auxilium vocati, regnum eum eo, „parta victoria, diviserunt, eamque regionem Gallo„græciam nominaverunt. *Just.* 25. 2. Ita Ludo„vicus Pius anno 842. suum imperium Procerum „consensu inter filios divisit, & majori Imperium, „medio Germaniam, minimo Galliam reliquit. „*B. Par. Jus publ. c. 5. §. 14. seq.* Sic Darius „regnum divisit inter Artaxerxem & Cyrum. *Ju*„*stin.* 5. 11.

„b) (AUT VI BELLICA, SICUT CORPUS IMPERII „PERSICI DIVISUM EST IN ALEXANDRI SUCCES„SORES:) Nam regnum bello quæsitum erat, adeo„que inconsultis Persis dividi poterat. *Vid. Justin.* „*13. 4. Curt. 10. 10.* Ita Romani jussere Mithrida„tem Ariobarzani Cappadocia cedere, suspectam ha„bentes amplitudinem regni Mithridatici. *Appian.* „*de bell. Mithr. n.* 17

„c) (PLURA PRO UNO EXISTUNT SUMMA IM„PERIA CUM SUO JURE IN PARTES SINGULAS:) „Cum enim jam duo sint populi separati, diversa „quoque ejus sunt imperia, omniaque jura publica: „& quæ antea in toto fuere, jam in singulas tran„seunt partes in solidum.

„d) (SI QUID AUTEM COMMUNE FUERIT, ID „AUT COMMUNITER EST ADMINISTRANDUM, AUT „PRO RATIS PORTIONIBUS DIVIDENDUM:) In di„visione regni quædam indivisa manere possunt; „ea igitur vel communiter administrari, vel di„vidi debent: si alteruter dividentium contendat „portionem illam suæ accessisse parti, res armis „decidenda est: quod inter successores Caroli „Magni factum legimus:

e) (HUC REFERENDA EST DISCESSIO QUÆ EX CONSENSU FIT IN COLONIAS:) Varii hic distinguendi sunt casus: Nam I. vel mittuntur coloniæ AUTORITATE PUBLICA: & missi vel intra territorium mittentium civitatem condunt, (quo casu omnino manent in potestate mittentium) vel extra fines imperii, & tum videndum qua lege mittantur, an ut mittentium jure & nomine sedes quærant, an ut suo jure:

Si *ea lege* mittuntur ut nomine mittentium novam civitatem constituant, colonia est nudum instrumentum populi mittentis, & migrat non ut cives esse desinant, sed ut alibi habitent, indeque manent sub potestate & imperio mittentium. Extant ejusmodi coloniarum exempla in Batavis, Gallis, Hispanis, Anglis &c. qui in novum orbem traduxere colonias, eorum imperio hodieque subjectas. Hæ coloniæ, publica autoritate missæ, in hostili terra jus belli habent ex jure mittentium

Si

consensu fit in colonias. Nam sic quoque [f] novus populus sui juris nascitur: ȣ̓ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὅμοιοι εἶναι ἐκπέμπονται, inquit Thucydides. *Non enim ut servi, [g] sed ut pari jure sint dimittuntur.* [h] Idem secundam coloniam a Corinthis Epidamnum deductam narrat ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ. *ut pari jure esset.* Rex Tullus [i] apud Dionysium Halicarnassem: τὸ δὲ ἄρχειν ἐκ παντὸς τῶν ἀπάντων τὰς μητροπόλεις ὡς ἀναγκαῖόν τι φύσεως νόμιμον, ȣ̓́τε ἀληθὲς ȣ̓́τε δίκαιον ἠξιοῦτο ἀφ' ἡμῶν *Ut omnino matrices urbes coloniis imperent, quasi naturæ lege, id vero nos neque verum neque æquum arbitramur.*

Libro 1. c. 34.

Cap. 27.

Libro 3. c. 11.

§. XI.

Si *ea lege* mittuntur ut suo jure suisque auspiciis novas sedes quærant, tunc vel sedes figunt in terra quæ nullius est, & ipsi fiunt populus liber, nec præter reverentiam ullum coloniæ vinculum cum matrice intercedit. Vid. *supr. l. 2. c. 3.* §. 21. Vel sedes figunt in territorio occupato, & tunc subsunt illius territorii potestati. *Vid. supr. L. 2. c. 2. §. 16.* Nisi jure belli sibi sedes acquirant, qua ratione Gothi in Italia & Hispania proprium regnum constituerunt.

Vel II migrat populi pars INVITIS SUPERIORIBUS, & sedes quærit extra fines imperii; in hos nullum jus matricis superest. Quæ fuit celebris illa disceptatio inter Albanorum ducem Suffetium, qui ajebat, jus naturæ apud omnes valere ut generis Authores præsint suæ soboli, (Romani enim erant colonia Albanorum) & inter Tullium regem Romanorum, qui id prolatis exemplis negabat apud *Halic. L. 3. c. 13. seq.*

Si pars populi, privata autoritate migrantis, sedes figat in *terris nullius*, ipsi fiunt summa potestas; unde Roma, colonia Albanorum, a privatis quibusdam expositis, & ab omni jure civitatis exclusis, in loco nullius condita, libera fuit civitas: idque merito Tullius Suffetio respondet. *d. l.* Si vero sedes quærat in *alieno* territorio, subjiciuntur illius imperio:

ADDITIO.

„Alia quæstio est, an populo migranti ejusque „parti sedes denegari possint? de qua vide supra, „*L. 2. c. 2. §. 17. Add. d. 2. c. 22. §. 8.* Diximus „ibidem jure naturæ sedes denegari quærentibus „posse, nec justam inde oriri belli causam; quia „possessores de suo jure disponere pro lubitu possunt, „neque migrantes ullum jus in re aliena habent: „quicquid dissentiat Grotius *dict. loc.*

„*f*) (NOVUS POPULUS SUI JURIS NASCITUR:) „Quod verum demum est, si privata autoritate mi„gret, & terras quæ nullius sunt occupet: vel si „publica quidem authoritate dimittatur, sed non ea „lege, ut nomine mittentium civitatem constituat,

g) (Grot.) (SED UT PARI JURE SINT DIMITTUNTUR:) Salva tamen reverentia matricibus debita, de qua egimus lib. 1. c. 3. §. 21. *Curtius libro 4. Carthaginem Tyrii condiderunt, semper parentum loco culti.* (Cap. 2.)

ADDITIO.

„Hoc a lege missionis dependet, nam si „jure mittentium sedes quærunt, verum non est „pari jure dimitti.

„*h*) (IDEM) *L. 1. cap. 34.*

„*i*) (APUD DIONYSIUM HALICARN.) *L. 3. c. 13. seq.*

(AD §. XI.) Author, ut Gallis & Pontifici assentiatur, iniquus admodum hic est in Germanos, & contra annalium atque actorum publicorum fidem statuit, imperium Romanum ex concessione populi Romani ad reges Germaniæ pervenisse, cum jure potius victoriæ illud Germaniæ quæsitum esse constet. Sane urbs Roma tempore Caroli M. jam 400 retro annis exeidit libertate: Roma igitur Carolo non potuit Imperium dare quod ipsa non habuit. Historia illorum temporum fidem facit Carolum fugato desiderio, Longobardorum rege, Italiam jure belli occupasse, eoque Romam quoque; quin ipso omne jus, quod olim Romanorum fuit, in Carolum magnum transiit, eodem modo quo Alexander M. jura regni Persici transtulit in Macedoniæ regnum.

Neque *obstat* 1. Quod reges Germaniæ ipsi imperium non Germanicum sed Romanum asserant: Das heilige Römische Reich, 2c. Resp. 1, addunt notanter Das heilige Röm. Reich teutscher nation: unde Imperium Romano GERMANICUM vocatur: (2) factum id est veneratione nominis Romani. *Vid. jurispr. publ. c. 6. §. 12. & c. 8. §. 23.*

Obstat 2. Imperatores Græcos, erepto occidente per Gothos, jus imperii ejusque titulum retinuisse, adeoque Romanum imperium tempore Caroli M. vacuum non fuisse: Resp. Imperium Græcorum ipsum fuit pars imperii Romani, vera sedes hujus imperii fuit Roma & Italia, hoc imperium erat sublatum. Ipsi Græci Imperatores agnoverunt regnum Gothorum, reliqua ipsi jure provinciæ tenebant: Imperium igitur occidentis plane exstinctum erat, & Carolus M., ut Francorum rex, sedem imperii occidentalis, Italiam & Romam, jure belli acquisivit, eoque suæ Germaniæ quæsivit.

ADDITIO.

„Author occasione celebris illius quæstionis, „*quando nam idem videatur populus, quando diver„sus*, aliam quæstionem æque celebrem examinat, „an scilicet *imperium Romanum hodiernum diver„sum sit ab antiquo*: Negat id Author, & populum „Romanum hodie eundem esse ait qui fuit olim sub „Senatu, &c. ejusque demum consensu imperium, „vere Romanum, in Germaniæ reges esse collatum:

 „Inde

„indeque male dici Imperium Germanicum: Beatus parens econtrario statuit Imperium Romanum „in occidente penitus sublatum fuisse, inque ejus „locum regnum Gothorum, victisque Gothis reg„num Germanorum successisse;& Carolum magnum „jure victoriæ ut totam Italiam, ita & Romam, „eoque imperium per 400 annos derelictum,armis „occupasse, omneque illud jus in suam Germani„am transtulisse: atque hinc recte ait vocari imperium Romano Germanicum. Rationes juris gen„tium exposuit in Jurisprudentia sua publica. *c. 6. „§. 8. & seq.* quas ob argumenti gravitatem de „scribere hic liceat: verba ejus hæc sunt:

Urbs vero Roma tempore Caroli M. jam a 400 retro annis erat bella capta & in servitutem redacta; atque tandiu municipium Regni Gothorum, &c. vel Exarchatus Græcorum: jamque dudum Roma illa Imperio Occidentis adeo exciderat, ut nec latum unguem terræ, eum summo imperii Occidentis tum teneret.

Ita enim Onuphr. *de Comit. Imp. cap. 4. n. 3. Brevi* ait, *præclarissima omnium Urbs Roma Barbarorum mancipium facta fuit.* Et Hieron. apud Sigon. *de Imp. occ. lib.* 10. *in ann.* 410. *Capitur urbs, quæ totum cepit orbem.* Tum exstinctum esse Imperium occidentis omnes consentiunt. Jornand. *de Reg. suc.* ait: *Sic Hesperium regnum Romani populi, quod 709. U C. anno primus Augustus tenere cœpit, cum hoc Augustulo periit, Gothorum de hinc Regibus Romam tenentibus.* Baron. *Annal. ad ann. 476. Imperium,* ait, *Occidentale NB. collapsum est penitus, & devolutum ad Barbaros.* Frising. *Chron. l. 4. c.* 31. Regnum hoc sublatum conquestus, *Urbs* addit, *misera non solum capta, sed jure victoris NB. in potestatem ac Imperium peregrinorum lachrymabiliter subacta invenitur.* His querelis inchoat & finit Sigonius opus suum *de Imp. Occ.* ubi *in lib.* 1. *pr.* ait: *Quod hostes imperium funditus everterint.* Et mox: *Quod vetere Imperio in Occidente sublato, novæ Barbarorum dominationes & novationes & nova regnorum domicilia recepta sint.* Et *in fin. lib. 20. Posthac ipso prorsus extincto Imperio res Romana in multa regna est distributa, Francorum &c.* Item *d. lib. 20. in princ. Gothis pulsis rerum summa ad Imp. Orient. tis delapsa est: Itaque NB. Italia posthac tanquam Orientalis imperii Provincia per Narsetem gubernata est.* Idque paulo post repetit. It. Onuphr. *d. c. 4. n. 5. Italia,* ait, *statim Orientis Imperio accessit.* Et mox: *Gothis exactis, & Italia imperio Orientis adjuncta, proprium Imp. vel Regem habere desiit, quæ olim Imperium ipsum pepererat; atque ad eas provincias transiit, quæ a Romanis ipsis victæ fuerant: adeo vana, fluxa &c.*

10. Capta scil. est Roma, misereque direpta (1) Ab Alarico Gotho, ann. 410. Kal. Apr. *Frising. d. c. 31. Sigon. de Imp. Occ. lib. 10. in fin.* (2) A Genserico, Vandalorum Rege, an. 455. *Sigon. d. tr. lib.* 14. *post princ.* (3) Ab Odoacro Herulo ann. 476. *Sigon. d. lib.* 14. *in fin.* (4) A Theodorico Ostro-Gothorum rege ann. 494. *Sigon. d. tr. lib. 16. princ.* (5) A Totila, *Procop. rer. Goth. lib.* 7. (6) A Belisario; Et, abeo deserta, (7) iterum a Gothis. *Procop. d. lib.* 7. (8) Denique usque ad Carolum M. Exarchis Græcis subjecta & a Longobardis perpetuo vexata. *Onuph. d. c. 4. n. 6. &* 7. Interim quæ servitutis mala! Attila totam exscindere, Ataulphus nomen quoque delere, & Gothiam appellare statuerat, *Sigon. d. tr. lib.* 13. *& lib.* 11. *princ.* Cum Totilas primum eam cepisset, vix 500. e plebe remanserant, reliquis vel dissipatis vel lue peremtis: *Procop. d. lib. 7. Aretin. de Bell. Goth. lib. 3.* cum iterum; vix 300. qui ad templa confugerant. *Sigon. d. tr. lib.* 19. *in ann.* 549. Quin in an 546. dixerat: *Urbs Roma intolis omnibus amotis prorsus est destituta,memorandum inter pauca exempla humanæ fortunæ ludibrium &c.* Adeo urbs hæc nullam tum libertatis, nedum Imperii; sed tota servitutis faciem fortunamque retulit!

Sed & eo justior visa tum fuit regum Barbarorum possessio, quod ipsi Imp. cesserint iis Italiam: Ita ex *P. Diacono* Sigonius *de Imp. Occ. lib.* 15. *in ann.* 488. *Zeno,* ait, *Italiam ei,* (Theodorico) *quemadmodum P. Diaconus inquit, per Pragmaticam tradidit &c.* Unde & cives urbis Romæ Odoacro Regi, ingressum petenti, dicebant: *Se Theodorico, ut Justo Domino obtemperare velle,* ut refert idem Sigon. *d. l.* 15. *in ann.* 490. Qui & Anastasium pariter Italiam eidem regi reliquisse ait. *lib.* 16 *in princ.* Sequentes quoque Impp. & ipsum Justinianum Gothorum Reges pro legitimis regibus Italiæ agnovisse patet ex literis invicem datis, quæ passim extant apud Cassiod. *Variar. lib. 1. 2. 8. 10. &* 11. Neque Justinianus bello suo prætexuit causam usurpatæ Italiæ, sed occisæ Amalasuentæ. Sig. *d. tr. l. 17. in ann. 534. in f.* Quin Onuphrius *d.c.4.& 5.* & laudat egregie hos reges,& diserte ait; *Gothos a Justiniano injuste admodum bello petitos,& exactos esse.* Et Alciatus *in doctiss. disp. de formul R. Imp. Gothorum,* ait, *regnum, cum Imperatoris autoritate confirmatum, legitimum plerisque bono cum jure visum fuit.* Denique cum urbs Justiniano & Græcis se dedidisset, Totilas Gothos *indigenas,* Græcos contra *peregrinos* vocat, & gravi oratione Romanos increpat, quod ab indigenis & amicis ad Græcos defecissent. Procop. *d. lib. 7. Rer. Goth.* Aretin. *de bell. Goth. lib. 3.*

Hujus igitur Urbis Incolæ qui potuissent Carolo M. Imperium Occidentis dare, cum quatuor retro seculis integris ipsi ne libertatem quidem, nedum ullam summi Imperii particulam, nimirum omnium vero Imperium Occidentis habuerint.

Jus, ratio, omniumque consensus probat, neminem alii dare posse, quod ne ipse quidem habet. At hujus Urbis incolæ continuis 4 seculorum immanissimis vastitatibus & cladibus consumti, trucidati, capti, pulsi, disjecti, non modo non habebant tum Occidentis Imperium; sed illud 400 annis ante jam erat extinctum, ipsique interim tot seculis sub jugo extraneorum regum, vel Græcorum, & sub servitute fuerant. *per §. 7. & seq.*

Accessit itaque Germaniæ Imperium Occidentis jure victoriæ, atque adeo re Germanicum, nomine Romanum.

Hoc enim non modo Otto I. sed jam ante Carolus M. in Germania natus, &, ubicunque natus, ejus Franciæ quæ Gallias subegerat Rex, occupat

cupato armis Occidente, & inprimis antiqua ejus sede Italia, jamdudum & per 4 secula integra Barbaris in prædam derelicta, Germaniæ fuæ jure belli acquisivit: quod proinde omnino Imperium Germanicum seu Francicum fuit, & tale a Victoribus optimo jure condi & constitui potuisset. Si enim Cyrus Persarum Rex destructo Babilonico Imperio, Persicum; Alexander M. victo Dario Græcum; Romani victa Græcia Romanum Imperium excitare potuerunt, qui minus Carolus M. & deinde Otto I. Germani, occupato Occidentis Imperio vel majore ejus parte, Germanicum?

Carolus vero (& deinde Otto I.) incredibili modestia, & inaudito hactenus exemplo, in eam urbem tria ingentia atque inæstimabilia beneficia contulit. *Primum*, quod, cum hostilem hanc suæque Germaniæ ab omni memoria infestissimam funestissimamque urbem hostiliter deripere atque in servitutem redigere posset, eripuerit eam jugo difficillimis trans Alpes expeditionibus, libertatemque ei dederit:

Sigon. *de Regn. Ital. lib. 4. princ. Jus legendi Pontificis Carolus M. Romanis eximia moderatione animi usus remisit, eosque Comitia antiqua ratione per Clerum populumque habere, modo sine tumulto ambituque, concessit.*

Alterum, quod Imperium suum per Occidentem armis quæsitum, cum re Germanicum esset, Romanum dici, seque Imper. Romanum Romæ vocari voluerit.

Ita optime hactenus Alciat. *de formul R. Imp. Carolus*, ait, *maximo hac expeditione apud omnes nationes nomine acquisito, cum arma per Germaniam omnem Pannoniasque circumtulisset, & non Italiam solum, sed & Illyrici aliquas Regiones* (vid. Eginh.) *Græco eripuisset, & JUSTUM aliquem titulum NB. ADEPTO Imperio prætendere posset, Cæsarem se & Rom. Imperatorem a Pontifice populoque Rom. designari NB. procuravit.* Unde Rex a Germanis principibus electus, etsi re Germanorum Rex eligatur, est tamen ac dicitur Rex Romanorum, absque ullo novo actu. Nec adjectus fuit titulus regis Germaniæ nisi a tempore Maxim. I.

Tertium, quod, cum hoc Imperium, nomine Romanum, nihil quicquam soli vel terræ haberet in quo consisteret; nullasque opes quibus defendi posset; de utroque prospexerint Reges Germaniæ.

Regna enim Franciæ & Italiæ tota sui juris ac liberrima, *cap. 5. §. 18.* atque ab Imperio Occidentis distincta, *sup. §. 4.* extra ea autem nihil amplius Imperii Occidentis, adeoque inane hoc nomen fuit. Verum I. Carolus M. & Otto de suo Regno Italico insigne patrimonium sedi Romanæ donarunt. Extant tabb. donationis Ott. I. apud Baron. *ad ann. 662.* Conr *de fin. imp. c. 10.* ubi hac formula fit donatio. *Offerimus tibi B.. Petre, &c. pro nostra animæ remedio &c. NB de proprio nostro regno civitates, oppida &c.* II. Idem Otto I, publica lege constituit, ut ei, qui Rex Italiæ foret, onus incumberet tuendi nomen Romanum, urbem scil. & ejus Episcopum, ac terram D. Petri. Ita ipsi Canones *in c. 33. dist.* 36. ubi formula Ottonis ita jurantis *Cuicunque Italicum regnum commisero, jurare faciam illum, ut adjutor tui sit, ad defendendam terram S. Petri secundum posse suum:* Quæ formula quoque est apud Sigon. *de Regn. Ital. lib. 6. in ann. 960.*

Hoc ergo Imperium Occidentis, re Germanicum, neque aliis conferri jure potuit, neque fere hactenus collatum fuit, quam vel regibus Germaniæ, vel illis quorum fuit Aquisgranum, seu sedes regia Franciæ Germanicæ.

Tantum excipitur Lotharii filius, qui diviso iterum in tres partes patris suo regno, Italiam non potuit cum Aquisgrano jungere: & quadriennii spacium, quo Carolus Calvus, Rex Galliæ, ejusque filius Ludoicus Balbus, nomine fere solo facti sunt Augusti. Causam ita reddit Regin. *lib. 2. in ann. 877. Carolus Imp. nomen a Papa Joanne ingenti precio emerat, regnumque Italiæ magis in transeundo vidit, quam fruendo potitus est.* Ab Ottone I. nulla jam interruptio. Diserte Sigon. *de regn. It. lib. 7. post ann. 973. Ab hoc*, ait, *tempore* (Ottonis I.) *qui Rex Germaniæ fuit, idem etiam Regnum Italiæ & Occidentale Imperium tenuit, ac propterea tres coronas accepit &c.* Nam & Alfonsus Hispaniæ & Richardus Angliæ Reges, electi a Germanis Germaniæ Reges facti, & jure Francorum usi sunt.

Unde liquet, qua fronte quidam non erubescant dicere (1) Imperium Occidentis esse beneficium & feudum Episcopi Romani; & ab eo traslatum a Græcis in Germanos; (2) Ab eodem accepisse Imp. jus eligendi Pontificis. Illud dicitur quoque *in c. 34. X. de Elect. & Clem. 2. de Re jud.* hoc in *c. 23. dist. 63.* Verum quam illud impium, hoc falsum sit, docuit ipse Frider. I. in Comitiis, *Radev. de Gest. Frid. I. 1. c. 10.* & Episcopi Germaniæ literis ad Papam datis, *ap. Radev. d. l. 1 c. 16.* idque ipse Papa denique agnovit in responsione sua, ap. *Rad. d. l. c.* 22. adeoque cessat jam quæstio hæc tota. Sed & tum *d. c.* 23. tum prædictas tabulas Ottonis I. suspectas esse demonstrarunt dudum viri pii & docti.

Quin in omnibus his concessionibus tacite reservatum intelligitur jus summi Imperii, & expresse reservatum fuit in ipsis quoque *tabb. donationis.* Additur enim hæc clausula: *Salva super eosdem Ducatus nostra in omnibus dominatione. & illorum ad nostram partem & filii nostri subjectione.* Item: *Salva in omnibus potestate nostra posterorumque nostrorum:* Ita Sigon. *de Regn. It. lib. 4. in princ. Exarchatum Ravennatem, Pentapolin, Ducatum Perusinum, Romanum, Tuscum & Campanum, NB. jure principatus & ditione sibi retenta, Pontifici permisit.* Idem reliquos quoque ducatus Ducibus concessisse ait, *antiquo feudi jure erga se, quod erga Reges Longobardorum fuerat, conservato.*

Formulam regni Italici, quam Carolus M. dedit, recitat Sigon. *d. l. 4. princ. Duces*, ait, *liberos jussit esse uno tantum Regii feudi vinculo obligatos, Porro autem populos & civitates in Regno sitas ita gubernare instituit. Regni limites atque oppida Comitibus administranda commisit, atque eis omnem publicam & privatam jurisdictionem mandavit. Extra ordinem autem legatos quosdam majore, quam Comites, cum potestate misit, quos Missos vocavit. Civitates item in verba Regis ju-*

§. XI.

Nobilis est & illa quæstio apud [a] historicos & jurisconsultos [b] de his quæ Romani imperii fuerunt cujus nunc sint: [c] multi ea nunc esse volunt Germanici sive regni, ut olim vocabatur, [d] sive imperii [e] (utro autem nomine appelles ad rem non refert) [f] & nescio quam surrogationem hujus imperii in illius locum sibi confingunt, cum tamen notum satis sit [g] Germaniam magnam, id est Transrhenanam, * totam maxima temporis parte fuisse extra complexum Romani imperii [h] Mihi non præsumenda videtur mutatio aut translatio, nisi certis documentis probetur: [i] Quare & populum Romanum eundem esse dico, qui olim fuit; [k] quanquam extraneorum accessione admixtum, [l] & imperium penes eum mansisse, [m] tanquam penes

rare instituit, atque in jurej. hac verba adjicere: Et vitam, membrum, mentem & rectum ejus honorem servaturum. Feudatariis autem, civitatibus, ecclesiis ac monasteriis certa tributorum genera imposuit: foderum, pararam & mansionaticum appellata &c. Quam eandem fere formam secutus est ac firmavit perfecitque Otto I. ut late Sigon. *d. tract. lib. 6. in ann. 973.*

„a) (HISTORICOS ET ICTOS:) Vide *Conring. de „fin. Imp. c. 7. & 10. Rhetius de jur. publ. l. 1. c. „2. §. 147. Limnæ. ad Cap. Caroli V. ait. 34. p. 105. „& Tom. 2. addit. ad l. 1. c. 4. n. 24.* Adde *Grou. „b. & B. Par. in jur. publ. c. 6 per tot.*

„b) (DE HIS QUÆ ROMANI IMPERII FUERUNT „CUJUS NUNC SINT:) i. e. An sint populi Ro„mani, an vero populi Germanici.

c) (MULTI EA NUNC ESSE VOLUIT GERMANICI SIVE REGNI &c.) Et jure: nam populus Germaniæ ex concessione populi Romani ea habere non potuit, quia hic imperio Gothorum suberat, adeoque Romanum imperium exstinctum fuit.

d) (SIVE IMPERII:) Scilicet Romano Germanici.

„e) (UTRO AUTEM NOMINE APPELLES AD REM „NON REFERT:) Imo regnum Germaniæ quam „maxime differt ab Imperio quoad effectum: mul„ta enim sunt jura Germanoiæ propria, quæ ad „Imperium Romano Germanicum non pertinent, „*Vid. B. par. jus publ. c. 7. §. 4. & seq.* ubi dif„ferentiam late explicat.

f) (ET NESCIO QUAM SURROGATIONEM HUJUS IMPERII IN ILLIUS LOCUM SIBI CONFINGUNT:) Diximus eodem jure quo Macedoniæ regnum surrogatum est in Imperium Persarum, eodem jure regnum Germaniæ surrogatum esse jure victoriæ in imperium Occidentis, quod Italiæ olim inhæsit.

„g) (GERMANIAM MAGNAM, i. e. TRANS RHENANAM: *Vid. jus publ. B. par. c. 2. §. 10.*

„*) (TOTAM MAXIMA TEMPORIS PARTE FUIS„SE EXTRA COMPLEXUM ROMANI IMPERII:) Quod „late probat *B. Par. d. c. 2. §.* 13: At quid inde? „nam hæc ipsa Germania ejusque Rex, postea sub„jugavit Italiam, & imperium Occidentis jure sur„rogationis in hanc Germaniam traostulit.

„h) (MIHI NON VIDETUR PRÆSUMENDA MU„TATIO AUT TRANSLATIO, NISI CERTIS DOCU„MENTIS PROBETUR:) Quæ certiora possint esse „documenta quam jus belli? Inter omnes coostat „Italiam urbemque Romam sub alieno imperio „fuisse, simmque Occidentis imperium amisisse: Ca„rolus enim M. occupato armis occidente, & inpri„mis antiqua ejus sede Italia, Germaniæ suæ hoc im„perium jure belli acquisivit, quod proinde omnino „Imperium Germanicum fuit, & tale a victoribus „optimo jure condi & constitui potuit. *B. Par. „jus publ. c. 6. §. 13.*

„i) (QUARE ET POPULUM ROMANUM EUNDEM „ESSE DICO QUI OLIM FUIT:) Potest idem popu„lus dici ratione societatis privatæ quæ inter cives „est; at non ratione imperii ac jurium publicorum: „Persæ enim devicti idem manebant populus, Per„sæ vocabantur, & separatam a Græcia provinci„am constituebant: at imperium eorum desiit, & „sic populus cum summa potestate non amplius „fuit. Pari igitur ratione Romani, Gothorum & „postea Francorum temporibus, manebant Roma„ni, & civitas Romana subsistebat, at imperium „Romanum sublatum fuit, atque hactenus popu„lus Romanus esse desiit:

„k) (QUANQUAM EXTRANEORUM ACCESSIONE „ADMIXTUM:) Etsi enim paucissimi in civitate Ro„mana superstites fuerint cives, (Totilas enim ad 500 usque, & postea denuo ad 300 usque delevit. „*B. Par. j. publ. c. 6, §. 10.*) Gothi, tamen, Van„dali, Heruli, & alii, qui in civitatem illam trans„migrarunt, in jus illius civitatis successerunt, eo„que populum continuarunt. at non liberum:

„l) (ET IMPERIUM PENES EUM MANSISSE:) „Hanc assertionem omnium annalium fidei repugna„re jam dixi: qua quæso ratione populus qui sub alie„no imperio fuit, qui Gothis paruit, qui provinciam „Græcorum constituit, imperium Occideotis con„servare potuit?

„m) (TANQUAM PENES CORPUS IN QUO ES„SET AC VIVERET:) Hoc repugnat ei quod Au„thor supra §. 6. asserit: nam interire ei dicitur

popu-

penes corpus, in quo esset ac viveret. Nam quæ olim jure potuit facere populus Romanus, antequam Imperatores Romani regnarent *n* idem faciendi jus habuit, ut quisque Imperator mortuus erat, alio nondum existente. *o* Imo & electio Imperatoris ad populum pertinebat *p* & aliquoties a populo per se, *q* aut per Senatum facta est: quæ autem a legionibus modo his, modo illis fiebant electiones, *r* non erant ratæ ex jure legionum (nam in vago nomine jus certum esse non poterat) *s* sed ex approbatione populi.

2. *t* Cum his non pugnat quod Antonini constitutione quotque in orbe Romano sunt, cives Romani effecti sunt. Consecuti enim

„populus si species interit, uti si imperio exuitur „etsi salva civitate: at hoc in Italia, inprimis au„tem in urbe Roma, contigit.

„*n*) (IDEM FACIENDI JUS HABUIT UT QUISQUE IMPERATOR MORTUUS ERAT, ALIO NONDUM EXISTENTE:) In genere hoc verum est, „quia exstincta persona cui per electionem imperium delatum fuit, redit illud ad populum: at „male hoc applicatur ad populum Romanum hodiernum, qui jure belli imperio, Gothorum „&c. subjectus fuit, eoque omne imperium amisit.

„*o*) (IMO ET ELECTIO IMPERATORIS AD POPULUM PERTINEBAT:) Hoc verum est de eo tempore quo imperium adhuc penes Romanos fuit; „aliud autem dicendum de illo tempore quo Gothis subjecta, vel Græcorum provincia facta est: „ex eo enim tempore species reipublicæ seu populi „interiit.

„*p*) (ET ALIQUOTIES A POPOLO PER SE:) Per „se nunquam id factum esse probat *Gron. b.* per „Senatum non nisi paucissime: *ibid.* Quicquid sit, „status Romanorum, etiam sub Augustis, popularis fuit. Augusti igitur non nisi a populo eligi „poterant, idque per Senatum: etsi vero plerique „vi ac armis eo dignitatis pervenerint, tamen au„toritate Senatus se confirmari voluerunt: uti vidimus. *L.1. c. 3. §. 8.*

q) (Grot.) (AUT PER SENATUM FACTA EST:) Exempla passim electionum factarum a Senatu, aut probatarum in Adriano, Pertinace, Juliano, Severo, Macrino, Maximo, Balbino, Aureliano, Tacito, Floriano, Probo, apud *Dionem, Spartianum, Capitolinum, Lampridium, Vopiscum.* Ante Aurelianum sex menses imperium fuit sine principe, ejusque electionem miles Senatui detulit iterum atque iterum. Pro Senatus jure egregia Albini epistola apud *Capitolinum, (Cap. 13.)* & Senatus epistola pro Gordianis. (*Apud eundem,*) c. 15.) *Macrinus* in oratione: *Detulerunt ad me imperium; cujus ego, Patres conscripti, interim tutelam recipio, tenebo regimen, si & vobis placuerit quod militibus placuit.* (Capitolin. in ejus vit. c. 6.) Tacitus Imperator apud *Vopiscum* in Probo (*Cap. 7.*) *Me quidem senatus principem fecit, de prudenti exercitus voluntate.* Apud eundem Vopiscum *Probus: Recte atque ordine, Patres conscripti, proximo superiore anno factum, ut vestra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui & estis mundi principes, & semper fuistis, & in vestris posteris eritis.* (Cap. 11.) *Majorinus* ad Senatum in novellis: *Imperatorem me factum, Patres conscripti, vestræ electionis arbitrio & fortissimi exercitus ordinatione agnoscite* (IV. 3. supplem. ad fin. COD. THEODOS. *Ed. Gothofred.*)

ADDITIO.

„Gronovius exempla hæc Authoris singula refutat, & putat vix semel & iterum, & semper „eventu parum felici id evenisse:

„*r*) (NON ERANT RATÆ EX JURE LEGIONUM:) „Male Gronovius hic arguit Authorem, & male asse„rit milites suo jure fecisse imperatores; nam respu„blica non in legionibus consistit, sed in populo, „nec imperium militibus inhæret, sed populo, & „quod illi vi perficiebant, jus populi mutare & in„tervertere non potuit.

„*s*) (SED EX APPROBATIONE POPULI:) Quod „omnino verum est, etsi Gronovius id neget: id„que exemplis probavimus *l.1. c.3 §.8. lit.v.* Atqui po„pulus non ultro id fecit sed coactus: Resp. fecit ta„men, etsi coacte; coacta enim voluntas etiam est vo„luntas: Sane ex eo quod Imperatores decre„tum Senatus, adeoque approbationem populi solli„cite admodum quæsiverint, satis apparet, jus eli„gendi penes populum fuisse.

„Sed denuo hic repetendum est, ex eo quod „populus Romanus olim Imperatores elegerit, non „sequi id quod Author inde infert, scilicet exstin„ctis imperatoribus populum potuisse idem Impe„rium in Germanos conferre: Nam mutatam ad„modum fuisse faciem reipubl. Romanæ vidimus, „Barbari sedem imperii occuparunt, Italia Regi„bus Gothorum & Exarchis Græcorum paruit, „species reipublicæ interiit, adeoque quod ipse po„pulus non habuit in Germanos transferre non„potuit.

„*t*) (CUM HIS NON PUGNAT, QUOD CONSTITUTIONE ANTONINI QUOTQUOT IN ORBE RO„MANO SUNT &c.) Jus imperii Italiæ, adeoque populo

nim a constitutione sunt subditi Romani imperii [u] ea jura, quæ olim habebant coloniæ, & [v] municipia & [w] provinciæ togatæ, ut & honorum participes essent, & jure Quiritium uterentur: non ut in aliis populis itidem ut in populo urbis Romæ [x] fons imperii esset, [y] quod facere in potestate Imperatorum non fuit, qui habendi imperii modum causam mutare non potuerunt. Nec quod Imperatores postea Constantinopoli quam Romæ habitare maluerunt [z] de jure populi Romani quicquam imminuit [aa] sed tunc quoque electionem factam a parte sui quæ Constantinopoli habitabat, ([bb] unde Byzantinos Quirites vocat Claudianus) ratam populus totus habuit; [cc] Jurisque sui monumentum non tenue servavit in urbis suæ prærogativa, [dd] & in ho-

„populo Romano inhærebat, hoc jus imperii per „hanc constitutionem non communicabatur pro„vinciis, nec provinciæ in consortium Imperii ad„mittebantur: sed jura privata, quæ antea solis ci„vibus Romanis &c. propria fuere, per hanc con„stitutionem etiam degentibus in provincia pro„pria facta sunt: Recte ergo ait Gronovius Gro„tium hic sibi objicere quod nemo erat objecturus.

„u) (EA JURA QUÆ OLIM HABEBANT COLO„NIÆ:) i. e. cives Romaoi qui in terras devictas „ducebantur, & quibus sedes & fundi distribue„bantur. *Sigon. de jur. Ital. L. 2. c. 2. 4. & 5.*

„v) (MUNICIPIA:) i. e. oppida quorum cives „universi jus civitatis Romanæ acceperant. *Gell.* „*16. Noct. 13. Sigon. d. l. L. 2. c. 6. seq.*

„w) (PROVINCIÆ TOGATÆ:) Quæ itidem ci„vitate Romana donatæ sunt. Unde Gallia toga„ta &c. Vid. *Sigon. de antiq. jur. Ital. L. 1. c. 24.*

x) (Grot.) (FONS IMPERII ESSET:) Senatus pro Gordiano apud *Herodianum* provincias hortatur πείθεσθαι Ῥωμαίοις ὧν δημόσιον ἄνωθεν τὸ κράτος ἐστὶν, αὐτοί τε Φίλοι καὶ ὑπήκοοι ἐκ προγόνων. *Parere Romanis, quorum ab antiquo esset imperium, quibus veteri jure gentes aliæ amorem obsequiumque præstarent.* (Lib. VII. c. 7. *Ed. Boecl.*) Apud eundem Maximus in allocutione ad milites: οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχὴ, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἄνωθεν, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη. ἡμεῖς δὲ διοικεῖν καὶ διέπειν τὰ τῆς ἀρχῆς μεθ᾽ ὑμῶν ἐγκεχειρίσμεθα. *Non enim unius viri possessio est hic imperium, sed antiquitus res est populi Romani: in hac urbe principatus fortuna sita est, nos vero vobiscum, milites, in id electi sumus, ut ea, quæ imperii sunt, curemus ac tueamur.* (Lib. VIII. c. 7.) *Claudianus* de Roma:

Armorum legumque parens quæ fudit in omnes
Imperium — —

(De Sec. Conf. Stilic. *vers.* 136.

„y)(QUOD FACERE IN POTESTATE IMPERATORUM „NON FUIT, QUI HABENDI IMPERII MODUM AC CAU„SAM MUTARE NON POSSUNT:) Adsciscere enim sub„ditos in partem imperii, vel communicare im„perium provinciis est species alienationis, quod „illicitum est.

„z) (DE JURE POPULI ROMANI QUICQUAM „IMMINUIT:) Verum est translationem sedis jus „imperii, territorio inhærens, non mutare: Neque „ideo exstinctum dicitur imperium Romanum, „quod sedes imperii ad Græcos translatus fuerit. „Sed ideo, quia Græci, qui defendere Italiam, se„dem Imperii tenebantur, eam dereliquerunt, re„gnum Gothorum agnoverunt, & paucas civitates „sibi relictas provinciæ jure tenuerunt:

„aa) (SED TUNC QUOQUE ELECTIONEM FA„CTAM A PARTE SUI QUÆ CONSTANTINOPOLI „HABITABAT:) Adeoque ex concessione & dispositio„ne populi Romani; ita enim formulam refert ipse „Gronovius: *Consul populum jure rogavit, populus„que jure jussit, quem senatus populusque Constan„tinopolitanus Imperatorem creavit, is ut jure o„ptimo Imperator esset:* Atque hinc imago Impera„toris Romani deferebatur, & ibi Augustus pro„clamabatur: de Phoca id refert *Seth. Calvis. in* „*Phoca ad an. chr. 603.* de Philippico idem *in Phi„lip. ad an. chr. 713.*

„bb) (UNDE BYZANTINOS QUIRITES VOCAT:) „Imperium enim non erat divisum sed admini„stratio. *Vid supr. l. 1. c 3. §. 8.* Atque hinc Constan„tinopolis nova, vel potius secunda Roma voca„batur. *L. f. c. in quib. caus. pign. l. 1. §. 10. C. vet.* „*jur. enucl. Nov. 70. c. 1.*

cc) (Grot.) (JURISQUE SUI MONUMENTUM NON TENUE SERVAVIT IN URBIS SUÆ PRÆROGATIVA:) Ait *Zonaras* (in Vit. *Constantini*) Romæ servata πρεσβεῖα, prælationem, quod inde venisset imperium. (Lib. XIII. Cap. 3.) *Ammianus* lib. XIV. (c. 6.) de Roma: *Per omnes tamen quotquot sunt partes ut domina conspicitur & regina.* Claudianus Honorio agente Ravennæ (*De IV. Conf. Honor.* vers. 407.):

Quem, precor, ad finem laribus sejuncta potestas
Exsulat, imperiumque suis a finibus errat?

ADDITIO.

„De hac prærogativa *Vide Limn. de J. publ.* „*tom. V. add. ad l. 1. c. 4. n. 25.*

dd) (Grot.) (ET IN HONORE CONSULATUS:)

Nam

honore consulatus aliisque rebus. Quare jus omne, quod hi, qui Constantinopoli habitabant, ad eligendum Imperatorem Romanum habere poterant, [ee] pendebat a voluntate populi Romani, & cum illi [ff] contra mentem ac morem populi Romani [gg] feminæ Irenes subissent imperium, ut alias causas omittamus, merito populus Romanus [hh] illam concessionem, sive expressam sive tacitam revocavit, [ii] & per se Imperatorem legit, [kk] ac voce primi civis, id est, Episcopi sui [ll] (quomodo & in judaica republica, rege non existente, prima erat summi Pontificis persona) pronuntiavit.

3. [mm] Fuit autem hæc electio personalis in Carolum Magnum & quosdam ejus successores: quia [nn] ipsi jus imperii quod habebant in Francos, ut & in Longobardos, a jure imperii in Romanos, ut nova ex

Nam alter consulum ex urbe Romana, & is quidem; priorem habebat locum. *Procopius* io arcana historia. (*Cap.* 26. ubi de præcedentia Consulis Romani ne γρὺ quidem.)

„*ee*) (PENDEBAT A VOLUNTATE POPULI RO-„MANI:) Quia non nisi ex approbatione populi „Romani imperium habebant: At hoc verum tan-„tum est usque ad tempora Herulorum, Gothorum, „& Longobardorum, qui ipsam urbem Romam „totamque Italiam occuparunt; ex hoc enim tem-„pore imperium occidentis desiit, et Carolus M. „denium jure belli Italiam & Imperium recepit.

ff) (Grot.) (CONTRA MENTEM AC MOREM POPULI ROMANI:) Nero in XIV. annalium *Taciti* (*Cap.* 11. matrem accusat: *Quod consortium imperii, juraturasque in feminæ verba prætorias cohortes, idemque dedecus senatus & populi speravisset.* Priscus in excerptis legationum: ὐ γὰρ θηλειῶν, ἀλλ' ἀῤῥένων ἡ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἀρχή. *Non enim feminarum. sed marium est Romani imperii principatus.* (Pag. 27.) *Lampridius* post mortem Heliogabali: (Cap. 18) *Cautum ante omnia, ne unquam mulier senatum ingrederetur, utque inferis ejus caput dicaretur devoveretur que per quem id esset factum.* Trebellius Pollio Herenniano: *Zenobia usurpato sibi imperio, diutius quam feminam decuit, rempublicam obtinuit.* (In XXX. Tyrann. c. 27.)

gg) (Grot.) (FOEMINÆ IRENES SUBISSENT IMPERIUM:) Dicto etiam ei sacrancoto, quod habet *Zonaras*. (Sed vi extorto. *Lib.* XV. *Cap.* 11.)

ADDITIO.

„Nullibi hæc ratio allegatur, quasi Romani concessionem ideo revocaverint, quia Imperatorea Orientis fœminæ subisseot imperium. Certissimum enim est eo tempore amplius imperium „Occideotis non exstitisse: Sane Longobardi tempore Irenis regnum Longobardorum jam occupaverant, Exarchi Græcorum diu exstincti fuerunt, Orientis Imperatores ob impotentiam dereliquerunt provincias, quæ ex tanto imperio superant, Papa Christianos Principes in auxilium „vocavit, atque hi jure belli totam Italiam occuparunt, eoque simul Imperium Occidentis.

„*hh*) (ILLAM CONCESSIONEM SIVE TACITAM „SIVE EXPRESSAM:) Qua scilicet electionem Con„stantinopoli a parte sui factam, ratam habiturum „populus Romanus declaravit:

„*ii*) (ET PER SE IMPERATOREM LEGIT:) Quo„modo imperatorem legere potuit, cum eo tem„pore jus imperii occidentis jam sublatum fuerit.

„*kk*) (AC VOCE PRIMI CIVIS, i. e. EPISCOPI „SUI:) Similia lege supra *L.* 1. *c.* 3. §. 13. *n.* 2. „Imo Papa non electionis Author fuit, neque „enim jus quod exstinctum erat, coocedere Carolo „potuit, sed tanquam sacerdos in sacro hoc nego„tio inaugurationis saltem author fuit.

„*ll*) (QUOMODO ET IN JUDAICA REPUBLICA, „REGE NON EXISTENTE, PRIMA ERAT SUMMI „PONTIFICIS PERSONA:) Supra diximus, post tem„pora captivitatis pontificem præfuisse populo, non „quia pontifex, sed quia caput Synedrii, neque enim „ille solus rempublicam administravit sed Syne„drium: *Vide Schikhard. de Jur. reg. c.* 1. *Theor.* „11. Ita in Polonia Episcopum Warmiæ absente „vel mortuo rege esse vicarium regni Polonici „constat:

„*mm*) (FUIT AUTEM HÆC ELECTIO PERSO„NALIS IN CAROLUM MAGNUM, ET QUOSDAM „EJUS SUCCESSORES:) Contrarium ex præcedenti„bus constat: Certum enim (1) est populum Ro„manum tempore Caroli M. imperium nullum „habuisse, (2) probatum dedimus Carolum M. jus „in totam Italiam, & ipsam urbem Romam, habuis„se viginti annis ante quam imperator declarare„tur: Verum igitur (3) non est Carolum M. Im„peratorem electum esse, vel factum id esse a po„pulo: Unde constat (4) Carolum M. non jus „aliquod personale acquisivisse, sed, cum ipse qua „rex Franciæ (nam jure hujus regni bellum gere„bat) Italiam quæsiverit armorum jure, etiam im„perium occideotis, non suo jure personali, sed jure „regni Francici obtinuisse.

nn)(Grot.) (QUIA IPSI JUS IMPERII QUOD HA-

BEBANT

ex causa quæsito, sollicite distinxerunt oo Postea vero diviso Francorum populo in occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & orientalem qui Germaniam sive Alemaniam tenet, (duo Francorum regna vocat Frisingensis) pp cum populus Francorum orientalis eligendo sibi reges facere, cœpisset (qq nam & ad id tempus Francorum regum successio quasi agnatica, non tam a jure certo, quam a populi suffragiis pependerat) rr placuit populo Romano, quo certius præsidium haberet, regem non proprium sibi sumere, sed eum quem Germani fecissent ss ita tamen, ut jus sibi aliquod retineret probandæ vel improbandæ electionis, tt quantum scilicet ea res ad se pertinebat.

4 Hæc quoque approbatio uu per Episcopum edici, vv & solemniter

BEBANT IN FRANCOS, UT ET IN LANGOBARDOS, A JURE IMPERII IN ROMANOS SOLLICITE DISTINXERUNT:) Vide synodum Pontigenensem inter capitula Caroli Calvi. Et *Paulum Æmilium* lib. III. de Carolo Magno.

ADDITIO.

„Verum est Carolum M. imperium armis quæ„situm, adeoque re Germanicum, veteri nomine „Romanum appellasse, at id ex duplici ratione fe„cit, (1) ob venerationem nominis Romani, (2) ne „contra communem ejus temporis fabulam quinta „Monarchia constitueretur: Interim negari ne„quit effectus hujus imperii omnes Germanico re„gno inhærere:

oo) (Grot.) (POSTEA VERO DIVISO FRANCORUM POPULO IN OCCIDENTALEM, QUI GALLIAM NUNC OBTINET, ET ORIENTALEM, QUI GERMANIAM:) Vide *Witikindum* libro I. & ibi notata *Meibomii*: & pactum Caroli & Henrici post capitula Caroli Calvi, & ad id notas viri magno judicio doctrinaque præditi *Jacobi Sirmundi*. Occidentalem illam Franciam Latinam *Wibbo* vocat, quod ibi sermo Romanensis vigeret, ut & nunc viget, cum Transrhenanæ nationes lingua Germanica uterentur.

ADDITIO.

„Quæ divisio facta est a Ludovico pio: de qua „divisione vide *B. Par. in j. publ. c.* 5. §. 15. *seq.*

„*pp*) (CUM POPULUS FRANCORUM ORIENTALIS „ELIGENDO SIBI REGES FACERE COEPISSET:) „regnum Francorum semper, & a temporibus Pha„ramundi electitium fuisse probatum dedimus *su„pra L. 2. c. 7.* §. 8.

qq) (Grot.) (NAM ET AD ID TEMPUS FRANCORUM REGUM SUCCESSIO QUASI AGNATICA, NON TAM A JURE CERTO QUAM A POPULI SUFFRAGIIS PEPENDERAT:) Observatum id Prisco in excerptis legationum, & Reginoni ad IↃCCCXVI. Carolus Magnus in testamento: *Quod si filius cuilibet horum trium filiorum.*

ADDITIO.

„Successionem in Francia nullam, adeoque nec „agnaticam fuisse, probavimus ante allegato loco. „Quid autem sit agnatica successio, explicat Author. „*L. 2. 2. c. 7.* §. 23.

„*rr*) (PLACUIT POPULO ROMANO REGEM NON „PROPRIUM SIBI SUMERE, SED EUM QUEM GER„MANI FECISSENT:) Fabulam hanc toties quoties „refutavi; dixi imperium Romanum in populo „Romano diu exstinctum & hunc sub potestate „Barbarorum, & postea Caroli, qua regis Italiæ, „fuisse; indeque a populi Romani arbitrio non „pependisse sibi sumere regem.

ss) (Grot.) (ITA TAMEN UT JUS SIBI ALIQUOD RETINERENT PROBANDÆ VEL IMPROBANDÆ ELECTIONIS:) Verissima res, & aperte testata *Wibbons* vita Conradi Salici.

ADDITIO.

„Ipsa experientia contrariatur; nam a tempore „Caroli Magni is qui in regem Germaniæ electus „est, ipso jure & necessario sit Imperator Occiden„tis, neque populus probandæ vel improbandæ „electionis jus habet. *B. Par. jus publ c. 8.* §. *21. seq.*

„*tt*) (QUANTUM SCILICET EA RES AD SE PER„TINEBAT:) i. e. Ad solum imperium Occidentis.

„*uu*) (PER EPISCOPUM EDICI:) Ita enim Ste„phanus papa ao. 816. statim ut electus est, popu„lum Romanum in verba Imperatoris Ludovici „jurare jussit. *Gratian. dist. 33. c. 28.* At ex hoc „ipso exemplo apparet, id non approbationem quan„dam sive populi sive Papæ inferre: nam Ludovi„cus triennio ante proclamatus jam fuit Imperator „a patre, consentiente populo Germanico: *Cal„vis. ad an. chr. 813.* atque ex eo tempore, ac vi „illius proclamationis, citra ullam approbationem „populi Romani, Imperator habitus fuit: *Sane* „ante Edictum Stephani, idem Imperator Ludo„vicus, judicium tulit in Papam Leonem & popu„lum, atque illum absolvit, uti ex Aimonio probat „*Calvis ad an. Chr.* 815.

„*vv*) (ET SOLENNITER TESTATA FIERI PECU„LIARI CORONATIONE SOLEBAT:) Imperator con„stituitur sola electione populi Germaniæ, inau„guratio honoris saltem causa accedit, non jus dat: „idque solidis rationibus probavit B. Parens in *jur. „publ. c. 8.* §. 21. 22. & 23. Verba hæc sunt.

Omnes

niter testata fieri * peculiari coronatione solebat, *ww* quare ex electione septem principum. qui Germaniæ corpus referunt, qui lectus est jus habet imperandi Germanis *xx* secundum eorum mores; *yy* ex approbatione vero populi Romani fit idem rex, aut Imperator Romanus

Omnes inaugurationes sunt arbitrariæ & juris mere positivi, non præcisæ necessitatis. *supr.* §. 1. & 10. Ex Capitulationibus vero Rex obligatur ad capiendam Aqoisgranensem; non autem ad capiendam Romanam, sed ad curandum ut commodo tempore eam consequatur: quæ commoditas cum post Carolum V. non appareret, ab eo tempore prætermissa fuit inauguratio Italica & Romana, & demum in *Cap. Leop.* §. 37. & *Joseph.* §. 36: plane omissa, eoque remissa. Ita formula perpetua est; Wir wollen auch die Röm. Königl. Krohne furderlichst NB. emphahen. Sed de Romana ita: Auch zum besten NB. befleißigen, die Käyserliche Krohne NP. zu ziemlicher gelegener Zeit zum schiersten zu erlangen. Quam formulam prudenter positam postea sub Matthia Imper. ita qui concepit mutavit: Un auch zu Emphahung der Kayserl. Krohn befordern. non mutandi sensus veteris, sed celerius loquendi causa.

Hinc electus ante ullam inaugurationem dicebatur, Erwehlter Römischer König. ut *in princ. Capitul. passim.* Post inaugurationem Aquisgranensem Röm. König, & mortuo Augusto Erwehlter Röm. Kayser, *vid. omnes Recess. Imper. Caroli V. & seq. Imp. in princ.* vel Röm. König und künftiger Kayser. *Capit. Ferdin. III.* §. 46. & 47. Post Romanam Röm. Kayser, *ut in Aur. Bul. in princ.* quæ omnia ex instituto & juris positivi sunt. Hodie facta inauguratione Aquisgranensi, reliquia sublatis, simplicitet est & dicitur Röm. Kayser, modo Imperator mortuus sit.

Etsi autem plures fuerint inaugurationes, nunquam tamen nisi una electio, qua quisquis electus est in regem Germaniæ, idem ipso jure & necessario quoque fuit Rex Italiæ; idem Rex Arelatensis; idem Imperator Occidentis: Nam & regnum Italiæ & Aretalense, & Imperium Occidentis, jure belli & victoriæ, partim quoque fœdere ac donationibus regno Germaniæ in perpetuum acquisita sunt atque cohærent; & proinde omni regi Germaniæ rite electo ipso jure absque ullo novo actu competunt: nec unquam novus electionis actus alibi repetitus legitur. Sigon. *de Regn. Ital. lib.* 7. *in ann. 673. fol.* 176. *Regnum Italia post hac tempora* (Ottonis) *cum regno Germania junctum fuit.* Et mox *fol.* 177. *Ab hoc tempore qui Rex Germania fuit, idem etiam regnum Italia & Occidentale Imperium tenuit, ac propterea tres coronas accepit: unam &c.*

*) (PECULIARI CORONATIONE:) Præter inaugurationem germanicam plures olim fuere inaugurationes; nimirum Mediolanensis de regno Italiæ, per Archiepiscopum Mediolanensem Romana, de imperio Occidentis per Pontificem Romanum; Cui accessit sub Conrado II. Arelatensis de illo regno, per Archiepiscopum Viennensem. *Radevic. de Gest. Frid. I. lib. 1. c. 11. Mallinkrot. de Archi-Canc. Imp.* De Romana vid. *P. Jov. hist. lib. 27.* & Gold. *Act Pol. p. 2. in f.*

Unde & totidem Coronæ liberæ erant. (1) Aquisgranensis seu Germanica, *A. B. tit.* 26. § 4 sed quæ perpetuo dicitur regia Romana, die Röm. Königl. Krohne. ex ratione *c. 6. §. 13. Capit. Car. V. §. 30. Leop. §. 37. Jos. §. 36.* Mediolanensis seu Italica: & utraque præfertur Regi in Curiis. *A. B. tit. 26. §. 4.* (3) Romana, die Röm. Kayserliche Krohne. *Capitul. Carol. V. de §. 30. & cat. Capitul. usque ad Ferd. IV.* De his tribus Coronis vide *Sigon. de Regn. Ital. l. 7. in ann. 973. & Paul. Jov. hist. lib. 27.* Accessit (4.) Arelatensis. *Wip. de vit. Conr. Sal. Frising. de Gest. Frid. l. 2. c. 29. Conring. Assert. Jur. Mogunt. princ.* sed ejus post Carolum IV. nulla amplius mentio; neglectamque queritur Niem. *ap. Meib. Rer. Germ. tom. 1.*

Reliqua regis Germaniæ regna, v. g. Bohemiæ, &c. subordinata regno Germaniæ fuere, eorumque coronæ aliis in beneficium concessæ, non ipsi Regi impositæ; neque Reges eorum titulis (quippe Germanico jam comprehensis) unquam seorsim usi sunt, nisi ex quo in jus ipsum peculiare Regum istorum proprio titulo successerunt. *sup. cap. 3. §. 64. & c. 5. §. 8. 9.*

Coronam Aquisgranensem vulgo tradunt argenteam, Mediolanentem ferream: uti & Sigon. *de Reg. Ital. l. 7. in ann.* 973. Paul. Jov. *lib.* 27. Alii contra. Myler. *ad P. 3. Dissert. 6. th. 7.* Sed figmentum id Romanum, & omnes has coronas aureas esse hodie constat. De Aquisgrannensi testes oculati apud Buxtorff. *ad A. B. thes. 46. in fin.* Limn. *de Jur. Publ. lib. 2. c. 5. §. 8.* Carpzov *de Leg. Reg. cap. 11. sect. 10. n. 15.* Sinold. Schütz. *de jur. publ. lib. 1. tit. 2. pos. 11.* De Mediolanensi, quæ & Modenæ capi solet, & laminam tantum ferream habet cui innititur, vide Paul. Jov. *lib.* 27. Sinold. Schütz. *d. l.*

„*ww*) (QUARE EX ELECTIONE SEPTEM PRINCIPUM QUI GERMANIÆ CORPUS REFERUNT:) „His septem Electoribus post Grotii tempora tres „alii accesserunt, Bavarus, Brunsvicensis, & „Bohemus. *B. par. jus publ. c.* 13. *§. 1. 2. 3.* De jure horum Electorum, & quomodo ad eos solos jus eligendi regem & Imperatorem (quæ electio olim non „nisi assensu populi fiebat) pervenerit, *Vide B.* „*Par jus publ. c.* 14. *per tot.*

„*xx*) (SECUNDUM EORUM MORES:) i. e. Juxta „leges fundamentales regni Germanici, vide *dict.* „*jus publ. c. 1.* §. 4.

„*yy*) (EX APPROBATIONE VERO POPULI ROMANI FIT IDEM REX, AUT IMPERATOR ROMANUS:) „Imo fit Imperator ex sola electione in regem Germanorum: adeoque ex solo consensu populi Germanici; licet declaratio & inauguratio quoque „Romæ fieri soleat.

nus, aut, ut Historici sæpe loquuntur, zz rex regni Italiæ. a Atque

zz) (Grot.) (REX REGNI ITALIÆ:) Sic in excommunicatinne Henrici distincte nominat Papa regnum Teutonicorum & Italiæ. Vide Ottonis privilegium Alderamo datum, editum a *Meibonio* post *Witikindi* Saxonica; & *Cranzium* Saxonicorum V. (*Cap.* 13.) In juramento Ottonis quod *Gratianus* intulit in Distinctionem LXIII. *In Roma nullum placitum sive ordinationem faciam de omnibus quæ ad te* (Papam) *aut Romanos pertinent; sine tuo consilio.* (c, 33.)

ADDITIO.

„Male Aothor confundit imperium Occidentis „cum regno Italiæ: nam Carolus M. rex Italiæ „fuit 20. annis ante quam de Imperio cogitavit: „egregie id probat B. Parens in *jur. publ. c. 6. §. 4. usque ad §.* 8. Verba hæc sunt:

Unde constat regnum Italiæ longe diversum ac prorsus separatum quid esse, ab Imperio Romano Occidentis.

Fuere enim reges Italiæ cum Imperio summo jure belli quæsito, & nemini obnoxio, diu ante quam Imperatores: quin alii Italiæ reges, alii Imperatores. *§. 1. §. 4.* Regum sedes olim Papia fuit, *Sigon. de Regn. Ital. lib. 6. in ann. 950. & ann. 961.* deinde lege Pipini etiam Mediolanum. *Alciat. de form. R. I. Sigon. d. tr. lib. 7. in ann. 973.*

Italia tota cum Sicilia diu Gothis &c. regnata, his vero a Ducibus Justiniani bello erepta fuit. *Procop. de Bell. Goth. per tot.* Mox vero magna ejus parte primum, at nondum tota a Longobardis occupata, dividi cœpit in regnum Longobardorum, & Exarchatum Græcorum. Græci enim Imp. omne id, quod occupatum a Longobardis non fuit, in provinciæ formam redactum Narseti, Ducis titulo, & deinde cæteris præfectis, Exarchorum nomine subjecerant: in eo erant Ravenna Exarchorum sedes, urbs Roma, Pentapolis, Beneventum; Apulia & Calabria.

At postea Longobardi ante Carolum M. expugnato Exarchatu, ejusque sede Ravenna, totam quoque Italiæ continentem tenebant, præter urbem Romam, & extrema Calabriæ. De quo fuse Conring. *Exerc. Acad. 2. §. 16. & pass.* Victis igitur a Pipino primum, & deinde a Carolo M. ac in deditionem acceptis Longobardis omnibus, *vid. §.* 1. omnes istæ illorum terræ bello a Carolo M. Rege Italiæ, antequam Imperator esset, ipsis ereptæ, accessere regno ejus Italiæ. Disserte Eginh. *in vit. Carol. Totam,* ait, *Italiam ab Augusta Prætoria usque in Calabriam inferiorem Carolo quæsitam.* Calabriam tamen & Apuliam Imperatori Græco ceu tum amico permisit: Sigon. *de Regn. It. lib. 4. princ.* pront & civitates quasdam Dalmatiæ ei ultro reliquerat. *Eginh. in vit. Car.*

Indubie itaque Carolus M. & deinde Otto I. regnum dominiumque in urbem quoque Romam, etiam ante quam Imperatores essent, nacti sunt.

Ut aliàs, cum Baronius Cardinalis causæ Romanæ studio abripitur, ita hic quoque viri hujus os mirari satis nequeo, quod non erubuit asserere, nullam Caroli M. potestatem in urbem Romam fuisse. Quod Roma sub regno Caroli, etiam cum nondum Imperator esset, fuerit, ipse Eginth. *in vit. Car. in fin.* sic docet: *In REGNO illius civitates metropolitanæ XXI. esse noscuntur; &c. Roma, Ravenna, Mediolanum &c.* Et Aimon. *in append. annal. Franc. sub an. 796. in corpore Franc. hist. part. 2. fol. 401.* ait: *Romæ Adriano defuncto, Leo Pontificatum suscepit; & mox per legatos suos claves confessionis S. Petri, ac NB: vexillum Romanæ Urbis cum aliis muneribus Regi misit:* quæ & allegant Ado *d. ann.* Sigon. *de Regn. It. lib. in d. ann. 796.* & Marian. *de Hisp. lib. 7. cap. 11.* ubi *pag. 293.* hæc insignia subjectionis ita exponit: *Præmissæ fuerunt ad Carolum claves confessionis S. Petri, & urbis Romæ vexillum: indicio, cives & Pontificem se in ejus potestatem contradere: quoniam parum opis in ea temporum perturbatione fore videbatur in Græcis Imp. Res Francorum resurgere & confirmari considerabant. Itaque quod absenti decreverant. NB. urbis Romæ imperium, præsenti delatum.* Sed & ipse Leo eadem legatione diserte id explicuit: addit enim Aimon. *d. l.* hæc verba: *Rogavitque* (Leo Carolum) *ut aliquem de suis optimatibus mitteret, qui populum Romanum NB. ad suam fidem atque subjectionem suam per Sacramenta firmaret. Missus est ad hoc Angelbertus &c.* Hæc sunt verba allegata quoque a Sigon. *d. l.* quæ Conringius *a Baronio veteratoris in modum callide omissa* ait, *Exerc. Acad. 2. §.* 27. 38. Hæc acta Carolo rege Italiæ: Cæsar deinde factus, a Pontifice ut Princeps adoratus quoque est. Ita Aimon. *d. annal. sub ann. 801. fol. 405. Post quas,* ait, *laudes ab eodem Pontifice, more antiquorum Principum, adoratus est. &c.* Denique judicia quoque Romæ exercuit, cives damnavit, & Papa ipse pro damnatis apud eum intercessit. Aimon. *in d. ann. 801. Post paucos,* pergit, *dies jubente ipso,* (Carolo) *ii, qui eundem Pontificem* (Leonem) *anno superiore deposuerunt, in judicium adducti, & habita de eis quæstione, secundum legem Romanam, ut Majestatis rei, capite damnati sunt: pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem intercessit: nam & vita & membrorum integritas eis concessa est; cæterum pro facinoris magnitudine exilio deputati sunt:* quod ipsum quoque allegat Marian. *d. c.* 11. Ideo jus exercuit Otto I. *Sigon. de Regn. It. l. 7. ad ann.* 967. Hinc & Otto III. in diplomate donationis Papæ factæ, Romam vocat *suam regiam urbem.* uti id extat apud Baron. *tom.* 12. *Annal. sub ann.* 191. Et Legati Romani Fridericom I. ita alloquuntur: *Salutant vos venerabiles &c. tanquam Dominum & Imperatorem Urbis & Orbis.* Radevic. σύγχρονος *de Gest. Frid. I. lib. 1. cap. 22.* Sigon. *d. lib. 7. in ann.* 973. *fol.* 177. *Pontifex,* ait, *Romam &c. tenebat autoritate magis quam Imperio, quod civitates &c. regem ut summum dominum intuerentur, atque ei tributa, obsequiaque præberent.* Add. Machiav. *Hist. Flor. lib. 1. pag. 29.* ubi Pontifex a Romanis pulsus & restit.

[α] Atque eo titulo sub se habet quæcunque populi Romani fuerunt, [β] neque pactionibus, [γ] aut derelicti occupatione, [δ] aut victoriæ jure in aliorum populorum imperium concesserunt, unde illud quoque intelligi facile potest [ε] quo jure Episcopus Romanus vacante imperio

restitui petens promisit, *se nullam nisi rerum ecclesiasticarum curam in urbe habiturum.*

„α) (ATQUE EO TITULO SUB SE HABET QUÆ-
„CUNQUE POPULI ROMANI FUERUNT:) At popu-
„li Romani neque regnum Italiæ fuit, neque im-
„perium: non prius, quia Gothi id tenuerunt, qui-
„bus Carolus armis illud eripuit: non posterius,
„quia id dudum exstinctum erat:

ADDITIO.

„Inseri huc meretur observatio doctissimi
„Gronovii, qui hoc modo hæc confutat: Ven-
„ditet has nænias historiæ ignaris. Germa-
„ni gratiam facimus hujus tituli Grotio, nec Papæ
„quidem aut populo Romano quidquam debemus:
„nonne ab utroque pro maximis beneficiis esse-
„mus aliquoties ingratissime perfidissimeque tracta-
„ti? Primum satis tituli est, quod succedimus Caro-
„lo Magno in his partibus, ex quo posteri ejus in-
„consulto populo Romano, inconsulto Papa, ipsi
„per se, inter se ita comparaverunt, ut penes alium
„regnum Galliæ, penes alium Germaniæ & Italiæ
„regnum cum nomine Imperii Romani essent. Sic
„si deessent, satis tituli præberet Otho. Ut enim ex-
„stincta Caroli stirpe, Italia a tumultuariis regibus
„Hugone, Lothario, Berengario diripiebatur, Pa-
„pa Octavianus, qui se Joannem XII. dixerat, per
„legatos Othonem primum oravit, veniret & Ita-
„liam tyrannide liberaret. Venit A. C. 962. liberat,
„confirmat Pipini & Caroli donationes, coronatur.
„Sequenti anno cum idem Papa hostes Othonis con-
„tra interdictum ejus reciperet, Constantinopoli ad-
„versus eum auxilia arcesseret, Hungaros ad Ger-
„maniam infestandam sollicitaret, ex urbe Cæsari
„faventes pelleret, alios interficeret, redit Otho,
„fugiente cum suis Papa. Romani jurejurando adi-
„guntur, nunquam inscio ipso Papam electuros. Sy-
„nodus Episcoporum Italiæ habetur, in qua Papa
„immanium scelerum accusatus, & solenni citatio-
„ne fide publica adesse jussus, cum ob conscientiam
„scelerum comparare non auderet, exuitur dignita-
„te, & sufficitur ei Leo VIII. Digresso Othone, per-
„juri Romani denuo recipiunt Joannem, & Leone
„profugo, Joanne mox, cum in adulterio depre-
„hensus esset, ab illis, quos tangit Atridas iste do-
„lor (honestum sane & maxime Pontificium mortis
„genus) occiso, eligunt Benedictum. Adest mox
„Imperator, urbem obsidet, & quanquam superos
„& inferos moverent indigenæ (nam scena tragica
„in muris novus Papa diras & furias ejaculatus est
„in obsidentes) capit, Leonem restituit, Benedictum
„rursus convocata synodo pontificalibus exutum
„Hamburgum relegat, ubi hodieque ejus sepulcrum
„est. Leone mortuo, tandem Romani jurisjurandi
„memores, legatos ad Othonem in Germaniam mit-
„tunt de novo Pontifice creando, qui per episco-
„pos missos creat Joannem XIII. A. C. 965. Pœni-
„tuit mox non fuisse perjuros, prehensum hominem
„in vincula conduut, & ad undecimum mensem
„Capuæ detinent. Repetit expeditionem trans Al-
„pes cum valido firmoque exercitu Otho: urbem
„occupat: de rejecto Pontifice quæstionem habet:
„urbanos convocat ad causam dicendam, & aucto-
„res edendos: binos consules publicatis bonis in exi-
„lium mittit: Prætorem crinibus toto die suspen-
„sum, dein virgis cædit, asino aversum per vias
„traducit, tandem de robore præcipitat cum XII.
„senatoribus. Varias ibi fert leges de monetis, &
„prosequendis latronibus, & aliis rebus. Agnovit
„deinde & hunc Augustum Constantinopolitanus
„collocata filio Imperatoris, Othoni II. non minus
„strenuo, Theophania Nicephori Phocæ filia, cum
„dote quicquid hactenus in Italia possideret.

„Similia acta Fridericorum & Henricorum tri-
„stiora novit. Et hi sunt tituli Imperatorum no-
„strorum, justi satis, modo vires animique essent:
„non illa approbatio commenticia & e luto ficti il-
„lius populi Romani, qui idem jus hodieque ha-
„beat, quod olim habuerit. Verba Friderici apud
„Matthæum Parisiensem: *Liberam imperii nostri co-*
„*ronam tantum beneficio divino adscribimus; Ele-*
„*ctionis primam vocem Moguntino Archiepiscopo, de-*
„*inde quod superest, cæteris secundum ordinem prin-*
„*cipibus. Recognoscimus regalem unctionem Colo-*
„*niensi, supremam vero, quæ imperialis est, summo*
„*Pontifici. Quicquid præter hæc est, ex abundanti*
„*est, a malo est.* Unctionem dicit, postquam jam
„creatus esset, non creationem aut electionem.

„β) (NEQUE PACTIONIBUS:) Imo occupata
„Italia Papam Leonem jure belli se ac urbem Ca-
„rolo magno submisisse probavit B. Parens *in jur.*
„*publ. c. 6. §. 7. seq.*

„γ) (AUT DERELICTI OCCUPATIONE:) Impe-
„ratores Orientis dudum ante Carolum M. dereli-
„quisse imperium Occidentis, neque tum latum
„unguem terræ cum summo imperio, nedum quic-
„quam vi imperii Occidentis tenuisse, pariter de-
„monstravit B. Parens *d. c. 6. §. 8. seq.*

„δ) (AUT VICTORIÆ JURE:) Italiam totam,
„speciatim autem urbem Romam, 400. retro annis a
„tempore Caroli M. armis subactam & munici-
„pium regni Gothorum, &c. & postea Exarchatus
„Græcorum fuisse; Carolum Magnum autem occu-
„pato armis imperio Occidentis, & inprimis antiqua
„ejus sede Italia, Germaniæ suæ jure belli acquisivisse
„imperium, late probavit *B. par. d. jus publ. c. 6.*
„*§. 8. seq. & §. 13. seq.*

ε) (Grot.) (QUO JURE EPISCOPUS ROMANUS VACANTE IMPERIO INVESTITURAS TRIBUAT FEU-

perio investituras tribuat feudorum imperii Romani, ζ quia scilicet in populo Romano, tali tempore libero, primas obtinet. Solent autem quæ sunt corporis alicujus η per primam personam corporis nomine expediri, θ ut alibi quoque diximus. ι Neque vero male Lib. 1. c. 3. §. 13. n. 2. Cynus & Raynerius tradidere, si Imperator Romanus morbo aut captivitate impediretur fungi imperio, posse ei vicarium dari ab ipso populo Romano.

§. XII.

DORUM IMPERII ROMANI:) Nempe ut in imperio Germanico Palatinus & Saxo Vicarii imperii, divisis partibus. Vide *Serranum* Ludovico XII. (Pag. 505. *Ed. Parif.* 1627.)

ADDITIO.

„Beoe hic notat Gronovius, fabulam haoc a Gallis „fictam esse, Episcopum Romanum, ait, vacante im„perio habere investituras feudorum imperii Roma„ni, fabula Gallica est, qua illi jus ducatus Medio„lanensis sibi arrogant, quia Ludovici XII. avus Lu„dovicus, Caroli VI. regis frater, ductauxore Du„cis Mediolanensis Viscontii filia Valentina, caverat „successionem in Ducatu Soceri, deficiente genere „ejus virili; quas nuptiales tabulas confirmasse vo„lunt Bonifacium IX. quum exauctoratione Venceslai imperium vacaret. Sed quis Papæ hoc jus de„dit? Deinde hanc investituram pro nulla se habuis„se demonstrarunt Philippus Valentinæ frater, qui „sine liberis decedens Alphonsum Arragonum re„gem reliquit heredem; & Fridericus Imperator, „qui Franciscum Sfortiam eodem Ducatu investivit; „& Maximilianus, qui filium hujus Ludovicum, ut „scribit ipse Belcarius commentariorum de rebus „Gallicis lib. 5. num. 12. ad an. Chr. 1493.

„ζ) (QUIA SCILICET IN POPULO ROMANO, TA„LI TEMPORE LIBERO, PRIMAS OBTINET:) Dictum „est populum Romanum non liberum, sed sub „aliorum imperio, imo sub ipsius quoque Caroli „regno fuisse, antequam occidentis imperium ei „fuit delatum: Quod ergo jus populus non habuit, „illud is, qui primas in populo obtinuit sibi arro„gare oon potest:

„Cæterum negari nequit, exorto posterioribus „temporibus bello ioter imperium & sacerdotium, „Papam non tantum Vicariatum Italiæ sibi arro„gasse, sed Germaniæ quoque: *Vid. Clem. 2. in f.* „*de re jud. Extravag. Joh. 22, tit. 5.* quod refellit „late *Carpz. de leg. reg. c. 11. Sect. 12. B. Par. in* „*jur. publ. c. 16. §. 8. & §. 11. Vid. Dithm. disp.* „*de vicariis S. R. I. in Italia. per tot. & G. A. de* „*Munchausen disp. de vicariatu Italia. c. 2. seq.*

η) (Grot.) (PER PRIMAM PERSONAM CORPORIS NOMINE EXPEDIRI:) Nam & in Poloniæ interregno Archiepiscopus Gnesnensis Regis locum tenet, in folio regio sedet, tanquam primus inter Ordines. *Philippus Honorius* in dissertatione de regno Poloniæ, (immo *De interregno Polonia.* Et illa Dissertatio est *Horatii Spanorchii:* quam *Phil. Honorius* tantum inseruit *Thesauro Politico*, a se collecto & edito, *pag.* 426. *& seqq.* Edit. Francof. 1617. J. B.)

ADDITIO.

„Dictum est Papam oon fuisse primam perso„nam populi liberi, sed devicti, & municipii Go„thorum, &c. postea Exarchatus.

„θ) (UT ALIBI QOOQUE:) Vid. *supr. L. 1. c. 3.* „*§. 13. n. 2.*

„ι) (NEQUE VERO MALE CYNUS ET RAYNE„RUS TRADIDERE:) Imo male id tradiderunt; & „ineptum est populo Romano jus administrandi „regnum Italiæ tribuere, quod Carolus M. jure ar„morum quæsivit a Gothis: Sane ex eo tempore Im„peratores, & regnum Germaniæ, perpetuo vica„rios in Italio constituerunt, eosque vel generales „vel speciales: de quibus Vide *Dithm. d. disp. §. 8.* „*& seq.* & Dn. de *Munchausen d. disp. cap.* 2. Hodie „per Capitulationes Imperatorum Dux Sabaudiæ „Vicarius Italiæ declaratur; unde jus Imperii no„torium fit. *B. Par. J. publ. c. 5. §. 40. Cap. Jos.* „*§. 4. Carpz. L. reg. c. 7. sect. 7.*

(AD §. XII.) Regula, *quod heres eadem cum defuncto sit persona*, est mera fictio juris civilis: unde effectus hujus juris repræsentationis mere sunt civiles: sane jure naturæ omnia jura personæ cohærentia cum ipsa persona intereunt, & non nisi fictione legis io hærede continuare possunt.

Quod vero hæres solvere defuncti debita teneatur, non est ex illa unitate personæ, sed quia posita lege successionis civili jura & obligationes passive inhærent patrimonio defuncti; ad quem igitur patrimonium illud pertinet, ad illum simul transit æs alienum, quod cum non fuerit io bonis defuncti, separari inde, & ei cujus est, reddi debet: atque ex hoc capite fiscus quoque, quando bona vacantia occupat, æs alienum restituere debet, hactenus enim non sunt bona vacantia.

ADDITIO.

„In successione descendentium verissimum „est hæredem cum defuncto etiam naturali ratione „eaodem esse personam. Vid. *supr. c. 7. §. 3. 9.* At in „linea collaterali, uti successio est a jure civili, ita „& illa repræsentatio. *d. §. 9.*

α) HÆRE-

§. XII.

[a] Heredis perſonam, quoad [b] dominii tam publici quam privati continuationem, pro eadem cenſeri cum defuncti perſona, certi eſt juris.

§. XIII.

Victor autem victo quatenus ſuccedat, infra [a] in effectibus belli explicabitur.

CAPUT. X.

De obligatione quæ ex dominio oritur.

I. *Obligatio reddendæ domino rei alienæ unde & qualis. (Exſtantia reſtituere, & quantum in ſe eſt efficere ut reddantur.*

II. *Non exſtantibus,) obligatio de reddendo eo quod quis lucri fecit ex alieno: quæ multis exemplis illuſtratur.*

III. *Bonæ fidei poſſeſſorem ad reſtitutionem non teneri, ſi res perierit.*

IV. *Eundem teneri ad reſtituendos fructus exſtantes.*

V. *Et conſumtos, niſi alias conſumturus non fuerit.*

VI. *Non eos, quos neglexit percipere.*

VII. *Non teneri eundem ad reſtitutionem rei, quam donavit alii, cum diſtinctione.*

VIII. *Nec ſi rem emtam vendiderit, ſimiliter cum diſtinctione.*

IX. *Quando pretium aut ejus partem ſervare poſſit, qui rem alienam bona fide emit.*

X. *Rem alienam emtam reſtitui venditori non poſſe.*

XI. *Qui rem habet cujus ignoretur dominus, nemini teneri eam concedere.*

XII. *Ob cauſam turpem, aut alioqui debitam, acceptam non eſſe reſtituendam naturaliter.*

XIII. *Refellitur ſententia ſtatuens rerum, quæ pondere, numero, menſura conſtant, dominium ſine conſenſu domini tranſire.*

§. I.

„a) (HÆREDIS PERSONAM &c. PRO EADEM CENSERI CUM DEFUNCTI PERSONA, &c.) Veritatem „hujus regulæ ex naturæ principiis demonſtravimus in *Diſſert. proœm. XII.* §. 281. §. 284. Quia „hæres continuat familiam defuncti, atque in „omne jus ejus ſuccedit. At hanc unitatem perſonæ „ſaltem in ſucceſſione deſcendentium, & privata, „non in ſucceſſione regnorum obtinere ſtatim demonſtrabimus.

„b) (DOMINI TAM PUBLICI:) Sæpius jam monuimus, inde apte imperium *domini* nomine „venire. Ceterum negamus, in ſucceſſionibus regnorum ſucceſſoris perſonam pro eadem cenſeri cum „perſona defuncti: Succeſſor non ſuccedit ex jure „defuncti, ſed ex jure primorum diſponentium: „atque hinc nec debita defuncti ſolvit, niſi „quatenus in utilitatem imperii contracta „ſunt; imperium enim cum onere & commodo ei defertur. *Vid. infr. c. 14. §. 11. ſeq.* „Vel niſi hæres ſit, i. e. in jura quoque privata „ſuccedat.

(AD §. XIII.) Author hic quærit an idem populus eſſe deſinat, ſi is per ultimam victoriam in poteſtatem victoris tranſit? Reſp. Videndum, *an* ſolum imperium in victorem tranſeat, ſalvis cæterum juribus & legibus populi: *an* vero autonomia, i. e. jus propriis legibus utendi, victis auferatur: vel *an* privata quoque jura tollantur. *Priori* caſu populus idem manet, & imperium, quod antea victorum fuit, per alium ſaltem exercetur. *Altero* caſu populus eſſe deſinit, eſſentia enim civitatis, quæ conſiſtit in perfecta illa communione, *i. e.* in libertate illa de ſuo jure publico ſtatuendi, deficit. *Vide* §. 6. *Tertio* caſu non tantum populus eſſe deſinit, ſed ſingulorum quoque libertas tollitur, & ſinguli fiunt ſervi:

ADDITIO.

„Mentem Grotii circa imperia bello quæſita explicavimus in Diſſert. prœm. IX. §. 101. *ſeq.* „Nos infra demonſtrabimus, victorem talem omnia jura publica & privata acquirere, adeoque in „debita & credita ſuccedere. *L.* 3. *c.* 8. §. 15.

„a) (IN EFFECTIBUS BELLI:) Nam inter effectus belli eſt, quod non tantum res hoſtiles capere liceat, *L. 3. c. 6.* ſed & ipſum imperium: „*L. 3. c. 8.* quod proinde victor cum ſuo onere „acquirit *d. c. 8. §. 15.*

(AD §. I.) Hactenus explicavimus *jus permiſſivum*, i. e. quibus modis aliquid noſtrum fit, vel, quod idem idem eſt, quibus modis facultatem legitimam agendi acquirimus. Sequitur nunc *jus decretorium, ſeu præceptivum*, quod conſiſtit in obligatione & neceſſitate abſtinendi ab alieno i. e. ab

eo quod noſtrum non eſt; *Prius* jus continetur in *poſit*. 3. *n*. 1. *poſterius in Poſit*. 6.

Hoc *jus præceptivum* oritur ex prohibitione naturæ, quæ facultatem naturalem agendi reſtringit, certosque ponit limites, ultra quos, quod quis tenet alienum, adeoque injuria eſt *Pos*. 2. & 6.

Antequam ulterius progrediamur, præmittenda ſunt vera principia juris naturæ circa obligationum cauſam: quæ uti plana & perſpicua ſunt, ita apparebit quam facili ratione difficillimæ juris Romani leges, interpretationem inde recipiant.

PROPOSITIO. I.

Cauſa obligationis prima & adæquata eſt prohibitio juris naturæ, ſeu voluntas Creatoris facultatem hominum, (i. e. libertatem eorum naturalem agendi quicquid lubet,) reſtringentis.

DEMONSTRATIO.

Natura homo inſtructus eſt facultate naturali agendi quicquid lubet; ea enim eſt definitio libertatis: quicquid ergo homo intra fines hujus libertatis agit, licite & intra ſtatum juris agit; pugnat enim natura aliquid nobis conceſſum & tamen prohibitum eſſe: neque hactenus ulla adhuc eſt obligatio quæ homini neceſſitatem imponat aliter agendi. Atque hinc dici hæc facultas ſolet *jus permiſſivum*, de quo egimus in *Pos*. 1.

Cum autem illa facultas, ſeu illa libertas agendi, non ſit indefinita, ſed a Deo, qui ſolus imperium in genus humanum habet, admodum reſtricta *Vide Pos*. 1. inde ſequitur, facultatem | naturalem agendi hactenus non conceſſam ſed prohibitam eſſe: pugnat enim facultatem agendi a Deo prohibitam eſſe, & tamen licere. Unde *jus* hoc *præceptivum* ſeu prohibitorium vocatur, quia facultas agendi non naturalis ſed moralis hic ceſſat.

ADDITIO.

„Cauſam obligationum naturalium B. Parens
„latius deduxit in *Exercitatione* 2. *ad Grot*. ubi §.
„5. *& ſeq*. mentem ſuam ita explicat.

Jus ſeu *juſtum* eſt quod licitum ſive non prohibi-
„tum ab eo eſt, cujus eſt legitima prohibendi poteſtas:
„quæ cujus ſit, vid. §. 9. Unde juſtum & licitum
„paria ſunt, quin unum idemque.

„Aliud vero eſt quod *licet* ſeu *juſtum* eſt, aliud,
„quod *decet* ſeu honeſtum eſt. Illud eſt objectum
„*juris*; hoc Ethices. Voces tamen *juſti* ac *honeſti*
„generalius quoque & promiſcue accipi ſolent, ut
„ſe mutuo complectantur.

„*Jus* eſt vel *permiſſivum*, vel *præceptivum*: *Il-*
„*lud*, quo facultas agendi quod lubet a natura
„data eſt, nec lege prohibita. Hoc, *præceptum* le-
„gis, quo facultas a natura data quaſi ligatur, vel
„adſtringitur *neceſſitate* aliquid agendi, vel non
„agendi.

„Ex *illo* itaque quod jus naſcitur, eſt *facultas*
„*legitima* ſeu *licita*, (Grotio moralis) agendi quod
„lubet. Ex *hoc* juris *vinculum*, ſeu agendi vel
„non agendi neceſſitas; id eſt, *obligatio*.

„Omnes facultates naturales homo, omnisque
„creatura, ab alio, & unice a creatore ſuo habet;
„nullam a ſe, vel ab alia creatura: *Conf*. 1. *Co-*
„*rin*. 4.

„Facultates has natura omni animantia docuit,
„easque illa in ſe norunt, ac ſentiunt. Atque
„iſtæ adeo facultates ſunt pars illa juris naturæ,
„quæ & brutis communis dicitur.

„Non, quod in brutis ſit umbra rationis, (ut
„errat Grotius *b. c*. 1, §. 11. *in fin*.) vel ulla juris,
„(ut Oſiander ad d. §. 11. obſ. 1. Grotius male imputat,)
„ſed unice harum facultatum; quæ in homine par-
„tem juris naturæ faciunt, communio. Recte igi-
„tur dici poteſt, hoc jus naturæ materia eſſe com-
„mune brutis; forma juris non item. Quod Imp.
„perſpicuo exemplo conjunctionis maris & fœ-
„minæ illuſtrat; quæ eſt facultas natura omnibus
„communis; at ſub forma juris quam NOS *matri-*
„*monium* dicimus, (& unde unde ſunt juris effe-
„ctus & legis obligatio &c.) NOBIS propria. *princ*.
„*de jur. nat. gent*.

„Certa ergo & perpetua primum regula erit:
„*Facultates naturales usque eo intelligi natura con-*
„*ceſſas ac permiſſas, dum appareat legitima pro-*
„*hibitio*.

„Talis legitima prohibitio nullius eſſe poteſt,
„quam cujus fuit conceſſio, ſolius ſcil. Creatoris:
„in cujus opus, nullum ulli creaturæ jus eſt, vel
„ulla poteſtas, niſi ſi cui aliqua ab eodem creato-
„re conceſſa fuerit. Hujus enim factum et opus
„ſunt illæ facultates, earumque conceſſio, qua ipſe
„cuique ſui juris fines ac terminos fixit; quos pro-
„inde movere, abſque ipſius permiſſu, nulli crea-
„turæ fas eſt.

„Igitur, quatenus a natura conceſſa eſt ſua cui-
„que facultas, eatenus id ſuum cujusque eſt, ſeu
„jus ac juſtum: hunc ergo, ut cœpimus, ſtatum
„*juris* dicimus, quem Creator voluit. E contra-
„rio, cum hi fines ac limites facultatibus noſtris
„a natura poſiti immutantur, ſeu, cum quis plus
„minusve ſuo habet, moti ſunt naturæ, & juris
„ab ea conceſſi fines, & violati divinæ voluntatis
„& conceſſionis termini, quod injuſtum ſeu inju-
„ria eſt, nobisque adeo dicetur *ſtatus injuriæ*.

„Hinc duo maxime ſequuntur; 1. Licet inſit
„homini naturalis aliquid agendi facultas, ſi ta-
„men illud agi jure naturæ vetitum eſt, perinde
„id ſit impoſſibile, & deſinit eſſe agendi facultas,
„ac ſi plane a natura illa conceſſa non eſſet; quia
„facultas, quæ ita datur ut certis finibus circum-
„ſcripta ſit, ultra hos fines non eſt data ac per-
„miſſa; & adeo nulla facultas. Nam nec ullam
„homo a ſe habet, nec ullam ab alia creatura;
„& quæ a Cratore ad certum modum conceſſa,
„ultra eum negata & vetita, & perinde eſt ac ſi
„plane conceſſa non eſſet. *Conf. l*. 31. §. 4. *ff. Neg*.
„*geſt*. §. 11. 15. *ff. de cond inſt*. Unde recte aliud
„*natura*, aliud jure *impoſſibile* dicitur.

„Hinc ergo, exceſſis & tranſitis his finibus, atque
„ita jure in injuriam verſo, ſequitur immota neceſſi-
„tas reparandi injuriam, & reſtituendi in ſtatum
„juris; quæ eſt obligatio, fluitque ex duplici cauſa:
„(1) Quia creatura tenetur parere voluntati Crea-
toris,

„toris, ut domini sui absolutissimi, in cujus ple-
„nissima potestate homo totus est, a quo omnia,
„& aliunde nihil, nullamque adeo potestatem ul-
„tra concessos fines agendi habet, nec subest nisi
„parendi necessitas. (2) Quia qui transit hanc divinæ
„voluntatis & concessionis lineam, quæ suum cujus-
„que describit, is spernit illam, & lædit hoc facto De-
„um Authorem, perrumpendo fines ab ipso statutos.
„Estque adeo iste excessus juris, seu status injuriæ,
„defectio creaturæ a creatore suo; servi, a summo
„suo & rerum omnium domino; hominis, a sum-
„mo bono & fonte omnis felicitatis humanæ.
„Quin deficit homo a se ipso, & a sua natura,
„quam, cum divina illa sit, atque a divina origine,
„Deo & Authori suo rebellem facit. Non potest
„igitur hoc excessu non offendi gravissime sum-
„mus Legislator, atque in vindictam exardescere:
„natura enim quod est summe pefectum, idem
„est summe colendum, nec adeo Deus magis nolle
„potest coli, quam esse summe bonus & perfectus;
„magis permittere sibi non pareri, quam rerum
„arbitrium ac dominium, aut totius naturæ cla-
„vum abjicere. Denique, cum malum sit quicquid
„ab ejus voluntate summe bona desciscit, non pot-
„est Deus, qui malum ferre nequit, non excan-
„descere, & irasci numen suum violanti.

PROPOSITIO II.

Quicquid igitur contra prohibitionem divinam homo agit, injuria est: adeoque ab eo abstinendum.

DEMONSTRATIO.

Ex probibitione igitur divina sequitur absti-nendi necessitas: Homo enim nullam facultatem a se ipso, sed omnia a Deo habet; totus homo & quicquid homo & hominis est, totum est in potestate creatoris: ergo nihil in homine est suæ sed totum alienæ potestatis, nec suo sed Authoris sui nutu regitur, & hunc necessario sequitur. Homo igitur nihil agere potest nisi quatenus Deus concessit, & hæc sola facultas nostra est: Quoties ergo constat Deum non concessisse, homo id facere non potest, quia dum facultatem a suo creatore concessam non habet, eam nullo modo habet; indeque nec natura facere potest, quod natura non concessit, quod autem facere quis non potest ab eo necessario abstinet: neque liberum amplius esse potest, quod natura prohibuit:

Atque hinc *injuria* est, quicquid homo ultra fines facultatis a natura concessæ agit, impingit in legem superioris, quæ sola statum juris constituit; hunc igitur evertere homo absque injuria nequit. Unde simul apparet injuriam hic non accipi pro delicto, sed pro omni eo quod jure non fit; quo sensu etiam a ICtis accipitur in *L. 1. §. 1. ff. injur.*

PROPOSITIO III.

Agit autem homo contra prohibitionem creatoris, adeoque injuria, si ultra jus suum habet vel agit, idque unice:

DEMONSTRATIO.

Cum enim creator cuique hominum jus in suas res & actione concesserit, pugnat facultatem, quæ uni a natura data est, omnibus competere: si quis igitur facultatem alii propriam usurpare, & in *res* vel *actiones* alterius jus sibi arrogare velit, ultra jus suum *habet* vel *agit*, deficit concessio creatoris, eoque omnis habendi vel agendi titulus.

Regula hæc prohibendi generalis est, nam in his duobus, *rebus* scilicet & *actionibus*, omne jus nostrum consistit, ultra nihil nostrum dici potest,

PROPOSITIO IV.

Ex qua injuria oritur obligatio ad reparandum: qua reparatio fit (1) cum id quod alii abest, vel (2) si id non potest, tantundem restituitur.

DEMONSTRATIO.

Omnis obligatio consistit in reparatione injuriæ i. e. in necessitate restituendi jus quod alienum est; quamdiu enim id restitutum non est, agimus ultra facultatem a natura nobis concessam, contra prohibitionem creatoris, eoque manet injuria: Reparatio autem tunc fieri dicitur cum res ad statum juris reducitur, i. e. cum alii nihil abest, & suum cuique tribuitur: unde justitia a ICtis Romanis notanter definitur, quod sit constans atque perpetua voluntas *jus suum cuique tribuendi*. Fit ergo reparatio cum jus suum cuique tribuitur; nimirum si quis rem alienam tenet, vel jus aliquod facto meo alii abest, id præstari, id tribui debet ei ad quem res illa vel jus illud pertinet; neuter enim tunc plus vel minus suo habet, sed suum cuique tribuitur, qui est status juris:

Si vero res ipsa non amplius exstat, aut factum quo alii aliquid deest tale sit ut restitui non possit, restitui debet tantundem, quia id mensura nostri est; neque enim dici potest nobis aliquid abesse ubi tantundem ac antea habuimus tenemus: de quo plenius alibi egimus.

ADDITIO.

„Exposuit hæc principia B. Parens in positioni-
„bus ad explicationem juris gentium editis, quæ
„exstant in *Dissert. proœm. X.* §. 10.

PROPOSITIO V.

Causa igitur generalis obligationis est imminutio juris, si scilicet per alterum fit, ut alter jus suum integrum non habeat: unde oritur necessitas suum cuique tribuendi.

DEMONSTRATIO.

Omnis juris ratio ac substantia in eo est, *ut cuique suum tribuatur*, eaque adeo prima & universalis regula juris est: Quamdiu ergo quisque suum habet, manet juris status: neque eo integro ulla intelligi potest obligatio, quia intra fines juris sui quisque agere potest quod lubet: nondum ergo hactenus fingi ulla obligatio potest, quippe quæ in

neceſſitate agendi conſiſtit, adeoque cum libertate illa pugnat: nulla igitur neceſſitas eſt domino, ut aliter agat quam prout vult.

Primum initium igitur obligationis eſt a juris imminutione, quando ſcilicet aliquid teneo, vel ago ex quo jus alterius imminuitur. Cum enim ceſſet hic facultas agendi, cum natura nullum jus agendi hactenus conceſſerit, neceſſario reſtitui cauſa in ſtatum juris, i. e. ſuum cuique tribui debet: tunc igitur incipit neceſſitas reparandi injuriam, & cauſam ad ſtatum juris reducendi.

Atque hæc neceſſitas *obligatio* dicitur, quia is qui aliquid alienı tenet vel agit, ligatus & quaſi vinctus eſt, ut alteri ſuum præſtet: unde conventiſſima ICti Romani eam eſſiniunt *vinculum juris*, quia eſt præſtandi neceſſitas. *pr. Inſt. de oblig. l. 95. §. 4. ff. ſolut. L. 3. pr. O. A. L. 13. C. de contrah. emt. Cic. L. 1. de off. c. 20.* Vinn. *ad pr. Inſt. de obl.* facultatem agendi quicquid lubet.

ADDITIO.

„Mentem ſuam, & quid per vinculum ICti in„telligant, plenius explicavit *B.* parens *in Diſſ. de ceſſio„ne action. ſect. 1. §. 3. 4. & 5.* His verbis: Pari enim „ſignificandi ratione debitum, quo aliquid præſtare „creditori tenemur, dicitur obligatio, quia debi„tor ligatus & devinctus eſt, ut aliquid præſtet. „Unde convenientiſſime vinculum dicitur, & qui„dem vinculum juris, quod eſt præſtandi neceſſi„tas. *pr. Inſt. de Obl. l. 95. §. 4. ff. de ſolut. l. 3 pr. de „O. & A. l. 13. C. de contr. empt. §. 1. Inſt. de fideicomm. „hæred. VINN. ad d. pr. de Oblig. ibique de Fuchs.* „Idque per metaphoram, ſumptam a vinculis „corporis. Quemadmodum enim iis ligatus „non habet facultatem agendi quod lubet, ſed ne„ceſſitate naturali compulſus eſt in loco manere, ita „vinculo juris obligatus neceſſitate morali tenetur, „ut debitor præſtet, atque adeo in hac neceſſitate „præſtandi unice conſiſtit vinculum iſtud juris.

„Utrumque vinculum injectum videmus libertati „in definitione egregia Florentini *in l. 4. pr. de ſtat. „hom. & §. 1. J. de jur. perſon.* ubi dicitur, quod „ſit *facultas naturalis agendi quod lubet, niſi quid „vi, vel jure prohibeatur.* Vis eſt vinculum corporis, „legis prohibitio vinculum juris: Illud libertatem „ipſam, ſeu jus ejus non tollit, ſed tantum exerciti„um, quemadmodum hoc latius deduxit B. parens „*in diſſ. de Jur. pœn. in contract. Sect. 1. §. 8. HUB. ad „pr. J. de Jur. perſ. & Vinn. ibid.* Hoc autem i„pſum Jus libertatis reſtringit, ita ut integra libertas „maneat intra fines legum, quos qui excedit, non „ex libertate agit, ſed ex libertatis exceſſu; Hinc „rectiſſime dicit *Cicero, libertas eſt legibus ſervire, „& legum idcirco omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe „poſſimus*; quo & facit potiſſimum illud Papini„ani, quamvis ethnici, effatum *in L. 15. de Cond. „inſtit. vid. Vinn d. l.*

„Omnis igitur vis injicit vinculum libertati, non „modo cum catenis & funibus quis vincitur, ſed & „cum aliis ſimilibus compellandi modis adigitur: „ut cuſtodia militari, apparitoribus, carcere &c. „nec tantum enim actu vis incutitur, ſed & cum „metus a violentia, v. gr. metus verberum, mor„tis, &c. *arg. l. 1. ff. Quod. met. cauſ. l. 3. eod. l. „3. Ex quib. cauſ. mai.* Ea enim violentia quam „quis metuit perinde ob oculos eſt ad impedien„dam actionem, ac ſi illata eſſet, & non minus „fere homines abſterrentur mali metu, quam ſen„ſu: ſed de hoc vinculo, jam non agitur. *Hactenus B. parens.*

„Sed obiter hic notandum eſt, ICtos Romanos „*obligationem non in genere* ita definiviſſe, ſed „ſolam *obligationem perſonalem*: nam obligatio „*realis* proprie non eſt vinculum juris quo *perſona* „obligatur, ſed ubi *res* eſt in obligatione, adeo„que ubi actio non datur in perſonam, niſi quate„nus *rem* poſſidet.

PROPOSITIO VI.

Imminuitur autem jus alterius (1) ſi quis tenet rem quæ alterius eſt, adeoque quæ in alterius eſt dominio: de cujus reſtituendi obligatione agitur h. cap. (2) quando quis aliquid facit quo alteri aliquid abeſt. Factum autem hoc poteſt eſſe licitum vel illicitum: de obligatione quæ inde deſcendit agemus Cap. XI. ſeq. Cap. XVII. & XX.

DEMONSTRATIO.

Cum dictum ſit cauſam generalem obligationis eſſe imminutionem juris, quæritur, quando nam jus noſtrum minui videatur? Minuitur jus noſtrum (1) quando alius tenet rem quæ noſtra eſt, is enim plus ſuo habet, adeoque injuria rem illam tenet, quæ tamdiu durat donec res illa domino reſtituatur: de qua reſtituendi obligatione *hoc capite* Anthor agit; Sed & (2) jus noſtrum minuitur, quando facto alterius mihi, non res mea, ſed aliud jus abeſt; nam hoc caſu alter ultra jus ſuum habet vel agit, facto ejus aliquid mihi abeſt, adeoque injuria agit, ad cujus reparationem tenetur.

Factum autem illud *vel* eſt licitum, vel illicitum: adeoque obligatio oritur ex *facto licito*, nimirum ex contractu & quaſi contractu: vel ex *facto illicito*, nimirum ex delicto vel quaſi delicto. De priori obligatione agemus *Capite XI. ſeq.* de poſteriori *Cap. XVII. & XX.*

PROPOSITIO VII.

Meum non tantum eſt res mei dominii, ſed & quæ alterius eſt, at mihi debita: quo caſu ea meum dicitur etſi res alterius ſit, vel in alterius poteſtate. L. 70. §. f. ſeq. de Leg. 2.

DEMONSTRATIO.

Cum lex naturæ ſit *jus ſuum cuique tribuere*, ſuum hic dicitur non tantum quod ipſius eſt jure dominii, ubi rem ſuam eſſe aſſerit; ſed etiam ſi res mihi promittitur: Adeoque jure naturæ *re* promiſſa jus in ipſam rem transfertur, prout enim quiſque de re ſua diſponit ita jus eſt, ut jus petendi rem promiſſam in te transtuli: cujus rei effectus eſt, ut is cui promiſſa res eſt eam petere a quocunque poſ-

§. I.

I. [a] Explicato, quantum instituto nostro sufficit,[b] jure eo quod in personas[c] aut res nobis competit,[d] videndum etiam quæ exinde nascatur obligatio adversum nos. Nascitur autem hæc[e] aut e rebus exstantibus[f] (reum nomine jam comprehendam etiam jus in personas [g] qua utile nobis esse potest) aut non exstantibus. 2.

possessore possit. Debitor ergo non manet plenus rei dominus, quippe jure rei petendæ in alium translato: adeoque rem quam detinet alienare quidem potest, sed cum onere eam præstandi ei cui semel promissa fuit: hoc jus enim semel quæsitum facto debitoris ei auferri nequit. Jure ergo naturæ nulla actio personalis est, nisi (1) ex pacto quo res non continetur, (2) ex delicto, (3) ex variis causarum figuris *Vid. Diss. proœm. X. Pos. VII.*

ADDITIO.

„Novam hanc hypothesin, quod promissio „rei rem ipsam afficiat, examinavimus in *Differt. pro-„œm. XII. §. 345.* Cæterum originem *juris in re*, ejus-„que effectus exposuimus in *Diss. proœm. XII. §. „245. seq. & §. 247. seq.*

„a) (EXPLICATO QUANTUM INSTITUTO NO-„STRO SUFFICIT:) Institutum enim Authoris est „jura rerum explicare, quatenus justo bello cau-„sam præbent. *Vid. l. 2. c. 1. §. 1.*

„b) (JURE EO QUOD IN PERSONAS:) Scilicet „ex hominum statu naturali; nam originarie jus ali-„quod nobis acquiri in personas, earumque statum „dixit supra capite V. Hoc autem jus reale esse „hoc capite asserit, quod refutavimus in *Differt. „proœm.* XII. §. 113. simulque probavimus, ex „statu hominum obligationem oriri non ex jure in „re, seu dominio; sed ex qualitate & conditione „naturali personarum, adeoque ex alio juris ob-„jecto.

„c) (AUT RES NOBIS COMPETIT:) Scilicet per „occupationem, tum originariam, tum deriva-„tivam: *Vid. supr. c. 3. & seq.*

„d) (VIDENDUM ETIAM QUÆ INDE NASCATUR „OBLIGATIO ADVERSUM NOS:) Author rubricam hujus capitis hanc ponit: *de obligatione quæ ex dominio oritur;* meo judicio parum curate: obligatio enim proprie loquendo nulla oritur ex dominio, utpote quod potius in libertate naturali consistit de re illa disponendi, quæ libertas cum juris vinculo nihil commune habet.

ADDITIO.

„Author non loquitur de obligatione *domini*, „sed de obligatione *aliorum erga dominum*, cujus „rem tenent, vel tenuerunt, vel ex cujus re locu-„pletiores facti sunt: his enim casibus vim do-„minii esse ait, ut possessores obligentur ad rem i-„psam, vel, si non exstat, ejus æstimationem, vel „utilitatem ex re illa perceptam restituendam.

„Cæterum in præcedentibus diximus, hunc lo-„quendi modum obscurum valde, & parum disci-„plinæ juris congruum esse. Diximus præterea, „duobus posterioribus casibus obligationem non „oriri ex dominio, seu ex jure in re, sed ex obli-„gatione personæ.

„e) (AUT E REBUS EXSTANTIBUS AUT NON „EXSTANTIBUS:) Nihil aliud his verbis indicatur, „quam domino competere rei vindicationem ad-„versus possessorem rei: & hunc obligari ad rem, „si exstat, restituendam; si non exstat, ad præstan-„dum æstimationem; vel, si utilitatem ex re alteri-„us percipit, ad restituendum in quo locupletior „factus est:

„Cæterum diximus, jure naturali dominum *re-„bus non exstantibus* non posse actione reali agere, „adeoque per rei vindicationem nec æstimationem, „nec alias utilitates, quas possessor ex re illa perce-„pit, petere; quia rei interitu omne jus in re illa „perit; sane æstimatio & utilitas illa nunquam „domini fuit: Verum ergo non est, *obligatio-„nem hanc adversum nos esse ex dominio*: ori-„tur illa potius ex obligatione personæ, ni-„mirum *vel* ex delicto aut quasi delicto, si „dolo vel culpa possessoris res perit, & ideo æsti-„matio petitur; vel ex contractu aut quasi ex con-„tractu, si locupletior fieret cum alterius jactura.

f) RERUM NOMINE JAM ETIAM COMPREHENDAM JUS IN PERSONAS:) Quod etiam ICti Romani fecere: unde celebris illa distinctio inter jus in re & ad rem.

ADDITIO.

„Author ad acquisitionem originariam retulit „non tantum jus in *res* sed & in *personas. Vid. Lib. 2. „c. 5. §. 1. junct. c 3. §. 1. & h. c. 10. §. 1,* per *jus „in personas* autem non intelligit *jus ad rem*, seu „jus quod ex obligatione personæ oritur; sed il-„lud jus in personas quod *ex statu hominum* oritur: „nimirum jura quæ parentibus *ex generatione* com-„petunt in liberos: *d. c. 5. §. 1. seq.* quæ *ex consen-„su* competunt in conjugem, & subditos. &c. *d. c. „5. §. 1. §. 8. & seq.* At alibi demonstravimus, hæc „jura personarum, quæ ex hominum statu oriun-„tur, nulla ratione ad *ius rerum* referri posse, inde-„que *actiones præjudiciales* quæ jure Romano in-„de dantur, male *reales* dici. Conf. *Differt. prooem. „V. §. 13. Diss. VI. §. 26. Diss. XII. §. 113.*

„g) (QUA UTILE NOBIS ESSE POTEST:) „Quatenus v. g. filius & servus acquirunt patri & domino

2. [h] E rebus exſtantibus obligatio hæc naſcitur, [i] qua tenetur is qui rem noſtram habet in ſua poteſtate, efficere [k] quantum in ſe eſt, ut in noſtram poteſtatem veniat. Quantum in ſe eſt, dico, neque enim obligatur ad impoſſibile, [l] neque ad reddendum rem ſuis impenſis: [m] ſed indicare tenetur, ut alter recipere ſuum poſſit. [n] Nam ſicut in rerum communium ſtatu obſervanda erat æqualitas quædam, ut huic non minus quam alteri rebus communibus uti liceret

„domino &c. non ergo quatenus delinquunt.

„*h*) (E REBUS EXSTANTIBUS OBLIGATIO „HÆC NASCITUR:) Nimirum hactenus, ut poſſeſ„ſor *obligetur* rem domino reſtituere, ex regula ju„ſtitiæ generali, quæ jus ſuum cuique vult tribui. „Verbo hoc explicari potuiſſet, dominum ſcl. rem „ſuam vindicare poſſe a quolibet poſſeſſore.

i) (Grot) (QUIA TENETUR IS QUI REM NOSTRAM HABET IN SUA POTESTATE EFFICERE QUANTUM IN SE EST, UT IN NOSTRAM POTESTATEM VENIAT:) Inter præcepta jubentia legis Hebræis datæ eſt, ut res inventa reſtituatur domino. Præcepto jubente LXXIV. Fundamentum id habet tum in æquitate naturali, tum in Deuteronomii loco XXII, 1. *Chryſoſtomus.* 1 Corinth. V, 8. *Ταῦτα δὲ ϗ οἱ τῶν ἔξωθεν ἴσασι νόμοι, ὃ τὲς ἁρπάσοντας ϗ ἀφελομένες ἀφέντες, ἐκείνες κελεύσειν ἀπαιτεῖν, παρ' οἷς ἂν εὕροι τις τὰ αὐτῦ κείμενα ἅπαντα. Hoc & ſæculi probant leges quæ ius nobis faciunt, omiſſo raptore aut fure, eos compellare qui res noſtras, qualescunque ea ſint, tenent.* (Tom. III. *pag. 338. Ed Savil.*) *Hieronymus* ad Leviticum: *Multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum quod invenerint teneant, & dicunt: Deus mihi dedit. Cui habeo reddere? Diſcant, hoc peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inventa non reddat.* (At locus ille non eſt *Hieronymi*, ſed *Origenis*, ex *Hom.* IV. in Cap. 6. *Levit.* unde verſus eſt; ut in Editione Pithœana Corporis Juris Canonici obſervatum. J.B.) *Auguſtinus* Sermone XIX. de verbis Apoſtoli: *Si quid inveniſti & non reddidiſti, rapuiſti.* Deinde *Qui alienum negat, ſi poſſet & tolleret.* Utrumque Gratianus retulit in cauſæ XIV. quæſtionem V. *Can. 6.* & 8 Idem *Auguſtinus* de Fide & operibus (Cap. 7.) *Sicut jure prædiorum tamdiu quisque bona fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum: cum vero ſcierit, nec ab alieno receſſerit, tunc malæ fidei poſſeſſor perhibetur, tunc juſte injuſtus poſſeſſor vocabitur.* Pertinet huc & lex Wiſigothorum lib. IX. tit. 1. c. 9. Interdum vero ob cauſas graves lex civilis intendit augetque hanc obligationem, ut in ſervo fugitivo lex Burgundica lib. 1. tit. VI. Bona quæ dominis per injuriam ademerat Domitianus, Nerva reſtitui juſſit. Habet id *Xiphilinus* (*pag 240. C. Ed. H. Steph.*) Apud *Procopium* Gotthicorum 11. Beliſarius: *οἶμαι δὲ ἔγωγε τόν τε βιαζόμενον, ϗ ὃς ἂν τὰ τῦ πέλας ἑκεσίως μὴ ἀποδιδῷ, τὸν αὐτὸν ἑκών γε εἶναι. Mihi ita libet credere, pari loco eſſe res alienas ſponte retinentem, & non reddentem, cum raptore.* (*Cap.* 6.)

ADDITIO.

Hoc extra dubium eſt, quod poſſeſſor rei alienæ eam domino reſtituere teneatur, at quæritur unde ſit hæc obligatio? & dicimus hanc neceſſitatem inde oriri, quod poſſeſſor teneat rem in quam nulla facultas ei a natura eſt conceſſa. Unde ſequitur neceſſitas abſtinendi, & rem domino reſtituendi, eoque jus ſuum cuique tribuendi.

k) (QUANTUM IN SE EST DICO, NEQUE ENIM OBLIGATUR AD IMPOSSIBILE:) Senſus eſt, quod de domino rei conſtare debeat: ſi igitur ignoratur, nondum obligatur poſſeſſor ad reſtituendum rem domino de quo non conſtat, adeoque cui per rerum naturam reſtitui nequit. Si poſtea experiatur dominum, tenetur ei rem cum fructibus reſtituere, quia fructus hos ex re aliena tenet; in quos proinde nullum ei jus, nullaque facultas conceſſa eſt.

l) (NEQUE AD REM REDDENDAM SUIS IMPENSIS:) Si poſſeſſor impenſas fecit in re aliena, dominus eas reſtituere tenetur, quia alias locupletior fieret cum jactura detentoris, & ſic plus ſuo haberet, quod pariter tribuere debet ei cui id deeſt.

m) (SED INDICARE TENETUR UT ALTER SUUM RECIPERE POSSIT:) Adeoque poſſeſſor rei alienæ non tenetur rem afferre domino, hic enim jus in alterius operas non habet, ſed ſufficit poſſeſſorem indicaſſe domino rem penes ſe eſſe: hæc indicatio neceſſaria eſt ex medii neceſſitate, quia ignoranti domino jus ſuum tribui non poſſet. *Pos. 4. n. 4.*

„*n*) (NAM SICUT IN RERUM COMMUNIUM STA„TU OBSERVANDA ERAT ÆQUALITAS QUÆDAM, „UT HUIC NON MINUS QUAM ALTERI &c.) Au„thor obligationem *reſtituendi rem alienam domino* „inde oriri ait, *quod, ſicut in primæva rerum com„munione æqualitas quædam fuit obſervanda, ut „uni non minus quam alteri re communi uti licue„rit: ita ſublata illa communione per diviſionem, & „ſurrogatam poſtea occupationem, domini ſocieta„tem quaſi contraxerint, ut is qui rem alienam te„net eam domino reſtituat:* Vix credi poteſt Au„thorem ſerio hæc ſcripſiſſe: Quis perſuadere ſibi „poterit jura hominum & Principum ex hujusmodi „principiis, omni ratione deſtitutis, decidi debere. „Certum (1) eſt communionem primævam rerum „non exſtitiſſe; adeoque (2) verum non eſt eo tem„pore obſervandam fuiſſe æqualitatem quandam, „*ut huic non magis quam alteri uti liceret:* natu„ra omnes res terræ ſunt nullius, ceduntque occu„panti, non juxta aliquam æqualitatem, ſed in in„finitum: verum (3) non eſt dominium demum „introductum eſſe per diviſionem, & ſurrogatam „poſtea occupationem. Verum (4) non eſt domi„nos dividentes & occupantes res antea communes „quaſi ſocietatem contraxiſſe? quid ſi is qui rem alienam

liceret: [o] ita introducto dominio [p] hæc quasi societas inter dominos contracta est, [q] ut qui rem alienam in sua haberet potestate eam domino redderet [r]. Nam si dominii ea tantum fuisset vis ut poscenti domino reddenda res esset, nimis debile futurum fuisset dominium, [s] & nimis sumtuosa custodia.

3. [t] Neque hic consideratur bona quis an mala fide rei possessionem nactus sit: [u] alia enim obligatio est ex delicto, alia ex re. [v] Lacedæmonii delicto se liberaverant damnato Phœbida, qui Cadmeam Thebanorum arcem contra foedus ceperat, [w] sed ipsi injustitiæ accusati quod arcem nihilominus retinerent. [x] Eamque injustitiam, ut singularem, etiam singulari Dei providentia vindicatam notavit Xenophon. Sic M. Crassum & Q. Hortensium reprehendit Cicero, quod

Diod. l. XV. c. 20. Plut. Pelopida, p. 280.

„alienam tenet id neget? sane dominus rei consensum illum probare teneretur, tum quia facti „est, tum quia eum allegat. Sed & (5) non opus „est hujus modi fictionibus: B. parens ex planissimis juris naturæ rationibus causam obligationum „demonstravit: quo lectorem remitto.

„o) (ITA INTRODUCTO DOMINIO:) Quod factum Author ait per divisionem rerum communium, a genere humano factam, & per occupationem, quam idem humanum genus tacite „surrogasse fingit.

„p) (HÆC QUASI SOCIETAS INTER DOMINOS CONTRACTA EST:) Unde quæso fabula hæc, aut fictus hic consensus unquam probari poterit? & „quæ nam obligatio oriri poterit ex ejusmodi vagis & vanis conjecturis.

„q) (UT QUI REM ALIENAM IN SUA HABERET POTESTATE, EAM DOMINO REDDERET:) Hæc „obligatio non oritur ex ficta illa societate dominorum primorum, sed ex ipsa rei natura, etsi primi domini de eo non convenissent; qui enim alieni quid „& ultra suum habet, ex Creatoris voluntate id restituere tenetur ei cujus res est.

„r) (NAM SI DOMINII EA TANTUM FUISSET „VIS UT POSCENTI DOMINO RES REDDENDA ESSET, NIMIS DEBILE FUTURUM FUISSET DOMINIUM:) Diximus rem domino, etiam non „poscenti, restituendam esse, (nimirum indicando „ei ut rem suam repetere possit:) idque ex medii necessitate, quia ignoranti domino jus suum „aliter tribui non potest. *Vid. lit. m.* Diximus porro restitutionem illam fieri debere non ex ficta „aliqua societate, sed quia Creator cuique tantum „jus in suas, non in res alterius concessit.

„s) (ET NIMIS SUMTUOSA CUSTODIA:) Possessor rei alienæ ideo denunciare debet domino rem „penes se esse, ne sumptus in re aliena facere teneatur: si dominus non repetit, possessor exponere rem, si eam amplius in custodia habere non „vult, poterit: quia dominus rei in meas actiones „nullum jus habet: Vide simile quid in *l. 1. §. 3.* „*peric. & comm.*

„t) (NEQUE HIC CONSIDERATUR BONA QUIS „AN MALA FIDE REI POSSIONEM NACTUS SIT:) „Nam tantum hic consideratur an facultas a natura „illi in eam rem concessa sit, eâ enim a Creatore non „concessa sequitur necessitas restituendi, sive bona „sive mala fide rem teneat.

„u) (ALIA ENIM OBLIGATIO EST EX DELICTO „ALIA EX RE:) Possessor qui mala fide rem „alienam tenet, obligatur (1) ex delicto suo (2) „ex detentione rei: Ex *illo* tenetur ad pœnam, de „qua hic non quæritur. Ex *hac* tenetur ad rei restitutionem. Unde fieri potest, ut possessor rem „alienam teneat ex delicto tertii, v. g. furis; Hoc „igitur casu author puniri debet, sed possessor ideo non liberatur a restitutione rei: quia „hæc obligatio restituendi non est delicto, sed ex „possessione rei alienæ: quod ex sequentibus exemplis magis illustrabitur.

v) (LACEDÆMONII DELICTO SE LIBERAVERANT DAMNATO PHOEBIDA &c.) Imo se non liberarunt delicto, quia ipsi authores fuere Phœbidæ ut faceret; *Diod. Sic. L. 15. c. 20.* Adeoque injuria puniverunt Phœbidam, cum socii delicti fuerunt. Sed & Agesilaus defensionem Phœbidæ suscepit, causatus, injussu populi aliquid fieri posse si utilitas reipublicæ id exigeret: *Xenoph. hist Cyr. 5. n. 558.*

w)(Grot.)(SED IPSI INJUSTITIÆ ACCUSATI QUOD ARCEM NIHILOMINUS RETINERENT:) Ita judicat *Diodorus* libro xv. (c. 20.) *Plutarchus* Agesilao: *τὴν πόλιν ἔπεισεν εἰς αὐτὴν δέξαϑαι τὸ ἀδίκημα, καὶ κατέχειν τὴν καδμείαν δι' ἑαυτῆς. Civitati persuasit ut in se culpam transferret, retinendo sibi arcem Cadmeam.* (Pag. 609. B.) Simile facinus Bajazetis in Nicopoli apud *Leunclavium* lib. VI.

ADDITIO.

Lacedæmonii tenebant rem alienam, adeoque injuriam faciebant, quam reparare debuissent restituendo rem dominis: cum igitur id non fecerunt recte Diodorus Siculus id contra jus & fas esse dixit *L. 15. c. 25.*

x) (EAMQUE INJUSTITIAM UT SINGULAREM ETIAM SINGULARI DEI PROVIDENTIA NOTATAM &c.) Nam Thebani postea per conspirationem exulum, juvantibus Atheniensibus, virtute sua restituti sunt. *Diod. Sic. d. l. 15. c. 25. 26. & 27.*

Hist. Grac. lib. V. c. 4. De Off. III. c. 18.

y quod hereditatis partem retinuissent ex testamento, quod falsum, z sed sine eorum culpa confectum erat.

4. aa Quia vero hæc obligatio tanquam ex contractu universali omnes homines tenet, b & jus quoddam rei domino parit, cc co fit, ut singulares contractus, quippe tempore posteriores, exceptionem inde accipiant. dd Inde lucem accipit illud Tryphonini: *Latro spolia quæ mihi abstulit posuit apud Sejum inscium de malitia deponentis: utrum latroni, an mihi restituere Sejus debeat? Si per se dantem accipientemque intuemur, hæc est bona fides, ut commissam rem recipiat is qui dedit: Si totius rei aequitatem, quæ ex omnibus personis quæ negotio isto continguntur impletur, mihi reddenda sunt, quoi* (male legitur *quo*) *facto sceleftissimo ademta sunt;* Recte autem addit: *Et probo hanc esse justitiam, quæ suum cuique ita tribuit ut non distrabatur ab nllius personæ justiore repetitione.* ee Justior nimirum

y) (QUOD HÆREDITATIS PARTEM RETINUISSENT EX TESTAMENTO, QUOD FALSUM.) Quod enim ex falso testamento habebant, erat alienum, in id vero quod alienum est oulla facultas ipsis competiit; adeoque iojuria tenebant, quæ non desinit nisi facta restitutione: *Vid. Cic. off. l. 3. c. 18.*

„z) (SED SINE EORUM CULPA CONFECTUM „ERAT:) Adeoque delictum ipsum non commisc„runt, sed, ut cum Cicerone *d. l.* loquar, *alieni „facinoris munusculum non repudiarunt.*

„aa) (QUIA VERO HÆC OBLIGATIO TANQUAM „EX CONTRACTU UNIVERSALI OMNES HOMINES „TENET:) Dixit enim ante, *introducto dominio „hanc quasi societatem inter dominos contractam „esse, ut qui rem alienam in sua haberet potestate „eam domino redderet:* ex hoc autem consensu „seu contractu universali totum humanum genus „obligari ait: sed fabulam hanc jam refutavi in „præcedentibus.

„bb) (ET JUS QUODDAM REI DOMINO PARIT:) „Imo id non est ex consensu dominorum primæ„vorum, sed ex primævi juris naturalis ratione, „vi cujus unicuique jus in res suas competit, quod „a quocunque possessore vindicare potest.

„cc) (EO FIT UT SINGULARES CONTRACTUS, „QUIPPE TEMPORE POSTERIORES, EXCEPTIONEM „INDE ACCIPIANT:) Mens Authoris ex sequenti „exemplo magis apparebit.

dd) (INDE LUCEM ACCIPIT ILLUD TRYPHONINI:) Casus in *l. 31. ff. depositi* hic est: Latro rem vi ablatam deponit apud Tertium: postea & latro & rei dominus simul rem repetere volunt, quæritur cui restitui debeat? Respondet ICtus ex negotio *depositionis* potiorem esse latronem deponentem, hactenus enim negotium licitum est, latro custodiam rei alii committit, adeoque non de jure quæritur, sed de solo facto custodiæ, de eo solo pacti sunt, & ex hoc pacto jus latroni quæsitum est: si vero inspicitur æquitas *totius negotii* potior est causa domini, hujus enim jus fuit ante depositionem, adeoque si ei res restituitur non tantum latro jus suum recipit, sed & dominus, cum econtrario si latroni restitueretur, nondum reparata esset omnis injuria, & dominus contra latronem adhuc agere deberet.

ADDITIO.

„Ratio, cur magis domino quam latroni restitui „debeat, est mere civilis, jure naturæ enim præcise „latroni res deposita restituenda est. Atque hinc „doctrina hæc Tryphonii non ex jure naturæ, ne„dum ex ficta ratione Authoris lucem accipere „potest, quod mox plenius illustrabo:

„ee) (JUSTIOR NIMIRUM EST REPETITIO NO„MINI, EX JURE ILLO QUOD IPSI DOMINIO ÆQUÆ„VUM:) Author rationem ejus quod Tryphoninus „statuit, *dominum rem suam vindicantem praeferri de„ponenti latroni,* in eo ponit, *quod introducto dominio „domini universali quodam contractu convenerint, ut „res alienæ suis dominis restituerentur:* etsi igitur „postea per singulares contractus aliud statuatur, „(uti in præsenti casu, ubi depositarius promisit se „restiturum latroni,) nihilominus tamen putat præ„ferri contractum universalem, & singularem il„lum contractum exceptionem accipere a generali „& priori: adeoque in casu proposito dominum „præferri, propter jus antiquius quod ex universali „contractu oritur, vi cujus res restitui debet ei cu„jus est:

„At verba hæc sunt, ex quibus nihil, nedum „ulla juris ratio, inferri potest. Demonstra„vi in præcedentibus non dari talem contra„ctum universalem, adeoque cum regula non exi„stat, sponte sequitur, contractus speciales exceptio„nem inde accipere non posse:

„Neque Tryphoninus de jure gentium agit, ne„dum asserit decisionem illam esse juris naturalis; „sed econtrario, ex inspectione legis apparet eum

ex

rum eſt repititio domini ex jure illo quod ipſi dominio æquævum diximus: [ff] unde etiam illud ſequitur quod apud eundem Thryphoninum eſt, ut qui rem ſuam ignorans depoſitam accepit, reddere eam non teneatur: [gg] & quod ibidem paulo ante quærebatur de bonis depoſitis ab eo cujus bona erant publicata, hinc potius [hh] quam ex eo quod de pœnarum utilitate adfert Tryphoninus, definiendum eſt.

[ii] Nam ad dominii naturam nihil refert, ex gentium an ex civili

„ex æquitate mere civili rem ita decidiſſe: Poſt„quam enim ICtus theſin poſuit, *bonam fidem quæ* „*in contractibus exigitur, ſummam æquitatem deſide*„*rare*, quærit, *an ea æſtimanda ſit ad merum jus* „*gentium, an vero cum præceptis civilibus &* „*prætoriis?* ICtus duplici exemplo probat, non in„ſpiciendam eſſe æquitatem meram juris gentium, „ſed civilem magis: *Prius* exemplum eſt in de„portato, qui ante damnationem 100 depoſuit „apud tertium, quæritur an depoſitarius hæc 100 „reddere debeat deportato, an fiſco inferre? Try„phoninus reſpondet, *ſi tantum naturale & gentium* „*jus intuemur, ei qui dedit reſtituenda ſunt; ſi* „*civile jus & legum ordinem magis in publicum* „*deferenda ſunt:* Poſterius exemplum eſt in latro„ne qui ſpolia deponit, quæ poſtea dominus „vindicat: ubi quærit an res domino an „latroni deponenti reſtitui debeat? & ibi pari„ter diſtinguit, *ſi per ſe dantem accipientemque in*„*tuemur* (adeoque merum jus gentium) *hæc eſt bona* „*fides ut commiſſam rem accipiat is qui dedit. Si* „*totius negotii æquitatem* (adeoque jus civile & le„gum ordinem) *mihi reddanda ſit.* Apparet igi„tur ICtum in hac deciſione ſequi bonam fidem „*juris civilis*, non juris gentium, utpote cujus „æquitas ex ipſa aſſertione ICti hæc eſt, *ut com*„*miſſam rem recipiat is qui depoſuit:* Nam hacte„nus deponenti abeſt cuſtodia, hanc depoſitarius „tenet, eam igitur reſtituere debet ei cujus eſt, „& cui id promiſit. Neque depoſitarius judex eſt inter dominum & latronem. Ex ratione igitur „juris gentium depoſitarius non liberatur ſi domi„no reſtituit: at merito ICtus in vita civili præ„fert eam bonam fidem quæ totius negotii æqui„tatem inſpicit, quæ non vult reddi prædoni id „quod alii mox reſtituere debet, adeoque quæ „præfert eum cui ſceleſtiſſimo facto res adempta „eſt:

„Juſtior igitur hic eſt repetitio domini non ex „illo jure naturæ, quod Author dixit ipſi domi„nio æquævum eſſe, i. e. non ex univerſali ali„quo contractu, ex quo ſingulares contractus reci„pere exceptionem debeant, ſed ex mera æquitate „civili, contra rationem juris gentium recepta.

„*ff*) (UNDE ETIAM ILLUD SEQUITUR QUOD APUD „EUNDEM TRIPHONINUM EST, UT QUI REM SUAM „IGNORANS DEPOSITAM ACCEPIT, REDDERE EAM NON „TENEATUR:) Si fur ſpolium deponit apud rei „dominum, quæritur an furi reddi debeat? Author „ait idem hic eſſe ac in priori caſu, & juſtiorem „eſſe domini repetitionem ex contractu illo univer„ſali, adeoque ex jure illo quod ipſi dominio æquæ„vum eſt: Verum male eandem hic eſſe putat deci„ſionis rationem, quæ in priori caſu. Sane ipſe „ICtus innuit, dominum hoc caſu ipſo jure gentium „præferri, cum priori caſu præferatur ſaltem ex „jure & æquitate civili. Ratio enim cur dominus rem „ſuam a fure apud ſe depoſitam huic reſtituere non „teneatur hæc eſt, *quia jure gentium hoc depoſitum* „*non ſubſiſtit.* & ratio ſimul additur, quia forma „depoſiti in eo conſiſtit, *ut alii, non ut domina* „*ſua ipſius res quaſi aliena ſervanda detur. d. l.* „*31. §. 1.* proinde depoſiti actio non datur contra „depoſitarium, qui ſimul dominus eſt rei. *l. 15. ff. eod.* „*L. 45. ff. de reg. jur.*

„*gg*) (ET QUOD IBIDEM PAULO ANTE QUÆRE„BATUR DE BONIS DEPOSITIS, &C. HINC POTIUS „&C. DEFINIENDUM EST:) Scilicet ex jure illo „quod dominio coævum eſt, & quod nititur con„tractu illo univerſali unde contractus particula„res exceptionem accipiunt. At diximus, ICtum ſu„am deciſionem non tanquam jus gentium ſed tan„quam jus civile venditare.

„*hh*) (QUAM EX EO QUOD DE POENARUM UTI„LITATE AFFERT:) Hanc enim rationem affert „ICtus *d. l. 31. pr. depos. Male meritus publice, ut* „*exemplo aliis ad deterrenda maleficia ſit, etiam ege*„*ſtate laborare debet*, & recte, nam jure gentium „obligatio tantum oritur inter contrahentes, fiſco „ergo naturali ratione jus recipendi depoſitum „non competit, quia non contraxit: At in pœnam „lege civili jus deponenti aufertur, & fiſco tribui„tur.

„*ii*) (NAM AD DOMINII NATURAM NIHIL RE„FERT EX GENTIUM AN EX CIVILI JURE ORIA„TUR:) Author hic probare vult bona depoſita, „deportato poſtea eo qui depoſuit, fiſco deferri „debere non ex æquitate demum civili, & in pœ„nam, uti Triphoninus putat; ſed ex ratione na„turali, quia fiſcus dominus factus eſt ex lege ci„vili; poſito autem dominio, etiam civili, neceſ„ſario ſequi rem domino reſtituendam eſſe: at cum „verum non ſit fiſcum dominum fieri pecuniæ il„lius depoſitæ, (dominium enim ſine traditione, & „expreſſa legis conſtitutione non tranſit) ſponte „ſequitur, neceſſitatem inferendi in fiſcum non ex „dominio oriri; ſed in poenam, adeoque ex æqui„tate civili.

civili jure oriatur: [kk] ſemper enim ſecum habet quæ ſibi ſunt naturalia, [ll] inter quæ eſt obligatio cujusvis poſſeſſoris ad rem domino reſtituendam. [mm] Et hoc eſt quod ait Martianus jure gentium condici poſſe res ab his qui non ex juſta cauſa poſſident.

L. 25. D. de act. rer. amotar.

6. [nn] Ex hoc fonte oritur illud quod ab Ulpiano eſt proditum, qui rem alienam invenit, eum ita ad eam domino reddendam teneri ut εὕρετρον, hoc eſt [pp] ut præmium inventionis petere non poſſit. [qq] Reddendi autem ſunt & fructus [rr] ſalvis impenſis.

L. 43. §. 9. D. de furt.

§. II.

„Cæterum in genere verum eſt, quod dominio jure civili conſtituto, dominus civilis eadem jura ac privilegia habeat quæ dominus naturalis: cujus conſequens eſt, ut a quocunque poſſeſſore rem vindicare poſſit. Nam is qui talem rem, in qua alii lege dominium conſtitutum eſt, poſſidet, plus ſuo habet, alieni quid tenet, indeque ei, ad quem jus illud ſive lege naturæ ſive lege civili pertinet, reſtituere debet.

„kk) (SEMPER ENIM SECUM HABET QUÆ SIBI SUNT NATURALIA:) Vera ratio eſt, quod iis quoque qui ſuo conſenſu in unam civitatem coaluerunt, eoque legibus civitatis ſe ſubjecerunt, ipſa naturali ratione jus aliquod ex lege civili oriatur: hoc jus igitur quæſitum cuique tribui debet.

„ll) (INTER QUÆ EST OBLIGATIO CUJUSVIS POSSESSORIS AD REM DOMINO RESTITUENDAM:) Sed unde eſt hæc obligatio? Sane ea non procedit ex eo, quod introducto dominio hæc quaſi ſocietas inter homines contracta ſit, ut qui rem alienam in ſua haberet poteſtate, eam domino redderet. *Vid. ſupr. n.* 2. Veram rationem modo expoſui.

„mm) (ET HOC EST QUOD AIT MARTIANUS, JURE GENTIUM CONDICI POSSE RES AB HIS QUI NON EX JUSTA CAUSA POSSIDENT:) Putat Author Martianum ad hæc principia reſpexiſſe, cum ait *jure gentium condici res poſſe ab iis qui ſine juſta cauſa poſſident. L. 25. Rer. amot.* Quaſi primævi domini per univerſalem aliquem contractum inter ſe convenerint, ut qui rem alienam habeat in ſua poteſtate eam domino (etiam jure civili tali) reſtituere teneretur: At videtur Authori cognitam non fuiſſe condictionum naturam; condictiones enim juris gentium nunquam dantur *domino* civili rei, ſed ei potius qui dominus eſſe deſiit, & jus rei in alterum transtulit. *L. 1. pr. & §. 1, L. 3. pr. L. 5. ff. Cond. cauſ. dat. L. 1. ff. l. 1. C. Cond. ob turp. cauſ. L. 25. act. rer. am. l. fin. cond. ſin. cauſ. §. 1. quib. mod. re contr. obl. §. 6. obl. quæ quaſi ex contr.* At quia jus in re illa tranſtulit vel ob cauſam quæ ſecuta non eſt; vel ob cauſam quæ turpis aut injuſta eſt; vel ex errore &c.; ideo jure gentium repeti ſeu condici res a poſſeſſore & domino poteſt, quia dominium non ſimpliciter traditum eſt, ſed ex certa cauſa quæ vel ſecuta non eſt, vel nulla eſt; poſſeſſor enim hactenus plus ſuo habet, & aliquid alieni tenet, quod reſtituere tenetur; Unde hæ conditiones non ſunt actiones juris in re, ſed in perſonam dantur, eoque ſunt perſonales. Condictiones igitur non dantur domino civili, ſed ei qui, licet jure civili, deſiit eſſe dominus.

„nn) (EX HOC FONTE:) Scilicet ex contractu illo univerſali, quo primævi domini conveniſſe videntur ut res dominis reſtituantur.

„oo) (QUI REM ALIENAM INVENIT, EUM ITA AD REM REDDENDAM DOMINO TENERI:) Hoc non eſt ex contractu aliquo ficto primævorum dominorum, ſed ex regula ſimpliciſſima naturæ, quia is qui rem alienam invenit aliquid alieni tenet, quod ei ad quem pertinet reſtituere tenetur. Neque enim ſola inventio eſt juſta dominii acquirendi modus,

pp) (UT PRÆMIUM INVENTIONIS PETERE NON POSSIT:) Nihil enim abeſt inventori quod ei reſtitui poſſet: idque jure divino & jure Romano ita cautum eſt. *Lev. 6. v. 3. & 4. L. 43, ff. furt.* Secus ſi operam adhibuit, uti ſi naufragi bona ex aqua extraxit, &c. hoc enim caſu operæ pretium reſtitui debet, quia dominus nullum jus in operas alterius habet; adeoque ſi ſalva ei res eſt opera mea, vel ſi ipſe operam illam adhibere debuiſſet, plus ſuo habet, quod reſtituere debet ei qui operam ſuam adhibuit. *V. d. not. ad L. 2. c. 7. §. 1.*

„qq) (REDDENDI AUTEM SUNT ET FRUCTUS:) Non tantum pendentes, quia ſunt pars rei; ſed & percepti, quia poſſeſſor ex re aliena locupletior factus eſt; adeoque plus ſuo habet, & aliquid alieni, quod tribui debet ei cujus eſt.

„rr) (SALVIS EXPENSIS:) Non tantum in rem factis ſed etiam in fructus; quia dominus rei fieret locupletior ex impenſis in rem ipſam & fructus factis, de quibus §.

„(AD §. II.) Duo hic monenda veniunt: (1) quod Author de rebus non exſtantibus actionem realem dari exiſtimet. (2) Quod obligationem reſtituendi id in quo alter locupletior factus eſt, placito humani generis tribuat: homines enim dominia æqualitatis ſervandæ cauſa introduxiſſe fingit.

„*Prius* pugnat cum natura *juris in re*, ac cum eſſentia *actionum realium*: jus enim in re tunc

nobis

§. II.

1. De rebus non exſtantibus hoc humano generi placuit, ut [a] ſi tu ex re mea factus es locupletior, me rem non habente [b] in tantum tenearis, in quantum es factus locupletior: quia quatenus ex meo lucratus es, plus habes, cum ego minus habeam: [c] introducta autem ſunt dominia ad ſervandam æqualitatem, [d] in eo ſcilicet, ut quisque ſuum haberet. *Contra naturam eſſe*, ait [e] Tullius, *ex hominis incommodo ſuum augere commodum.* Et alibi: *Illud natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus.*

2. Eſt hujus dicti tanta æquitas, [f] ut multa hinc definiant jurisconſulti extra legum præſcripta, ſemper ad ipſam æquitatem, ut evidentiſſimam, provocantes. [g] Ex actu ſervi inſtitoris tenetur qui præ-

Cajet. ad Th. 2. 2. 62. art. 6. l. 20. §. 6. D. de petit. hæred. — *De Off. III. c. 5. Vid. l. 206. D. de reg. jur. & ibi interpretes. l. Si quis mancipiis. 17. D. de Inſt. act. §. 4.*

„nobis competit, quando res in noſtra poteſtate & „cuſtodia fuit: at id in in quo poſſeſſor locupletior factus eſt nunquam in noſtra poteſtate „corporali fuit, non ergo aſſero, nec aſſerere poſſum, utilitatem, quam alius ex re mea percepit, „meam i.e. mei dominii eſſe.

„Verius igitur eſt, re non exſtante domino „*actionem perſonalem* dari, contra eum qui locuplepletior factus eſt ex re ejus; illaque actio vel eſt „ex delicto, ſi dolo res exiſtere deſiit; vel ex quaſi „delicto, ſi culpa; vel ex quaſi contractu, ſi quis nec „dolo nec culpa, ſed facto licito utilitatem ex re „alterius percepit.

„*Poſterius* ſequitur ex errore perpetuo Grotii, „qui dominia demum conſenſu & voluntate hu„mana orta fingit: cum vero ſatis probatum ſit, „dominia ex illo jure quod cum humano genere „cœpit orta eſſe, ſponte hæc ſententia corruit.

„*a*) (SI TU EX RE MEA FACTUS ES LOCUPLE„TIOR, ME REM NON HABENTE:) i. e. Si res mea „apud te periit, & tu commodum ex illa re perce„peris, tu reſtituere mihi debes omnem utilitatem „quæ ex re mea penes te eſt.

„*b*) (IN TANTUM TENEARIS. IN QUANTUM „ES FACTUS LOCUPLETIOR:) Hæc obligatio non „oritur ex dominio: (nam hujus utilitatis domi„nus nunquam fuiſti) naturalis hujus obligationis „ratio hæc eſt: quod Deus cuique hominum jus „conceſſerit in ſuas res & actiones, unde ſequitur „nemini alii jus in eas competere; ſi quis proinde „utilitatem ex re vel actione alterius percipit, in„juria agit, aliquid alieni tenet, plus ſuo habet, „adeoque, ex regula generali juris, ſuum cuique „tribuere tenetur; quæ obligatio eſt mere perſonalis.

„*c*) (INTRODUCTA AUTEM SUNT DOMINIA AD „SERVANDAM ÆQUALITATEM:) Primo negamus „æqualitatem eſſe normam dominiorum: (2) ne„gamus dominia placito hominum ad ſervandam „æqualitatem fuiſſe introducta; dominia ab ipſa „natura ſunt, & per occupationem res noſtræ fi„unt absque reſpectu æqualitatis: (3) negamus eum „qui locupletior factus eſt ex re aliena ideo teneri „id reſtituere, quia dominia ad ſervandam æqualita„tem ſunt introducta, ſed reſtituendi illa neceſſi„tas ſequitur ex regula naturali juſtitiæ, quod jus „ſuum cuique tribui debeat.

„*d*) (IN EO SCILICET, UT QUISQUE SUUM HA„BERET:) Id non ſequitur ex introductione domi„niorum; neque ex aliqua obligatione ſervandi „æqualitatem: ſed ex voluntate Creatoris, qui cui„que tantum jus conceſſit in ſuas res & actiones, „non in alterius,

„*e*) (TULLIUS:) *De officiis lib. 3. c. 5.* Loqui„tur autem Tullius de natura primæva, non „vero de ficta illa natura quæ juxta Grotium obti„neat poſt introducta dominia, & unde *jus naturæ* „*pro ſerio rerum ſtatu* ortum putat. *Vid. Diſſert.* „*proœm. I. cap. fin.*

f) (UT MULTA HINC DEFINIANT ICTI EXTRA LEGUM PRÆSCRIPTA:) Senſus eſt, quod plu„res controverſiæ ex his principiis a ICtis decidan„tur, etſi lex de illis nihil præſcripſerit. Verum ne „veſtigium quidem in jure de illis principiis exſtat, „quaſi *introducto voluntate primorum hominum do„minia, hæc quaſi inter dominos contracta ſit ſocie„tas, ut ſi res mea non exſtaret, & tu ex re mea lo„cupletior factus ſis, in tantum tenearis in quantum* „*locupletior factus es*: Diximus hanc obligationem „non oriri ex dominio, ſed occaſione dominii: „Eamque non ſequi ex jure in re, ſed ex ob„ligatione perſonæ; & ex regula illa na„turæ, quod nemo locupletior debeat fieri cum „alterius jactura: quam leges civiles quoque præ„ſcripſere, & quæ eſt cauſa omnium obligatio„num quæ ex *quaſi contractu* deſcendunt.

„*g*) (EX ACTU SERVI INSTITORIS TENETUR „QUI PRÆPOSUIT:) *L. 1. ff. Inſt. act. §. 2. Inſtit.* „*Quod cum eo. arg. §. 6. de inut. ſtipul. l. 19. §. 2.* „*Neg. geſt. arg. l. 1. §. 15. Exerc. act.* At hæc obli„gatio non oritur ex eo quod præponens locuple„tior factus ſit, ſed ex conſenſu: is enim qui ne„gotio alieni inſtitorem præponit, ſimul ei facul„tatem dat contrahendi, eoque tacite promittit, „ſe factum ejus intra fines præpoſitionis ratihabi„turum. *L. 5. §. 11. l. 11. §. 5. ff. l. 3. C Inſt. act.* „Ex hoc conſenſu tenetur præponens etſi non ſit „locu-

præpoſuit, ita [h] niſi denunciaverit ne ei crederetur: At etiam ſi ſit facta denunciatio, [i] & ſervus ex eo contractu peculium habeat, [k] aut in rem domini verſum ſit, replicabitur de dolo. *Videtur enim,* [l] inquit Proculus, *dolum malum facere, qui ex aliena jactura lucrum quærat.* [m] Ubi doli mali vox id omne ſignificat, quod naturali juri & æquitati repugnat.

L. Quamquam, 6. ad SC. Vell.

[n] Qui matre jubente pro filii defenſore fidejuſſit, [o] adverſus defenſorem mandati actionem non habet, [p] nec proprie ejus geſſit negotium, quia contemplatione matris fidejuſſit: Attamen [q] ex Papiniani ſententia [r] dabitur actio negotiorum geſtorum (utilis, ni fallor) in defenſorem, quia pecunia fidejuſſoris liberatur.

[s] Sic

„locupletior factus, ſed inſtitor pecuniam acce„ptam male conſumſerit. *arg. l. f. Exerc. act. Vid* „*Laut. tit. de Inſtit. act. in fin. ibique Dd.*

„*b*) (NISI OENUNCIAVERIT:) Tunc enim defi„cit conſenſus, adeoque & obligatio: *l. 17. §. 4.* „*Inſt. act. l. 47. pr. ff. pecul. l. 11. §. 2. Inſt. act.*

„*i*) (ET SERVUS EX EO CONTRACTU PECULI„UM HABEAT:) *D. l. 17. d. l. 47.* At nec hæc „obligatio ſequitur ex regula, quod nemo debeat „locupletior fieri alterius jactura; ſed ex conſenſu „domini, qui cum peculium ſervo concedit, ſimul „concedit facultatem contrahendi intra fines illius „peculii: atque ex hoc conſenſu obligatur dominus „etſi peculium non ſit auctius factum. *Laut.* „*comp. pag. 261.*

„*k*) (AUT IN REM DOMINI VERSUM SIT:) *D.* „*l. 17. §. 14.* quia dominus plus ſuo haberet, & „aliquid alieni teneret, quod ei cui abeſt tribui debet.

„Cæterum Author male hanc obligationem ex „jure deducit quod competit in res, nam ea ſequi„tur ex obligatione & debito perſonæ: unde quo„que actio perſonalis ſaltem inde datur. *Laut. comp.* „*pag. 244.*

„*l*) (INQUIT PROCULUS:) *D. l. 17. §. 4. Inſt.* „*act.* Adde *l. 14. ff. Condict. indeb. ibique Gothofr.*

„*m*) (UBI DOLI MALI VOX ID OMNE SIGNIFI„CAT, QUOD NATURALI JURI ET ÆQUITATI RE„PUGNAT:) Imo dolus malus jure Romano ſem„per ſupponit propoſitum lædendi: ſi igitur ex „imbecillitate vel negligentia alius læditur, id qui„dem naturali juri & æquitati repugnat, ſed non „eſt dolus malus. De quo late *B. Parens. in collat ad* „*Struv. 2. §. 1. ſeq.* Cæterum in caſu propoſito „recte ICtus dolum malum arguit præponentis, „quia is, qui ex re aliena lucrum quærit, cum pro„poſito alterum lædit.

„*n*) (QUI MATRE JUBENTE PRO FILII DEFENSORE FIDEJUSSIT:) Caſus hic eſt: Filius abſens debet 100 Titio, cum ab hoc conveniretur comparebat defenſor: mater abſentis mandat Sejo *ut pro hoc defenſore caveret*: Abſens condemnatur, & Sejus pro eo ſolvit, quæritur a quo fidejuſſor ſolutum recipere debeat? ſane actio mandati nec contra matrem nec contra defenſorem datur; non contra matrem, propter Senatusconſultum Vellejanum; nec contra defenſorem, quia is nihil mandavit; Verius igitur eſt eum actione negotiorum geſtorum agere contra defenſorem, quem ſua pecunia Sejus liberavit: *l. 6. l. 7. ff. ſe Vellej.* Defenſor enim ſuo periculo abſentis defenſionem ſuſcepit, is ſolvere debuiſſet, fidejuſſor cum cautione ſua liberavit, adeoque hactenus utiliter ejus rem geſſit: fidejuſſor igitur minus ſuo habet, quod repetere poteſt a defenſore cujus facto id contigit.

Sed is defenſor, ex eadem æquitatis ratione, pecuniam fidejuſſori ſolutam actione negotiorum geſtorum ab abſente filio repetere poteſt, quia filius revera debet, adeoque aliquid alieni, & plus ſuo, defenſor autem minus ſuo habet, quod proinde filius ex naturali ratione reſtituere debet.

ADDITIO.

„Cæterum hic quoque notandum eſt, obligatio„nem hanc reſtituendi non eſſe ex jure in re, ſed „ex debito perſonæ, & quaſi ex contractu, unde „actio ſaltem perſonalis oritur.

„*o*) (ADVERSUS DEFENSOREM MANDATI ACTI„ONEM NON HABET:) Actio enim mandati tan„tum datur inter contrahentes, Sejus autem cum „defenſore non contraxit: neque actionem habet „contra matrem, quia hæc tuta eſt exceptione SCti „Vellejani.

„*p*) (NEC PROPRIE EJUS NEGOTIUM GESSIT:) „Imo proprie ejus negotium geſſit, is enim peri„culo ſuo defendit, & condemnatus pecunia fide„juſſoris liberatus. *d. l. 7. in fin.* In negotiorum „enim geſtione non opus eſt ut gerens contempla„tione ejus cujus intereſt aliquid agat, ſufficit enim „alterum utilitatem aliquam ex mea geſtione per„cepiſſe, etſi citra meam intentionem. *Vid. L. 6. §.* „*4. ff. de Negot. & jus meum controv. Tit. de Neg.* „*geſt. q.*

q) (EX PAPINIANI SENTENTIA:) *D. l. 7. in fin.*

r) (DABITUR ACTIO NEGOTIORUM GESTORUM (UTILIS NI FALLOR:) Imo directa, quia cum effectu liberatus eſt defenſor, adeoque negotium ejus utiliter geſtum eſt.

s) (SIC

[s] Sic uxori quæ marito pecuniam donavit, [t] quam ex lege posset repetere, datur [u] condictitia [v] aut utilis vindicatio in rem ex pecunia comparatam; quia, inquit [w] Ulpianus, [x] locupletiorem esse maritum negari non potest: & hoc quæritur, [y] quid ex re mulieris possideat. *L. Uxor marito, 55. D. de donat. inter vir. & uxor.*

[z] Si consumseris nummos quos mihi meus servus surripuerat, [aa] peculiares putans, [bb] condictio eo nomine mihi adversus te competit, [cc] quasi res mea ad te sine causa pervenerit. *L. 30. pr. vers. secundum, D. de act. emt.*

[dd] Pupilli non tenentur commodati secundum leges Romanas; [ee] tamen utilis actio dabitur, si pupillus locupletior factus sit. *L. 3. D. commodati.*

[ff] Sic si aliena res pignori data, & a creditore vendita fuerit, quantum *L. Rescriptum. 12. §. 1. de distr. pignorum.*

s) (SIC UXORI QUÆ MARITO PECUNIAM DONAVIT:) Donatio inter conjuges lege civili prohibita est; hoc posito, maritus cui uxor aliquid donavit plus suo habet, & pecunia uxoris, vel res ea pecunia emta, sine causa est penes maritum, quam proinde uxor, quia minus suo habet, condicere potest.

Jure naturæ igitur, ubi donatio talis valet, maritus non habet plus suo, sed pecuniam donatam, vel rem ea emtam, acquirit ex dispositione uxoris, quæ pro inde condicere rem illam non potest.

„t) (QUAM EX LEGE POSSET REPETERE:) Quia „vetitæ erant jure Romano donationes inter con„juges *L. 1. ff. dont. int. vir. & ux.*

„u) (CONDICTITIA:) Quia pecunia sine causa „(utpote ipso jure nulla) est penes mari„tum, *l. 5. ff. Cond. sin. caus.*

„v) (AUT UTILIS VINDICATIO IN REM:) Si „pecunia ipsa exstat, directo vindicatur; si consumta, „sit, & res pro ea comparata, utilis rei vindicatio „datur, quæ mere civilis est. *L. 5. in f. ff. Don int. „vir. & ux.*

„w) (ULPIANUS:) *In l. 55. ff. don. inter vir. & „ux.*

„x) (LOCUPLETIOREM ESSE MARITUM:) Adeo„que plus suo habet, & vel rem alienam, vel lu„crum ex re aliena tenet, quod ei cui id abest resti„tuere debet.

„y) (QUID EX RE MULIERIS POSSIDEAT:) Obli„gatio ergo hic oritur ex eo quod aliquid alieni „teneat.

z) (SI CONSUMSERIS NUMMOS QUOS MIHI SERVUS SURRIPUERAT:) Qui consumsit rem alienam plus suo habet, eoque facto alii aliquid abest, quod proinde ei cui id abest restitui debet.

„aa) (PECULIARES PUTANS:) i. e. in peculio „servi esse putans: nam de peculio servus disponere „potest.

„bb) (CONDICTIO EO NOMINE MIHI ADVERSUS „TE COMPETIT:) *L. 30. pr. ff. Act. emt.*

„cc) (QUASI RES MEA AD TE SINE CAUSA „PERVENERIT:) Nam peculium servi, quod tu a „me cum servo emisti, ipso jure minutum est, „plus debito tibi accepisti, adeoque ex re mea lo„cupletior factus es, tuaque consumtione mihi ali„quid abest; hoc igitur restituere mihi debes. *d. l.* „30. Adde *l. 32. ff. si cert. pet. L. 4. C. Eod.* At „hæc restituendi obligatio itidem non est ex jure „in re, sed ex obligatione & debito personæ: con„dictiones enim actionem personalem producunt:

dd) (PUPILLI NON TENENTUR COMMODATI SECUNDUM LEGES ROMANAS:) Imo nec secundum leges naturæ, propter immaturitatem judicii *Vid. supr. L. 2. c. 3 §. 6.* Si tamen aliquid alieni tenent, obligantur non ex dispositione sua, sed ex detentione juris alieni.

„ee) (TAMEN UTILIS ACTIO DABITUR SI LO„CUPLETIOR FACTUS EST:) Leges Romanæ uti„lem actionem commodati dant, cujus nomen mere „civile est: ratio autem qua nititur illa actio est ex jure „naturali: nam pupillus hoc casu plus suo habet, „& aliquid alieni tenet, quod ei cujus est ex lege „naturæ restituere debet: *L. 3. ff. Commod.* Conf. „*l. 13. §. 1, ff. Cond. ind. l. 10. in f. de Instit. act. l. 5. „pr. & §. 1. Auth. tut.* At itidem notandum est, hanc „obligationem non esse ex jure in re, sed ex obli„gatione & debito personæ.

ff) (SIC SI ALIENA RES PIGNORI DATA ET A CREDITORE VENDITA FUERIT:) Casus *l. 12. §. 1. ff. distr. pign.* hic est: Cajus rem Seji pignorat Mevio creditori, hic vendit rem; Sejus, qui rei dominus est, eam evincit ab emtore, quæritur quis hoc casu plus suo habeat, eoque obligetur? Resp. *creditor* non habet plus suo, sed æs suum recepit, & vendere licuit ex natura pignoris: *Emtor* itidem non habet plus suo, sed potius pretium quod pro pignore dedit ei abest facto licito Mevii, qui vendit. Solus ergo *debitor* plus suo habet; quia liberatus est venditione pignoris, adeoque quod habet non æs ipsius est, sed alienum.

ADDITIO.

„Textus obscurus est, & uberiori interpretatione „indiget. Casus autem hic est, A. mutuo accepit „100 a creditore B. & huic in securitatem debiti „pignus dat, quod pertinet ad C Postea, non so„luto debito, creditor pignus bona fide vendit D. „quæritur an pretium, quod creditor B. ex pigno„re accepit, liberet debitorem A.? Equidem, quod „(1) ad *creditorem* attinet, ICtus distinguit an is

 „vendi-

quantum ad creditorem *gg* pro pretii accepti quantitate, liberatur debitor: quia, inquit Thryphoninus, ex quali quali obligatione, occasione debitoris redactum pretium æquius *hh* debitori proficiet, quam creditoris lucro cederet: *ii* sed emtori debitor tenebitur, ne ex aliena jactura lucrum sibi quærat: nam & si majores fructus a possessore creditor abstulisset *kk*, universos in quantitatem acceptos ferre deberet.

L. Si me & Titium. 32. D. de reb. cred. *ll* Similiter si cum debitore meo, non tanquam meo, sed alienum debitorem putans egisti, & mutuam ab eo accepisti pecuniam, obligaris, non quia pecuniam tibi credidi, (hoc enim nisi inter consentientes fieri non potest) sed quia pecunia mea, quæ ad te pervenit, eam mihi a te reddi bonum & æquum est.

Arg. in d. l. rescriptum. 3. Posteriores quoque juris interpretes *mm* ad facta similia hæc recte producunt: nempe ut cujus latitantis bona venum ierant cum exceptionem haberet, *nn* is ad pecuniam ex bonis suis redactam admitta-

„vendiderit pignus emtori D. sub lege *ne tenea-*
„*tur ad evictionem*, an vero vendiderit *sub lege*
„*evictionis*; *Priori* casu omnino liberatur debitor
„quantum ad *creditorem* attinet, quia huic vere
„satisfactum est, accepit suam pecuniam, & quidem ir-
„revocabiliter, ex pignore etsi alieno; adeoque pro-
„ficit hæc pecunia debitori: *posteriori* casu non li-
„beratur debitor, quia nondum satisfactum est
„creditori, qui ad evictionem emtori tenetur: At
„alia quæstio (2) est, an pretium quod creditor ex
„pignore vendito accepit, liberet debitorem a per-
„secutione *domini pignoris* quamdiu hic nondum
„evicit pignus ab emtore? Quod merito negatur,
„& actio omnino datur domino pignoris contra
„debitorem A. quia ei aliquid abest facto debito-
„ris, utpote qui ex alieno pignore liberatus est, & ha-
„ctenus plus suo habet. Quid si (3) dominus pignoris
„rem ab ipso emtore evicerit, eoque debitur
„quantum ad dominum pignoris quoque, qui omne
„jus suum recepit, liberatus sit, an idem debitor libe-
„ratur quoque ab *emtore*? negat ICtus, quia emtori
„secuta evictione aliquid abest, & debitor, qui pecu-
„nia emtoris liberatus est, plus suo habet, quod re-
„stituere debet ei cui aliquid abest.

„*gg*) (PRO PRETII ACCEPTI QUANTITATE LI-
„BERATUR DEBITOR:) Nam satisfactum est cre-
„ditori per distractionem pignoris:

„*hh*) (ÆQUIUS DEBITORI PROFICIETUR QUAM
„CREDITORIS LUCRO CEDERET:) Hoc tantum ve-
„rum est in casu ubi creditor ita vendit, *ne de*
„*evictione teneatur. d. l. 12.* quia tunc vere satisfactum
„est creditori ex pignore, adeoque contra debitorem
„ulterius agere nequit: si proinde creditor pete-
ret pecuniam a debitore, ultra suum peteret, & lu-
„crum captaret ex re aliena:

„*ii*) (SED EMTORI DEBITOR TENETUR NE EX
„ALIENA JACTURA LUCRUM SIBI QUÆRAT:) Hoc
„verum est si res ab emtore evicta est: nam antequam
„evicta est, debitor tenetur *domino pignoris* non *em-*
„*tori. d. l. 12. Priori* enim casu *emtori* aliquid ab-
„est culpa debitoris, & hic liberatus est a rei do-
„mino, cui satisfacere debuisset, adeoque plus suo
„habet: *Posteriori* casu emtori re nondum evicta
„nihil abest, sed soli domino pignoris; cum igi-
„tur hic culpa debitoris rem amiserit, debitorque
„inde liberatus sit, ideo debitor obligatus est do-
„mino, quia lucrum quæreret aliena jactura.

„*kk*) (UNIVERSOS IN QUANTITATEM ACCE-
„PTOS FERRE DEBERET:) Debitor ergo non tan-
„tum liberatur quantum ad *creditorem*, cui ex pi-
„gnore vendito, etsi alieno, satisfactum est: sed &
„creditor, si ex re pignorata fructus majores (i. e.
„legitimas usuras excedentes) perceperit, eos im-
„putare in sortem debet, adeo, ut hactenus quoque
„id quod creditor ex pignore alieno percepit, pro-
„ficiat debitori potius quam creditori, cui plene
„satisfactum est.

ll) (SIMILITER SI CUM DEBITORE MEO NON TANQUAM MEO, SED ALIENUM DEBITOREM PUTANS EGISTI:) Casus *L. 32. ff. reb. cred.* hic est: Tu a me & Titio rogas pecuniam mutuam, ego mando debitori meo Cajo ut tibi solvat pecuniam illam; Tu ex errore, & putans Cajum esse debitorem Titii, promittis te restituturum pecuniam Titio, quæritur, an tu mihi ex contractu illo obligeris? & recte id negat ICtus, quia tu nullum negotium mecum contraxisti, sed cum debitore meo Cajo, quem putasti debitorem Titii. At, quia tu accepisti pecuniam meam, adeoque plus tuo habes, ego autem minus meo, æquum & regulæ naturæ conveniens est, ut mihi reddas pecuniam meam quæ ad te pervenit. *d. l. 32.*

„*mm*) (AD FACTA SIMILIA HÆC RECTE PRO-
„DUCUNT:) Cum enim sit naturæ regula, ad infinitos
„casus applicari poterit, unde hæc obligatio jure Di-
„gestorum oriri dicitur *ex variis causarum figuris.*

Is ad

mittatur; & ut [oo] qui pecuniam patri credidit ad alendum filium, si pater folvendo non sit, in ipsum filium bona materna habentem actionem habeat.

[pp] His regulis duabus recte intellectis, [qq] non difficilis erit responsio ad eas quæstiones quæ & a Jurisconsultis, [rr] & a Theologis internum animi tribunal instruentibus, proponi solent.

Jason. in d. l. si me & Titium. Soto l. IV. q. 7. art. 2. Covarr. ad c. peccatum. par. 11. §. 1. Silv. in verb. Restituta n. 3. q. 6. Medina de contr. q. 10. Less. l. 11. c. 14. Navar. 17. n. 7.

§. III.

Primum enim apparet, [a] bonæ fidei possessorem [b] (nam malæ fidei possessor, ultra rei rationem, ex facto suo tenetur) non teneri ad ullam restitutionem si res perieret: [c] quia nec res ipsa apud eum est, nec lucrum ex re.

§. IV.

nn) (IS AD PECUNIAM EX BONIS SUIS REDACTAM ADMITTATUR:) Quia hæc pecunia ex ejus bonis est, adeoque ei restitui debet: at, ais, cur non ipsa potius res vendita restituitur? Resp. id jure civili ita statutum est in pœnam latitationis.

oo) (QUI PECUNIAM CREDIDIT PATRI AD ALENDUM FILIUM &c. IN IPSUM FILIUM ACTIONEM HABEAT:) Quia filius aliquid percepit ex re mea adeoque ex pecunia aliena, quam proinde mihi ab eo restitui æquum & bonum est. Vid. *Jason. ad L. si a me & Titio. 32. ff. Reb. cred. h. 3.*

„*pp*) (HIS REGULIS DUABUS RECTE INTELLECTIS:) Nimirum (1) quod *in rebus exstantibus* „obligatio oriatur ad restituendum, quia introducto dominio hæc quasi societas contracta videtur inter dominos, ut qui rem alienam haberet „in sua potestate haberet, eam domino redderet. „(2) Quod *in rebus non exstantibus* humano generi „placuerit, ut is qui ex re aliena factus est locupletior „id restituere teneatur.

„At jam probavi, ex his duabus regulis nullam „oriri obligationem, nedum ex vagis & vanis ejusmodi conjecturis principium obligationum inferri „posse. Omnia sequuntur ex simplicissimo principio: quod is qui vel rem alienam, vel utilitatem „ex re aliena tenet, aliquid alieni & jus alienum „teneat, quod proinde tribuere debet ei cujus est „res, & ad quem ejus utilitas pertinet.

„*qq*) (NON DIFFICILIS ERIT RESPONSIO AD „EAS QUÆSTIONES QUE ET A ICTIS, ET A THEOLOGIS &c. PROPONI SOLENT:) Ex duabus „illis regulis nulla decidendi ratio peti potest; quod „ex sequentibus Authoris exemplis apparebit. Infiniti autem tales casus existere possunt, &, præter mox sequentes, alios afferunt Authores a Grotio in margine allegati.

„Ita enim Covarravias in *alleg. Cap. Peccatum* 1. „*part.* 2. §. 1. quærit, an meretrix secuta copula mercedem promissam petere possit? & affirmatur, „quia operam promissam præstitit, adeoque alter „obligatus est a sua parte promissis stare, hactenus enim plus suo habet: at bene notandam hanc „obligationem non ex re oriri, sive exstante e sive „non exstante, sed ex pacto cujus causa turpis est: „de qua obligatione *cap. seq* agetur.

„Lessius *de justitia & jure l. 2. c. 14.* quærit, „an is qui dubitat num sit res aliena, eam possit accipere, retinere, alienare? &c. Negat Grotius: „*vide l. 2. c. 23. §. 2. §. 3. n. 4.* sed rectius affirmamus in notis *ibid.* quia per solam dubitationem non habeo plus meo, & aliud est de virtute „quærere, aliud de jure.

„Jason *ad leg. si me & Titium &c. 32. ff. de* „*Reb. cred.* ait, (1) in omni officio judicis nobili subesse obligationem, quæ oritur ex illa æquitate quod locupletior ex re aliena, factus sim. (2) „Si aliquis habet a me mandatum limitatum emendi „talem rem pro 8. duntaxat, & emat pro 10. & „mihi tradat, ait eum posse a me repetere illa duo „ex æquitate illius legis; quod verum non est. *Vid.* „*Laut. comp p. 288.* (3) Si aliquis habet solam „possessionem rei, eaque possessio perveniat ad te sine vitio, ait, ex eadem æquitate possessorem a te „posse condicere possessionem; quia tu aliquid „alieni tenes, quod ei cujus est ex naturali ratione „restituere debes.

„*rr*) (ET A THEOLOGIS INTERNUM ANIMI TRIBUNAL INSTRUENTIBUS) Theologia enim jura „docet quæ inter Deum & homines obtinent, & in „cultu consistunt, ac animi puritatem requirunt,

a) (BONÆ FIDEI POSSESSOREM NON TENERI AD ULLAM RESTITUTIONEM SI RES PERIERIT:) Quia non habet ultra suum, nec alii aliquid abest possessoris facto aut culpa, sed casu.

b) (NAM MALÆ FIDEI POSSESSOR ULTRA REI RATIONEM EX FACTO SUO TENETUR:) Imo eadem ratio est in m. f. possessore, si apud dominum æque peritura fuisset. Nam itidem domino nihil abest facto possessoris, sed casu. Neque enim quod sciens rem alienam teneo, hunc effectum producere potest ut casum præstem, qui sine facto meo contigit, & per quem omne jus domini exstingnitur.

Insto effectum malæ fidei esse quod perpetuo in mora sit, adeoque omne periculum in debitorem transferatur. *L. 23. l. 82. §. 1. V. O.* Resp. hoc jure civili in pœnam moræ ita constitutum est, adeoque ex dispositione juris civilis oritur.

c) (QUIA NEC RES IPSA PENES EUM EST, NEC LUCRUM EX RE:) Adeoque ultra suum nihil habet quod alteri tribuere debeat

§. IV.

Secundo, bonæ fidei [a] possessorem teneri ad restituendos etiam fructus exstantes rei: dico fructus rei; [b] nam industriæ fructus etiam si sine re non procederent, rei tamen non debentur. [c] Causa hujus obligationis est ex dominio, [d] nam qui dominus est rei, idem naturaliter dominus est fructuum rei.

§. V.

Tertio, [a] bonæ fidei possessorem teneri ad restitutionem & rei, & fructuum consumtorum, [b] si modo alias quoque tantundem consumturus fuerat: nam in hoc locupletior censetur. [c] Sic laudatur circa initia imperii C. Cæsar Caligula, quod quibus regna restituit, adjecit & fructus medii temporis.

Suet. c. 16.

§. VI.

a) (B. F. POSSESSOREM TENERI AD RESTITUENDOI ETIAM FRUCTUS EXSTANTES REI:) *Less. d. c. 14. dub. 2.* Hos enim fructus habet ex re aliena, adeoque ultra suum.

b) (NAM INOUSTRIÆ FRUCTUS ETIAM SI SINE RE NON PROCEDERENT, REI TAMEN NON DEBENTOR:) Imo etiam hi fructus, qui ex re aliena oriuntur, etsi nostra industria, restituendi sunt rei domino: alias enim fructus omnes cederent b. f. possessori, quia nullus fere fructus absque industria producitur. Sane industriæ effectus non est ut inde debeantur fructus, adeoque nihil ad eum pertinet præter utilitatem operæ.

Possessot igitur pro opera sua mercedem petere potest, nam eum re dominus ex opera mea lucrum ceperit, operæ ejus utilitas æstimari & ea restitui possessori debet. Atque ita ipse Author rem explicavit, supra *L. 2. c. 8. §. 23.*

„*c*) (CAUSA HUJUS OBLIGATIONIS EST EX DOMINIO:) Imo non est ex dominio, seu ex jure in re „quod quis in fructus habet: nam hi fructus nunquam „fuere in dominio ejus ad quem res pertinet, adeo„que dominus rei repetit fructus non ex jure ali„quo in re, sed ex obligatione quæ in personam ori„tur, & quæ nititur ratione & æquitate naturali, quod „nemo locupletior fieri debeat ex re aliena.

„*d*) (NAM QUI DOMINUS EST REI IDEM NA„TURALITER DOMINUS EST FRUCTUUM REI:) „Hoc verum est quamdiu fructus pendent, tunc „enim sunt pars arboris. *l. 44. R. V.* At percepti de„sinunt esse pars arboris, species mutatur, adeoque „naturali ratione fructus percepti fiunt percipien„tis. *vid. §. seq.* Neque obstat quod tamen vindi„cari possint, *L. 17. §. 1. R. V. l. 35. §. Cod.* quod „verum non esset si saltem jus in personam com„peteret. Resp. ICti actiones reales arbitrarias fe„cere: i. e. tales, ut judex etiam de fructibus per„ceptis, omnique causa rei pronuntiare possit: *d.* „*l. 17. §. 1.* Adeoque judex una sententia omnia „jura, quæ diversis actionibus peti deberent, compre„hendit: *d. l. 35.*

a) (BONÆ FIDEI POSSOSSOREM TENERI AD RESTITUTIONEM ET REI ET FRUCTUUM CONSUMTORUM, SI MODO ALIAS QUOQUE TANTUNDEM CONSUMTURUS FUERAT:) Imo bonæ fidei possessor simpliciter tenetur fructus consumtos restituere, quia ex re aliena consumsit & ex hoc facto possessoris rei domino aliquid abest. *Less. d. c. 14. dub. 1.* At jure civili beneficium hoc datum est bonæ fidei, *qua titulum habet*, ut tales possessor lucretur fructus, licet locupletior factus sit. *L. 48. pr. A. R. D.* quanquam plerique Doctores æquitatem naturalem secuti, hanc dispositionem juris civilis limitent, ut non restitui debeant si possessor inde locupletior factus non est. *Vid. L. 2. c. 8. §. 23. & 24.*

ADDITIO.

Quæstionem hanc explicavi in *jure meo controverso Tit. de acquir. rer. dom. q. 25. & in Dissert. proœm. XII. §. 267:* Conf. ea quæ diximus supra *L. 2. c. 8. §. 23.*

„*b*) (SI MODO ALIAS QUOQUE TANTUNDEM „CONSUMTURUS FUERAT:) i. e. Si res illa non „fuit in causa ut liberalius vixerit. *Gron. h.* At „diximus possessorem rei alienæ teneri ad omnem „utilitatem quam percepit ex re aliena, & „in quam nullum jus habet. Hoc enim facto „possessoris domino aliquid abest.

c) (SIC LAUDATUR CIRCA INITIA IMPERII C. CÆSAR CALIGOLA:) Alia hæc causa est. Loquitur Suetonius de regnis bello occupatis, unde Cæsares non ex sola bona fide, sed ex justo victoriæ titulo fructus percipiebant; hos ergo Caligula non ex necessitate juris, sed ex mera gratia victis regibus restituit; atque hoc factum laudat Suetonius *in Cal. c. 16.*

a) (NON

§. VI.

Quarto, [a] non teneri eum ad restituendos fructus quos percipere neglexit: [b] quia nec rem habet, nec quicquam quod rei loco succedit.

§. VII.

Quinto, [a] si talis possessor rem sibi donatam alii donaverit, non teneri eum [b] nisi omnino etiam sine hac re donaturus tantundem fuisset: tunc enim lucrum erit rei suæ pepercisse.

§. VIII.

Sexto, [a] si rem emtam vendiderit, non teneri, [b] nisi quatenus for- *Vid. L. 48. §. ult. De D. de furtis.*

a) (NON TENERI EUM AD FRUCTUS QUOS PERCIPERE NEGLEXIT:) *Leff. d. c. 14. dub. 2. n. 12.* In genere hic notandum, quod regulariter nemo teneatur ex eo quod quis non fecit in re aliena, etsi damnum cavere potuisset, idque virtutis fuisset: sane nemo tenetur alterius damnum præcavere, neque enim hactenus alieni quid tenet, neque alii ejus facto aliquid abest: *Vid. infr. c. 17. §.* quo pertinet exemplum *capitis seq. §. 9.* At si quis rem alienam tenet, & in ea fructus percipere neglexit, etsi ignorat esse alienam, omnino obligatur, quia ex detentione rei alienæ, adeoque facto possessoris, aliquid abest rei domino, qui fructus illos percipere potuisset. Jure civili rigor juris naturalis mutatus est, & b. f. possessor obligatur ad restituendum fructus etiam percipiendos.

ADDITIO.

„Verior mihi videtur sententia Authoris, bonæ „fidei possessorem etiam naturali ratione non te„neri ad fructus percipiendos:

„*b*)(QUIA NEQUE REM HABET NEC QUICQUAM „QUOD LOCO REI SUCCEDIT:) i. e. Nullam utili„tatem habet ex re aliena. Neque *obstat* quod ex „detentione rei alienæ, adeoque facto possessoris „aliquid absit domino rei, qui fructus percipere „potuisset: Resp. factum hoc detentionis est lici„tum, supponitur enim possessorem justam opi„nandi causam habere rem suam esse: adeoque „dum putat rem suam esse, potuit negligere fructus, „indeque ratione domini merus casus est. Aliud „ergo dicendum, si malæ fidei possessor fructus „percipere negligit, tunc enim facto possessoris „illicito mihi aliquid abest, quod damnum resti„tuere tenetur.

a) (SI TALIS POSSESSOR REM SIBI DONATAM ALII DONAVERIT NON TENERI EUM:) *Leff. d. c. 14 n. 13.* Quia nec plus suo habet, nec domino aliquid abstulit, aut ei nocuit, adeoque ultra facultates a natura sibi concessas nihil habet aut egit, nihil ergo est quod reparare debeat. Sed & domino rei salvum jus est contra possessorem. Idque verum est, etsi possessor rem sibi donatam alii donet dolose, quia revera nihil alieni habet, neque domini interest utpote qui æque ab alio recuparare rem potest, nisi difficilior sit conventio. Si res perit casu, omne jus tollitur.

b) (NISI OMNINO ETIAM SINE HAC RE DONATOROS TANTUNDEM FUISSET:) Ex tali præsumtione vaga nulla obligatio oritur: quid si talis possessor neget se tantundem donaturum fuisse? sane negotium hoc, futurum forte, nec negotium est, nec perfectum; ex imperfecto vero negotio nullum jus oriri potest.

Atqui pepercit rei suæ: Resp. (1) De eo non constat, forte enim ideo iterum donavit quod parum eam curaret, alias non donaturus: Econtrario (2) de eo certo constat, quod aliam rem donaverit, adeoque id quod forte donaturus erat in ejus bonis manserit: Is igitur qui rem alienam donatam alii donat, nihil alieni habet, nec domino rei injuria fit, quia jus ei salvum manet contra quemcunque possessorem: neque donatorio actio datur, quia non plus juris transtulit ac ipse habuit.

a) (SI REM EMTAM VENDIDERIT NON TENERI:) Quando bonæ fidei possessor vendit rem, quam a non domino emit justo pretio, omnino tenebitur, & rei dominus duos habet debitores, (1) venditorem qui pretium habet ex re aliena, adeoque alienum, cum precium rei non sit nisi domini: (2) emtorem, qui rem tenet: uterque enim plus suo habet. *Vid. Leff. d. c. 14. n. 26.*

Sed unius solutione uterque liberatur, quia nihil amplius abest domino; si enim *rem* recipit, habet quod petit; si *precium*, tantundem habet, adeoque ei satisfactum est: certum enim est domini non esse rem & pretium simul, sed alterutrum.

Si ab *emtore* rem repetit, huic datur regressus contra venditorem, quia hic jam solus plus suo habet, tenet pretium ex re aliena, quod ei, cui abest aliquid facto venditoris, restitui debet. Idem dicendum si *venditor* ille ab alio bona fide emerit, tunc enim a suo authore repetit pretium, & sic ul-

terius

L. 22. D. de petit. her. L. 25. eod. L. 23. D. de reb. credit. forte pluris vendiderit: [c] quod si donatum vendiderit, teneri ad restituendum pretium, [d] nisi forte prodegerit pretium, alias non producturus.

§. IX.

1. Septimo, [a] rem alienam bona fide emtam restituendam [b] nec *L. 3. 23. C. de rei vindic. L. 16. C. de evictionib.* posse erogatum pretium repeti; cui regulæ hæc addenda mihi videtur exceptio [c] nisi quatenus dominus rei suæ possessionem recipere sine impendio aliquo probabiliter non potuit, [d] ut puta si res apud piratas fuerit. Tunc enim deduci poterit [e] quantum dominus impensurus libenter fuerat [f] ipsa enim facti possessio, præsertim recuperatu difficilis, [g] est aliquid æstimabile, [h] & in hoc dominus post domi-

terius, donec perveniatur ad eum qui primus sine causa accepit, & alii tradidit: si Author non sit solvendo casus est, qui nocet repetenti: atque hoc est fundamentum totius materiæ evictionum.

ADDITIO.

„Fateor sententiam Grotii magis convenire æqui-„tati, & bonæ fidei possessorem, qui rem eumam „justo pretio vendit, non teneri domino, quia plus „suo non habet, precium enim quod ipse pro re illa „solvit recipere censetur: non ergo locopletior „factus est ex re aliena, pro qua tantundem erogavit: „neque domino fit præjudicium, quia ei jus salvum „est contra quemcunque possessorem. Atque hacte-„nus valet argumentum quod Author ex *l. 48. §. „f. de Furt.* desumsit, dominum non posse pretium „rei furtivæ repetere, quia nummus ex re furtiva „redactus non est furtivus.

b) (NISI QUATENUS FORTE PLURIS VENDIDERIT:) Imo totum precium, quod bonæ fidei possessor ex venditione rei alienæ accepit, alienum est, adeoque illud sive domino, sive emtori secuta evictione restituere debet,

ADDITIO.

„Imo venditor, præter id quod pluris vendidit, „nihil alieni habet, sed suum recipit.

c) (QUOD SI DONATUM VENDIDERIT, TENERI AD RESTITUENDUM PRECIUM:) Nam hoc abest domino, adeoque hactenus donatarius plus suo habet: nec is regressum habet contra donantem, quia ipsi nihil abest, non res, nam hoc est aliena; non precium, quia hoc non dedit, sed donato rem accepit.

d) (NISI FORTE PRODEGERIT PRETIUM ALIAS NON PRODACTURUS:) Imo ex hoc ipso facto prodactionis abest aliquid rei domino, quod proinde prodigens restituere debet ei cui ex illa prodactione aliquid abest: eodem modo uti b. f. possessor restituit domino fructus b. f. consumtos.

ADDITIO.

„Factum hoc prodactionis non est illicitum, „quia bonæ fidei possessor instar domini est, & de „re sua disponere videtur, Non ergo culpam „committit, qui rem suam prodigit:

a) (REM ALIENAM BONA FIDE EMTAM RESTITUENDAM:) Quia emtor plus suo habet, & aliquid alieni tenet.

b) (NEC POSSE EROGATUM PRETIUM REPETI:) Nam precium hoc non abest facto domini, sed venditoris: res domino gratis est reddenda; ipse autem a venditore precium quod ex re aliena, adeoque ultra suum habet, repetit.

c) (Grot.) (NISI QUATENUS DOMINUS REI SUÆ POSSESSIONEM RECIPERE SINE IMPENDIO NON POTUIT:) Apud Terentium Heautontimorumeno Act. IV. Scena IV. (*vers. 42. & seq.*)

— Sed illud quod tibi
Dixi de argento quod ista debet Bacchidi;
Id nunc reddendum est illi. neque tu scilicet
Eo nunc confugies; quid mea? num mihi datum est?
Num jussi? num illa oppignerare filiam
Meam me invito potuit? verum illud, Chreme,
Dicunt: jus summum sæpe summa est injuria.

Ubi & *Eugrafium* vide. Hæc æquitas etiam ab Hebræorum magistris probatur, & a *Wisigothis* libro IX. tit. 1. c. 9. & c. 14 *Alc.* III. Præs. 29. *Menoch.* V. Præs. 29. num. 26. *Straccham parte* II. num. 18.

ADDITIO.

Quod ad has impensas attinet, plus suo habet; quia ipse illas erogaturus erat de suo, cum aliter suum recuperare non potuisset.

„*d*) (UT PUTA SI RES APUD PIRATAS FUE-„RIT:) Qui absque Lytro restituere rem non so-„lent.

„*e*) (QUANTUM DOMINUS IMPENSUROS LIBEN-„TER FUERAT:) Imo omne id solvere debet, per „quod res salva est.

„*f*) (IPSA ENIM FACTI POSSESSIO:) i. e. Quod „actu possideant piratæ.

„*g*) (EST ALIQUID ÆSTIMABILE:) Quia sine „impendio illo res ei salva non fuisset.

„*h*) (ET IN HOC DOMINUS POST REM AMIS-„SAM CENSETUR FACTUS LOCUPLETIOR:) Res enim „salva est ex impendio alieno.

i) (ET

rem amissam censetur factus locupletior [i] Et ideo cum rei suæ emtio ordinario jure non valeat, valere tamen eam ait [k] Paulus Jurisconsultus, si ab initio id convenit ut possessio quæ apud alterum est ematur. Neque hic requiro ut emta res sit [l] cum animo ut domino restitueretur, [m] quo casu negotiorum gestorum actionem nasci, sunt qui ajant sunt qui negent. [n] Nam negotiorum gestorum actio ex lege civili nascitur: [o] nullum enim habet eorum fundamentorum ex quibus natura obligationem inducit. Nos autem id quod naturale est hic quærimus.

2) [p] Non dissimile est quod de funeraria scripsit Ulpianus, justum judicem in ea [q] non meram negotiorum gestorum actionem imitari, sed solutius æquitatem sequi, [r] cum hoc ei actionis natura indulgeat. [s] Et quod alibi idem ait, [t] si quis negotia mea gesserit, non

L. Suæ. 16. D. de eqnt. emt. L. Si in emtione, 24. §. rev 4 D. de contr. emt. L. Si laborante, 2. §. Si navis. 3. ad legem Rhodiam. Ægid. Reg. disp. 31. dub. 7. num 116. Host. tit. de pæn. V. quid de prædam e mentibus B. l. & est. l. b. 1. D. de neg. gest.

i) (ET IDEO CUM REI SUÆ EMTIO ORDINARIO JURE NON VALEAT, VALERE TAMEN EAM &c. SI AB INITIO IO CONVENIT UT POSSESSIO QUÆ APUD ALTERUM EST EMATUR:) Imo hoc casu non est emtio rei suæ, hæc enim nunquam valet, quia res quæ semel mea est nunquam amplius mea fieri potest; sed emitur possessio aliena.

„k) (PAULUS:) *In L. 16. pr. ff. contr. emt.*

l) (Grot.). (CUM ANIMO UT DOMINO RESTITUERETUR:) *Speculum Saxonicum* 11. 37. *Landrecht* tit. XV,

ADDITIO.

Verum est animum nihil efficere in re aliena; possessor tenetur eam reddere domino, & dominus impendia restituere, etsi possessor aoimo sibi lucrandi emerit; nam pecunia hæc impensa est in utilitatem domini, adeoque hic plus suo habet, quod invitus quoque restituere tenetur.

m) (QUO CASU NEGOTIORUM GESTORUM ACTIONEM NASCI, SUNT QUI AJANT, SUNT QUI NEGENT:) Prior sententia omnino vera est: Dixi enim animum & intentionem in re aliena nihil efficere, adeoque possessor actione negotiorum gestorum contraria impensas, quas in alienam impendit, petere potest. Error dissentientium ex eo oritur, quod putent actionem negotiorum gestorum oriri ex tacito seu præsumto consensu, animoque inducendi obligatiooem.

ADDITIO.

„Utramque quæstionem, *an scilicet quasi contra-„ctus oriantur ex conventione a lege præsumta vel „ficta?* & porro, *an in gestione negotii alieni præcise „requiratur, ut gerens animum habeat ut domino „restitueretur:* examinavi in jure meo controverso: „Priorem *in tit. de pact q. 1.* Posteriorem *in tit, „de Neg. gest. q. 2.* Conf. *Diss. proœm. XII.* §. „*567.* §. *568.*

n) (NAM NEGOTIORUM GESTORUM ACTIO EX LEGE CIVILI NASCITUR:) Imo oritur ex eodem principio naturæ quo omnis alia obligatio; quia gerens plus suo habet ex illa gestione, quod restituere debet ei ad quem utilitas illa jure pertinet: eodem modo quo restituere debet rem alieoam ei cujus est.

„o) (NULLUM ENIM HABET EORUM FUNDAMENTORUM EX QUIBUS NATURA OBLIGATIONEM „INDUCIT:) Fundameotum obligationis naturalis „hic in aprico est, semper enim quis obligatur si „locupletior factus est ex re aliena: quod quis enim „ex alieno habet alienum est, adeoque ei restituendum cujus est, sive animum habeat reddendi „sive non. Vide omnino *Diss. proœm. XII.* §. „568.

„p) (NON DISSIMILE EST QUOD DE FUNERARIA SCRIPSIT:) Hæc actio ex errore illo nata „est, quod sepultura jure naturæ defunctis sit de„bita, propter manes superstites circa corpora de„mortuorum oberrantes. *Vid. lib. 2. c. 19.* Quod „cum verum non sit, merito asserimus eum qui „impendit in funus alienum jure naturæ actionem „contra familiam defuncti non habere: sane ratio, „quod defuncti videatur gerere negotium, (*l. 14.* „§. *13. junct. l. 1. de Religios.*) mere civilis est, cum „defuncto enim nullum negotium esse potest.

„At posito illo priocipio, quod familiæ necessitas sepeliendi lege incumbat, verum omnino est „utiliter familiæ negotium geri, adeoque hactenus funerariam actionem contra hæredes locum „habere.

„q) (NON MERAM NEGOTIORUM GESTORUM „ACTIONEM IMITARI SEO SOLUTIUS ÆQUITATEM „SEQUI:) Funeraria enim actio etiam datur contra „hæredem prohibentem (secus ac in negotiorum „gestorum actione *L. 40. Mand. l. 8. §. f. ff. & L. fin* „*C. Neg. gest.*) quia negotium non cum hærede „sed cum defuncto, cujus proprie negotium est, „intercedere fingitur. *d. l. 14. §. 13, junct. l. 1. de* „*Religios.*

„r) (CUM EI HOC ACTIONIS NATURA INDULGEAT:) Rationem modo allegavimus, fingitur „enim esse oegotium defuncti, noo hæredis pro„hibentis.

„s) (ET QUOD ALIBI IDEM AIT:) *L. 6. §. 3.* „*Neg. gest.*

t) (SI QUIS NEGOTIA MEA GESSIT NON MEI

non mei contemplatione, sed sui lucri causa, & circa res meas aliquid impenderit, [u] non quidem in id quod dedit, [v] sed in id quod ego locupletior sum, habiturum actionem. [w] Sic enim & domini rerum quarum jactu levata est navis, partem recuperant ab aliis quorum res jactu servatæ sunt: [x] quia & qui rem alioqui perituram servavit, [y] in hoc videtur locupletior.

L. & si quis, 14. §. idem Labeo 13. D. de relig. Et Balsamo ad Can. X. Greg. Thaumat. L. Si pupil. §. sed si quis 3. D. de neg. gest. Cajet 2. 2. 62. 6. Soto l. 4. q. 7. art. 2 Covar. d. loco, L. 1. D. ad leg. Rhod,

§. X.

Octavo, eum, qui rem alienam emit, [a] non posse eam restituere venditori ut pretium servet, [b] quia ex quo res in ejus fuit potestate, jam, ut diximus, cœpit obligatio restituendi.

§. XI.

Nono, [a] eum qui rem habet cujus dominus ignoratur, non teneri naturaliter eam rem pauperibus dare: [b] quanquam valde hoc pium

CONTEMPLATIONE, SED SEI LUCRI CAUSA:) Dixi in negotiorum gestorum actione non iospici quo animo quave intentione alterius negotium geratur, sed sufficit quod alii ex illa gestione aliquid absit, ac gerens plus suo habeat, hoc igitur alienum est, quod restitui dabet ei cujus est: neque minus sed magis obligatur, si sui lucri causa ex re alicoa aliquid percepit, quia & ultra suum habet, & accedit delictum. *L. 6. §. 3. Neg. gest.*

Si talis gestor impensas fecerit in illo negotio, quæritur an eas repetere possit? videtur negandum, quia cessat quasi contractus, cum constet sui lucri causa eum impendisse; sed recte ICtus ait prædoni tali actionem dandam *si rei dominus locupletior factus est:* Hæc igitur actio non oritur ex facto gestoris, quod illicitum est; sed quia is cujus negotium utiliter geritur plus suo & aliquid alieni habet, quod restituere debet.

„u) (NON QUIDEM IN ID QUOD DEDIT:) Nam „si id quod gestor dedit in utilitatem rei meæ „non vergit, uti si indebitum solvit, nulla ratione „obligor, quia gestor de meis bonis disponere ne„quit: *l. 23. f. N. G.* Non autem requiritur ut uti„litas actu exstet, sed sufficit semel utiliter gestum „esse. *l. 12. §. 2. ff. Neg. gest.* Aliud autem „statutum est jure Romano si gestor deprædandi „causa meum negotium gessit, adeoque improbe „ad mea negotia accessit, & suo lucro non meo „commodo studuit: *l. 6. §. 3. ff. Eod.* Hoc enim „casu tantum teneor ad utilitatem quæ actu existit, „quia suum magis quam meum negotium gessit. „*d. l. 6. §. 3.*

„v) (SED IN ID QUOD EGO LOCUPLETIOR FA„CTUS SUM:) Etsi enim mala fide egerim, ejus „tamen effectus non est, ut alter locupletior possit „fieri mea jactura, & ex re mea.

„w) (SIC ENIM ET DOMINI RERUM QUARUM „JACTU SERVATA EST NAVIS PARTEM RECUPE„RANT:) Ex ratione juris non magis hujus quam „alterius merces jactari possunt: si tamen id fit, „reliqui ex hoc jactu plus suo habent, & merces „earum salvæ sunt, adeoque pro rata ei, cui per ja„ctum aliquid abest, damnum restitui debet. *L. 1. ff. L.* „*Rhod. de jacta*: hinc præcise requiritur ut per „jactum illum res navis salvæ sint. *l. 4. §. 1. eod.* „*l. 5. Eod.*

„x) (QUIA ET QUI REM ALIOQUI PERITURAM „SERVAVIT:) Uti hic servavit per jactum rei alte„rius.

„y) (IN HOC VIDETUR LOCUPLETIOR:) Sane is „cujus res jacta est, per hanc servationem rei alte„rius fit pauperior: huic igitur aliquid abest, quod „ab eo cujus res cum alterius iactura salvæ sunt, „ & qui proinde plus suo habet, restitui debet.

a) (NON POSSE EAM RESTITUERE VENDITORI UT PRETIUM SERVET:) *Vid. Less. d. c. 14. n. 13. & 26.* Cur non? Si venditor rem velit recipere restituto pretio id omnino licitum erit; Sane emtor injuria non agit, quia precium recipit rei bona fide emtæ. Neque domino rei fit injuria, utpote cui jus contra quemcunque possessorem salvum est.

„b) (QUIA EX QUO RES IN EJUS FUIT POTESTA„TE COEPIT OBLIGATIO RESTITUENDI:) At exci„pitur merito casus, si venditor recipit rem, „negatque domino jus esse rem illam petendi, adeo„que liti & causæ se offert. Hoc igitur casu nulla „domino fit injuria, utpote qui jus salvum habet „contra illum venditorem: neque emtor judex „est inter venditorem & rei dominum.

a) (EUM QUI REM HABET CUJUS DOMINUS IGNORATUR, NON TENERI NATURALITER EAM REM PAUPERIBUS DARE:) *Vid. Less. d. c. 14. n. 31. & 48.* Pauperes enim nihil juris in illa re habent, nec illis aliquid abest.

b) (Grot.) (QUANQUAM VALDE HOC PIUM SIT:) *Chrysostomus* indicato jam loco. (In *1. Corinth. v. 9.*)

ADDITIO.

„Ex eo quod virtutis est nulla sequitur obligatio juris.

c) ET

pium fit [c] & recte multis in locis constitutum. Ratio est, [d] quia ex dominio nemo jus habet præter dominum. [e] Non esse autem, & non apparere tantundem valent quoad eum cui non apparet.

§. XII.

Decimo, naturaliter [a] quod ob causam turpem, [b] aut honestam ad quam quis obligabatur, acceptum est, [c] non esse restituendum: [d] quanquam hoc quoque non immerito legibus quibusdam introductum est. Ratio est, [e] quia ratione rei nemo tenetur nisi res sit aliena; hic autem dominium transit ex prioris domini voluntate. [f] Aliud erit si in ipso accipiendi modo vitium fuerit, puta extorsio, [g] hoc enim est aliud obligationis principum, de quo hic non agimus.

Thom. 2. 2. 62. art. 5. resp. ad 2. & Cajet. ibid. Covar. p. 2. §. 2. ad cap. peccatum, 1 Sam. XII, 5, 6.

§. XIII.

Addamus & hoc mendose a Medina traditum [a] rerum alienarum in

„c)(ET RECTE MULTIS IN LOCIS CONSTITUTUM:) „Talis constitutio est io jure Canonico, ubi ejus„modi bona, quorum domious ignoratur, nec fisco „cedunt nec inventori; adeo ut si inventor eam „rem sibi arroget rapinam contrahat. *c. 14. q. 5.* „*Peregr. d. j. fisci L. 4. t. 3. n. 29.* Sed Episcopo „loci assignanda res est, ut eam in pauperes & pias „causas convertat, in quas proprium dominium „cedere voluisse canones præsumunt: *Peregr. d. l.*

„d) (QUIA EX OOMINIO NEMO JUS HABET „PRÆTER OOMINUM:) Vera ratio est, quod paupe„ribus nihil de suo absit. Nam ratio, quod ex do„minio nemo jus habeat nisi dominus, pugnat cum „principiis Authoris: qui si dominus non apparet, „rem putat pertinere ad fiscum jure dominii gene„ralis. *Vid. supr. c. 3. §. 19.*

„e) (NON ESSE AUTEM, ET NON APPARERE:) „*L. 30. ff. de test. tut. L. 16. §. 3. Eod.*

„a) (QUOO OB CAUSAM TURPEM:) v. g. Si me„retrix rem accipit pro stupro: *l. 4. §. 3. Cond.* „*ob turp.*

„b) (AUT HONESTAM AO QUAM QUIS OBLIGA„BATUR:) Quando quis pecuniam accepit ne fur„tum faciat, ne stuprum committat, oe male ju„dicet. &c. *Vid. Laut. Comp. 198.*

c) (NON ESSE RESTITUENDUM:) (1) Quia accipiens jus in illam rem habet ex dispositione & traditione domini, qui prout de re sua disponit ita jus est: sane (a) nihil magis naturale est quam voluntatem domini, rem suam in alium transferre volentis, ratam haberé. Sed & (2) non ideo quod turpe aliquid est id quoque injustum est. Neque ultra suum habet qui ex dispositione domini, etsi turpi, rem tenet. Adeoque ex turpitudine quæ iojostitiam non infert, nec exceptio datur contra agentem. *Less. d. c. 14. n. 51.*

„d) (QOANQUAM HOC QUOQUE NON IMMERITO „LEGIBUS QUIBUSOAM INTRODUCTUM SIT:) Uti „jure Romano in casu obi tantum accipientis est „turpitudo: *L. 1. §. 2. l. 4. §. 2. ff. l. 4. l. 6 C.* „*Cond. ob turp. Cast. Conf. l. 32. §. f. don. int.* „*vir. & ux. l. 9. in fin. de jur. fisci. l. 5. de calumniat.* „*L. 1. C. de lib. nat. Oldend. in act. clas. 6. act. 7.* „*Hahn ad Wes. tit. de Cond. ob. turp. n. 4. Laut.* „*Comp. p. 198.* Sed hoc ex lege positiva est, & pœnale.

„e) (QUIA RATIONE REI NEMO TENETUR NISI „RES SIT ALIENA, HIC AUTEM DOMINIUM TRANS„IT EX PRIORIS DOMINI VOLUNTATE:) Etsi igi„tur causa, ob quam datur, turpis sit, etsi is qui ac„cipit ex juris ratione id quod promisit facere te„atur, negari tamen nequit dominium transiisse „io dantem ex domini voluntate, adeoque acci„pientem non tenere rem alienam, ex quo solo „restituendi necessitas oritur.

f) (Gröt.) (ALIUO ERIT SI IN IPSO ACCIPIENOI MOOO VITIUM FUERIT, PUTA EXTORSIO:) Optime hæc distinguit *Augustinus* epistola LIV. (quæ est CLIII. novæ *Edit. Benedictin.*)

ADOITIO.

„Imo nec vis & metus impediunt consensum, „adeoque res hic io alterum æque transfertur vo„luntate domini, ut ut coacta. *Vid. Cap. seq. §. 7.*

„g) (HOC ENIM EST ALIUO OBLIGATIONIS „PRINCIPIUM, OE QUO HIC NON AGIMUS:) Ex „sententia Authoris enim is qui vi metuque rem ex„torquet, ex maleficio, adeoqoe ex delicto, tene„tur ad restituendum; *Vid. infra cap. 17. per tot.* „Nos jam diximus, idem hic obtinere quod in da„tione quæ fit ex causa injusta vel turpi. Nam ibi „quoque voluntate domini, etsi coacta, dominium „traosfertur io extorquentem: At tunc ob vim injuria „illatam domino datur actio ex delicto extorquen„tis, ad reparandum id quod per vim ejus mihi

abest

De rest. q. 10. in nos dominium transire sine consensu domini. si res sint tales quæ pondere, numero, & mensura æstimari soleant. Nam res ejus generis [b] functionem quidem recipere dicuntur, id est, restitui posse per id quod genere idem est, [c] sed ita demum si consensus præcesserit, [d] aut ex lege aut more præcessisse intelligatur, ut in mutuo, [e] aut etiam si res, ut pote consumta, exhiberi nequeat. At [f] extra talem consensum, vel expressum, [g] vel præsumtum, [h] & extra necessitatem, [i] functio ista locum non habet.

L. Rogasti 11. §. ult. D. de reb. cred. & si cert.

CAPUT. XI.

De promissis.

I. *Refellitur sententia statuens ex promissis jus naturaliter non oriri.*
II. *Assertionem nudam non obligare.*
III. *Pollicitationem naturaliter obligare, sed inde alteri jus non nasci.*
IV. *Quid sit promissum unde alteri jus oritur.*
V. *Requiri ad hoc in promittente usum rationis: ubi distinguitur jus naturale a legibus civilibus circa minores.*
VI. *Promissio errantis an & quatenus obliget naturaliter.*
VII. *Promissionem ex metu obligare, sed qui metus causam dedit, teneri ad liberandum promissorem,*
VIII. *Id quod promittitur, ut promissio valeat, oportere in potestate sit promittentis.*
XI. *An promissio ob causam vitiosam valeat naturaliter, per distinctionem explicatur.*
X. *Quid sentiendum de promissione facta ad consequendam rem jam ante debitam.*
XI. *Modus valide promittendi per nos ipsos.*
XII. *Modus valide promittendi per alios; ubi & de legatis mandata excedentibus.*
XIII. *Exercitoria & institoria obligationes quatenus ex jure naturæ procedant, ubi & juris Romani error notatur.*
XIV. *Ad promissionis validitatem acceptationem requiri.*
XV. *An acceptatio innotescere debeat promissori, per distinctionem explicatur.*
XVI. *Revocari promissionem posse, mortuo ante acceptationem cui promissum erat.*
XVII. *An & internuntio mortuo, per distinctiones explicatur.*
XVIII. *An revocabilis sit promissio, acceptatione per alterum facta, per distinctiones explicatur.*
XIX. *Onus promisso adjici quo tempore possit.*
XX. *Quomodo convalescere possit invalida promissio*
XXI. *Promissiones sine causa naturaliter non esse irritas.*
XXII. *Qui factum alienum promisit ad quid naturaliter teneatur.*

§. I.

„abest. *Conf. Cap. seq. §. 7. & 10.*

„In accipiendi modo vitium quoque esse putat, „si inæqualitas: in contractu reparanda veniat, „quod examinabimus. *Cap seq. §. 10.*

a) (RERUM ALIENARUM DOMINIUM IN NOS TRANSIRE SINE CONSENSU DOMINI:) Medina ait rerum fungibilium, v. g. vini, tritici, & olei dominium, etiam invito domino transferri; Recte hoc improbat Author; (1) quia dominus jus æque in quantitatem habet ac in res suas, quod proinde ei invito auferri nequit. (2) Eripiens hanc quantitatem nullum jus in illam habet, adeoque injuria agit, quæ reparari debet: hic ergo (3) dominus quantitatis minus suo, eripiens autem plus suo habet, quod proinde alteri restituere tenetur.

„*b*) (FUNCTIONEM QUIDEM RECIPERE DICUNTUR, „i. e. RESTITUI POSSE PER ID QUOD GENERE I„DEM EST:) Quid sint res fungibiles explicavi in „jure meo controverso, *tit. de Reb. cred. q. 14.* „& 15.

„*c*)(SED ITA DEMUM SI CONSENSUS PRÆCESSE„RIT:) i. e. Si id inter partes actum est ut domi„nium transeat, & tantundem restituatur: adeo„que non invito domino, ut Medina statuit.

„*d*) (AUT EX LEGE AUT MORE PRÆCESSISSE „INTELLIGATUR, UT IN MUTUO:) Uti si servus „meus, qui peculii administrationem habet, cre„diderit tibi, *Vid. l. Rogasti 11. §. f. ff. Reb. Cred.*

e) (AUT ETIAM SI RES, UTPOTE CONSUMTA, EXHIBERI NEQUEAT:) Re enim sublata tollitur dominium: at id non proprium saltem quantitatum, sed commune omnium rerum est.

„*f*) (EXTRA TALEM CONSENSUM:) Per quem „quantitatis dominium in alterum transfertur.

„*g*) (VEL PRÆSUMTUM:) Uti in casu *d. l. 11.*

„*h*) (ET EXTRA NECESSITATEM:) Quando scl. „ipsa restitui non potest, utpote consumta.

„*i*) (FUNCTIO ISTA:) i. e. reparatio juris per „tantundem.

„Ex omnibus igitur causis hoc capite recensitis, „obligantur omnes qui aliquid ultra suum habent, „etiam ignorantes, furiosi, infantes; &c. utpote cum „hæc obligatio non tam oriatur ex voluntate aut „consensu, quam ex eo quod aliquid habeat quod „alteri deest.

a) (SER-

§. I.

1. [a] Perduxit nos ordo ad obligationem quæ ex promissis oritur: [b] ubi statim se nobis objicit vir eruditionis minime vulgaris Franciscus *Lib. 1. c. 6. Lib. 5. cap. 1.*

„a) (PERDUXIT NOS ORDO AD OBLIGATIONEM „QUÆ EX PROMISSO ORITUR:) Grotius caussas belli „oriri dixit, *vel* ob injuriam non factam, *vel* ob „injuriam factam: ob factam *aut* ut reparetur, *aut* ut puniatur: quod *reparandum* venit aut spectare, aut, id *quod nostrum est vel fuit*, aut id *quod no-* „*bis debetur: Vid. l. 2. c. 1. §. 2.*

„Hactenus exposuit Grotius obligationem re- „parandi id quod *nostrum* est vel *fuit. Vid. l. 2* „*cap. 2. usque ad c. 11.* Hic incipit agere de eo quod „nobis *debetur*; & ideo reparandum venit:

„Ut terminis usitatis & receptis mentem Autho- „ris explicemus, dicendum est, Grotium hactenus „explicasse *jus personarum* quod ex statu hominum „oritur, (vid. cap. 5.) & *jus* quod ex *dominio* nobis „nascitur: i. e. *jus rerum*; (Vid. cap. 3. usque „ad c. 11.) in sequentibus exponit tertium obje- „ctum juris, nimirum *actiones quæ ex obligatione* „*personæ descendunt* vel ex contractu, vel ex delicto, „vel proprio quodam jure ex variis caussarum figuris, „i. e. ex quasi contractu & quasi delicto &c. c. 11. 12. 13. „14. 15. 16. 17. & 20.

„Caussa omnis OBLIGATIONIS PERSONÆ ex sim- „plicissimis sequitur principiis.

„Supponimus enim I. cuique hominum a Crea- „tore jus concessum esse in suas res & actiones, „indeque cuique facultatem a natura concessam esse „de rebus & actionibus suis pro lubitu disponendi.

„II. Nemini alii jus in meas res & actiones com- „petere, quia alias Author naturæ frustra mihi res „illas concessisset.

„III. Hinc tria necessario sequuntur.

„PRIMO, quod is qui de re vel actione sua ita „disponit, ut promittat se alii aliquid daturum vel „facturum, jus suum sua voluntate in alterum „transferat, indeque obligetur ad dandum vel præ- „standum id quod promisit: quæ obligatio descen- „dere dicitur EX PACTO seu CONTRACTU.

„SECUNDO, Quod si alius ex re vel actione „mea utilitatem percepit, adeoque mea jactura locu- „pletior fiat, id quod mihi abest restituere tenea- „tur ex regula naturæ quæ jus suum cuique tribuere „jubet: atque hæc obligatio descendere dicitur ex „QUASI CONTRACTU, seu VARIIS CAUSARUM FI- „GURIS.

„TERTIO, Quod si alius jus a Creatore mihi „concessum lædit, eique jus naturali ratione mihi „quæsitum aufert, is injuriam hanc reparare, eoque „jus suum cuique tribuere teneatur: quæ obligatio, „si jus meum *ex proposito* seu *dolo* lædit, descendit „EX DELICTO; si *culpa*, oriri dicitur ex QUASI DE- „LICTO, seu ex VARIIS CAUSARUM FIGURIS:

„Hæc quæ compendio hic proposui principia „latius explicavi in *Diss. proæm. XII. §. 337. usq.* „*ad §. 344.* Et speciatim de obligatione ex *pacto* „seu *contractu* egi *§. 399. seq.* De obligatione *ex* „*delicto. §. 512. seq.* de obligatione ex *quasi contractu.* „*§. 566. seq.* de obligatione ex *quasi delicto. §. 578.* „*seq.*

b) (UBI STATIM SE NOBIS OBJICIT CONNANUS:) Qui hanc quæstionem examinat in commentario juris civilis *l. 5. c. 1. n. seq.* Equidem vera est ejus sententia, sine synallagmate nullam induci obligationem, sed rationes non concludunt: id enim fieri ait (1) propter culpam ejus qui temere credit: (2) quia promissa levia præstare periculosum est: (3) quia quædam honestati relinquenda: *Prior* ratio est pœnalis, adeoque mere civilis; *altera* ab utilitate promittentis desumta est; *tertia* est arbitrii; adeoque neutra juris.

Antequam vero ulterius procedamus, nostra principia præmittere necesse est:

PROPOSITIO. I.

Diximus capite præcedenti, neminem ultra jus suum habere vel agere posse; & si quis ultra jus suum habet vel agit eum teneri ad reparationem: atque hanc esse omnis obligationis causam.

PROPOSITIO II.

Diximus porro eodem capite, ultra jus suum homines habere vel agere, adeoque excedere facultatis sibi concessæ fines, eoque obligari ad reparandum (1) ex sola rei alienæ possessione; de qua obligatione egimus capite præcedente: (2) ex facto suo.

PROPOSITIO III.

FACTUM, *unde homines obligantur ad reparandum, duplex est, (1) Quando quis ultra suum aliquid habet, (2) Quando quis agit ultra fines facultatis suæ.*

DEMONSTRATIO.

Utroque enim casu jus alii abest, quod ei necessario tribui debet. Illi igitur cui aliquid abest, & qui minus suo habet facto alterius, actio datur ad illud petendum.

PROPOSITIO IV.

Factum quo quis ultra suum aliquid habet, aut extra fines facultatis suæ agit, vel licitum est, vel illicitum.

DEMONSTRATIO.

Factum *licitum* est (*a*) cum ex dispositione duo-

rum jus in alium translatum & nondum traditum est, quo pertinent *contractus nominati*; vel si ex pacto res data, aut aliquid factum, ab altera vero parte promissum non est impletum; quo referuntur *contractus innominati*. (*b*) Quando quis facto suo locupletior fit ex re aliena, quo pertinent *quasi contractus*.

Factum *illicitum* est, quando jus alienum dolo vel culpa nostra imminuimus: utrumque jure naturæ delictum est. Dolus supponit propositum, culpa vero imprudentiam & negligentiam, &c. *Factum dolosum* a ICtis Romanis vocatur *verum delictum*; factum *culposum* autem *quasi delictum*.

PROPOSITIO V.

Ex tali dispositione duorum, quo jus in alium transfertur, jus inter partes oritur prout disposuerunt.

DEMONSTRATIO.

Nam cum partes intra fines facultatis a Creatore concessæ agunt, licite agunt, adeoque valet quicquid agunt; & inde oritur obligatio præstandi id quod egerunt, quia ita disposuere. Atque hæc est origo omnium contractuum & promissionum. Notanter dixi *inter partes*: nam tertio ex illa dispositione nullum jus acquiritur: non ex facto partium, quia illi de suo jure tantum disponere possunt, non de alieno; nec ex facto proprio, quia is non disposuit, nisi re integra ipse quoque consentiat; sed tunc valet ex nova ejus dispositione.

PROPOSITIO VI.

Ad justam autem dispositionem requiritur (1) *facultas justa, Pos. V.* (2) *voluntas jus transferendi, Pos. VI.* (3) *hujus declaratio: quæ fit vel verbis vel pactis Vid. Vol. 1. Dissert. nostr. f. 193.*

DEMONSTRATIO.

Tria igitur requiruntur ad justam dispositionem (1) ut *justa facultas* sit, tam ratione *juris* de quo disponunt, quam ratione *personarum* quæ disponunt. Si proinde ultra fines facultatis a Creatore concessæ partes disponunt, nullum jus partibus competit, quia facultas deficit, indeque dispositio justa non est. Pariter, si *persona* disponentes facultatem non habeant, ut infantes, furiosi, &c. itidem dispositio justa non est.

(2) Ut partes *voluntatem de transferendo jure* habeant: *voluntas* igitur necessario requiritur, quia invitis auferri res non potest: at nuda non sufficit, nisi appareat ea jus aliquod in alterum transferri; & ex hac demum translatione juris oritur obligatio ad implendum, *L. 3. §. 1. O. A.* seu ad tribuendum alteri jus quod voluntate nostra ejus factum est, *L. 7. §. 2. & 4. Pact. L. 19. in f. V. S.*

(3) Ut partes *voluntatem declarent*; in vita civili enim voluntas non declarata nullum effectum habet, neque enim consensisse dici possunt qui se non intelligunt. Declaratur autem voluntas vel verbis vel factis. *Vid. Pos. jur. gent. IV. & Vol. 1. Dissert. fol. 54. f. 193. & f. 687.*

Si dubia est voluntas, non est declarata; adeoque nullum jus inde oritur: unde sponte sequitur, ex conjectura voluntatis, ad quam toties Author in hoc tractatu recurrit, nullum jus oriri:

ADDITIO.

„De declaratione voluntatis vel verbis vel factis „facta, ejusque interpretatione si dubia est, latius egit „B. Parens *in Disput. De eo quod justum est in dubio, „sect. 1. & seq.* Verba hæc sunt: Natura ita comparatum est, ut simplex ac in animo latens consensus non magis in vita civili obligationem „producere, aut formam negotio dare valeat, quam „facta illicita, quæ in mente retinentur, humanis „legibus pœnam patiuntur. *L. 18. ff. de pæn. l. 225. „ff. de Vert. sign.* Cum enim ea sit hominis imbecil„litas, ut interni ejus actus, quos mens sola secum „cogitat, ab altero neutiquam per se dignosci pos„sint, iidemque ab exterioribus actibus atque sig„nis quam longissime discrepare queant, inde „nata est juris naturæ regula: ex dispositione legitima „eatenus saltem jus nasci, quatenus apparet quod „quis in alium illud translatum voluerit: arg. *L. „3. §. 1. ff. d. O. & A.* Indeque est quod philoso„phi dixerunt, cogitationem maxime propter ho„minem ipsum esse, signa autem propter alios, „utpote cum illa insit in animis, &, ut Cicero *de „Off.* ait, *in se ipsam vertatur*, his vero voluntas „inter homines mutuo declaretur.

„Ut proinde in omni facto, quo de commu„tando jure agitur, prima eaque præcipua quæ„stio esse debeat de disponentis voluntate, & num „ea sufficienter exposita sit.

„Unde, si altius rem repetere licet, apparet, „hanc voluntatis declarationem, quæ in omni obli„gatione necessaria est, non fieri nisi certis signis, „quæ sensus animi ita exprimunt ut in aliorum „sensus incurrere possint, factis nimirum & ver„bis. Unde duplex voluntatis declaratio, una quæ „fit verbis, altera, quæ factis. Satis superque id „innuit Cicero *3. Tuscul. 20.* cum inquit: *Verba „quid audiam, cum facta videam?* Et in jure Ro„mano perpetuum fere est, ut, ubi de voluntate „ejusque declaratione quæritur, verba & facta con„jungantur. Sic in *L. 32. §. 1. de Legib.* Julianus, „*nihil interesse, ait, suffragio populus voluntatem „suam declaret, an rebus ipsis & factis.* Et cum „de ultima testatoris voluntate agnoscenda quæri„tur, *eam vel re vel verbo declarari* dicitur in *§. „ult. Just. de her. qualit.* Nec minus animum „divortendi *vel factis vel verbis* declarari, vult „Ulpianus *in l. fin. §. ult. ff. de Divort. & repud. „Add. l. 9. §. 4. ff. d. reb. cred. l. 5. l. 15. rem. „rat. hab.*

„Licet autem utrumque & *factum* & *verbum* in „eo conveniat, quod utraque voluntas inter homi„nes declaretur, notabilis tamen in eo est discre„pantia, quod hoc ab instituto saltem hominum „significet, illud vero ab ipsa natura. Ut enim „taceam, eum, qui ultro & cum ratione agit, eo „ipso velle illud quod agit, & quod actui isti ne„cessario cohæret: certo certius est, nullam ho„minis, qui sana mente utitur, & liberrime agit, esse

„esse actionem quæ sine suo fine careat, cum finis sit qui moventem impellit, & *primum*, ut philosophi dicere amant, *intentione. & ultimum in executione.* Ex eo itaque actionis fine naturaliter & omnium evidentissime voluntas demonstratur. Imo ex trita illa regula; *Qui vult finem, vult etiam media, sine quibus ille obtineri nequit, arg. l. 2. ff. de jurid. l. 234. d. V. S.* apparet, facta ex natura voluntatem indicare. Hac enim regula posita dicendum est necessario, eum, qui voluit media sine quibus finis obtineri nequit, ipsum quoque finem voluisse, & cum finis, uti dictum, sit propter quem quis agit, hoc ipso facto satis superque voluntatem suam declarasse: quæ, cum satis appareant, pluribus ea demonstrare quid attinet?

„At vero in verbis res secus se habet, quæ vi & ratione naturæ voluntatem dicentis non exprimunt, qua de re integra eaque prolixa disputatio est, & apud Gellium in *noct. Attic. l. 10. c. 4.* & apud Platonem *in Cratylo.* Nihil enim aliud sunt nomina quam rerum notæ, ut Cicero *l. 5. de finib.* dicit, adeoque consensu quodam hominum ad habendum quosdam sonos pro signis idearum quæ in mentibus existunt, qui soni pro variis gentibus, varii sunt, & in diversis linguis diversis vocabulis res easdem denotant. Neque ulla aut ratio aut vinculum dici potest, quod gentes obstrinxerit quare rerum, quas habebant ideas, huic potius quam illi sono alligaverint. Imo repugnantia est dicere, vocum significationes a natura esse, & nihilominus concedere eas quotidie immutari, veteres aboleri, novas rebus novis imponi, & suas quasi ætates illis esse: de quibus egregie canit Horat. *de Art. poetic. v. 68. & seq.*

Licuit, semperque licebit
„*Signatum præsente nota producere nomen.*
„*Ut sylvæ foliis, pronos mutantur in annos,*
„*Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas,*
„*Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque.*

„Et Paulo post:

„*Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque.*
„*Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,*
„*Quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi.*

„Neque hic scrupulum movet, quod rebus quibusdam insit recta nominis ratio, ut voces a natura rerum quas designant, non abhorreant, quodque conveniant rebus nomina sæpe suis, uti earum longam seriem exhibet A. Gell. *d. l. 10. c. 4.* & doctissimus Joseph. Scaliger. *in conject. libr. 6.* Nam etsi concedamus nonnullis rebus, (nam de omnibus id asserere velle nimis esset temerarium,) nomina esse indita ipsarum naturam exprimentia, ut in iis quasi gestus quidam oris & spiritus naturalis videatur, nihilominus tamen hoc perpetuum non est, cum pleræque peculiarem sibi viam observent, & illa ipsa, ut vocatur, analogia rerum & vocum itidem ex arbitrio humano constituta sit.

„Quod eleganter exprimit Quintilianus *Inst. Orat. lib. 1. c. 6. Meminerimus, non per omnia dici analogia posse rationem, cum sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Non enim, cum primum fingerentur homines, analogia demissa cælo formam loquendi dedit, sed inventa est, postquam loquebantur, & notatum in sermone, quid quomodo caderet. Itaque non ratione nititur sed exemplo, nec lex est loquendi, sed observatio.*

„Utraque hæc voluntatis nostræ declaratio, & quæ verbis & quæ factis fit, hoc ipso satis clara ac evidens est, si aut verbi unicus sit sensus, aut factum, de quo quæritur, non nisi unum significare potest: hanc enim solam vocis factique significationem per naturam intendisse credendi sunt. Utroque ergo casu, cum disponentis voluntas declarata satis aperte sit, prouti dispositum est inter eos ita jus est. Nec interpretationi voluntatis quidam locus esse potest, cum, ut ait modo laudatus Quintilianus *Declam 317. supervacuum supplementum sit, ut contra verba interpretatio sequatur.*

„Quo & referendum est, si vox quidem non unum, sed plura significet, attamen sit vox generis, quæ plures species contineat: uti vox hominis quæ Titium, Mevium &c. sub se complectitur. Cum enim certissimi juris sit generi inesse species, vox generis dubia dicenda non est, sed generaliter quoque intelligenda est, ut ex natura generis omnes species sub se comprehendat, quamdiu nondum apparet quasdam in specie exceptas esse. Vid. *l. 23. ff. de servitutib. urb. præd.* ubi hoc eleganti exemplo firmatur, & *l. 80. de Reg. Jur.* Et hinc patet decisio quæstionis quæ acerrime inter Carthagenienses & Romanos ventilata, & causa funestissimi illius belli Punici secundi fuit: Num scilicet sub illo fœdere inter duos hos potentissimos populos inito, *quod utriusque populi socii ab utroque populo tuti esse debeant;* etiam Saguntini sint comprehensi, quos Romani post fœdus hoc adsciverant: ubi rectissime defendit Livius *l. 21. c. 18.* Carthaginensium invasionem in Saguntinos fuisse injustissimam, *cum satis cautum fuerit Saguntinis, sociis utrorumque exceptis; nam neque additum erat, qui tum essent, nec, ne qui postea assumerentur.*

Ex eadem ratione dicendum de eo quod inter „Paridem, vel Trojanos, & Menelaum convenerat, ut victori Helena cederet; Postquam enim Paris fugatus erat, lex sponsionis a Menelao impleta fuit, & a Trojanis fides turpi exemplo violata. Vox siquidem *vincere* est vox generis, sub qua continentur omnes species, & sic quoque quod hostis fugatus sit, etsi non occisus: quicquid in contrarium hic disputet Grot. *de jur. B. & P. l. 2. c. 16. §. 7.*

„Et sic hactenus de certa voluntatis declaratione constat. Verum enimvero, quemadmodum longe plures sunt res & negotia quam nomina; res siquidem sunt infinitæ, verba finita; & sicut finis actionis ex quo de intentione agentis constat, multiplex esse potest, adeoque unius actionis plures esse possunt fines, ita quoties contingit ut quis voluntatem suam declaret istiusmodi verbis

„aut factis, voluntas non amplius certa aut perspi„cua, sed incerta erit & dubia. Atque id ipsum „est quod conqueritur ICtus *in l. 2. & 4. de P. V.* „*Natura rerum conditum esse ut plura sint negotia* „*quam vocabula* Et Seneca *de benef. l. 2. c. 34.* „*Ingens inquit, est copia rerum sine nomine, quas* „*non propriis appellationibus notamus, sed alienis* „*commodatisque*: Nec minus graphice Cicero „hanc verborum paupertatem depingit, cum *pro* „*Cecinn. cap. 18.* ita loquitur; *An hoc dubium est,* „*quin neque verborum tanta copia sit, non modo in* „*nostra lingua, quæ dicitur esse inops, sed ne in alia* „*quidem ulla, res ut omnes suis certis ac propriis* „*vocabulis nominentur?* Pluribus etiam hoc prose„quitur A. Gell. *Noct. l. 9. c. 12. & lib. 12. c. 13.*

„Hinc itaque orta est omnium operosissima dispu„tatio in jure nostro, quid in dubiis statuendum „sit? Veteres quidem ICti sollicite in eo labora„runt, ut rebus innotescerent quæ ad verborum si„gnificationes pertinent: Erant enim persuasissimi, „*qui vocabula non recte discunt intelligere*, (verba „sunt Plutarchi *in Isid,*) *eos etiam de rebus ipsis fal*„*li.* Et τὴν ἀρχὴν παιδεύσεως εἶναι τῶν ὀνομάτων „ἐπίσκεψιν, *principium eruditionis esse intelligen*„*tiam nominum*, ex Socrate refert Epict. & *lib. 1.* „*diss. Arrian. cap. 17.* Unde Labeoni Jurisconsul„to summæ laudi tribuitur apud A. Gell. *Noct.* „*Attic. lib. 13. c. 10. quod scientia nominum ad en*„*dandos plerosque juris laqueos, usus fuerit.* Nec „aliud evincunt illi Ælii Galli, L. Cincii, Santræ, „aliorumque plurimorum libri de Verborum signi„ficatione, quæ ad jus pertinent: quos passim a „Festo Gellio, aliisque citatos deprehendimus. Add. „Gothofredus ad pr. ff. de Verb. sign.

„Recentiores non minus operosissime in legiti„mæ interpretationis regulis sudarunt, quo defi„niri possit quid in dubio justum sit; indeque or„ta sunt immensa præsumtionum volumina Alcia„ti, Menochii, aliorumque ICtorum; sed, quod „pace tantorum ac de Jurisprudentia nostra egre„gie meritorum Virorum hic dictum volo, nobi„lissimam hanc materiam, & quæ fere in infini„tum patet, si casus spectes, vix exhauserunt, quæ „tamen positis rite principiis in pauca reduci pot„est, *Vide infra c. 16.*

PROPOSITIO. VII.

Hinc ex pactis nudis nec jure naturæ, nec jure civili oritur obligatio; sed Prætor demum eam constituit, dando exceptionem non actionem.

DEMONSTRATIO.

Jure naturæ ergo pactum nudum non est talis dispositio ex qua obligatio oritur; quod sequentibus rationibus probamus. (1) Quia natura demum ex ea voluntate obligatio oritur qua jus in alium transfertur; nam translato demum jure in alterum ipse plus suo habet, unde necessario sequitur reparandi necessitas i. e. obligatio: Atque hoc esse quod ICti per *Synallagma* intelligunt, passim demonstravimus, quoties scil. hoc agitur ut meum commutetur in tuum: unde merito *Synallagma* dicitur causa obligationis, *L. 7. §. 2. & 4. pact. l. 19. V. S.* Talis autem dispositio de transferendo jure non est pactum nudum, adeoque nulla obligationis causa hic subest: Nam (2) verbum *volo* nullam infert necessitatem; voluntas sua natura libertatem agendi infert, est in jure quoque civili necessitati opponitur: *l. 17. §. 3. commod.* neque ex voluntate agendi oritur agendi necessitas, sed ponitur facultas, & manet libertas; aliud quippe est voluntas præstandi, aliud necessitas. Idque (3) exemplis clarum fiet, qui enim ait volo te comitari, non inde vult obligari, & sic qui ait volo 100 tibi dare, voluntatem saltem delarat, non vero quod necessitatem sibi imponi velit. Sane *in L. 22. pr. leg. 3. & l. 7. §. p. don. inter conj.* diserte statuitur, neminem sibi legem dicere posse ne a priori voluntate recedere liceat. Certum saltem (4) est, voluntatem transferendi juris, seu se obligandi, non satis esse declaratam, nec ex verbis eam apparere, an id significari; obligatio autem non oritur nisi ex voluntate certa et plene declarata: Hinc notanter ICti fundamentum omnis obligationis in *animo se obligandi* constituunt, nec obligationes esse ajunt, *nisi hoc actum inter eos sit, ut alter alteri obligetur. L. 3. §. 1. O. A.* Denique & (5) verba pacti sua natura significant dispositionem futuram non præsentem, ergo nondum jus conceditur & transfertur, sed id saltem declarat promittens se velle in posterum jus concedere; cum igitur jus in alterum translatum nondum sit, id peti actione nequit:

ADDITIO.

„Fundamenta hæc, simulque differentiam inter „pacta & stipulationes illustravit B. parens in *disput.* „*de differentia pactorum & stipulationum. Sect. I.* „quæ exstat in *Vol. 1. Disp. 80. fol.* 1186 Verba „hæc sunt. Hodieque dantur pacta ex quibus ne„quidem exceptio, tantum abest, ut actio detur; „uti cumprimis sunt *pacta contrahendi*: sive enim „partes consentiant quod contrahere velint, ne„que contractus plane sequatur; sive contrahant „etiam & in contrahendo consentiant; sed contra„ctus ille non valeat, vel imperfectus sit; ex hoc „consensu partium, neque naturali neque civili „ratione ullum jus, & nec exceptionem nasci certum „est, atque sequentibus rationibus demonstratur.

„I. Ex negotio imperfecto nullum jus, nulla„que exceptio vel actio nasci potest: quia imper„fectum negotium sine dubio nullum est. ut dici„tur *§. 7. in fin. Inst. quibus modis test. infirm.* „*Gloss. in c. pen. X: de Cler: non res.* quod autem „nullum est, id non potest vim ullam habere, aut „jus ullum inde nasci. *per vulg.* Cum vero partes „ad contrahendum conveniunt atque consentiunt, „hoc negotium ipsis propositum non est perfe„ctum, donec contractui aliquid deest; quia nego„tium ipsis propositum contractus est, repugnat „autem contractum perfectum esse, cui pars aliqua „deficit. Ex ea igitur ad contrahendum conven„tione atque consensu nullum jus, actio, exce„ptiove nascitur.

„II. Id evidens est *in pacto de permutando*; ex „quo nec exceptionem hodie quoque dari posse, „dicendum. Si enim Sejus permutandi causa rem „Cajo det, & hic accipat, manifestus utique est

contra-

„contractus, & conventio mutua partium de per-
„mutando, cum alter permutandi cauſa rem dede-
„rit, alter acceperit. Et tamen ex hac conven-
„tione Cajo, qui accepit, ne quidem retentio,
„ſeu exceptio datur, ſed tenetur rem Sejo, pœni-
„tenti & condicenti, reſtituere: *L. 3. §. 2. l. ult.*
„*ff. de Cond. cauſ. dat.* quia ſcilicet negotium,
„quod partibus erat propoſitum, nondum a parte
„Caji perfectum fuit, adeoque ex, eo non potuit
„ei vel actio vel exceptio naſci, etſi utrinque
„conſenſus & conventio de permutando intervene-
„rit. Cum ergo conventio de permutando ne
„quidem exceptionem pariat, ubi traditio rèi a
„parte unius jam acceſſit, nedum, cum nondum
„acceſſit, adeoque longe imperfectius negotium
„eſt, actionem.

„III. Eadem ratione, cum partes emptionem
„v. gr. ſcripto contrahere volunt, (ad quod non
„opus eſt expreſſa pactione, ſed ſufficit quocun-
„que modo id ab initio actum eſſe inter partes, ut
„ſcripto contrahatur, cum (1) nihil interſit ver-
„bis an rebus voluntas declaretur. *L. 32. §. 1. de*
„*Legib. l. 52. §. pen. & fin. de O. & A.* nec (2)
„verba in contractibus, excepta ſtipulatione, ne-
„ceſſaria ſint, & (3) ſolum placitum partium,
„ut ſcripto fiat, deſideretur: quod & (4) docet
„Sichard. *in L. 17. n. 3. C. de fid. inſt.* poſt *Gloſſ.*
„*& Dd. comm. in dict. l.*) donec aliquid ſcriptura
„deeſt, nullum jus, & adeo ne exceptio quidem
„oritur, etſi non modo pacti ſint, ſed & conſen-
„ſerint de precio: *§. 1. Inſt. de Emt. & Vend. l.*
„*17. C. de fid. Inſt.* ubi expreſſe quoque additur,
„ex pacto, etſi de precio convenerit, ne quidem
„ad id quod intereſt agi poſſe; quia partibus
„non erat propoſitum paciſci, aut emere vendere,
„ſed ſcripto contrahere, & negotium ipſis propo-
„ſitum, ex quo obligari voluerunt, non fuit pa-
„ctio, vel nuda emtio venditio, ſed ſcripto facta
„conventio. Quod ſi ergo ex contractu nomi-
„nato Juris Gentium, arrhis quoque confirmato,
„nulla obligatio, & ne exceptio quidem, nedum
„actio hoc caſu naſcitur ubi aliquid agendum ſu-
„pereſt, multo minus utique nuda pactio de con-
„trahendo, illam vim aut effectum habitura eſt.

„IV. Pariter, ſi partes ſimplicem emptionem
„equi facere velint, & alter alteri dicat, Er wolle
„ihm ein Pferd abkauffen, alter vero paratus ſit
„vendere, ex hoc conſenſu de emendo vendendo
„nemo dixerit ullam obligationem, vel exceptio-
„nem oriri; cum quamdiu nondum perfectus eſt
„liberrime recedere, ac pœnitere poſſint. *pr. Inſt.*
„*de empt. & vend. ibi Dd.*

„V. Atque hoc eſt, quod Imperator *in. l. pen.*
„*in fin. C. de his, quæ ut ind.* ait. *Nihil actum*
„*credi, dum aliquid addendum ſupereſt:* ea enim
„eſt natura negotiorum, ut, etſi per plurimos
„actus dieſque trahantur, omnia tamen ex momen-
„to illo valeant quo negotium perficitur; nec
„quicquam eorum quæ peracta ſunt, ullam vim
„habeat, niſi quatenus in illo momento perſeve-
„ret de eo partium conſenſus.

„Anteacta ergo non ſunt pactiones veræ, ſed
„*tractatus*, ut dicuntur *in l. 1. §. 11. ff. de extr. cogn.*
„ſeu ut in *l. 134. §. 1. ff. de Verb. obl.* vocantur *præfatio-*
„*nes:* unde nullum jus oritur, niſi quatenus com-
„prehenduntur negotio cum id perficitur. Ampl.
„Struv. Exerc. 6. th. 16.

„VI. Quæ omnia naturali prorſus ratione pa-
„tent: cum enim conventiones voluntate partium
„conſtent, non poteſt alia ſpecies conventionis
„eſſe qua obligentur partes, quam ex qua obli-
„gare ſe voluerunt; neque poſſunt, qui contrahe-
„re, adeoque ex contractu ſe conveniri volunt,
„ex pacto conveniri. Neque vero poſſunt partes
„alio genere negotii, ac volunt, obligari tum
„cum omnis obligatio eorum arbitrio conſtituitur,
„quia plane contradictorium eſt, partes ex ſuo
„conſenſu obligari & conveniri, cum conveniun-
„tur ex negotio quod contractum noluerunt. Sola
„enim intentio partium negotia conventionum
„diſtinguit, & legem iis dat, *l. 3. §. 1. de O. &*
„*A.* ut proinde, ſi ipſis propoſitum fuit emere,
„permutare &c. ex ſola emptionis aut permu-
„tationis, non vero ex alia conventione teneri
„poſſint.

„VII. Sed ſupervacaneum eſt rationibus uti, cum
„expreſſo in eam rem textu *in d. l. 17. in fin.* id
„deciſum ſit, ne pacta de contrahendo ullam vim
„pacti habeant, etſi arrha acceſſerit: Verba *d. l.*
„*17. in fin.* hæc ſunt: *Qui vendere* POLLICITUS *eſt,*
„*venditionem* RECUSANS, *in duplum eas reddere co-*
„*gatur, & qui emere* PACTUS *eſt, ab emtione* RECE-
„DENS, *datis a ſe arrhis cadat, repetitione earum*
„*deneganda.* Hic duplex actus eſt, pactum de
„vendendo, & datio arrharum; & hic quidem
„operatur diſpendium arrharum in eo qui rece-
„dit; at pactum de emendo adeo nullam vim ha-
„bet, ut partes eo non obſtante, *recuſare* venditio-
„nem, & *recedere* ab emptione, adeoque ne ex-
„ceptione quidem a poteſtate pœnitendi ſummo-
„veri poſſint. *d. l. 17.*

„VIII. Atque hæc ratio & hoc jus, ſancte invio-
„lateque perpetuo cuſtoditum eſt. Inde enim, ſi
„partes non modo paciſcantur de ſtipulando, ſed
„actu quoque ſtipulentur, verum ſtipulatio non
„valeat, hic conſenſus & pactio quæ eo actu
„continetur, ne quidem vim pacti, & naturalis
„obligationis habet, ut expreſſe dicitur *in L. 1.*
„*§. 2. ff. de Verb. Obl.* quia partes ſtipulari, non pa-
„ciſci voluerunt.

„IX. Luculentius vero id traditur *in l. 1 §. 4. ff.*
„*de pec. conſt.* ubi quæritur, cum quis iterum
„promittit quod antea debitum fuit, ſed ſtipula-
„tio inutilis eſt, anne ſaltem valeat ut pactum de
„conſtituto, quia revera promiſit antea debitum.
„Et negatur his verbis: *Eum, qui inutiliter ſtipu-*
„*latus eſt, cum ſtipulari voluerit, non conſtituiſſe ſibi,*
„*dicendum eſt de conſtituto experiri non poſſe; quo-*
„*niam non animo conſtituentis, ſed promittentis id*
„*factum ſit.*

„X. Unde, & vice verſa, ſi quis antea debitum
„promiſerit, neque ſtipulandi neque conſtituendi
„animo, ſed paciſcendi, ne quidem ut conſtitu-
„tum valet, ſed tantum ut pactum nudum. Quo
„ſenſu optime a Dd. explicatur textus famoſus
„*in l. 27. C. de locat.* Ubi quod colonis proroga-
„tum (id eſt erogatum vorgeſchoſſen) erat,
„adeoque coloni debebant, dominus promiſit,

„quæ promiſſio non vim conſtituti, ſed nudi pacti „habet; quia dominus non habuit animum conſti- „tuendi, ſed paciſcendi de pecunia prorogata.

„XI. Adeo vero hoc obſervatur, ut licet ſtipu- „latio valeat, & ſint verba ſolennia ſtipulationis, „non tamen pro ſtipulatione id habetur, ſed pro „nudo pacto, ſi animus paciſcendi appareat, non „ſtipulandi *l. 7. §. 12. de Pact.* cuius verba ſunt: „*Quod vero noviſſima parte pactorum ita ſolet inſeri, „rogavit Titius: ſpopondit Mævius. hæc verba non „tantum pactionis loco accipiuntur, ſed etiam ſtipu- „lationis, niſi contrarium ſpecialiter adprobetur,* „*quod NB. non animo ſtipulantium hoc factum eſt, „ſed paciſcentium.* Adeo conventionum ne- „gotia animo contrahentium definiuntur, & di- „ſtinguuntur.

„XII. Quin idem plane in ultimis quoque vo- „luntatibus accidit, etſi enim teſtamentum imper- „fectum omnia codicillorum requiſita habeat, non „tamen valebit, ne quidem ut codicillus, quia te- „ſtandi non codicillos ſcribendi animus fuit. *text. „in l. 1. ff. de jure codic.* Unde ad hoc ut teſta- „mentum imperfectum ſaltem pro codicillo valeat, „requiritur ut ſpecialiter clauſula codicillaris ad- „jiciatur, per quam teſtator declaret, ſe velle in „eventum ut codicillos valere. *l. 29. §. 1. ff. qui „teſt. fac. l. 3. in fin. ff. de teſtam. milit.* Si ergo „ne ultima quidem voluntas, cujus tamen tantus „atque adeo publicus eſt favor, *l. 5. ff. teſt. qu. „aper. l. 10. ff. inoff. teſt. l. 12. de Reg. jur. ubi Dd.* „ſuſtinetur ut codicillus, etſi formam codicilli „habeat, quia aliud negotium teſtator ſecutus eſt, „nedum conventio & actus inter vivos, ſi partes „contrahere volunt, valebit ut pactum, etſi for- „mam pacti habeat. *arg. §. fin. Inſt. qui & ex quib. „cauſ. man.*

„XIII. Quin, vix admiſſum fuit ex ſingulari pri- „vilegio, teſtamentum militis jure militari valere, „ſi is deſtinaverat jure communi teſtari, adeo, ut „ſpeciali reſcripto D. Marci demum id conſtitu- „tum, & in cæteris regula *teſtamentum imper- „fectum ne quidem codicillos eſſe* ſalva relicta fue- „rit *ut l. 3. in fin. de teſt. milit:* Nec dices, non „eſſe ergo id jus gentium ſi aliud concedi a D. „Marco militi potuit: nam Reſp. (1) Militi quo- „que conceſſum eſſe, filium ſuum ſine cauſa præ- „terire contra jus gentium; quod ob publicum fa- „vorem militiæ fieri potuit. (2) Præſumitur miles „quoque utroque genere teſtari voluiſſe propter „fortuitos caſus, ſi forte deſinat eſſe miles. d. l. 3. „Ex quo apparet, nec militi alia ratione ſuccurri, „quam quia animus utrumque modum ſequendi „in eo præſumitur.

„XIV. Unde alia luculenta ſuboritur ratio; vi- „deri enim poſſet, præſumendum in eo qui vo- „luit contrahere animum obligandi ſui ex utro- „que modo, contractu ſcl. & pacto. Sed id longe „ſecus eſt; (1) quia, ne in teſtamentis id quidem, „niſi in milite præſumitur: d. l. 3. tum vero (2) „quia in contractibus tota juris præſumptio in con- „trarium fit non animus obligandi præſumitur, „ſed ita iterpretatio fit ut quis liberetur potius, „non ut obligetur: *text expr. in L. 47. ff. de Obl. „& Act.* unde etiam ſtipulatio inutilis ne quidem „ut pactum valet, quia ad obligandum tendit. *L. „1. §. 2. de Verb. Obl.* At acceptilatio inutilis ha- „bet vim pacti, quia ad liberandum pertinet. *l. 8. „pr. ff. de Accept.*

„XV. Quin etſi de liberando agatur, non tamen „acceptilatio inutilis vim pacti habet, niſi pars pu- „tet acceptilationem validam eſſe; cum alias non „appareret animus liberandi, ſi pars ſciret libera- „tionem nullam eſſe, uti diſerte dicitur in d. l. 8. „pr. his verbis: fingamus eum, qui accepto fere- „bat, ſcientem prudentemque nullius eſſe momenti „acceptilationem, & ſic accepto tuliſſe; quis du- „bitat non eſſe pactum, cum conſenſum paciſcen- „di non habueris.

„XVI. Quo jure vero ex pactis de contrahendo „oriretur obligatio? Non civili, quo ne exceptio- „nem quidem, aut naturalem obligationem inde „natam fuiſſe, certum eſt. Neque jure Canonico, „et moribus: uſu enim ex pactis quidem, verum „illis actio datur, ex quibus jure communi exce- „ptio, & naturalis obligatio: l. 7. pr. ff. de Pact. „& de iis agunt Dd. Weſ. ff. Eod. n. 9. Id vero ex- „tendi non poteſt ad imperfecta illa pacta de „contrahendo, quæ vera pacta non ſunt, ſed tra- „ctatus, & initia contractuum: ea enim cum jure „communi nec valida pacta ſint, nec obligatio „naturalis, aut exceptio, actiuve inde nata fuerit, „hæc omnia qui mutata, & ea pacta valere, & „obligationem, exceptionem, & actionem parere „ait, probare tot aſſerta debet.

„XVII. Alias vero quotieſcunque duo ad con- „trahendum procedunt, hoc ipſo conſenſu ſuo, „quaſi pacto valido, jam obligarentur ut perfice- „rent contractum; nec poſſent unquam cœpti tra- „ctus abrumpi, cum conſenſus ille partium foret „ad agendum quoque efficax, quod uſu ſecus, nec „quicquam eo falſius eſſe conſtat.

„XVIII. Quin, ſi duo ſaltem paciſci vellent, „hæc ſola voluntas paciſcendi jam pactum eſſet „efficax; & ex pactu de paciſcendo quoque actio „danda eſſet, nec unquam congredi duo tractandi „cauſa poſſent, quin ex ipſo ſtatim initio, quod „conſenſum habet, obligarentur; quod nemini in „mentem venit.

„XIX. Mitto, quod a quibusdam ſtatuitur, „dum res in terminis nudi pacti conſiſtit ne natu- „ra quidem inde obligationem naſci, etſi laudabile „ſit id ſervare; ſed tantum ex ſynallagmate, id „eſt, ex negotio quod juris commutationem con- „tinet: quod defendit quoque doctiſſimus Conna- „nus *l. 5. Comm. 1. n. 5. & ſeq.* cujus etſi rationes „minus aptæ ſint, & tales videantur Grotio de I. B. „& P. Lib. 2. c. 11. §. 1. ſententia tamen ipſa an- „tiquiſſima eſt, & ipſius juris Romani: quippe „quo ex nudo pacto ne exceptio quidem data „fuit, ſed tantum jure Prætorio. l. 7. §. 7. ff. de „pacto. Quo poſito, ſi neque jure communi actio „tenet, neque natura probari poteſt, & moribus „tamen conſtituta dicitur, id plane probandum „eſt. Ut igitur de pactis perfectis, etſi nudis, actio „moribus non negetur, at ex imperfectis illis de „contrahendo, præter mentem intentionemque „partium quibus contrahendi propoſitum fuit, „obligationem tanquam ex conſenſu, nec natu-

„rali

„rali nec civili ratione dari poſſe, certum eſt, tantum abeſt ut aliud de moribus probari poſſit.

„XX. Denique, qui donans errat in cauſa, non „repetit; *L. 65. §. 2. de Cond. ind.* qui ſolvens indebitum, repetit; quia, ut dicitur in d. l. 65. §. „3. animum ſolvendi habet, non paciſcendi; etſi „conſenſus & pactum videatur.

„Equidem, ſi appareat partes pacto rem conficere, ac paciſcendo ante perfectum contractum „quoque obligare ſe voluiſſe, non dubium eſt id „negotium eſſe perfectum, ex eoque pacto hodie „actionem naſci, ad id quod intereſt. Tale pa„ctum de vendendo fuit in ſpecie, de qua reſpon„derunt JCti Jenenſes, Wittenbergenſes & Li„pſienſes (qui tamen in parte a reliquis diſſenſe„runt) apud Berlich. *Deciſ. 143. num. 6. 13. & 15.* „Conſtitit enim ibi de animo paciſcendi, cum & „dies pacto inſertus eſſet, intra quod venditio fieri „deberet; & ſpecialis utrinque, quin juratoria fi„des data eſſet; in verbis, bey ſeinen wahren „Worten, Treu und Glauben, d. n. 16. auch „endlich d. n. 6. verpflichtet, innerhalb Jahres„Friſt, oder auch eher, da es dem Käuffer ge„fällig, ſein Haus käuflich zu überlaſſen. Alias „vero id neutiquam præſumi, ſed hujusmodi, „animum obligandi ſe ex pacto, in even„tum ſi contractus non ſequatur, plane proban„dum eſſe conſtat ex ratione theſ. 15. & ſeq.

Eadem fere argumenta repetit B. Parens *in Diſſ. de jure circa actus imperfectos. ſect. 2. per tot.* quæ exſtat in *vol. II diſſ. 17. fol. 340.* Noſtram ſententiam in ſequentibus explicabimus.

PROPOSITIO VIII.

Voluntas eſt actus quo quis decernit rem amplecti vel fugere: hoc fit prævia rei ſcientia, vel, in dubio, deliberatione.

DEMONSTRATIO.

Cum anima contractuum & pactorum in voluntate conſiſtat, maxime intereſt naturam voluntatis cognitam habere: Voluntas autem varie accipitur: *vel* pro nuda facultate animæ, quatenus opponitur intellectui: *vel* pro ipſa volitione, ſeu pro actu quo quis decernit rem amplecti vel fugere, eoque ſenſu hic accipitur.

Ut igitur intellectus eſt actus, quo intelligit ſibi rem nocere vel prodeſſe, ita voluntas eſt actus quo quis decernit, ſtatuit, ſecumque concludit rem amplecti vel fugere.

Neceſſario autem hæc voluntas ſupponit intellectum ſeu ſcientiam: nam voluntas ad rem tendit vel petendo bonum vel averſando malum. Si ergo bonum vel malum non apparet, non poteſt agentem movere, non magis ac ſi plane non eſſet. Scientia igitur ſola eſt cauſa movens voluntatem; unde regulæ: *Ignoti nulla cupido: tantum eſt volitum quantum eſt cognitum: Non entis nulla ſunt notiones &c.*

Decernit autem homo vel cum deliberatione vel ſine deliberatione: hoc fit cum certa res, certaque ſcientia eſt, tunc enim ſtatim decernitur, nec opus eſt deliberatione: illud fit cum res dubia eſt, cum hæſitat in decernendo, examinat hinc inde rationes, adeoque nondum vult quia nondum decernit, ex quo igitur decretum ſequitur, ex eo quoque velle dicetur: Atque hinc Ariſtoteles recte ait in omni voluntate eſſe indifferentiam (1) ad agendum vel non agendum, ut poſſit nolle etſi non poſſit impedire effectum; ut poſſit velle, etſi non poſſit exequi: quam indifferentiam vocat *ad contradictoria.* (2) ad hoc vel illud agendum, quam vocat *ad contraria.* Veræ inquam hæ ſunt diſtinctiones quamdiu pendet voluntas, i. e. quamdiu in actum deducta non eſt. Eo igitur momento quo dubitans decernit, indifferentia, quæ fuit, deſinit, quia eo momento vult, adeoque voluntas pro actu ſumta, contrariatur indifferentiæ.

PROPOSITIO IX.

A voluntate differt libertas.

DEMONSTRATIO.

In voluntate duo ſunt (1) actus ille volendi ſeu decretum, (2) executio illius decreti: *ille* vulgo dicitur actus elicitus; *hæc* actus imperatus: *ille* conſiſtit in facultate naturali volendi quiquid lubet, neque pugnat cum neceſſitate, quia volumus etſi non poſſimus exequi, vel etſi neceſſario efficiamus, quia hoc ad executionem & effectum pertinet; *hæc* conſiſtit in facultate agendi quicquid libet; eaque pugnat cum neceſſitate & coactione, de cujus effectu vide infra §. 7.

ADDITIO.

Latius hæc principia proſequitur *B. parens in Diſp. de jure poenit. in contr* quæ exſtat *vol. II. fol. 649.* verba ejus hæc ſunt.

Quod veteres profeſſi ſunt de hominum mentibus, *qualis ſit animus, ipſum animum neſcire,* Cic. *lib. 1. Tuſcul. poſt princ.* id pariter de imperatrice ejus parte, ſcl. voluntate, aſſeri poſſet, qua nihil magis intra ſe homo ſentit, & nihil minus intelligit, & *cum ſui adeo anima ſibi conſcia ſit, ſe adhuc ipſam quærit.* Ita Seneca *lib. 7. nat. quæſt. c. 24.* Ubi præterea ita loquitur: *Habere nos animum, cujus imperio & impellimur & revocamur, omnes fatebuntur; quid tamen ſit animus, ille rector dominusque noſtri, non magis tibi quisquam expediet, quam ubi ſit.* Quo opinionis præjudicio occupatus præpeditusque homo id non facile conſequi poſſit; nihil nunc explicare attinet.

Omittimus itaque iſta quæ fori noſtri non ſunt, &, quod nunc agitur, de voluntatis libertate eique oppoſitis num minus diſſenſionum ſit, videbimus, ut, qui inde naſcuntur obligandi & pœnitendi effectus, intelligi poſſit. Neque vero hic minus ambigitur, an libertas rationem quoque voluntatis ingrediatur, an vero abeſſe a voluntate poſſit. Item an neceſſitas, quin & coactio, cum voluntate, aut cum ipſa quoque libertate conſiſtere

queant, an vero hac implacabili discordia pugnent. Et auget plurimum, ut solet, multifaria vocum harum exceptio. Ita enim & Stoici, & Peripatetici dicebant; illa demum agere nos posse, quæ & non agere; ea velle quæ & nolle. *Senec. lib. 2. de Benef. 18. Si vis scire an velim, effice, ut possim nolle. Et Arist. lib. 3. Ethic. Nicom. c. 7. Quæ agere in nobis situm est, eadem & non agere.* Quod & *lib. 4. Eudemior. c. 6.* & alibi passim latius deducit. Ipsique adeo ICti nostri id secuti sunt passim, & contendunt, non posse consentire, nisi qui & dissentire. *l. 12. §. 3. de capt. & postl.* nec velle, nisi qui & nolle: *l. 3. ff. de R. J.* adeo, ut ab hoc principio videatur deductum esse jus illud, quod nemo adire hæreditatem possit, nisi qui & repudiare, nemo eam velle, nisi qui & nolle. *l. 4. l. 19. & pass. ff. de adq. vel om. her.* qui titulus totus hinc pendere videtur.

Palmarium igitur est, ut termini eum *voluntatis* tum *libertatis* rite constituantur; atque an, & quid inter utramque intersit, definiatur. Neque parum interest: LIBERTAS enim *facultatem* agendi ut lubet innuit, Cic. *Parad. V. Libertas est potestas vivendi ut velis.* Hæc vocabuli hujus appellatio, caput est reliquarum vel translationum, vel acceptionum. Inde enim transfertur ad statum hominum, qui liberi dicuntur, eum ipsi facultatem de se suisque statuendi habent; servi, cum alias in ipsos, non ipsi in se ac sua. Quod ita omnino in jure restringitur, ut libertas de facultate non qualibet, sed legali intelligatur. *l. 4. pr. ff. de stat. hom.* Unde hoc sensu libertatem esse dicitur, legibus servire. Cic. *pro Aul. Cluent. prope fin.* Ut adeo certum omnino sit, a libertate seu potentia nondum inferri ad voluntatem.

VOLUNTATIS vero ratio ac forma, quæ inde abesse nequit, consistit in quadam (ut ita loquar) allubescentia, qua quis ei quod fit acquiescit, idque probat, ac in præsens præfert, etsi alio rerum statu aliud forte voluisset. Non enim quæritur, quid aliis casibus quis voluisset, sed quid in præsenti velit ac lubeat. Id volumus in quod quæ nunc sunt causæ voluntatem movent, non in quod aliæ causæ, quæ non sunt, moturæ essent: qua ratione nunquam foret voluntas, quia semper alio rerum statu, aliter voluissemus: *conf. inf. §. 7.* Velle ergo dicimur, quod in præsens volumus.

Cum voluntate igitur primum non pugnat necessitas, nec ad eam requiritur agendi aut non agendi, vel ita aut aliter agendi libertas, sed sufficit qualiscunque lubentia seu complacentia ejus quod agitur, prout agitur. Argumento est mors ipsa, quæ etsi omnibus fatalis ac inevitabilis, morique omnibus necessarium fit, potest tamen homo volens & non invitus mori: ut Abrahamus, aliique pii senes, qui, exsaturati vita, lubentes mortui dicuntur; vel ut D. Paulus, cui mori jucundum & lucrum visum fuit. *Phil. 1. 21. & 23.* Ἐπιθυμίαν ἔχω εἰς τὸ ἀναλῦσαι: quasi intimo animi affectu ducor, ac cupidus sum dissolutionis seu mortis. Et extrema necessitate famis compulsus, si panem emat, emtio pleno consensu constat, & valet, quin, quo major necessitas eo majus emendi studium est. Unde fidentius loqui potuisset, quam fecit Cicero *in Topic. circa med.* cum hæsitanter ait: *Perturbationes animi, quæ quanquam sint voluntariæ, tamen habet tantos motus, ut ea qua voluntaria sunt, aut necessaria interdum, aut certe ignorata videantur:* quin illi motus & causæ non minuunt voluntatem, sed augent: & necessitas v. g. famis non tepescit, sed incenditur, & irritatur emendi cupido.

Pari ratione nec coactio voluntatem tollit: uti, si viator prædoni metu mortis compulsus equum donet: id enim eligit & præfert morti, atque: in ea necessitate constitutus hoc mavult, atque adeo ita vult: Et sic, cum is, qui eculei doloribus adactus potius fateri vult, quam quæstionibus excruciari, &c.

Nec dici potest, si vis & coactio cessaret ipsum noluisse. Tantundem enim dici posset si fame vel siti quis compulsus non esset, panem ac vinum emturum non esse, quo tamen consensus emendi non impeditur. Hæc enim ipsa sunt quæ movent, quæ quæ acuunt, quæ accendunt quoque voluntatem ut ita agat. Neque aliud quæritur quam quid in præsens velit, probet, eligat; non quid aliu casu voliturus esset, *uti dictum supr. §. 4.* Quod nervose & eleganter ICtus in *l. 21. §. fin. ff. Quod met. caus.* ita exprimit: *Quamvis, si liberum esset, noluissem, tamen coactus volui.* Hoc enim solum voluit, illud vero ideo noluit, quia tum demum id voluisset si liberum fuisset: qui uti status, ita nec ea voluntas existit, ex vulgato illo, *conditionem nihil ponere in esse.* Rejicimus igitur voluntaria mixta, quæ ideo finxit *Aristoteles Ethic. Nicom. lib. 3. cap. 1.*

Hæc de voluntate: a qua plurimum differt LIBERTAS, quæ est facultas agendi pro lubitu vel hoc, aut aliud. Ea vero vel absoluta est & plena, eum illimitata facultate id agendi quod lubet: vel comparata et restricta, cum intra certos fines illa conclusa est: ut viatori, a prædone compulso, liberum saltem est vel rebus cedere, vel mori; esurienti vel cibum emere, vel fame perire; furi ad supplicium ducto vel ire, vel trahi. Ultra libertas cum non competat, recte hoc respectu de coacto dicitur *in d. l. 21. §. fin. quod. met. caus. Liberum ei non esse statuere.* Quomodo & Cicero *Orat. pro C. Rabir. post. circa finem* loquitur: *Si qui in prædones inciderint, aliter coacti faciant, quam libere.*

Cæterum cum necessitate etsi voluntas, non tamen libertas stare potest, quia hæc est potentia agendi, vel hoc aut aliud agendi: illa libertas indifferentiæ, vel exercitii, hæc contrarietatis, vel speciei in scholis dicitur. Hæc vero facultas hoc vel aliud agendi; vel saltem agendi aut non agendi, pugnat cum necessitate certæ rei agendæ. Quo sensu Cic. *Parad. V.* usurpet vocem libertatis, cum post Stoicos asserit *solos sapientes liberos* esse, videbitur infra *§. 19.*

Superest igitur, cum libertas ac voluntas distincta sint, ac re differant, ut videamus anne conjunctæ saltem esse, & voluntati libertas ceu comes individua adesse debeat? De quo sic statuendum: Quoties de jure agitur, regulariter libertatem cum voluntate conjunctam esse debere; cum enim

enim natura homini libertatem agendi intra legum fines concesserit, non debet illa facto alterius privato ei auferri, vel minui; sed hoc facto, etsi voluntas seu consensus non impediatur, attamen libertati injuria ac vis injusta infertur.

Atque hinc est, quod si quis vi compulsus quid promiserit ex promissione teneatur, cum consensus integer sit; *supr. §. 6. 7.* verum propter conjunctam vim injustam id quod jure subsistit rescinditur, in pœnam injustæ violentiæ, *ex Edicto, Quod met. caus.* Unde e contrario & illud sequitur, quod conventio, etsi vi extorta sit, tamen persistat, nec rescindatur si vis licita sit, eoque pœna cesset; qua ratione pax bello armisque, vel urpheda a Magistratu extorta, omnino valet, summaque hæc imperitia est, si quis contendat pacta vi expressa ob defectum consensus non valere.

Propter hanc libertatis & voluntatis affinitatem & vinculum fit, non modo ut passim *voluntas libera*, seu *arbitrium liberum* dicatur; *L. 1. C. de SS. Eccles. L. pen. C. de Oper. lib. L. 5. C. de Test. mil. L. 19. in f. C. de Testam. L. 1. pr. C. de Tut. Illustr. L. 6. C. Arbitr. tut. &c.* sed & ut ipsis vocibus voluntatis, arbitrii &c. intelligatur *libera* voluntas, ac *liberum* arbitrium, *ut in L. 17 §. 3. ff. Commod.* ubi nomine voluntatis manifeste intelligitur voluntatis libertas, eaque ratione opponitur, idque sæpius, necessitati, quæ alias cum voluntate stare potest. *sup. §. 5.* Idem est de voce arbitrii, *L. 19. pr. C. de testam.* ubi *arbitrium commutationis*, *est libera commutandæ voluntatis facultas. L. 74. ff. pro soc. L. 33. ff. fam. ercisc. &c.* Unde arbiter est, cui libera statuendi facultas data: *L. 27. §. 2. ff. de recepr. arb.* & arbitrium nullum est si ad certam sententiam acceptum sit. *L. 19. princ. ff. eod. tit.* Inde quoque judicia, in quibus potestas judici datur ex æquo & bono statuendi, arbitria dicuntur. *L. 38. pr. ff. pro soc. L. 47. ff Fam. erc. L. 24. in fin. ff. depos. L. 6. §. 8. ff. comm. div. Rubr. &c. tot. tit. C. Arb. tut. §. 31. §. 32. de action. &c.* Id vero facile intelligitur, (quod probe quoque notandum) hactenus actum fuisse de voluntate quoad actus, quod ajunt, imperatos, de quibus fere in jure quæritur: nam quoad elicitos, qui dicuntur, voluntas sua natura ac substantia libera est, nec cogi vel adstringi potest; cum, ut Ethici loquuntur, principium eorum in ipsa voluntate sit. Et de his Cicero. *Orat. pro C. Rab. Postum. prope fin.* sic loquitur: *Nolite consilium ex necessitate, nec voluntatem ex vi arbitrari.*

Hinc demum explicari rite potest, quo sensu in *L. 116. pr. ff. de R. I.* dicatur: *Nihil consensui tam contrarium est, quam vis & metus*: cum tamen error ac dolus non modo æque, sed & magis adversentur consensui, quam vis: tollunt enim consensum, *dict. l. 116. §. fin. L. 2. pr. ff. de judic. L. 15. ff. d. jurisd. &c.* nam imprimis error & dolus, scientiam & intellectum impediunt, sine quo nulla voluntas esse potest, juxta illud, *ignoti nulla cupido.* Nec metus unquam, ipso jure contractum tollit, *§. 1. de Except. L. 13. C. de transact.* uti quidam dolus tollit, scl. qui causam contractui bonæ fidei dedit. *L. 7. l. 16. §. 1. ff. de minor.* Mirum ergo videtur, quod in *d. L. 116.* nihil magis consensui contrarium esse asseritur, quam vim ac metum, cum equidem dolus & error magis adversentur consensui, quam metus. Ad hæc quid respondendum, ex dictis liquet. Scil. in *d. L. 116. pr.* per consensum intelligi ejus libertatem, quippe quæ in contractibus conjuncta esse consensui debet, & pro qua consensu accipitur. *sup. §. 12.* Contrarietas igitur illa non est inter vim & consensus substantiam, quæ in lubentia ejus quod fit consistit; *sup. §. 4.* sed inter vim & libertatem consensus, quam & ipsum consensum dici, jam dictum est. Atque eadem ratione, cum in *L. 1. ff. Quod met. caus.* dicitur, *vi necessitatem imponi contrariam voluntati*, itidem voce voluntatis intelligitur ejus libertas: nam cum ipsa voluntatis ratione, quam complacentia perficit, nec vis pugnat, nec necessitas; quia & coacta voluntas est voluntas, *L. 21. §. fin. ff. quod met. caus.* & ultro necessitati concedere, & annuere illa potest, *per jam tradita.*

Cæterum *obstat* adhuc vulgare illud Philosophorum & ICtorum effatum: Ejus tantum esse velle, cujus est nolle; agere, cujus est non agere, ut *supr. §. 2.* allegatum est. Quibus, ut satisfiat, constituenda primum est lectio *L. 3. ff. de R. I.* quæ admodum variat. In Codice Florentino legitur ita: *Ejus est non nolle, qui potest velle.* In vulgata & Norica sic: *Ejus est nolle, qui potest velle.* Vel: *Ejus est non velle, qui potest velle*: de quo vario legentium conflictu *vide Cujacium Petr. Fabr. & Wissenb. ad d. L. 3. Robert. Recept. lect. lib. 2. cap. 26. &c.*

Quomodocunque vero legatur, sensu juris non destituitur; sed diversimode: Florentina enim hoc diceret: *Ejus esse non dissentire, qui potest consentire.* Quod tamen frigidum ac jejunum est: ut, si diceretur, *furiosi ac infantis non esse non dissentire, quia non possunt consentire.* Quis vero sane loqueretur, infantem non dissentire, vel non nolle? cum ex vulgato *privatio habitum supponat?* Si vero id eo quis referat, ejus non dissensum, qui consentire non potest, non haberi pro consensu, eam sententiam nec verba suggerunt. Et quid insulsius, quam regulam dare, quod, qui nullo modo velle vel consentire potest, nec tacite possit. Sed & alienum id quam maxime est ab instituto JCti, qui ibi quærit, an nolle adire possit, qui velle adire non potest: ut mox sequetur. Unde *Cuj. d. l.* ait, se non ignorare, quam sæpe in Florentina negationes redundent. Rejecta igitur cum DD. comm. hac lectione, ut sine dubio vitiosa, inhærendum est vulgatæ, *Ejus esse nolle, qui potest velle.* Cum qua lectione conveniunt & Norica & libri Basilici, *Cuj. d. l.* eaque demonstratur manifeste ex *L. 4. ff. de Acq. hær.* quæ ab eodem Ulpiano ex eodem *Lib. 3.* ad Sabinum desumta est, & ubi dissertissime eadem regula traditur, & applicatur ad aditionem hæreditatis, quod eam nolle, seu repudiare nemo possit nisi qui & adire, seu velle: Ut adeo vulgata hæc lectio rei, de qua agitur, conveniat, altera autem a quæstione, quam Ulpianus *in lib. 3. ad Sabin.* tractat, quam alienissima sit, quod & pluribus persequuntur *Cujacius, Andr. Robertus, Petr. Fab. dd. loc. &c.*

Adserta itaque lectione vulgata *d. L. 3.* ejus jam

evolvendus est sensus: id enim falsissimum esse jam demonstravimus, de ratione voluntatis esse libertatem agendi aut non, vel aliud agendi: Quod vel unico mortis exemplo constat, quam concupiscere possumus, nec tamen evitare. *sup.* §. 5.

His vero solvendis in genere tria observanda sunt: Et primum quidem ex prædictis id facile sulvitur; scil. quod appellatione voluntatis intelligatur regulariter voluntas libera, vel voluntatis libertas; idque ideo, quia ex juris ratione homini, quid de suis actionibus & rebus statuere velit, liberum, & libertas voluntatis socia esse debet: non quod idem sit voluntas & libertas agendi.

Deinde, cum nulla alicujus est voluntas recte arguitur ab uno ab alterum; scil. quod consentire non possit qui nec dissentire: uti pater ab hostibus captus consentire nuptiis filii non potest, cum nec dissentire possit, ut in *L. 12. §. 3. de capt. & postl.* initio adducta. Sic & pater furiosus, quemadmodum dissentire, ita & consentire nequit: *L. fin. C. de nupt.* adeoque nuptiæ hæ etiam sine parentem consensu subsistunt. *dd. ll.*

Denique quoad actus, ut vocant, elicitos, semper voluntas libera est ad volendum, vel non volendum, estque id de ejus substantia, *sup.* §. 12. Quo sensu dicitur, voluntatem cogi non posse, scil. quoad actus, non imperatos, sed elicitos. Hi enim intrioseci sunt voluntati, & ἐφ ἡμῖν, ac in nobis siti; cæteri extrinseci & extra nos: Atque hæc est seotentia Stoicorum, quando tam magnifice de suo Sapiente loquuntur, eum semper liberrimum esse, & nunquam cogi posse, *vid. Sen. de Constant. Sapient. per tot. Cic. Parad. 5. Epictet. Enchri.* §. 2. & *seq.* Non enim actus volentis, sed voluntatis respiciunt, uti per Sapientem nomen & exemplar sapientiæ, ipsamque adeo sapientiam demonstrant, & abstractum specie concreti (ut cum scholis loquamur,) præsentant. Ea sæpe imitari JCti nostri solent, sed sobrie; non ea, qua Seneca arrogantia ac vanitate, qui Sapientem suum non modo Deis æquat, *Epist. 92.* quod interpretatione quadam excusari & tolerari posset, si ipsa sapientia ejusve norma, qua Deus est, intelligatur; sed & aliquo anteponit Deo; *Epist. 53.* & tamen hominem talem esse posse, ac, etsi raro & quasi Phœnicem, anno fortasse quingentesimo nasci ait. *Epist. 42.* Quæ vanissimæ nugæ, & Stoici supercilii veotosissima deliria sunt.

Neque vero dictis adversatur, quod qui non potest adire hæreditatem, eam nec possit repudiare, seu nolle: *L. 4. l. 18. & pass. ff. de acq. vel om. hær.* quæ tamen nudo animo consistunt. Etenim hic quoque voluntas libera requiritur, ut liberum sit adire, vel repudiare; velle, seu nolle: Non itaque voluntatis sed libertatis ratio postulat, ut hæres velle & nolle possit, veluti sæpe jam dictum.

Quanquam & aliud hic considerandum venit, scil. cur repudiatio hæredis ante facta quam adire possit, nihil valeat, nec ipsum teneat; cum tamen de suo jure disponat, nec ex pœnitentia repeti possit, quod semel repudiatum est. *L. 57. §. 1. ff. de Procur. l. 14. §. pen. ff. de Ædil. edict. &c.* Nec in ambiguo est, posse quem in eventum quoque juri suo, olim competituro, renunciare; *L. 3. §. 7. ff. de Minor.* Sed & jure Canonico & hodie pluribus casibus renunciari potest hæreditati nondum delatæ, *c. Quamvis in pact. in 6.* & agnati, quoties consentiunt agnationi feudi, hoc ipso renunciant suæ successioni; idque valide, licet nondum illa delata fuerit. 2. *F. 26. §. Titius. 2. F. 39. princ.* Quæ res in difficultates haud exiguas conjecit Interpretes, qui regulam statuunt, juri futuro renunciari non posse. Neque Socinus, alique, per fallentias suas, ut vocant, se evolvunt, sed implicant. Equidem Bart. *in L. post emancipationem. §. illud. ff. de lib. leg.* eum valere renunciationem spei, seu juris futuri ex causa præsente concederet, seu quid obtineat, si jus omne quod futurum est, vel esse potest, promittitur, quæreret? hæret, & indecisum relinquit; addito, *cogita bene.*

Statuenda igitur in contrarium est regula, jus futurum quoque repudiari posse, etsi nondum acquiri possit; & valet illa vel renunciatio, vel repudiatio, ut alia pacta, vel negotia de jure futuro valent, scil. ut tacite insit conditio *si & quando illud exstiturum sit*, etsi ea addita non fuerit; quemadmodum de fructibus nascituris &c. statutum est: *L. 1. §. fin. l. 99. ff. de cond. & dem. l. 73. princ. ff. de verb. obl.* quæ utique plana sunt. Cæterum, singulare est in pactis de futura hæreditate, quam pactis neque dari, neque adimi posse, jure civili constat, *Carpz. Jurispr. for. part. 2. const. 35. def. 6. §. seq.* Cum igitur omnis repudiatio, non præfeotis, sed futuræ hæreditatis, sit pactum de renuncianda hæreditate futura, hioc est, quod hæreditas futura, seu nondum delata, repudiari non possit, sed ea tantum, quæ præsens ac delata est, atque ideo adiri jam potest. *arg. L. 151. ff. de Verb. Sign. l. 10. §. 1. ff. de Bon. Poss. contr: tob.* Quo casu cessant omnes rationes quæ pactis de hæreditate futura obstant, scil. votum captandæ mortis, & quod hæreditates legibus, non pactis, deferatur: nam votum illud amplius esse nequit, & jam lege delata est hæreditas. Atque hæc vera ratio est, cur hæreditas repudiari non possit, nisi quæ & adiri potest, id est, quæ jam delata est. *d. l. 151. d. l. 19. §. 1.*

PROPOSITIO X.

Ex dispositione qua fit inter plures de re commutanda jus inde in rem ipsam competit, pront placuit: si de facto, jus saltem competit in personam.

DEMONSTRATIO

Differentia hic insignis occurrit inter jus gentium & jus Romanum: Iure gentium negari nequit per dispositionem duorum DE RE aliqua commotanda *jus in rem* ipsam transferri; atque hinc ex ratione juris gentium emtor etiam ante traditionem sibi factam jus suum a secundo emtore vindicare potest, Cons. ea quæ *c. praced. §. 1. propos VII.* differuimus E contrario jus civile ex contractibus, etiam de re ioitia, saltem *personalem* dedit *actionem*, & jus in ram ipsam demum sequitur secuta traditione:

Causa

cus Connanus. Is enim hanc defendit sententiam, jure naturæ ac gentium [c] ea pacta quæ non habent συνάλλαγμα [d] nullam inducere obligationem: honeste tamen impleri, [e] si modo talis res sit, quam præstare etiam citra promissum honestum, ac virtuti alicui congruens fuerat.

2. Adfert autem pro sententia sua non tantum [f] jurisconsultorum
dicta, sed & rationes has: [g] quod non minor sit culpa ejus qui teme- I.
re nulla de causa pollicenti credit, quam ejus qui vanitatem adhibuit
promissionis: deinde [h] quod fortunis omnium magnum immineat II.
periculum, si promisso, quod sæpe ostentatione magis quam ex vo-
luntate proficiscitur, aut ex voluntate quidem, sed levi ac parum con-
siderata, tenerentur homines: postremo, [i] quod justum fuit aliqua ho- III.
nestati

Causa cur jus civile a dispositione juris gentium recesserit hæc est, ne opus sit tam sæpe judicium mutare; ideo constituit, ut venditor ex promisso suo obligetur, oon obstanta alienatione rei: Sane si rem ipsam vindicare deberet, possessor alienando rem elidere actionem intentatam, & dominus novum possessorem sequi, novamque litem intentare teneretur, eoque in arbitrio possessorum esset in circulum agere rei dominum.

Jure naturæ ergo jus rerum rebus inhæret, nou persunis: at jure civili jus ex dispositione separatum est a re, & injunctum personis ut illæ rem præstent, indeque totum hoc jus obligationis inhæret personæ: Hæc autem mutatio eivilis tantum obtinet in dispositionibus, ne actio inde detur nisi in personam, at io cæteris remanent vestigia juris naturalis, quia patrimonium ejus debet, eoque omnes obligantur qui in eo suecedunt.

ADDITIO.

„Alibi demonstravimus, *per dispositionem inter* „*duos de re præstanda*, nullum jus in re transferri, sed „jure naturali quoque ex hae obligatione saltem oriri „actionem personalem. *Vid. Differt. proœm. XII.* §. „345. Ipse B. Parens hoe alio loeo egregiis natu„ræ quoque rationibus firmavit: *Vid. Diss. B. Par. II.* „*de Finibus bonæ fidei. thesi 3.*

„*c*) (EA PACTA QUÆ NON HABENT SYNAL„LAGMA &c.) Connanus per synallagma intelli„git causam propter quam aliquid promittitur „*vid. n. 2.* deficienre igitur hac causa jure naturæ „ex pacto nullam ex promisso oriri obligationem „ait;

d) (NULLAM INDUCERE OBLIGATIONEM, HONESTE TAMEN IMPLERI:) Vera est Connani sententia, ex pactis quæ non habent synallagma, i. e. ex quibus jus in alium non transfertur, oullam oriri obligationem, uti demonstravimus in Propos. VIII. At tamen ea servare maxime perfectioni convenit: infert enim impletio promissi constantiam in dictis & factis, & implens ideo quam maxime ad perfectiones divinas accedit: unde NB. æquitati (non juri) naturali conveniens esse dicitur conventa servare. *l. 1, pr. ff. Pact.* Et propter hujusmodi æquitatem naturalem, leges eiviles ea quæ libertatis sunt sæpius faciunt necessitatis: *Vid. propos. praced. VII.*

ADDITIO.

„Nos statim demonstrabimus, jure naturæ plenissi„mam obligationem ex pacto nudo, quod causam „seu synallagma non habet, oriri: sed & jure Præto„rio ex ejusmodi pacto obligationem oriri, natu„ralem scilicet, videbimus; simulque rationem alle„gabimus, cur jure Romano nulla inde obligatio „orta, & jure Prætorio quoque actio inde data „non sit.

„*e*) (SI MODO TALIS RES SIT, QUAM PRÆSTA„RE ETIAM CITRA PROMISSUM HONESTUM &c. „FUERAT:) si proinde quod promittitur cum ho„nestate ae virtute pugnat, Connanus promissum „impleri non debere putat, quod infra plenius „examinabimus. *Vid.* §. 8. & 9.

„*f*) (ICTORUM DICTA:) Qui ex pacto nudo „ideo obligationem non oriri ajunt, quia synalla„gma, i. e. causa non subest. *l. 7. ff. pact.*

g) (QUOD NON MINOR SIT CULPA EJUS QUI TEMERE NULLA DE CAUSA POLLICENTI CREDAT:) Quæ quæso culpa imputari potest credenti ei qui de re sua, disponit, & de ea disponendi jus habet: prætetea pœnam hæc ratio infert, pœnæ autem sunt juris civilis. Vera ratio est, quia promittens animum transferendi juris non habet.

h) (QUOD FORTUNIS OMNIUM MAGNUM IMMINET PERICULUM:) Quid inde: anne is qui disponit de re sua, & de ea disponendi jus habet, sua voluntate periculo se se exponere potest. Sed & ratio hæc mere politica est, sane culpa hominis, temere disponentis, ei cui promittitur jus quæsitum auferre nequit. Alia igitur ratio afferri debet, quæ in eo consistit, quod is qui sine causa promittit animum juris in alterum transferendi non habeat.

i) (QUOD JUSTUM FUIT ALIQUA HONESTATI CUJUSQUE RELINQUI:) Hæc ratio plane inanis est: nam virtutis & perfectionis est aliquid honestati relinquere, sed ideo obligatio non tollitur.

nestati cujusque relinquere, nec ad necessitatem obligationis exigere: [k] turpe esse promissa non implere, non quod injuste id fiat, [l] sed quod detegatur promissionis levitas.

De Offic. I, 10. [m] Tullii quoque utitur testimonio, qui dixerit nec promissa servanda, [n] quæ sint iis quibus promiseris inutilia, [o] nec si plus tibi noceant, quam illi prosint cui promiseris.

[p] Quod si res integra non sit, vult deberi non quod promissum est, [q] sed quod interest: cæterum pacta, [r] quam ex se non habent vim, eam accipere aut ex contractibus quibus insunt aut adjiciuntur, [s] aut ex rei traditione: [t] unde nasci [u] partim actiones partim exceptiones, [*] & vetitam repetitionem.

[v] Quæ vero pacta vim obligandi secundum leges habeant, [w] ut pacta

Veram rationem, cur ex nudo pacto obligatio non oriatur, jam exposuimus.

„k) (TURPE ESSE PROMISSA NON IMPLERE, „NUN QUOO INJUSTE IO FIAT:) Non quod in„juriam faciat, obligationem, quæ non est, vio„lando.

„l) (SED QUOO DETEGATUR PROMISSIONIS LE„VITAS:) Quod promissor non præstando quod „promisit, se demonstret vanum, inconstantem, „mendacem, Gron. h.

„m) (TULLII QUOQUE UTITUR TESTIMONIO:) „*L. 1. de off. c. 10.* Quem locum Grotius exami„nat *infra L. 2. c. 16. §. 27. n. 2.*

„n) (QUÆ SINT IIS QUIBUS PROMISERIR INUTI„LIA:) Regula hæc in genere vera non est, quia „an res utilis sit futura ei cui promissa est, judi„care promissor non debet. *Grot. d. §. 27.* Sed & „exemplum a Tullio allatum, si scl. furioso pro„mittitur, huc non pertinet: tale enim promis„sum ipso jure nullum est, quia furioso promitti „natura nequit; acceptare enim, adeoque consentire „non potest.

„o) (NEC SI TIBI PLUS NOCEANT QUAM ILLI „PROSINT CUI PROMISERIS:) Pugnat hoc assertum „cum ratione & cum æquitate: tu enim ex tua „dispositione jus in alterum transtulisti, quod ideo „quia tibi id magis nocere, quam prodesse ei cui pro„misisti asseris, auferre ei nun potes: & quis „quæso facultatem promissori dedit judicandi an ma„gis sibi noceat quam alteri prosit? Quid si is cui „promittitur id neget: sane vix daretur pactum quod „non hac ratione elidi, vel causam saltem liti dare „posset.

„p) (QUOO SI RES INTEGRA NON SIT, VULT „DEBERI NON QUOD PROMISSUM EST:) Communis „a regula, *quod ex pactis nudis jure naturæ nulla „oriatur obligatio*, excipit (1) si res integra non sit, „tunc enim deberi, ait, nun promissum, sed id quod in„terest. (2) Si pacta adjiciuntur aut insunt contracti„bus: tunc enim pacta vim accipere ait ex contra„ctu. (3) Si pacta adjiciuntur traditioni. (4) Si lege „confirmantur, quo refert pacta legitima: de qui„bus singulis nunc agemus.

„q) (SED QUOD INTEREST:) Sensus est, quod si „pactum impleri cœptum sit, uti si arrha data est, „nasci quidem obligationem ex pacto, sed saltem ad „præstandum id quod interest.

„r) (QUAM EX SE NUN HABENT VIM, EAM AC„CIPERE AUT EX CONTRACTIBUS:) ICti Romani „pactis plenam obligandi vim tribuunt, *Si incon„tinenti contractibus bonæ fidei adjiciuntur*; non „si *contractibus stricti juris, vel bonæ fidei quidem „contractibus, sed ex intervallo*: quæ plenius ex„plicavimus in *jure nostro controverso. tit. de pact. „qu. XIX. XX. XXI. & XXII.*

s) (AUT EX REI TRADITIONE:) Quoties res „traditur sub certa lege, hac non secuta certum „est rem traditam non videri: Pactum igitur quod„cunque traditioni adjectum valere manifestum est, „*l. 48. ff. pact. l. 45. ff. eod. Diss. prooem. XII. §. 438.*

t) (UNDE NASCI PARTIM ACTIONES:) Si sci„licet pacta incontinenti adjiciuntur contractibus „bonæ fidei. *l. 7. §. 5. ff. Pact. l. 13. C. Eod. l. 22. ff. „contr. emt. d. quæst.* XX.

„u) (PARTIM EXCEPTIONES:) Si pacta adjiciun„tur contractibus stricti juris. *d. l. 7. §. 5. d. l. 13. l. „13. C. contr. emt. d. q. XIX.* vel contractibus bo„næ fidei, sed ex intervallo. *d. q. XXII.*

*) (VEL VETITAM REPETITIONEM:) Si pacta adjecta sunt traditioni. *Diss. prooem. XII. §.* 438.

„v) (QUÆ VERO PACTA VIM OBLIGANDI SE„CUNDUM LEGES HABENT:) Quæ pacta legitima „dicuntur, de quorum origine & natura vide *Diss. „prooem. XII.* §. 429. *seq.*

„w) (UT PACTA STIPULATA:) i. e. pacta „quibus accedit stipulatio: Hinc stipulatio quæ „causam non habet, i. e. quam pactum non præ„cedit, nullam producit obligationem, *l. 2. §. 3. „Exc. dol.*

x) (ET

pacta stipulata, [x] & alia quædam, habere eam legum beneficio, quarum ea est efficacia, [y] quod per se honestum est, id [z] efficere possint etiam necessarium.

3. [aa] Verum hæc sententia, ita generaliter ut ab ipso effertur accepta

„x) (ET ALIA QUÆDAM:) Quæ recensuimus *dict. Diss. XII.* §.438.

„y) (UT QUOD PER SE HONESTUM EST:) Uti est, si quis de jure suo disponit; nihil enim tam æquum est quam fidem datam servare.

„z) (EFFICERE POSSINT ETIAM NECESSARIUM:) Quod fit cum lex ex ejusmodi pactis actionem dat. Sed & legislatores etiam extra pacta in aliis casibus ex eo quod honestum est materiam legum sumere, Grotius passim docet. *Vid. l. 1. c. 2. §. 1. n. 3. & Diss. proœm. II. §. 9.*

„aa) (VERUM HÆC SENTENTIA CONSISTERE NON POTEST:) Anthor rejicit sententiam Connani, & contrariam defendit, nimirum *ex quovis pacto, etsi causa non subsit, jure naturæ plenissimam oriri obligationem:* Quæ sententia verissima est:

„Cum vero jus Romanum vetus ejusmodi pactis, quæ synallagma non habent, i. e. quibus *causa* non subest, omnem obligationis vim denegaverit, maxime interest nosse, quid Legislatores illi per *causam* intellexerint, nam de sensu hujus vocis Doctores inter se non conveniunt. Connanus tunc *causam* pactis non inesse ait, quando ejus cui promittitur *non interest*: quod neutiquam admitti potest. Jure naturæ enim sufficit alterum fidem mihi dedisse, cujus rei effectus hic est, ut datam implere teneatur: jus enim ex ejus voluntate in me translatum est, quod actione persequi possum sive mea intersit sive non; tota enim definitio pacti hic adest, duorum scl. in idem placitum consensus. Præterea certum est, multa esse pacta nuda ubi maxime interest ejus cui promittitur, neque tamen olim (antequam scl. legis confirmatio accederet) obligationem inde datam esse: ut ex pacto de donando, ex transactione, &c. Alii per *causam* intelligunt *animum transferendi juris*; hi pacta nuda ideo obligationem non inferre statuunt, quia de voluntate jus in alterum transferendi ex verbis nudi pacti non constat. At ICtos *causam* nec hoc sensu intellexisse certissimum est: sane qui rem vel factum mihi promittit, hoc ipso satis declarat se velle jus aliquod in me transferre, quod ex regula juris generali mihi tribuere tenetur: Idque ex ipsa doctrina ICtorum apertum fit, qui ex pacto nudo, quod scl. causam non habet, *obligationem naturalem* oriri statuunt, quæ necessario supponit, ei cui promittitur jus aliquod quæsitum esse.

„Verior igitur est sententia, ICtos Romanos per *causam* intelligere *causam vel præcedentem, vel præsentem, vel futuram, propter quam aliquid promittitur*: Tali enim causa deficiente, veteres ICti noluere promittantem ex pacto temere inito obligari, uti mox videbimus.

„His præmissis, quæritur, *an jure naturæ ex nudo pacto, seu cui causa non subest, obligatio oriatur?*

„Quod omnino affirmamus. Nam (1) ex actione Creatoris & facto creationis apparet, cuique hominum jus competere in suas res & actiones, nec non in utilitates quæ exinde proveniunt: (2) sub hoc jure a Creatore concesso continetur quoque facultas de rebus & actionibus nostris disponendi, adeoque & eas, earumque utilitatem, in alios transferendi. (3) Si proinde quis res suas alii promittit, vel actionibus suis talem legem dicit, ut earum utilitas ad alium pertinere debeat, & alter id acceptat, hoc ipso jus aliquod in eum cui promittitur transfert, jus inquam agendi & petendi, ut promissor vel præstet vel faciat id quod promisit; adeoque hic ex voluntate sua obligatur ad fidem liberandam: Negari igitur (4) nequit promissorem eo ipso, dum fidem alii, qui eam acceptat, dat jus alienum in bonis suis habere, quod sua voluntate alterius esse voluit, & e contrario eum cui promittitur, & qui fidem a promissore datam acceptavit, minus suo habere, ac deesse aliquid ejus patrimonio & bonis, æs nimirum quod ei ex patrimonio promissoris debetur: (6) hoc jus igitur, quod promissor voluntate sua in alium transtulit, hoc æs alienum, quod in patrimonio & bonis promissoris est, hic præstare debet ei cui promisit; ex regula enim justitiæ naturalis jus suum cuique tribui debet. Neque (7) hic quæritur an ejus cui promittitur intersit an non, sufficit enim fidem ad aliquid præstandum vel faciendum datam, eoque jus in alterum translatum esse: cujus rei effectus (8) est, ut promissor, si superiorem non habet, armis cogi possit ad implendum, adeo ut quamdiu non implet jure belli res & personæ ejus capi possint: (9) Inter privatos autem effectus hic est, ut actio intentari contra promittentes, & pœnis indictis ad præstandum vel faciendum compelli possint. Confirmatur hæc sententia (9) ex ipso jure Romano, certissimum enim est, eo jure pactis nudis non inesse causam; & tamen omnes effectus obligationis inde nasci, præter actionem.

„Sane (10) pactum in genere definitur *duorum in idem placitum consensus*, quæ proinde definitio etiam pactis nudis convenit. (11) ICtus in *L. 52. §. 4. ff. Action.* ex consensu & voluntate nostra nos obligari statuit, *consentientes* (ait) *in aliquam rem consensu obligari necessario ex voluntate nostra videmur.* Nec distinguitur an intersit an non, an causa subsit an non: (12) ICtus in l. 7. pr. ff. Pactis notanter distinguit inter conventiones

cepta, consistere non potest. Primum enim [bb] sequitur inde inter re-

„nes juris gentium quæ actionem producunt, & quæ „saltem exceptionem: ad *posteriores* conventiones „juris gentium referuntur pacta nuda, ad *priores* „pacta quæ causam habeot, i. e. contractus: unde „certa ratione constat, posteriores conventiones æque „esse conventiooes juris gentium, & pariter ex iis obli-„gationem oriri, sed *naturalem* saltem, i. e. talem, ubi „omnes effectus obligationis obtinent, sola actione „excepta: Accedunt (12) rationes Authoris quas „statim illustrabimus.

„Ut vero ratio constet, cur Legislatores Romani „pactis quibusdam oullam vim obligandi tribue-„rint, notandum est, eos distinxisse inter pacta quæ „sine ulla causa, vel præcedente, vel præsente, vel fu-„tura ineuntur; & inter ea pacta quæ ob causam fiunt, „adeoque quæ synallagma continent, i. e. ubi quis ideo „se obligat vel quia ipsi antea aliquid datum, vel fa-„ctum, vel promissum est ab altero, vel quia alter „vicissim aliquid nunc aut in futurum præstare vel „facere debet. *L. 5. §. 1. junct. l. 7. pr. Pact.*

„*Priora* pacta ICtis Romanis contrariari videban-„tur bonis moribus; *L. 2. §. 3. ff. dol. mal. Exc.* „*C. 14. X. de fid. instr. l. 7. §. 2. l. 57. l. 56. pact.* „*Barbos. l. 14. c. 95. n. 5.* neque enim civibus te-„mere sua jactare permitti debere credebant: adeo-„que non tam animo deliberato, quam præcipitato „consilio promisisse censebantur. *§. f. Inst. bis* „*qui sui.* Atque ex ea ratione nullam inde obligatio-„nem civilem nasci debere statuebant. *L. 3 §. 2. O. A.* „*l. 7. §. 1. §. 7. pact. l. 2. §. 3. Exc. dol. l. 3. ff.* „*Cond. sine caus. l. 27. C. locat. Paul. sent.* II. 24. „Et talia pacta *nuda* vocabant. *L. 7. §. 4. Pact.*

„Hinc nec *ex stipulatione* obligatio jure Roma-„no oriebatur, nisi causa fuerit propter quam par-„tes inter se conveoerint: *L. 3. §. 2. O. A. l. 3.* „*ff. Cond. sin. caus.* adeo, ut actor, qui ex stipu-„latione sine causa ioita agebat, repelleretur exce-„tione doli. *L. 2. §. 3. ff. de l dol. mal. exc.*

„ICti ergo approbabant saltem *posteriora* pacta, „atque tunc demum obligationem ex conventione „juris gentium nasci statuebant, si causa subesset: *l. 7.* „*§. 1. & §. 4. Pact. l. 2. §. 3. dol. mal. exc.* i. e. si sy-„nallagma contineret. *L. 19. V. S. d. l. 7. §. 2.* At-„que hæc pacta vocabant *contractus.*

„Hæc subtilitas juris antiqui Romani, ab ipsis „Legislatoribus in quibusdam pactis correcta, po-„stea in genere a Prætore limitata, tandem jure „Canonico & moribus plane abolita est.

„Nam (1) ipsæ Romanorum leges plures pa-„ctorum species exceperunt, ex quibus obligatio-„nem quoque civilem, i. e. actionem dederunt, „etsi causa nulla subfuerit. Quæ *pacta legitima* vo-„cantur. De quibus vide *Diss. proœm.* XII. §. 429.

„Iisdem legibus statutum est (2) ut *pacta tra-„ditioni adjecta* obligent, & actionem producant. „*l. 45. l. 48. ff. Pact. ibique Goth.*

„Porro (3) jus Romanum constituit, ut, si pa-„ctum illud nudum confirmaretur per verba solen-„nia, i. e. per *verborum obligationem*, etiam ex „pacto ita confirmato detur actio. Cum enim „jam causa aliqua, nimirum præcedens promissio, „adsit, & ea causa verbis corroberentur, adeoque de „animo deliberato constet, is qui iterato promis-„sionem repetit temere promittere non videtur. „Atque ideo actio jure civili contra stipulantem, si „causa præcessit, datur. *Vid. Dissert. proœm.* XII. „*§. 436. n. 2. & §.* 461.

„Idem quoque (4) obtinet, si, cum quæri in-„ter præsentes non possit per solennia verba, id „quod antea pacto nudo promissum est, firmatur lite-„ris, adhibitis verbis solennibus: *Vid. Dissert. proœm.* „XII. §. 462. quæ *literarum obligatio* dicitur.

„(5) Prætores id postea extenderunt, & actio-„nem dederunt ex pacto, si id per constitutum, adeo-„que citra verba solennia, confirmatum fuit; vel si „quis literis absque verbis solennibus promittit, se id „quod ipse vel alius debet soluturum: nam hoc casu „causa subest, debitum enim præcedens promittitur. „Atque id æquitati naturali convenire ait Ulpianus „in *L. 1. pr. Const. pec.* quia grave est fidem fal-„lere:

„Porro & (6) Leges Romanæ pacta nuda valere „dixere, *si contractibus bonæ fidei in continenti ad-„jiciuntur:* quia pars sunt contractus, eique inesse „dicuntur: Aliud autem statuerunt si ex intervallo „adjiciuntur. *Vid. supr. lit. t. & u.*

„Tandem (7) Prætor ex omni pacto exceptio-„oem dedit, i. e. omnes effectus debiti naturales „ei tribuit, præter actionem: simulque provocat „ad æquitatem naturalem, quia nihil tam fidei hu-„manæ coogruum esse, ait, quam pacta conventa „servare. *L. 1. ff. Pact.*

„(8) Jus Canonicum, & praxis hodierna, jus na-„turæ reduxerunt, & ex omni pacto actionem „dant ei cui aliquid promittitur; adeoque pro-„mittentem obligant ad præstandum vel facien-„dum id quod promisit, *Vid. Jus meum controv.* „*tit. de Pact. q.* 10.

„Hinc jam facile corruunt omnes allegatæ ra-„tiones: quod in pactis oudis non constet de vo-„luntate transferendi juris; quod eorum, quibus „promittitur, non intersit &c. Quoties enim duo-„rum in idem placitum adest consensus, toties jure „naturali & hodie promissor obligatur, quod „autem Veteri jure actio data non fuerit si causa non „subest, id ex mera ratione politica ita statutum est.

bb) (SEQUITUR INDE INTER REGES ET POPULOS DIVERSOS PACTORUM &C. VIM ESSE NULLAM:) Resp. fœdera & pacta Principum non sunt pacta nuda, quia animus transferendi juris ex tractatibus præcedentibus, & secuta subscriptione apparet: hoc autem est synallagma.

ADDITIO.

„Supponendus est casus qui inter privatos poni-„tur: quid si enim Princeps alii Principi præsenti pro-„mittat se ei 1000. vel prædium donaturum; quid „si absque ulla causa ei exercitum offerat, & auxi-„lium promittat. Frustra promissor postea

excipiet

reges & populos diversos, pactorum, [cc] quamdiu nihil ex iis præstitum est, vim esse nullam, præsertim iis in locis [dd] ubi nulla certa forma fœderum aut sponsionum reperta est. Tum vero ratio nulla reperiri potest, [ee] cur leges, [ff] quæ quasi pactum commune sunt populi, atque hoc nomine vocantur ab [gg] Aristotele & [hh] Demosthene, obligationem pactis possint addere; [ii] voluntas autem cujusque, hoc omni modo agentis ut se obliget, idem non possit, [kk] præcipue ubi lex civilis impedimentum non affert. Adde, [ll] quod voluntate sufficienter significata transferri rei dominium potest, [mm] ut ante diximus, [nn] quidni ergo possit transferri & jus in personam, [oo] aut ad transferendum dominium, [pp] (quod jus ipso dominio minus est) [qq] aut ad aliquid agendum, [rr] quippe cum in actiones nostras par jus habeamus atque in res nostras.

Rhet. 1. XV. *Orat 1. adv. Aristogit. p. 492. C. unde petita est. L. 2. D. de legibus.*

4. Accedit his sapientum consensus: nam quomodo dicitur a juris

„excipiet se animum se obligandi, i. e. transfe-„rendi juris non habuisse.

„cc) (QUAMOIU NIHIL EX IIS PRÆSTITUM „EST:) Si enim promissa præstita sunt, nulla de ob-„ligatione superest quæstio.

„dd) (UBI NULLA CERTA FORMA FOEDERUM „AUT SPONSIONUM REPERTA EST:) Uti reperta „est in pactis privatorum, ex qua forma coostat „an sit pactum ao contractus.

„ee) (CUR LEGES &c. PACTIS OBLIGATIONEM „POSSINT ADDERE:) Uti addiderunt pactis legiti-„mis, & quæ contractibus bonæ fidei acce-„dunt.

„ff) (QUÆ QOASI PACTUM COMMUNE SUNT PO-„PULI:) Hinc Papinianus legem definit, commu-„nem reipublicæ sponsionem. *l. 1. ff. Legib.* Et „Lycurgus leges suas Ῥήτρας i. e. pacta vocavit. „*Gron. h.*

„gg) (ARISTOTELE:) *Rhet. 1. 15.*

„hh) (OEMOSTHENE:) *Orat. 1. adv. Aristogi-„tonem Vid. l. 2. ff. Legibus.*

ii)(VOLUNTAS AUTEM CUJUSQUE ID NON POS-SIT:) Hæc ratio ooo concludit. Nam leges vi imperii vim obligandi habent, etiam invitis subditis: adeoque argumentum a lege superioris ad voluntatem paciscentis non valet.

ADOITIO.

„Sed & ex alia ratiooe argumentum hoc oon „valet: nam leges illæ talia pacta sunt quæ cau-„sam habent; ideo enim populus in leges civitatis „consentit, ut jura singulorum per leges illas de-„feodantur.

„kk) (PRÆCIPUE UBI LEX CIVILIS IMPEDIMEN-„TUM NON AFFERT:) i. e. Ubi lege civili statutum „non est, ne ex pacto cui causa non subest, obli-„gatio oriatur: quod cautum erat jureRomano.

ll) (QUOO VOLUNTATE SUFFICIENTER SIGNI-FICATA DOMINIUM TRANSFERRI POTEST:) Hoc argumentum plane non stringit. Verum enim non est nuda voluntate, oon accedente traditiooe, dominium transferri:

„mm) (UT ANTE OIXIMUS:) *L. 2. c 6. §. 1.* „*n. 2. c. 8. §. 25. c. 12. §. 15. n. 1.* ubi plenius hanc „doctrinam Grotii refutavimus. Add. *Diss. proœm.* „XII. *§. 266. n. 6. seq.*

nn) (QUIO NI ERGO POSSIT TRANSFERRI ET JUS IN PERSONAM:) i. e. obligatio coostitui. At ooo quærit Connanus, ao quis voluotate sua se obligare possit? sed an obligare se voluerit qui oudum pactum iniit, unde oon constat de animo transferendi juris? quod & naturali & civili ratiooe negandum est.

ADOITIO.

„Diximus etiam qui promittit, etsi sine causa, semper obligari, nec quæri an animum transferendi juris „habeat, Hoc ipso eoim jus transfert dum fidem dat.

„oo) (AUT AO TRANSFERENOUM DOMINIUM:) „Nudo enim pacto, & sola voluntate, dominium „transferri passim docet Grotius, ideo refutatus in „*Diss. prooem. XII. §. 268. n. 6.*

pp) (QUOD JUS IPSO OOMINIO MINUS EST:) „Author sibi contrarius est: alibi enim statuit verum „dominium sola voluntate citra traditiooem in al-„terum transferri. *vid. c. seq. §. 15.*

„qq)(AUT AD ALIQUID AGENOUM:) Obligatio-„num enim substantia in eo consistit, ut alium no-„bis adstringat ad *dandum aliquid*, vel ad *faciendum*, „vel ad *præstandum. d. l. 3. O. A.*

„rr)(QUIPPE CUM IN ACTIONES NOSTRAS PAR „JUS HABEAMUS ATQUE IN RES NOSTRAS:) Ve-„rum hoc est, at ooo ad eum effectum, ut ouda „voluntate rei dominium in eum cui promittitur „transferatur. quod Aothor vult; sed ut jus peten-„di ei competat, quod jus ex obligatione personæ „descendit, non ex jure aliquo in re.

a jurisconsultis, *tt* nihil esse tam naturale, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre ratam haberi, eodem modo dicitur, *uu* nihil esse tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ inter eos placuerunt servare. *vv* Sic edictum de pecunia constituta, *ww* ubi nulla in constituente debendi causa præcesserat præter consensum, favere dicitur naturali æquitati. Paulus quoque jurisconsultus, *xx* eum ait natura debere, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus: quo in loco primum *yy* vox oportet, necessitatem quandam moralem significat: neque vero admittendum est, quod ait Connanus, *zz* fidem secutos nos censeri, ubi res integra esse desiit: agebat enim eo loco Paulus de condictione indebiti; *α* quæ cessat si ex

§. Per traditionem, 40. Inst. de rer. divis. L. 1. D. de Pactis. L. 1. D. de pecun. const. L. cum amplius. 84. §. 1. D. de reg. jur.

ss) (Grot.)(ACCEDIT HIS SAPIENTUM CONSENSUS:) Ita ut & silentium in re moram non ferente vim sponsionis habere velint Hebræi. *Baba Rama* cap. X. §. 4. (Vide ibi Commentar. *Constantini Lempereur.*)

„*tt*) (NIHIL ESSE TAM NATURALE QUAM VO„LUNTATEM DOMINI REM SUAM TRANSFERRE VO„LENTIS &c.) Cum enim unicuique jus in res suas, ad„eoque & facultas pro lubitu de iis disponendi, com„petat, eas sua voluntate in alium transferre potest.

uu) (NIHIL ESSE TAM CONGRUUM FIDEI HUMANÆ, QUAM EA QUÆ INTER EOS PLACUERUNT SERVARE:) vid. *l. 1. de Const. pec.* Iurisconsulto *fides* hic est id quod inter agentium convenit, & quatenus convenit; non enim fidem alter alteri dedit nisi quatenus voluntatem dandi declaravit; unde si non fuit animus se obligandi hactenus fides data non est. Ergo cum duo idem velle se declarant, & ita consentiunt, potest esse eorum sententia ut invicem jus dare velint, & se obligare; potest etiam esse sensus ut non velint, & tum voluntas necessitatem non infert; ut si duo conveniunt ad emendum, permutandum, spatiandum &c. Ex verbo enim *volo* apparet tantum animus volendi, non se ligandi; nullus hic est animus transferendi juris in alium, nihil alii abest, nihil ego alieni teneo. Adeoque animus se obligandi necessario adesse debet, ut alius alium cogere possit: Atque in eo accurate cum jure naturæ conveniunt principia juris civilis. *Vid. L. 22. ff de legat. 3. L. 7. §. p. de don. int. conj.*

Jure naturæ igitur is qui allegat promittentem obligare se voluisse pacto nudo, id probare debet: si tamen res promissa actu præstita est, jam promittens probare debet se animum non habuisse se se obligandi.

Hæc naturæ ratio est. Sed cum inde inextricabiles lites oriri possent, Jure Rom. modus verborum præscriptus est, quo de animo se obligandi constaret: si partes hoc præscripto modo non utuntur, jure civili denegatur actio, licet forte de animo se obligandi constet, & sola exceptio datur ei cui promissum est, si forte res promissa penes eum sit.

ADDITIO.

ICtus loquitur hic de nudis pactis, quæ sy„nallagma non habent, & de his ait *grave esse fidem* „*fallere*, indeque talia pacta servari vult. Supponit „ergo jus ex tali pacto in alterum transferri.

„*vv*) (SIC EDICTUM DE CONSTITUTA PECUNIA „FAVERE DICITUR NATURALI ÆQUITATI:) *Hoc* „*edicto Prætor favet naturali æquitati, qui constituta* „*ex consensu facta* (etsi synallagma i. e. causa non „subsit) *custodit, quoniam grave est fidem fallere*: quæ „sunt verba *L. 1. ff. const. pec.*

„*ww*) (UBI NULLA IN CONSTITUENTE DEBENDI „CAUSA PRÆCESSERAT:) Obligatio enim ibi ori„tur ex solo consensu, nec ulla causa hic subest ob „quam promittitur.

„*xx*) (EUM NATURA DEBERE QUEM JURE GEN„TIUM DARE OPORTET, CUJUS FIDEM SECUTI „SUMUS:) Jure Gentium igitur obligatio ex eo solo „oritur, quod fidem secuti sumus paciscentis: Atque „ex hac fide data promittens natura debere dicitur „*l. 84. ff. Reg. jur.* Indeque ei qui ex tali debito „solvit, condictio indebiti non datur;

„*yy*) (VOX OPORTET, NECESSITATEM QUAN„DAM MORALEM SIGNIFICAT:) Quæ necessitas „oritur ex solo consensu, ex eo quod promittens „fidem dedit.

„*zz*) (FIDEM SECUTOS CENSERI UBI RES INTE„GRA ESSE DESIIT:) *Vid. supr. lit. p.* Diximus obli„gationem ex promisso oriri, etsi res non sit inte„gra: adeoque verum non est Paulum de tali casu „loqui ubi res integra esse desiit. *Vid. lit. p. & q.* „*conf. not. seq.*

„*α*) (QUÆ CESSAT SI EX QUALICUNQUE PA„CTO SOLUTUM QUID SIT:) Paulus igitur suppo„nit eum qui jure gentium dare debet, natura „nobis debere ideo quia ejus fidem secuti sumus: „*l. 84. R. I.* At qui nudo pacto aliquid promittit, „jure gentium dare debet. *L. 5. §. 1. junct. l. 7. pr.* „*& §. 4. Pact.* Jure gentium igitur ex nuda vo„luntate obligatio oritur, adeo, ut licet actio jure „Prætorio inde non detur, tamen omnes reliqui „effectus debiti adsunt; inter quos refertur, quod „solutum repeti non possit tanquam indebitum. *d. l.* „*84.*

β)(QUOD

si ex qualicunque pacto solutum quid sit, β quia jam ante, γ re adhuc integra, naturæ ac gentium jure dari oportebat, δ etiamsi lex civilis ad præscindendas litium occasiones auxilium suum non præstabat.

5. M. autem ε Tullius in officiis tantam promissis vim tribuit *L. 1. off. 24.* ζ ut fundamentum justitiæ fidem appellet, η quam & justitiæ sororem dixit Horatius, & Platonici sæpe justitiam vocant ἀλήθειαν quod fidelitatem transtulit Apulejus ι ac Simonides justitiam definiebat, *Ap. de habitud. Platon. doctrin. Lib. II. pag. 15. in fin. Ed. Elmenhorst.* non modo acceptum reddere, κ sed & verum dicere. *Plat. I. De rep. p. 331. C. D. H. Steph.*

6. Sed ut bene res intelligatur, λ distinguendi sunt deligenter tres gradus loquendi de rebus futuris μ quæ nostræ sunt potestatis, ν aut fore putantur.

§. II.

Primus gradus est a assertio explicans de futuro animum qui nunc est: b & ad hanc, ut vitio careat, requiritur veritas cogitationis

„β)(QUIA JAM ANTE &c. NATURÆ AC GENTIUM „JURE DARI OPORTEBAT:) Ex pacto nudo enim „obligatur promittens etiam naturæ jure: *d. l. 5. „§. 1. junct. l. 7. pr. & §. 4. Pact.*

„γ) (RE ADHUC INTEGRA:) i. e. Ante numerationem vel impletionem pacti. *Vid. Gron. h.*

„δ) (ETIAMSI LEX CIVILIS AD PRÆSCIENDENDAS LITES AUXILIUM SUUM NON PRÆSTABAT:) „i. e. Etiamsi jure civili actio ex nudo pacto non „daretur: Ex ratione enim mere politica introdu„ctum erat, ne subditi nuda sua voluntate i. e. sine „causa se obligare possint.

„ε) (TULLIUS:) 1. *off.* 7.

„ζ) (UT FUNDAMENTUM JUSTITIÆ FIDEM APPELLET:) Quod latius explicat Author *infra l. 3. „c. 25. §. 1. & l. 3. c. 19. §. 1.* Sanctimoniam fidei „variis in locis, & graviter commendat B. parens: „ita enim in Volum. 1. disput. fol. 193. ait nulla „re vehementius rem publicam contineri quam fide „ex lic. *3. offic.* Nec Principem ulla re propius „accedere ad Deum quam fidem servando; sine „qua nec pax, nec fœdus inter Principes nec ulla „societas inter homines tuta esse aut ad momen„tum consistere possit, & quæ proinde omnis ju„ris ac societatis vinculum.

„Ante Sovem generata decus divumque homi-
„numque.
„Qua sine non tellus pacem, non æquora no-
„runt.
„justitiæ consors tacitumque in pectore numen.
„*Sil. Ital.*

„Ulterius sanctimoniam fidei explicat in *Eod. „Vol. 1. f. 257. & in Volum. 2. fol. 597. §. 1. & 2.*

„η) (QUAM ET JUSTITIÆ SOROREM DIXIT HORATIUS:) Quia justus non est, qui fidem non „servat.

„ι) (AC SIMONIDES:) Plures Simonides fuisse „constat ex *Fabricii biblioth. Græc. in indice, voce „Simonides:* Hoc Simonidis effatum exstat apud „*Platon. l. 1. de republ. pag. 331.*

„κ) (SED ET VERUM DICERE:) Qui enim fi„dem non servat quam promisit, falsum dicit: „*Vid. Sen. ep. 52. 75. 94. & 108.*

„λ) (DISTINGUENDI SUNT TRES GRADUS LO„QUENDI DE REBUS FUTURIS QUÆ NOSTRÆ SUNT „POTESTATIS:) Author tres locutionum de futu„ris, i. e. promissionum, gradus facit (1) quando „promissor aliquid asserit pro præsenti intentione, „forte mox mutaturus. §. 2. (2) cum aliquid in „futurum vult cum signo de non mutando, & citra „animum jus proprium in alterum transferendi: „ut in pollicitatione §. 3. (3) cum quis voluntati „addit signum quod velit jus proprium alteri con„ferre. §. 4. Ex *primo* gradu nullam oriri obli„gationem ait: ex *secundo* obligationem quidem „oriri, sed jus proprium in alterum non transferri: „ex *tertio* similem oriri effectum qualem in alie„natione dominii.

„Hæc graduum distinctio rem obscuram magis „reddit quam explicat: jus naturæ simplicissimum „est; pactum enim obligat, *quando duo in idem „placitum consentiunt. L. 1. ff. pact.* Non autem „consentiunt nisi in tertio ab Authore proposito „gradu.

„μ) (QUÆ NOSTRÆ SUNT POTESTATIS:) Si „enim in nostra potestate non sunt, nec jus earum „rerum in alios transfere possumus. *Vid. inf. §. 8.*

„ν) (AUT FORTE PUTANTUR:) Si scilicet bona „fide res nostras esse putamus, cum sint alienæ.

„a) (ASSERTIO EXPLICANS ANIMUM QUI NUNC „EST:) v. g. Si quis in genere declarat se donare „velle domum suam, non facta mentione quando, „vel cur sit donaturus.

„b) (ET AD HANC, UT VITIO CAREAT, REQUI„RITUR VERITAS COGITATIONIS PRO PRÆSENTI „TEMPORE:) Imo sive serio, sive dicis causa men„tem talem declaraverit, assertio hæc vitio caret, „fidem enim alii non dedit.

nis pro tempore præſenti, [c] non autem ut in ea cogitatione perſeveretur. Habet enim animus humanus non tantum [d] naturalem potentiam mutandi conſilium, [e] ſed & jus. Quod ſi [f] in mutatione ſententiæ [g] vitium ſit aliquod, [h] aut accedit, [i] id non eſt intrinſecum mutationi, [k] ſed ex materia, puta quia prior ſententia erat melior.

§. III.

Secundus gradus eſt, [a] cum voluntas ſe ipſam pro futuro tempore determinat, cum ſigno ſufficiente ad indicandam perſeverandi neceſſitatem. [b] Et hæc pollicitatio dici poteſt, quæ [c] ſepoſita lege civili obligat quidem, [d] aut abſolute, [e] aut ſub conditione, [f] ſed jus proprium alteri non dat. Multis enim caſibus evenit, [g] ut obligatio ſit in nobis, & nullum jus in alio: [h] ſicut in debito miſericordiæ

„c) (NON AUTEM UT IN COGITATIONE PERSEVERET:) Nemini enim ex illa aſſertione jus „quæritur.

„d) (NATURALEM POTENTIAM MUTANDI CONSILIUM:) Liber enim eſt animus, adeoque pro „lubitu velle & nolle poteſt.

„e)(SED ET JUS:) Diximus enim nullum alii jus ex „tali aſſertione quæſitum, indeque facultatem illam naturalem reſtrictam„non eſſe.

„f)(IN MUTATIONE SENTENTIÆ:) quod ita ex„plicat Gronovius h.§.Si quis peccat mutando tale „propoſitum, non peccat quia jus mutandi non „habuit, ſed quia, cum utrumque & ſervandi & „mutandi jus haberet, peius elegit in opere, non „in actione. Diximus in caſu propoſito, ſi aſſe„rens mutat ſententiam,nunquam eſſe vitium: Nihil „enim promittitur, nemini fides datur, nemini jus „quæſitum eſt, adeoque facultas naturalis mutandi „jure non eſt reſtricta.

„g) (VITIUM EST ALIQUOD:) Forts quod pro „tempore præſenti non vere cogitavit id quod as„ſerit.

„h) (AUT ACCEDIT:) Puta, quia prior ſententia „erat melior.

„i) (ID NON EST INTRINSECUM MUTATIONI:) „Quia non aſſerit, quod velit perſeverare in eadem „cogitatione.

„k) (SED EX MATERIA, PUTA QUIA PRIOR „SENTENTIA ERAT MELIOR:) Adeoque ubi viti„um mutationi accedit: vel, ſi vitium ab initio in„eſt, forte quod aſſerens pro præſente tempore non „vere cogitaverit. &c.

„a) (CUM VOLUNTAS SE IPSAM PRO FUTURO „TEMPORE DETERMINAT, CUM SIGNO SUFFICIEN„TE:) Parili obſcuritate laborat hic §. cum præce„denti: Res ipſa naturali ratione per ſe clara eſt.

„Supponit Anthor caſum, ubi quis præſente Cajo „declarat ſe Titio 100 daturum, quod negotium „*pollicitationem* vocat. Hoc caſu *voluntatem aſſe„rentis ſe determinare*, ait, *cum ſigno ſufficiente ad „indicandum perſeverandi neceſſitatem:* indeque „promiſſorem obligari putat.

„Bene autem notandum eſt, Anthorem *neceſſita„tem* illam implendi promiſſum non deducere ex „*jure naturæ ſociali*, ſeu ſtricte ſic dicto, ſed ex „*jure naturæ laxiori ſenſu ſumto*; ex lege ſcilicet „caritatis, vel quod idem eſt ex regulis perfectio„num Conf. *infra* §. 14.& Diſſ. proœm. II.§. 8.*ſeq.*

„Equidem, paſſim dictum eſt non dari jus na„turæ ſociale, nedum laxius. Unum eſt jus naturæ, „quod ex ſola voluntate Dei oritur, & in jure ſuo „cuique tribuendo conſiſtit, quodque obligatio„nem producit vel intuitu aliorum hominum, vel „intuitu ſolius Dei. Neutra autem obligatio obtinet „in *pollicitatione*: Promiſſor enim non obligatur „*Titio*, qui non acceptavit; adeoque hactenus non „eſt duorum in idem placitum conſenſus. Nec *Deo* „obligatur, quia Deus vult quidem fidem datam „impleri, at fides hic data non eſt Titio: hinc „tuto mutare conſilium, re quippe integra, pot„eſt.

„b) (ET HÆC POLLICITATIO DICI POTEST:) „Deſcribitur enim pollicitatio, offerentis ſolius pro„miſſum: indeque diſtinguitur a pacto, quod eſt „conſenſus duorum *L. 3. ff. Pollicit.*

„c) (SEPOSITA LEGE CIVILI:) Imo nec lege „civili jus proprium dat alii; *L. 1. §. 1. ff. de polli„cit.* niſi in caſibus ſpecialibus: ſi quis reipublicæ, „piæ cauſæ, vel ob honorem pollicitus eſt, vel ſi „promiſſum implere cœpit. *d. l. 1. d. l. 3.*

„d) (AUT ABSOLUTE:) Si pure pollicitus eſt.

„e) (AUT SUB CONDITIONE:) Si ſub conditi„one promiſit, eaque exiſtit. *l. 11. ff. pollicit.*

„f) (SED JUS PROPRIUM ALTERI NON DAT:) „i. e. alteri jus agendi non oritur ex tali pollicita„tione: idque verum eſt, etſi is qui præſens fuit „nomine abſentis acceptaverit, quia naturali ratio„ne alii paciſci non poſſumus. *Vid. infra* §.14.*ſeq.*

„g) (UT OBLIGATIO SIT IN NOBIS ET NUL„LUM JUS IN ALIO:) Hanc Authoris hypotheſin „expoſuimus in *Diſſ. proœm.* II. §. 10. 11. 12 & 13.

„h) (SICUT IN DEBITO MISERICORDIÆ ET GRA„TIÆ REPONENDÆ APPARET:) Hanc enim obliga„tionem non oriri ex jure naturæ ſtricte ſic dicto, ſed

diæ & gratiæ reponendæ apparet, quibus ſimile eſt hoc debitum conſtantiæ ſive fidelitatis. Itaque ex tali pollicitatione res pollicitantis retineri, aut is ipſe qui pollicitus eſt ad implendam fidem cogi jure naturæ non poterit.

§. IV.

[a] Tertius gradus eſt, ubi ad determinationem talem accedit ſignum volendi jus proprium alteri conferre: quæ perfecta promiſſio eſt, [b] ſimilem habens effectum qualem alienatio dominii. [c] Eſt enim aut via ad alienationem rei, [d] aut alienatio particulæ cujuſdam noſtræ libertatis. [e] Illuc pertinent promiſſa dandi, huc promiſſa faciendi. [f] Ejus quod dicimus inſigne nobis argumentum præbent divina oracula, quæ nos docent [g] Deum ipſum, [*] qui nulla conſtituta lege obſtringi poteſt, contra naturam ſuam facturum niſi promiſſa præſtaret. Neh. IX, 8. Hebr. VI, 18. & X, 23. 1 Cor. I, 9. X, 13. 1 Theſſ. V, 24. 2 Theſſ. III, 3. 2 Tim. II, 13. [h] Unde ſequitur ut promiſſa præſtenter venire ex natura immutabilis juſtitiæ, quæ Deo & omni-

„ſed laxiori, paſſim docuit. Vid. *dict. diſſ. proœm.* „II §.10.*ſeq.*

„i.) (QUIBUS SIMILE EST HOC DEBITUM CON„STANTIÆ ATQUE FIDELITATIS:) Diximus non „peccari contra debitum conſtantiæ, quia promit„tens, re integra, mutare animum naturali quoque „ratione poteſt, nedum peccatur contra debitum „fidelitatis, quia fides data non eſt abſenti.

„k) (ITAQUE:) Quia pollicitatio, etſi ex hypo„theſi Auctoris promittentem obliget, jus propri„um ei non dat cui promittitur.

„l) (RES POLLICITANTIS RETINERI:) Si forte „is cui pollicitatio facta eſt, eam poſſideat.

„m) (AD IMPLENDUM FIDEM COGI JURE NA„TURÆ NON POTERIT:) i. e. is cui pollicitatio fa„cta eſt actionem non habet ut compellat pollici„tantem ad rem præſtandam, quia jus proprium „non habet

„a) (TERTIUS GRADUS EST UBI AD DETER„MINATIONEM TALEM ACCEDIT SIGNUM VOLEN„DI JUS PROPRIUM ALTERI CONFERRE:) Adeo„que ad id ut ex pacto oriatur perfecta obligatio, „Author requirit (1) ut voluntas pro futuro tem„pore ſe determinet cum ſigno deliberati animi, „i. e. cum ſigno ſufficienti ad indicandum perſe„verandi neceſſitatem: *Vid. §. 3. n. 1. §. 4. n. 1. &* „3. (2) præterea requirit, ut concedat alteri jus pro„prium. *d. §. 3. & d. §. 4. n. 3.*

„Nos cum ICtis Romanis ſtatuimus perfectam „eſſe promiſſionem, quando duo inter ſe conſen„tiunt de dando vel præſtando aliquid: tunc enim „ſemper jus aliquod proprium in alterum transfer„tur, quia *duo in idem placitum conſentiunt.*

„b) (SIMILEM HABENS EFFECTUM QUAM ALI„ENATIO DOMINII:) Similitudo in eo conſiſtit, „quod, uti in alienatione rei ipſum dominium „transfertur, ita per pactum jus paciſcentis aliene„tur, & in alium transferatur.

„c) (EST ENIM AUT VIA AD ALIENATIONEM:) „Ex pacto enim de re inito conceditur creditori „jus exigendi rem promiſſam, & creditor agit con„tra promittentem ut rem tradat. i. e, eam alie„net:

„d) (AUT ALIENATIO PARTICULÆ CUJUSDAM „NOSTRÆ LIBERTATIS:) Obligatio enim quæ ex pa„cto oritur, eſt vinculum juris per quod quis ad„ſtringitur ad aliquid faciendum vel præſtandum.

„e) (ILLUC PERTINENT PROMISSA DANDI HUC „PROMISSA FACIENDI:) Omnis enim promiſſio„nis objectum ſunt vel res vel facta. *Laut. comp.* „*pag. 8. 49. & 621.*

„f) (EJUS QUOD DICIMUS INSIGNE NOBIS AR„GUMENTUM PRÆBENT DIVINA ORACULA:) Pro„miſſa ſervanda eſſe inter homines vel ex eo pro„batur, quia ipſe Deus ſuis promiſſis ſe alligatum „fatetur: ſi igitur Deus, qui nulla lege conſtringi„tur, ex ſuo promiſſo obligatur, multo magis homo „qui legi naturæ tenetur:

g) (Grot.) (DEUM IPSUM:) Ita *Baldus* in l. 1. D. de pactis

„*) (QUI NULLA CONSTITUTA LEGE OBSTRIN„GI POTEST:) Quia ſuperiorem non habet. Unde „ergo obligatio illa oritur? Reſp. ex natura per„fectionis ſuæ, quia nec mentiri, nec mutare „voluntatem poteſt:

„h) (UNDE SEQUITUR UT PROMISSA PUTENTUR „VENIRE EX IMMUTABILI JUSTITIA QUÆ DEO ET HO„MINIBUS &c. COMMUNIS EST:) Juſtitia omnino „Deo & hominibus communis eſt, at diverſo modo t „nam *alia* eſt natura juſtitiæ quæ Deo propria eſt; *alia* „autem natura juſtitiæ hominibus propria. *Prior* „non oritur ex lege ſuperioris, & Deus ad regulas „ſuæ juſtitiæ, adeoque & ad implendum promiſſa, „obligatur non ex vinculo aliquo externo, ſed ex „natura ſuæ perfectionis, adeoque ex neceſſitate „aliqua quæ non extra Deum, ſed in ipſo Deo eſt. „*Poſterior* oritur ex ſola lege divina, quæ ſi non „exſtaret, homines fidem fallere potuiſſent: adeo-

[i] & omnibus his qui ratione utuntur, [*] suo modo communis est.
Prov. 6. 1. Accedit judicium Salomonis: *Fili mi, si quid spopondisti alteri* [k] *defixisti externo volas tuas, illaqueatus es verbis oris tui: Captus es enuntationibus oris tui.* Et hinc Hebræis promissio vocatur אסור [l] *vinculum*, [m] & voto comparatur. Numer. XXX. 4. 5. 6. Similis origo vocis ὑποχέσεως notata Eustachio ad secundum Illiados: ἁλίσκει
Vers. 394 γάρ πως καὶ κατέχει τὸν ὑπόχόμενον ὁ την ἐπαγγελίαν δεξάμενος [n] *Capit ac vincit quodammodo promissorem is, cui fit promissio.* Quem sensum
Vers. 52. non male secundo Metamorphoseon expressit [o] Ovidius, ubi promissor ei cui promiserat ait: [p] *Vox mea facta tua est.*

2. His cognitis [q] non difficulter respondebimus ad Connani argumenta. [r] Nam juris consultorum dicta de pactis nudis [s] respiciunt id quod Romanis legibus erat introductum, quæ deliberati animi signum certum constituerunt stipulationem. Neque negamus [u] similes esse in aliis populis leges. [v] *Quæ lex ad id præstandum nos quod alicui promisimus obligat?* ait Seneca de lege humana, [w] & promisso non solenniter facto loquens.

† 3.

„que hæc necessitas non est intrinseca, sed extrin„seca; & ab alia pendet causa.

„*i*) (ET OMNIBUS QUI RATIONE UTUNTUR:) „Ex sola enim ratione apparet natura aliquid ju„stum esse.

„*) (SUO MODO:) Nimirum Deo ex necessitate „intrinseca, hominibus extrinsece ex lege supe„rioris.

„*k*) (DEFIXISTI EXTERNO VOLAS TUAS, ILLA„QUEATUS ES VERBIS ORIS TUI:) Ob necessita„tem præstandi ea quæ promisisti.

„*l*) (VINCULUM:) Ita ICtis Romanis quoque „obligatio quæ ex promissis oritur definitur vin„culum juris, quo necessitate adstringimur ad ali„quid præstandum vel faciendum. *§. 1. Inst. Oblig.*

m) (Grot.) (ET VOTO COMPARATUR:) *Quasi paciscuntur cum Diis homines oblatione votorum.* Schol. Horatii. (in III. Od. 29. vers. 59.)

ADDITIO.

„Hebræi voto eam comparant ad effectum obli„gationis, quia votum impleri debebat: ibi enim „Deo jus quæsitum est, qui semper acceptat obla„ta; adeoque jus illud a vicariis Dei exigi potest. „*Vid. §. 14. & supr. §. 2.*

n) (Grot.) (CAPIT AC VINCIT QUODAMMODO PROMISSOREM:) Inde vincula fidei dicta. *Donatus* ad Eunuchum. (*Act. 1. Sc. 2. vers. 22.*)

ADDITIO.

„Naturam hujus vinculi late explicavimus *cap.* „*præc. §. 1. prop. 5.*

„*o*) (OVIDIUS:) *2 Met. 50.*

„*p*) (VOX MEA FACTA TUA EST:) Metapho„rice hoc intelligendum: nimirum jus meum per „meam vocem, i. e. per meam dispositionem, tu„amque acceptationem, tuum fit.

„*q*) (NON DIFFICULTER RESPONDEBIMUS AD „CONNANI ARGUMENTA:) Quibus probare con„tendit ex pactis nudis non oriri obligationem, nisi „synallagma adsit. *Vid. §. 1. n. 1.*

„*r*) (NAM ICTORUM DICTA:) Exposita *supra* „*§. 1. n. 1.*

s) (Grot.) (RESPICIUNT ID QUOD ROMANIS LEGIBUS ERAT INTRODUCTUM:) Caute *Paulus* Sententiarum lib. 12. tit: XV, *Si pactum nudum de præstandis usuris interpositum est, nullius est momenti: ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non nascitur.*

ADDITIO.

„Romanæ leges statuerunt ne ex pactis nudis de„tur actio (nam obligatio naturalis omnino ex pactis „nudis oritur:) ratio autem hujus statuti civilis est, „ne subditi temere & sine causa promitterent, „suumque jactarent.

t) (QUÆ DELIBERATI ANIMI SIGNUM CERTUM CONSTITUERUNT STIPULATIONEM:) Non enim temere videtur promisisse, qui ex causa præcedenti, promittit. Hinc ipsa stipulatio nulla est, si causa non præcesserit. *L. 2. §. 3. ff. Exc. dol.*

u) (SIMILES ESSE IN ALIIS POPULIS LEGES:) Ne valeant pacta nisi adhibitis certis solennitatibus

v) (QUÆ LEX AD ID PRÆSTANDUM NOS QUOD ALICUI PROMISIMUS OBLIGAT? AIT SENECA:) Seneca *l. 5. de benef. c. 21.* probare vult multa actionem non habere, quæ tamen æqua sunt: postquam igitur quæsivit, *quæ nam lex ad id præstandum nos quod alicui promisimus alliget?* statim addit, *tamen fidem datam & non servatam indignabor.*

w) (Grot.) (DE PROMISSO NON SOLENNITER FACTO LOQUENS:) Id est, non sponso. Sic epi-

stola

3.[x] Possint autem naturaliter deliberati animi alia esse signa præter stipulationem, [y] aut si quid ei simile ad actionem pariendam lex civilis postulat. Quod autem fit animo non deliberato [z] id nos quoque ad vim obligandi non credimus pertinere: quod & Theophrastus libro de legibus notaverat [aa] imo & quod deliberato fit, sed non eo animo ut jus proprium concedat alteri, [bb] ex eo negamus jus exigendi cuiquam naturaliter dari, [cc] quanquam non solam hinc honestatem, sed & necessitatem quandam moralem nasci agnoscimus. [dd] De eo autem quod ex Cicerone adducitur [ee] agemus infra, ubi de interpretatione pactorum sermo erit. [ff] Sed quæ ad perfectæ promissionis vim requirantur videamus. *Apud Stob. Serm. 44.*

§. V.

1 [a] Primum requiritur usus rationis [b] ideo & furiosi, & amentis, [c] & infantis nulla est promissio. [d] Aliud censendum de minori-

stola XIX. distinguit: *Jam non promittunt de te, sed spondent.* Stipulatus & sponsio, verborum solemnitas dicitur *Paulo* lib. V. Sententiarum, (*Tit.* 7. §. 1.) & *Cajo* titulo de obligationibus quæ ex consensu fiunt. (11. 9. 4.)

ADDITIO.

„Etsi igitur is, qui neglectis solennibus jure in„ventis aliquid promitti, jure civili non oblige„tur, in conscientia tamen tutus non est, & merito „indignatiooem ex sententia Senecæ meretur.

x) (POSSUNT AUTEM NATURALITER DELIBERATI ANIMI ALIA ESSE SIGNA PRÆTER STIPULATIONEM:) Semper deliberatus animus adest, quoties duo in idem placitum consentiunt, nec aliud deliberati animi indicium requiritur.

„*y*) (AUT SI QUID EI SIMILE AD ACTIONEM „PARIENDAM LEX CIVILIS POSTULAT:) ICti Ro„mani præter stipulationem, alios modos statue„runt quibus ex pactis nudis etiam actio daretur: „nimirum. (1) Si quis constituit se soluturum „id quod nudo pacto promiserat. (2) Si pactum ac„cedit contractui bonæ fidei. (3) Si accedit litera„rum obligatio &c. *Vid. Dissert. proœm.* XII. §. 438.

z) (ID NOS QUOQUE AD VIM OBLIGANDI NON CREDIMUS PERTINERE:) Diximus omne pactum animo deliberato fieri, quia supponimus duos in idem placitum consensisse.

aa) (IMO ET QUOD DELIBERATO FIT, SED NON EO ANIMO UT JUS PROPRIUM CONCEDAT ALTERI &c.) Ex omni promisso, ubi duo de eadem re consentiunt, jus proprium conferri in eum cui promittitur modo diximus.

bb) (EX EO NEGAMUS JUS EXIGENDI CUIQUAM NATURALITER DARI:) Intelligit Autor promissum ab uno factum, & ab altero non acceptatum: ut in pollicitatione. *Vid.* §. 3. ibi verum est nullam actionem dari, quia non est pactum, seu duorum in idem placitum consensus.

cc) (QUANQUAM HINC NON SOLAM HONESTATEM, SED ET NECESSITATEM QUANDAM MORALEM NASCI AGNOSCIMUS:) Imo nec honestatem nedum moralem necessitatem ex pollicitatione oriri diximus: si quis igitur asserit se Cajo absenti 100 dare velle, voluntatem citra imperfectionem mutare potest.

„*dd*) (DE EO AUTEM QUOD EX CICERONE AD„DUCITUR:) Compendium eorum quæ Tullius „tradit jam exhibuimus *supra* §. 1. *n.* 4. simulque „mentem ejus explicavimus.

„*ee*) (AGEMUS INFRA:) *L.* 2. *c.* 16. §. 27 *n.* 2

„*ff*) (SED QUÆ AD PERFECTÆ PROMISSIONIS „VIM REQUIRANTUR VIDEAMUS:) Hæc requisita „exposuimus supra §. 1. *prop. V.* Ubi dictum est, „ad justam dispositionem requiri (1) facultatem „justam, (2) voluntatem, (3) ejus declarationem.

a) (PRIMUM REQUIRITUR USUS RATIONIS:) Nam deficiente rationis usu nulla est facultas agendi, nullaque voluntas, adeoque nec pactum.

b) (IDEO ET FURIOSI ET AMENTIS:) Furiosus igitur (1) non habet intellectum, adeoque deficit facultas disponendi, utpote quæ supponit judicium & intellectum: (2) non habet voluntatem, utpote quæ sine intellectu non procedit, adeoque deficit placitum.

c) (ET INFANTIS NULLA EST PROMISSIO:) Infans enim judicio maturo destituitur, utpote quod non incipit nisi a tempore pubertatis, quia cum facultate propagandi demum incipit facultas administrandi Vid. *supr. Lib.* 2. *c.* 5. §. 2, Adeo ut licet forte de industria infantis ante pubertatis annos constet, nihilo magis ex promisso obligetur.

„*d*) (ALIUD CENSENDUM DE MINORIBUS:) Post „pubertatem enim & judicium & administrandi „facultatem natura concessit minoribus: at jus „Romanum propter lubricum ætatis, & quia in hoc statu

ribus, hi enim etsi non satis firmum judicium habere credantur, [e] ut & foeminæ, [f] id tamen nec perpetuum est [g] nec per se sufficit ad actus vim elidendam.

2 Quando autem puer ratione uti incipiat, [h] non potest certo definiri [i] sed ex quotidianis actibus, aut etiam ex eo quod communiter in quaque regone accidit, desumendum est. Itaque apud Hebræos valebat promissio quam fecisset adolescens [k] qui annum implesset decimum tertium: [l] puella quæ duodecimum. Alibi leges civiles, justa ratione motæ, [m] quasdam promissiones pupillorum [n] ac minorum irritas pronuntiant, non apud Romanos tantum, sed & apud Græcos, ut notatum Dioni Chrysostomo oratione LXXV. adversus quasdam restitutionis beneficium introducunt: [p] sed hi effectus sunt proprii legis civilis, ac proinde cum jure naturæ ac gentium nihil habent commune; [q] nisi quod quibus locis obtinent, ibi eas servari etiam naturale est. [r] Quare etiamsi peregrinus cum cive

Orat.74 pag.638. D. Ed. Morell.

„statu corrupto difficilior est rerum administratio, „læso dedit restitutionem in integrum.

e) (UT ET FOEMINÆ:) Fœminæ plenissimo judicio gaudent, indeque ex quo puberes sunt rerum suarum administrationem habent: at quia fœminæ adhiberi domesticis saltem negotiis, & ideo negotiorum formas, forique subtilitates ignorare solent, jura civilia ipsis, si de futuro earum præjudicio agitur, certis casibus prospiciunt, uti in intercessionibus, &c. vel dato litis curatore: hoc autem fieri juris civilis est.

„f) (ID TAMEN NEC PERPETUUM EST:) Dixi „& fœminas & minores judicio a natura præditos, „administrationisque capaces esse, quod autem eis „succuratur, id a jure civili est:

„Insto: cur ergo fœminæ a regnis excluduntur? Resp. quia hoc officium sua natura virile est, *Vid.* „*L. 2. c. 7. §. 17. & 18.*

„g) (NEC PER SE SUFFICIT AD ACTUS VIM „ELIDENDAM:) Nam natura quoque judicii gradus „sunt; sane inter masculos quoque alter altero ju„dicio prævalet: sufficit ergo quod minores, & fœ„minæ puberes communiter plenissime intelligant id „quod agunt.

„h) (NON POTEST CERTO DEFINIRI:) Equidem „natura id definivit ex momento pubertatis, at hoc „ipsum momentum incertum valde est, cum in „aliis citius in aliis tardius procedat. Ita enim „apud Colchos ante decimum annum puberes fieri „fœminas tradit *Busbeq. ep. 3. p. m. 155. Vid.* „*Zach. qu. Med. leg.* 1. *b.* 1. *q.* 5. *n.* 17. *qu.* 6. *n.* „25. *L.* 8. *t.* 1. *q.* 4. *n.* 4. Merito ergo Legislato„res certum annum statuerunt:

„i) (SED EX QUOTIDIANIS ACTIBUS AUT ET„IAM EX EO &c.) Imo regula generalis lege con„stitui solet, juxta facultatem generandi commu„nem.

„k) (QUI ANNUM IMPLESSET DECIMUM TER„TIUM:) Nam facultas generandi ex eo tempore „plerumque competit.

„l) (PUELLÆ QUÆ DUODECIMUM &c.) Non „Hebræi saltem, sed & Romani pubertatem fœ„minarum ad brevius spatium restrinxerunt, quia „facilius gignunt, indeque & citius ad administran„dum sunt capaces: & cum administratio fœmina„rum respiciat curam rei familiaris, longe ea fa„cilior est ac ea quæ maribus natura incumbit. *d.* „*c. 5. §. 2.*

„m) (QUASDAM PROMISSIONES PUPILLORUM:) „Regulariter enim pupilli nec naturaliter obligan„tur. *L. 59. ff. O. A. l. 41. Cond. ind. l. 43. O. A.* „quidam tamen casus excipiuntur, de quibus *Vide* „*jus nostrum controv. tit. de pact. q. 30.*

„n) (AC MINORUM IRRITAS PRONUNCIANT:) „i e. Nullas declarant, ita ut nec naturaliter obli„getur minor: quod verum est si curator ipsi da„tus est, tunc enim similis fit pupillis: *arg. l. 3.* „*C. Restit. in integr. l. 6. ff. V. O. Vid. jus contr.* „*d. tit. q. 31.*

„o) (ADVERSUS QUASDAM RESTITUTIONES IN „INTEGRUM INTRODUCUNT:) Si scilicet curato„rem non habent: & læduntur *L. 3. c. Rest. in* „*integr. vid. jus controv. tit. Pact. q. 31.*

„p) (SED HI EFFECTUS SUNT PROPRII LEGIS „CIVILIS:) Quod quædam *pupillorum* promissio„nes irritæ declarentur, id non ex jure civili est: „nam omnes promissiones *pupilli* jure naturæ irri„tæ sunt: quod autem *minorum* promissiones ali„quando irritæ declarentur, aliquando restitutio „contra eorum actus detur, hi effectus sunt proprii „legis civilis.

„q) (NISI QUOD QUIBUS LOCIS OBTINENT IBI „EAS SERVARI ETIAM NATURALE EST:) Quia „leges civiles quoque obligant in conscientia, & „naturæ lex est jussui superioris parere.

r) (QUARE ETIAM SI PEREGRINUS CUM CIVE PACISCA-

ve paciſcatur tenebitur illis legibus: quia qui in loco aliquo contrahit, tanquam [s] ſubditus temporarius legibus loci ſubjicitur.

3. [t] Plane aliud erit ſi in mari pactio fiat, [u] aut in vacua inſula, [v] aut per literas inter abſentes. Talia enim pacta jure ſolo naturæ reguntur, [w] ut & pacta eorum qui ſummam habent poteſtatem, [x] qua tales ſunt. Nam in his quæ privatim agunt locum habent [y] leges etiam quæ irritum actum faciunt, [z] ubi id in favorem ipſorum fit [aa] non in poenam.

§. VI.

PACISCATUR TENEBITUR ILLIS LEGIBUS:) Peregrinus enim, quamdiu in alieno territorio commoratur, ſubjectus eſt legibus illius territorii; alibi enim probavimus, fundatam eſſe jurisdictionem intra fines territorii, & in omnibus perſonis quæ in eo degunt: *Vid. Lib.* 1. *c.* 3. §. 5. Indeque hactenus inter peregrinum & civem nulla eſt differentia.

s) (SUBDITUS TEMPORARIUS:) Ex natura jurisdictionis, quæ non perſonarum numero, ſed finibus territorii definitur. Vid. *l.* 1. *c.* 3. §. 5. *pag.* 222.

„*t*) (PLANE ALIUD ERIT SI IN MARI PACTIO „FIAT:) Cum enim leges in mari non ſint ſtatu„tæ, ſolum jus naturæ ibi obtinet:

„Aliud dicendum (1) ſi mare eſt occupatum, tunc „enim valet promiſſum juxta leges imperii ejus cui „mare eſt proprium. (2) Aliud quoque obtinet ſi „ejusdem civitatis cives vel authoritate publica, „vel commercii cauſa navigant; hi enim legibus „patriæ ſubjecti manent, quia domicilium retinent, „etiam abſentes. *Vid. Tesm. h. & Puffend. de jur. „nat. l.* 3. *c.* 6. §. 5. *in fin.*

„*u*) (AUT IN VACUA INSULA:) Ibi enim iti„dem ſolum jus naturæ obtinet, quia alius ſuperior „non eſt, nec leges civiles ibi exſtant: adeoque „nec minor in inſula vacua contrahens gaudet be„neficio reſtitutionis.

„*v*) (AUT PER LITERAS INTER ABSENTES:) Si „quis extraneo per literas aliquid promittit, quæritur „an valeat hoc pactum juxta leges loci ubi promit„tens degit, an æſtimari debeat ex legibus loci ubi „acceptans moratur, an juxta leges naturæ: Author „poſterius ſtatuit, adeoque minorem contra extra„neum acceptantem non reſtitui putat: at verius eſt „negotium valere ex jure ejus loci ubi negotium „perfectum eſt: & cum perficiatur demum acce„ptatione, & conſenſu ejus cui promittitur, nego„tium dijudicandum eſt ex legibus quibus acceptans „utitur. Si proinde is minor & læſus ſit, ac legi„bus illius loci reſtitutionis beneficium obtineat, „eo uti omnino poteſt, etiam contra eum qui ab„ſens per literas contraxit.

„*w*) (UT ET PACTA EORUM QUI SUMMAM „HABENT POTESTATEM:) Nam ſummæ poteſta„tes legibus civitatum non ſubſunt, ſed eorum pa„cta ex ſolo jure naturæ æſtimantur.

„*x*) (QUA TALES SUNT: NAM IN HIS QUÆ „PRIVATIM AGUNT LOCUM HABENT LEGES:) Di„ximus alibi, Principes, ſi de jure ſuo privato diſ„ponunt, ſubeſſe legibus civilibus: Indeque (1) „Eos obligari ex negotiis quæ vim obligandi a „ſolo jure civili habent, ut ex pollicitatione, teſta„mento, &c. (2) Eos omnibus privilegiis juris ci„vilis, quæ ad infirmandas obligationes conceſſa „ſunt, uti poſſe: indeque (a) eos non teneri ex „negotio cui forma præſcripta deeſt, adeoque „non obligari ex venditione ſi precium definitum „non eſt, &c. (b) Eos ad reſciendendum negoti„um agere poſſe, v. g. ob lubricum ætatis, læſio„nem enormem, &c. (c) Eos actiones elidere poſſe „exceptione SCti Macedoniani, Vellejani &c. „*Vid. infr. c.* 14. §. 1. & 2. §. 6. *n.* 3.

„*y*) (LEGES QUÆ IRRITUM ACTUM FACIUNT:) „Verum hoc eſt ſi ſubditi vel ſi extranei „cum Principe ut privato contrahunt: nam bene„ficia legum civilium ſubditis conceſſa multo ma„gis Principi in ſuo territorio prodeſſe debent. „Sed & extranei legibus ejus loci ubi contrahunt „utuntur.

„*z*) (UBI ID IN FAVOREM IPSIUS FIT:) Hinc „Princeps minor, ſi cum ſuo ſubdito contrahit, „vel cum extraneo in ſuo territorio, & læſus ſit, „reſtitui debet in integrum. *d. c.* 14. §. 1. *ſeq.*

„*aa*) (NON IN POENAM:) Imo & ſi in pœnam „lex infirmet obligationem: hinc præſcriptio quo„que Principi in juribus privatis obſtat. *d. c.* 14.

a) (AD §. VI.) Explicavimus in præcedentibus quid ſit pactum; diximus illud eſſe declarationem voluntatis noſtræ de jure in alium transferendo. Hic quærit Author quid juris ſit, ſi promittens errore inductus voluntatem declaraverit? & ait non valere diſpoſitionem erroneam ſi in præſumtione quadam facti promiſſio ſe fundat: aliud autem eſſe ſi adfuerit error, ſed in quo fundata non erat promiſſio: Author revera nihil decidit, nam ſola hic quæſtio eſt de errore in re de qua promiſſio facta eſt, adeoque de errore in quo promittens ſe fundat. Sed & ſæpius dixi ex præſumtionibus jus naturæ non oriri: Hinc ex aliis principiis fundamenta deciſionis delumi debent: Vera principia hæc ſunt.

PROPOSITIO. I.

Error tollit conſenſum, eoque negotium quatenus errat.

DEMONSTRATIO.

Cum diſpoſitio nihil aliud ſit quam voluntati noſtræ

noſtræ declaratin, facile conſtat, voluntatem non eſſe niſi præcedat ſcientia, eum ignoti nulla ſit cupido: deficiente igitur ſcientia, uti deficit ſi errat, deficit conſenſus, eoque voluntas, adeoque negotium, quippe in quod conſenſum non eſt. Hinc Seneca *4. benef. 36.* ait, *demens eſt qui fidem præſtat errori.*

PROPOSITIO II.

Si in parte erratum, videndum an dividuum ſit negotium an individuum: illo caſu ſi pars, in qua errore conſenſum, dividi ab altera poteſt, pro parte valet: hoc caſu error totum tollit.

DEMONSTRATIO.

Regulam poſuimus in *Propoſitione 1.* quod error tollat conſenſum, eoque negotium, *quatenus errat*: adeoque ſi pro parte errat, ſaltem vitiatur promiſſio in parte qua errat; nam in hac ſola deficit conſenſus, adeoque ſubſtantia negotii: In reliquis ergo particulis, ubi erratum non eſt, jus eſt prout partes diſpoſuere. Unde regula naturæ eſt utile per inutile non vitiari. *l. f. ff. V. O.* At aliud dicendum ſi negotium individuum eſt, & ſeparari non poteſt id in quo erratum eſt a reliquis partibus: nam nec totum valere poteſt, quia parti vitium ineſt; neque pro parte, quia dividi non poteſt; neque ergo ex toto jus peti neque ex parte poteſt: non ex illo quia deficit conſenſus; nec ex hac, quia individuum eſt. Individuum autem quid eſt non tantum ratione rei, ſed etiam ratione voluntatis, uti ſi de parte negotium contracturus non fuiſſet.

PROPOSITIO III.

Si tamen cujusdam culpa eſt damnum errore datum is reparare tenetur.

DEMONSTRATIO.

Etſi igitur negotium errore contractum irritum fiat, ſi tamen alter inde damnum paſſus ſit, videndum quis cauſa ſit erroris, indeque damni dati: is enim, cujus culpa error ille contigit, tenetur ad damni reparationem, quia facto hoc illicito cauſam dedit damno. Pro culpa autem quoque habetur quando magis uni quam alteri imputari poteſt, quo argumento ſæpius utuntur JCti Romani. *Vid. §. f. Inſt. ſociet. L. 11. ff. Leg. Aquil.*

ADDITIO.

„Hinc jam decidi facile poſſunt duæ quæſtiones
„a Cicerone propoſitæ: *Altera* eſt de mercatore
„Rhodio; circa quam inter duos Stoicos, Diogenem
„nem Babylonium & Antipatrum, gravis diſſenſus
„fuit: prædictus nimirum mercator cum ſciret na-
„ves frumentu onuſtas afferri, tacuit, et pluris
„vendidit: Diogenes fraudem mercatoris proba-
„vit, quia liber utriusque fuit conſenſus. Antipa-
„ter omnia manifeſtari voluit: *Vid. Cic. l. 3. de*
„*offic. c 12. ſeq.* Equidem Diogenis ſententia de jure
„verior eſt; quia mercator nihil egit in alieno,
„ſed ſuum vendidit, & emtor ſuum precium libere
„obtulit; nec ulla ratio dari poteſt, cur is adven
„tum navium indicare debeat: Et cum pretium
„non minuatur niſi cum indigentia ceſſat, hæc
„non ceſſavit ante eventum: nec mercator teneba-
„tur ex facto illicito, quia indicare non tenetur.
„Sententia autem Antipatri virtuti & generoſitati
„eſt convenientior: *Conf. c. ſeq. §. 9.*

„*Altera* de C. Canio equite Romano quam B.
„Pareus in Diſſertatione 53. vol. II. fol. 1091.
„(quem locum §pho ſequenti inſeremus) expli-
„cavit, & nos in diſſertatione procem. XII. §.
„438. *n.* 4. examinavimus: quo nos remittimus.

PROPOSITIO IV.

Si neutrius, vel utriusque culpa erratur, neuter tenetur.

DEMONSTRATIO.

Si ab utraque parte ignorantia eſt invincibilis neuter facit injuriam, adeoque nec ibi eſt reparandi neceſſitas, indeque nec reſtituendi obligatio; ſed merus caſus eſt, qui nocet domino, ſi uterque potuit ſcire errorem, tunc unusquisque erravit facto proprio, non alterius; & ſic, cum injuriam non acceperit ex culpa alterius ſed ex propria, itidem ceſſat reparandi neceſſitas.

PROPOSITIO V.

Ignorantia futuri pro errore non habetur.

DEMONSTRATIO.

Ignorantia igitur quæ poſtea ſupervenit, nihil mutat, & nec pro culpa eſt, nec pro vitio; nam (1) error eſt cum quis aliter putat ac eſt, non cum aliter putat ac futurum eſt. (2) In omnibus factis inſpicitur ſtatus rei præſens non futurus. Sane (3) humanum eſt neſcire futura.

PROPOSITIO VI.

Jus civile Romanum ab his naturæ regulis receſſit, ſtatuitque ne error tollat conſenſum.

DEMONSTRATIO.

Equidem negari nequit, jus naturæ infinitis difficultatibus ſubjectum & implicatum, indeque ad definienda negotia minus aptum eſſe: diſceptandum inter partes eſſet, an negotium ſit dividuum an individuum, an culpa alterius erratum ſit an utriusque, an caſu: item an quis de toto fuiſſet contracturus an non: Hinc jus civile regulam fere in contrarium ſtatuit; nimirum errorem non tollere ſubſtantiam actus, nec vitiare negotium, quia lex civilis requirit diligentiam in contrahendo negotio, ut quisque inquirat & gnarus ſit eorum quæ aguntur, adeo ut, ſi negligat, damnum id in pœnam negligentiæ ipſi imputetur.

Exc. (1) ſi in corpore erratum; tunc enim omnis conſenſus ceſſat, adeoque tota diſpoſitio vitioſa eſt. (2) Si in contractu bonæ fidei dolus cauſam dedit errori; quia dolus, indeque natus error, contrariatur naturæ & ſubſtantiæ bonæ fidei, quæ ſola contractum ſuſtinet. (3) In ædilitio edicto: ſi circa vitia occulta, quæ ſcire nemo poteſt, erretur: hic enim error magis imputatur venditori, quia facilius ſcire potuit. (4) Si error cum enormi læſione conjunctus ſit, ut in *l. 2. c. de reſcind. vend.* (5) aliquando is qui juſtam errandi cauſam habuit, reſtituitur

ſtituitur in integrum ex clauſula generali ſi qua juſta cauſa fuerit: *L. 2. ff de reſtit.* (6) in emtione quoque vitiatur negotium, ſi in ſpecie vel in ſubſtantia erratum ſit: *L. 9. §. f. contr. emt.*

ADDITIO.

„Doctrinam de errore, ejusque effectu in con„tractibus juris gentium, prolixe expoſuit B. Pa„rens in *Vol. 2. Diſſ. f. 749.* ſeq. Verba hæc ſunt

Haut ignobile ejus rei ſpecimen exhibetur, ubi de errore circa contractus agitur: ſi enim naturæ ductum ſequimur, nulla conventio conſiſtere poterit, in quam error qualiscunque (præterquam nominis aut ſyllabæ *l. 9. §. 1. de Contr. emt, l. 54. in princ. de manum. teſt.*) incidit; ſed, niſi negotium conſenſusque ita dividuus ſit, ut utile ab inutili commode ſeparari poſſit, tota conventio neceſſario deficeret. Nam, cum univerſa conventionis ratio conſenſu conſtet, *l. 1. §. 2. §. 3. de Pact. l. 3. in princ. de Poll.* non poteſt, ubi erratur, conſenſum videri, *arg. l. 15. de juriſd. l. 20. de Aq. & aq. pluv. l. 116. §. fin. de Reg. Jur. l. 4. §. fin. Si quis caut.* aut ſine conſenſu conventio; quæ proinde, ſi pro parte, quam error occupavit, non poteſt, tota concidat neceſſe eſt. Quod Seneca ſenſit, qui *lib. 4. de Benef. c. 39.* ſtatuit, *tacitam his negotiis ſubeſſe exceptionem, ſi hæc ita erunt:* Deinde *Eadem*, inquit, *mihi omnia præſto & idem ſum.* Quin Plato in numero legum ſuarum poſuit; Ἐὰν ἰδιώτῃ τὶς ἰδιώτης, ἀναγωγὴν εἶναι. *Si ignarus ignaro* (vendidit) *reſtitutionem fieri:* Et mox: Ὁ δὲ ὀφλὼν τὴν τιμὴν ἁπλῆν ἀποτεισάτω, *reus vero ſimplicem valorem reſtituito. lib. 11. de Legib.* Atque hinc Anonymus ille ſcriptor vitæ Iſid. Philoſ. quem Grotius de *J. B. & P. l. 2. c. 12. in fin.* e Bibliotheca Photii allegat, minoris æquo emere, aut pluris vendere dicit ἀδικίαν ὑπὸ τῦ νόμυ ἀφειμένην, *injuriam lege permiſſam.*

Fatendum equidem, hac ratione ſæpe læſum iri emtorem innocentem, ſi multo poſt tempore quilibet pretii error negotium infringeret, cum jam prætermiſſæ conditiones aliæ, conſumta pecunia, res deterior, quin forte & mutata rerum pretia. Verum non deficiunt ipſi quoque remedia naturæ. Et primum quidem integrum ei eſt, ſupplendo quod deeſt, evitare ſolvendi negotii neceſſitatem: ceſſat enim hoc ipſo error in pretio, ſi, quatenus a vero aberratum eſt, expletur; quo facto, ſua jam conventioni plane conſtat ratio, æquato omnino conſenſu, emendatoque errore; ut jam purgato omni vitio, fides negotii nulla ratione convelli amplius poſſit.

Deinde; damna quod attinet, quæ venditor forte, vel etiam emtor hinc ſenſit, certa eſt definitio naturæ, ut is ea præſtet, cujus culpa data ſunt, ſive error emptoris in culpam abeat, ſive venditori id magis imputandum ſit: immota enim naturæ & utriusque juris regula eſt, ut ſuæ quisque culpæ factique damna ferat, non alius, *l. 1. in pr. de Alien. jud. mut. l. 155. in princ. de Reg. Jur. c. 27. de Elect. in 6. &c.* Quam rationem Plato quoque in legibus ſuis *d. l. 11.* ſequitur, etſi multa, quæ arbitrii non naturæ ſunt, immiſceat.

Hæc definitio juris naturalis ſatis quidem luculenta ac ſolida eſt, at non perinde commoda & conveniens vitæ civili. Quæ enim hinc exſurgeret litium ſeges? Quid occultius, & probatu deciſuque difficilius, quam hæc: Num emtor ſciverit pretium, nec ne? Num, ſi erravit, iſte error in culpam cadat? In quod pretium conſenſuri fuiſſent, ſi neuter erraſſet? an & quale utrinque eſſe damnum? aliaque quibus nulla feratior foret inextricabilium litium materia. Præterea ſemper reſcindendi negotii metus, nec unquam ullius obligationis fideique prope foret ſecuritas: cum interesſet tamen humanæ ſocietatis, ne contractus adeo frequentes, utiles, ac neceſſarii in vita civili temere eluderentur.

Pulcherrima itaque eſt conſtitutio Juris Civilis qua hæc omnia fere caventur, & res tamen illa temperatur, ut neutra pars conqueri de injuria poſſit. Sancitum nimirum eſt, ne error, modo in rem conſenſum ſit, *l. 22. de verb. Oblig. l. 34. in princ. de Acq. poſſ. &c.* pactorum fidem ſolveret, ſed errans in rei valore ac bonitate ſuæ facilitati negligentiæque id expenſum ferret, niſi vel dolo adverſarii deceptus, *d. l. 22. t. e. de Dol. mal.* vel ultra dimidium veri pretii læſus eſſet. *l. 2. C. de Reſcind. vend.* Quid ſi ergo error adeo probabilis ſit, ut in culpam non cadat, nec imputari erranti poſſit, ut, ſi vitium in re latitet? Fuiſſe quidem id damnum emtoris etiam innocentis videtur, & deerat illud adhuc conſtitutioni civili. Verum ſupplevit id ædilitium edictum, data emtori actione redhibitoria, ſi latuiſſe vitium in re appareat. *l. 55. de Ædil. Edict.* Ita ergo magna prudentia proſpectum eſt cum utilitati publicæ, ne obtentu errorum fides data facile ac promiſcue laceraretur; tum partibus: adeo, ut neutra cum hac conſtitutione magis, quam cum ipſa ratione naturali queri jure poſſit, dum errans ſuæ tantum culpæ damna luit; ſalvo cætera eo jure naturali de quo diximus §. 2. a quo ita lege civili receſſum eſt, ut non minor in hac quam in illo æquitas videatur, major etiam utilitas.

„*Hucusque B. Parens.* Noſtra principia, ab „his diverſa, expoſuimus in *Diſſertatione proœmi„ali XII. §. 497.* quæ iisdem quaſi verbis in jure „Romano continentur: Res ita ſe habet.

„Cum ad eſſentiam promiſſionis pertineat *con„ſenſus utriusque* neceſſario ſequitur vitiari pactum „(1) ſi IN CORPORE erratum eſt, adeoque in re „ipſa de qua agitur; deficit enim conſenſus. Hinc „non valet negotium ſi quis vendit fundum Cor„nelianum putans Semproníanum. *l. 9 pr. l. 31. §. 2. „l. 61. §. 2. ff. contrah. emt. l. 4. legat. 1. l. 22. „l. 32. V. O. l. 8. f. ff. pign. Grot. 2. c. 11. §. 6.* „Si quis promittit Stichum putans Sejum. *l. 137. „§. 1. V. O. l. 9. pr. her. inſt. l. 4. C. Eod.* Si quis „vult lancem relinquere, & relinquit veſtem. *l. 9. „§. 1. her. inſt.* Si in merce paciſcentes erraverunt. „*l. 9. ff. contr. emt.* Si in ſpecie erratum eſt, uti ſi „quis emit ſervum putans ancillam *l. 11. §. 1. „contr. emt.*

„In corpore quoque (2) erratur, adeoque defi„cit utriusque conſenſus, ſi in *perſona* erratur. Hinc „ſi teſtator alium ſcribit hæredem, alium ſcribere

§. VI.

Antonin, p. 2. tit. 1. 1. [b] De pacto errantis perplexa ſatis tractatio eſt [c] Nam diſtingui ſolet inter errorem circa ſubſtantiam rei, & qui non ſit circa ſub-

„voluit, teſtamentum nullum eſt, *L. 9. ff. hær. inſt.* Idem dicendum ſi filium ſe inſtituiſſe putat, qui poſtea ſuppoſititius probatur. *L. 5. C. hær. inſt.* Sic nuptiæ nullæ ſunt ſi in perſona eratur. *Can. un. c. 30. q. 5.* Hinc nuptiæ cum Lea contractæ ipſo jure nullæ fuere, & non niſi ex ratihabitione Jacobi vim juris acceperunt.

„Idem (3) obtinet ſi *in ſubſtantia negotii* erratum eſt, adeoque ſi deficit conſenſus in ipſo negotio: uti ſi res promittitur quæ non eſt in commercio: *L. 6. contr. emt. l. 62. §. 1. l. 70. Eod.* Si quis cum furioſo contrahit qui conſentire nequit: *l. 2. §. 16. pro emt.* ſi in competentia judicis erratur: *l. 2. ff. judic. l. 15. ff. juriſd.* Si quis putat vendi, cum alter ſaltem locaverit: *l. 9. ff. contr. emt. arg.* 18. *ff. Reb. cred.* Si partes diſſentiunt in pretio, & alter plus alter minus promiſſum aſſerat; definitio enim pretii pertinet ad ſubſtantiam negotii. *L. 9. pr. Contr. emt. Laut. comp. pag.* 313. Secus ſi quis ſaltem errat in *vero pretio*, uti ſi quis plus pretii dat quam res ex communi æſtimatione valet: de quo infra.

„In ſubſtantia negotii quoque (4) errat qui in *qualitate perſonæ*, quæ ad ſubſtantiam negotii neceſſaria eſt, errat: uti ſi quis vitiatam pro virgine *Nov. 53. ibique Goth.* ancillam pro ingenua ducit. *Laut. comp. pag. 446.* Cum his enim certum eſt eum matrimonium contrahere noluiſſe: adeoque deficit conſenſus.

„Error circa alias qualitates quæ ad ſubſtantiam negotii non pertinent, non vitiat negotium. Hinc ſi quis errat circa divitias ſponſæ valent nuptiæ, *Vid. Laut. Comp. pag. pag. 446.* Item ſi emtor putet virginem quæ mulier eſt: *L. 11. §. 1. contr. emt.* aut patrem familias qui filiusf. eſt. *l. 3.* Ad *SCtum Maced.*

„Sed & (5) conſentire non videtur qui in *materia errat:* uti ſi aliud pro alio venditur, etſi de corpore conſtet. *L. 11. pr. contr. emt. l. 9. §. 2. Eod.* ſi acetum pro vino: *d. l. 9. § 2.* æs pro auro: vel plumbum pro argento mihi vendidiſti: *d. l. 9. §. 2. l. 11 §. 1. contr. emt.* Si vas tanquam aureum venditur quod aurichaleum eſt. *l. 45. ff. contr. emt.* Sane is qui aurum promiſit, & æs ſolvit, non liberatur. *l. 50 ff. ſolut.*

„Non autem in materia errare videtur, qui in *qualitate materiæ* ſaltem errat v. g. ſi menſam inauratam, vel ex materia auro mixtam conſtantem pro aurea emit, nam utraque uſu vulgari aurea dici poteſt. *l. 14. ff. contr. emt.* Nec ſi vinum poſtea acuit *l. 9. §. Eod.*

„Nedum vitiatur negotium ſi vaſe aureo vendito inveniatur aurum vilius eſſe. *l. 10. ff. contr. emt.* ſi menſam quaſi citream emit, quæ non eſt, nec pro tali vendita eſt. *l. 21. §. 1. contr. emt. &c.*

„Secus igitur ſi aſſeruit illam qualitatem; tunc enim tenetur eam præſtare, quia emtor non conſenſit niſi in illam qualitatem: hinc ſi quis emit menſam quaſi argenteam quam venditor aſſerit ſolidam eſſe, nulla eſt emtio, & condici pecunia poteſt. *L. 41. ff. contr. emt.*

„Neque iniquitas in iis caſibus, ubi error non vitiat negotium, ſubeſt; Nam etſi emtio ſubſiſtat, nihil tamen impedit quo minus errans, ſi ex errore ſuo læſus fuerit, agere poſſit ad id quod intereſt. *L. 21. §. 2. Act. emt. l. 45. contr. emt. Laut. comp. p. 313. ſeq.* Conf. *L. 11. §. 5. Act. emt.*

„Certum autem (6) eſt errorem *nominis* non vitiare negotium *l. 80 ff. judic. l. 8. §. 2. Sec. tab. l. 4. pr. leg. 1. l. 17. pr. &c. cond. dem. l. 32. V. O.*

„Equidem quæ hactenus dicta ſunt, quod error vitiet negotium, vera ſaltem ſunt intuitu errantis, non vero intuitu decipientis: Si proinde is, qui æs pro auro ignorans accepit, ſolutum retinere velit, alter id condictione indebiti, quaſi errore ſolutum, repetere nequit. *l. 50. ff. Solut.* Atque hinc ſi debitur æs, aurum aſſerens, pignori dedit, pignus hoc in ære ſubſiſtit, quia in corpore conſenſum eſt; neque debitor defectum conſenſus allegare poteſt. *l. 1 §. f. pign. act.* Similiter, ſi quis ſtipulatus eſt æs, quod aurum aſſerit, valet ſtipulatio, quia conſenſum eſt in corpus, nec debitor errorem allegare poteſt, quia ſcivit. *l. 22. V. O.* Utroque autem caſu deceptus reſtituere æs, & agere vel ad præſtandum promiſſum aurum, vel ex dolo poteſt. *dict. legib.*

„Ex his igitur iterum apparet, quam accurate jus Romanum cum jure naturæ conveniat.

„*b*) (DE PACTO ERRANTIS PERPLEXA SATIS TRACTATIO EST:) Valde enim diſceptatur an error vitiet pactum? Antequam autem ad interpretationem Authoris accedamus, præmittendum eſt, Eum duplicem materiam, de dolo & de errore, confundere, cum tamen diverſa plane utriusque ſit decidendi ratio: *vid. jus contr. tit. de dolo. q. 2. Dolus* jure nunquam vitiat negotium, niſi error accedat; quia partes de re conſentiunt, &, ſi alter dolo ſuo me decipit ac lædit, ſeparata actione ex delicto contra eum actio mihi datur. *Diſſ. proœm. §. 384. Error* autem vitiat negotium, ſi in ipſa rei ſubſtantia, vel in qualitate ſubſtantiali erratum eſt, *Vid. dict. diſſert. XII.* §. 497.

„*c*) (NAM DISTINGUI SOLET INTER ERROREM CIRCA SUBSTANTIAM REI, ET QUI NON SIT: &c.) Ita ut *prior* error vitiet negotium, v. g. Si in corpore erratum eſt, *L. 22. V. O. l. 1. §. f. pign. act.* aut voluntas & conſenſus deficit, in quo tamen emtionis ſubſtantia conſiſtit. *Poſterior* non vitiet, uti ſi in qualitate ſaltem erratum ſit: nam menſa emta non vitiatur negotium, etſi emtor putet auream eſſe, cum ſaltem ſit deaurata. Atque

substantiam: [d] an dolus causam dederit contractui, an non: [e] fueritne alter quicum actum est doli particeps [f] sitne actus stricti juris an bonæ fidei. Nam pro harum rerum varietate [g] alios actus irritos pronuntiant scriptores; [h] alios validos quidem [i] sed ut arbitrio ejus, qui læsus est, rescindi possint aut reformari. Sed harum distinctionum [k] pleræque veniunt ex jure Romano, [l] tum ex civili vetere [m] tum prætorio: [n] quædam etiam non satis veræ aut accuratæ sunt.

2 At [o] viam nobis reperiendæ naturali veritati pandit, quod de legum vi atque efficacia omnium ferme consensu receptum est, [p] ut si lex fundetur in præsumtione aliqua facti, quod factum revera

c. 17. §. 6. Dd. ad l. contractus. de reg. jur. Covar. de contractibus q. 57. Medina c. de rest. qu. 31. Felin. c. 1. de constit. n. 40. Bald. in l. Cum

„que hoc jure quoque naturæ obtinere probavimus.

„d) (AN DOLUS CAUSAM DEDERIT CONTRACTUI AN NON:) Vid. *jus meum controv. tit. de pact. q. 2. & Diss. proœm. XII. §. 384.* Si dolus causam dat, ICti ajunt, errorem irritum reddere negotium (in negotiis scl. bonæ fidei, non si dolus sit incidens: *Vid. infr. lit. g. h.*)

„e) (FUERITNE ALTER DOLI PARTICEPS:) Tunc enim dolus cum dolo compensatur. *l. 36. ff. Dol. mal. l. 10. §. 2 Compens.*

„f) (SITNE ACTUS STRICTI JURIS AN BONÆ FIDEI:) Ita ut dolus qui causam dat negotio *bonæ fidei* sit ipso jure nullus: *l. 7. pr. & §. 3. ff. h. l. 5. C. de Resc. vend. l. 16. § 1. Minor l. 3. §. 3. ff. pro soc.* secus ae in contractibus *stricti juris*. Vide *l. 36. ff. verb. obl. l. 2. §. 5. ff. dol. mal. exc.*

„g) (ALIOS ACTUS IRRITOS PRONUNCIANT:) Uti si in substantia erratum, si dolus causam dat promissioni in negotiis bonæ fidei.

„h) (ALIOS VALIDOS:) Si scl. erratum est in qualitate, si dolus incidit in negotio bonæ fidei, vel causam dedit negotio stricti juris

„i) (SED UT ARBITRIO EJUS QUI LÆSUS EST RESCINDI POSSINT:) Contrarium defendit B. Pareus *Vol. II. Diss. fol. 751.* & potius in lædentis arbitrio esse ait, num velit supplere id in quo erratum est. *Conf. Jus controv. Vol. 1. f. 882. q. 9.*

„k) (PLERÆQUE VENIUNT EX JURE ROMANO:) Ex jure enim Romano venit (1) quod dolus cum dolo compensetur, cum jure naturæ ex unoquoque dolo separata actio detur: (2) quod dolus qui causam dat negotiis *bonæ fidei* vitiet negotium; Jure naturæ enim valet negotium etiam bonæ fidei dolo contractum, quia in re consensere contrahentes: si præter dolum in rei substantia erratur, tunc vitiatur negotium non ob dolum sed ob errorem. *Diss. proœm. XII. §.384.*

l) (TUM CIVILI VETERE:) Quod Legibus XII. tabb. & a jurium peritis statutum fuit: Quo pertinent quæ de dolo causam dante in negotiis bonæ fidei, & de compensatione doli ICti statuerunt.

„m) (TUM PRÆTORIO:) Prætor enim demum negotium ipso jure validum ob dolum qui causam non dedit negotio bonæ fidei rescindit. *tot. tit. ff. de dolo malo.*

„n) (QUÆDAM ETIAM NON SATIS VERÆ AUT ACCURATÆ SUNT:) Imo & veræ & accuratæ sunt illæ distinctiones, si ratio æquitatis inspiciatur, quæ causam dedit ICtis Romanis, ut a jure naturæ recederent.

„o) (VIAM NOBIS REPERIENDÆ NATURALI VERITATI PANDIT:) Authoris sentia eo redit, valere negotium errore contractum si pars errans probabiliter nihilo minus contractura fuisset: non valere si probabiliter non fuisset contractura. At (1) unde constat, num quis probabiliter contracturus fuisset, num non? (2) partes obligantur ex eo quod actu contraxerunt, non quod dispositutæ forte fuissent.

p) (Grot.) (SI LEX FUNDETUR IN ALIQUA PRÆSUMTIONE FACTI:) Exemplum vide in l. mancipia, C. de Servis fugitivis. apud Gellium lib. 1, obs. 11. num. 7. apud Molinæum ad consuet. Paris. tit. 1. §. 13. Gl. 3.

ADDITIO.

„Notandum est Authorem totum fundamentum doctrinæ de errore in *falsa præsumtione facti* constituere, argumento a lege desumto: Uti enim lex quæ præsumit factum quod postea falsum esse apparet, nulla est; ita quoque promissionem quæ fundatur in præsumtione quadam facti, quod ita se non habet, nullam esse sit.

„Hæc autem principia aperte Juris rationi repugnant. *Primo* enim verum non est, quod lex, quæ fundatur in aliqua præsumtione facti quod ita se non habet, non obliget: Leges enim valent ex sola voluntate superioris, neque in arbitrio subditorum est, inquirere an Princeps se in præsumtione facti fundaverit, & an factum illud aliter se habeat; subditis nil nisi obsequii gloria relicta est: Neratius notanter ait, non inquiri debere in rationes eorum quæ constituuntur, quia alias multa ex his quæ certa sunt subverterentur *L. 21. ff. Legib,*

„Sed & *secundo* videmus sæpius leges se fundare in præsumtione facti quod verum non est, & tamen obligant: sic enim in præscriptionis lege supponitur negligentia eorum ad quos jus vel res pertinet, at lex ea obligat etsi constet rei dominum in invincibili ignorantia fuisset sic lex restituit

quis c. de jur. & fact. ignor. Covar. in c. poſſeſſor. de reg. jur. in 6. p. 2. §. 6. n. 8. Navar. c. 12. n. 13.

vera ita ſe non habeat, *q* tunc ea lex non obliget, *r* quia veritate facti deficiente, deficit totum legis fundamentum. *s* Quando autem lex in tali præſumtione ſit fundata, ex legis materia, verbis & circumſtantiis colligendum. *u* Similiter ergo dicemus, ſi promiſſio fundata ſit in præſumtione quadam facti quod non ita ſe habeat, *v* naturaliter nullam ejus eſſe vim, quia omnino promiſſor *w* non conſen-

„ſtitnit minores ob lubricum ætatis præſumtum;ea „autem obtinet etſi conſtet minorem acutiſſimi ingenii fuiſſe. Lex fœminis concedit beneficium „SCti Vellejani ob imprudentiam, etſi fœmina quæ „contraxit ſit prudentiſſima.

„Sane *Tertio* id quod Author de vi & efficacis „legum ſtatuit, nec in exemplis ab eo allegatis, „nec apud doctores ad marginem citatos invenitur; nam in *L. 5. C. ſerv. fug.* lex diſponit ut „qui ſervum reipublicæ & artificem abduxit, eundem cum alio ſervo reſtituere debeat, & ne va„leat donatio aut venditio ſervi ejusmodi fugitivi: „qua ratione quæſo regula *quod propter præſumtio„nem facti quod ita ſe non habet, lex non obliget*, „applicari huc poteſt? Neque *Gailius & Molinæus* in notis allegati, aliquid hac de re ſtatuunt: „Gailius enim *L. 1. c. 2. n. 7.* ait, *quod ſi lex certa „verba exigit, certamque formam præſcribit, præ„ciſe illa forma ſervari debeat, nec poſſit per æqui„pollens fieri aut viam intellectus:* & Molinæus *ad „conſuet. Par. tit. 1. §. 13. Glos. 3.* docet, *verba „ſtatuti convenire debere & verificari ut locum ha„beat ejus diſpoſitio, adeo ut ſi verba ſtatuti non „quadrent ad caſum propoſitum, obligatio deficiat.* „Utroque igitur caſu deficit lex & obligatio non „quia factum ibi præſumitur cujus veritas deficit, „ſed quia deficit diſpoſitio & voluntas ſuperioris, „eoque lex, non enim voluit Legislator ut leges „illæ obligent, niſi juxta verba & formam præ„ſcriptam.

„Sed & porro *Felinus, Baldus, & Covarruvias* ad „marginem citati, non aſſerunt *legem non obligare „ſi fundatur in præſumtione facti, quod ſe ita non „habet:* ſed contrarium potius docent, in foro ſcl. „contentioſo omnino legem illam obligare: *Vid. „Felin. c. 1. de conſtit. n. 39. ſeq.* Adeoque id ſaltem quærunt, an is qui ex tali lege aliquid acqui„rit tutus ſit in conſcientia, ſeu in foro animæ: v. „g. an fœmina ſalva conſcientia poſſit uti SCto „Vellejano ſi bona fide cum ea contractum ſit? An „hæres ex imperfecto teſtamento, eoque jure ci„vili nullo, legatum præſtare in foro animæ „teneatur? An injuria judicis abſolutus naturaliter „tamen obligetur? *Vid. Felin. d. l, n. 40. Baldus „ad l. cum quis 10. C. jur. ign.* An is qui præſcri„ptionem opponit in foro poli excludere poſſit „eum qui in invincibili errore verſatur? &c. *Co„varruv. ad cap. poſſeſſor de Reg. jur. in 6. p. 2. „§. 6. n. 8.* Equidem Felinus omnibus his caſibus „aſſerit, nec fœminam, nec hæredem, nec abſolu„tum injuria, nec præſcribentem, tutum eſſe in „conſcientia, additque rationem, *quia lex fundatur „ſuper præſumtis, quæ cum in foro animæ vera „non eſſe conſtet prævalere debere veritatem:* At „ex hac ipſa ratione conſtat, Felinum non negare „leges tales valere in foro ſoli, etſi factum quod „ſupponunt verum non ſit: ſed eum ſaltem aſſerere „tales leges conſcientiam tutam non reddere: De „qua quæſtione Vide *Diſſ. præm. XII. §. 55. & late „B. par. in diſp. de finibus bonæ fidei in præſcr. „Diſp. 1. ſect. 1. §. 6. ſeq. e Diſp. 2. cap. 1. dub. 11. „& 12.*

„*q*) (TUNC EA LEX NON OBLIGET:) Obligat „omnino, & omnes conſentiunt de foro ſoli, at „ſaltem dubitatur an obliget in foro poli.

r) (QUIA VERITATE FACTI DEFICIT TOTUM FUNDAMENTUM LEGIS:) Dixi (1) verum id non eſſe, ſi ſaltem præſumatur Principem in facto aliquo, quod ita ſe non habet, ſe fundaſſe; quia prætextu illius facti præſumti in ſubditorum arbitrio non eſt legi ſe eximere. Dixi (2) non ceſſare fundamentum legis, etſi forte factum illud quod leges ſupponunt, deficiat; quia ſupereſt voluntas Principis, quæ ſola legem facit, idque exemplo SCti Vellejani, præſcriptionis &c ſtatis conſtat.

s) (QUANDO AUTEM LEX IN TALI PRÆSUMTIONE SIT FUNDATA:) i. e. In tali præſumtione facti, quod ita ſe non habet:

„*t*) (EX LEGIS MATERIA VERBIS ET CIRCUM„STANTIIS:) De his interpretationum regulis *vide „infra cap. 16. §. 3. 5. 7. ſeq.* ubi demonſtrabimus eas „nullius eſſe momenti in demonſtrando jure na„turæ: omnium minime autem effectum habere „in interpretanda voluntate legislatoris, utpote „cum dictum ſit legem ſubſiſtere, etſi facti quod „præſumitur veritas deficiat.

u) (SIMILITER ERGO DICENDUM:) Uti in legi„bus regula illa vera non eſt, ita quoque in pro„miſſis fallit.

„Nam in promiſſis jus oritur ex eo ſolo in quod „uterque conſentit: hinc valet promiſſio etſi forte „alteruter in circumſtantiis, in qualitate &c. erra„verit, adeoque in facto aliquo ſe fundaverit, quod „aliter ſe habet. Cum enim de ſola re actum, ac de „ea inter utrumque conſenſum ſit, error unius in qua„litate rei, de qua nihil inter partes actum eſt, non „tollit, nec minuit obligationem circa rem.

„*v*) (NATURALITER NULLA EJUS ESSE VIM:) „Verum hoc non eſt ſi in re conſenſum ſit, tunc „enim obligatur promiſſor etſi in qualitate, quæ ad „ſubſtantiam non pertinet, alter erraverit.

„*w*) (NON CONSENSIT IN PROMISSUM NISI SUB „QUADAM CONDITIONE, QUÆ RE IPSA NON EX„TITIT:) Si erratum eſt in re, tunc deficit obli-

gatio

ſenſit in promiſſum, niſi ſub quadam conditione quæ re ipſa non extitit: quo referenda eſt illa quæſtio [a] apud Ciceronem de oratore primo, de eo qui filium ſuum mortuum falſo credens alium inſtituerat heredem.

3. [x] Quod ſi promiſſor negligens fuit in re exploranda, aut in ſenſu ſuo exprimendo, & damnum inde alter paſſus ſit, tenebitur id reſarcire promiſſor, non ex vi promiſſonis, ſed ex damno per culpam dato, de quo capite [y] infra agemus. [z] Si vero adfuerit quidem error, ſed in quo fundata non fuerit promiſſio, ratus erit actus, utpote non deficiente vero conſenſu: [aa] ſed hoc quoque caſu ſi is cui promittitur dolo errori cauſam dederit, quicquid ex eo errore damni promiſſor fecit, reſarcire tenebitur, [bb] ex alio illo obligationis capite. [cc] Si pro parte fundata erit in errore promiſſio, valebit pro reliqua parte.

§. VII.

„gatio non ob defectum conditionis, ſed ob defectum conſenſus, quia tum non eſt conſenſus duorum de eadem re. *Vid l. 1. ff. pact.* Si in qualitate ſaltem erratum, nec de ea aliquid actum eſt, omnino partes in promiſſion conſentiuot, quia in re conveniunt. Adeoque verum non eſt *ſub conditione promiſſum eſſe:* quia diſponentes pure conſentiunt, neque oratione ulla aliquid in futurum eventum ſuſpendunt, quod tamen ad eſſentiam conditinnis requiritur. *L. 19. pr. l. 34. §. 1. ff. Cond. dem. l. 39. ff. Reb. cred.*

„a) (APUD CICERONEM DE ORATORE I.) Caſus ibi proponitur de milite, de cujus morte cum ab exercitu falſus nuntius veniſſet, pater ejus re credita teſtamentum mutavit ac extraneum hæredem inſtituit: Duumvirorum deciſionem non addit Cicero, at dubitaodum non eſt quin teſtamentum oullum declaraverint, quia filius præteritus eſt in teſtamento: Unde ſimul patet, teſtamentum hoc caſu nullum fuiſſe non propter errorem, ſed propter præteritionem. Sane quæſtio non fuit propoſita, an propter errorem patris nullum ſit teſtamentum? *Sed, poſſetne paternorum bonorum hæres eſſe filius, quem pater teſtamento neque hæredem neque ex hæredem ſcripſiſſet nominatim?* i. e. quem pater teſtamento præteriit.

„Ante legem igitur, quæ præterire liberos prohibuit, valuiſſet ejusmodi teſtamentum, uti patet exemplo teſtamenti E Locumo confecto, apud *Liv. I. 34.* qui, IGNORANS nurum ventrem ferre, immemor in teſtamento nepotis deceſſit, & Livius *puero poſt mortem avi in nullam ſortem bonorum nato, ab inopia, Egerii nomen inditum eſſe ait.* Obtinuit enim tunc lex XII. tab. qua pro lubitu diſponendi jus erat patrif. l. 120. V. S. & ubi agnatio ſui hæredis non rumpebat teſtamentum.

„x) (QUOD SI PROMISSOR NEGLIGENS FUIT IN RE EXPLORANDA &c. ET DAMNUM INDE ALTER PASSUS SIT: &c.) Confer ea quæ dicta dicta ſunt ſupra in *prop. 3.* ſi enim quis facto ſuo culpoſo damnum dedit alteri, jus alterius turbat, facto illo alteri aliquid abeſt, quod proinde ex juſtitiæ regula reparari debet. Cicero *d. l.* ait: *omnes aliud agentes aliud ſimulantes perfidos improbos & malitioſos eſſe,* & mox, *ex omni vita ſimulatio diſſimulatioque tollenda eſt, ita nec ut emat melius, nec ut vendat, quidquam ſimulabit aut diſſimulabit vir bonus:* Hinc Valerius maximus. *VII. 2. 1. bonæ fidei venditorem nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare debere.* Conf. *Ambroſ. l. 3. de off. c. 10.* Addatur Grot. *L. 2. c.* 12. §. 9.

„y) (INFRA:) *L. 2. c. 17.*

„z) (SI ADFUERIT QUIDEM ERROR, SED IN QUO FUNDATA NON FUERIT PROMISSIO, RATUS ERIT &c.) In omni errore inſpiciendum eſt, an deficiat conſenſus vel in rem, vel in id quod actum eſt, & quatenus deficit: eatenus enim negotium nullum eſſe diximus. Si vero in negotium ipſum de quo agebatur conſenſum eſt, valet actus etſi in circumſtantiis, de quibus quæſtio non fuit, erratum ſit.

„aa) (SED HOC QUOQUE CASU, SI IS &c. DOLO ERRORI CAUSAM DEDERIT:) Etſi igitur in rem conſenſum, adeoque negotium validum ſit, nihilo minus naturali jure de dolo agere contra decipientem poſſum, ſi damnum inde paſſus ſum: quia decipiens facto ſuo illicito jus meum lædit quod reparare, i. e. jus ſuum cuique tribuere tenetur.

„bb) (EX ALIO ILLO OBLIGATIONIS CAPITE:) Nimirum non ex promiſſione, ſeu facto licito; ſed ex culpa & delicto, ſeu facto illicito, quo injuriam alii facit, quam reſarcire debet. de quo cap. XVII. agetur.

„cc) (SI PRO PARTE FUNDATA ERIT IN ERRORE PROMISSIO, VALEBIT PRO RELIQUA PARTE:) Vide *ſupr. prop. II.* utile enim per inutile non vitiatur, modo negotium ſit dividuum.

u) (AD §. VII.) Author quærit an promissa vi extorta ac metu, jure naturæ valeant? Res ex sequentibus propositionibus patebit.

PROPOSITIO I.

Metus, seu vis compulsiva non tollit, voluntatem, L. 21. §. f. quod met. caus. sed libertatem saltem aliter agendi. L. 116. Reg. jur. l. 21. ff. Locat.

DEMONSTRATIO.

Coactionem non tollere voluntatem (1) ex ipsa definitione voluntatis apparet, quæ est actus quo quis decernit rem amplecti vel fugere. *Vid. supr. §. I. prop. IX.* Hæc definitio plenissime adest in voluntate coacta, si quis enim metu vel vi coactus promittit, in præsenti statu vult se obligare, quæ est plenissima voluntas. Notandum enim (2) est, varias esse causas quæ homines moveant ut aliquid velint; sane eadem ratione qua quis propter utilitatem, voluptatem &c. decernit aliquid amplecti, (non facturus si utile vel volupe non esset) eadem ratione propter necessitatem aliquid velle potest, noliturus si necessarium non esset: Adeoque (3) duo diversi sunt casus voluntatis, quid nam nunc velit, ubi casus metus & necessitas imminet; & quid voliturus sit si liberum esset, qui casus nunc non existit: In priori casu plena voluntas in præsens adest, Idque (4) ex principiis juris naturæ ita decidit Paulus ICtus *in l. 21. §. 4. Quod met. caus.* dum ait, *si metu coactus adeo hereditatem, puto me heredem effici, quia quamvis si liberum esset noluissem, tamen coactus volui.* Idem tradit Celsus *in l. 22. ff. de Rit. nupt. ibi, si patre cogente duceret, si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos non contrahitur, maluisse hoc videtur:* Unde Prætor demum ex æquitate negotium naturali & civili jure subsistens rescindit, ac coactum propter vim & metum in integrum restituit. *d. l. 21. §. 4. & l. 85. ff. Acq. her.* Sane (5) tantum abest necessitatem impedire voluntatem, ut magis ea moveatur per coactionem quam per utilitatem, voluptatem &c. certum enim est, si fame coactus emo, si a prædone pressus fugio, studium emendi & fugiendi augeri; Atque hinc (6) voluntas esse potest absque libertate agendi: Uti cum quis in portum, quem anxie petit, vento ita pellitur ut alio vela vertere nulla ratione modo possit, vel cum quis mortem serio optat, quem evitare nequit: hic plenissime vult, etsi aliter agere non possit. Atque hæc sententia (7) omnium gentium consensu firmatur: quod vel exinde apparet, quia pax vi & armis extorta religiose apud omnes servari solet. Sic qui Urphedam jurat, licet coactus id faciat, plene inde obligatur *L. 3. §. 1. ff. quod met. caus. Vid. propos. seq.*

At alia quæstio est, an coactio libertatem volendi tollat? Hoc facile concedimus. Aliud igitur est voluntas, aliud libertas volendi, seu aliud est *velle aut nolle*, aliud *posse vel non posse*. Voluntas non tollitur per necessitatem, uti jam demonstravi; at libertas tollitur, quia non potest aliter velle, & sic deficit libertatis definitio, quæ consistit in facultate naturali agendi quicquid lubet.

Atque hinc non obstat Brocardicum illud, voluntatem cogi non posse Nam (1) cogi omnino non potest quoad actus elicitos, i. e quoad actus volendi, hactenus enim voluntas semper libera manet: at cogi omnino potest quoad actus imperatos, i. e. executio voluntatis omnino impediri potest, Exemplum hoc esto: Vult aliquis Romam ire, ibi duo sunt actus (1) allubentia illa, seu actus intrinsecus quo decernit se velle Romam ire: (2) executio illius decreti, seu actus extrinsecus, quo jam iter facere vult prout decreverat: *Prior* actus cogi nequit, at *hic* impediri omnino potest, & tunc non voluntas impeditur, sed executio voluntatis.

Atque de hac libertate volendi quoque intelligendus est texms in *l. 116. Reg. jur.* ubi nihil tam contrarium consensui esse statuitur, quam vis & metus: Loquitur, inquam, ICtus de executione voluntatis, quæ omnino per vim impediri potest.

ADDITIO.

„Communis videtur esse gentium sententia, vim „ac metum tollere consensum: Ita enim vis ac „metus in se justam ignorantiam habere dicitur „*in l. 14. §. 3. ff. Quod met. caus.* propter trepida„tionem scilicet mentis, quæ metui conjuncta esse „solet. *L. 1. ff. Eod.* Cicero ait, *non debuit ratum „esse, quod erat actum per vim, de offic. l. 3. c. „30.* & alibi, *non esse standum illis promissis quæ „coactus quis metu fecit. Cic. 1. de off.* 10. Seneca „rem ita explicat, *necessitas tollit arbitrium, sciet „se non accipere sed parere. L. 2. benef. c. 18.* Et „*in l. 4. controv. c. 27.* ex utraque parte rationes „affert: *Vide prop. seq.* At allegati textus, de *jure „Prætorio* loquuntur, ubi promissio vi extorta, etsi „jure civili valida sit, rescinditur, atque de hoc „jure Prætorio quoque loquitur Cicero. Seneca „autem non de voluntate loquitur, sed de libertate „volendi, & ait, arbitrium & electionem tolli, „quod verum est.

PROPOSITIO II.

Si vis illicita est, duo in hoc negotio occurrunt actus: duæ diversa causa, ac distinctæ obligationes. (1) promissio ejus qui cogitur (2) vis illicita cogentis, Illa valida est, §. 40. Inst. rer. div. Hæc injuria est, & actus prædonis, ex quo obligatur ad reparationem.

DEMONSTRATIO.

Ponamus casum, ubi latro mucrone intentato alium cogit ut promittat 100. Hic duo sunt *actus* distincti, (1) violentia illa latronis, quod factum omnino illicitum est, (2) ipsa promissio ejus qui cogitur, & qui in præsenti statu decernit se jus in prædonem transferre velle: quod factum maxime licitum est, quia de re sua pro lubitu disponere potest, sive utilitas sive voluptas sive necessitas voluntatem moveat: semper enim regula illa obtinet, quod nihil tam naturale sit, quam voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis ratam habere: *§. 40. Inst. de rer. div.* Diversæ igitur hic subsunt *causæ: prior* est ex delicto, *posterior* ex contractu. Distinctæ sunt *obligationes:* nam ex *priori* facto cogens obligatur ad pœnam & ad omne id quod facto ejus illicito alteri abest:

ex *poste-*

ex *posteriori* promittens tenetur præstare id quod promisit.

Executorem juris naturæ nobis præbet Cæsar apud *Vellejum Paterc. l. 2. c. 42. Plutarchum in Jul. Cæs. in pr. Suet. in Jul. Cæs. c. 4. & 74.* Is enim a piratis captus promisit talentum, idque præstitit: At postea injuriam sibi illatam armis vindicavit, & victos latrones cruci affigi jussit: optime igitur Cæsar distinxit actum promissionis, quem implevit; & vim illatam, cujus pœnam exegit a piratis.

Exemplum impleti promissi vi extorti similiter exstat in Regulo apud *Gellium l. VI. 4. & Liv. L. 3. off. c. 26. & 27.* Is enim vi hostili adactus juramento promisit se rediturum, quod etiam fecit, non ignorans se ad supplicia destinatum esse: Pariter Pomponius Tribunus plebis promissum vi extortum servavit apud *Liv. 7. c. 5.*

ADDITIO.

„Dissentit Machiavellus *Disp. 3. c. 42.* Ubi ait „non solere Principem observare pacta vi facta, „si vis & vel causa pacti cessaret. Et *in Princ. c.* „18. statuit, posse sine dedecore quod vi promissum „negligi, quin & causam belli inde capi. Idem quo„que censuerunt proceres Angliæ, qui cessionem „a Regina in carcere factam tanquam metu & vi „extortam nullam declararunt apud *Thuan. L. 43. pr.* „*& Camden. l. 1. p. m. 116. & 133.* Sed & Martialis „negat enim a quo tonsor stricta novacula pecu„niam rogat, ex promissione obligari. n. 59. ad„dita ratione

——— „nec enim rogat illo tempore tonsor, „latro rogat:

„Equidem sententia Machiavelli (uti plures „aliæ ejus doctrinæ,) eo magis detestanda est, quia is de vi bellica, ac pace eam postea secuta lo„quitur: Camdenus improbare potius vide„tur decretum illud procerum Angliæ, illudque „ex consilio Throcmortoni processisse testatur, „*qui persuaserat cessionem in carcere, qui justus* „*est metus, extortam plane irritam esse. d. f. 133.*

PROPOSITIO III.

Jure igitur naturæ & civili prius impleri promissum, & tum de injuria agi debebat: At jure Prætorio id mutatum, & constitutum est ut ipsa promissio rescindatur.

DEMONSTRATIO.

Jure naturæ, & jure Romano, is qui vi coactus aliquid promisit, prius implere promissum tenetur; quo facto, læsus ad reparationem injuriæ agebat; de jore civili id diserte apparet ex *L. 21. §. 4 quod met causf. & l. 22. ff. Rit. nupt.* Atque hinc per modum demum restitutionis in integrum rescindebatur a Prætore tale negotium: *d. l. 21. §. 4.* certissimo indicio, jure civili validum fuisse, quia quod non est rescindi nequit: Imo nec jure Prætorio promissio vi extorta rescinditur, si læso non subest, *L. 12. in f. Quod. met.* ea igitur cessante, subsistit negotium etsi vi contractum.

Ratio æquitatis, quæ Prætorem movit, in aprico est: Nam jus naturæ, æque ac jus civile, ambagibus implicatum est, duobus judiciis res expedienda, ac duæ actiones instituendæ essent altera a prædone cui promissum est; altera postea ab eo qui vi coactus promisit. Prætor ergo per compendium procedit, &, non spectata actione ejus cui promissum est, dat actionem vim passo, qua agit ad rescindendum negotium: vel, si alter ex promisso petit, dat promittenti exceptionem quod metus causa &c. qua actio illa, omnisque ejus effectus eliditur: Prætor igitur ex duobus actibus unum facit, unoque judicio utramque actionem expedit.

ADDITIO.

„Difficilimam hanc, & a ICtis hactenus non „satis extricatam materiam B. Parens duobus præ„cipue locis illustravit in suis disputationibus, quæ „ob argumenti gravitatem huc transcribere liceat.

„Prior locus exstat in *Vol. 1. Disp. 78. fol.* 1119. „ubi ita disserit.

Denique observandum, quod pacta etiam vi metuque extorta valeant jure Gentium, fidesque data omnino servanda sit, etsi vis illicita ac privata, v. gr. prædonis, fuerit. Nec enim obstat, quod prædo scelere egisse videatur, unde actio ei dari nequeat. Alia enim causa est sceleris prædonis, alia pactum promissoris: ex quibus diversis causis, diversæ invicem oriuntur actiones, alia, qua promissor tenetur prædoni ex suo pacto & fide data: alia, qua vicissim prædo ex injuria seu delicto suo, scilicet violentia:

Vis autem quam privatus intulit, illicita, atque adeo injuria est; quam vero hostis, ea apud nos & apud amicos nostros pro injuria habetur, apud hostes pro jure, apud pacatas seu medias gentes itidem. Unde si quis pacisci coactus est, ipse quidem semper tenetur ex pacto omnium judicio; sed qui coëgit, si privatus est, non minus omnium judicio ex injuria; si hostis fuit, nec jus belli excessit, non tenetur, nisi judicio hostis; adeoque si apud eum inveniatur,

Detestamur igitur sententiam eorum, qui fidem hosti non modo publice (quod omnes fatentur,) sed & privato datam, quin prædonibus, & omnibus hominibus sanctissime servandam esse non concedunt; etsi in eam Cicero quoque odio causæ aliquando delabi videatur, eamque Bartolus integro discursu, & acrius Udaricus Zasius contra Eckium Theologum, qui hoc nomineeum dissertatione opposita incesserat, & objurgaverat, defendat *in Apologia, quæ adjecta est Zasii sing. Resp. fol.* 472. in cujus fronte hæc verba præmitit: *Videbis, Lector, Eckium, Jura civilia non perfecte intellexisse &c.* Verum minus utique perspecte hi JCti, Bartoldus & Zasius (quod pace magnorum Virorum dictum sit,) Jura Gentium intellexisse, sed occasione juris civilis deceptos, rationem Edicti Prætorii *Quod metus causa*, & Juris Gentium non distinxisse constat. Ea enim hæc est, quod in hoc actu, ubi coactus quis promittit, duæ distinctæ sint obligationes & causæ; altera ex *pacto*, quo promissor tenetur, altera ex *scelere*, quo vicissim

cissim prædo; quarum proinde Jure Gentium distinctæ sunt præstationes. Sed Prætor compendio utitur, &, cum prædo rem ex pacto quidem accipere, sed acceptam ob delictum eum omni damno restituere deberet; (quo jure utitur Pont fex *in c. 6. X. de Jurejur.*) ille actionem ipsam ex pacto prædoni in pœnam delicti aufert, obligationemque rescindit. Quod magnum compendium est, ubi res in judicio agitur, & utraque pars eodem jure Civili utitur. At in quæstionibus Juris Gentium hæ causæ non confundi, sed omnino seorsim atque ut distinctæ, prout sunt, considerari debent. Valuit utique contra Zasium fides quam Regulus, etsi privatus, hosti dederat, adeo, ut nulla tot præsentium necessitudinum species eum avellere inde potuerit, & Senatus Romanus tantum virum ac belli Ducem, Reipublicæ adeo necessarium, ad hostem iterum dimiserit, cum quasi ex hoste captum retinere potuisset, si fides data non obligasset, quod Cicero commendat *Offic. l.1. c. 13.* Sed & decem captivi ex clade Cannensi, Romam fide data missi, ultro ad hostem redierunt, excepta duobus, quos, cum pars Senatus Romani ob hanc perfidiam ejicere urbe vellet, sed victa esset plurium miseratione, usque adeo tamen in estabiles invisosque fuisse memorant, ut tædium vitæ ceperint, necemque sibi consciverint. Gell. 7. *N. A. 18.* Liv. *lib. 22. in fin.* Cum Galli in ipso perfidiæ, & falsi ponderis crimine ad fidem provocarent, Camillus tamen non contendit fidem datam iis servandam non esse, sed, se Dictatore inscio, dari non potuisse. Liv. 5. *c. 49.* Etsi ea ratio, si accurate trutinetur, nec tum necessaria, nec satis Jure Gentium tuta fuerit: sed id hujus loci non est. Hanc vero sententiam contra Bart. & Zasium defendit post alios quoque Hottoman. *Illustr. quæst. 7.*

Alter locus continetur in *Vol. 2. Diss. 53. fol. 1089. §. 2. usque ad §. 12.* in verbis seq.

Cum enim duæ distinctæ res & causæ sint, v. gr. pactum succedendi alteri, & votum captandæ mortis, quælibet causa proprios suos habet effectus, qui non magis confundi possunt, quam causæ ipsæ. Ex pacto igitur eorum, qui de re sua disponunt, & fide data, naturali ratione obligatio nascitur ad præstandum conventa; ex voto improbo autem obligatio ad pœnam, prout in aliquam criminis speciem incidit.

Quapropter, si ad juris Naturæ rationes exigenda sint negotia, inprimis negotia ipsa, uti ab invicem accurate discernenda, ita sua cuique natura, causa, vis & effectus vindicanda; nec quicquam a ratione naturali alienius est, quam quod unius negotii proprium est, id in alterum conferre, atque ita confundere, quæ distincta & separata sunt: idque in omnibus causis ac negotiis religiose observandum est. *per l. 1. §. fin. ff. de Verb. obl.*

Ita, si a prædone vi metuque compulsus, ei stipulanti promiseris XV. talenta, duo distincta prorsus negotia sunt; promissio XV. talentorum, & vis a prædone commissa. Promissio suæ rei, est factum licitum & contractus; vis, illicitum & delictum. Prius illud est actus promittentis rem suam; alterum, actus prædonis. Ex illo, natura nascitur translatio juris; *§. 40. vers. nihil enim tam conveniens &c. de Rer. div.* & inde obligatio ad illud præstandum, seu tribuendum ei, cujus est, ex forma & substantia justitiæ. *princ. de Just. & Jur. l. 3. princ. ff. de Obl. & act.* Ex altero, obligatio ad pœnam, seu injuriæ reparationem.

Etsi igitur promissor compulsus sit ad promittendum, id tantum vitium est in actu prædonis, qui inde tenetur ad reparationem; nullum in actu promissoris, qui eam rei suæ legem dixit, & dicere potuit. Neque enim metus voluntatem excludit, sed coacta quoque voluntas est voluntas, quia etsi, si liberum fuisset, noluisset, tamen coactus voluit: uti ex Naturæ fontibus id explicavit JCtus *in l. 21. in fin. ff. Quod met. caus.* Idque in tantum verissimum est, ut metus voluntatem quoque augeat, non minuat: eo enim enixius vult quo majus ex vi periculum est, uti plenius exposuimus *in Diss, de Jure pæn. in contr. Sect. 1.*

Hoc ordine & jure usus est Cæsar, qui a piratis captus, 50. talenta, quæ promiserat, iis solvit, at liber, eos in continenti persecutus, cepit superatos, & cruci suffixit, quam, etiam dum in eorum custodia & potestate adhuc fuit, ipse quasi per jocum iis minatus dicitur, uti factum referunt *Sueton. in Cæs. c. 4. & cap 47. Plutarch. in vita Cæs. c. 2. Vell. Paterc. Histor. lib. 21. cap 42.*

Atque cum hac naturæ ratione plenius consentit disciplina juris Romani, quo contractus metu initos jure subsistere, & valere constat, §. 1. *verb. palam est, jure civili te obligatum esse. Inst. de Except. Leg. pen. C. de Inut. stipul.* Vis autem vindicatur ex publicis legibus de vi, aliisve. Igitur compulsus a prædone ei tenetur ex stipulatione ad præstandum promissa; sed postulat eum delicti ad restituendum damnum, & ad pœnam, eoque omne id, quod propter vim sibi abest, vindicat

Paulo aliter comparata est tractatio doli, propter ejus naturam specialem; at rationes conveniunt; uti, si non vi compulsus, sed dolo deceptus stipulanti promiseris. Cum enim dolus errorem contineat, qui, contra ac metus, voluntatem & consensum excludit, *L. 15. ff. de Jurisdict. & simil.* sequitur, si error iste totum negotium pervaserit, adeoque in nulla re consensus fuerit, uti, si in corpore erratum sit, *l. 9. princ. ff. de contrah. emt. & fin.* promissionem nullam esse, quia voluntas & consensus deficit, quod vitium est in actu promissionis, quæ sine consensu nulla est. At, si error toti negotio non insit, sed consensum in aliqua re, vel parte fuerit, subsistit negotium, etiam jure civili, regulariter, & teneris inde, licet deceptus, rem præstare, sed vicissim dolum ac injuriam vindicare potes. Quæ eadem juris civilis, ac naturæ ratio est.

Quid vero hic Prætor mutavit? non rem, sed modum: neque in deterius, sed melius: nam has, & iuris & Naturæ ambages, magna utilitate & prudentia, ac duplici præclaro compendio præcidit. *Primum* est, ut sive coactus, sive dolo, vel

erore

§. VII.

1 De eo quod metu fit non min .s implicita tractatio est [b] nam & hic distingui solet inter metum gravem absolute, vel [c] ratione habita personæ metuentis, [d] & levem; [e] illatum juste & injuste; [f] ab eo cui promittur, vel ab alio; item [g] inter actus liberales & onerosos: & pro his diversitatibus [h] alii actus dicuntur irriti, [i] alii ad arbitrium promittentis revocabiles, [k] alii in integrum restituendi: non sine magna sententiarum varietate circa hæc singula.

2 Ego

errore deceptus quid promiseris, non necesse sit fidem ante præstare, & tum vindicare injuriam; sed uno judicio res conficitur; & negotium, etsi jure validum, in pœnam & vindictam vis aut doli rescinditur: quo facto pensatur quod tu ex promisso debes, cum eo quod alter ex delicto, atque ita pensatione utrique causæ satisfactum intelligitur, & tam te solvisse promissum alteri, quia, quod vicissim tibi præstare debuit retinet, quam illum tibi damni injuriam, quia ille perdit, & tu retines quod promissum fuerat; ita tamen, ut alter ille aliis pœnis publicis obnoxius ob crimen maneat.

Alterum, quod ex priore fluit, compendium est, ut, si stipulator prædo, seu fraudator, ipse ex stipulatione violenta, & fraudulentia agere ausit, exceptione repelli possit, *tot. tit. ff. de dol. mal. & met. except.* ex aurea illa regula: *Cui datur actio, ei magis quoque exceptio. l. 156. §. 1. ff. de Reg. Jur.* eademque hic, quæ in actione, vertitur quasi compensationis ratio & æquitas, & eadem utrobique est vis ac potestas, ut patebit perpendenti.

Unde vel juvanda vel emendanda est ratio Ciceronis, qui *lib. 3. de Offic. in med.* refert, Pythium, ut magni venderet hortulos C. Canio equiti Romano Syracusis, manum piscatorum convocasse, qui ante hortos, magno cymbarum numero piscati, afferrent pisces in hortos ad pedes ipsius. Qua fraude illectus Canius emit cupide, asserente Pythio, id solenne & aquationem ibi esse. At postridie comperit; se turpissime elusum fuisse. *Stomachari*, ait Cicero, *Canius, sed quid faceret? Nondum enim Aquilius pertulerat de dolo malo formulas.* Quasi impunis fraus & dolus fuerit: Id vero contra est. Utique enim puniri tanta fraus potuit. Verum, id cordi non erat Canio, sed doluit illi jactura amœnitatis spectatæ; nec tamen rescindi potuit contractus actione civili de dolo malo, (quam everticulum malitiarum omnium dicit. Cic. *lib. 3. de Nat. Deor. prope fin.*) nondum a Prætore constituta. Valuit igitur tum contractus, non obstante dolo, sed doli vindicta salva. Quin & damnum dolo datum, seu id quod interest, videtur repeti potuisse: sed rescindi contractus non potuit, quod deinceps Prætor Aquilius induxit, *Cic. de loc.* & exceptionem doli Cassius *l. 4. §. pen. ff. de Dol. mal. except.*

Quod si vero talis sit turpis causa, ex qua damnum aliquod vindicari, aut quicquam repeti non possit: v. gr. ut nemini benefaciat? Enim vero ea nihil huc pertinere, nec quicquam obstare, patebit *infra*

b „b) (NAM ET HIC DISTINGUI SOLET INTER „METUM GRAVEM ABSOLUTE:) Metus gravis ab„solute est qui in constantem virum cadit, qualis „est, mortis, stupri, amissionis bonorum. &c. *L.* „*3. §. 1. quod met. c. l. 3 ex quib. caus. maj. l. 8.* „*§ 2 c. 2. X. Quod met. caus Laut. comp. p. 76.*

„c) (VEL RATIONE HABITA PERSONÆ ME„TUENTIS:) Metus enim gravis aliquando esse „potest in fœmina, qui talis non foret in masculo: „hic metus igitur gravis est non absolute, sed in„tuitu personæ cui infertur.

„d) (ET LEVEM:) Quo pertinet metus vexatio„nis, minæ verbales, quæ capitales non sunt, me„tus reverentialis. &c. *Laut. f. 76.*

„e) (ILLATUM JUSTE, ET INJUSTE:) Metus „justus est qui infertur ab eo qui jus metum infe„rendi habet, qualis est is qui a magistratu infer„tur, jure honoris quem sustinet. *l. 3. § 1. Quod* „*met. c.* plerumque autem metus injustus est. *d. l.* „*3. §. 1. l. 21. pr. Eod.*

„f) (AB EO CUI PROMITTITUR, VEL AB ALIO:) „De qua differentia vide Ulpianum in *l. 14. § 1.* „*Quod met. caus.* Effectus est, quod utroque casu „rescindatur contractus, etsi alius, contrahente in„scio, metum intulerit. At in eo differunt quod „si res perit is ad quem ea bona fide pervenit non „teneatur, secus si metus ab ipso possessore incus„sus est. *d. l. 14.*

„g) (INTER ACTUS LIBERALES ET ONEROSOS:) „i. e. Si is qui coactus promisit inde lucratur, „non rescinditur negotium, sed tunc demum si „negotium ipsi est onerosum, i. e. si læsus sit. „*l. 12. in f. ff. Quod met c. Laut. f. 77.*

„h) (ALII ACTUS DICUNTUR IRRITI:) Ipso „jure nulla sunt metu contracta matrimonia, *c. 15.* „*in f. X. de Sponf.* manumissio, *l. 9. pr, l. 16. qui* „*et a quib. man.* dotis promissio. *l. 21. §. 3. Quod* „*met. c, &c. Laut. p. 77.*

„i) (ALII AD ARBITRIUM PROMITTENTIS RE„VOCABILES:) i. e. Ut valeat negotium si pro„mittens velit: quod verum omnino est, quia al„ter non potest, allegando propriam turpitudinem, „opponere negotium metu esse contractum.

„k) (ALII IN INTEGRUM RESTITUENDI:) Vel „per

Sylv. verb. metus q. 8. 2. Ego omnino illorum accedo sententiæ, qui existimant, [l] seposita lege civili, quæ obligationem potest tollere aut minuere, [m] eum qui metu promisit aliquid, obligari: [n] quia consensus hic adfuit, [o] nec conditionalis ut modo in errante dicebamus, sed absolutus. *Eth. Nic. III. c. 1.* Nam ut recte ab [p] Aristotele traditum est, qui naufragii metu [q] res suas jactat, [r] vellet res servare sub conditione, si naufragium non immineret, [s] at absolute vult res perdere, spectata scilicet temporis ac loci circumstantia.

Sylv. verb. restitutio 2. dict. 7. Navar. c. 17. n. 15. & c. 22. n. 51. §. 7. Covar. ad reg. pec. casum. q. 2. §. 3. n. 7. Sed illud simul verissimum censeo, si is cui promittitur metum intulerit [t] non justum, [u] sed injustum, quamvis levem, atque inde secuta sit promissio, [v] eum teneri ad liberandum promissorem si promissor velit, [w] non quod inefficax fuerit promissio, [x] sed ob damnum injuria

„per exceptionem, vel per actionem quod metus „causa; *Laut.* 77.

„*l*) (SEPOSITA LEGE CIVILI, QUÆ OBLIGATIONEM POTEST TOLLERE AUT MINUERE:) Quasi „jure civili Romano promissio metu facta nulla „sit: Contrarium in præcedentibus satis probatum „est. Adde *jus meum controv. Tit. Quod metus* „*causâ*.

„Obstat *l.* 116. *pr. Reg. jur.* ubi asseritur, con„sensui in negotiis bonæ fidei nihil magis contra„rium esse quam vim & metum. *l.* 8. *l.* 10. *ff. Resc.* „*vend.* Resp. Postquam ICti Romani contractus di„stinxere in contractus bonæ fidei & stricti juris, „atque priorum substantiam non in solo consensu, „sed præterea in *bona fide* constituerunt, necessa„rio inde sequitur, quicquid contra *bonam fidem* „fit, pugnare cum essentia contractui, huncque esse „ipso jure nullum. Atque hæc vera ratio est, cur „*dolus* causam dans contractui *bonæ fidei*, nec non „*metus* ac *vis*, ejusmodi contractus irritos reddat, „secus ac in contractibus *stricti juris*, ubi solus „consensus inspicitur: Hæc ergo differentia ex lege „civili oritur: Jure naturæ enim diximus vim & „metum nec negotia bonæ fidei irrita reddere.

„*m*) (EUM QUI METU PROMISIT ALIQUID, „OBLIGARI:) Quia pro præsenti rerum statu de„cernit & vult, etsi forte, si liberum fuisset, noluis„set. *l.* 21. §. 4. *Quod. met. c.*

„*n*) (QUIA CONSENSUS HIC ADFUIT:) Volun„tas enim æque, quin magis movetur necessitate, „quam voluptate &c.

„*o*) (NEC CONDITIONALIS UT MODO IN ER„RANTE DICEBAMUS:) Imo in errante plane „non est consensus in negotium de quo agitur; „nec conditionalis: adeoque nullum est ne„gotium, non quia deficit conditio, quæ adjecta „non est, sed quia ignorans non consentit: *Vide* „*§. præced. n. 2.*

„*p*) (ARISTOTELES:) *Ethic. Nic.* 3. *c.* 1.

„*q*) (RES SUAS JACTAT:) Navis levandæ causa „*l.* 5. *ff. pro derel. §. fin. Inst. Rer. div.*

„*r*) (VELLET RES SERVARE SUB CONDITIONE „SI NAUFRAGIUM NON IMMINERET:) Impropria „hæc est locutio, neque enim apud Aristotelem inveni„tur: verba ejus hæc sunt: *idem contingit & in jactu*„*ris, quæ fiunt tempestatibus orientibus, omnino* „*enim libens nemo jactat: salutis autem suæ, ac* „*cæterorum causa, omnes qui quidem sana mente* „*sint*. Nihil hic de conditione additur utpote, quæ sup„ponit orationem disponentis, qua aliquid suspen„ditur in futurum eventum: qualis hic non appa„ret: sensus ergo est, velle eum res suas servare si „liberum esset.

„*s*) (AT ABSOLUTE VULT RES PERDERE, SPE„CTATA SCILICET LOCI AC TEMPORIS CIRCUM„STANTIA:) Nervose Paulus eandem rationem „affert in hærede qui coactus adit, *etsi enim*, ait, „*si liberum esset noluisset, tamen coactus voluit. l.* „*21. §. 5. Quod met. c.* & Celsus statuit, valere „matrimonium patre cogente initum, *etsi enim* „*eam ducturus non fuisset, contraxit tamen ma*„*trimonium, adeoque maluisse videtur. L. 22. ff.* „*Rit nupt.*

„*t*) (NON JUSTUM:) Justum autem dixi esse qui „a magistratu infertur. *l.* 12. *in f. Quod met. c.*

„*u*) (SED INJUSTUM, QUAMVIS LEVEM:) Quid „sit injustus metus, & quis sit levis, supra jam ex„plicavimus. *Vid. l.* 3. *l.* 5. *l.* 6. *Quod met. c.*

„*v*) (EUM TENERI AD LIBERANDUM PROMIS„SOREM, SI PROMISSOR VELIT:) Imo hoc nec „jure naturæ nec jure civili verum est: Utroque „jure is qui metum intulit compellere alterum „potest ut promissis stet, neque ulla actio pro„missori datur ad se liberandum, quia vere contra„xit, atque ita disposuit. Sane Prætor demum, „ad evitandas ambages duplicis actionis, duorum„que judiciorum, invenit hoc medium ut adigi „cogens possit ad liberandum promissorem, „data ei qui coactus est actione *quod metus causa*, „per quam rescindit negotium metu gestum: *Vid.* „*supr. lit. a.*

„*w*) (NON QUOD INEFFICAX FUERIT PROMIS„SIO:) Si efficax fuit promissio cum effectu inde „agi potest, & alter tenetur implere.

„*x*)(SED OB DAMNUM INJURIA DATUM:) Au„thor

injuria datum, y quod quam habeat exceptionem ex jure gentium, z infra ſuo loco explicabitur.

3. Quod vero aa quidam actus reſcinduntur ob metum ab alio incuſſum quam quicum actum eſt, ex lege eſt civili, bb quæ ſæpe etiam actus libere factos ob judicii infirmitatem, aut irritos facit cc aut revocabiles. dd Quæ autem de legum civilium vi atque efficacia ſupra diximus, eadem hic volumus haberi repetita. At quæ ad promiſſiones firmandas vis ſit jurisjurandi, ee infra videbimus. L.14.§.3 D. quod met. cauſ

§. VIII.

1. a Materiam promiſſi quod attinet, b eam oportet eſſe, aut eſſe poſſe in jure promittentis, ut promiſſum ſit efficax. Quare primum c non valent promiſſa facti per ſe illiciti, quia ad illa nemo jus habet,

„thor confundit duos actus, (1) cogentis & (2) „promittentis: ille actus illicitus eſt, & ex eo da„tur actio ei qui coactus eſt, ad reparationem „damni ex metu illo ac vi dati: hic actus licitus „eſt, ex quo coactus pleniſſime obligatur, neque „ulla exceptione metus liberare ſe a ſolutione pot„eſt: Prætor demum id permiſit.

„y) (QUOD QUAM HABEAT EXCEPTIONEM EX „JURE GENTIUM:) Author fingit, jure Gentium ſe„cundario in bello ſolenni (i. e. quod publice in„dictum eſt & utrinque a ſumma poteſtate geritur) „gentes inter ſe conſtituiſſe, ut metus pro juſto „habeatur, ad eum effectum, ut quod hoſtes invi„cem vi metuque promittunt ſervari debeat: At „id tantum verum eſſe putat quoad effectus externos, „nimirum quoad impunitatem, & quoad acquiſi„tionem dominii externi. Quod ſyſtema examina„vimus & refutavimus in *Differtat. proem.* IX. §. 63. „*ſeq.* & §. 168. Sane vis hoſtilis etiam Jure naturæ lici„ta eſt, adeoque pacta cum hoſte inita ſemper ſubſi„ſtunt; quia de juſtitia cauſæ nulla ratione con„ſtare, adeoque nec de vi ac metu queri poteſt „is qui hoſti aliquid promiſit.

z) (Grot.) (INFRA SUO LOCO EXPLICABITUR:) Hoc libro, Tit. XVII. §. 19. & libro III. c: XIX. § 11.

aa) (Grot.) (QUIDAM ACTUS RESCINDUNTUR OB METUM AB ALIO INCUSSUM QUAM QUICUM ACTUM EST:) Seneca naturam ſecutus libro IV. controverſiarum, controverſia XXXII. *Ita reſcinditur quæ per vim & neceſſitatem geſta ſunt, ſi vis & neceſſitas a paciſcente adhibita eſt. Nihil enim, inquit, mea, an tu cogeris, ſi non a me cogeris. Meam culpam oportet eſſe, ut mea pœna ſit.* confert quæ infra libro III, c. XIX. §. 4

ADDITIO.

„Diximus, Jure naturæ æque ac jure civili eum, „qui metu aliquid promiſit, teneri ad implendum, „nec reſcindi hunc actum, in quem, etſi coactus, „conſentit, ulla ratione poſſe; at coactum ob in„juriam ad reparationem agere poſſe: multo minus „igitur is, qui coactus dedit, actionem habet contra „tertium poſſeſſorem, ad quem, cum conſcius non „ſit violentiæ, res illa pervenit:

„At Prætor, qui omne damnum ex metu or„tum reparari vult, dat actionem etiam contra „tertium ad quem aliquid pervenit: Rationem ad„dit Ulpianus in *L.* 14. §. 5. *Quod met. c. ne me„tus, quem quis paſſus eſt, ei captioſus ſit*: & mox, „*nam in alterius præmium verti alienum metum „non oportet.* Atque hinc actio quod metus cauſa „dicitur in rem ſcripta, *l.* 9. §. 8. *Quod met. cauſ.* „quod ex mero jure civili eſt.

„bb) (QUÆ SÆPE ACTUS LIBERE FACTOS OB JUDICII „INFIRMITATEM, AUT IRRITOS FACIT:) Ita enim „promiſſio uxoris irrita fit per SCtum Vellejanum. „*Laut. comp. pag.* 267.

„cc) (AUT REVOCABILES:) Scilicet mediante „reſtitutione in integrum: quo pertinent promiſ„ſa minorum &c, *tot. tit. ff. de Minoribus.*

„dd) (QUÆ AUTEM DE LEGUM CIVILIUM VI „ATQUE EFFICACIA SUPRA DIXIMUS:) Scilicet §. V. „n. 2. ubi dixit, leges civiles in locis ubi obtinent „ſervare, naturale eſſe: de quo alibi.

„ee) (INFRA VIDEBIMUS:) *Vid. c.* 13. §. 15.

„a) (MATERIAM PROMISSI QUOD ATTINET:) „i. e. Objectum de quo paciſcuntur partes.

b) (EAM OPORTET ESSE POSSE IN JURE PROMITTENTIS:) Hoc eſt quod ſupra §. 1. *prop.* VI. diximus, ad juſtam diſpoſitionem requiri *juſtam facultatem*, i. e. ut res in poteſtate noſtra ſit: ceſſante igitur hac facultate diſpoſitio nulla eſt. Sed & ſi non ſit in poteſtate, modo tamen eſſe poſſit, itidem valet promiſſio; uti ſi res aliena promittatur. Secus ergo ſi res quæ promittitur impoſſibilis ſit, ibi enim facultas in perpetuum ceſſat.

c) (NON VALENT PROMISSA FACTI PER SE ILLICITI, QUIA AD ILLA NEMO JUS HABET, NEC POTEST HABERE:) Hinc ſi quis alii promittit ſe homicidium perpetraturum, adulterium commiſſurum, &c. promiſſio nulla eſt; quia homicidia & adulteria non ſunt in jure & poteſtate, ſeu in facultate morali promittentis, adeoque diſponeret de jure lege prohibito: Atque hinc regula naturæ eſt,

quod

Plutarch. Apophthegm. Lacon. pag. 208. C.

bet, nec poteſt habere [d] At promiſſio, [e] ut ſupra diximus vim accipit ex jure promittentis, nec ultra extenditur. [f] Ageſilaus de promiſſo interpellatus reſpondit: ναὶ δῆτα, εἰ δέ ἐςι δίκαιον, εἰ δὲ μὴ, ἔλεξα μὲν, ὡμολόγησα δὲ ὔ *bene, ſi juſtum eſt: ſin minus, dixi tantum, non & promiſi.*

2 Quod ſi res nunc non ſit in poteſtate promittentis, ſed eſſe aliquando poſſit, [g] erit in pendenti efficacia: quia tum promiſſio [h] facta cenſeri debet ſub conditione, ſi res in poteſtatem venerit. [i] Quod ſi conditio, qua res in poteſtatem promiſſoris venire poſſit, ipſa quoque ſit poteſtativa, tenebitur promiſſor facere quidquid moraliter æquum eſt ut ea impleatur.

3. [k] Sed in hoc quoque genere lex civilis utilitatis cauſa [l] multa irrita ſolet facere, quæ naturaliter obligarent: [m] ut promiſſum futuri

quod ea quæ contra bonos mores (per mores autem intelligunt JCti Romani naturæ jura. Vide *Diſſ. prooem. XII. §.39*).ſunt,nec facere nos poſſe credendum ſit: *L. 15. Cond. inſt.*

d) (AT PROMISSIO VIM ACCIPIT EX JURE PROMITTENTIS, NEC ULTRA EXTENDITUR:) Nam intra terminos demum legitimæ facultatis, adeoque quatenus de ſuo jure diſponit, diſpoſitio valet. *Poſ. 6.* Si ergo ipſe promittens jus non habet, nec in alterum id transferre poterit.

„*e*) (UT SUPRA DIXIMUS:) Nam Author § 4. „ad perfectam promiſſionem requiſivit, ut tale ac„cedat ſignum volendi jus proprium in alterum „transferre.

f) (AGESILAUS:) Apud *Plutb. in Ageſil.*

g) (ERIT IN PENDENTI EFFICACIA:) Imo tota diſpoſitio nulla eſt: nec convaleſcit, etſi poſtea in ejus poteſtatem veniat. Non enim valet ex tempore promiſſionis, quia facultas ceſſat, res non eſt in ejus poteſtate & jure, quod ergo non habet in alterum transferre nequit; neque ex tempore quo res in ejus poteſtatem venit, quia tunc non diſpoſuit: prior ergo diſpoſitio non valet, alia autem non eſt:

Secus ſi additur pacto conditio, *ubi ſua futura ſit*, adeoque ſi de jure quod in poteſtate ejus eſt diſponit, talis enim promiſſio valet. Aliquando hæc conditio ineſt ex natura rei, ſi ſcl. de jure meo diſpono, ſed quod ſua natura ab eventu dependet; v. g. Si promitto fructus naſcituros; hi enim fructus, quandocunque naſcuntur, ex re mea ſunt, adeoque valet diſpoſitio, quippe de re mea, etſi executio differatur usque dum naſcuntur.

h) (FACTA CENSERI DEBET SUB CONDITIONE, SI RES IN POTESTATEM VENERIT:) Hæc conditio ex natura rei non ineſt omni pacto, ſed certis ſaltem caſibus. *Vid. lit. prae.*

Atque ex his apparet jure Naturæ non valere diſpoſitionem *de re aliena*: quia jure naturæ diſpoſitio de re tribuit jus in rem ipſam, cum vero jus in re aliena nullum habeam, transferre pacto id quod meum non eſt in alium non poſſum:

Jus Romanum mutavit jus naturæ, ſtatuitque ut ex promiſſione rei ſaltem perſona obligetur, atque ex eo principio valet pactum de re aliena idque ob ſummam utilitatem, ne immata poſſeſſione eluderetur actio: Hinc lex fingit obligationem inter perſonas, ut promittens teneatur etſi rem non habeat, *Conf. Diſſ. prooem. X. §. 11. lit. b.*

ADDITIO.

„Supra diximus, ex *promiſſione rei* jure naturæ non „acquiri jus in rem ipſam, utpote quod non niſi tra„ditione fit: *Vid. §. 1. Prop. X* ſola igitur perſona ob„ligatur ad rem præſtandam, vel ſi præſtare rem non „poſſit, uti ſi aliena eſt, ad id quod intereſt; Hinc „merito jus Romanum ſtatuit, *promiſſiones de re* „*aliena* validas eſſe, quia res ipſa non eſt in obli„gatione, neque id agitur; ſed perſona, quæ pro„miſit, ex ſua diſpoſitione obligatur ad rem præ„ſtandam, vel ad id quod tantundem eſt.

i) (QUOD SI CONDITIO &c. IPSA QUOQUE SIT POTESTATIVA, TENEBITUR PROMISSOR FACERE QUICQUID MORALITER ÆQUUM EST:) Imo nulla hic ſubeſt obligatio, utpote quæ hoc modo in arbitrium promiſſoris eſt collata. *l. 13. C. contr. emt.* Si proinde alicui promitto 100 ſi capitolium aſcendero, nulla eſt obligatio antequam capitolium aſcendam; obligatio enim eſt vinculum juris quo quis adſtringitur aliquid facere vel præſtare; totum hoc vinculum ceſſat ubi arbitrio meo res relinquitur: nec jus hactenus ea diſpoſitione translatum in alterum videtur.

„*k*) (SED IN HOC QUOQUE GENERE:) Jus „enim civile etiam quædam mutaſſe circa promiſſa „minorum, §. 5. *n.* 2. circa promiſſa ex errore, „§. 6. *n.* 1. & metu, §. 7. *n.* 3. ſuis locis vidimus.

„*l*) (MULTA IRRITA FACERE SOLET QUÆ NA„TURALITER OBLIGARENT:) Jus civile enim ali„quid addit vel detrahit juri naturæ. *l. 6. ff. juſt.* „*& jur.*

„*m*) (UT PROMISSIO FUTURI MATRIMONII FACTUM.

ri matrimonii factum ab eo eave qui conjugem nunc habeat, [n] & non pauca quæ a minoribus, [o] aut filiis familiarum fiunt.

§. IX.

[a] Quæri hic solet, [b] an promissio facta ob causam naturaliter vitio-

„FACTUM AB EO EAVE QUI CONJUGEM NUNC „HABEAT:) Jure naturæ hæc promissio valet, „quia partes disponunt saltem eventualiter, adeo„que de jure futuro, & sic in casum ubi res in „eorum potestate est: At leges civiles ob votum „captandæ mortis improbarunt tale pactum.

„n) (ET NON PAUCA QUÆ A MINORIBUS:) „His enim leges civiles ob lubricum ætatis suc„currunt, adeo ut, si curatorem habeant, omnes „eorum actus ipso jure nulli sint. *Vid. supr. §.5.n.2.*

„o) (AUT FILIIS FAMILIARUM:) Leges Ro„manæ irritum reddunt contractum filii, ob me„tum insidiarum quas filii obærati parentibus struere „possent: Atque huc quoque pertinent pacta de „quota litis; de re litigiosa. &c.

a) (QUÆRI HIC SOLET:) Author in præcedenti §. examinavit quæstionem, an valeat promissio rei illicitæ, v. g. *Si promitto tibi me homicidium perpetraturum:* & recte negavit, quia id in ejus potestate non est: At alia quæstio nunc sequitur, *an scl. valeat promissio quæ fit ob turpem causam,* v.g. *Si promitto tibi* 100 *ut furtum facias:* Author ait, *ipsam promissionem* hoc casu vitiosam esse, adeoque eam impleri non debere, sed crimine perpetrato, obligationis vim exseri quæ ab accedente vitio fuit impedita: At verius est *causam* saltem esse vitiosam, non *ipsam promissionem:* Author igitur confundit hic duo negotia diversissima, (1) *promissionem,* qua quis promittit se 100 daturum; hoc negotium omni jure valet, quia est in potestate promittentis, & is hactenus disponit intra fines facultatis a natura sibi concessæ: (2) *causam* sub qua promittitur, nimirum *ut alter furtum faciat;* hæc non valet, quia causa hac non est in promittentium potestate, & sic disponerent de jure alieno.

Effectus hic est, quod is qui injustam causam promisit, non possit obligari ad implendum pactum, quia res non est in ejus jure & facultate; At si implevit promissum, adeoque a sua parte factum hoc illicitum perfecit, quæritur an 100. quæ ei promissa sunt petere possit? quod merito affirmamus, nam hæc promissio licita est, quia promittens de re sua disposuit, & jus in alterum transtulit sub certa lege, quæ exstitit.

At uterque paciscentium non tantum ei cui furtum factum est tenetur ad reparationem damni, sed & magistratui ad pœnam. Jure civili igitur in pœnam id quod ex licita tali promissione (quæ ob injustam causam facta erat) debetur, auferri, & is qui 100. promissa petit repelli exceptione doli potest: At si solvit, condicere ea non poterit, quia in pari causa melior est conditio possidentis:

Eadem ratio obtinet, si quis promittit rem, non quidem *illicitam*, sed quæ cum perfectione pugnat, uti *si quis promittit se nemini hominum benefacturum:* Hæc promissio nulla est, cum enim omnis obligatio descendat ex voluntate Creatoris, qui vult fidem datam servari, pugnaret cum perfectione Creatoris, si aliquem obligari vellet ex actione imperfecta Vid. *Pos. IV. n.* 5. Idque confirmatur exemplo voti, quo quis id quod benefecerit Korban, i. e. Deo dicatum esse vult, quod votum ipse servator nullum declarat. *Vid. infra c. 13. §. 7.*

„Neque *obstat* quod alibi asserimus, virtutem exercere rem arbitrii esse, indeque homines citra injuriam ea promittere posse quæ cum perfectione pugnant; nulla igitur ratio dari posse videtur, cur non præstare teneatur promissor id quod in ejus arbitrio positum est. Resp. Etsi in nostra potestate sit virtutes negligere, non tamen ad id se obligare, nec alius actionem exinde acquirere potest, quia obligatio uti diximus ex voluntate divina oritur, cum qua maxime pugnat voluntas virtutem non exercendi; cui non potest non displicere ejusmodi promissio: Præterea, ejus cui tale quid promittitur non interest: si enim promissor contra pactum virtutum actus peragit, alteri hoc facto nihil abest, jus ejus non minuitur. Et licet forte is, contra quem cautum est ne bene ei fiat, inimicus alterius sit, & hactenus interesse videatur, recte respondet Papinianus in *l. 6. l. 7. serv. export. non dari tale jus a natura concessum impedire beneficia.*

At si non ipsa *promissio* turpis sit, sed *causa* saltem ob quam promittitur, v. g. si Sejo 100 promitto ne Cajo beneficiat: hoc casu si Sejus a sua parte implet promissum, si Cajo non benefacit, petere omnino 100 potest, & ex dispositione teneor 100 illa Sejo solvere, ex rationibus in priori casu allegatis.

ADDITIO.

„B. Parens mutavit hanc sententiam in dispu„tatione *de voto captandæ mortis sect. 2. §.* 16. „seq. statuitque, promissionem ob causam injustam „vel turpem illicitam, eoque nullam esse, neque „alteri jus agendi inde competere, & jure civili „demum causam a promissione distingui &c. Ver„ba hæc sunt.

Superest, ut eximatur scrupulus, qui *supra §.12.* hæsit ex promissione ob turpem causam: ea enim huic quæstioni vicinior & adjunctior videtur, & rei totæ illustrandæ plurimum conducit. Inprimis itaque notandum est, aliud esse promissionem turpem, cum quis ipsum turpe factum promittit, v.

gr *se nemini benefacturum*, seu, *se hominem occisurum, &c.* quod jure nullum & impossibile est, *l. 26 ff. de verb. obl. l. 15. ff. de Cond. inst.* atque haec una saltem causa, metumque delictum est. Aliud promissionem ob turpem causam, scilicet, *se 100 tibi daturum, ut nemini benefacias: vel ut hominem occidas.* Hae duae iterum distinctae causae videntur, *primo*, promissio 100. quae de suo promittere potuit, idque omni jure licitum est: *Deinde* turpis causa, v. g. occidere hominem. Cum igitur hic, ut in metu & dolo, duplex causa sit, videtur pariter dicendum valere promissionem, nec ei inesse vitium, sed causam turpem inde distinctam & separatam esse.

Verum id ideo hic secus est, quia turpis causa in ipsam quoque promissionem venit, eaque una comprehensa fuit, hoc modo: *Promitto tibi 100. ut Sejum occidas.* Etsi igitur distinctae sint promissio 100, & turpis causa, tamen hic copulatae sunt in ipsam conventionem, & causa ista ipsius promissionis pars ac modus est, eique legem dat.

Hujus vero rationis consequens est, ex hac promissione nihil deberi, quia tota promissio turpis ac illicita est, quasi una causa esset. Non enim promisit 100. pure, ut in exemplis metus ac doli *sup.* §. 5. *& seq.* Sed ea lege, ut occidas hominem; id vero in potestate hominum non est promittere vel stipulari, totumque adeo pactum turpe ac nullum est, ex quo peti nequit, sive impleveris causam, sive non impleveris; quo casu ideo quoque petere nequis 100. quia alia lege illa promissa non sunt, quam ut quid praestes.

Sed nec solutum retineri potest quod sine justa causa penes te est. *l. 6. ff. de Cond. ob turp. Caus.* Reliquum igitur est, naturali ratione ad fiscum pertinere quod nullius esse potest. Etsi enim causa saltem sit vitium morale, v. g. ut nemini benefacias, cujus non est talis poena qua quis suo privetur; nefas tamen est lucrum quoque inde retinere, & sceleris sui praemium capere. Id ergo extorquendum est. *l. 5. pr. ff. de Calumn. l. 134. pr. ff. de Reg. Jur.*

At jure communi haec ratio naturae paululum immutata est, & promissio, quasi distinctis hic quoque, ut in metu & dolo, causis, jure subsistit, sed ob turpem causam exceptione eliditur, *l. pen. ff. de Cond. ob turp. caus.* quod effectu fere idem est. Si vero solutum sit, manet accipientis, nec cedit fisco; sine dubio quia tantum hic de actione civili quaeritur, non de poena fisci. Unde plurimi sentiunt accipienti id extorquendum esse a fisco, *Lanterb. ad tit. de Cond. ob turp. caus.* eoque jus naturae restituunt: neque id improbatum est lege civili, *per* §. 19. *supra.*

Cum vero causa turpis non semper sit communis utrique parti, sed saepe haereat in unius persona, certum videtur, si in persona solius accipientis, (v. g. si quis tibi 100. promiserit, ne injuriam alii faceres,) nec Te petere posse ex turpi tua causa, obstante saltem exceptione; & si solutum sit, damum condicere posse. *l. 2. ff. de Cond. ob turp. caus.* Qua proinde in re naturalia & civilia jura effectu consonant.

Id autem mirum videtur, cum dans jus suum sciens transtulerit in alterum, cur repetere possit quo semel se ipse sciens abdicavit. *arg. §. 14. de Reg. div. l. 53. ff. de reg. jur.* Sed nondum est, etsi condictiones sint juris gentium, *l. 25. in fin. ff. Rer. amot.* id tamen in iis civile esse, quod dominium transeat etsi justa causa non sit, *l. 1. §. pen. & ult. ff. de Condict. sin. caus.* contra regulas naturae *in l. 20. ff. de Acq. rer. dom. l. 31. ff. de Reb. cred. arg. l. 6. ff. de Cond. ob turp. caus.* Idque iterum prudenti consilio; quia melius & expeditius visum translato dominio in personam ejusque haeredes agere, quam non translato, rem sequi: uti in pluribus aliis causis id factum, quod nunc exequi non est hujus loci. Igitur uti jure naturae ne transit quidem dominium, ita jure civili, etsi transeat, tamen condicitur. *d. l. 6.* Et hic ergo jura conveniunt, & utroque manet jus innocenti salvum.

Quid vero econtrario, si turpitudinis nota tantum adhaereret personae promittentis? Cujus exemplum in jure vix occurrit nisi in meretrice, quod & ipsum ex tolerantia juris civilis magis profectum videtur. *l. 4. §. 3. ff. de Cond. ob turp. caus.* Consequens igitur est id peti quoque posse, nec, si solutum sit condici. Et hoc quoque casu conspirat ratio naturae ac civilis. Etenim si is cui promissa est pecunia innocens est, & jure accipere potest, nihil obstat quo minus & petere possit; nec ei qui turpiter dedit competet exceptio, nedum, ut solutum repetere possit. Non enim turpitudo ipsius ipsi prodesse debet sive ad exceptionem sive ad actionem. *l. 12. §. 1. l. 14. §. 3. ff. de Furt. l. 134. pr. ff. Reg. jur.* Et cum in illa specie condicere non possit cum utriusque est turpitudo, multo minus poterit cum solus ille nocens est, alter innocens; ne innocentis conditio deterior fiat quam nocentis, aut hujus quam illius melior. *arg. d. l. 114. pr.*

Quid vero sentiendum de exemplo meretricis, & ratione JCti *in l 4. §. pen. ff. Cond. turp. caus.* nunc in medio relinquimus, etsi ratione civili saltem spectata plana sit. Certe, Judas, cum nurum suam, cum qua consueverat, meretricem fuisse crederet, infame putavit promissum ei non solvere; & illicitum pignora quae dederat repetere, nisi praestito quod spoponderat. *Gen 38. vers. 15. & seq.*

„*Hucusque B. Parens:* Si dicendum quod res est, „magis mihi arridet prior B. Parentis sententia, „valere scl. pactum ob injustam vel turpem causam „initum, etiam naturali jure; & jus agendi competere ei qui implevit causam, ut ut vitiosam.

„Si quis igitur 100 alii promittit *ut hominem* „*occidat*, pactum hoc validum est ex parte *promit-* „*tentis*, qui de sua re disponit; pecuniam enim „suam promittit ei qui hominem occisurus est. „promittens igitur non turpiter facit quod „suam pecuniam alii *promittit*, (id enim licitum „est) sed quod promittit ex *vitiosa causa:* Qui „actus plane separati sunt.

„Neque *obstat* quod tamen per promissionem il„lam ansam det malefaciendi. Resp. Supponimus „crimen perpetratum esse, nam ante jus agendi „non habet; nihil igitur in obligatione est quam „100; haec dispositio per se licita est, quod vero causa

tiosam ipsa natura valeat, ut [c] si quid promittatur homicidii perpetran-

,,causa fuerit vitiosa, id eum *promissione* nihil
,,commune habet, potuisset enim occidere etiam
,,citra illam promissionem.

,,Evidenter hoc jus naturæ probatur exemplo
,,Judæ, qui Thamari promiserat hædum, ut stu-
,,prum pateretur. Crimine perpetrato, adeo se
,,obligatum ex pacto credidit stuprator, ut, cum
,,nuncius, non reperta meretrice, rediisset, pro
,,testatus sit, per eum non stetisse quo minus mer-
,,cedem promissam solverit, neque ideo se perfi-
,,diæ argui posse: Neque allegari potest Judam
,,pretium misisse ea intentione ut pignora redime-
,,ret; obstat enim ratio quam Juda allegat. *Ha-*
,,*beat sibi, certe mendacii nos arguere non potest:*
,,*Ego misi hædum quem promisi.*

Hæc differentia, inter promissionem & causam,
,,insignem utilitatem etiam in aliis juris partibus
,,habet: Hæc enim ratio est cur pactum vi & me-
,,tu extortum valeat, & cur prædoni actio inde
,,detur. Vid. Differt. *prooem. XII. §. 418.* Hæc
,,quoque ratio est quod traditione, etsi ex errore
,,& falsa causa fiat, dominium transferatur, licet
,,enim causa deficiat, voluntas tamen dominii
,,transferendi manet. *ibid. §. 571.*

,,Præterea pactum quoque validum est intuitu
,,ejus cui *promittitur*; si crimen perpetravit, ad id
,,enim ut actionem i. e. jus petendi habeat, suffi-
,,cit quod ex sua parte impleverit promissum, ut
,,ut vitiosum: adeoque turpiter facit quod occidat,
,,sed non turpiter facit quod impleto promisso
,,mercedem conventam petat.

,,JCti Romani exemplo meretricis rem illu-
,,strant: Illa enim, postquam usum corporis sui
,,alii præstitit, mercedem promissam instituta a-
,,ctione petere potest: *Turpiter enim illa agit*
,,*quod sit meretrix, sed non turpiter agit quod ut*
,,*meretrix mercedem petat. L. 3. §. 4. cond. ob turp. caus.*

,,Equidem, jure civili actio non datur ei cui ex
,,turpi causa aliquid promissum est. *l. 5. C. cond.*
,,*ob turp.* Imo promissor, si solvit pecuniam, eam
,,condicere potest. At hæc constitutio mere civi-
,,lis & pœnalis est, quod vel exinde apparet, quia
,,si causa utrinque turpis est, condictio cessat. *l. 3.*
,,*l. 4. pr. & §. 1. l. 8. ff. l. 2. C. Eod. Laut. comp.*
,,*fol. 189.* Certissimo indicio, negotium non esse
,,ipso jure nullum; alias enim promittens etiam in
,,hoc casu suos nummos, ex turpi causa penes al-
,,terum existentes, vindicare posset:

,,Superest ut disquiramus, *an promissio de actu*
,,*qui perfectioni repugnat jure naturæ nulla sit?*
,,Pro negativa militat ratio, quod quoties de jure
,,hominum inter se agitur, nemo hominum ad
,,ea quæ perfectionis sunt obligetur, neque alii
,,jus vel actio in tales actus competere possit.

,,Cum igitur ea quæ perfectionis sunt ab arbi-
,,trio meo dependeant; cum negligere officia vir-
,,tutum, permittente quoque Deo, possim, nihil ob-
,,stat quo minus fidem alii dare contra perfectio-
,,num regulas possim, adeoque cur Cajo promit-
,,tere non possim, me Titio nunquam benefacturum

,,Neque *obstat*, quod cum perfectione divina
,,pugnare videatur, si daremus Deum homines
,,obligare voluisse ex promissione quæ regulis per-
,,fectionis est contraria. Resp. Creator perfe-
,,ctionum regulas hominum arbitrio hactenus re-
,,liquit, ut mereri vel demereri possint: homines
,,igitur de ejusmodi actibus prolubitu disponere i.
,,e. mereri vel non mereri possunt Non tamen impu-
,,ne negliguntur ejusmodi officia, quia negligentes
,,privantur præmiis quæ Deus, ens perfectissimum,
,,actibus virtutum voluntariis destinavit: Exem-
,,plum Gabeonitarum apprime ea quæ dicta sunt
,,confirmat. Josua Gabeonitis promisit aliquid
,,quod pugnabat cum præcepto divino, & nihi-
,,lo minus Deus id promissum servari voluit, adeo
,,ut violantes gravissimis affecerit suppliciis. *Vid.*
,,*l. 2. c. 13. §. 4. n. 2.*

,,Neque porro *obstat*, ex tali pacto personali
,,tantum agi posse ad id quod interest: in pacto
,,autem de aliis non benefaciendo nihil interesse
,,ejus cui promittitur: Resp. (1) Etsi ejus non in-
,,tersit, jus tamen ex pacto in eum translatum est,
,,hoc jus armis vel judicio persequi potest, saltem
,,ad eum effectum, ut propter fidem violatam
,,puniatur: Resp. (2) Quid si pœna adjecta fue-
,,rit pacto *si bene feceris*: Sane tunc interest ejus
,,cui promittitur, adeoque hoc saltem casu vale-
,,bit promissio. Resp. (3) Quid si ideo tale pro-
,,missum ab alio exegerim, quia alteri forte sub-
,,sidia inde suppeditarentur litem contra me per-
,,sequendi: Tunc mea omnino interest.

,,Sane Papinianus non asserit, *non dari tale jus a*
,,*natura concessum, impedire beneficia*, sed ait, ex
,,pactis de serva vendita non manumittenda, &
,,de servo vendito exportando vindictæ gratia,
,,actionem non dari, quia *beneficio affici hominem*
,,*non intersit hominis d. l. 7.* Hæc igitur ratio meri ju-
,,ris civilis est, unde etiam Sabinus dissentit, &
,,actionem dari statuit. *d. l. 6.*

,,*Insto* Servatorem ex hoc capite improbare vo-
,,tum illud quo quis declarat se benefacere nolle:
,,Resp. Votum hoc in genere justum est, ut quic-
,,quid benefecero deo dicatum esse debeat. Sed Ser-
,,vator improbat interpretationem Pharisæorum,
,,qui contendebant sub hoc voto etiam compre-
,,hendi alimenta parentibus debita, & ea quoque
,,Deo dicari: quod uberius examinabimus *infra*
,,*c. 13. §. 7.*

,,*b*) (AN PROMISSIO OB CAUSAM NATURALI-
,,TER VITIOSAM, IPSA NATURA VALEAT &c.)
,,Author promissionem hanc vitiosam esse ait,
,,quamdiu crimen nondum est perpetratum; cri-
,,mine vero perpetrato jam obligationis vim exseri
,,quæ ab initio ab accedente vitio fuit impedi-
,,ta: Nos statim demonstrabimus, promissionem nec
,,ab initio vitiosam, nec obligationem ab acceden-
,,te vitio impeditam fuisse: Nam ideo impedita fuit
,,quia sub conditione, ut ut vitiosa, facta est, quæ
,,non existit nisi crimine perpetrato.

,,*c*) (SI QUID PROMITTATUR HOMICIDII PER-

 PETRAN-

trandi causa. Hic ipsam promissionem vitiosam esse satis apparet: in hoc enim adhibetur, [d] ut alter impellatur ad malum facinus. [e] Sed non quicquid vitiose fit effectu juris caret, [f] quod in prodiga donatione apparet. * Hoc interest, quod donatione facta jam cessat vitiositas, [g] nam sine vitio res relinquitur apud donatarium. [h] At in promissis ob causam vitiosam manet vitium, quamdiu non perpetratum est crimen: tamdiu enim impletio [i] ipsa promissi, ut mali illex, labem in se habet [k] quæ cessare incipit peracto crimine? Unde sequitur usque ad id tempus promissionis talis efficaciam esse in pendenti, [m] ut modo dicebamus in promissa re quæ juris nostri non est: [n] crimine vero

„PETRANOI CAUSA:) Adeoque duo diversa hic „sunt, (1) *promissio* (2) *causa propter quam pro-„mittitur:* Hæc vitiosa est, illa non item.

„d) (UT ALTER IMPELLATUR AO MALUM „FACINUS:) Adeoque is qui Cajo 100. „promisit ut Sejum occidat, non potest actionem „intentare contra Cajum ut Sejum occidat: hacte-„nus enim promissio vitiosa est, adeoque extra „facultatem a Deo hominibus concessam

„e) (SED NON QUICQUID VITIOSE FIT EFFE-„CTU JURIS CARET:) Occurrit hic objectioni: „si enim vitiosa est promissio, eoque jure nulla, mi-„rum videtur perpetrato crimine actionem dari „Cajo, cum quicquid vitiose fit effectu caret: „Respondet Grotius, *non omnia quæ effectu juris „carent esse vitiosa: In promissione illa virium sal-„tem durare quamdiu crimen perpetratum non est, „at eo perpetrato obligationis vim cum effectu ex-„seri:* *

„At non satisfacit hæc responsio, nec dubium „tollit: sane si causa, ob quam 100 promittuntur, „ab initio vitiosa fuisset, nunquam juris effectus „inde sequi potuisset: quod alibi contra Authorem „passim probavimus. Conf. *l. 2. c. 5. §. 10. n. 1.* „*§. 14. n. 4. §. 16. n. 1.* Verius igitur est *promissio-„nem* ab initio validum, & *causam* saltem vitio-„sam fuisse, perpetrato igitur crimine, adeoque „impleta *causa*, sola promissio 100 aureorum su-„perest, quæ cum per se licita sit, actio quoque „inde cum effectu institui a siccario potest:

„f) (QUOD IN PROOIGA DONATIONE APPA-„RET:) Hoc exemplum huc plane non quadrat: jure „naturæ non datur donatio prodiga, seu vitiosa; „quia quisque de jure suo disponere potest, etiam in „infinitum.

„*) (HOC INTEREST QUOD DONATIONE FA-„CTA JAM CESSAT VITIOSITAS:) Imo vitium le-„gis manet etiam donatione facta: atque hinc „excessus semper vitiosus est. *l. 6. l. 36. §. f. Do-„nat.* At jure naturæ nec ab ioitio vitium adest.

„g) (NAM SINE VITIO RES RELINQUITUR A-„PUD DONATARIUM:) posita lege Civili ma-„net prodiga donatio, etiam facta donatione.

„h) (AT IN PROMISSIS OB CAUSAM VITIO-„SAM MANET VITIUM QUAMDIU NON PERPETRA-„TUM EST:) Imo promissio de 100 dandis non „est vitiosa, nec ab ioitio: causa autem vitiosa est & „ante & post perpetratum crimen.

„i) (IPSA PROMISSI, UT MALI ILLEX, LABEM „IN SE HARET:) Dixi promissionem ipsam „nihil mali in se habere, sed solum causam: quæ „separata plane sunt.

„k) (QUÆ CESSARE INCIPIT PERACTO CRIMI-„NE:) Non enim amplius videtur incitamentum „ad faciendum malum: Resp. hoc vitium non „est in promissione, sed in causa, quæ non est „actus promittentis sed perpetrantis; Hæc autem „causa vitiosa manet, etiam perpetratu crimine: „quod optime observavit *Puffend. de Jur. nat. l. 3* „*c. 7. §. 8.*

„l) (UNDE SEQUITUR USQUE AD ID TEMPUS „PROMISSIONIS TALIS EFFICACIAM ESSE IN PEN-„DENTI:) Imo vitium ante & post promissionem „inest causæ; promissioni ipsi neutro tempore.

„m) (UT MODO DICEBAMUS IN PROMISSA RE „QUÆ JURIS NOSTRI NON EST:) huic enim promis-„sioni conditionem inesse dixit, si res juris nostri facta „fuerit. *Vid. §. 8. n. 2.* At (1) ibidem notavimus „verum id non esse, nec conditionem ibi supponi „posse, cum deficiat dispositio quæ quid in futu-„rum eventum suspendit. (2) Male quoque hæc „applicantur ad promissa ob vitiosam causam, ibi „enim promissio nunquam vitiosa est ratione ejus „qui pecuniam promittit; sed causa ob quam pro-„mittitur, & quæ alterius factum requirit, ab ini-„tio vitiosa est, & perpetrato crimine vitium „augetur:

n) (CRIMINE VERO PERPETRATO JAM OBLI-GATIONIS VIM EXSERI:) i. e. 100 promissa ob furtum factum peti posse: At dictum est, pro-missionem ipsam pecuniæ nunquam vitiosam fuisse, adeoque obligationem ab initio adfuisse, sed sub certo modo; quo adimpleto, obligatio non demum vim consequitur sed effectum, i. e. cum effectu peti pecunia potest: at modus, sub quo promissio facta est, non desinit esse vitiosus postquam impletus est; neque causa illa perpetrata effectum juris consequitur.

ADDITIO.

„Verba hæc Authoris etiam Puffendorfium of-„fenderunt, qui in *Jur. nat. l. 3. c. 7. §. 8.* acriter repre-

„reprehendit Authorem. *Verba ejus hæc sunt.*
„Secundo quæritur; an si turpe facinus velut
„ex obligatione fuit patratum, alter ad mercedem
„pro ea solvendam teneatur: Quod *Grotius* d. l.
„affirmat, ex ea ratione, quod ante crimen im-
„pletum merces illa labem habeat, tanquam illex
„mali; quæ labes peracto crimine cesset, ideo
„quod illex mali esse desierit. Enimvero nobis
„secus videtur. Nam tantum abest, ut pactum
„tale turpe esse desinat peracto flagitio, ut po-
„tius ad plenum turpitudinis gradum pervenerit,
„obtento suo fine. Nisi vero minus turpe sit fu-
„ratum esse, quam furari velle, aut accipere mer-
„cedem sceleris, quam sperare, solvere quam pro-
„mittere. Imo si promissio est turpis, etiam
„impletio promissionis erit turpis, quia est
„pensatio sceleris, & ad plura suscipienda invita-
„tio. Inde labes quoque aliqua ejusmodi merce-
„dem comitari judicatur, etiam quando in tertium
„justo titulo transit; quod ipsa ex scelere parta
„sit. Sic & in divina lege interdictum est, ne in
„domum Dei inferretur pecunia ex prostitutione
„corporis quæsita. *Deuter.* XXIII. 18. *Joseph*
„*Archæol.* IV. 8. Et sacerdotibus religio erat,
„mercedem proditionis a Juda pro derelicta habi-
„tam ærario sacro inferre. Tritum quoque est,
„de male partis tertium hæredem non gaudere.
„Inde probare non possumus quæ *Grotius* d. l.
„tradit: *usque ad tempus impleti sceleris efficaciam*
„*turpis promissionis esse pendentem quemadmodum*
„*est efficacia promissionum conditionalium*, donec
„conditio exstet; aut promissio rei in præsens im-
„possibilis, quæ tamen possibilis futura speratur,
„quousque intra vires nostras esse cœperit. *Cri-*
„*mine autem perpetrato jam obligationis vim exseri,*
„*quæ ab initio non defuit,* (*adfuit enim mutuus*
„*consensus,*) *sed ab accedente vitio fuit impedita,*
„ideo quod ad malum suscipiendum aliquid con-
„tulit. Enim vero si hoc admittatur, irrita foret
„prohibitio juris naturalis de non ineundis circa
„illicita pactis, si post scelus obitum pactum illud
„jure naturali est servandum. Quod prodest pro-
„hibuisse, ne futurum fieret, si furto facto res
„furtiva citra vitium potest retineri? Et falsum
„est, vim intrinsecam obligandi pacto turpi non
„defuisse, sed tantum ab accedente vitio fuisse su-
„spensam, quousque ad crimen allicere desierit.
„Nam ut pacto vis obligandi intrinseca insit, non
„sufficit consensum utrinque adfuisse; sed & idem
„debet versari circa rem, de qua utramque par-
„tem disponendi libera est homini potestas. Alias
„si satis foret ad producendam obligationem utrin-
„que consensisse, facile omnes leges subverteren-
„tur, inito super iis violandis pacto; adeoque
„ipsum jus naturæ ad sui destructionem inserviret,
„arbitramur igitur per legem naturæ neque executo-
„rem facinoris pactam mercedem tanquam ex jure
„proprie dicto postulare posse, neque conductorem
„ex intrinseca, & conscientiam afficiente obligatione
„ad solvendam eam mercedem teneri. Adeoque juri
„naturæ curæ non esse, ne quis gratis scelus pa-
„traverit. Equidem si quis, cum v. g. sicarium con-
„duxit. & mox cæde patrata mercedem solvere
„abnuit, ab ipso male mulctetur, nemo est, qui
„injuriam ipsi factam dicat. Verum heic obser-
„vandum, etsi turpia pacta vi intrinseca obligandi
„destituantur, neque ad actionem pariendam apta
„sint: non tamen omni effectu carere in eo, qui,
„cum libere in illa consenserit, iisdem stare re-
„nuit. Scilicet efficiunt, ne quis jure queri pos-
„sit, si ad illa implenda ab altero vi adigatur, aut
„ob eadem non servata malo afficiatur. Vetat
„enim lex naturæ ad rem indebitam alterum co-
„gere, aut eandem non præstitam malo afficere.
„Sed qui in pactum turpe consensit, eo ipso fa-
„vori hujus legis renunciavit, dum quantum in
„se fuit, alteri rem in se indebitam exigendi pot-
„estatem fecit. Atqui malum, cui quis culpa sua
„causam dedit, non immerenti accidere judicatur.
„Exempli gratia, jus naturæ vetat virginis invitæ
„pudorem imminuere. Verum ubi ipsa consen-
„sit, jacturam quidem facit rei irreparabilis, de
„injuria tamen sibi facta queri non potest. Sic
„in civitatibus, ubi duella sunt prohibita, provo-
„catus ab altero haut quidquam in arenam descen-
„dere tenetur, etiam ubi jam promisit. Si tamen
„comparuerit, & vulnera acceperit, de injuria
„sibi facta queri, aut vulnerantem impensas cura-
„tionis poscere nequit. Ad exemplum Judæ *Ge-*
„*nes.* 37. qui circa exsolvendam Thamari concu-
„bitus mercedem solicitus erat, respondet *Seldenus*
„l. V. c. 4. *de Jure nat. & gent. creditum fuisse*
„*eo tempore, licere innupta & soluta fœmina cor-*
„*poris sui usum concedere alteri sine consensu in*
„*vita communionem, idque vel gratis, vel pro mer-*
„*cede; adeoque validam obligationem ex istius mo-*
„*di conventione, tanquam circa rem saltem civiliter*
„*licitam, potuisse contrahi.* Quanquam & hoc
„observetur, non paucos nescio quid generosita-
„tis in eo ostentare, si non gratis libidinem exple-
„verint. Fortasse etiam de pignore reluendo
„erat solicitus. Huc quoque pertinet. *l.* 4. §. 3.
„D. *de condict. ob turp. caus.* *Quod meretrici*
„*datur repeti non potest, sed nova ratione, non ea,*
„*quod utriusque turpitudo versatur, sed solius dan-*
„*tis. Illam enim turpiter facere, quod sit mere-*
„*trix: non turpiter accipere cum sit meretrix.* Sci-
„licet etsi Romæ extra pœnas legum civilium erat
„publice corpus prostituere, ejusque quæstus fœdi-
„tatem apud ædiles profiteri; tale tamen vitæ ge-
„nus inire ab honestis hominibus merito turpissi-
„mum habebatur. Electo tamen semel eo vitæ
„genere, nulla nova erat turpitudo, si mercedem
„pro usu corporis acciperet meretrix, atque *cava*
„*pretium flagitaret usque manu.* *Tibullus* l. 2.
„Perinde ac si dicerem; turpe est quidem homini
„ingenuo carnificinam exercendam suscipere: ve-
„rum digesto semel eo pudore, mercedem pro
„ista opera accipere turpitudine vacat. Concisius
„possis dicere; cum Romæ status meretricius fue-
„rit toleratus, valida quoque judicata in eo foro
„fuisse pacta, quæ illum statum comitabantur.
„Istud tamen patet, si scelus in alterius usum ipso
„volente sit susceptum, eum recte eidem irasci
„non posse. Apud *Ovidium Heroid. epist.* 12. Me-
„dea Jasoni: *Ut culpent alii, tibi me laudare ne-*
„*cesse est, pro quo sum toties esse coacta nocens.*
„Apud *Eundem metamorph.* l. 8. Nisa Minoi:

Cajet. 2. 2. q. 38. art. 7. vero perpetrato, jam obligationis vim exſeri, [o] quæ ab initio non intrinſecus defuit, [p] ſed ab accedente vitio fuit impedita. [q] Et hujus rei exemplum afferri poteſt in juda Jacobi filio, qui Thamari, quam *Geneſios XXX-VIII.* meretricem putabat, promiſſam mercedem, [r] tanquam debitam, perſolvit? [s] Quod ſi injuſtitia promiſſarii cauſam promiſſioni dederit, [t] aut inæqualitas ſit in contractu, hæc quomodo ſint reſarcienda alia eſt quæſtio [u] de qua mox videbimus.

§. X.

[a] Quod vero promittitur ob cauſam ante debitam, non eo minus debetur, [b] ſi jus naturale ſpectemus, [c] ſecundum ea quæ diximus [d] nam & ſine ulla cauſa promiſſum naturaliter deberetur. [e] Sed hic quo-

„*Scelus hoc patriaque patrique; Officium tibi ſit.* „Apud *Senecam* in Medea: *Cui prodeſt ſcelus, is* „*fecit. Tibi innocens ſit, quisquis pro te eſt no-* „*cens.* Etſi inter principes cum primis non in- „frequens ſit, ut fructum alieni ſceleris quidem „capiant, ſcelus tamen ipſum puniant, ne id „exemplo ſibi deinceps noxium evadat. Sic apud „*Paulum Oroſium* l. V. c. 18. ſervum, qui Sulpi- „tium herum ſuum, a Senatu hoſtem judicatum, „quod hoſtem indicaverat manumitti, quod vero „dominum prodiderat, ſaxo Tapejo dejici conſu- „les decreverunt. Add. *Zonaras tom. III. in Theo-* „*philo* ab initio.

„*o*) (QUÆ AB INITIO NON INTRINSECUS DE- „FUIT:) Author ſtatuit promiſſionem ab initio „vitioſam fuiſſe, quod ſi ita eſt, contradictio eſt, ex „cauſa ab initio vitioſa jus aliquando oriri poſſe: „Rectius ergo dicimus promiſſionem quateous a „cauſa ſeparatur, uti ſeparari debet, nunquam „vitioſam fuiſſe, adeoque exiſtente caſo cum ef- „fectu iode agi poſſe.

„*p*) (SED AB ACCEDENTE VITIO FUIT IMPE- „DITA:) Immo vis obligationis non fuit impedita ab „accedente cauſa vitioſa, quia hæc diverſa & ſe- „parata eſt ab ipſa promiſſione, quæ ſeorſim ſpe- „ctata ſtatim licita fuit.

„*q*) (ET HUJUS REI EXEMPLUM AFFERRI POT- „EST IN JUDA &c.) Ibi enim perpetratum erat „crimen, illex mali, adeoque Author rationem vi- „tii, quod promiſſioni inerat, ceſſaſſe putat, & „ideo Judam promiſſam meretrici mercedem, tan- „quam debitam jure perſolviſſe: At ex dictis appa- „ret Judam ſtatim ab initio ex promiſſo ſuo obli- „gatum fuiſſe mittendi hœdum: & hanc promiſ- „ſionem licitam fuiſſe.

r) (Grot.) (TANQOAM DEBITAM:) Natura ſcilicet, ſecundum cujus legem tunc vivebatur. Aliter ex jure civili judicavit *C. Aquilius* teſte *Valerio Maximo*, lib. VII. c. 11. n. 2.

ADDITIO.

„Cauſa enim promiſſionis erat concubitus, „quem implevit meretrix, promiſſio ipſa reſpi- „ciebat hœdum, qui actus licitus fuit.

„*s*) (QUOD SI INJUSTITIA PROMISSARII CAU- „SAM PROMISSIONI DEDERIT &c.) Uti ſi rem vi- „tioſam vendidit, vel vitia rei quæ ei nota ſunt. „tacet: De harum reparatione agitur *C. ſeq. §. 9.*

„*t*) (AUT INÆQUALITAS SIT IN CONTRACTU:) „In eo enim Author pacta & contractus diſtinguit, „quod io his æqualitas quædam obtineat quæ ex „ſocietate oritur, quod refutabimus *cap. ſeq. §. 8.*

u) (Grot.) (DE QUA MOX VIDEBIMUS:) *Cap.* XII. §. 9. 10. 11.

a) (QUOD VERO PROMITTITUR OB CAUSAM ANTE DEBITAM, NON EO MINUS DEBETUR:) Intelligit hic ſtipulationem, quæ ſuppooit debitum præcedens, adeoque quæ valet etſi ipſi ſtipulationi cauſa non inſit.

ADDITIO.

„Author hic non agit de ſtipulatione, ſed de „plane alio caſu, cui ſimilem ſupra *c.* 10. §. *11.* „propoſuit: Quando nimirum *promittitur* aliquid „*ob cauſam ante debitam* i. e. *ad quam ipſo jure* „citra pactum *obligabatur*, uti ſi 100 alicui pro- „mittuntur ne furtum, adulterium &c. faciat: & „de hoc caſu quæritur, an obligatio ex tali pacto „oriatur, ad eum effectum ut is cui promittitur 100 „illa petere poſſit? Recte hoc affirmat Author, quia „alter ſua voluntate jus in creditorem tranſtulit.

„*b*) (SI JUS NATURALE SPECTEMUS:) Nam „jure Civili ex tali cauſa datum condici poteſt. „*Vid. Cap. 10. §. 12.*

„*c*) (SECUNDUM EA QUÆ DE REI ALIENÆ AC- „ACCEPTATIONE SUPRA DIXIMUS:) Author enim „ex pari ratione ſupra *c.* 10. § 12. in caſu ubi „alicui DATUR RES *ob cauſam ante debitam*, ſta- „tuit, accipientem *rem* alterius jure retinere eam „poſſe, quia eam ex voluntate domini accepit: „Idem juris hic eſſe, ait, ubi alicui PROMITTITUR „ALIQUID ex tali cauſa ad quam alter ipſo jure „obligabatur, nam id quoque jure deberi, ait, ei „cui promittitur, quia ex voluntate promittentis „jus in eum translatum eſt.

d) (NAM ET SINE ULLA CAUSA PROMISSUM NATU-

quoque [f] damnum per extorsionem datum, [g] aut inæqualitas in contractu reparanda venient, [h] secundum tradendas inferius leges.

§. XI.

[a] Modum promittendi quod attinet, is, [b] ut de dominii translatione diximus, [c] requirit actum externum, [d] id est signum sufficiens voluntatis, [e] quale interdum esse potest nutus, [f] frequentius autem vox aut literæ.

§. XII.

NATURALITER DEBERETUR:) Iinn pugnat sine causa deberi, uti sine causa esse, vel deberi sine jure & obligatione *Vid. supr. §. 1.* Sane in stipulatione subest causa, seu voluntas se rite obligaodi; stipulatio enim nihil aliud est quam cautio pro debito præcedenti, adeoque quæ sine debito nulla est, quia non entis nullæ sunt affectiones: forma ergo stipulationis deficit si debitum seu causa non præcedit.

ADDITIO.

„Quod pacta sine causa inita obligationem producant, probavit Author *supra §. 1. n. 4.* nedum ergo si causa præcessit ad quam ante jure obligatur: cæterum diximus, de stipulatione hic non quæri.

„e) (SED HIC QUOQUE:) Nam idem obtinere dixit in casu ubi ex tali causa *res* alicui non *promittitur* sed *datur. d. c.* 10. *§. 12.*

„f) (DAMNUM PER EXTORSIONEM DATUM &c. REPARANDUM VENIT:) Adeoque si quis vi aut metu coactus ex tali causa ante & ipso jure debita *promisit*, Author putat promittentem inde non obligari, sed agi posse ut liberetur: *Vid supra §. 7. & c.* 17. *§.* 17. *seq.* Nos jam probavimus allegatis locis pactum omnino subsistere, at separatam actionem dari promittenti ad repetendum omne id quod ei ex vi alterius abest:

„g) (AUT INÆQUALITAS IN CONTRACTU REPARANDA VENIT:) Author porro statuit, promissa ob causam ante debitam facta non producere obligationem, *si inæqualitas obveniat in contractu:* sed hic est perpetuus Authoris error, *naturam in contractibus imperare æqualitatem. Vid. c. 12. §. 8.* adeoque ex inæqualitate nullum jus oriri. *d. c. 12. §. 26.* quem errorem refutabimus *ibidem.*

„h) (SECUNDUM TRADENDAS INFERIUS LEGES:) De reparatione ex capite extorsionis agit *c.* 17. *§.* 17. De reparatione ex inæqualitate *c.* 12. *§.* 8. *& seq.*

„a) (MODUM PROMITTENDI QUOD ATTINET:) Ad id ut promissio valeat, requiritur voluntas paciscentium sufficienter declarata:

„b) (UT DE DOMINII TRANSLATIONE DIXIMUS:) *supra L.* 2. *c. 6* §. 1. *n.* 1. nam etiam in eo qui rem suam alii *dat*, requiritur voluntas alienandi, eaque declarata.

„c) (REQUIRIT ACTUM EXTERNUM:) Nam actum internum voluntatis non esse consequentem naturæ societatis humanæ dixit supra *§.* 1. *n.* 1. & nudis actibus animi efficiam juris tribuere, non fuisse congruum naturæ humanæ, asserunt *supra c.*4.§.3.

„d) (ID EST, SIGNUM SUFFICIENS VOLUNTATIS:) Adeoque obligatio demum oritur ex ea voluntate, qua inter utrumque convenit ut jus unius jam debeat esse alterius: non ergo hic inspicitur id quod mente reservatum est, id enim non est dispositio duorum sed unius.

e) (QUALE INTERDUM ETIAM POTEST ESSE NUTUS:) Voluntas enim æque factis ac verbis declarari potest:) His enim quasi picturis significantur expressa animi sensa, adeoque ex tali voluntate facto satis declarata jus in alium transfertur.

Quin alibi dictum est, facta interdum magis explicare voluntatem quam verba: vid. Pos. I. G. IV. idque vel ex eo apparet, quod ideo pacta nuda non producant obligationem, quia non constat de animo se obligandi. Atque hæc ratio est cur ICti Romani certa induxerint negotiorum nomina, quibus solis is animus & voluntas se obligandi significaretur: Ita enim contractus nominati significant talem dispositionem, qua partes se obligare voluerunt ad aliquid præstandum vel faciendum.

ADDITIO.

„Regulam illam quod voluntas æque factis ac verbis declaretur passim explicavimus. *Vid. L.* 2. *c. 4. §. 4. c. 11. §. 11. & §. 20 c. 6. §. 1. L.* 3. *c. 1. §. 8. c,* 22. *§. 3. c, 24. §.* 1. *c. 26. §. 26.* Tale factum quoque est nutus, quando quis nimirum alterius rogationi annuit: *dd ll.*

„Quintil. D. 247. *Audeo dicere illud promisit: neque unum promittendi genus est, voluntas hominum non tantum voce signata est. An vero si manu promisisset, an vultu annuisset, dedisse fidem & confirmasse spem puella videretur, quæ facie affectum, quæ toties oculis misericordiam prodidit:* & D. 270. *Nutum nempe ejus, aut vultum, aut aliquod signum animi intueri oporteret:* Ovidius 4. fast. v. 417. *Hanc cupit, hanc optat; sola suspirat, in illa signaque dat nutu, sollicitatque notis*

„Olim homines nutu locutos esse ait Lactantius 6. 10. Conf. *Tac. An.* 13. 23. *Ælian.* 14 22. *Cassiod. l.* 20. *Marcell. 24. 16. Grot. L.* 3 *c. 1. §. 8. Puffend. I. N. l. 3. c. 6. §.* 15. *Vid. Tesm. b.*

Cæterum voluntatem juris transferendi etiam nudis inesse pactis vidimus *supra §.* 1.

„f) (FREQUENTIUS AUTEM VOX AUT LITERÆ:) Nam

§. XII.

[a] Sed & per hominem alterum obligamur, si constet de voluntate nostra, qua illum elegerimus, [b] ut instrumentum nostrum ad hoc speciatim, [c] aut sub generali notione. Et in generali præpositione accidere potest [d] ut nos obliget qui præpositus est, agendo contra voluntatem nostram sibi soli significatam: [e] quia hic distincti sunt actus volendi, unus [f] quo nos obligamus ratum habituros quicquid ille in tali negotiorum genere fecerit; alter, [g] quo illum nobis obligamus ut non agat nisi ex præscripto, sibi non aliis cognito. Quod notandum est [h] ad ea, quæ Legati promittunt pro Regibus ex vi instrumenti procuratorii, excedendo arcana mandata.

§. XIII.

„Nam præcipua ratio, cur natura *vocis* usum creaturis concesserit, hæc est, ut animum & voluntatem ea declarare possint. Literæ autem nihil aliud sunt quam vox scriptis consignata.

a) (SED ET PER HOMINEM ALTERUM OBLIGAMUR, SI CONSTET DE VOLUNTATE NOSTRA, QUA ILLUM ELEGERIMUS:) Voluntatem igitur meam de jure meo in alium transferendo declarare possum vel ipse vel per alios: si nimirum alium elegeram, ut is meo nomine voluntatem meam alteri deferat, isque id fecerit: Hæc enim actio, hæc declaratio non est actio deferentis & declarantis, sed mea; deferens nudum instrumentum est, ego sum causa agens, meum est negocium, quod per alium gero, mea voluntas, quam voce aliena declaro:

Sane alibi jam demonstravimus hominem esse posse instrumentum alterius. *Vid. l. 1. c. 5. §. 1. & 3. L. 1. c. 3. §. 12. n. 3. ibique not.* Actio autem instrumenti est actio causæ, uti quando manus hominis agit, ipse homo agere dicitur, non manus: sane manus uti omnia alia instrumenta non ex se agit, sed ex ductu alieno, quando autem quæritur cujus sit actio, necessario dicendum actionem esse ejus cujus motu agitur, is enim vere causa est actionis: Atque hinc servi, ministri, famuli &c. non suo nutu, motuque proprio agunt, sed motu alterius, Conf. *L. 3. c. 6. §. 9. L. 2. c. 8.* §. *4.*

Secus igitur, si alius meo quidem mandato, sed suo nomine, suoque nutu agat, neque meam declaret voluntatem, sed suam; tunc enim is non est instrumentum sed causa actionis: & tunc duo distincta sunt negotia, *alterum* inter me & mandatarium, cui mando v. g. ut domum Titii emat: *alterum* inter mandatarium & Titium, quo domum hujus emit: ex priori saltem negotio mihi acquiritur actio, non ex posteriori; quia Titius mihi nihil promisit, nec mihi domum vendidit, sed mandatario meo, cui proinde soli jus inde competit, is vero mihi actione mandati tenetur: Conf. *infr.* §. 18.

b) (Grot.) (UT INSTRUMENTUM NOSTRUM:) *Servius* ad illud Æneidos IX. vers. 361. *Hospitio cum jungeret absens, per internuncios* ait. vide quæ supra ad caput VI, §. 2.

ADDITIO.

Hoc enim negotium maxime licitum est, ego de jure meo dispono, dum alii voluntatem meam deferendam committo; Nuntius itidem de suo jura disponit, quia actioni suæ talem legem dicit, ut actio illa non non debeat esse sua sed mea: Quando igitur inter nos speciatim ita convenit, actio non est instrumenti, sed causæ.

„*c*) (AUT SUB GENERALI NOTIONE:) v. g. Si „tota negotiatio alicui est commissa, quo pertinent institores, magistri navis, legati &c.

d) (UT NOS OBLIGET QUI PRÆPOSITUS EST, AGENDO CONTRA VOLUNTATEM NOSTRAM:) Quia sufficit eum scire præpositum nostro nomine negotiari, & juxta voluntatem nostram agere, ideo enim præposuimus ut facultatem habeat contrahendi nostro nomine.

e) (QUIA HI DISTINCTI SUNT ACTUS VOLENDI:) Ex altero enim obligatur præponens ei qui cum præposito contraxit, idque ex illa voluntate generali qua voluit fidem haberi præposito: ex altero præpositus obligatur præponenti, si forte fines mandati excessit.

„*f*) (QUO NOS OBLIGAMUS RATUM HABITUROS:) Adeoque quo præposito facultatem damus, „eumque eligimus ut nostro nomine contrahat: „ex quo facto omnibus obligamur qui, fidem nostram secuti, cum præposito contrahunt.

„*g*) (QUO ILLUM NOBIS OBLIGAMUS UT NON „AGAT NISI EX PRÆSCRIPTO:) Adeoque hoc negotium vertitur inter solum præponentem & præpositum; neque tertius, qui cum præposito contrahit, inde obligatur, quia fines hujus mandati „ignorat.

h) (Grot.) (AD EA QUÆ LEGATI PROMITTUNT PRO REGIBUS EX VI INSTRUMENTI PROCURATORII, EXCIPIENDO ARCANA MANDATA:) Vide exemplum apud *Marianam* XXVII, 19. Aliud apud *Guicciardinum* Tom. 1.

ADDITIO.

Legati duplex mandatum habent, *alterum* quo fidem Princeps legato facit apud eum ad quem mittitur; & vocari vulgo solet *literæ credentiales*, quibus mittens rogat eum ad quem mittitur ut fidem

dem habeat dictis legati, simulque promittit se ratihabiturum ac si ipse contraxisset: *Alterum* quo mittens legato certos fines præscribit, intra quos agere possit, quod vulgo *instruction* vocatur. Hæ literæ instructoriæ non exhibentur Principi ad quem legatus mittitur, sed prudentiæ legati committuntur: Hujus posterioris mandati fines si excedit legatus, quæritur *an mandans obligetur ei qui cum legato contraxit?* Affirmatur, quia in genere promisit se ratihabiturum quicquid legatus nomine mittentis contracturus sit. Atque hinc cum Ferdinandus & Isabella Archiducem Austriæ cum amplissima potestate pangendi pacem misissent, isque contra teneorem arcanæ instructionis pacem pepigisset, nihilo minus ratam eam habuerunt. Vid. *Marian, L. 27. c. 18.* At legatus fines mandati excedens ultra facultatem sibi concessam agit, adeoque injuria, indeque Principi suo tenetur ad reparationem damni quod facto suo illicito dedit.

(AD §. XIII.) Ex principiis §. præcedenti expositis jam apparet, quo jure domini obligentur ex facto institorum & magistrorum navis: Nam is qui præponit suæ negotiationi *institorem* vel *magistrum navis*, his simul concedit facultatem contrahendi; si ergo ex facto licito præpositionis ei, qui cum tali institore vel magistro juxta leges propositionis contraxit, aliquid abest, res arcire id debet præponens, quia damnum id non tulissent contrahentes nisi dominus mandasset.

Jure Gentium secundario id mutatum est, nam ex quo negotiorum formæ introductæ fuerunt, duo hic separata negotia constituta sunt; *alterum* mandati, quod est inter præponentem & præpositum: *alterum* emti venditi, quod est inter præpositum & tertios emtores: ex *illo* solo tenetur præponens ei quem præposuit, ex *hoc* solus præpositus extraneo.

At prætor reduxit simplex jus naturæ *in tit. de Institoria actione:* & in Tit, *de Exercitoria actione*, ut præponens ex facto præpositi conveniri possit a tertio, quod proinde secuti sunt JCti in §. *f. Inst. quod cum. eo. &c.*

ADDITIO.

„Cum jus Gentium secundarium non agnoscamus, adeoque hactenus jus naturæ mutatum non „sit, videamus, in quo nam jus prætorium a jure „naturæ recesserit.

„Merito cum Grotio *h. c. §. 12.* & 13. asserimus, actiones institorias & exercitorias naturali ra„tione niti, quia præpositi ea lege a domino ne„gotii electi sunt ut ejus nomine contrahant: „adeoque dominus eo facto declarat se ratihabi„turum quicquid in tali negotio institor fecerit. „*d. §. 12.* Addit B. Parens, dominum hoc facto suo „caussam esse, quod aliis, qui eum illo institore &c. „contraxere, & fidem domini præponentis secuti „sunt, aliquid absit; indeque eum ex hoc licito „præpositionis facto obligari ad reparandum:

„Hinc jam sponte sequitur, naturali ratione tri„plex hic obvenire negotium: (1) inter *dominum negotii, & præpositum*: (2) inter *præpositum & eum „qui cum præposito contrahit*: (3) *inter præponentem „& eum cum quo præpositus contrahit*: Ex singulis „negotiis propriæ & distinctæ oriuntur actiones.

„Ex PRIMO enim negotio (quod verum *man*„*datum* est,) oritur actio mandati inter præposi„tum & negotii dominum, ut præpositus domino „teneatur ad id quod ex mandato accepit, & ad id „quod interest si fines mandati excessit.

„Ex SECUNDO negotio actio oritur ex contractu, „inter solos contrahentes, actio enim hæc ex con„sensu oritur & ex dispositione, adeoque inter „solos disponentes: nam in præcedentibus pro„bavimus, alii pacisci non posse. Neque allegari „potest præpositum nomine domini contraxisse, „adeoque eum nudum esse instrumentum, causam „autem actionis esse dominum; nam tales præ„positi nunquam nomine domini, sed suo nomine „contrahunt, permittente saltem & jubente domi„no. Jure naturæ igitur solus præpositus agit con„tra emtorem, *L. 1. inst. act. arg. l. 1. §. 18. ff. „Exerc. act.* non vero præponens, cum quo nihil „contractum est. *dd. ll.*

„IN TERTIO negotio duæ occurrunt quæstiones: (1) „an præponens contra eum qui cum præposito con„traxit agere ex contractu possit? (2) An is qui cum „præposito contraxit ex eodem contractu contra „præponentem agere possit.

„*Prior* quæstio negatur; *L. 1. ff. act. Laut. comp „pag.* 238. 243. quia alii ex alterius pacto actio „non datur: Cum autem præpositus teneatur præ„ponenti si aliquid ei abest ex mandato, ejusque „patrimonium obligatum sit mandanti, hic om„nino agere contra debitoris sui debitorem potest, „si res aliter ei salva esse nequit. *l. 1. in f. l. 2. inst „act.* Conf. *Jus meum controv. tit. de oblig. & act. „qu. 7. Laut. comp. p. 239. pr.*

„*Posterior* quæstio itidem negatur: Quia inter „præponentem & eum cum quo præpositus con„traxit, nihil actum est, adeoque deficit duorum „in idem placitum consensus: pactum enim sal„tem obligat consentientes *L. 3. in f. C. Ne ux. „pro mar. §. 10. inst. act.* At cum præpositus volun„tate mandantis cum tertio contraxerit, mandans „facta præpositi præstare tenetur, quæ ratio addi„tur in *l. 1. pr. §. 1. §. 5. Exerc. act.* Sane ut „commoda sentit præponens ex contractu instito„rum, ita & eum obligari ex institorum contractu „æquum est. *L. 1. pr. ff. Inst. act,*

„Hæ igitur actiones (quas JCti institorias & „exercitorias vacant) non oriuntur ex ipso con„tractu cum præposito inito, sed sunt propriæ „actiones quæ descendunt ex variis causarum figu„ris, nimirum ex quasi contractu, vel quia præpositus „plus suo habet, quod patrimonio præponentis deest, „vel quia facto præponentis ei qui cum præposito „contraxit aliquid abest.

„At, quia per has actiones revera id petitur quod „ex contractu præpositi debetur, ideo actiones illæ „dicuntur saltem esse qualitates illarum actionum, „seu actiones ex contractu præpositi nova saltem „qualitate auctas. *Vid. Diss. proœm.* XII. §. 587.

„Hinc jam constat ratio cur actiones institoriæ „& exercitoriæ non dentur nisi secundum propo„sitionis formam *l. 5. §. 11. l. 11. §. 5. ff. l. 3. t. „inst. act.* & intra fines negotii commissi: *§. 2.* Inst. „*quod cum eo. L. 1. §. 7. Exerc. act.* Nam præpo„nens extra negotium hoc non præposuit, adeo„que si aliquid contrahenti abest, id ei non abest

§. XIII.

Atque hinc etiam intelligi potest [b] exercitoriam [c] & institoriam [d] quæ non tam actiones sunt quam qualitates actionum, [e] ipso naturali jure niti. Adjiciendum hic est [f] male Romanis legibus introductum, ut ex facto magistri exercitores in solidum singuli tenerentur. [g] Nam hoc nec naturali æquitati convenit, [h] quæ satis habet si pro suis singuli partibus conveniantur, [i] nec publice utile est, [k] absterrentur enim homines ab exercendis navibus si metuant ne ex facto magistri quasi in infinitum teneantur. Atque adeo [l] apud Hollandos, ubi mercatura pridem maxime viguit, & nunc & olim lex

„ex facto præpositionis: oec ex ejus voluntate.

„Hinc (a) præponens non tenetur ex delicto „præpositi. *Laut. p. 244. arg. l. 1. §. 2. Exerc. act.* „(b) Si magister navis ad alios usus, quam quos „lex præpositionis præscribit, navem destinat, non „tenetur exercitor. *l. 1. §. 8. Exerc. act.* nec (c) „si præpositus ob aliam causam sumsit pecuniam mu„tuam quam ob quam præpositus est: v. g. si do„mum emit. &c. *l. 1. §. 8. & 9. l. f. pr. §. 1. ff.* „*Exerc. act.* Nam cuique constare debet hos ca„sus non contineri sub negotiatione, quæ sola „commissa est præposito.

„Quid si præpositus pecuniam, quam ex causa „ob quam præpositus fuit mutuam accepit, consum„sit, nec in utilitatem negotii vertit? Resp. nihilomi„nus præponens tenetur institoria vel exercitoria: „sufficit enim mutuum in usum negotii contractum „esse, idque voluntate domini præponentis. *l. 1. §. 8. &* „*9. l. f. pr. §. 1. Exerc. act. Laut. comp. p. 245.* „Sibi enim imputare præponens debet, quod inido„neo homini administrationem negotii commiserit.

„*b*) (EXERCITORIAM:) Hæc est, qua is qui alium „præposuit negotiationi *maritimæ* tenetur ei qui „cum præposito ex lege præpositionis contraxit. „*§. 2. Inst. quod cum eo &c. §. f. Eod. Exercitor* „autem dicitur ad quem negotiationis quæstus per„tinet. *d. §. 2. Præpositus*, cui maritimæ & totius „navis cura commissa est, dicitur *magister navis L.* „*1. §. 1. & 3. Exerc. act:*

„*c*) (ET INSTITORIAM:) Hæc est, qua is qui „alium præposuit negotiationi *terrestri*, tenetur ei, „qui cum præposito ex lege præpositionis contra„xit. *d. §. 2. Institor* igitur est cui negotiationis „terrestris cura est commissa: *L. 3. ff. Inst. act.*

„*d*) (QUÆ NON TAM ACTIONES SUNT QUAM „ACTIONUM QUALITATES:) Imo sunt veræ actio„nes; non quidem ex ipso contractu ortæ, sed „quibus agitur contra præponentem ut id præstet „quod præpositus promisit: Actio igitur hæc ori„tur non ex contractu, sed ex quasi contractu ex „facto præpositionis, vi cujus præstare tenetur quic„quid præpositus occasione negotiationis promisit.

„Atque eadem ratione ex contractu, filii & servi „pater & dominus tenentur, quatenus est in pecu„lio vel quatenus in rem eorum versum est, vel „ipsi jusserunt. *Vid. Laut. comp. Lib. XIV. tit. 4.* „*Lib. XV. tit. 1. tit. 3. & tit. 4.*

„*e*) (IPSO NATURALI JURE NITI:) Nam in „utraque actione supponitur dominum commisisse „administrationem præposito, adeoque eum volente „domino contraxisse. *§. f. Inst. quod cum eo:* Si „igitur ex hoc facto aliquid abest emtori, qui fi„dem præponentis secutus est, merito ad ejus repa„rationem agere potest. *L. 1. pr. Exerc. act.* Unde „notanter dicitur in *l. 1. §. 5. ff. Exerc. act.* om„nia facta magistri eos præstare debere *quia alio„quin contrahentes deciperentur.* At non ultra „tenetur quam ex lege præpositionis. *L. 1. §. 12. ff.* „*exerc. act.*

f) (MALE ROMANIS LEGIBUS INTRODUCTUM UT EX FACTO MAGISTRI EXERCITORES IN SOLIDUM TENERENTUR:) *Vid. l. 1. §. f. ff. Exerc. act. l. 4. §. 1. Eod. §. 2.* inst. *quod cum eo. L. 2. & 3. ff. Exerc. act.* Imo ratio juris civilis, quæ exercitores singulos ex facto magistri in solidum obligat, summa nititur æquitate, ne qui cum uno contraxit, uniusque fidem secutus est, in plures distringatur, quod valde incommodum est, imprimis (1) si plures sunt exercitores valde dissiti, difficile enim esset tot locis & totidem litibus suum repetere; cum econtrario (2) exercitores inter se mutuas habeant rationes, indeque facile suum recipere possint: sane (3) extraneus difficulter cum magistro navis vel institore contracturus esset, indeque favore commerciorum id ita statutum est.

g) (NAM HOC NEC ÆQUITATI NATURALI CONVENIT:) Æquitas civilis consistit in favore commerciorum.

„*h*) (QUÆ SATIS HABET SI PRO SUIS SINGU„LI PARTIBUS CONVENIANTUR:) Non enim con„traxere nisi communi nomine, adeoque concur„su partes faciunt, & non nisi pro rata obligan„tur: At diximus JCtos utilitatem mere civilem „hic respicere.

i) (NEC PUBLICE UTILE EST:) Imo summam commerciorum utilitatem hic versari jam diximus.

k) (ABSTERRENTUR ENIM HOMINES:) Imo (1) magis absterrentur extranei si ex contractu magistri in infinitas lites distrahi & forum singulorum exercitorum sequi deberent. Sed & (2) dictum jam

lex illa Romana observata non est: imo contra constitutum, [m] ne exercitoria etiam universi amplius teneatur, quam ad æstimationem navis, & eorum quæ in navi sunt.

§. XIV.

[a] Ut autem promissio jus transferat, acceptatio hic [b] non minus quam in dominii translatione requiritur [c] ita tamen ut hic quoque præcedens rogatio durare intelligatur, ac vim habere acceptationis. [d] Nec obstat quod de pollicitationibus factis civitati jure civili est pro-

L. qui absenti 38. D. de acq. poss. Gomez. tom. II. c. 9. n. 1.

jam est facilem inter mercatores esse recursum ob mutuas rationes. *Conf. Vinn. & Grænw. ad* §. 2. *Inst. Quod cum eo. &c.*

„*l*) (APUD HOLLANDOS, ET NUNC ET OLIM „LEX ILLA ROMANA OBSERVATA NON EST:) „Hoc dependet ex arbitrio legislatorum; neque „tamen ideo minus utile est hoc jus Rumanum. Cæterum jus civile obtinet apud Ant„werpienses *Vid. Grænw. ad* §. 2. *Inst. Quod* „*cum eo &c.* Sed & in senatu & curia Lubecensi in „causa civitatis Stralsund pro jure Civili decisum „refert *Marq. de jure mercat. L. 1. c. 8. usque pag 65.*

„*m*) (NE EXERCITORIA ETIAM UNIVERSI AM„PLIUS TENEATUR QUAM AD ÆSTIMATIONEM „NAVIS:) Nam ultra illam æstimationem non præ„ponere exercitores: sed id etiam jure Romano ob„tinet: §. 2. Inst. *quod cum eo &c.* ibi ejus *rei* „*causa cui præpositus est.* Conf. *l. 1. §. 7. Exerc.* „*act. L. 1. §. 12. Eod. arg. §. f.* Inst. *quod cum eo* „*&c.*

a) (Grot.) (UT AUTEM PROMISSIO JUS TRANSFERAT, ACCEPTATIO REQUIRITUR:) *Tertullianus*, ut Jurisperitus, libro de jejuniis: *Votum cum a Deo acceptatum est, legem in posterum facit.* (c. 11.)

ADDITIO.

Ad translationem enim juris utriusque requiritur consensus, quia de duorum jure agitur, & tunc demum, cum alter acceptat, i. e. consentit, est duorum in idem placitum consensus.

Acceptatio autem hic non est quæ fit manu, sed saltem voluntate & animo, in quo differt ab acceptatione quæ in dominii translatione requiritur, ea enim fit traditione, adeoque corpore:

Cæterum acceptationem etiam per alium fieri posse ex præcedentibus patet; hinc ex servi & filii acceptatione nobis acquiri constat, item ex acceptatione tertii qui nostro nomine capit, vel ut minister intervenit. §. 3. Inst. *per quas pers. l. 1. §. 20. Acq. poss. l. 53. A. R. D. l. 14. pec. const. l'id. infr.* §. 18.

„*b*) (NON MINUS QUAM IN DOMINII TRANS„LATIONE:) Nam æque contradictio est, jus me „invito meum esse, ac rem sine mea voluntate „meum esse posse. Unde non immerito Author „*supra c. 6. §. 2.* asseruit, hactenus idem esse in „promissione quod in alienatione dominii.

c) (ITA TAMEN UT HIC QUOQUE PRÆCEDENS ROGATIO DURARE INTELLIGATUR, ET VIM HABERE ACCEPTATIONIS:) Confundit Author naturam stipulationis cum acceptatione; sane præcedens rogatio nunquam vim acceptationis habet, sed est instar oblationis, quæ, quamdiu ab altero non acceptatur, est nudus actus unius, neuter obligatur, & uterque recedere potest,

Regula ergo generalis est, quod quis tamdiu a voluntate recedere possit quamdiu uterque nondum consentit: Nam tamdiu negotium est imperfectum, nulla est translatio juris, adeoque nec obligatio. Si proinde rogans, antequam alter consentiat pœniteat, nulla est obligatio, licet postea consensus sequatur, quia uterque non consentit: non tempore rogationis, quia deficit eo tempore consensus ejus qui rogatur: non ex eo quo alter consentit quia tunc jam pœnituit is qui rogavit.

ADDITIO.

„Author plane non loquitur de stipulatione, „neque de rogatione quæ in verborum obligatione „repromissionem incontinenti præcedere debet; „Sed explicari mens Authoris debet ex *Cap.* 6. §. „2. ubi *voluntatem accipiendi* præcedere posse ait „*dationem*, puta, si quis quid dari aut concedi sibi „petierat, datio autem demum post intervallum „secuta fuit; tunc enim nova acceptatione opus non „esse dixit, quia prior voluntas acceptandi durare „censetur; nisi mutatio appareat *d. c.* 6. §. 2.

„Idem obtenere hic ait in *promissione*: si proinde „Titius me rogat ut ei mutuo dem 100, ego dissimu„lando voluntatem, octiduo elapso declaro me „100 ipsi daturum: Author ait, hoc quoque casu „acceptationem novam non requiri, sed sufficere „eam quæ præcessit, & rogationem Titii præce„dentem jam satis indigitare quod velit in illa 100 „habere, atque hanc rogationem instar accepta„tionis esse: Neque enim voluntatem, quam se„mel declaravit, mutasse censeri. Adeoque hic „quoque casum esse putat ubi acceptatio præcedit „promissionem, contra regulam quæ vult accepta„tionem supponere præviam obligationem. Conf. „*d. c.* 6. § 2.

d) (NEC OBSTAT QUOD DE POLLICITATIONIBUS PRODITUM:) Equidem verum est, jure Romano ex pollicitatione jus transferri, *L. 1. §. 2. & 3.*

Molina disput. 263. proditum [e] quæ ratio quosdam induxit [f] ut jure naturæ solum promittentis actum sufficere judicarent: [g] nam lex Romana non hoc dicit, ante acceptationem pollicitationis plenam esse vim, [h] sed revocari vetat, ut acceptari semper possit: [i] qui effectus non est naturalis, sed mere legitimus, [k] cui non dissimile est quod pro infantibus & amentibus [l] jus gentium introduxit [m] Nam pro his, ut possidendi res quæ possessione quæruntur [n] ita & acceptandi animum jus supplet. *Vide hoc libro, cap. III. §. 6. & 4. §. 10.*

§. XV.

[a] Illud etiam quæri solet, an satis sit acceptationem fieri, an vero etiam [b] innotescere debeat promissori; antequam promissio plenum

& 3. l. 3. §. 1. ff. de Pollic. sed hoc meri juris positivi, ac duobus saltem casibus, in causa Dei nimirum, & reipublicæ statutum legimus. In favorem igitur causarum piarum & publicarum receptum est, ne vovens vel pollicitans recedere possit, etsi ecclesia vel respublica nondum acceptaverit.

„e) (QUÆ RATIO QUOSDAM INDUXIT:) *Vide* „*supra* §. 3.

„f) (UT JURE NATURÆ SOLUM PROMITTEN„TIS ACTUM SUFFICERE JUDICARENT:) Cum „jure naturæ non nisi ex dispositione duorum jus „transferri certum sit.

„g) (NAM LEX ROMANA NON HOC DICIT AN„TE ACCEPTATIONEM POLLICITATIONIS PLENAM „VIM ESSE:) Imo plena vis inest ex dispositione „legis, alias pœnitere posset: at non valet tanquam „pactum, seu mutua dispositio.

h) (Grot.) (SED REVOCARI VETAT UT ACCEPTARI SEMPER POSSIT:) Vide similem *legem Wisigotthorum* l. V. tit. 11. c. 6.

ADDITIO.

„Hæc vis inest pollicitationi ex dispositione le„gis, non ex dispositione partium.

„i) (QUI EFFECTUS NON EST NATURALIS:) „Quia jure naturæ semper revocare possum oblatum „donec alter acceptet.

k) (QUI NON DISSIMILE QUOD PRO INFANTIBUS ET AMENTIBUS:) Imo dissimillimum. Nam jure naturæ quoque tutoribus data est facultas administrandi res pupillorum *Vid. supra c.3.§.1.Prop* 3.4. Tutores igitur horum nomine acceptant, & sic omne jus hic quoque oritur ex dispositione duorum.

„l) (JUS GENTIUM:) Intelligit voluntarium: „At tutelas ex ipso jure naturæ originem trahere „probavimus in *Diss. prooem. XII.* §. *183. seq. jus* „*autem gentium voluntarium* non existere proba„vimus *supra L. 1. c. 1.* §. 14.

„m) (NAM PRO HIS, UT POSSIDENDI RES QUÆ „POSSESSIONE QUÆRUNTUR, &C. JUS SUPPLET:) „Author enim supra *L. 2. c. 3. §. 6. & c.* „4. §. *10. l.* 5. §.*2.n.* 2. dixit, Jus gentium ob commu„nem utilitatem introduxisse, ut & infantes & fu„riosi dominia accipere & retinere possint, perso„nam illorum interim quasi sustinente humano „genere. At in notatis ibidem fabulam de consti„tutione tali gentium, & de repræsentatione huma„ni generis refutavimus, neque fictum illud jus „gentium animum possidendi res supplet, sed ipsum „jus naturæ per tutelam impuberibus prospicit.

„n) (ITA ET ACCEPTANDI ANIMUM JUS SUP„PLET:) Infans & furiosus animum acceptandi non „habent, quia acceptatio est actus judicii: at verum „non est *jus gentium* per illam repræsentationem „supplere animum, sed natura constituit tutores, „qui jure & nomine pupilli acceptant. *Vid. lit. l.*

a) (ILLUD ETIAM QUÆRI SOLET:) Quærit Author, *an ad id ut vim habeat promissum opus sit ut acceptatio innotescat ei qui promisit?* Et ait, in promissis mere *liberalibus* valere, etsi non innotescat acceptatio, & præsumi promissionem factam hoc modo, *volo ut valeat si acceptetur.* At in promissis *oneroris* ubi mutua est obligatio, non valere negotium nisi innotescat promittenti, quia promissio facta præsumitur hoc modo, *volo ut valeat si acceptatum intellexero.*

Hæc distinctio mere cerebrina est, nec ulla ratione nititur: sed in genere dicendum est, promissum vim juris habere si alter acceptavit, & NB. promittens ante acceptationem non revocavit & pœnituit: Ex eo enim momento quo alter acceptat (si interim promissor non revocavit) pactum perfectum est, duo in idem placitum consentiunt, ex utriusque dispositione jus in alterum transfertur. Post acceptationem igitur promissor revocare nequit, etsi alterum acceptasse nondum sit certioratus, quia jus ex utriusque dispositione alteri quæsitum ei auferri nequit.

„b) (INNOTESCERE DEBEAT ANTEQUAM PRO„MISSIO PLENUM EFFECTUM CONSEQUATUR:) „Ita ut promissor, antequam innotescat alterum „acceptasse, revocare promissum possit.

„c) (VOLO

num effectum consequatur. Et certum est utroque modo fieri posse promissionem, aut hoc modo: [c] volo, ut valeat si acceptetur, aut hoc modo: [d] volo, ut valeat si acceptatum intellexero. [e] Et in his quidem quæ ad mutuam pertinent obligationem, [f] posterior sensus præsumitur [g] in promissis vero mere liberalibus [h] potius est ut prior sensus credatur adfuisse, nisi aliud appareat.

§. XVI.

[a] Sequitur hinc, [b] ante acceptationem, quippe jure nondum translato, revocari promissum posse sine injustitia, [c] imo & sine inconstantia, [d] si revera eo animo factum sit, ut ab acceptatione demum valere incipiat [e] Revocari etiam posse mortuo ante acceptationem eo cui promissum erat, [f] quia videtur acceptatio in arbitrium ipsius collata, non heredum. [g] Aliud enim est velle dare huic jus ad heredes transiturum, aliud velle dare heredibus: [h] multum enim

L. 6. C. Si quis alteri vel sibi. L. 4. D. de manum. vind.

„c) (VOLO UT VALEAT SI ACCEPTETUR:) Hæc „conditio promissioni sua natura inest, adeoque „etsi id non sit dictum, certum est obligationem „ex promisso non oriri, nisi alter acceptet.

„d) (VOLO UT VALEAT SI ACCEPTATUM INTELLEXERO:) Si quis disertis verbis promittit „100, ea lege, ut non valeat *nisi acceptatum intellexerit*, certum est non obligari promissorem, „nisi & acceptatum sit, & id promittenti innotuerit; ita enim disposuit: cujus rei effectus est, ut „ante notitiam factæ acceptationis pœnitere, & revocare promissionem possit.

„e) (ET IN HIS QUIDEM QUÆ AD MUTUAM „PERTINENT OBLIGATIONEM:) i. e. Ubi utrinque aliquid promittitur.

„f) (POSTERIOR SENSUS PRÆSUMITUR:) Scilicet ut videatur promisisse sub lege, *si acceptatum* „*intellexerit*: Quod B. Parens satis refutavit supra *pr. b.* „§. sane illa notitia nihil facit ad validitatem promissi, utpote quod perfectum est statim ubi adest duorum in idem placitum consensus, uti adest tempore acceptationis.

„g) (IN PROMISSIS VERO MERE LIBERALIBUS:) „i. e. Ubi ab una tantum parte aliquid promittitor, ut in pacto de donando:

„h) (POTIUS EST UT PRIOR SENSUS:) Scilicet „ut videatur saltem promissio facta sub lege *si ac-* „*cepteretur*: at dictum est, idem jus esse in onerosis.

„a) (SEQUITUR HINC:) Scilicet ex eo, quod „acceptatio ad jus transferendum necessaria sit. „*Vid.* §. *14.*

b) (ANTE ACCEPTATIONEM REVOCARI PROMISSUM POSSE SINE INJUSTITIA:) Author rationem addit, quia jus translatum nondum est; quamdiu enim alter non acceptavit non est dispositio duorum, adeoque negotium est imperfectum, ex quo nec natura ullum jus oriri potest.

„c) (IMO ET SINE INCONSTANTIA:) Vix evitare notam levitatis poterit, qui, quod semel voluit, postea absque justa causa mutat: At hoc est „vitium Ethicum quod absque injuria admitti „potest.

d) (SI REVERA EO ANIMO FACTUM SIT UT AB ACCEPTATIONE DEMUM VALERE INCIPIAT:) Imo etsi eo animo factum non sit, tamen non erit inconstantia, quia re integra ex causa superveniente mutari voluntas potest: sed & nota inconstantiæ non ad jus, sed ad disciplinam virtutum pertinet.

e) (REVOCARI ETIAM POSSE MORTUO ANTE ACCEPTATIONEM EO CUI PROMISSUM ERAT:) Imo tunc non opus est revocatione, sed ipso jure nulla est obligatio, quia deficit acceptatio, mortuus enim acceptare amplius non potest. Cum ergo nullum jus hic translatum sit, hæres ejus, cui promissum est, inde non potest jus sibi arrogare quod ipse defunctus non habuit.

„f) (QUIA VIDETUR ACCEPTATIO IN ARBITRIUM IPSIUS COLLATA, NON HÆREDUM:) Vera ratio est, quia defunctus jus non habuit, cum nunquam acceptaverit; hæres autem saltem succedit „in jus defuncti.

g) (Grot.) (ALIUD ENIM EST VELLE DARI HUIC JUS AD HÆREDES TRANSITURUM, ALIUD VELLE DARE HÆREDIBUS:) Ideo ad vitandum ambiguum dici solebat: *Illi liberisque ejus. Servius* ad IX. Æneidos. (*vers. 302.*) Vide & *legem Wisigitthorum* l. V. tit. II. c. 6.

ADDITIO.

„Veram rationem modo allegavi: promissio nullum jus transfert in eum cui promittitur, nisi hic acceptet; non autem acceptat si præmoritur: quod „ergo jus defunctus non habuit, id per rerum naturam in ejus hæredem transire nequit.

„h) (MULTUM ENIM REFERT IN QUEM BENEFICIUM CONFERATUR:) Verba hæc sunt, ex quibus nihil inferri potest; non quæritur an promissor voluerit beneficium conferre in solum defunctum

L. 191. D. de reg. juris. enim refert in quem beneficium conferatur. [i] Et hoc est quod Neratius respondit, non videri sibi principem quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse.

[a] §. XVII.

I. [b] Poterit etiam revocari mortuo eo qui lectus erat voluntatis internuncius, quia in illius verbis posita fuerat obligatio. [d] Aliud in tabellario, qui non est instrumentum obligationis, sed perlator instrumenti obligatorii. [e] Itaque literæ consensus indices per quemvis perferri poterunt. Distinguendum quoque [f] inter ministrum, qui electus est ut promissionem significet, & inter eum, qui electus est [g] ut ipse promittat. [h] Priore casu revocatio vim suam habebit, etiamsi

L. Mandatum 57. D. Mandati. Clarus libro IV. §. donatio. q. 12. L. Si Mandatum 15. D. Mandati.

„functum, an etiam in hæredem? sed quæstio est, „an jus translatum sit in eum cui promittitur, si „moriatur ante acceptationem. Posita negativa, uti „poni debet, necessario sequitur hæredem acceptare non posse; non ideo quia offerens beneficium in hæredem conferre noluit, sed ideo quia „defunctus, in cujus jura hæres succedit, jus oullum „ex illa promissione consecutus est.

„i) (ET HOC EST QUOD NERATIUS RESPONDET:) In allegata *lege 119. Reg. Jur.* casus est ubi „princeps concessit privilegium ei quem adhuc in „vivis esse putat: Hæc concessio nulla est ob defectum acceptationis, quæ a præmortuo fieri non „potest: Adeoque ad hæredes ea coocessio extendi „oon potest; non ex voluntate principis, quia non „illis sed defuncto concedere voluit: *Vid. l. 191. Reg. jur. ibique Goth.* neque ex jure defuncti, utpote qui nullum jus habuit.

a) (AO §. XVII.) Author hactenus egit de dispositione inter ipsos contrahentes, sequitur nunc tractatio de ministris mediis per quos dispositio fit:

Præmittendum autem I. est, differre procuratorem & nuncium: *Ille* est qui ipse agit, disponit, & rem gerit, etsi mandato alterius. *Hic* est, qui non disponit ipse, sed verba saltem domini refert: Hinc *priori* casu duo sunt negotia, (1) mandatum inter dominum & procuratorem: (2) contractus, inter procuratorem & tertium. *Posteriori* casu unum est negotium, quod intercedit ioter promissorem & eum cui per famulum nuncium promittitur. Noo enim magis hic duplex est negotium quam si quis per literas alteri promittit: Atque hoc jus Naturæ Prætor apud Romanos reduxit in *§. f. Inst. Quod cum eo &c.*

II. Male Author distinguit inter nuncium & tabellarium: nam uterque est instrumentum domini, et effectu idem est, sive aliquis per literas sive per verba nuncii mihi voluntatem suam declaret; hinc admittendum non est, quod Author ait, mortuo ouncio promissorem revocare posse promissum, oon mortuo tabellario: Nam si promissum illud alio modo ad notitiam ejus cui promissum est pervenerit, & is acceptaverit, æque perfectum est negotium ac si literæ per alium ad eum perferuntur. Nuncius enim & tabularius fuere saltem delatores voluntatis, quæ alio modo innotescere potest: adeoque mortuo utroque nihil perit sine quo negotium existere nequeat.

Si vero promissor, antequam alio modo innotescat promissum ei cui promittitur, revocet promissum, omnis deficit obligatio.

ADDITIO.

„Ex sequentibus apparebit, Authorem loqui non „de nuncio, sed de *internuncio alterius voluntatis* „i. e. de mandatario: quod ex *l. 57. Mand.* quam „in margine allegat, apparet.

„b) (POTERIT ETIAM REVOCARI MORTUO EO „QUI LECTUS ERAT VOLUNTATIS INTERNUNCIUS:) Is cui mandaveram ut meo nomine *suis verbis* promitteret: *Gron. h.*

„c) (QUIA IN ILLIUS VERBIS POSITA FUERAT „OBLIGATIO:) Rectius quia morte mandatarii exspirat mandatum: *Vid. infra lit. y. z.*

„d) (ALIUD IN TABELLARIO:) Qui noo legitur ut verbis suis promittentis voluntatem denunciet, sed ut literas perferat.

„e) (ITAQUE LITERAE, CONSENSUS INDICES, „PER QUEMVIS PERFERRI POTERUNT:) Adeo ut „licet tabellarius pereat, & per alium literæ perferaotur, negotium perfectum sit, si is qui literas accepit, consentiat:

„f) (INTER MINISTRUM QUI ELECTUS EST „UT PROMISSIONEM SIGNIFICET:) Adeoque qui „tantum nuncius est.

„g) (UT IPSE PROMITTAT:) Adeoque qui „procurator est, & suis verbis vi mandati noo alii „promittit.

„h) (PRIORI CASU REVOCATIO VIM SUAM „HABEBIT ETIAMSI MINISTRO NON INNOTUERIT:) „Poonamus Titium elegisse Mevium, ut Cajo denunciet se domum ei donare: Antequam Mevius voluntatem Titii ad Mevium deferat Titius revocat donationem: Recte Auctor ait, revocationem vim suam habere etsi Cajus postea acceptet

etiamsi ministro non innotuerit: [i] altero vero irrita erit revocatio; [k] quia jus promittendi ab ipsius voluntate pendebat, [l] quæ voluntas nec dum cognita revocatione omni culpa vacabat. Sic etiam [m] priore casu [n] mortuo donatore poterit acceptari donatio, [o] ut perfecta ab una parte, quanquam revocabiliter: quod apertius [p] in legatis conspicere est, [q] altero casu [r] non poterit, [s] quia non facta est sed mandata fieri. *Nec ambigui 6. C. de don.*

2. [t] In dubio autem mandantis voluntas fuisse censetur ut impleatur

„ceptet, nam tempore acceptationis defuit consensus Titii, adeoque hic non est utriusque in idem „placitum consensus.

„Idque verum esse ait, etsi Mevio non innotuerit Titium revocasse mandatum, quia obligatio non oritur ex scientia nuntii, sed ex consensu „utriusque, qui deficit tempore acceptationis.

„i) (ALTERO VERO IRRITA ERIT REVOCATIO:) „Imo si quis ut procurator promittit vi mandati, valet omnino revocatio, quia mandatum eo „tempore quo mandatarius promisit per revocationem promittentis finitum est, adeoque in momento acceptationis utriusque consensus non ad„est:

„k) (QUIA JUS PROMITTENDI AB IPSIUS VOLUNTATE PENDEBAT:) Quod verum est quamdiu mandatum subsistebat, at illud per revocationem hic finitum est.

„l) (QUÆ VOLUNTAS, NEC DUM COGNITA „REVOCATIONE, OMNI CULPA VACABAT:) Facile id concedimus: At non quæritur *an mandatarius promittendo culpam committat?* quod recte „negatur, si revocatio ei cognita non fuit; sed id „quæritur, *an promissio mandatarii obliget mandantem quem promissionis, per mandatarium faciendæ, poenituit?* quod merito negatur, defuit „enim utriusque consensus,

„m) (PRIORE CASU:) Si quis nuntius saltem „est, qui promissionem factam esse significat.

n) (Grot.) (MORTUO DONATORE POTERIT ACCEPTARI DONATIO:) Vide Librum de Tenuris Angliæ c. 7.

ADDITIO.

„Neque hoc admittimus, quia tempore acceptationis deficit consensus donatoris. Idque ICti Romani quoque ita statuerunt in §. *10. Inst. Mand. l. 26. „pr. Eod.* & utilitatis saltem gratia id mutatum est „*d. §. 10. l. 58. ff. mand.*

„o) (UT PERFECTA, AB UNA PARTE QUANQUAM REVOCABILITER:) Sensus Authoris hic „esse videtur: Donatorem vivum revocare potuisse, „at quia vivus non revocavit, videri mortuum perseverasse in eadem voluntate, adeoque ab ejus „parte donationem perfectam esse: verum non sufficit ab una parte donationem perfectam esse, „sed utriusque consensus requiritur, qui deficit „mortuo ante acceptationem donatore.

„p) (IN LEGATIS CONSPICERE EST:) Si testator in testamento legata relinquit Cajo, adeoque ei aliquid donat post mortem, Author ait a parte „testatoris perfectam esse donationem, etsi revocabiliter, & nihilo minus eam post mortem testatoris acceptari posse: At bene notandum, id jure „Civili demum ita statutum esse; jure naturæ enim „legata testamento relicta plane non debentur, sed „talis dispositio, quæ post mortem fit, ipso jure nulla „est. *Vid. supr. c. 6. §. fin.* Adeoque quod testator „in momento mortis donasse, & hæres in eodem „momento acceptasse videatur, est mera fictio juris „Romani. *dict. c. 6. §. f.*

„q) ALTERO CASU:) Si quis a donatore electus est ut alteri promittat.

„r) (NON POTERIT:) Cur non? Sane, donatore „mortuo antequam procurator promittat, certum est salva ratione asseri non posse tempore „promissionis utriusque adesse consensum, cum „mortuus consentire non possit: nec allegari potest „durare consensum, id enim non nisi per fictionem statui potest, fictiones autem sunt juris civilis.

„s) (QUIA NON FACTA EST, SED MANDATA „FIERI:) i. e. dominus nondum donavit, sed „saltem mandavit procuratori ut donet: mandatum autem hoc expirat morte donatoris: At „diximus idem jus esse in priori casu, si per nuncium voluntas declaratur, quia mandatum semper expirat morte donantis: tempore enim acceptationis deficit hujus consensus. Unde apparet in utroque casu idem jus obtinere.

„t) (IN DUBIO AUTEM MANDANTIS VOLUNTAS FUISSE CENSETUR UT IMPLEATUR MANDATUM:) Ex præsumtione tali nullum jus natura inferri potest; jus in alterum non transfertur „nisi de certa voluntate constet, non autem certo constat de donatoris voluntate eo momento „quo de perfectione negotii agitur.

„Neque obstat *l. 4. ff. Manum vind.* ubi Julianus ait, valere manumissionem servi cui „filius, ignorans patrem mandantem mortuum esse, „libertatem imposuerat: addita ratione, *cum non appareat mutata voluntas.* Resp. expresse additur *id favore libertatis* statutum esse, adeoque ex „mera ratione civili.

„Obiter hic notandum est, Paulum in *L. 15. §. 1. Qui et a quibus &c.* referre, Julianum statuisse „*servo libertatem non contingere*, cum tamen contrarium appareat ex *d. l. 4.*

atur mandatum, u nisi magna mutatio inciderit, qualis est mors mandantis. v Possunt tamen suppetere conjecturæ quæ aliud judicandum suadeant, quæ facile admittendæ sunt, w ut subsistat quod pia de causa dari mandatum est. x Ac simili modo definiri potest agitata olim controversia, y an in heredem mandati detur actio, z qua de re aliud

Covar. Lib. 1. Var. C. 14. n. 16. L. si pater 4. D. de manum. vind.

„u) (NISI MAGNA MUTATIO INCIOERIT QUALIS EST MORS MANOANTIS:) Diximus mortuo „mandante expirare mandatum, quia deficit con„sensus.

„v) (POSSUNT TAMEN SUPPETERE CONJECTURÆ:) Ex conjecturis nullum jus oriri sæpius di„ctum est.

„w) (UT SUBSISTAT QUOO PIÆ CAUSÆ OARI „MANDATUM EST:) Hoc ex jure civili est. Cæte„rum hanc quæstionem examinavit *Covarrav. l. 1.* „*Var. resol. c. 14. n. 6.*

„x) (AC SIMILI MODO:) Distinguendo scl. inter „nuncium & procuratorem

„y) (AN IN HÆREOEM MANDATI OETUR „ACTIO:) Posito scl. easu, ubi nuncius vel procu„rator significat promissum, vel promittit ipse:

„Quæstionem an io hæredem detur mandati „actio B- Pareos peculiari *disputatione ad l. 57. ff.* „*Mand.* examinavit-

„Nos eandem quæstionem examinavimus in ju„re nostro controverso. *tit. Mand. qu. 18.* & ve„rum sensum leges 57. ff. Mand. nova ratione de„monstravimus. Operæ autem pretium erit totam „quæstionem hic inserere:

„Quæritur *an morte mandatarii finiatur man„datum?* AFFIRM. *l. 57. Mand.* verb. *Mandatum* „*distrahendorum servorum, defuncto qui mandatum* „*suscepit, intercidisse constitit.* Nam cum defun„ctus non fuerit obligatus, nec hæredes obligari po„terunt, quia obligatio quæ nulla in defuncto fuit „in hærede inchoare nequit. Vid. Jus contr. „*tit. pro soc. q. 13.*

„OBST. *L. 57. Mand.* Ubi hæredes distrahere „servos possunt: Equidem putant Doctoes ibi rem „non amplius iotegram fuisse, indeque potuisse „mandatum ab hæredibus perfici *Laut. Tit.* „*Mand. in. f.* At hoc falsum esse apparet tum ex „eo, quod per usucapionem demum emtores jus „acquirant, tum ex eo, quod Mango fidem certi „hominis ibi elegisse dicatur; tum denique ex eo, „quod Mango Publiciana actione servos ab hæredi„bus venditos vindicare possit, quod facere noo pos„set, si justa hæredes alienassent.

„Cum vero de sensu *d. l. 57.* admodum 'cootro„vertatur, meam quoque circa illum textum sen„tentiam paucis declarabo, eaqoe posita nullam am„plius difficultatem supêrfore confido: Verba le„gis ex vulgata hæc sunt: *Mandatum distrahendorum* „*servorum, defuncto qai mandatum suscepit, interci„disse constitit. Quoniam tamen hæredes ejus er„rore lapsi, non animo furandi, sed exequendi quod* „*defunctus sua cura fecerat, servos vendiderant, eos* „*ab emtoribus usucaptos videri placuit. Sed venali„ciarium, ex provincia reversum, Publiciana actione* „*non utiliter acturum: cum exceptio justi dominii* „*causa cognita detur, neque oporteat eum, qui certi* „*hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam* „*hæredum, affici damno.*

„Casus hic propositus talis est; Venaliciarius pe„regre profecturus distractionem servorum commit„tit Titio, hie moritur, hæredes ejus bona fide „exequuntur mandatum, servosque distrahunt: Re„verso postea venaliciario variæ suboriebantur quæ„stiones: (1) An mandatum morte mandatarii ex„stinctum fuerit? (2) An emtores servos, ab hæredi„bus distractos usucepisse videantur? & (3) an & qua „actione venaliciario reverso succurratur? Equidem „quod *primam* quæstionem attinet, jam dixi man„datum finitum esse: indeque hæredes dominium „servorum alienorum in emtores transferre non „potuisse; Attamen quia emtores bona fide & justo „titulo ab hæredibus non dominis accepere, recte „affirmatur *altera* quæstio, scilicet eos usucepisse „videri servos sibi venditos.

„Neque OBSTAT, quod hæredes, qui scientes rem „alienam distrahunt, pro furibus haberi debeant, ad„eoque furto res videatur alienata, indeque usucapi „non possit.

„RESP. Imo hæredes non habuere animom fu„randi, sed exequendi id quod curæ defuncti com„missum erat: idque nervose ait JCtus. *Quoniam* „*tamen hæredes ejus errore lapsi, non animo furandi,* „*sed exequendi quod defunctus sua cura fecerus ser„vor vendiderant, eos ab emtoribus usucaptos videri* „*placuit.*

„Sed cum Mango citra culpam suam servos amise„rit, *Tertio* quæritur, an & quali actione ei succur„ratur? Videtur nulla; quia res usucapta est, & „publiciana agenti videtur obstare exceptio justi do„minii, *d. l. 57.* At res aliter se habet. Prænit„tendum autem est, vitiosam esse lectionem vulga„tæ in *d. l. 57.* Et ita legendum esse, *sed venalici„arium &c. publiciana actione non inutiliter* (male „legitur *non utiliter*) *acturum:* Nam venaliciario „publicianam non denegandam esse probat (1) ratio „juris, quia ob justam absentiæ causam, rescissa usu„capione, servi venditi Publiciana vindicari possunt. „de quo *infra*. (2) Confirmat hoc vocula adver„sativa *sed*, ut scilicet sensus sit, usucaptos quidem „esse servos, *sed* rescissa usucapione venaliciarium „non ioutiliter Publiciana acturum: Adstipulatur „(3) ratio a JCto allegata, quod *non oporteat ve„naliciarium ob errorem aut imperitiam hæredem* „*damno affici*, quæ ratio necessario supponit aliquam „actionem venaliciario ibi concessam esse. Atque „hæc lectio (4) probatur in antiquissimo quodam „codice Ranconetti. vide *Gloss. ad d. l. 57.* Sed & „(5) rationi hic magis sequendum quam Codicibus,

ut pote

aliud M. Druſum prætorem, aliud Sextum Iulium edixiſſe refert [aa] ſcriptor ad Herennium lib. II.

§. XVIII.

I. Solent & controverſiæ incidere [a] de acceptatione pro altero facta [b] in quibus diſtinguendum eſt [c] inter promiſſionem mihi factam

„utpote cum omnes fere varient, nam in Florentina legitur *non utiliter*, in Holoandrina *inutiliter*, in aliis *utiliter &c.*

„His ita præmiſſis, dicimus Mangnnem qui citra ſuam culpam, & cum commercii ſui cauſa abſens eſſet, ex errore & imperitia hæredum ſervos amiſit, contra hanc uſucapionem reſtituendum eſſe ex clauſula generali *ſi qua juſta cauſa fuerit*. Et tum, reſciſſa uſucapione, eum ſervos mediante publiciana vindicare poſſe.

„Neque tamen præciſe opus eſt, ut duo hæc remedia ſeparatim, & ſucceſſive inſtituat; ſed ſufficit ſi ipſam rem petat: tunc enim implicite petit, ut prius reſcindatur uſucapio, & tum res reſtituatur: Uti compendioſus hic procedendi modus ab ipſo Imperatore in terminis ita commendatur in § 5. *Inſt. de Act. Si quis cum republica cauſa abeſſet, vel in hoſtium poteſtate eſſet, uſuceperit; permittitur domino, ſi poſſeſſor reipublica cauſa abeſſe deſierit, tunc intra annum reſciſſa uſucapione NB. eam petere, id eſt, ita petere, ut dicat poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe.*

„Hunc ergo proceſſum quoque venaliciario ſuppeditat JCtus in *L. 57. Mand. ſed venaliciarium reverſum provincia publiciana actione non inutiliter acturum:* Datur ergo hic publiciana, ſed prævia reſciſſione uſucapionis, quod hic ſupponitur, & tacite ſubintelligitur; Idque apparet (1) ex eo, quod in propoſito caſu, licet uſucapio impleta ſit, tamen publiciana domino detur, quod fieri non poteſt niſi reſciſſa uſucapione, quia alias repelleretur exceptione juſti dominii: Atque hinc (2) quoties res uſucapta repetitur, perpetua formula eſt, reſciſſa uſucapione rem repeti, ut in *L. 35. pr. O. A. L. 3. C. teſt. mil. d. §. 5. Act.* Quin actioni tacite & implicite id ineſt, dum enim rem repetit, idem eſt ac ſi dicat poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id rem ſuam eſſe. *d. §. 5.*

„Neque OBSTAT, quod in *d. l. 57.* emtoribus exceptio juſti, & ex uſucapione quæſiti dominii detur contra venaliciarium, ibi: *cum exceptio juſti dominii cauſa cognita detur.* Unde videtur probari (1) publicianam venaliciario non dari, ſed eum repelli exceptione juſti dominii. (2) non reſcindi uſucapionem, ſed in ea potius exceptionem juſti dominii fundari.

„RESP. In *d. l. 57.* exceptio juſti dominii non datur emtoribus contra mandantem, qui publiciana agit; ſed ipſi venaliciario mandanti contra emtores: quod ex ratione ſubjecta apertum eſt, *neque oporteat eum qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum affici damno:*

„Dubium autem omne hæret in voce *exceptio:* quæ non videtur referri poſſe ad mandantem, utpote qui hic actor eſt, & qui publiciana agit; ſed ad emtores, qui excipiunt ſe uſucepiſſe, juſtosque dominos eſſe. Reſp. Vox *exceptionis* hic ſumitur pro replicatione, *nam replicatio eſt exceptio actoris l. 2. §. 1. l. 22. §. 1. ff. except.* Adeoque proceſſus hic eſt: Mandans contra emtores publiciana *agit:* emtores *excipiunt* ſe uſucepiſſe: mandans *replicat,* uſucapionem reſcindendam ob juſtam abſentiam, eaque reſciſſa rem ſuam eſſe, quæ eſt exceptio juſti dominii; & hactenus jus mandantis potius eſt. Atque hac ratione textus, qui hactenus inextricabilis viſus eſt, citra ullam correctionem illuſtratur

„z) (QUA DE RE ALIUD M. DRUSUM ALIUD SEXTUM JULIUM EDIXISSE REFERT:) Ille mandati contra hæredes agi poſſe, hic non poſſe edixit.

„aa) (SCRIPTOR AD HERENNIUM:) *Lib. 2. c. 25.* Exſtat hic liber inter Ciceronis opera: eique tribuitur a Priſciano *lib. 6. 7. 9. 10.* aliisque conjecturis id probat. Gothofredus *ad Rubr. d. lib.*

„*a)* (DE ACCEPTATIONE PRO ALTERO FACTA:) Si v. g. ego promiſſionem tertio abſenti factam ejus nomine accepto. Jure naturæ nullam inde tertio acquiri obligationem alibi diximus: quod jure Romano quoque ſtatutum eſt *Vid. l. 3 Contr. ſtip. l. 11. ff. O. A. §. 4. & §. 18. Inſt. Inut. ſtip.* Plures hujus regulæ ſunt exceptiones, quas nervoſe expoſuit B. Parens *in Hyp. Inſt. tit. de inut. ſtip. §. 4.*

„*b)* (IN QUIBUS DISTINGUENDUM EST:) Vera principia hæc ſunt:

PROPOSITIO I.

Nemo poteſt alii paciſci, adeoque alius ex alterius pacto actionem quærere nequit. Vid. ſupr. §. 12.

DEMONSTRATIO.

Regula naturæ eſt, alterum ex alterius pacto actionem quærere non poſſe: Quilibet enim tantum de ſuo jure diſponere poteſt; at qui ſtipulatur non ſibi ſed alii, diſponit de eo quod alterius eſt, nimirum de voluntate alterius. Hæc ergo diſpoſitio eſt ultra facultatem nobis conceſſam, eoque ipſo jure nulla:

Aliud autem eſſe diximus I. ubi quis alii ſtipulatur tanquam nuncius, & nudus verborum interpres, tunc enim actus non eſt ſtipulantis, ſed ejus cujus inſtrumentum eſt, & qui per verba nun-

ctam de re danda alteri, & inter promissionem in ipsius nomen collatam

cii animum declarat. Nuncius igitur non suo facto neque suo jure acceptat, sed factu & jure ejus qui eum legit, tanquam voluntatis interpretem: Unde cum, ex hypothesi juris civilis, filii & servi nuda sint instrumenta patris, sponte inde fluit ratio, cur per servum & filium domino ac patri stipulari liceat.

Sed & II. aliud obtinet si stipulantis intersit, tunc enim valet stipulatio, quia non de jure alieno disponit, sed de suo: si proinde ego nomine Juliani ignotantis a te rogo pecuniam, tu mihi promittis te Juliano daturum, stipulatio nulla est; non enim valet ratione mei, quia non in me sed in Julianum est concepta, nec valet ratione Juliani, quia ille nihil disposuit, ego vero ejus nomine absque ejus mandato disponere non possum. Si tamen mea intersit, forte quod Julianus mihi commodaturus pecuniam esset, tunc promittens mihi obligatur, ipse disposui, & de meo.

Equidem Julianus acceptare promissum, idque significare promissori potest, qui si voluntatem non mutavit, obligatur non ex mea stipulatione, sed ex novo pacto: Cujus rei insignis effectus hic est, ut pœnitere possit promissor, antequam Julianus acceptet.

ADDITIO.

„Jure Romano verum (1) est alii facto meo „obligationem quæri non posse, adeoque stipulationent talem ipso jure nullam esse; Verum „(2) est, valere stipulationem quæ tertio fit, si ego „tanquam nuncius alterius, ejusque jussu ac nomine pecuniam rogo, & promissam nomine tertii „accepto. Verum quoque (3) est eam valere „*si mea intersit. §. 19. Inst. de Inut. stip.* „si scilicet ille qui alii stipulatur pœnam adjicit, „v. g. *si Juliano non credideris 100 pœna loco mihi* „*dabis:* Sane tunc valet stipulatio non ratione creditii, sed ratione pœnæ; hactenus enim mea interest:

„Hinc jam constat ratio *legis 3. C. Contrah.* „*stip.* ubi ego nomine Juliani mutuam pecuniam „rogavi atque accepi a Cajo: Ex hoc pacto nulla „actio oritur Cajo adversus Julianum, cum quo „nihil actum est: At si Julianus exegit a me pe„cuniam, & Cajus in solutionem consensit, huic „datur actio negotiorum gestorum contra Julianum, „quia negotium ejus utiliter gestum, isque factus est „locupletior ex Caji pecunia.

„Atque hæc ita *jure Romano* statuta sunt. *Jure* „*naturæ* verior est sententia, ex tali promissione, „*de dandis* 100 Tertio, veram mihi nasci actio„nem, etsi mea non intersit: sufficit enim fidem „mihi datam esse, ex hac fide data promissor jus in „me transfert, quod consistit in jure cogendi pro„missorem ut fidem datam impleat, i. e. Tertio „100 solvat.

„Rationem cur jus Romanum a jure naturæ re„cesserit toties indigitavimus: illud enim actio„nem ex pactis quibus causa non subest regulariter „non tribuit. *Conf. lib. c. d. c. 1. seq.*

PROPOSITIO II.

Si tertius, cui promittitur, postea acceptat promissum, annuente promissore, valet negotium non ex rogantis consensu, sed ex pacto subsequenti.

DEMONSTRATIO.

Ponamus igitur me rogare Titium num 100. dare velit Cajo; Titius respondet se daturum: hoc casu Cajo nullum agendi jus ex meo pacto acquiritur: Si vero Cajus facta denunciatione acceptat promissum, & Titius consentiat, valet omnino negotium: non ex mea rogatione, sed ex nova conventione, quæ intercedit inter Titium & Cajum.

PROPOSITIO III.

Sed & porro nemo promittere potest alium daturum.

DEMONSTRATIO.

Ponamus Cajum mihi promisisse, Titium 100 mihi daturum esse: Ex hac promissione nec Cajus obligatur nec Titius: non ille, quia ipse non promisit, se mihi 100 daturum: nec hic, qui plane nihil promisit, & cum quo nihil actum est: Adeo ut Cajus nec operam impendere teneatur, de eo enim in conventione nihil dictum est.

Exceptiones exposuimus in *Hyp, Inst. tit. de Inut. stip.. §. 4.* Nimirum (1) Si Cajus tanquam nuncius, nomine & voluntate Titii mihi promisit; (2) si Cajus pœnam promissioni, ni impleatur, adjecit. (3) Si Titius promisit se effecturum ut Julianus 100 det, tunc enim operam impendere tenetur &c.

ADDITIO.

Ex eadem ratione, qua is, qui mihi promisit se Cajo 100 daturum, obligatur ad efficiendum ut impleatur fides: ex eadem quoque ratione is qui mihi promittit me a Cajo 100 accepturum, tenetur efficere ut ea a Cajo accipiam:

„Cæterum ex principiis juris Civilis & naturæ „utramque quæstionem, *an quis possit alii pacisci?* „*&, an quis promittere possit alium daturum?* exa„minavimus in *Diss. proœm. XII §. 415. & seq.*

c) (INTER PROMISSIONEM MIHI FACTAM DE RE DANDA ALTERI, ET INTER PROMISSIONEM IN IPSIUS NOMEN COLLATAM &c.) Imo nullum discrimen hactenus est quoad valorem; paria sunt dispositionis verba: saltem interest, an quis ut nuncius an ut procurator alii paciscatur.

ADDITIO.

„Omnino videtur interesse, *an* Titius mihi pro„mittat se Juliano 100. daturum? *an* vero saltem „me præsente afferat, & declaret se Juliano 100 „daturum? *priori* enim casu mihi fidem dedit, „adeoque actio mihi competit, qua contra promit„tentem agu, ut fidem datam impleat, i. e. pro„missam pecuniam Juliano solvat: Idque verum „est etsi mea non intersit, quia jure naturæ ex om„ni pacto, etiam sine causa inito, obligatio oritur.

d) (OMISSA

latam cui res danda est. Si mihi facta est promissio, [d] omissa inspectione an mea privatim intersit, [e] quam introduxit jus Romanum naturaliter videtur [f] mihi acceptando jus dari efficiendi, ut ad alterum jus perveniat [g] si et is acceptet; [h] ita ut medio tempore à promissore promissio revocari non possit; [i] sed ego cui facta est promissio eam possim remittere. Nam is sensus [k] juri naturæ non repugnat, [l] & verbis talis promissionis maxime congruit; [m] neque nihil mea interest si per me alter beneficium acquirat.

Covar. c. quamvis. p. 2. §. 4. n. 13.

Alex. Conf. 2. c. 4. lib. 1. & ibi. Car. Mol.

2. [n] Quod si promissio in nomen ejus collata est cui danda res est,

d) (OMISSA INSPECTIONE AN MEA PRIVATIM INTERSIT:) Hæc inspectio omitti non potest. Si enim mea oon interest, oec natura ex pacto oritur obligatio: si mea interest, de meo jure disposui, non de jure tertii.

ADDITIO.

„Sæpius jam dictum est, ex pacto nudo promit„tentem obligari, etsi alterius privatim oon inter„sit; nam sufficit ex pacto illo jus in alterum trans„latum esse, quod consistit in jure agendi contra „eum qui fidem dedit, eumque adigendi ut eam „impleat.

„*e*) (QUAM INTRODUXIT JUS ROMANUM:) Quod „ex nullo pacto actionem dat nisi ubi causa subest, „adeoque ubi ejus cui promittitur interest. Cujus rei „rationem dedimus *supra* §. 1. *lit. aa.*

f) (MIHI ACCEPTANTI JUS OARI EFFICIENDI UT AO ALTERUM JUS PERVENIAT:) Imo ex hoc pacto nullum jus in acceptantem est translatum. Adeoque actio non datur ei cui promisi, ne tertio daturum, quia ejus non interest.

ADDITIO.

„Diximus jus omnino transferri, scl. jus agen„di ut fidem mihi datam impleat, i.e. tertio promis„sum præstet.

„*g*) (SI ET IS ACCEPTET:) Invito enim pro„missum obtrudi nequit.

h) (ITA UT MEDIO TEMPORE A PROMISSORE PROMISSIO REVOCARI NON POSSIT:) Non opus est revocatione, quia ipsum promissum obligatione destituitur, cum mea non intersit.

ADDITIO.

„Authoris sententia mihi verissima videtur, pro„missorem scl. exspectare debere an is cui pro„mittitur sit accepturus, an non: Nam promissor „mihi promisit quod alii dare velit, ex hac jus ali„quod perpetuum ex ejus dispositiooe mihi quæsi„tum est, hoc jus revocatione sua mihi auferre, „i. e. obligatione me invito se se eximere nequit.

i) (SED EGO CUI FACTA EST PROMISSIO, EAM POSSIM REMITTERE:) Ergo negotium nondum perfectum est.

ADDITIO.

„Perfectum est oegotium inter me & Titium, „qui mihi promisit se Juliano 100 daturum: ab „hoc igitur negotio recedere, i. e. remittere obli„gationem Titio, & juri meo renunciare possum; „idque verum est, etsi Julianus, qui notitiam pro„missi aliunde accepit, id acceptaverit: Inter Ti„tium enim & Julianum nihil actum, adeoque „huic plane jus quæsitum non est ex allegata dispo„sitione, quæ saltem jus facit inter disponentes: „Neque enim Juliano sola acceptatio jus dare pot„est, cum nihil ei ob[illegible]m sit.

„Si tamen ego denunciaverim Juliano promis„sum, & is acceptaverit, nihil quidem obstat quo „minus remittere Titio possim debitum, (hic enim „mihi soli obligatus est) at Julianus, cui denun„ciavi me ejus nomine acceptasse promissum, agere „contra me potest ad omne id quod interest debi„tum remissum oon esse: hactenus enim jus ei ali„quod quæsitum est ex denunciatione promissi a „me facta, ejusque acceptatione.

„Quid si Julianus postea acceptaverit promissum „præsente Titio, forte gratias ei agendo; Resp. „hoc casu obligatur promissor ex novo hoc pacto „quod ioter eum & Julianum intercedit: adeoque „hoc promissum ego remittere non possum.

„*k*) (JURI NATURÆ NON REPUGNAT:) Ex na„tura enim dispositionis sequitur, eum qui alii pa„ciscitur id agere ut alii detur, adeoque omne ejus „agendi jus in eo consistit, ut promittentem obli„get ad solvendum alii, quod se daturum promisit „*Vid. lit. d.*

„*l*) (ET VERBIS TALIS PROMISSIONIS MAXIME. „CONGRUIT:) Quia sibi oihil stipulatur sed tertio, „& verbis pacti indigitat se velle alii dari, non „sibi; ex natura ergo horum verborum jus saltem „habet agendi, ut promissum ad tertium perve„niat.

m) (NEQUE NIHIL MEA INTEREST SI PER ME ALTER BENEFICIUM ACCIPIAT:) Noo interest ratione juris: de beneficio autem non quæritur.

ADDITIO.

„Grotii mens hæc est: pactum propositum eo „magis producere obligationem inter paciscentes, „quia revera mea interest si Javolenus meo bene„ficio pecuniam accipit, quod verum est: sed licet „plane mea non intersit, sufficit mihi fidem datam „esse: Ex eo eoim promisso jus agendi mihi „competit.

„*n*) (QUOD SI PROMISSIO IN NOMEN. EJUS COL„LATA EST, CUI RES DANDA EST:) Si v. g. Ti„tius mihi non promittit, se Juliano 100, datu„rum

est, [o] distinguendum est, an qui acceptat aut speciale mandatum habeat acceptandi, aut ita generale, ut talis acceptatio ei inclusa censeri debeat: an vero non habeat. Ubi mandatum tale antecessit, distinguendum ultra non puto, sitne persona sui juris necne, [p] quod Romanæ leges volunt, [q] sed plane ex tali acceptatione promissionem perfici: [r] quia consensus potest & per ministrum interponi ac significari. [s] Velle enim censeor quod in alterius voluntate posui, si & [t] ille velit. Deficiente autem mandato, [u] si alius cui promissio facta non est, acceptet, volente promissore, tunc is erit effectus, [v] ut promissori revocare promissionem non liceat, [w] antequam is, quem spectat promissio, eam ratam habuerit aut irritam: sic tamen, [x] ut medio illo tempore is qui acceptavit remittere promissum non possit, [y] quia hic non adhibitus est ad jus aliquod accipiendum, [z] sed ad adstringendam promissoris fidem in sustentando beneficio: ita [aa] ut promissor ipse si revocet faciat contra fidem, [bb] non contra jus proprium alicujus.

§.XIX.

„rum: sed me præsente saltem declarat, se ea daturum Juliano.

o) (DISTINGUENDUM EST AN QUI ACCEPTAT SPECIALE MANDATUM HABEAT ACCEPTANDI:) Quod enim alius mea voluntate meoque jussu acceptat, id ipse acceptasse videor.

„p) (QUOD ROMANÆ LEGES VOLUNT:) „Leges Romanæ nullibi statuunt, servos & filios „familias mandatum suscipere non posse; si mandatum suscipere possunt, etiam acceptare mandatario nomine promissum possunt: servi enim naturaliter obligant & obligantur. *l. 14. O. A.* Sane „deportatos quoque (qui servi sunt) mandatum suscipere posse tradit Lauterbach. *in comp. pag. 285.* „quia ea quæ juris gentium sunt retinent. *l. 17. §. 1. ff.* „*Pœn.* Mandatum autem est contractus juris gentium.

„q) (SED PLANE EX TALI ACCEPTATIONE „PROMISSIONEM PERFICI:) Quia utriusque con„sensu negotium perfectum est. Neque leges Ro„manæ aliud tradunt.

„r) (QUIA CONSENSUS POTEST ET PER MINI„STRUM OPPONI:) Etiam servum, vel filium „familias: quod quis enim per alium facit id „ipse fecisse videtur.

„s) (VELLE ENIM CENSEOR QUOD IN ALTERI„US VOLUNTATE POSUI:) Est enim voluntas mea, „per ministrum saltem declarata.

„t) (SI ET ILLE VELIT:) i. e. Si ille suscipit „mandatum.

„u) (SI ALIUS CUI PROMISSIO FACTA NON „EST ACCEPTET VOLENTE PROMISSORE:) v. g. Si „quis me præsente declarat se Titio 100 daturum, „& ego absque mandato promissum accepto, an„nuente promissore.

v) (UT PROMISSORI REVOCARE PROMISSIONEM NON LICEAT:) Imo licet: non enim potest negotium esse perfectum in una persona, ut revocare promissionem non liceat, & tamen imperfectum in altera, ut illa irritum negotium reddere possit.

ADDITIO.

„Est perfectum negotium *intuitu* mei, quia vo„lente promissore acceptavi, atque hactenus ex „pacto hoc jus mihi quæsitum est agendi contra „promissorem, ut fidem exsolvat: Non autem est „perfectum *intuitu* Titii, ante ejus acceptationem: „adeoque hæc non pugnant.

„w) (ANTEQUAM IS, QUEM SPECTAT PROMIS„SIO EAM RATIHABUERIT &c.) Etsi enim *Titio* „nihil debeat, adeoque is de revocatione queri „non possit, *mihi* tamen obligatur, ad eum effe„ctum ut promissum præstet, i. e. *Titio* 100 solvat.

„x) (UT MEDIO TEMPORIS IS QUI ACCEPTA„VIT REMITTERE PROMISSUM NON POSSIT:) Cur „non? Titio enim jus quæsitum non est ante ac„ceptationem: Sane ea quæ a me fit acceptatio „ipsi nullum jus dat, & pactum, quod inter pro„missorem & me intercedit, effectum intuitu Ti„tii nullum habet, nisi postquam hic acceptavit. „Adeoque nihil impedit quo minus juri meo re„nunciare, i. e. remittere promissum possim.

„y) (QUIA HIC NON ADHIBITUS EST AD JUS „ALIQUOD ACCIPIENDUM:) Imo, ex eo quod pro„missor approbat acceptationem a me nomine Ti„tii factam, omnino adhibitus sum ad jus aliquod „accipiendum.

„z) (SED ADSTRINGENDAM PROMISSORIS FIDEM „IN SUSTENTANDO BENEFICIO:) Promissor mi„hi fidem dedit de beneficio alii dando, atque eo „ipso jus aliquod accipio.

„aa) (UT PROMISSOR IPSE SI REVOCET FACI„AT CONTRA FIDEM:) Non intuitu Titii cui ni„hil promisit, sed intuitu mei, cui fidem de sol„vendis Titio 100, dedit.

„bb) (NON CONTRA JUS PROPRIUM ALICUJUS:) Imo

§. XIX.

[a] Ex superioribus intelligi etiam potest [b] quid sentiendum sit de onere adjecto promissioni: [c] id enim [d] fieri poterit quamdiu promissio completa nondum est per acceptationem, nec [*] fide interposita facta irrevocabilis. [e] Onus autem in commodum tertii adjectum promissioni revocari poterit, quamdiu a tertio acceptatum non erit: quanquam non desunt [f] tam in hac [g] quam in aliis quæstionibus qui secus sentiant. Sed recte rem inspicienti facile elucet naturalis æquitas, ut multis probationibus non egeat.

L. per facta 4. C. de donat. quæ sub modo Bart. in l. Qui Romæ. §. Flavius de ver borum obl.

§. XX.

„Imo ageret contra jus mihi proprium. Mihi „enim fidem dedit, dum meam acceptationem approbat: id enim Author supponit.

„a) (EX SUPERIORIBUS:) Quæ de acceptatione „pro altero dicta sunt. §. *præced.*

„b) (QUID SENTIENDUM SIT DE ONERE ADJECTO PROMISSIONI:) An scilicet in commodum „tertii onus adjici possit promissioni? & an ad„jectum in commodum tertii revocari possit.

„c) (ID ENIM:) Nimirum quod adjici promis„sioni possit:

d) (FIERI POTERIT QUAMDIU PROMISSIO COMPLETA NONDUM EST PER ACCEPTATIONEM, NEC FIDE INTERPOSITA FACTA REVOCABILIS:) Regula est, quod onus promissioni adjici possit quamdiu negotium perfectum non est; tunc enim totum revocari potest, nedum pro parte, i. e. adjecto onere: Ex quo vero negotium utriusque consensu perfectum est, invita altera parte onus amplius addi nequit, quia jus semel ex consensu alteri quæsitum est.

Perfectum autem non dum est negotium quamdiu ad huc aliquid agendum superest, v. g. si partes in scriptis voluere contrahere: tunc enim etsi consensum fuerit, negotium tamen imperfectum est, quamdiu scriptura ab utroque signata deficit.

ADDITIO.

„Casus de quo Grotius *hoc* §. agit, hic est, „Titius mihi donat fundum, postea addit legem, „ut post aliquod tempus eum restituam Cajo: „Quæritur an onus tale in favorem Tertii adjici „donationi possit? Recte id affirmat Author *quam„diu perfecta non est donatio*, uti non est quam„diu donatarius non acceptavit: Donatio autem „semel perfecta conditiones postea non capit; jus „enim ex promisso semel quæsitum per adjectio„nem oneris auferri nequit. Atque id quoque „ita statutum est Jure Romano in *L. 4. c. don. „quæ sub mod.* adeoque nulla est hæc adjectio „oneris, nec ullum effectum habet:

„*) (NEC FIDE INTERPOSITA FACTA EST IR„REVOCABILIS:) Postquam enim utriusque con„sensu perfectum est negotium, jus donatori quæ„situm est, quod est, irrevocabile.

„e) (ONUS AUTEM IN COMMODUM TERTII AD„JECTUM PROMISSIONI REVOCARI POTERIT, QUAM„DIU &c.) Ponamus, Titium mihi donasse fun„dum ea lege ut intra certum tempus eum resti„tuam Cajo? Quæritur an Titius hanc conditio„nem, in commodum tertii adjectam, revocare „possit? Et bene distinguit Author *an* Cajus ac„ceptaverit conditionem annuente promissore, *an* „non: *priori* casu revocari onus non potest, ne„gotium enim utriusque consensu perfectum est, „*hoc* casu potest, quia *Cajo* nihil promissum est;

„f) (TAM IN HAC:) Imo in casu proposito „nemo est qui aliter sentit: Bartolus in *L. Qui „Roma §. Flavius* ab Authore in margine allegatus „diserte tradit donatorem, qui fundum suum ea „conditione donavit, ut donatarius post certum tem„pus restitueret ecclesiæ, postea hanc conditionem „remittere posse; ecclesia enim ante acceptationem „jus non habet. Cui sententiæ adstipulatur in notis „a Bartolo allegati Doctores *Alexander cons.* 8. *Vol. „3. Cons. 106. V. 4. & Socin. Cons.* 136. Sed & „Baldus *Vol. 2. Cons.* 270. *n. 1.* decidit, donatio„nem ea lege factam ut donatarius post mortem „donatoris dimidiam daret pauperibus & puellis „maritandis, revocari posse: nemo enim promis„sum hoc acceptavit.

„Equidem Bartolus sibi objicit *L. 3. C. donat. „quæ sub mod.* ubi actio utilis datur tertio cui be„neficium illud promissum est. Resp. Diserte in „*d. l. 3.* statuitur Tertium, si stipulatus non est, „i. e. si non acceptavit, jus agendi veteri jure „non habuisse, sed promissorem, fide non im„pleta, condicere rem potuisse. Insto utilem tamen „actionem Tertio ibi dari? Resp. id ex mera æqui„tate civili ita introductum est: Unde id ex *be„nigna interpretatione receptum esse* expresse addi„tur.

„g) (QUAM IN ALIIS QUÆSTIONIBUS:) Ubi „scilicet quæritur an tertio pacisci liceat? An jus „ex tali pacto in tertium conferatur? Et an pro„missum tertio factum revocari possit?

a) (QUOMODO CONVALESCERE POSSIT PROMISSIO CUI ERROR CAUSAM DEDIT, SI RE COGNITA PROMISSOR STARE VELIT PROMISSO:) Regula est, negotium errore initum nunquam convalescere, nisi errore sublato nova fiat dispositio; Dixi enim supra, errorem tollere consensum; Adeoque tale negotium non potest valere ex tempore contractus,

§. XX.

Solet & illud disputari, [a] quomodo convalescere possit promissio cui error causam dedit, si re cognita promissor stare velit promisso. [b] Atque idem quæri potest de promissionibus [c] quibus lex civilis impedimentum injicit ex metu, [d] aut causa alia, si ista causa postea cessaverit. [e] Nam ad hæc firmanda quidam solum actum internum requirunt, [f] quem conjunctum cum priore actu externo sufficere putant ad pariendam obligationem. [g] Alii, quibus id displicet, ideo [h] quia actus externus non potest signum esse actus interni sequentis, requirunt novam verbis factam promissionem & acceptationem. [i] Ve-

Navarr. c. 22. num. 51. & 80. lib. III. Sanc l. II. de matrim. disp. 32. n. 2.

quia tunc deficit consensus errantis; nec ex nunc valet, quia in novum hoc negotium is qui antea erravit non consentit. Nova igitur dispositio accedere debet, & tunc valet negotium ex novo consensu.

At porro quærit Author, an præcise verba requirantur ad declarandum novum consensum, an vero etiam factis ille animus declarari possit? & recte ait, etiam ex factis de illo animo constare.

ADDITIO.

„Regula generalis est, *errorem vitiare negotium:* „At exceptionem patitur hæc regula si non in cor„pore sed in qualitate saltem erratum sit: tunc „enim valet negotium, & errans tantum agit „ad id quod interest, cui commodo renunciare „errans & rem retinere potest.

„Si proinde errans, qui v. g. æs pro auro igno„rans accepit, id retinere velit, alter id condicere, „quasi errore solutum, nequit. *l. 50. ff. solut.* Et si „debitor æs, aurum asserens, pignori dedit, pignus „hoc in ære subsistit, quia partes in corpore consen„serunt *l. 1. §. f. Pign. act.* Atque ex eadem ra„tione si id quod aurum putabam, cum æs esset, a „te stipulatus fuero, teneberis mihi hujus æris nomi„ne, quia in corpus consensimus, & si dolose me „fefelleris, præterea ex dolo teneris. *L. 22. V. O.*

„Neque *obstat*, negotium ob defectum utrius„que consensus (errans enim non consentit) nul„lum esse, adeoque non valere nisi nova dispositio „accedat. Resp. Negotium non est nullum, quia „in corpus consenserunt.

„*b*) (ATQUE IDEM QUÆRI POTEST DE PROMIS„SIONIBUS &c. EX METU:) An scl. conva„lescat promissio metu extorta &c. si causa postea „cessaverit, i. e. si is qui vi promittit stare velit „promisso? Resp. Aliud obtinet in metu, aliud in „errore: *Error* enim aliquando negotium ipso jure „nullum reddit, & hoc casu promissum non con„valescit nisi ex novo consensu: At negotium *metu* „contractum semper subsistit jure naturæ, pro„missor saltem separata actione de metu agit: Si „igitur is qui vim passus est declarat se velle stare „promisso, negotium non valet ex novo consen„su, sed renunciat saltem actioni quæ ex metu „illato ei competit.

„*c*) (QUIBUS LEX CIVILIS IMPEDIMENTUM IN„JICIT:) Imo lex civilis negotiis dolo, metu, vel „per lubricum ætatis contractis, non tale injicit im„pedimentum, ut nulla sint illa negotia, adeoque „convalescere debeant; sed ipso jure subsistunt, „& jure naturæ separata actio de injuria datur. „Iure prætorio verum est rescindi posse negotia: cui „juri si læsi renunciant, non convalescit negotium, „sed ipso jure ex primo consensu subsistit: jure „Romano excipiuntur saltem negotia bonæ fidei, „quæ ipso jure nulla sunt, nisi metu contrahuntur.

„*d*) (AUT CAUSA ALIA:) Scilicet dolo, ob lu„bricum ætatis, vel ob aliam quamvis justa causam.

„*e*) (NAM AD HÆC FIRMANDA QUIDAM SO„LUM ACTUM INTERNUM REQUIRUNT:) Scl. vo„luntatem solo facto declaratam: adeoque convale„scere negotium putant si errans, vel is qui metu vel „dolo inductus est, rem retinet, nec de dolo „metu, &c. agit: quod verum omnino est *si* „*error* non impedit consensum, item si *dolo, metu*, „aut per *lubricum ætatis* negotium est contractum.

„*f*) (QUEM CONJUNCTUM CUM PRIORE ACTU „EXTERNO:) i. e. cum signo illo quo voluntatem „antea sufficienter declaravit. *Vid. supr. §. 11.* „Hæc ratio vera non est: Diximus negotia illa „(excepto errore circa corpus & materiam) ipso „jure subsistere, adeoque obligationem non de„mum ex *conjunctione novi actus interni cum priore* „*actu externo* oriri, sed ab initio obligationem „plenam admisse, adeoque actum ipso jure subsistere.

„*g*) (ALII &c. REQUIRUNT NOVAM VERBIS „FACTAM PROMISSONEM ET ACCEPTATIONEM:) „Quod verum est circa errorem in corpore & ma„teria, &c. non in reliquis erroribus; nunquam „vero in negotiis dolo, metu, & per lubricum „ætatis contractis, quæ jure naturæ absque nova „promissione subsistunt.

„*h*) (QUIA ACTUS EXTERNUS NON POTEST „SIGNUM ESSE ACTUS INTERNI SEQUENTIS:) „Veram rationem jam dedimus, quia in negotiis, „de quibus hic quæritur, (excepto errore in cor„pore & materia) statim ab initio & actus inter„nus & externus concurrunt, indeque plenam pa„riunt obligationem.

„*i*) (VERIOR EST SENTENTIA MEDIA &c.) „Imo nunquam actus superveniens externus requi„ritur, sive verbis sive facto declaratus, vis enim obli„gandi ab initio hic promissis inest, nisi in corpore „erratum fuerit.

k) (ACTUM

[i] Verior eſt media ſententia, [k] actum quidem externum requiri, [l] ſed non utique verbis factum; [m] cum retentio rei promiſſæ ex parte ejus cui promiſſa eſt, & relictio ejus ex parte promittentis, [n] aut ſimile aliquid, ſufficere poſſint ad ſignificandum conſenſum.

§. XXI.

Hoc quoque omittendum non eſt, [a] ne jura civilia cum naturali jure confundantur, [b] neque promiſſions quæ cauſam expreſſam non habent, naturaliter eſſe irritas, [c] non magis quam rerum donationes.

§. XXII.

[a] Neque eum qui factum alienum promiſit ad id quod intereſt teneri, [b] modo facere non omiſerit quod ex ſua parte ad id factum obti- *Covar. c. quamvis p. 2. §. 5.*

„k) (ACTUM QUIDEM EXTERNUM REQUIRI „&c.) Adeoque novam promiſſionem & acceptationem, quod modo refutavimus.

„l) (SED NON UTIQUE VERBIS FACTAM:) „Quod requirit Sanchez in allegato ad marginem „loco.

„m) (CUM RETENTIO REI PROMISSÆ:) Per „hanc retentionem non convaleſcit negotium „dolo, metu &c. contractum: id enim ipſo „jure ſubſiſtit, ſed per eam renunciat actioni de „metu, dolo, &c. eique quod intereſt, quæ actiones „ſalvo negotio intentari potuiſſent.

„n) (AUT SIMILE ALIQUID, SUFFICERE POSSUNT AD SIGNIFICANDUM CONSENSUM:) In genere verum eſt voluntatem æque factis ac verbis „declarari: ſed male id applicatur ad præſentem „quæſtionem, ubi negotium prius ſubſiſtit abſque „nova tali declaratione.

a) (NE JURA CIVILIA CUM NATURALI JURE CONFUNDANTUR:) Author confundit in tota hac materia diſſimilia, & ſeparat ſimilia.

ADDITIO.

„An jure hic vapulet Author ſtatim videbimus.

b) (NEQUE PROMISSIONES QUÆ CAUSAM EXPRESSAM NON HABENT, NATURALITER ESSE IRRITAS:) Author putat jure civili non valere promiſſionem quæ *cauſam* expreſſam non habet, indeque hoc jus confundi non debere cum jure naturæ, ubi promiſſiones etiam ſine cauſa valent. *Conf. ſupr.* §. 10. At non intellexit Author quid Juriſconſulti per *cauſam* ſignificaverint: *animum ſcl. transferendi juris*, ſeu *ſe obligandi*: Pugnat igitur obligationem oriri, ubi *cauſa*, i. e. animus transferendi juris deficit: Unde ſupra §. 1. principia Authoris, quod ex qualibet voluntate obligatio oriatur, rejecimus.

ADDITIO.

„Supra probavimus jure naturæ pleniſſimam „obligationem oriri ex pacto, i. e. ex conſenſu „duorum, licet nulla ſubſit cauſa: Diximus per „*cauſam* non intelligi animum transferendi juris „(utpote qui animus ex ipſo promiſſo ſatis appa„ret) ſed rationem ſeu cauſam moventem, ob „quam viciſſim aliquid promittitur: Talis *cauſa* „jure civili requiritur ad id ut actio ex pacto de„tur; idque ex optima ratione, ſed mere civili, „ne ſcilicet cives ſua temere jactent.

„c) (NON MAGIS QUAM RERUM DONATIONES:) „Si enim rem meam alienare & donare alii ſine „cauſa poſſum, nulla ratio dari poteſt cur non „etiam eam alii promittere ſine cauſa poſſim.

a) (NEQUE EUM QUI FACTUM ALIENUM PROMISIT AD ID QUOD INTEREST TENERE:) Quia ipſa promiſſio nulla eſt, de facto enim & jure alieno diſpono: adeoque eadem ratio hic obtinet ac in eo qui promittit alium daturum: *Vid. ſupra* §. 12. ubi exceptiones recenſuimus.

ADDITIO.

„Eodem modo ut in promiſſo *alium daturum*, hic „quoque diſtinguendum puto, an *mihi* promittatur „alterum facturum: an quis ſaltem me præſente „*declaret, alterum facturum*: Priori caſu promiſſor „mihi obligatur, adeoque cogi poteſt ut fidem „impleat & efficiat ut tertius faciat. Poſteriori caſu „mihi nulla actio competit, quia mihi nihil pro„miſſum eſt:

„Equidem jure civili nec priori caſu obligatio „ex promiſſo oritur, quia pactum ſine cauſa „initum eſt, at hæc ratio mere civilis eſt.

„b) (MODO FACERE NON OMISERIT:) Diximus „jure naturæ promiſſorem ſimpliciter obligari ſi „*mihi* promiſit alterum facturum; nec ſufficere „ſi diligentiam præſtet. Jure civili, ubi nulla ex „nudo pacto oritur obligatio, nec diligentiam „præſtare tenetur: ſed id moribus demum intro„ductum eſt.

 c) NISI

obtinendum facere poterat, [c] nisi verba [d] aut negotii natura obligationem inducant strictiorem [e] *Velut persoluta fide,* inquit [f] Livius, [g] *quia per eum non stetisset quin praestaretur.*

Lib. II. c. 32.

CAPUT XII.

De contractibus.

§. I.

[a] Actuum humanorum, qui ad aliorum hominum utilitatem tendunt, alii sunt simplices, alii compositi.

§. II.

„c) (NISI VERBA INDUCANT OBLIGATIONEM „STRICTIOREM:) Uti si cautionem addidit, vel „poenam sit stipulatus.

„d) (AUT NEGOTII NATURA:) Uti si addita „formula est, *dolum malum abfore,* vel *habere licere.* „*l. 83. V. O.* Prior enim clausula non impletur si „non omnem adhibeam operam ad factum obti„nendum, eam enim omittens dolo non caret. „Posterior autem clausula tunc demum impletur „quando ego nihil omisi quo alter factum promis„sum obtineat, tunc enim per me non stat quo mi„nus alteri habere liceat.

„e) (VELUT PERSOLUTA FIDE:) Adeoque quasi „impleverit promissum.

„f) (LIVIUS:) *Lib. 2. c. 31.*

g) (Grot.) (QUIA PER EUM NON STETISSET:) Confer quae infra lib. III. c. XXI. §. 30.

ADDITIO.

„Fecisse autem videtur per quem non stat quo „minus fiat: At haec regula fallit si promissor „scivit per se non stare, & tamen mihi promittit:

a) (ACTUUM HUMANORUM &c. ALII SUNT SIMPLICES, ALII COMPOSITI:) Author capite praecedenti in genere egit de promissis, hic speciatim agit *de obligatione quae ex contractibus oritur:* Equidem sub promissis etiam contractus continentur, adeo ut in utroque idem principium sit obligandi: Quomodo autem differant *promissiones* seu pacta & *contractus,* jam videbimus.

PROPOSITIO. I.

Omnis obligatio ex promisso cum incipit, quando apparet animus transferendi juris.

DEMONSTRATIO.

Vid. C. praeced. §. 1. prop. 7. Unde regulariter ex nudo pacto non oriri obligationem vidimus, nisi de animo transferendi juris constet. *ibid.*

ADDITIO.

„In praecedente capite probavimus, in omni „pacto, i. e. quoties adest consensus duorum in „idem placitum, apparere animum transferendi ju-

ris

„ris, adeoque jure naturæ obligationem ex omni „pacto oriri, live caufa fubfit five non: Quod „vero ius Romanum pactis nudis vim obligandi „denegaverit; & quod Prætor vim quidem obli„gandi, non autem actionem, eis tribuerit, id ex„altera ratione civili ortum effe vidimus *ibidem*, „ubi & rationem expofuimus.

PROPOSITIO II.

Cum vero fæpius dubium circa illum animum transferendi juris occurrat, jure Civili certa negotia definita funt, ex quibus de animo transferendi juris conftaret: quæ contractus dicuntur:

DEMONSTRATIO.

Vid. c. præced. §. 1. lit. ii.

ADDITIO.

„Veram originem & differentiam inter *pacta* „& contractus indagavimus in *Differt. proœm. XII.* „§. 435. *feq.* Verba vide *Cap. XI. §. 1. lit. aa.*

PROPOSITIO III.

Contractus igitur funt negotia in eum finem introducta & ftatuta, ut ex illis certo de animo commutandi juris, indeque adeo conftituenda obligationis, conftet. L. 3. §. 1. O. A.

DEMONSTRATIO.

Vid. C. præced. §. 1. lit. tt.

ADDITIO.

„Ex capite præcedenti apparet, *contractus* effe „quibus caufa fubeft, adeoque ubi ob caufam ali„quid promittitur. Nam deficiente caufa, difpo„fitio *pactum nudum* vocatur. Vid. *fupr. C. XI. §.* „*1. lit. aa.*

PROPOSITIO IV.

Commutatio juris in genere triplici modo fit (1) cum res in perpetuum transfertur, adeoque ubi nulla fupereft obligatio aliquid reftituendi vel præftandi, quo pertinet donatio, dos. &c: (2) cum ita jus feu res in alterum transfertur ut aliquid reftituatur: unde contractus reales, & innominati: (3) cum non res ipfa fed jus eam petendi datur: unde contractus confenfuales & verbales:

ADDITIO.

„De origine contractuum realium, perfonalium, „verbalium & literalium, Vide *Differt. proœm. XII.* „§. 440. *feq.*

PROPOSITIO V.

Quoties alter ex mea difpofitione factus eft locupletior, is non tenetur ex promiffione, fed ideo quia locupletior factus eft ex facto meo, adeoque eodem modo tenetur quafi contraxiffet: Unde quafi contractus.

ADDITIO.

„Originem quafi contractuum explicavimus in „*Differt. proœm. XII. §. 343. & 366. feq.*

PROPOSITIO VI.

Animus commutandi juris apparet vel ex nomine, vel ex facto: fi negotium certum nomen habet, contractus dicuntur nominati, fi non, innominati.

DEMONSTRATIO.

Diximus enim jure naturæ, æque ac jure civili, ex nuda voluntate non fequi voluntatem transferendi juris, adeoque nec obligationem, nifi de tali voluntate certo conftet.

Jure naturæ autem certo & indubitato de animo transferendi juris conftat, *fi datio accedat, vel factum*: quoties nimirum ea lege aliquid datur vel fit, ut alter viciffim aliquid det vel faciat: qui contractus dicuntur *innominati*, quia non ex nomine fed ex ipfo facto animus juris transferendi apparet. Sed in negotiis quotidianis, quæ non a datione incipiunt, intererat gentium ut certo de animo transferendi juris conftaret: atque hinc *certa nomina iis negotiis dedere*, certamque formam præfcripfere, quibus adhibitis de obligandi animo certo conftaret, qui contractus dicebantur *nominati*.

ADDITIO.

„Originem diftinctionis inter contractus no„minatos & innominatos, ejusque rationem de„monftravi in *Diff. proœm. XII. §. 463. feq.* „*Conf. infr. §. 3.*

PROPOSITIO VII.

In contractibus jus pœnitendi eft, quousque jus nondum translatum & negotium perfectum eft.

DEMONSTRATIO.

In contractibus *nominatis* regulariter translatio juris ex folo nomine apparet, indeque negotio perfecto partibus pœnitere non licet, & faltem excipiuntur mandatum, depofitum, focietas, & precarium. *Vid. infr. §. 3. n. 1.*

In contractibus innominatis is qui *dat* non transfert dominium rei fuæ, nifi & alter a fua parte impleverit; adeoque & vindicare is ab hoc rem datam poterit, non enim aliter date voluit quam ut viciffim quid detur vel fiat; legem enim hanc traditioni adjecit quæ fervanda eft; Adeoque *dans* pœnitere poteft quoad usque alter a fua parte contractum non implevit. At *accipiens* pœnitere nequit, ab ejus enim parte perfectum eft negotium, is accipiendo teftatus eft fe conventionem implere velle, adeoque hactenus plus fuo habet.

Is vero qui aliquid *fecit* in contractibus innominatis pœnitere nequit, quia factum infectum fieri nequit, unde nihil fupereft quam ut agat ad implendum.

ADDITIO.

„Materiam hanc difficilimam & a nemine fa„tis explicatam B. Parens ex ante allegatis Prin„cipiis late expofuit in Difputatione de jure pœni„tendi, fect. II. III. & IV. quæ inferi hic merentur:

„At major difficultas est, quæ sit causa obligationum. Etenim sola voluntas per se non obligat volentem, idque manifestæ rationis est: obligatio enim definitur, vinculum juris quo necessitate adstringimur. *princ. de Obligat.* Igitur obligandi ratio consistit in vinculo & necessitate solvendi, quam sola voluntas adeo non infert, ut potius repugnet: obligationis enim vis est in invitos, & reus tenetur & adstringitur, atque vinculo quodam ligatur quasi ad faciendum, etsi nolit, neget, repugnet. Voluntas vero volentem non arguit; hæc enim interesse arietant. Cum igitur uti quis de re sua voluntatem declarat, ita jus est, utique sola voluntate agendi expressa, non exprimitur necessitas agendi, sed spontaneum: & cum quis dicit, *se velle ire*, non id significat, *se trahendum, compellendum, rapiendum esse.* Igitur si tecum consentiam, nec mea voluntas me adstringit, quæ pugnant; nec tua, quia quod tu vis, id me non obligat. Denique voluntas qua talis, & per se sola, non potest esse causa inviti seu obligationis.

„Quæ igitur voluntas est causa obligationis? Resp. Causa obligationis in genere, quoad bona, est talis commutatio juris, qua alteri quid abest, nec jus ipsius integrum est: quod vel facto tuo fit, vel tali voluntatis declaratione, qua vel in re tibi tradita jus retinui, ut in contractibus qui re fiunt; vel jus tibi concessi at nondum tradidi, ut in cæteris. Cum igitur justitiæ lex & formula sit, *suum cuique tribui*, sequitur, quoties ex tali commutatione tibi quid abest, id ex hac formula a me tibi tribuendum esse: quæ tuum tibi tribuendi necessitas est ipsamet obligationis definitio.

„Jure itaque Gentium voluntas non est ἀμέσως & directo causa obligationis, sed causa commutationis juris: quia hoc jure quisque legem rei suæ dicere potest, & pro eo ac disponit, ita jus est: *per vulgariss.* Quocumque ergo indicio partes mentem suam ita exponunt, ut appareat, se jus commutatum & in alterum translatum velle, id alterius ita fit, uti expositum est; *Nihil enim tam naturale est, quam voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis ratam haberi.* ut sunt verba *Imp. in §. 40. de Rer. div.* Quemadmodum ergo voluntas domini est causa commutandi vel transferendi juris, ita prædicta juris commutatio est causa obligationis. *sup. §.* 4. Consensus igitur seu voluntas ἐμμέσως tantum, & per indirectum, producit obligationem, non per se sola, vel qua talis, sed quoties talis per eam fit juris commutatio: tum enim tenetur non vi voluntatis, sed vi legis illius naturalis, ut suum cuique tribuatur.

„Atque hoc egregia judicii sagacitate ac solertia perspexere JCti Romani, & ideo causam obligationis unicam, in conventionibus, dixerunt συνάλλαγμα, id est, commutationem, seu negotium juris commutatorium: Ita enim locuti sunt. *in l. 7. §. 2. ff. de pact.* his verbis: *Hoc συνάλλαγμα, id est, contractum esse, & hinc nasci civilem obligationem. Et in l. 19. in fin. ff. de Verb. Sign.* dicitur: *Contractum ultro citroque obligationem esse, quod Græci συνάλλαγμα vocant, veluti emtionem &c.* Quomodo & Aristot. vocavit, *Lib. 5. Ethic. Nicom. cap.* 7. Et hoc ipsum συνάλλαγμα JCti simul quoque causam vocant, scil. obligationis, *d. l. 7. §. 2.* ubi idem, quod initio *causa* appellatur, mox συνάλλαγμα & *contractus* vocatur, & inde *obligatio* oriri dicitur. Atque hinc sequitur, quod præclare docet *L. 3. §. 1. ff. de obl. & act.* non sufficere voluntatem ad obligationem constituendam, *nisi hoc animo fit, ut obligatio constituatur:* ille vero animus apparet ex voluntate commutandi juris. Ut inter alios videre est apud *Sutholt. Diss.* 12. §. 34. *& seq.* Qui & ipse latissime a scopo aberrat, cum Accursium secutus, causam in contractibus nominatis non esse dixit, *d. diss.* 12. §. 49. de quibus jam pro instituto satis.

„Hæc etsi a Romanis solerter & accurate definita & exposita fuerint, attamen crucem fixere tum Azoni & priscis illis Interpp. tum Connano aliisque recentibus; ut mirum sit, quam illi, ac cum iis Grotius, cum his vocabulis vagentur, & pacta cum causa & sine causa in vanum crepent, itaque hæreant, ut facile appareat, ignaros fuisse quid ipsi sibi vellent.

„Hinc vero certa ratione deduci possunt causæ ex quibus pœnitentiæ locus fit, & quousque. Est autem pœnitentia actus voluntatis, quo quis a priore sua voluntate ideo recedit, quia hæc jam displicet. Unde omnia quæ *Sect.* I. de voluntate dicta sunt, ad pœnitentiam quoque spectant, riteque applicanda, & actus ejus eliciti, seu intrinseca animi pœnitentia, ab actibus imperatis discernendi sunt.

„Omnis itaque pœnitentia geminam arguit voluntatem: alteram priorem, a qua receditur; alteram posteriorem, quæ priore mutata sequitur. Et prior quidem voluntas qualiscunque sit, pœnitentiam ac mutationem admittit. Posterior vero non pœnitentia haberi, nisi libera sit: est enim pœnitentia actus animi elicitus, ut vocant, quem semper liberum esse diximus, *sect. 1. §. 12. & 19.* Equidem potest metu quis adigi ad simulandum vel dicendum se pœnitere. non autem ad pœnitendum. Ita, qui mos fuit truculentissimorum Tyrannorum ac persecutorum, cogitur sæpe homo, ut quæ coluit sacra abjuret; ut vero eorum ipsum pœniteat, cogi non potest; sed si animus cum actu, seu eo quod profitetur, non conveniat, non ea pœnitentia est, sed pœnitentiæ simulatio & fictio: neque Tyranni eos pœnitentes & probos, sed simulatores, & mendaces, & impios faciunt, magno animæ periculo, quod in caput autorem recidit.

„Sed & illud §. 8. in descriptione pœnitentiæ notanter additum & requisitum fuit, ut a priore voluntate ideo recessum fuerit, quia displicuit. Non enim quoties quis voluntatem mutat, semper etiam pœnitet: quia & ex alia causa mutari quod actum est potest, quam ex prioris voluntatis displicentia vel pœnitentia. Igitur tum pœnitere proprie quis dicitur, cum quid subit, vel occurrit, cur factum nolit, & ideo a priore voluntate recedit, non eum nova causa accidit,

cur

„cur in futurum oolit. Ita si donator donatarium ingratum experitur, & ideo dolet donasse, „pœnitentia esse potest, etsi oon revocet. Sed si „donator, cum liberos non haberet, donavit, & „suceptis deinde liberis repetere velit, non pœnitet hactenus donasse, etsi revocet ex *l, 8. C. de* „*Rev. don.* id enim ex alia & nova causa fit: nisi „forte & hoc displiceat, quod olim donaverit. „Item creditor, qui metu mortis compulsus, pro„mittit non petere, tameo petere potest; non ex „pœnitentia: non enim pœnitet seu displicet, se „pactum ita esse, eoque pacto mortem effugisse: „sed quia edicto Prætoris, stante quoque eo pacto, „jus pœtendi ipsi integrum est: quio jam tum, „cum vim pateretur, potuit eo animo fuisse, ut „vi cessante ageret; quo facto ne mutata quidem „voluntas esset. Tum vero pœnitentia erit, cum „displicet se pactum fuisse, & non potius mortem „vel periculum subiisse. Nec furis pœnitentia est, „si sentiens se latere non posse, furtum ultro af„ferat sed, si ideo restituit, quia displicet se fe„cisse, etsi celare posset: prius enim non ex pœ„nitentia sed metu pœnæ fecit.

„Atque hinc, si quis rem alii ob causam dede„rit, potest antequam causa secuta fuerit, mutata „voluntate rem repetere, neque tamen semper ex „pœoitentia repetit: sed ex duplici causa condice„re rem a se datam potest: vel quia alter oon „præstitit, quod vicissim præstare debuit; vel quia „dantem pœnitet dedisse, Hoc egregie quoque „docetur in *l, 3. §. 2, ff de Condict. caus. dat.* cu„jus hic est contextus: *Si tibi dedero* (rem) ut „*Stichum manumittas: si non facis, possum con*„*dicere; aut, si me pœniteat, condicere possum.* „Hic utroque casu mutatur voluntas dantis, repe„tendo quod dedit: utroque casu, cum potuisset „dans insistere contractui, & omissa condictione „quod vicissim promissum erat, aut quod interest, „præscriptis verbis petere, *l. 5. §. 1. & seq. ff. de* „*præscr. verb.* maluit recedere a contractu, & rem „datam condicere; neque tamen utroque casu di„citur repetere ex pœnitentia, sed altero tantum; „scil. cum ideo condicit quia displicet, ac pœni„nitet contraxisse & dedisse; non cum ideo, quia „alter a sua parte nondum implevit. Idque ita „præclare declaratur in *d. l. 3. §. 3* ubi sic per„git JCtus: *Quid. si ita dedi ut intra certum tem*„*pus manumittas? Si nondum tempus præteriit,* „*inhibenda erit repetitio, NB. nisi pœniteat; quod* „*si præterit, condici poterit.* Ergo & ante & post „tempus coodici potest; sed ante tempus non nisi „ex pœnitentia; postea vero ex causa, quia non „implevit, nec iotra terminum manumisit; quo „tamen ipso quoque casu liberum erat danti, ad „manumittendum, seu ad id quod interest agere. „*d. l. 5. §. 3. ff. præscr. verb.*

„Nec parum interest: nam si ex pœnitentia „dans repetit, datur condictio, etsi per accipien„tem non steterit, quo minus impleret. *L. 5. princ.* „*ff. de cond. caus. dat.* ubi ita id expressum est: „*Cum per te non steterit, potest dici repetitionem* „*cessare; sed cum liceat pœnitere ei qui dedit, pro*„*cul dubio repetitur,* Si vero ex ea causa quia „alter non implevit, cessat condictio si per alte„rum non steterit. *L. pen. C. de cond. ob caus.* „*dat. l. 5. §. 2. ff. eod. tit. arg. l. 39. ff. de Reg.* „*jur.*

„Fundamentum igitur pœnitentiæ est negatio „obligationis: quæ cessat, quamdiu vel synallagma „seu commutatio talis, qua alteri quid abesse cœ„pit, ac jus ipsius integrum esse desiit, nondum „apparet: *sup. §. 4. & seq.* vel negotium, quo „de tali synallagmate seu commutatione agitur, „nondum est perfectum, adeoque nullum. *l. pen.* „*C de His quib. ut ind. §. pen. Quib. mod. test.* „*inf.* nullaque ideo iode obligatio. *Vid. Diss. de* „*Actib. Imperf. sub Dn. Præside habitam.* Cum „igitur his casibus cesset obligatio, certa & perpe„tua regula erit: *Quamdiu vel commutatio talis* „*non apparet, vel negotium, quo de ea agitur, per*„*fectum nondum est, natura jus pœnitendi esse.* „Qui enim ex consensu non est obligatus ad præ„standum, ei liberum est non præstare; atque „potest a consensu recedere, non pœnitere: illam „enim libertatem præstandi non nisi obligatio, „quæ, ut dictum, ex commutatione juris oritur, „tollit: quia obligatio in vinculo juris & necessi„tate præstandi coosistit, *sup. §. 3.* quæ cum li„bertate componi oon possunt, ut prolixe demon„stratum est *Sect. 1. §. 8. & seq.* Igitur cum na„tura cuique liberum sit de re sua statuere vel „non statuere, *vid. sect. 1. §. 10. & seq.* tam„diu perseverat illa libertas statuendi, voluntatem„que mutandi ac pœoitcodi, donec ei vinculum „juris, id est, necessitas præstandi, quæ cum liber„tate pugnat, injectum fuerit. *sup. §. 3.* nam & „inde est, quod nunquam obligatio committi in „arbitrium rei possit, sed, si hoc factum fuerit, „nulla fit obligatio. *per l. 2. §. 3. ff. de eo quod* „*cert. loc. l. 13, C. de Contr. emt. l. 7. pr. l. 35.* „*§. 1. ff. eod. tit. &c.* Desinit igitur demum arbi„trium pœnitendi constituta obligatione, seu juris „commutatione vel translatione. Atque ab hoc „capite omnia, quæ de pœnitentia in jure tractata „sunt, fluere, ex sequentibus apparebit.

„Ex præmissis primum sequitur, io contractibus „nominatis pœnitentiam regulariter locum non ha„bere; quia ipso tali contractu fit commutatio ju„ris, etsi solo consensu forte constet: ea enim no„mina jure Gentium recepta, atque ad significandum „certum negotium reperta, uti emtio venditio, „locatio conductio, mutuum, commodatum, &c. „iodicant negotium, quo fit juris commutatio & „translatio, & his nominibus non exponitur nuda „voluntas sed voluntas transferend: juris in alterum, „adeoque sui obligandi; unde obligatio nascitur. *sect.* „*2. §. 3. & seq. & §. ult.* Igitur cum hi contractus sta„tim obligationem producant, excludunt una pœ„nitentiam, juxta regulam *sect. 2. §. ult.*

„Hinc ex eodem fonte fluit, excipi inde tres „species contractuum nominatorum, quæ pœni„tentiam admittunt, scil. illi, quibus in alterum „nihil juris transfertur, sed onus tantum gerendi „negotii ei in favorem domini committitur. In „his igitur, cum commutatio juris non fiat, eo„que obligationis causa deficiat, pœnitendi facul„tas integra relinquitur.

„Talis primum contractus est MANDATUM, ex

„quo mandatarius nihil juris consequitur, sed onus saltem gerendi ad utilitatem mandantis suscipit: unde ex ipso hoc contractu, cum nulla juris commutatio fiat, nec adeo συνάλλαγμα ei insit, nulla obligatio oritur, sed utraque pars pœnitere, & cum mandans revocare pro lubitu mandatum potest, §. 9. *Inst. de mandat. L. 12. §. pen. ff. eod. tit. L. 12. §. 2. ff. de solut.* & mandatarius ei renunciare. §. 11. *Inst. de mandat. L.* 12 §. *f. ff. eod. tit.*

„Hinc vera demum ratio intelligitur, cur nec hæredes mandantis vel mandatarii ex mandato defunctorum teneantur, sed morte alterutrius id necessario finiatur. §. 10. *Inst. de Mandat. L. 26. princ. L. 27.* §. *3. L. 57. ff. eod. tit. L. 19.* §. *3. ff. de donat.* Non potest enim inchoari obligatio in hæredibus quæ nulla fuit in persona defuncti: *L. 59. ff. de R. I.* hæreditas enim est successio in universum jus defuncti, active & passive, *L. 62. ff. eod. tit. L. 24. ff. de V. S.* Quod ergo defuncti non fuit, in id nec succedi potest. *l. 177. princ. ff. de Reg. Jur.*

„Quando igitur incipit obligatio ex mandato, ut desinat jus pœnitendi? Notum est eam nasci, cum desiit esse res integra §. *9.* §. *10. §. 11. de mandat.* Hoc vero non fit, nisi aliquo synallagmate seu juris commutatione: eousque enim integrum cujusque partis jus est, donec aliquo alterius facto commutatum imminutumque fuerit, atque adeo aliquid abesse cœperit, vel adfuturum sit; ut *in L.* 26. §. *2. L.* 47. *princ.* [L. [45. §. 2. *L. 50. princ. L. 56. & pass. ff. mandat. L.* 11. *& pass. C. eod. tit.* Hinc igitur obligatio nascitur, juxta *sect.* 2. §. 3. *& seq.* qua illi, qui alterius facto minus habet, hic tenetur ad id ei restituendum, eoque alteri quod ipsius est tribuendum. *d. l.* Et sic cessat pœnitentia:

„Hinc mandatarius ex duplici synallagmate tenetur, (1). si ex gestione aliquid ad eum pervenerit; id enim mandantis est & ex re ejus, eique adeo abest: quo pertinent *L.* 10. §. *2. & 3. L. 20. princ. ff. mandat. L. 8.* §. *5.* §. *pen. & ult. ff. eod. L. 32. §. 2. ff. de usur. L. 43. L. 45. princ. & §. 5. ff. eod. tit. &c.* (2). Si mandatarii culpa vel facto damnum accidit, *d. L. 10. princ. L.* 21, *C. eod tit.* nam & hoc facto ipsi quid abest, nec jus ipsius integrum est. Quo pertinet, si mora restituendi, *d. L. 32. §.* 2. *L. 8. §. pen. ff. mand.* vel negligentia fœnorandi, *L.* 13 §. 1. *ff. de LL.* vel renunciatione intempestiva, damnum domino negotii mandatarius dederit: *L. 27. §. 2. ff. Mandat. §. 10. eod. tit.* modo ejus aliqua culpa sit; alioquin enim damnum a mero casu est, qui naturaliter domino nocet. *L. 26. §. 6. & 7. ff. eod. tit. arg. L. 83. ff. de R. I.* Omnis igitur obligatio mandatarii directo non nascitur ex conventione mandati, sed subsecuto ejus facto, quo ita commutatur jus, ut id mandanti integrum non sit, sed is minus suo habeat: quod ideo repetere potest. Hinc secus est, & non tenetur mandatarius, si ipse, non alter, facto hoc suo læsus fuerit: non enim est damnum, quod quis propria culpa sentit: *L. 203. ff. de Reg. jur.* & ex illa demum commutatione obligatio oritur, qua alterius, non qua facientis jus diminutum est. *L. 155. ff. eod. tit.* Unde apparet sententia *L. 22. §. fin. ff. Mandat.* ubi intempestiva quoque renunciatio sufficit, si in mandatarium redundet captio, id est, damnum: frequenter enim captio pro damno accipitur in legibus; *L. 27. §. 1. ff. de Lib. caus. L. 200. ff. de R. I. l. 5. §. 2. ff. de his qui dejec.* uti captus pro læso. *L. 11.* §. *3. & 4. ff. de Minor.*

„Ex adverso mandans quoque ex eadem duplici causa mandatario tenetur. Nim. (1) si hic aliquid impenderit in negotium mandantis. *l. 12. §. 9. L. 27.* §. *4. ff. mandat.* ex hoc enim facto jus mandatarii imminutum, & mandantis, in cujus rem versum est, auctius factum est, atque ad hunc id pervenit. Obligatur ergo hinc ut restituat. *sect. 2.* §. 3. *& seq.* (2) Si mandantis culpa damnum acceperit. *L. 26. §. pen. & ult. ff. mand. L. 61.* §. *5. ff. de Furt.* Atque ita in genere, quoties facto vel negligentia partis alteri aliquid deesse apparet, adeoque talis commutatio juris facta est, ut illud parti integrum esse desierit, ex hac causa obligatio nascitur, & hactenus pœnitentia cessat.

„Altera species est SOCIETAS: ea enim quid aliud est quam mandatum mutuum, quo quisque socius alteri suæ quoque partis administrationem, ad lucrum inde faciendum committit. Ex hoc igitur contractu nullam fieri juris commutationem, eoque nec obligationem oriri, manifestum est; cum quisque socius jus suum, perinde ut ante societatem fuit, integrum retineat, nec quicquam suæ partis in alterum transeat, sed merum onus alterius quoque partis gerendæ, & lucri, quod hujus partis nomine capit, restituendi invicem commissum sit.

„Eadem igitur in hoc quoque contractu ac in mandato sunt jura pœnitendi, nec quisquam invitus in societate manere cogitur, sed pro lubitu ei renunciare potest. §. 4. *de societ. L. 4 §.* 1. *L. 63, §. fin. L. 65.* §. *3. ff. pro soc. lib. 5. C. eod. tit.* Et ab eadem causa est, quod societas quoque, ut mandatum, morte unius socii finiatur. *§. 5. de societ. d. L. 4. §. 1. L. 60. pr. ff. pro soc. dec.* Obligatio vero hic quoque oritur ab illo facto quo jus alterius diminuitur, quodque, ut in mandato, ita & hic duplicem causam habet: Vel enim ideo integrum jus socii esse desiit seu commutatum fuit, quia ad alterum ex gestione totum vel aliquod commodum pervenit: quod proinde cum pro parte socii sit, ei cui id deest, tribuere & communicare tenetur: *L. 7. & pass. ff. pro soc.* vel quia culpa socii damnum passus est, & suo minus habet. *L. 52.* §. 2. *& pass. ff. pro soc.*

„Atque omnem ex societate obligationem ex tali synallagmate esse quo alteri quid deest, inde manifestissimum fit, quia ultra id nunquam extenditur obligatio, sed durat pœnitentia. Nam, si tu vel intempestive renuncies societati, indeque alter damnum patiatur; vel si renuncies dolose, ut solus lucrum captes, adhuc obligaris, non obstante renunciatione, ex utraque hac imminuti juris causa; & quidem ex priore, quia socio hoc facto quid deest, & suo ille minus habet

„bet: *L. 65. §. 5. ff. pro soc.* ex altero, quia ad „te pars lucri pervenit, quæ socii est, *d. L. 65. §. 3.* nam dolus tuus nec tibi prodest, nec alteri „nocet. *l. 155. ff. de R. I.* Verum ultra restitutio„nem prædicti damni dati, & lucri captati, adeo„que ultra quam commutatum imminutumque al„terius jus est, non teneris. Quoad reliqua igitur „societas hac renunciatione soluta atque exstincta „est & manet: quia ultra non fuit obligatio, ade„oque pœnitere licuit. *dd. ll.* Hine postea quod „accidit lucrum vel damnum, tibi soli cedit. *d. „l. 65. §. 3. in fin.* Hinc recte dicitur, hac tua re„nunciatione non liberari te a socio, sed socium „a te: *d. l. 65. §. 3. & §. 6.* Socio enim ex hoc „facto tuo, (non ultra) integra est actio contra „te, ut lucrum hoc communices, & damnum far„cias. Tibi contra eum nulla, ut sui lucri vel tui „damni, si quod interim forte contigit, portio „communicetur; quia societas, ex qua obligatio „non est, pœnitentia sublata est; ex prædicto facto „renunciationis autem socio, non tibi, aliquid „deesse cœpit: quæ proinde sola obligationis cau„sa est.

„Tertia species est DEPOSITUM; quod & ipsum „mandato simile est; quia mandatur alteri custo„dia rei: unde & *commendatum* dicitur: *l. 186. ff. „de V. S. l. 24. princ. ff. depos.* nisi quod ex na„tura custodiæ, quæ nulla est nisi res in potestate „sit, traditione fiat. Ergo & hic nulla est juris „diminutio ex hoc contracto, sed omne jus depo„nentis integrum plane manet; nec quicquam ju„ris, ut in commodato, sed merum onus custodiæ, „quod in favorem deponentis suscipitur, transit. „Quare nihil est, quod libere pœnitendi & depo„situm pro lubitu revocandi potestatem ei auffe„rat. *l. 1. §. 45. ff. depos.* Unde & hic demum „obligatio est ex facto quo jus alterius diminuitur. „Depositarius itaque tenetur (1) quia rem acce„pit, & quicquid ex ea ad ipsum pervenit. (2) Si „damnum dedit. Deponens itidem (1) si deposi„tarius quid impendit. (2) Si illius culpa hic „damnum passus est. Quæ confusa plana sunt „iis quæ de superioribus duobus negotiis dicta sunt. „Hinc depositarius tenetur ad custodiam rei quam „recepit, & quousque recepit; uti mandatarius ad „gerendum negotia, quæ cœpit gerere. *l. 17. §. 3. ff. commod.* Unde & verum est, depositarium „pœnitere non posse, etsi mandatarius possit: quia „illius negotium, sed custodia, statim cœpit, hu„jus non item.

„In his vero tribus contractibus adeo integrum „est pœnitere, ut & sæpius variari possit, nec pa„ctum in contrarium obliget. Ita in *mandato* „variare tamdiu licet, donec aliquid ex mandato „gestum perfectumque fuerit; *l. 12. §. pen. ff. „mandat.* uti & disponere & transigere de nego„tio, etiam in litem deducto, quasi nihil manda„tum esset. *Carpz. dec. 246. n. 5.* Et licet man„dans pactus fuerit de non pœnitendo vel revocan„do, tamen potest. *l. 22. princ. ff. de legat. 3. l. 12. princ. ff. de Precar. & ib. Bart. n. 1.* quia nec „hoc pacto jus ejus minus integrum fit: nec enim „plus juris inde quam ex ipso mandato transfertur; „sed contra, onus saltem augetur; jus vero man„dantis nulla parte imminuitur: *arg. l. pen. ff. de „Pact.* adeo ut, licet pactum juratum sit, revoca„tio tamen valeat, ut statuit *Addit. ad Bart.* (non „ipse Bart.) *d. l. 12. Vant. de Nullit. tit. 11. n. „158.* quamvis qui revocat perjurus fiat: ut bene „post *Gloss. Vant. d. l.* quia causa obligationis ex „pacto tota cessat: etenim ex perjurio agitur ad „pœnam perjurii.

„Idem est in *Societate*: neque ex pacto socius „obligatur ut in societate permaneat: neque adeo „ut post mortem duret, vel ut hæres in ea succe„dat; sed eo pacto non obstante solvitur unius „morte societas, etiam inter vivos. *l. 65. §. 9. l. „59. ff. pro soc.* (*ubi excepta est*) nisi id saltem „pacti sint, ne unius morte inter reliquos solva„tur, quod valet: eaque est sententia *d. l. 65. §. „9. vers. nisi aliter* Sed & licet, certo tempore ad„jecto, si ante tempus renuncies non libereris a „socio, tamen hoc quoque casu tollitur societas; „& tu tantum teneris ex damno, quod ex intem„pestiva renunciatione socio contigit. *l. 65. §. 6. „ff. pro soc.*

„Denique idem est in *deposito*, minirum ut non „obstante pacto revocari tamen possit, ut constat „ex *l. 1. §. 45. & 46. ff. depos.* Ut proinde om„nium horum ratio plana sit: omninoque liqueat, „cur in solis contractibus pœnitentiæ locus sit: & „quod omnis obligatio in conventionibus jure Gen„tium & Civili sit ex facto, quo jus alterius mi„nuitur, quod *synallagma* dixere.

„Hactenus de contractibus NOMINATIS. Se„quuntur INNOMINATI, in quibus latior pœnitendi „scena aperitur, sed compendio præsentanda. Pri„mum vero constat, quod factum pœnitentia re„vocari nequeat: cum factum infectum fieri per „naturam non possit, ut vulgatum est ex *L. 12. §. „2. ff. de capt. & post.* In specie igitur, *facio ut „facias*, quæstio omnis de pœnitentia cessat.

„In cæteris speciebus non minus in propatulo „est, dantem semper pœnitere & datum revocare „posse, quoadusque alter contractum a sua parte „nondum implevit. *L. 5. §. 2. ibi vel ad repeten„dum, L. 7. ff. de Præscr. verb. L. 1. in fin. C. de „Rer. perm. L. 3. §. 2. & pass. ff. de cond caus. dat.* „Quod jus plane consequens est rationi naturali, „expositis hactenus principiis, & regulæ *sect. 2. §. „ult.* traditæ: idque a duplici causa est: *Primum* „enim negotium a parte dantis perfectum non est, „quia non dedit animo donandi, sed ut alter vi„cissim quid præstaret. Quousque igitur hic non „præstitit, imperfectus est contractus *do ut des*, vel „*do ut facias*. Cum itaque ex negotio imperfecto „dans obligatus non sit, certum est eum pœnitere „& repetere posse. *sect. 2. §. ult.* Quod impleto „contractu secus est, quia tum jus plene quæsitum „est, accipienti, quod ei auferri amplius nequit. „*Sect. 2. §. ult.*

Deinde, quia non est tale synallagma, vel factum „tale, quo accipientis jus integrum esse desiit; illi „enim nihil deest, sed danti: nec *minus* ille, sed „*plus* suo habet, & accipiendo se danti, non dan„tem sibi obligat. Igitur cum dans neutiquam sit „obligatus, & dando non se alteri, sed alterum si„bi obligaverit, manifestum est, ipsum omni mo„do

„do rem datam condicere ac pœnitere posse. Secus igitur si accipientis jus imminutum, eique „aliquid ex hac causa desit. *Sect.* 2. §. *ult.*

„Contrarium dicendum est in eo qui accepit; „is enim pœnitere non potest, quia omnino obligatus est danti, idque ex utraque causa: Nam „(1) negotium ab ipsius parte perfectum est, quia „nihil amplius ipsi petendum restat; negotium autem illud fuit de commutando vel transferendo „jure; quia ea lege accepit ut vicissim rem daret; „id est, dominium transferret, vel aliud quid præstaret. Ex hac ergo dispositione sua obligatur „prout disposuit. *sect.* 2. §. 5. & 6. (a) Ex hac „commutatione danti tamdiu jus suum deest, donec „accipiens, quod vicissim promisit, præstet: ad „hoc ergo obligatur. *sect.* 2. §. 4. *l.* 7. §. 1. *ff. de* „*pact. l.* 5. & *pass. ff. de præscr. verb.* Manifestum „igitur est, accipientem pœnitere & a contractu „recedere non posse. *sect.* 2. §. *ult.*

„Unde ultro sequuntur duæ diversæ actiones ad „res diversas, quibus conveniri accipiens & dans „agere potest; quarum optio penes dantem seu „autorem est. Altera, qua ex pœnitentia, vel „quia causa secuta non est, dans agit ad repetendam rem quam dedit, atque adeo ad recedendum a contractu: scil. condictio causa data; „quæ est quasi ex contractu. *arg.* §. 1. *quib. mod.* „*re contr. obl.* §. *fin. de obl. quæ quasi ex contr.* „Altera, qua dans ex contractu agit ad præstandum rem promissam, vel quod ejus rei nomine „interest; & proinde ad implendum contractum, „scil. actio præscriptis verbis, quæ ex hoc contractu datur. *tot. tit. ff. Præscr. verb.* Et actoris arbitrium est, qua actione uti, & utrum pœnitere „atque recedere a contractu, an ei insistere velit. „*d. l.* 5. §. 2. *l.* 7. *de præscr. verb. d. l.* 1. *C. de* „*Rer. perm.*

„Hinc solvitur difficilis illa in speciem antinomia inter *l. fin. ff. de cond. caus. dat.* & *l.* 5. §. 1. „*ff. de præsc. verb.* In illa periculum accipientis; „in hac dantis dicitur esse: in illa accipiens non „liberatur Stichi interitu; in hac contra. Nam „Resp. loqui textus de diversis actionibus. *dicta l. fin.* „de condictione qua res data, scil. pecunia, repetitur, quæ non periit, adeoque condici potest. „& *dicta l.* 5. §. 1. de actione præscriptis verbis, qua „res promissa, scl. Stichus, repetitur, qui periit. „adeoque tum periculum actoris est, & reus interitu rei liberatur ab ea actione, qua ob illam rem „convenitur, quæ interiit:

„Cæterum in his quoque negotiis non ultra finis synallagmatis est obligatio. Etenim si dederim tibi pecuniam ut Capuam ires, etsi per te non „stet pœnitere ac repetere pecuniam possum: & „licet jam sumtus in iter feceris, tamen condicere „possum, nec ultra teneor quam ad erogatos abs „te sumtus restituendos, quia hucusque ex hoc „facto tibi quid deest. *l.* 5. *pr. ff. de cond. caus.* „*dat.*

„Pariter, si dedi ut servum manumittas, isque „interim fugit, pœnitere mihi licet, & condicere. „*d. l.* 5. §. 3. *supr.* §. 2. Secus est, si ex hoc negotio tibi quid desit. *supr.* §. 3. *princ.* vel si ejusdem negotii causa minus de fuga sollicitus fuisti, „alias diligentius servum habiturus. *d. l.* 5. §. 3. *in* „*fin.* Priori enim casu negotium hoc causa est ut „precio servi careas; altero, ut servo. Non potest ergo a te repeti quod datum, & servi precium „est. *d. l.* 5. §. 3. Sed si servum ex fuga receperis, „nihil amplius deest, nisi forte quod servus ex „fuga deterior factus sit: jam igitur quod datum „est repetitur detracto eo, quo propter fugam „minoris est. *d. l.* 5. §. 2. Sed si, cum id velim, „manumittere servum nolis, totum, quasi causa „non secuta, condicitur: *d. l.* 5. §. 3.

„Paria sunt, si non fuga, sed mors servi manumissionem præverterit: repeti enim quod datum est potest, nisi negotium hoc causam dederit morti, vel ne, cum venalis esset, distractus „fuerit servus. *vid. d. l.* 5. §. *fin.* Nec excipere „poteris, quod impletus sit contractus, quia per „te non stetit, sed morte servi præventus non potuisti manumittere, ut in *l.* 3. §. *fin. ff. de cond.* „*caus. dot. arg. l.* 39. *ff. ff. de R. I.* nam nihil „tibi deest: quia servus quoque decessit, etsi negotium hoc contractum non fuisset: quæ ratio additur in *d. l.* 3. §. *fin.* eoque valde confirmatur, „quod vera causa obligationis sit talis commutatio juris, ex qua alteri quid desit: „tibi vero nec deest servus ex hoc negotio, sed „ex obitu ejus; nec quod dedi, quia hoc fuit precium libertatis, nec nisi pro libertate tibi debitum, „quæ secuta non est. Secus est, si per alium stet: „non ille tum est causa cur alteri quid desit, & „sic hoc facto obligatur ad reparandum damnum, „cujus ipse causa est, ut fit in *d. l.* 3. § *fin* & de „eo loquitur *d. l.* 39 &c. Eadem expositio est „*d l.* 5. §. 1. §. 2. in quo pecunia data ad servum „emendum & manumittendum, ante emtionem „pœnitere mihi licet, deinde non licet: sed id interest, quod hic servi emti morte vel fuga tu liberaris, nec ego a te repetere possum quod dedi, „si per te non stetit: quod contra fuit in superiore „casu; sed ab eodem principio: hic enim, repetito quod dedi, tibi quid deest, nec tuum jus integrum est; dedisti enim pretium pro servo: hoc „igitur si & mihi redderes, de tuo dedisses venditori, idque tibi deesset: mihi vero nihil deest, quia „dedi ad servum emendum, & tu emisti. Adeo accurata & certa norma obligationis est, si facto aliquo jus alicujus ita commutetur ut integrum „esse desinat, alterique quid desit: quod *synallagma* „Græci dixere; *Sect.* 2. §. 6. idque in omnibus „aliis ita ostendi posset.

„Hoc idem in pactis egregie apparet. Etenim, si pacto nulla insit commutatio vel translatio juris, nulla inde vel naturalis vel civilis „obligatio nasci potest. Quod apparuit in pactis „ne mandatum, societas, vel depositum revocetur; „*Sect.* 3. §. 13. 14. 15. quorum nulla vis est, quia „utriusque partis jura integra manent, nec cuiquam inde quid deest. Et ex voluntate seu consensu solo non oriri natura obligationem, sed „semper eam pœnitentia mutari posse, demonstratum est *Sect.* 2. §. 3. Quod & tantidem prope „verbis dicitur *in l.* 22. *princ. ff. de legat.* 3. ubi „de voluntate hæc regula traditur: *Suprema voluntas potior habetur:* & additur declaratio: *si spe-*

cia-

„cialiter dixerit(mutatio enim non præsumitur)*pri-* „*oris voluntatis pœnituisse:* & ratio notabilis: *Ne-* „*mo enim eam sibi potest legem dicere, ut a priore* „(voluntate) *ei recedere non liceat.* Et porro id „demonstratur eo, quod *L. 17. princ. ff. precar.* „dicitur: *Nulla vis est hujus conventionis, ut rem* „*alienam invito domino possidere liceat:* eo enim „pacto nihil juris in alterum transfertur, sed o- „mne jus domini manet, eique integrum est: quæ „& ratio est *l. pen. ff. de Pact. &c.* Inde quoque „est, quod voluntas seu consensus de emendo,per- „mutando, commodando &c. nullam vim ha- „beat, & nec exceptionem pareat: pugnant enim „consensu juris commutationem fieri, & de eo „commutando adhuc agi. *vid. citatam jam diss.* „*de Act. imperf.* In his omnibus igitur liberior „pœnitendi arbitrium est. *Sect. 2. §. ult.* In cæte- „ris quoque pactis, quæ nudo consensu fiunt,non „apparet animus transferendi juris, atque ita sui „obligandi: *Sect. 2. §. 4.* unde nec olla obligatio „olim nata fuit, sed commendatus saltem a dicti „lactique constantia is qui ultro pactis stetit. Nec „tota hæc ratio simul mutata a Prætore, sed ini- „tio saltem exceptio ex pactis data, *l. 7. pr. ff. de* „*Pact.* sensim pauca quoque lege ita confirmata „fuerunt, ut actio inde daretur; donec Canones „& mores omnibus eandem viin actionis contu- „lerunt: ut in vulgus notum est. Ita lex pactis „tribuit vim obligandi, quæ natura eis non inest; „uti aliquando iis, quæ tantum virtutis vel huma- „nitatis, imo quæ indifferentia sunt, vim juris & „obligationis largitur: ut, *ne mulieres genas ra-* „*dant, nec rogus ascia poliatur:* Item in *L. 103.* „*ff. de Solut. §. 1. de fide c. hered. &c.* Talis igitur „obligatio non est ex natura negotii, sed ex spe- „ciali lege vel usu: seu, ut DD. loquuntur, non „est nativa sed dativa. *vid. d. diss.*

„Præterea idem accidit in precario; quo nihil „juris, sed sola possessio, quæ facti est, transfer- „tur; *l. 12. princ. & §. 1. in fin. & pass. ff. de* „*Precar.* & omne jus danti integrum manet, „*l. 15. princ. ff. eod tit.* ubi dicitur: *Et habet sum-* „*mam æquitatem, ut eatenus quisque nostro uta-* „*tur, quatenus ei tribuere velimus.* Unde nega- „tur contracti negotii speciem esse, *l. 14. ff. eod.* „*tit.* & interdicto accensetur *l. 2. ff. eod. tit.* In „precario igitur semper ex hac causa pœnitere li- „cet, nec valet pactum in contrarium. *d. l. 12. &* „*seq.* Secus ac in commodato, ex cujus natura, „nomine indicata, jus usus seu utendi alteri con- „ceditur; & ideo commodator durante usu ex pœ- „nitentia revocare regulariter non potest; finito „usu potest: quia tum usus cum re domino ad „quem nunc pertinet, deest; quæ omnia eviden- „tia sunt.

„Hinc quoque vera ratio constat, cur in te- „stamentis ad novissimum usque halitum pœni- „tendi fit facultas: *l. 1 C. de SS. Eccles.* constant „enim voluntate unius, de transferenda quidem „hæreditate, sed non nisi post mortem; adeoque „negotium manet imperfectum, nisi aditio hære- „ditatis sequatur: interim vero legum fictionibus „sustinetur, at hærede non adeunte in universum „evanescit: *vid. Diss. de Testam. Principum.* Nec „moneri quidem opus est, inde quoque esse quod „in donationibus inter vivos, aliisque modis qui- „bus dominium in alium transfertur, pœnitentiæ „arbitrium cesset; scil. quia dans nihil juris reti- „nuit, (ut in contractibus realibus) sed omne do- „minium alteri cessit: qua commutatione nemini „quid deest, sed utriusque jus, prout disponunt, „integrum est. Inde ergo cognosci datur, quam „hujus principii ratio sibi constet, ac ei cum toto „jure, & huic secum perfectissime conveniat.

„*Hostenus B. Parens:* Nos Principia pœniten- „tiæ & revocationis, quæ ab uno contrahentium „fiunt compendiose ex posuimus in *Dissertatione* „*prooem. XII. §. 353. Verba hæc sunt.*

„Non autem solvitur obligatio V) *unius revoca-* „*tione*, si negotium semel perfectum,& jus aliquod „in alterum translatum est.

„Atque hæc vera ratio est, cur in *contractibus* „*nominatis* regulariter *unius dissensu* non dissolva- „tur obligatio. Idque diserte de emtione ita jure „Romano traditur; *in l. 3. §. 3. C. Rescind. vend.* „*nec non in l. 14. C. Eod.* Casus eo jure propone- „batur, ubi quis vendit prædium ea lege, *ut emtor* „*restitueret quod reipublicæ debebatur:* Cum vero „emtor non solveret debitum, & ideo ex Imperato- „ribus quæreret venditor, *an ex eo, quod emtor non* „*satis conventioni faceret,contractus irritus reddatur?* „illi responderunt, venditorem non posse contra- „ctum irritum constituere *sed experiri quanti in-* „*terest.* Idque confirmatur per *l. 8. C. de Contrah.* „*emt. ibi, si non donationis causa, sed vere vincas* „*distraxisti, nec pretium numeratum est, actio tibi* „*pretii, non autem qua dedisti, repetitio competit.*

„Agitur igitur his legibus de *emtione venditione* „*consummata*, ubi dominium rei venditæ transla- „tum est: hoc negotium semel perfectum & tradi- „tione consummatum,unius revocatione non dissol- „vitur. *L. 80. ff. Solut.*

„Neque obstat, quod, si emtor non præstat id „quod promisit,venditor recedere possit & nego- „tium dissolvatur *L. 6 C. de pact. int. emt.* Resp. „Res ibi venditur exiguo pretio *sub certa contempla-* „*tione*, adeoque sub conditione,qua non secuta „totum resolvitur negotium,deficiente quippe con- „ditione.

„Regula illa adeo vera est,ut licet utrumque pœni- „teat, non tamen tollatur negotium,nec prissima „obligatio solvatur; sed novus erit contractus,no- „vaque contrahitur obligatio.

„Excipiuntur tamen quidam contractus nominati, „ubi revocatio & renunciatio jure fieri potest. Ut „in *deposito, mandato, & societate.*

„*Deponens* igitur quovis tempore depositum re- „cipere, neque depositarius id impedire potest *l. 1. §.* „*45. & 46. ff. Depos.* Hic enim nullum lucrum ex „deposito habet, sed solum onus custodiæ, adeoque „ejus non interest: nihil ei ex patrimonio decest. „Dolo igitur agere hoc ipso dicitur,dum non red- „dit depositum. *l. 1. §. 22. Depos. Depositarius* pa- „riter quovis tempore renunciare deposito, etiam „invito *deponente*, potest. Contractui enim satisfe- „cit, res actu deposita, tempus autem adjectum non „fuit

„fuit. Accedit, quod *deponens* omoe jos suum re-
„cipiat, adeoque ejus non intersit. *B. Parens disp*
„*de jure pœnitendi Sect. 4.* §. 11. & 14.

„Secus ergo si *deponentis* intersit: si proinde iter
„facturus rem deposuit, ut in securo interim sit, de
„positarius renunciare deposito nequit, nisi absens
„reversus fuerit: *l. 1. §. 22. ff. l. 5. C. Depos. Conf.*
„*l. 5. §. 2 ff. Eod.* Idem dicendum, si quis rem de-
„positam non in loco, sed alibi habeat, *l. 1. §. 22.*
„*Depos.*

„*Mandans* itidem quovis tempore mandatum re-
„vocare potest, §. 9. *Inst. Mand.* oec *mandatario* id
„impediendi jus est. Nam hic quoque nullum com-
„modum ex mandato habet, sed solum onus geren-
„di negotia alterius suscepit, adeoque nullum jus in
„mandatarium translatum, & nihil ei ex patrimonio
„abest. Cum igitur mandatarii non intersit, frustra
„quæritur de jure ei tribuendo, quod nun habet.

„*Mandatarius* quoque invito *mandante* renuncia-
„re mandato potest; quia itidem mandantis noo in-
„terest, utpore cum ei integrum sit, vel per se, vel
„per alium, rem eandem commode explicare. *l.*
„*22. §. f. ff. §. 11. Inst. Mand.* Nullum igitur jus ab-
„est mandanti, non habet minus suo, adeoque ni-
„hil est quod ei tribui possit, aut debeat.

„Aliud igitur dicendum, si res integra non sit:
„*l. 22. §. f. Mand.* Uti si *mandatarius* neglexit occa-
„sionem emendi, & jam, cum recte emere non pos-
„set, dolo renunciat. *d. l. 22. §. f.* Vel si eo tempo-
„re reunciat, quo mandans vel per se vel per a-
„lium rem explicare nequit: *d. l. 22. §. f.* tunc e-
„nim facto mandatarii mandans læditur, damnum-
„que patitur, adeoque jus in mandantem est trans-
„latum, quia minus suo habet facto mandatarii.

„*In societatis* contractu itidem unusquisque so-
„ciorum recedere potest re integra. Atque huc
„pertinet regula quod nemo invitus in societate ma-
„nere teneatur.

„Cum enim uterque suam partem recipiat, neu-
„tri aliquid deest, uterque satisfecit contractui, tem-
„pus autem adjectum non est (secus ergo si certum
„tempus contractui additum sit. *d. l. 65. §. 6.*) Neu-
„trius ergo interest, & sic nulla obligationis causa
„subest. Aliud dicendum, si res noo est integra
„*d. l. 65. §. 3. & 5.*

„Sed & io aliis negotiis, extra contractus oomi-
„natos, per revocationem solvitur obligatio si jus
„in alterum translatum noo est. Hinc *precarium*
„quandocunque revocari potest. *B. Pareus dict. disp.*
„*S. 4. §. 12.* Precarium autem est, *si quis ea lege*
„*usum rei suæ concedit, ut quocunque tempore pos-*
„*sit revocare*, quod pactum ex jure gentium descen-
„dit. *l. 1. §. 1. precar.*

„Si igitur dominus revocat liberalitatem, definit
„precarium, nullum jus in utentem extra volunta-
„tem domini translatum est, voluntas autem domi-
„ni fuit, ut possit revocare cum mutaverit volun-
„tatem. *l. 2. §. 2. precar.* nihil ergo utenti abest, ad-
„eoque nulla ei fit injuria.

„*Jure Romano* actio civilis ad revocandum ex
„hoc negotio data non est, quia magis ad donatio-
„nes, & liberalitatis caussam pertinet, quam ad ne-
„gotii contractu. *l. 14. precar.* Cum vero is, qui pre-
„cario utitur, rem alienam teneat (re enim mea
„utitur contra meam voluntatem) adeoque plus suo
„habeat, ideo Prætor duplicem actionem ex æqui-
„tate naturali dedit. *L. 2. §. 2. Precar.* (1) intuitu
„possessionis *edictum restitutorium*, ut quod quis
„precario ab alio habet, id alteri restituat *l. 2. pr.*
„*Precar.* (2) Intuitu proprietatis *condictionem in-*
„*certi*, seu actionem præscriptis verbis, quæ ex bo-
„na fide oritur. *L. 2. §. 2. l. 19. §. f. precar.* Imo
„& (3) revocanti datur condictio sine causa, quia
„revera res mea sine causa est penes alium: Ex quo
„capite etiam pignus, soluto debito, possum coodi-
„cere.

„Tollitur obligatio VI) POENITENTIA UNIUS.
„Quando nimirum negotium ab ejus parte est im-
„perfectum, Contingit hoc in *contractibus in-*
„*nominatis* quæ in *dando* consistunt, *d. disp. Sect.*
„*4. per tot.* quando nimirum quis dedit, ut alter
„vicissim det. Hoc enim casu dans poenitere potest,
„quamdiu alter nun dedit, etsi per eum non steterit.
„*l. 1. l. 3. §. 2. l. 5. pr. §. 1. & 2. Cond. caus. dat. l. 5. ff.*
„*præscr. verb.* Ratio naturalis hæc est, quod nego-
„tium do ut des vel facias a parte dantis sit imper-
„fectum, quia oon dedit animo donandi, sed ut al-
„ter vicissim præstaret: Ex imperfecto negotio au-
„tem nullum jus oritur. *B. Par. in disp. de jur. circ.*
„*act. imperf. Sect. 2. §. 8.*

„Ex eadem ratione etiam a *transacto* resilire, &
„pecuniam datam condicere possum, si, cum ego
„implevi, alter implere nolit: *d. l. 14. C. Transact.*
„*Dict. disp. Sect. 4. §. 1.* Nam transactio quoque est
„species contractus innominati, & fit aliquo dato,
„aliquo retento.

„Neque *obstat l. 39. C. transact.* ibi, *quamvis eum*
„*qui pactus est, statim poeniteat, transactio tamen*
„*rescindi, & lis instaurari non potest, & qui sibi sua-*
„*det intra certum tempus licere a transactione recede-*
„*re, falsum adseveravit.* Resp. Casus ibi est, ubi
„is qui a sua parte implevit ad implendum agit,
„alter autem recedere vult. Hoc fieri nequit,
„quia ab hujus parte perfectum est negotium.

„Ex his facile decidi potest quæstio: an uno pa-
„cis articulo rupto, alter, si is quoque recedere ve-
„lit, pœnitere possit. *Vid. Grot. l. 3. c. 20. §. 25. seq.*

„Aliud igitur dicendum (1) in *accipiente*; intui-
„tu hujus enim negotium perfectum est: Ille plus
„suo habet, & accipiendo se danti, non dantem
„sibi obligavit, eis igitur poenitere nequit. (2) Ces-
„sat quoque poenitentia, si contractus innominatus
„*a faciendo* incipit, quia factum infectum fieri ne-
„quit: *B. Par. in disp. de jur. poenit. Sect. 4. §. 1.*

„Hinc jam constat, in *contractibus nominatis* pœ-
„nitentiæ locum non esse: quia ibi semper negotium
„utrinque perfectum est, ex quo consensus duorum
„adest.

PROPOSITIO. IX.

„*Juris positivi est, quod ex contractu possit agi de*
„*culpa, de dolo, de usuris, ex mora, & de eo quod*
„*alias æquum & bonum est.*

DEMONSTRATIO.

„Nam ex dispositione nulla oritur obligatio nisi
„quatenus dispositum est, at de culpa, dolo, usuris
„&c.

§. II.

[a] Simplices, alii benefici alii permutatorii. [b] Benefici, aut meri [c] aut cum mutua quadam obligatione. [d] Benefici meri

&c. nihil inter partes actum est: Unde actio ex contractu inde oriri per rei naturam nequit:

At non inde sequitur, aliquem impune culpam dolum & moram committere posse; Nam omnino exinde obligatur is qui tale quid committit, sed non obligatur ex illo contractu, verum ex facto suo illicito quo efficit ut aliquid alii absit, unde propria jure naturæ actio, & distincta ab altera quæ ex contractu est, datur:

Atque id jure eivili ita obtinet in eontractibus *stricti juris*, unde nee de culpa, nec de dolo, nee de mora agi potest, sed tantum de eo qnod verbis expressum est, etsi separata actione ad id quod interest ob eulpam, &c. agi possit.

Quædam autem negotia jure eivili in specie ad id confirmata sunt, ut etiam ex ipso contractu de eo quod æquum & bonum est agi possit, atque hi contractus dicti sunt *bona fidei*, quia oon tantum exinde agitur ad id quod promissum est, sed & præterea ad omne id quod æquum & bonum est.

AODITIO.

„Rationem hujus instituti explicavi in *Dissert.* „*prooem. XII.* §. 365.

„*b*) (ACTUUM HUMANOBUM QUI AN ALIOROM „HOMINUM UTILITATEM TENOUNT, ALII SONT „&c.) Author ad indagandam naturam contra„ctuum supponit 1) *actuum humanorum*, qui ad „aliorum utilitatem tendunt, alios esse *simplices* „alios compositos seu *mixtos*: §. 1. & §. 5. 2) *sim*„*plices* iterum distinguit in *beneficos* & *permutato*„*rios*. §. 2. 3) Beneficos porro subdistinguit in me„ros ant eum mutua obligatione. §. 2. De *meris* 4) „ulterius distinguendo ait, eos aut io præsens aut in „futurum prominere §. 2.

„Deinde 5) *permutatorios* iternm dividit in *di*„*remtorios* & *communicatorios*. §. 3. Contractus *di*„*remtorios* 6) dirimere partes, omnesque ad tria „capita revocari ait; Nimirum *do ut des, facio ut* „*des, facio ut facias:* Addit, JCtos Romanos „quosdam contractus exeepisse, illisque speciale no„men dedisse, at naturali jure ad tria illa genera „pertinere. §. 3. *n.* 1. *n.* 3. *n.* 4. *n.* 5. *Communica*„*torios* illos contractus vocat, qui communionem „afferunt §. 3. *n.* 1. In his autem communicari „ait, aut facta, aut res; aut hinc res inde facta. „§. 4.

„7) *Mixtos* actus ait esse aut principaliter, aut „per aceessionem alterius. §. 5. & seq.

„Atque ex his 8) tandem concludit, omnes actus „humanos, qui ad aliorum utilitatem tendunt, ex„tra mere beneficos, contractuum oomine apellari „§. 8. *seq.*

„Vix adduci possum, ut eredam serio Autho„rem hæc scripsisse; Tantas enim affundit mate„riæ huic simplicissimæ teoebras, & tot adhibet la„tebras obscuritatis, ac in tot se conjicit tricas, ut „vix ipse se extricare nequeat: Quis quæso popu„lus, quæ gens, ex obscuris hujusmodi verborum „involucris, omni ratione destitutis, se judicari „posse aut debere opinabitur:

„Differentia inter *contractus* & *pacta* ex jure Ro„mano originem cepit. Jure naturæ enim ex omni „pacto, ex omni promissione, & ex omni disposi„tione (nulla habita differentia inter pacta & con„tractus, sive nominatos sive innominatos) jus io „alterum transfertur, & obligatio inde oritur „prout partes ioter se disponunt: omniaque hæc „negotia sunt innominata. JCti Romani nolu„erunt ex qualibet promissione obligationem oriri, „sed tunc demum *si propter causam aliquid promit*„*titur*, ne cives temere sua jactent, Hinc orta est „illa distinctio inter contractus & pacta: CONTRA„CTUS enim dixere ea pacta, *ubi propter causam* „*aliquam, adeoque non temere* aliquid promittitur: „Omnibus reliquis negotiis, *ubi causa talis non* „*subest*, PACTI nomen relinquere, illudque vel *nu*„*dum* vel *legitimum* fecerunt.

„Præterea iidem JCti quibusdam contractibus „certum nomen indiderunt, eosque contractus *no*„*minatos* vocarunt, qui non differunt a contracti„bus *innominatis* quoad obligationem, sed in eo „saltem, quod actio nominata inde detur, & certa „agendi formula præscripta sit; secus ae in con„tractibus innominatis, ubi ex præscriptis verbis „& ex facti expositione de actione constat:

„En totum ænigma, quoad tam operose Author „proposuit, & pessime solvit: Prolixius hæc prin„cipia explicavi in *Diss. prooem. XII* §. 339 & „435. *seq* Add. *supra c. XI* §. 1. *lit. aa.*

a) (Grot.) (SIMPLICES ALII BENEFICI ALII PERMUTATORII:) *Aristoteles* illa omnia δόσεως, hæc πράσεως nomine comprehendit. (Locus est *Rhetor.* Lib. 1. e. 5. p. 523. B. Tom. II. *Edit. Paris.* Sed agitur ibi de alienatione, Ἀπαλλοτριώσεως, non autem de oronibus contractibus. *J. B.*)

ADDITIO.

Actus benefiei Grotio sunt ubi beneficium io alterum confertur, ut in donatiooe; *permutatorii* quid sint *Vide* §. 3. Equidem ex beneficis, ubi dominium in alterum transfertur, plane non oritur obligatio, neque enim ibi contrahitur, sed dominium transfertur:

„*b*) (BENEFICI AUT MERI:) Ubi is qui dispo„nit merum beneficium in alterum confert, ut in „donatione.

„*c*) (AUT COM MUTUA QOAOAM OBLIGATIO„NE:) Ut in omnibus pactis quæ causam habent.

„*d*) (BENEFICI MERI AUT IN PRÆSENS ABSOL„VUNTUR:) Uti si actu perficitur donatio.

meri, aut in præsens abſolvuntur, [e] aut in futurum prominent. [f] In præsens abſolvitur factum utile, [g] de quo nihil loqui neceſſe eſt, [h] quando utilitatem' quidem parit, ſed nullum juris effectum: [i] item donatio qua dominium transfertur, [k] qua de re egimus ſupra cum de dominii acquiſitionibus ageretur. [l] In futurum prominent promiſſiones tum dandi tum faciendi, [m] de quibus jam jam egimus. [n] Benefici actus cum obligatione mutua ſunt, qui aut de re diſponunt ſine alienatione, [o] aut de facto, ita ut aliquis effectus ſuperſit. [p] Talis eſt circa rem uſus conceſſio, qui commodatio dicitur: [q] in factis præſtatio operæ ſumptuoſæ, aut obligatoriæ, quæ dicitur mandatum; [r] cujus ſpecies eſt depoſitum, præſtatio ſcilicet operæ in re cuſtodienda. [s] His autem actibus [t] ſimiles ſunt actuum promiſſiones, [u] niſi quod, ut diximus, hæ in futurum prominent: [v] quod & de actibus jam explicandis intellectum volumus.

§. III.

„e) (AUT IN FUTURUM PROMINENT:) Ut in „pacto de donaodo.

„f)(IN PRÆSENS ABSOLVITUR PACTUM UTILE;) „Si ſtatim & facto ipſo commodum in aliquem „confertur, ut in donatione.

„g) (DE QUO NIHIL LOQUI NECESSE EST:) „Quia translato dominio nulla ſupereſt obligatio, „de qua ſola hic quæritur:

„h) (QUANDO UTILITATEM QUIDEM PARIT SUO „NULLUM EFFECTUM JURIS:) Is enim qui benefi„cium in aliquem confert, non id agit ut alter ob„ligetur, i. e. viciſſim aliquid præſtet vel faciat: „adeoque hactenus effectus juris nullus hic adeſt.

„i) (ITEM DONATIO QUA DOMINIUM TRANS„FERTUR:) Donatio neque pactum eſt neque con„tractus: Adeoque non eſt modus producendi „obligationem, ſed transferendi dominii.

„k) (QUA DE RE EGIMUS SUPRA:) C. 6. §. 1. „Nam ſi dominus rem ſuam alii ex mero benefi„cio tradit, id neque vi pacti neque vi contractus, „ſed vi dominii agit.

„l) (IN FUTURUM PROMINENT PROMISSIONES „TUM DANDI TUM FACIENDI:) Si quis non actu „dat, ſed promittit ſe donaturum, vel in utilitatem „alterius quid facturum:

„m) (DE QUIBUS JAM JAM EGIMUS:) Scilicet „in capite præcedenti, *de promiſſis:* ubi dictum eſt „jure nature ex omni pacto, ſive dandi ſive facien„di, oriri obligationem.

„n) (BENEFICI ACTUS CUM OBLIGATIONE MU„TUA SUNT, QUI AUT DE RE DISPONUNT SINE „ALIENATIONE:) v. g. ſi res alii commodatur: „hic eſt actus beneficus ubi res non alienatur: at „mutua ei ineſt obligatio, quia debet reſtituere „commodatum finito uſu.

„o) (AUT DE FACTO ITA UT ALIQUIS EFFE„CTUS SUPERSIT:) v. g. ſi alii curam rei meæ „committo, actus erit beneficus a parte mandatarii: „ſed cum mutua obligatione, quia affectus ſuper„eſt, ut id quod ex mandato penes eum eſt reſti„tuere mihi debeat.

„p) (TALIS EST CIRCA REM USUS CONCESSIO, „QUI COMMODATIO DICITUR:) Unde definitur „commodatum, quo res gratis utenda ita traditur „ut in eadem ſpecie finito uſu reſtituatur. §. 2. *Inſt.* „*Quib. mod. re contr.*

„q) (IN FACTIS PRÆSTATIO OPERÆ SUMTUO„SÆ, AUT OBLIGATORIÆ, QUÆ DICITUR MANDA„TUM:) Mandatum enim definitur quo quis nego„tium alterius ab hoc ſibi commiſſum gratis ſuſci„pit: *l.* 22. §. 11. *l.* 15. *ff. Mand.* & unde manda„tarius tenetur mandanti ad omnia quæ mandati „nomine præſtare tenetur. *l.* 8. §. 5. *Mand.*

„r) (CUJUS SPECIES EST DEPOSITUM:) Man„do enim alii cuſtodiam rei meæ: Differunt ta„men, quod in *mandato* negotium, *hic* res commit„tatur: quod in *priori* caſu facultas diſponendi in„tra fines mandati competat, in *depoſito* nudum „onus cuſtodiæ:

„Depoſitum igitur itidem eſt actus beneficus „cum obligatione mutua: Hinc definitur depoſi„tum, quo res gratis cuſtodienda ita traditur, ut „eadem quandocunque reſtituatur. §. 3. *Inſt. quib* „*mod. re contr.*

„s) (HIS AUTEM ACTIONIBUS:) Scl. beneficis „cum mutua obligatione.

„t) (SIMILES SUNT ACTUUM PROMISSIONES:) „Scl. actus humani benefici meri, qui in futurum „prominent.

„u) (NISI QUOD HÆ IN FUTURUM PROMINENT:) „Quo retulit paulo ante promiſſiones tum dandi „tum faciendi.

„v) (QUOD ET DE ACTIBUS JAM EXPLICANDIS „INTELLECTUM VOLUMUS:) Nimirum de actibus „permutatoriis. *vid* §. *ſeq* nam hi actus etiam cum obligatione mutua ſunt.

(AD §. III.) Male Author (1) ait contractus eſſe „dirempt orios. 2) Romanos ab iis excepiſſe contra-

ctus

§. III.

a Actus permutatorii *b* aut dirimunt partes, *c* aut communionem adferunt. *d* Actus eos qui diremtorii sunt recte dividunt Jurisconsulti Romani in do ut des, facio ut facias, facio ut des; de quibus videri potest Paulus Jurisconsultus *e* in l. Naturalis: Digestis, Præscriptis verbis.

Sed Romani *f* ab hac divisione *g* eximunt quosdam contractus, quos ipsi nominatos vocant, *h* non tam quod proprium habeant nomen, *i* (habet enim hoc & permutatio, quam a nominatorum numero excludunt) *k* quam quod ob usum frequentiorem *l* vim quandam & naturam accepissent talem, quæ, etiamsi *m* nihil esset dictum specialiter, ex ipso nomine satis posset intelligi, *n* unde etiam *o* certa de illis proditæ erant actionum formulæ; cum in cæteris contractibus minus frequentibus *p* hoc tantum inesset, quod dictum

ctus nominatos. *l. 5. ff. de just. & jur.* (3) male confundit nomina permutationis & contractuum nominatorum. (4) Male ait in innominatis tantum inesse quod debitum est, in innominatis vero venire etiam quod dictum non est. (5) In prioribus pœnitentiæ locum esse, non in posterioribus: idque (6) introductum esse ob frequentiorem usum. (7) legem civilem subtrahere vim obligandi.

„*a*) (ACTUS PERMUTATORII:) Quos opposuit „actibus beneficis. §. 2. *pr.*

„*b*)(AUT DIRIMUNT PARTES:)Grotius non explicat, in quo nam *diremtio partium* consistat: cæterum „impropria hæc est locutio, novi sunt termini „& JCtis & Philosophis incogniti, & qui revera „nihil significant, imo rem, per se perspicuam, „obscuram reddunt.

„*c*) (AUT COMMUNIONEM ADFERUNT:) i. e. „Aut facta communicant, aut hinc res inde facta, „ad utilitatem communem; ut in societate. *vid.* „§. 4.

„*d*) (ACTUS EOS QUI DIREMTORII SUNT RECTE „DIVIDUNT JCTI &c.) Verum non est JCtis cognitos esse actus diremtorios. Verum non est „eos contractus innominatos [illegible]ni ad tria genera „revocare: nam JCti quartum addunt, *do ut fa*„*cias*, de quo statim plura.

„*e*) (IN L. NATURALIS ff. DE PRÆSCRIPTIS „VERBIS:) *Aut enim do tibi ut des: aut do ut fa*„*cias: aut facio ut des: aut facio ut facias. l. 5.* „*pr. præscr. verb.*

„*f*) (AB HAC DIVISIONE:) Qua contractus di„remtorii dividuntur in do ut des, do ut facias „&c.

„*g*) (EXIMUNT QUOSDAM CONTRACTUS QUOS „IPSI NOMINATOS VOCANT:) Qui proinde sua „natura etiam ad quatuor has species pertinent, „sed certum nomen acceperunt jure civili.

„*h*) (NON TAM QUOD PROPRIUM HABEANT „NOMEN:) Imo hæc sola ratio est cur contractus „nominati dicantur, quia scilicet ex solo nomine „de tota negotii natura constat.

„*i*) (HABET ENIM HOC ET PERMUTATIO &c.) „Imo permutatio est verus contractus innomina„tus, unde etiam actio de præscriptis verbis inde „datur: cur autem certum nomen ei, (ut & æsti„matorio contractui) inditum sit, ejus rationem „explicavi in *Diss. præm. XII. §. 462.*

„*k*) (QUAM QUOD OB USUM FREQUENTIOREM „VIM ACCEPISSENT TALEM &c.) Verum est, pro„pter frequentiorem usum certum nomen quibus„dam contractibus datum esse, at ab hoc ipso no„mine nominati dicti sunt.

l) (Grot.) (VIM QUANDAM ET NATURAM ACCEPISSENT TALEM &c.) Vide *Vasq.* lib. I. controv. c. X. in fine.

„*m*)(ETIAMSI NIHIL ESSET DICTUM SPECIALITER, „EX IPSO NOMINE SATIS POSSIT INTELLIGI &c.) „Ita enim is qui allegat se *emisse*, hoc ipso decla„rat, venditorem promisisse se rem pro certo pre„tio tradere velle; & sic in cæteris.

„*n*) (UNDE:) Quia scl. ob usum frequentio„rem ex ipso nomine satis potuit intelligi natura „negotii.

„*o*) (CERTÆ DE ILLIS PRODITÆ ERANT ACTI„ONUM FORMULÆ &c:) Quas primi legislatores „ex ratione politica introduxerunt, ne populus „prout vellet actiones institueret. *l. 2. §. 6. §. 7.* „*orig. juris, Heinecc. Antiq. Rom. tit. de Action.* §. „*19.* & quarum interpretandi scientia penes colle„gium pontificum subsistebat. *d. l.* Has Papirius „publici juris fecit. *d. l.* Et tandem Justinianus „eas sustulit. *Tot. tit. C. de act. form. sublatis.*

„*p*) (HOC TANTUM INESSET QUOD DICTUM „ERAT:) Imo in eo non differre contractus no„minatos & innominatos vel exinde constat, quia „in contractibus quoque nominatis, si stricti juris

sunt,

dictum erat, ac proinde[q] non communis aliqua et usitata, [r] sed accommodata ad ipsum factum daretur formula, [s] quæ ideo præscriptis verbis dicebatur. [t] Ob eandem causam usus frequentioris in conventionibus nominatis, [u] si requisita quædam adessent, [v] ut in venditione [x] si de precio convenisset, etiam re integra, [y] id est antequam a partium altera præstitum esset aliquid, injungebatur implendi necessitas [z] cum in illis rarioribus re integra daretur pœnitendi libertas, [aa] id est impunitas, quia lex civilis vim coactricem subtrahebat illis conventionibus, [bb] ut sola contrahentium fide starent.

[cc] At jus naturæ ignorat hæc discrimina: neque vero qui innominati

„sunt, tantum id in actionem venit quod dictum „est.

„q) (NON COMMONIS ALIQUA ET USITATA „FORMULA:) Quæ quotidie obvenientibus negotiis „præscripta fuit.

„r) (SED ACCOMMODATA AD IPSUM FACTUM:) „Si enim natura negotii ex nomine a legibus in„dito non apparet, sponte sequitur, formulas acti„num non ex lege, sed ex facti dispositione desu„mendas esse.

„s) (QUÆ IDEO PRÆSCRIPTIS VERBIS DICITUR:) „Quia ex narratione facti demum judicari debet „qualis actio inde oriatur: unde actiones quæ ex „contractibus innominatis dantur, dicuntur etiam „actiones in factum.

„t) (OB EANDEM CAUSAM USUS FREQUENTI„ORIS:) In paucis his lineis multa traduntur ab „Authore quæ admitti non possunt: Male enim „(1) statuit in contractibus nominatis, *re etiam* „*integra* injungi implendi necessitatem; in con„tractibus vero innominatis dari pœnitendi licen„tiam Male (2) differentiam in eo ponit, quod illi „contractus sint frequentiores, hi rariores. (3) Male „ait pœnitendi licentiam in contractibus innomi„natis saltem *impunitatem* inferre, non jus.

„u) (SI REQUISITA QUÆDAM ADESSENT &c, „INJUNGERATUR IMPLENDI NECESSITAS:) Ita ut „pœnitere non licuerit: at statim probabimus id „jure civili non demum statui ob causam usus „frequentioris, sed quia perfecto negotio utrius„consensu pœnitentiæ locus non est.

„v) (UT VENDITIONE, SI DE PRETIO CONVE„NISSET, ETIAM RE INTEGRA:) Si partes de re „& pretio conveniunt, emtionis negotium perfe„ctum est utriusque consensu, & jus ex eo mo„mento in alterum transfertur: Hoc jus, volun„tate utriusque quæsitum, per pœnitentiam uni„us auferri nequit: Male igitur hic effectus tri„buitur causæ usus frequentioris.

„Cur ergo *res integra esse* dicitur: Resp. integram „dici ad effectum periculi: etsi enim negotium „perfectum sit utriusque consensu, adeoque quoad „effectum obligationis res non amplius sit inte„gra; est tamen integra intuitu periculi, quia „periculum in emtorem non transit quamdiu ali„quid agendum superest. *Vid. infr.* §. 15.

„x) (Grot.) (SI DE RE CONVENISSET:) Apud Hebræos perfecta non censetur venditio ante traditionem veram vel imaginariam. (Vid. SELDEN *De Jure nat. & Gent. Secund. discip. Hebr.* Lib VI. c. 5.)

„y) (ID EST ANTEQUAM A PARTE ALTERA „PRÆSTITUM ESSET ALIQUID:) Rectius, quamdiu „non constat quid, quale, & quantum venditum est: „rationem naturalem exposuimus supra §.1. in *addi*„*tione Posit.*

„z) (CUM IN ILLIS RARIORIBUS RE INTEGRA „DARETUR POENITENDI LIBERTAS:) Diximus e„jam in venditione pœnitendi libertatem non dari, „nisi re integra: non autem est integra quoad ef„fectum obligationis, quando partes de re & pre„tio convenerunt, etsi integra sit ad effectum peri„culi.

„In *contractibus innominatis* semper res inte„gra est intuitu ejus qui dedit, non intuitu ejus „qui accepit, uti rationibus juris naturæ dicta pos 7. „demonstravimus: Quod igitur DANS pœnitere „possit, id non oritur ex causa usus rarioris ho„rum negotiorum, sed quia res intuitu *dantis* in„tegra est, quamdiu ACCIPIENS a sua parte non im„plevit: *Hic* igitur pœnitere nequit, quia nego„tium ejus intuitu perfectum est, *ille* potest.

„aa) (ID EST IMPUNITAS:) Imo licentia illa „pœnitendi ex ipso jure naturæ oritur: quia omni„bus casibus prædictis pars pœnitet antequam jus „in alterum sit translatum, adeoque ubi res adhuc „est integra.

„bb) (UT SOLA CONTRAHENTIUM FIDE STA„RENT:) Diximus implendi necessitatem in ven„ditione ideo injunctam esse contrahentibus quia „negotium perfectum est utriusque consensu; ad„eoque pœnitere non licuisse, quia hactenus res non „amplius est integra:

„cc) (AT JUS NATURÆ IGNORAT HÆC DISCRI„MINA:) Naturali jure omnes contractus sunt in„nominati: & in omnibus contractibus, etiam qui „postea nominati facti sunt pœnitentiæ locus non „est

minati ab illis dicuntur contractus [dd] aut minus sunt naturales [ee] aut minus antiqui: [ff] imo permutatio, quæ innominatis accensetur, [gg] emtione & simplicior est & antiquior. Et Eustathius ad Illiados [hh] ubi de certamine publico agitur cui præmium constitutum est, quod apud Homerum est ἀρνῦσθαι, interpretatur ἀντικαταλλάττεσθαι, addens συνάλλαγμα γάρ τι καὶ τὰ τοιαῦτα, nimirum facio ut des. [ii] Nos ergo naturam sequentes, contractus omnes diremtorios, [kk] nullo nominatorum aut innominatorum discrimine, ad tria quæ diximus genera revocabimus.

[ll] Dicemus proinde [mm] dari ut detur, statim quidem rem pro re, [nn] ut in ea, quæ specialiter dicitur permutatio, [oo] antiquissimum haud

Arist. V. Eth. 8. 1. Polit. 9. D. de contra-bend. emt l. 1.

„est si negotium perfectum; adeoque res integra „non est.

„dd) (AUT MINUS SUNT NATURALES:) Imo „magis sunt naturales, quia omnes contractus in „primævo hominum statu fuere innominati.

„ee) (AUT MINUS ANTIQUI:) Causa enim ob„ligationis, tum ex nominatis contractibus tum ex „innominatis, ab ipsa natura est.

„ff) (IMO PERMUTATIO, QUÆ INNOMINATIS „ACCENSETUR:) Cur ergo certum nomen accepit? „Rationem explicavimus in *Diss. prooem. XII.* §. 463.

gg) (Grot.) (IMO PERMUTATIO EMTIONE ET SIMPLICIOR EST ET ANTIQUIOR:) Apparet id ex *Homeri* versibus productis L. 1. D. de contrahenda emtione. *Tacitus* de Germanis (*Germ.* c. 5.): *Interiores simplicius & antiquius permutatione mercium utuntur. Servius* ad Eclogam IV. ad illud (*vers.* 39.): *Mutabunt merces. quia antiqui res rebus mutabant.* Et ad illud Georg. III. (*vers.* 307.) *Vellera mutentur. ingenti pretio comparentur. Nam apud majores omne mercimonium permutatione constabat, quod & Cajus Homerico confirmavit exemplo. Plinius* libro XXXIII, c. 1. *Quantum feliciore ævo, cum res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Trojanis temporibus factitatum Homero credi convenit.* Libro sexto, cap. XXII. de Seribus: *Fluminis ulteriore ripa merces propositas juxta venalia tolli ab his si placeat permutatio. Mela* de iisdem (*Lib.* III. c. 7. n. 10. *Ed. Voss.*): *Seres intersunt, genus plenum justitiæ ex commercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit.* De iisdem *Ammianus* libro XXIII. (Cap. 6. pag. 413. *Ed. Vales. Gron.*) *Cum ad coemenda fila vel quædam alia fluvium transierunt advenæ, nullo sermonum vice, propositarum rerum pretia solis oculis æstimantur. Mela* de Sarmatis, (Immo de *Satarchis*, II. 1. 95.) *Vice rerum commercia exercent.* De Colchis vide *Busbequium* epistola exoticarum III. (*pag.* 205. *Ed. Elzev.* 660.) de Lapponibus *Olaum Magnum* libro IV. c. 5.

ADDITIO.

„Quod ad obligationem attinet, utraque coeva „est, & utriusque eadem origo naturalis; prout „enim quisque disponit sive permutando, sive emen„do &c. ita jus est: at forma emtionis & vendi„tionis, quod nimirum precium i. e. pecunia nu„merata adhiberi debeat, postea demum statuta est; „atque quoad hanc formam verum est quod per„mutatio sit & simplicior & antiquior, quia signata „pecunia inventum hominum est:

hh) (UBI DE CERTAMINE PUBLICO AGITUR CUI PRÆMIUM CONSTITUTUM EST:) Ibi omnino synallagma seu commutatio juris subest, nam ideo certamen suscipiu, ut detur mihi præmium quod certantibus publice promissum est: adeoque hic est contractus innominatus facio ut des.

„ii) (NOS ERGO NATURAM SEQUENTES, CON„TRACTUS OMNES DIREMTORIOS &c. AD TRIA „GENERA REVOCABIMUS:) Si naturam sequi vo„lumus, dicendum est 1) differentiam inter contra„ctus diremtorios & communicatorios nullum „usum in disciplina juris naturalis habere. 2) Non „omnes contractus quos Author diremtorios vo„cat ad tria genera referri posse, quia omittit con„tractum *do ut facias*; & contractus consensuales, „qui neque a datione neque a facto incipiunt, ut „*emtio venditio, locatio conductio &c.* Sed & 3) „*commodatum, depositum, mandatum* &c. nec ad „diremtorios nec ad communicatorios referri pos„sunt: & tamen sunt contractus.

„kk) (NULLO NOMINATORUM AUT INNOMINA„TORUM DISCRIMINE:) Nomina enim ab homini„bus inventa, adeoque non a natura sunt.

„ll) (DICEMUS PROINDE:) Posito scl. illo prin„cipio, quod omnes contractus diremtorii naturali „jure ad tria genera revocari possint.

„mm) (DARI UT DETUR, STATIM QUIDEM REM „PRO RE:) Adeoque obligatio hic non a consenso „incipit, sed ab ipsa datione, quæ fit sub conditio„ne ut vicissim aliquid detur. At cum obligatio „in contractibus diremtoriis etiam nudo consensu „contrahi possit, uti si promitto rem ea lege ut alia „detur, quod fit in emtione venditione, locatione „conductione, &c. necessario sequitur, contra„ctus diremtorios non omnes revocari posse „ad tria genera, sed tales dari qui non a *datione* „incipiunt.

„nn) (UT IN EA QUÆ SPECIALITER DICITUR PER-

haud dubie commercii genus: aut *pp* pecuniam pro pecunia, *qq* quod collybum Græci vocant, *rr* mercatores hodie cambium: *ss* aut rem pro pecunia, ut in emtione ac venditione: *tt* aut usum rei pro re: *uu* aut usum rei pro usu rei: *ww* aut usum rei pro pecunia, quod postremum locatio conductio dicitur. Usus autem nomine hic *xx* intelligimus tum nudum usum, tum eum qui cum fructu conjunctus est, *yy* sive is sit temporarius *zz* sive personalis, *α* sive hæreditarius, *β* sive alio quovis modo circumscriptus, ut apud Hebræos is qui durabat ad annum Jubilæum. Datur vero, *γ* ut interposito tempore tantundem & genere idem detur, in mutuo; quod locum habet in his *δ* quæ pondere, numero, mensura constant, *ε* tam rebus aliis, *ζ* quam pecunia.

5 Facti

„PERMUTATIO:) Nam permutatio definitur, quando res datur ea lege, ut accipiens vicissim det rem „aliam. *L. 1. pr. §. 2. ff. l. 6. C. de rer. perm.* adeoque obligatio hic incipit a datione.

„*oo*) (ANTIQUISSIMUM HAUD DUBIO COMMERCII „GENUS:) Nam obtinuit antequam pecunia signata „exstitit, adeoque antequam forma emtionis ven„ditionis introducta fuit. Differentiam hujus per„mutationis a venditione exposui in Diss. prooem. „XII. §. *463. n.* 5. & rationem cur proprium ei datum „sit nomen explicavi *ibidem* De antiquitate per„mutationis testatur Homerus in *§. 2. Inst. Emt.* „*vend. Conf. supr. lit. gg.*

pp) (Grnt.) (PECUNIAM PRO PECUNIA:) De eo vide *Procopium* arcana historia. (*Cap.* 25.) Nummus Illyrico advectus quondam in Italia mercis loco. *Plinius* libro XXXIII. c. 3.

„*qq*) (QUOD COLLYBUM GRÆCI VOCANT:) Le„gi merentur ea quæ B. Carpzovius in *Disp. de* „*Cambiis thes. 3.* hanc in rem differit.

„*rr*) (MERCATORES HODIE CAMBIUM:) Vox „hæc est a verbo cambire aut cambiare, h. e. per„mutare: *Vid. Covarruv. in collat. vet. num. c. 7.* „*n. 4. Nicol. de passer. de privat script. L. 3. q. 42.* „*n. 4. & 5. Marquard. de jure. merc. L. 2. c. 12.* „*n. 10. Carpz. d. disp. th. 2.* Cambia ergo nihil „aliud sunt quam contractus innominati, ubi do pe„cuniam, ut vicissim alibi pecunia detur: Hoc ne„gotium inter mercatores originem cepit, &, quia „de sola pecunia numerata danda & accipienda hic „agitur, speciale nomen nactum est, & insignia pri„vilegia, quæ mores in favorem commerciorum „huic permutationi tribuerunt.

„*ss*) (AUT REM PRO PECUNIA, UT IN EMTI„ONE VENDITIONE:) Verum hoc est si vel res „emta, vel precium statutum, statim traditur: tunc „enim naturali jure est contractus innominatus *do* „*& des:* Quid si autem partes inter se saltem con„sentiant de re pro pretio tradenda: Hæc emtio „venditio est contractus innominatus, si naturam „sequimur; at non est *do ut des*, quia non a da„tione incipit, sed solo consensu perficitur: cer„tissimo indicio non omnes contractus diremto„rios posse ad tria illa genera revocari.

„*tt*) (AC USUM REI PRO RE:) Gronovius ex„emplum ponit in pignore, ut quum Ti. HS. „millies gratuitum concessit iis qui populo in du„plum prædiis cavissent:

„*uu*) (AUT USUM REI PRO USU REI:) Gro„novius exemplum ponit in Antichresi. Ubi cre„ditori jus re pignorata utendi fruendi, in vicem „usurarum, vel pro usura æris alieni, conceditur. „*Laut. comp. pag.* 231.

„*ww*) (AUT USUM REI PRO PECUNIA, QUOD „LOCATIO CONDUCTIO DICITUR:) Admitti id „potest si negotium a datione incipit: i. e. Si res „locata statim traditur: Quid si consensu saltem „mutuo perficiatur negotium? sane hoc casu non „est *do ut des:* Unde iterum apparet locationem „conductionem non ad tria illa genera referri „posse.

„*xx*) (INTELLIGIMUS TUM NUDUM USUM, TUM „EUM QUI CUM FRUCTU CONJUNCTUS EST:) Dif„ferentiam inter usum & usumfructum explica„vimus in *Diss. prooem. XII. §. 305.*

„*yy*) (SIVE IS SIT TEMPORARIUS:) Ut in anti„chresi, quæ finitur soluto debito.

„*zz*) (SIVE PERSONALIS:) Si soli personæ con„ceditur, adeoque ejus morte finitur.

„*α*) (SIVE HÆREDITARIUS:) Si usus ille ex „pacto etiam ad hæredes transit.

„*β*) (SIVE ALIO QUOVIS MODO CIRCUMSCRI„PTUS, UT APUD HEBRÆOS IS QUI DURABAT „AD ANNUM JUBILÆUM:) *Levit. c.* 25.

„*γ*) (UT INTERPOSITO TEMPORE TANTUN„DEM ET GENERE IDEM DETUR:) Quod mutuum „dicitur, *pr. Inst. Quib. mod. re &c.* & quod „postea, accepto speciali nomine, desiit esse con„tractus innominatus. Differt autem a permuta„tione, quia in mutuo non alia res, sed tantun„dem restitui debet.

„*δ*) (QUÆ PONDERE, NUMERO, MENSURA „CONSTANT:) Hæ enim solæ res fungibiles sunt, „& in his solis tantundem i. e. res ejusdem valoris „restitui potest: Naturam rerum fungibilium ex„plicavi supra *L. 2. c. 10. §. 13.*

„*ε*) (TAM REBUS ALIIS:) Nimirum tritico, „vino, oleo &c. *l. 1. §. 2. Reb. cred.*

ζ Quam

5. [η] Facti cum facto permutatio [θ] immuneras habere potest species pro factorum diversitate. [ι] At facio ut des, aut pecuniam; [κ] (atque id quoque in factis quotidianæ utilitatis locatio conductio dicitur; [λ] in facto præstandæ indemnitatis circa casus fortuitos aversio periculi, [μ] vulgo assecuratio, [ν] qui contractus, olim vix cognitus, nunc est inter receptissimos;) [ξ] aut ut des rem, aut usum rei.

§. IV.

Actus autem [a] communicatorii [b] aut facta communicant [c] aut res, [d] aut hinc res inde facta ad utilitatem communem, [e] quæ omnia veniunt societatis nomine: in quo genere comprehenditur [f] & bellica societas, qualis illa apud nos [g] frequens navium privatarum coitio

„ζ) (QUAM PECUNIA:) Hæc enim est res ma„xime fungibilis *Vid. l. 2. §. 3. Reb. cred. ibique* „*Goth.*

„η) (FACTI CUM FACTO PERMUTATIO:) Hic „est alter contractus innominatus *facio ut facias.*

„θ) (INNUMERAS HABERE POTEST SPECIES „PRO FACTORUM DIVERSITATE:) Et toties obti„net quoties factum præstatur, ut in ejus compen„sationem fiat aliud. *L. 5. pr. §. 4. & 5. ff. de* „*Præscr. verb.* qui casus in infinitum variare pos„sunt.

„ι) (AT FACIO UT DES, AUT REM, AUT PE„CUNIAM:) Tertium igitor genus contractuum „diremtoriorum est *facio ut des*, quod non innume„ras habet species, uti genus præcedens, sed tres „tantum, ut scl. alter vicissim det aut rem, aut pe„cuniam, aut usum rei.

„κ) (ATQUE ID IN FACTIS QUOQUE QUOTI„DIANÆ UTILITATIS LOCATIO CONDUCTIO DICI„TUR:) Uti in locatione operæ: Quod verum est „si a facto incipit negotium, non si nudo con„sensu perficitur. *vid. lit. ii. mm.*

„λ) (SI FACTO PRÆSTANDÆ INDEMNITATIS „&c. AVERSIO PERICULI:) Hoc negotium nun„quam a facto incipit, adeoque nulla ratione ad „*facio ut des* revocari potest: In negotio enim „aversionis periculi saltem promittitur indemnitas „in futurum, si forte res peritura est, adeoque ne„gotium hic solo consensu perficitur, & per pa„ctum suscipitur periculum, v. g. navis, pro cer„to pretio.

„μ) (VULGO ASSECURATIO:) De qua agetur „*infra §. 23.*

„ν) (QUI CONTRACTUS OLIM VIX COGNITUS:) „Mentio ejus fit apud *Liv. l. 25. c. 3. & Sueton. in* „*Claud. 18.* Vid. *Gron. b.*

„ξ) (AUT UT DES REM AUT USUM REI:) „Adeoque contractus innominatus *facio ut des* non „tantum est, si facio *ut des aut rem aut pecuniam;* „sed & si facio *ut des usum* rei: sufficit enim „fieri aliquid sub lege ut vicissim aliud detur, sive „id in pecunia, sive in re, sive in usu saltem rei „consistat.

„a) (COMMUNICATORII:) Dixit enim Author, „actus permutatorios aut dirimere partes, aut com„municationem adferre. §. 3. n. 1.

„b) (AUT FACTA COMMUNICANT:) Si plures „invicem promittunt quod velint communicare lu„crum ex operis suis.

„c) (AUT RES:) Quando plures agunt de com„municandis bonis, vel in genere, vel quoad cer„tas res.

„d) (AUT HINC RES INDE FACTA:) Uti si plu„res conveniunt ut alter operam alter rem conferat „ad communem utilitatem.

„e) (QUÆ OMNIA VENIUNT SOCIETATIS NO„MINE:) Nam societas est ubi agitur de commu„nicando invicem rei vel negotii lucro & damno. „*l. 57. ff. pro soc.* Cur autem *societas* non æque „ac *emtio & locatio* ad contractus diremtorios re„ferri possit, rationem non video: Ponamus „enim alterum sociorum statim certam pecuniæ „summam socio tradere, ea lege, ut ipse operam „præstet, & lucrum commune sit: sane naturali „jure hic est contractus *do ut facias.* Præterea di„ximus discrimen inter contractus diremtorios & „communicatorios nullum in hac disciplina usum „habere. *Vid. lit. ii.*

f) (ET BELLICA SOCIETAS:) Quæ inter eos contrahitur qui jus belli habent: sed & a privatis contrahi potest jure necessariæ defensionis: Cum enim commercia sint juris naturæ, armis quoque ea defendere privati possunt contra vim injustam in locis ubi judicii copia non est, adeoque ubi jus belli privati obtinet.

„g) (FREQUENS NAVIUM PRIVATARUM COITIO „ADVERSUS PIRATAS:) Rem eleganter discribit „*Marquard. de Jur. Mercat. l. 2. c. 11. §. 35.*

„Admiralitas, Græcis Σύμπλοια vel Ὁμόπλοια, „quod conjunctim una classe navigetur, est socie„tas navium ad diversorum mercatorum defensio„nem spectans. Hanc apud Batavos & Hollan„dos diuturno belli Hispano-Belgici calamitates, „hostiumque & piratarum excursiones eum in fi„nem introduxere, ne ullæ hisce ex portubus na„ves solvant, nisi certo, ad aliarum defensionem

tio adversus piratas aut alios invasores, [b] quam vulgo Admiralitatem nuncupant, Græci σύμπλοιαν aut ὁμόπλοιαν vocabant.

§. V.

[a] Mixti autem actus sunt [b] aut principaliter, [c] aut per accessionem alterius. Sic [d] si sciens rem majoris emam, & quod plus est in pretio alteri condonem, partim donatio erit, partim emtio: [e] si fa-

„instructarum, numero stipatæ; nullisque vel primum vel postremum solventibus, vel armatis vel minus armatis, id harum armandarum & instruendarum contributione exemtis; quarum officium est, fideliter sibi invicem necessitatis tempore adsistere, & de futuro periculo certis ad hoc signis constitutis, earumque una atque altera Architalassi & Admiralii vicem sustinente, cæteras in tempore præmonere, suppetias ferre, viamque per hostium classes aperire. Damnum per hostes aut piratas harum uni atque alteri extra nautarum culpam illatum, magnæ seu grossæ Avariæ instar, a cæteris concomitantibus navibus rependitur: vid. *nos infr. lib. 3. c. 4. n. 19.* videlicet pulveris nitrati, & cæterorum munimentum bellicorum ob communem defensionem jactura, hominumque in conflictu vulneratorum, mutilatorum, aut occisorum cura, cumque plena mercede & vectura, sumtibusque sepulturæ, reparatio qualibet navium merciumque, antequam solvat, prius æstimatione facta. Quicunque autem defendendo aut assistendo negligentes assistunt, tenentur ad reparationem detrimenti, cæteris ob id illati, nulla ipsis retributione rerum amissarum facta. Quibus adhuc aliæ statutis & ordinationibus municipalibus adduntur pœnæ. Navibus autem quæ, celeri sua navigitione fretæ, a cæteris excursiones faciunt, tanquam culpa sua damnum sentientibus, & sui facti nomine pœnam merentibus, nihil ex communi resarcitur. *arg. l. 9. ff. de noxal. act. & l. 203. de R. J. fac. l. 52. §. fin. & l. 60. §. 1. ff. pro soc.* Plura de hac singulari Admiralitatis societate qui scire desiderat, consulat & videat verschiedene Placaeten und ordinantien von König Philips den II. in Hisp. und der Herrn Staaden General der unirten Niederlanden uffgerichtet; Absonderlich T'Placaat van Koön. Philip. de ult. Octobr. Anno 1563 Tit. van toerustung van Schepen. Ordonaot. van Admiralschoppen van de Staaten van Holland, Zyede gedrucket woren. De Placaeten van de Seerechten. Placaeten van de Staaten General van eer. 9. *November. Anno 1603. de 23. Febr. 1607. de 22. Jul. 1625. de 16. Jan. 1627. de 17. Martii. 1627. de 20. Octobr. Anno 1628. de 14. Martii Anno 1629. de 24. Decembris 1630. & de 3 Octobris Anno 1643. &c.* & novissime Stypm. *de Jur. nautic. p. 4. c. 11. n. 48. & seqq.*

„Hisce addi libet venacula nostra Die Admiralitet Ordnung der Stadt Hamburg *de Anno 1623. sub. lit. Q. in fin. huj. Tractat.* Et nuperrimum tractatum Jo. Loccen. *de jur. marit. lib. 2. cap. 2.*

b) (QUAM VULGO ADMIRALITATEM:) Barbara hæc vox est, & denotat societatem inter privatos de communi navigatione: & infra §. 25 videbimus tria in hac societate contineri: Omnia autem hic nituntur utriusque dispositione.

ADDITIO.

„*Admiralitas* nomen habet ab Admiralio i. e. thessalarcha, præfecto maris seu classis. *Francisc. Junius in not. ad Codinum:* ADMIRALII autem vocem alii dirivant a voce arabica, Emir; seu Amira, quæ dominum significat vel Principem, & Græco ἅλιος marinus. *Junius d. l. Vid. Voss. de Vit. lat. Serm. l. 2. c. 2. Wats. ad Math. Paris. voce Admiralius. Reinold. Kurike ad tit. 7. jur. mar. Hans. art. un. fol. 178. Du Fresne Glossar. voce Emir.* Alii Gallicam vocem, *Salmuth ad Pancirol. l. 2. tit. 1. f. 19.* alii Saxonicam aiunt. *Edwart. Cock.* refutati a du Fresne voce Amiralius.

„Novam & iogeniosam ab Italo Authore didici derivationem, quæ maxime probabilis mihi videtur: Nimirum Duces durante prælio navali certo quodam loco stare, & jussa edere solent, qui locus vocatur *miraglio*, adeoque jussa *al miraglio*, i. e. apud ducem petuntur. Hinc ex figura Rethorices dux ipse, a loco quo jussa edit, Almiraglio, & corrupte Amuniraglio, seu terminatione latina Admiralus dici solet.

„*a*) (MIXTI AUTEM ACTUS:) Nam Author actus humanos alios facit simplices, alios compositos, seu mixtos. *Vid.* §. 1. Compositos esse ait quando dispositione diversa negotia sequuntur.

„*b*) (AUT PRINCIPALITER:) Quando actus diversa negotia principalia continet.

„*c*) (AUT PER ACCESSIONEM:) Quando actus duo negotia continet, alterum principale, alterum minus principale seu accessorium.

„*d*) (SI SCIENS REM MAJOREM EMAM; ET QUOD PLUS EST IN PRETIO ALTERI CONDONEM, PARTIM DONATIO ERIT, PARTIM EMTIO:) Adeoque duo negotia principaliter separata. Cæterum si non in specie id agitur, ut quod plus est in pretio pro donato habeatur, unum saltem erit negotium, quia re emta nunquam plus est in pretio, quod inter partes convenit: nec læsio naturaliter in pretio datur: *Vid. infr. §. 14.*

e) (SI FABRO PECUNIAM PROMITTU UT DE suo

fabro pecuniam promittam, ut de ſuo auro mihi annulos faciat, partim emtio erit, partim conductio. *f* Sic & in ſocietate accidit, ut alter factum & pecuniam, alter pecuniam tantum contribuat. *g* Et in feudali contractu rei feudalis conceſſio beneficium eſt, pactio autem militaris operæ pro tutela, eſt facio ut facias. *h* Quod ſi onus penſionis accedat, eatenus miſcetur cum emphyteuſi. *i* Foenus quoque nauticum mixtum quid eſt ex contractu mutui, & periculi averſi.

§. VI.

a Per acceſſionem ad alterum actum fit mixtio, *b* ut in fidejuſſione & pignoris datione. *c* Nam fidejuſſio ſi negotium ſpectes quod inter fidejuſſorem & principalem debitorem geritur, plerumque mandatum eſt: ſin negotium quod inter creditorem & fidejuſſorem, qui nihil

SUO AURO MIHI ANNULOS FACIAT:) Imo hic non eſt negotium mixtum, ſed mera venditio, partes enim conveniunt ut faber annulum confectum pro certo precio vendat. Si conveniam cum fabro ut ex meo auro annulum conficiat, non eſt emtio, quia aurum jam meum eſt, adeoque hactenus nihil acquiro: At quia operam ſuam pro mercede mihi præſtat eſt mera locatio operæ, adeoque nec hoc caſu eſt mixtio, idque JCti optime ita definiunt in *L. 20. contr. emt. l. 65. Eod. l. 3. ff. Locat.* §. 4. *Inſt. loc. cond.*

f) (SIC ET IN SOCIETATE ACCIDIT, UT ALTER FACTUM ET PECUNIAM, ALTER PECUNIAM TANTUM CONTRIBUAT:) Confundit Author plures præſtationes ex uno negotio cum pluribus negotiis: ſi plures ſocii coeunt, & unus eorum & factum & pecuniam promittit, non hic ſunt diverſa negotia una conventione comprehenſa, i. e. non ſunt contractus compoſiti aut mixti, ſed diverſæ præſtationes unius negotii, unaque ſimplex eſt diſpoſitio.

g) (ET IN FEUDALI CONTRACTU REI FEUDALIS CONCESSIO BENEFICIUM EST:) Imo hic quoque actus ſimplex eſt non compoſitus, partes enim inter ſe diſponunt ut alter beneficium, i. e. prædium, accipiat ſub lege fidelitas & ſervitiorum.

„*h*) (QUOD SI ONUS PENSIONIS ACCEDAT, EA„TENUS MISCETUR CUM EMPHYTEUSI:) Imo „nec hoc caſu diverſa ſunt negotia: beneficium „enim alii conceditur, ut & ſervitia & canonem „præſtet: quod unum eſt negotium, & diverſæ „præſtationes unius diſpoſitionis & negotii.

i) (FOENUS QUOQUE NAUTICUM MIXTUM QUID EST EX CONTRACTU MUTUI, ET PERICULI AVERSI:) Fœnus nauticum eſt quando quis alii credit pecuniam mari transvehendam, ea lege ut periculum ſit penes creditorem: unde differt a mutuo, quia natura mutui in eo conſiſtit ut periculum ſit debitoris, qui dominus eſt pecuniæ: nec eſt contractus innominatus do ut des, quia proprium nomen huic negotio datum eſt, ſcilicet fœnus nauticum.

ADDITIO.

„Jure naturæ hic unum negotium eſt, adeoque „nulla compoſitio hic obtinet: Inter paciſcentes „enim convenit, ut certa pecunia alicui ſolvatur „ea lege ut reddat eam cum uſuris centeſimis, ſi „ſalva fuerit navis: Vocatur hoc negotium Bode„meria, quæ jure civili diverſis modis contrahi „poteſt: Vid. B. Parentis *diſput. de Bodemeria* „quæ exſtat in *Vol. II. diſput. f. 1449.*

„*a*) (PER ACCESSIONEM AD ALTERUM ACTUM „FIT MIXTIO:) In §. præcedenti Author egit de „mixtione actuum quæ fit *principaliter*. Hic de „iis actibus agit qui miſcentur per acceſſionem:

b) (UT IN FIDEJUSSIONE:) Aliisque negotiis ubi quis conſentit ſe pro alio ſolvere velle, quod tribus caſibus contingit: Ita enim (1) *Conſtituens* promittit ſe ſoluturum id quod antea jam debebatur vel a me vel ab alio. *l. 5. §. 2. §. 4. & ſeq. l. 28. ff. conſt. pec.* Hoc conſtitutum jure Civili non inferebat obligationem, quia is qui ait ſe velle ſolvere, non ſimul ait ſe inde velle obligari. Sed prætor demum ob æquitatem pactum hoc conſtituti confirmavit indeque actionem dedit. *L. 1. pr conſt. pec.* (2) *Fidejuſſor* jubet alii credi, & id fide ſua fieri vult: ſed & hoc negotium nullam infert neceſſitatem: unde jus Civili tunc demum actionem inde dat quando verba ſolennia accedunt, quia tunc demum apparet ſerio eum voluiſſe fide ſua, i. e. periculo ſuo jubere, & ita ut alter fidem ejus ſequatur: *Tot. tit. ff. de fidejuſſ.* (3) *Mandator* mandat alii credi, & tum mandans actione mandati tenetur ei qui, fidem mandantis ſecutus, credidit: ſane mandatario aliquid abeſt facto mandantis, quod ei reſtitui debet. *l. 16 §. 5. ff. Furt.*

ADDITIO.

„Author hæc negotia refert inter actus mixtos „per acceſſionem ad alterum actum. At nulla „hic eſt mixtio, ſed duo ſunt contractus principales „duoque ſeparata & diſtincta negotia: *alterum* in„ter debitorem & creditorem; *alterum* inter hunc „& fidejuſſorem ſeu mandantem.

„*c*) (NAM FIDEJUSSIO &C. PLERUMQUE MANDATUM

nihil recipit, geritur, [d] videtur actus mere liberalis: [e] sed quia contractibus onerosis accedit, inde censeri solet. [f] Pignoris quoque datio per se videtur actus liberalis, [g] qua detentio rei conceditur, [h] sed hæc quoque naturam trahit ex contractu, cui securitatem præstat.

§. VII.

Labeo 19. D. de verb. signif.

[a] Omnes autem actus aliis utiles, extra mere beneficos, contractuum nomine appellantur.

§. VIII.

„DATUM EST:) Debitor enim fidejussori mandat ut suam obligationem in se recipiat, unde etiam fidejussori actio mandati datur. *L. 4. pr. fidej. l.* 10. §. 11. *Mand.* Bene autem Author addit, *plerumque*: nam negotium hoc contrahi quoque potest per negotiorum gestionem, si scilicet sine mandato quis fidejusserit pro amico absente; *L. 4. pr. fidejuss. l.* 20. §. 1. *Mand.* & tunc datur ei actio negotiorum gestorum contra debitorem principalem. Sed & per contractum innominatum negotium hoc contrahi potest, si scilicet debitor principalis fidejussori aliquid dat ut fidem interponat, tunc enim est *do ut facias.*

„*d*) (VIDETUR ACTUS MERE LIBERALIS:) Quia fidejussor nihil recipit, sed gratis intercedit: At ideo non miscetur actus, nam negotium quod inter fidejussorem & creditorem geritur, proprium & separatum est negotium, ex quo propria & separata actio inter contrahentes datur ex pacto & promissione.

„*e*) (SED QUIA CONTRACTIBUS ONEROSIS ACCEDIT, INDE CENSERI SOLET:) Mentem Grotii obscuram satis, illustravit *Puffend. J. N. l.* 5. *c.* 2. *§. 5.* Res ita se habet. Author mixtionem hic fieri putat inter causam principalem & accessoriam, inter debitum ipsum & fidejussionem, statuitque promissionem fidejussoris, etsi ex causa mere liberali fiat, induere naturam contractus principalis, qui onerosus est, & cui accedit. Sed dictum jam (1) est non misceri hic actus seu negotia, distinctissima enim manent, & alia est obligatio qua principalis debitor creditori, alia qua fidejussor creditori ligatur: Equidem eadem utrobique causa debendi est, adeo ut debito principali sublato cesset debitum fidejussoris, sed eo ipso non miscentur obligationes, quæ alia omnino est in persona fidejussoris. Unde (2) patet fidejussionem non ideo censeri actum onerosum quia onerosis contractibus accedit, sed ideo, quia sua dispositione onus in se suscipit securitatem alii promittendo, quod onerosum est:

„*f*) (PIGNORIS QUOQUE DATIO PER SE VIDETUR ACTUS LIBERALIS:) Imo nec hic mixtio actuum fit, sed hic quoque duo distincta occurrunt negotia: (1) debitum principale, quod contrahitur inter debitorem & creditorem: (2) cautio, quæ debito illi principali per dationem pignoris accedit: hic igitur duæ distinctæ sunt obligationes, debiti principalis, & pignoris in securitatem illius constituti.

„*g*) (QUIA DETENTIO REI CONCEDITUR:) Imo detentio rei conceditur ob debitum, adeoque actus ille est onerosus.

„*h*) (SED HÆC QUOQUE NATURAM TRAHIT EX CONTRACTU CUI SECURITATEM PRÆSTAT:) Ut scl. quia causæ onerosæ accedit, inde censeri debeat; Cujus rei effectum insignem hunc esse ait, ut major in hujusmodi actibus culpa præstetur quam in actibus simplicibus & mere liberalibus, Eamque rationem esse cur major culpa præstetur in pignore quam in deposito. *Vid.* §. 13. At verum non est contractum pignoratitium naturam trahere ex debito principali, sed proprium & distinctum est negotium, & separata obligatio, ac propria actio inde oritur; adeo ut ne quidem eadem debendi causa causa hic subsit ut in fidejussione, sed proprium debitum, quod subsistit etsi principalis obligatio sublata sit. *L 59. pr Sc. Treb. L.* 38. *§. f. Solut. Vid. Jus meum controv. tit. de acceptil. q.* 5. Quod vero major culpa præstetur in pignore quam in deposito, id ex æquitate mere Civili ita statutum esse videbimus infra §. 13.

a) (OMNES AUTEM ACTUS ALIIS UTILES, EXTRA MERE BENEFICOS, CONTRACTUUM NOMINE APPELLANTUR:) Utrumque falsum: Nam (1) non omnes actus aliis utiles sunt contractus, ita enim testamenta sunt actus utiles, neque tamen contractuum nomine veniunt. (2) dantur actus mere benefici qui tamen sunt contractus, ut in stipulatione super præcedente pacto donationis.

ADDITIO.

„Grotius differentiam inter pacta & contractus hanc constituit, quod eos actus qui compositi & aliis utiles sunt *contractus* vocet; Actus vero simplices mere beneficos *pacta* appellet:

„At diximus, simulque probavimus, JCtos Romanos illa pacta *ubi causa subest* distinxisse ab illis pactis *ubi causa non subest:* ac prioribus *contractus* nomen indidisse, his vero *pacti* nomen reliquisse.

„(AD §. VIII.) Auctor infeliciter admodum originem CONTRACTUUM & eorum differentiam a pactis explicavit, at non minus infeliciter causam obligationis, quæ ex contractibus oritur, in sequentibus exponit:

„Prin

§. VIII.

^a In contractibus natura æqualitatem imperat, & ita quidem, ^b ut

„Principii enim loco 1) ponit *naturam æqualitatem* imperare in contractibus, indeque ex inæqualitate jus oriri minus habenti. §. 1.

„2) Æqualitatem partim consistere IN ACTIBUS, „partim in eo DE QUO AGITUR. §. 8.

„3) Æqualitatem consistere IN ACTIBUS, tum „*præcedaneis* tum *principalibus*. §. 8.

„4) Ad *præcedaneos* actus pertinere, quod is qui „cum aliquo contrahit vitia sibi nota rei de qua „agitur significare debeat §. 9. *n.* 1. *seq.* Neque „tantum in intellectu rerum, sed et in voluntatis usu, „quandam contrahentibus inter se æqualitatem deberi. §. 10.

„5) In ipso actu *principali* hanc desiderari æqualitatem ne plus exigatur quam par est. §. 11.

„6) Æqualitatem in eo DE QUO AGITUR in hoc „consistere, ut si in re deprehendatur inæqualitas, „quanquam sine culpa partium, ea quoque sit resarcienda, & demendum ei qui plus habet. §. 12.

„7) Denique notat in contractibus beneficis non „omnimodam spectari æqualitatem ut in commutatoriis, sed ex suppositione ejus quod agitur, ne „quis scl. ex beneficio damnum sentiat. §. 13.

„8) Atque ex his principiis i. e. ex varia illa inæqualitate male decidit difficillimas quæstiones „juris Romani (a) an venditor vitia cognita celare „possit emtori; §. 9. (b) an dispositio metu elicita „nulla sit; §. 10. (c) an plus exigi possit quam „par est; §. 11. (d) an inæqualitas in pretio corrigi „possit; §. 12. (e) cur commodatarius præstet casum, non vero depositarius, & cur in pignore & „locato media via sit electa. §. 13.

„Nos potius insistimus vestigiis JCtorum Romanorum qui methodo facillima totam rem explicant. Illi enim definiunt contractum, quod sit „*duorum in idem placitum (cui causa subest) consensus l. 1. junct. l. 7. §. 1. & 2. ff de Pact.*

„Ex hoc consensu jus aliquod in alterum transfertur, unde sequitur obligatio, seu vinculum juris ad dandum vel faciendum id quod promissum „est.

„His simplicissimis principiis positis facile deciduntur jura quæ ab Authore §. 9. usque ad §. 14. „tractantur: Hinc enim sequitur 1) valere emtionem rei vitiosæ, quia in re consensum est; nisi „sanam dixerit venditur; §. 9. 2) valere contractum metu initum, ex eadem ratione, coacta voluntas enim etiam est voluntas; §. 10. 3) valere „emtionem etsi res vendita pluris valeat; § 11. & 4) licet precium sit immodicum: §. 12. nam ita „partes consensere; 5) Partes perfecto negotio „pœnitere non posse, quia per consensum jus in „alium transtulerunt. §. 13. Quæ nunc uberius explicabimus.

a) (IN CONTRACTIBUS NATURA ÆQUALITATEM IMPERAT:) Author ex philosophia Aristotelis id depromsit, qui justitiam medium constituit inter plus & minus. *Vid. proleg.* §. *43. seq.* At nec res nec nomen huc quadrat: Neque enim is status juris est ut omnes habeant æqualia, sed ut quisque suum, etsi inæqualissimum; Neque vox ipsa æqualitatis indicat quid suum cuique sit, sed id ipsum quæritur quid æquale, i. e. quid suum cujusque sit.

Rectius ergo in contractibus inspicitur dispositio & consensus contrahentium: prout igitur partes inter se contrahunt ita jus est, sive æqualiter sive inæqualiter disponant: Sane omnes conclusiones Authoris non sequuntur ex æqualitate, sed ex natura dispositionis.

ADDITIO.

„Postquam Author differentiam pactorum & „contractuum §. *præcedenti* exposuit, porro ait, „naturam in *contractibus* (i. e. in actibus compositis aliis utilibus) imperare *æqualitatem*; non in „*pactis*, (seu in actibus simplicibus mere beneficis) Per *æqualitatem* autem intelligit statum ubi „nemo plus vel minus suo habet.

„Hausit Grotius hæc principia ex doctrina Philosophorum qui justum in genere dixere τὸ ἴσον „i. e. æquale, ut nimirum quisque suum habeat: „Quoties proinde alter *plus suo*, alter *minus suo* „habet, id *inæquale* ipsis videtur; cujus effectus est „ut alteri aliquid demi alteri aliquid tribui, eoque „*inæqualitas* corrigi & reparari debeat: Atque hoc „sensu *æqualitatem* intelligit Grotius, *L. 2. c. 10. §. 2.* „*&* §. *h.* eoque sensu justum posse *æquale* dici ipse „B. Parens concedit. *Vol.* 1. *Diss. 77. fol:* 1089.

„At hoc sensu *æqualitas* æque requiritur in *pactis* ac in *contractibus*: imo in *delictis* quoque & „*quasi delictis*, ac reliquis *objectis juris:* Sane is „qui alteri aliquid *sine causa promittit*, jus aliquod „transfert in eum cui promittitur: hic ergo *minus* „*suo* habet, quæ inæqualitas corrigi debet. Eadem „ratio obtinet quoque in *delictis*, si quis enim dolo „vel culpa jus alterius lædit, læsi jus *minuitur*, quam „inæqualitatem alter reparare debet:

„Sed & in *reliquis objectis* juris natura æqualitatem eo sensu imperat: Si quis enim alterius *statum* in dubium vocat, eique jura, quæ statum illum comitantur, denegat, negari nequit hunc „*minus suo* habere: si domino *res sua*, vel aliud „jus in re abest, itidem *minus suo* habet, adeoque „inæqualitas corrigi debet. Et ipse Grotius rationem „addit, *quia dominia ad servandum æqualitatem* „*introducta sunt. L. 2. §. 10. §. 2.*

„Cum igitur Philosophi in omni parte juris, ubi „de jure suo cuique tribuendo agitur, *justum* dixere quod æquale est, i. e. ubi neuter vel plus vel „minus suo habet, certum est naturam æque in „pactis ac in *contractibus* æqualitatem imperare.

„Cæterum recte monet B. Parens, vocem *æqualitas* non indicare quid natura cuique suum sit, „neque *inæqualitatem* denotare, quando quis minus „suo habeat. Unde nemo JCtorum Romanorum

[b] ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti. Hæc æqualitas partim consistit [c] in actibus, [d] partim in eo de quo agitur: & in actibus, [e] tum præcedaneis [f] tum principalibus.

§. IX.

1 Ad [a] præcedaneos actus pertinet, quod is qui cum aliquo contrahit [b] vitia sibi nota rei de qua agitur significare debet; [c] quod non

„has voces adoptavit. Sed illi naturæ magis convenienter causam obligationis in genere hanc posuerunt: ut, si quis vel rem alienam tenet, vel ex „re aliena locupletior factus est, vel jus alterius „turbat aut lædit, ideo alteri teneatur ad reparationem, idque ex regula generali justitiæ, quæ „vult jus suum cuique tribui.

„b) (UT EX INÆQUALITATE JUS ORIATUR MINUS HABENTI:) Æqualitatem enim Grotius in eo „constituit, ut quisque suum haberet. *L. 2. c. 10.* „§. 2.

„c) (IN ACTIBUS:) Tum præcedaneis tum principalibus, uti statim id ita explicat.

„d) (PARTIM IN EO DE QUO AGITUR:) *Vid.* „§. 12.

„e) (TUM PRÆCEDANEIS:) *Vid. §. 9. & 10.*

„f) (TUM PRINCIPALIBUS:) *Vid. §. 11.*

„Diximus hanc divisionum farraginem rationem juris naturalis obscurare magis quam illustrare: Compendium obligationis quæ ex contractu „descendit, hoc est: Natura imperat ut jus suum „cuique tribuatur: Qui autem cum altero contrahit i. e. ei aliquid ex causa promittit, suo consensu „jus in eum transfert: hoc igitur jus ei tribuere „tenetur juxta legem dispositionis.

(AD §. IX.) Author ex eo, quod natura in contractibus æqualitatem imperat, concludit contrahentem significare debere vitia sibi nota rei de qua agitur: *§. h.* Si vero latet vitium, damnum inde datum reparari debere. §. 12.

At ex ratione juris negamus vitia significanda esse: nullum enim fundamentum obligationis hic subest, tacendo enim nihil alieni tenet, nec ultra terminos facultatis suæ aliquid agit: Excipe si rem pro sana vendit, tunc enim emtor consentit tantum in rem sanam, & pretium constituitur tanquam in re sana: si proinde sana non est, contractus nullus est, quia deficit consensus: uti late explicavimus supra *c. 11. §. 6.* Idque verum est etsi venditor ignoraverit vitium; non quia natura æqualitatem imperat in contractibus, uti Author putat, sed quia rem sanam vendit, adeoque eam præstare debet.

Jure civili emtori qui rem vitiosam emit redhibitoria datur, etsi venditor ignoraverit vitium; *tot. tit. ff. de ædilit. edict.* quia magis imputatur ei qui, cum rem habuerit, potuit in vitia inquirere: Sed excipitur casus si vitium in oculos incurrat, adeoque manifestum sit, tunc enim cessat culpa illa imputativa: *L. 43. ædil. ed.*

Vitium autem superveniens nunquam vitiat negotium, quia tempore consensus, quod solum hic inspicitur, res sana fuit.

ADDITIO.

„Errorem in qualitate non vitiare negotium, „certum est, quia contrahentes in rem & corpus „consensere *Vid. supra c. XI. §. 6.* Adeoque valet emtio rei, ut ut vitiosæ.

„At alia quæstio est, an venditor teneatur ad „resarciendum damnum venditione rei vitiosæ „datum? Quod omnino affirmamus: Cum enim „tale vitium hic intelligatur quod usum rei facit „deteriorem, cujus causa natura ejus corporis usum „nobis dedit. *leg. 1. §. 7. ædil. ed.* & quod impedimento est quo minus emtor re uti possit, *l. 10. §. 2. Eod.* venditor, qui qualitatem rei suæ scit „vel scire debet, causa est damni, quod emtor, „qui rem sanam emisse putat, & cui vitia rei alienæ cognita non sunt, patitur. *Vid. Diss. proœm.* „*XII. §. 446. n. 4.* Venditor igitur tenetur emtori „vel propter dolum si scivit, vel propter culpam „si ignoravit vitium:

„Jus Romanum vestigia hujus juris naturæ secutum est. Eo enim jure emtio subsistit, at „actio ex emto datur emtori ad omne id quod interest si venditor scivit rem sanam non esse, si „ignoravit, quanti minoris *l. 13. ff. act.* „*emt. l. 27. l. 29. Eod.* Ædiles demum ex „æquitate constituerunt, ut venditor recipere teneatur rem venditam, si emtor eam servare nolit, „*tot. tit. ædilit. edict.* & venditor vitium scivit, „vel scire potuit. *L. 14. §. 10. ædil. ed.* si vitium „sit manifestum nullam dederunt emtori actionem, „*l. 4. §. 6. l. 14. §. 10. Eod.*

„a) (AD PRÆCEDANEOS ACTUS:) Dixit enim „Author æqualitatem, quam natura in contractibus imperat, consistere in actibus tum præcedaneis tum principalibus. *Vid. §. 8.*

b) (Grot.) (VITIA SIBI NOTA REI DE QUA AGITUR SIGNIFICARE DEBEAT:) Vide Scholiasten ad illud *Horatii*, (II. Sat. III, 285.

—— mentem nisi litigiosus
Exciperet dominus ——

„c) (QUOD NON CIVILIBUS TANTUM LEGIBUS „CONSTITUI SOLET:) Diximus enim jure Romano dari actionem ad id quod interest, & ædiles demum dedisse redhibitoriam actionem.

d) (NAM

non civilibus tantum legibus constitui solet, [d] sed naturæ quoque L. 1. D.
actus congruit. [e] Nam inter contrahentes propior quædam est so- de act.
cietas quam quæ communis est hominum. [f] Atque hoc modo sol- emt. &
vitur quod dicebat Diogenes Babylonius hoc tractans argumen- venditi Cic. de
tum, [g] non celari omnia quæ tacentur: *nec quicquid tibi audire Offic. III c. 12.
utile est idem mihi dicere necesse esse, [h] ut de rebus coelestibus,
[i] nam contractus natura utilitatis causa reperta propius quiddam
exigit. Bene Ambrosius: *In contractibus etiam vitia eorum quæ ve-* Offic. III. c.
neunt

„d) (SED NATURÆ QUOQUE ACTUS CONGRU-„IT:) Naturæ actus non congruit ut vitia mani-„festentur; neque inde negotium redditur nullum, sed „actio tantum datur ad id quod interest. *Vid. pr. h. §.*

„e) (NAM INTER CONTRAHENTES PROPIOR „EST QUÆDAM SOCIETAS, QUAM QUÆ COMMU-„NIS EST HOMINUM:) Author in demonstrando „jure naturæ ejusque partibus, defectu verorum „principiorum, fingere sæpius solet societatem „tum generalem tum specialem, quam inter ho-„mines contractam esse ait: Præter *societatem* „enim totius humani generis, (quam fontem „omnium jurium statuit,) in demonstranda obliga-„tione quæ ex *dominio* oritur, provocat ad *socie-„tatem* quam, introducto voluntate hominum do-„minio, *inter dominos contractam esse* ait, „ut qui rem alienam in sua haberet potestate, eam „domino redderet; vel si res non exstaret, red-„deret id in quo locupletior factus est. *Vid. supr. „c. 10. §. 1. seq* In demonstranda obligationa „quæ ex *promissis* oritur, aliam societatis speciem, „& propiorem quandam *societatem* fingit *inter „contrahentes*, quam quæ communis est hominum. „Unde concludit, socius hos contrahentes vitia „sibi nota rei de qua agitur significare debere.

„At 1) sæpius dictum est, non dari societatem „humani generis: Addimus 2) non dari societa-„tem inter dominos, *Vid. not. ad d.* § 10. nec „3) inter contrahentes: sane obligatio quæ inter „contrahentes oritur, non oritur ex societate sed „ex eorum dispositione: Sed & 4) obligatio indi-„candi vitia non oritur ex contractu, sed ex deli-„cto vel quasi delicto, quia scl. causa est damni „dati. *Vid. pr. h. §.*

„f) (ATQUE HOC MODO SOLVITUR QUOD DI-„CEBAT DIOGENES BABYLONIUS:) Apud Cicero-„nem *de offic.* II. 12. Author solvit argumentum „Diogenis, allegando, *naturam contractus, utilita-„tis causa repertam propius quiddam exigere*: Scili-„cet ex speciali illa *societate* quæ inter contrahentes „intercedit. At hoc ipsum est in quæstione an & „cur propius aliquid requiratur? subsistit igitur du-„bium: adeoque alia ratione solvi debet. *Vid. lit. seq.*

„g) (NON CELARI OMNIA QUÆ TACENTUR:) „Præmittendum est, duo apud Ciceronem proponi „casus, ubi diversa omnino sunt jura: Quod ad pri-„mum casum attinet, quæstio ibi proponitur, non „de re vitiosa vendita, sed ubi *mercator ma-„gnum frumenti numerum Rhodum advexit in „Rhodiorum inopia & fame, si idem sciat plures „alias naves frumento onustas mox secuturas, „Quæritur an significare id debeat Rhodiis, an vero „silentio suo quam plurimum vendere possit?* Recte „posterius affirmat Diogenes Babylonius, & male „negat Antipater, quia aliud est *celare*, aliud ta-„cere: *celare* enim quis dicitur quod tenetur signi-„ficare, non autem quod tibi audire utile est, id „mihi dicere necesse est. *Cic. d. l. Vid. Grot. n. „seq.* Sane non potest dici causa damni emtori-„bus dati, qui pro ea annonæ caritate majus pre-„tium exigere potuit. *Vid. n. seq.*

„Alter casus huc pertinet, ubi scl. quis vendit „ædes peste infectas, vel ruinosas, & vitium hoc præter „dominum nemo sciat, quærit Cicero, *si ædes mul-„to pluris vendit quam vendere, significato vitio, „potuisset, an injuste faciat?* Recte hoc affirmat „Antipater & male negat Diogenes Babylonius: „Hic enim venditor est causa damni, sane emtor „rem tanquam non vitiosam bona fide emit, & „pretium pro re non vitiosa solvit, adeoque vel „dolo vel culpa venditoris decipitur.

„*) (NEC QUICQUID TIBI AUDIRE UTILE EST, „IDEM MIHI DIRE NECESSE EST:) Antipater pu-„gnare id ait cum societate quæ inter homines in-„tercedit *apud Cic. d. l.* At præterea quod talis „societas non detur; verum non est cum societate „pugnare, si is qui scit alias naves frumento onu-„stas mox adventuras, id tacet, nemo enim jus in „meas actiones habet.

„h) (UT DE REBUS COELESTIBUS:) Postquam „enim Diogenes statuerat *aliud esse celare aliud „tacere*, ita pergit, *neque ego nunc te celo si tibi non „dico quæ natura Deorum sit, qui sit finis bonorum, „quæ tibi plus prodessent cognita, quam tritici „utilitas:* & tunc concludit, *sed non quicquid tibi „audire utile est, id mihi dicere necesse est. Cic. d. „c. 12.* Veram rationem modo exposui, nimirum „jus quæsitum Rhodiis non fuit; adeoque da-„mnum eis non datur; secus ac in posteriori casu.

i) (Grot.) (NAM CONTRACTUS NATURA UTI-LITATIS CAUSA REPERTA PROPIUS QUIDDAM EXIGIT:) *Valerius Maximus* lib. VIII, c. 11. n. 1. *bonæ fidei venditorem nec commodorum spem auge-re, nec incommodorum cognitionem obscurare opor-tet.* Agitur ibi de ædibus dirui jussis ab auguribus quod emtorem venditor celaverat.

ADDITIO.

„Ratio rationis Grotii est, *quia inter homines „propior*

neunt [k] *prodi jubentur, ac nisi intimaverit venditor,* [l] *quamvis in jus emtoris transscripserit,* [m] *doli actione vacuantur.* [n] Lactantius dixerat: *Qui vendentis errorem non redarguit, ut aurum parvo emat, aut* [o] *qui non profitetur fugitivum,* [p] *vel pestilentem se domum vendere, lucro & commodo suo consulens,* [q] *non est ille sapiens ut Carneades videri volebat, sed callidus & astutus.*

Libro V. c. 17. Th. 2. 2. 78. art 3. Bal. l. 1. de ad. ed. Covarr. ad c. peccatum. p. 2. §. 4. n. 6.

2. [r] At non idem dicendum est de his [s] quæ rem non contingunt: ut [t] si quis sciat multas naves in cursu esse quæ frumentum advehunt, nam tale quid indicare [u] est quidem officiosum ac laudabile, [v] sæpe adeo ut omitti nequeat nisi ut caritatis regula violetur, [w] non tamen injustum, id est, non pugnans cum jure ejus quicum negotium est: ita ut locum hic habere possit illud [x] quod idem *dict. loc.* ille Diogenes non incommode dicebat, referente M. Tullio: *Advexi, exposui: vendo meum, non pluris quam cæterj: fortasse etiam minoris cum major est copia,* [y] *cui fit injuria?* Non ergo generaliter se-

„*propior quædam est societas quam quæ communis* „*est hominum:* At diximus hoc ipsum in quæstione „esse, *an & cur contractus propius quiddam exigat.* „Diximus porro, nullam dari societatem nec „communem hominum, nec particularem inter „contrahentes. Sed & veram naturæ rationem „exposuimus in præcedentibus.

„*k*) (PRODI JUBENTUR:) i. e. indicari a venditore.

„*l*) (QUAMVIS IN JUS EMTORIS TRANSCRIPSERIT:) i. e. quamvis emtio perfecta, & jus rei „in emtorem translatum sit.

„*m*) (DOLI ACTIONE VACUANTUR:) i. e. instituta actione de dolo agit ad omne id quod inter„est, quo pertinet exemplum Canii quod supra „*Cap. XI. §.* 6. examinavimus.

„*n*) (LACTANTIUS:) *L. 5. c. 17. in fin.*

„**) (VENDENTIS ERROREM NON REDARGUIT:) „Si emtor venditori erranti non significat, rem „quæ venditur pluris valere:

„*o*) (QUI NON PROFITETUR FUGITIVUM SERVUM:) i. e. non significat emtori, servum quem „vendit domino suo se surripuisse.

„*p*) (VEL PESTILENTEM DOMUM VENDERE:) „Adeoque rem vitiosam.

„*q*) (NON EST ILLE SAPIENS SED CALLIDUS „ET ASTUTUS:) Qui proinde ex dolo suo te„netur ad omne id quod interest *l. 13. ff. act. emt.*

r) (AT NON IDEM DICENDUM:) Author ait venditorem non teneri indicare vitia quæ extra rem sunt: uti in exemplo allegato, quando scit multas naves in cursu esse quæ frumentum advehunt. Ratio est quia error ratione futuri non impedit consensum, homini enim futura ignorare licet.

ADDITIO.

„Rationem naturæ allegavimus *n. præced.* Em„toribus scl. jus quæsitum non esse, adeoque jus „eorum non lædi.

„*s*) (QUÆ REM NON CONTINGUNT:) Quæ ex„tra materiam sunt, & non nisi ex accidenti eam „afficiunt. *Vid. Gron. h.*

„*t*) (SI QUIS SCIAT MULTAS NAVES IN CUR„SU ESSE QUÆ FRUMENTUM ADVEHUNT:) Si „quis in caritate annonæ primus præsto fuerit cum „frumento; scit autem complures propediem cum „eadem merce naves adfore, is non necesse habet „id indicare iis qui emunt, id enim extra rem „est. *Vid. Gron. h.*

„*u*) (EST QUIDEM OFFICIOSUM AC LAUDABILE:) „Adeoque pertinet ad ea quæ ratio honesta, aut op„positis meliora esse judicat, etsi non debita. *L. 1.* „*c. 1. §. 10. n. 3. l. 2. c. 14. §. 6. n. 1.* Vid. *Differt.* „*prooem. II. c. 1. §. 9.*

„*v*) (SÆPE ADEO UT OMITTI NEQUEAT NISI „UT CARITATIS REGULA VIOLETUR:) Author „id quod contra caritatis regulas fit injustum esse „ait jure naturæ laxiori *dict. Differt.* II. *c. 1.* §. 11.

„*w*) (NON TAMEN INJUSTUM, ID EST NON „PUGNANS CUM JURE EJUS QUI CUM NEGOTIUM „EST:) Repetendum ex præcedentibus est, Autho„rem justum duplici sensu sumere, (1) Cum jus „aliquod proprium alii competit, quod ex *jure natu„ra sociali* justum esse ait. (2) Cum obligatio est „in solo agente, tertio autem nullum jus inde „quæritur: id enim ex *jure naturali laxiori* justum „esse putat. *Priori* sensu justum aliquid proprie „sic dictum esse ait, *posteriori* sensu improprie; „de qua differentia late egimus in *Differt. proœm.* „*I. c. 1. §. 13. & Differt II. c. 1. §. 10. seq.* In casu „igitur proposito obligationem oriri ait ex *jure* „*natura laxiori sensu sumto*, i. e. ex regulis per„fectionis, unde nullum jus alii nascitur.

„*x*) (QUOD IDEM DIOGENES DICEBAT REFE„RENTE M. TULLIO:) *L. 3. de off. c. 12.*

„*y*) (CUI FIT INJURIA?) Alii enim facto meo „ni-

sequendum illud [z] ejusdem Ciceronis, [aa] Celare esse, cum tu quod scias id ignorare, emolumenti tui causa, velis eos quorum intersit scire: sed tum demum id locum habet, [bb] cum de iis agitur quæ rem subjectam per se contingunt, ut [cc] si domus sit pestilens, [dd] si a magistratus dejici jussa, quæ exempla ibidem videas.

3 [ee] At vitia ei qui cum agas nota, [ff] ut servitutem ædium quas leg. 1.
[gg] M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratæ vendebat, ab ipso prius D. de act.
emtas, dici nihil attinet, [hh] scientia enim utrinque par pares facit con- emti & venditi in fine.
trahentes. [ii] Horatius (II. Epist. II. 13.)

Ille feret pretium pœnæ securus, opinor:
Prudens emisti vitiosum - - - -

Quod notatum & Platoni undecimo de legibus. Pag. 916. T. II. Ed. Steph.

§. X.

[a] Neque vero tantum in intellectu rerum, [b] sed & in voluntatis usu quædam contrahentibus inter se æqualitas debetur: [c] non quidem ut si quis antecessit metus juste incussus, is demi debeat: [d] id enim contractui extrinsecum est: [e] sed ne quis injuste incutiatur contra-

„nihil abest; jus ejus non læditur.

„z) (EJUSDEM CICERONIS:) *dict. l. 3. c. 13.*

„aa) (CELARE ESSE, CUM TU QUOD SCIAS ID „IGNORARE, EMOLUMENTI TUI CAUSA, VELIS EOS „QUORUM INTERSIT SCIRE:) Imo generaliter se„quendum est effatum Ciceronis, qui supponit „casum ubi venditor decipit emtorem, qui emit „rem ut sanam & oon vitiosam, non emturus „si vitium scivisset.

„bb) (CUM DE IIS AGITUR QUÆ REM SUBJE„CTAM PER SE CONTINGUNT:) Verba hæc sunt, „obscura admodum, quæ nihil significant: vera „ratio est quod venditor sit causa damni.

„cc) (SI DOMUS SIT PESTILENS:) Emtor enim „emturus non fuisset si vitium hoc scivisset, ven„ditor igitur causa est damni quod emtori con„tingit, qui domo uti non potest.

„dd) (SI A MAGISTRATU DEJICI JUSSA:) Ea„dem hic ratio est, vitium jam adfuit tempore ven„ditionis, venditor id scivit, emtor ignoravit, „adeoque hic absque culpa venditoris emtori in„fertur, is proinde ad ejus reparationem tenetur.

„ee) (ET VITIA EI QUI CUM AGAS NOTA, &c. „DICI NIHIL ATTINET:) Si emtor scit rem vi„tiosam esse, non potest dici errasse, adeoque nec „nec de læsione & damno queri potest. Consen„tit enim in rem cum suo vitio.

„ff) (UT SERVITUTEM ÆDIUM:) Quæ vicino „debetur ne forte altius tollat, luminibus offi„ciat &c.

„gg) (QUAS M. MARIUS &c.) Exemplum hoc „refert. *Cic. 2. off. 16.*

„hh) (SCIENTIA ENIM UTRINQUE PAR PARES „FACIT CONTRAHENTES:) Imo ratio ejus rei non „consistit in æqualitate, sed quia consensum utrin„que est in rem vitiosam, indeque jus translatum „est ex dispositione partium.

„ii) (HORATIUS:) *Epist. l. 2, ep. 2. sub pr.*

„a) (NEQUE VERO TANTUM IN INTELLECTU „RERUM:) Ut gnarus uterque sit vitii & commodi „rerum de quibus contrahitur. *Vid. §. præced.* „*Gron. h.*

„b) (SED ET IN VOLUNTATIS USU QUÆDAM „CONTRAHENTIBUS INTER SE ÆQUALITAS DE„BETUR:) Ut scl. ex inæqualitate tali jus oriatur „minus habenti. *Vid. supr.* §. 8.

„c) (NON QUIDEM UT SI QUIS ANTECESSIT „METUS JUSTE INCUSSUS, IS DEMI DEBEAT:) „propter injustum metum oegotium irritum non „fit, nedum ob justum metum, qui v. g. a magi„stratu, vel justo bello infertur:

„d) (ID ENIM CONTRACTUI EXTRINSECUM EST:) „Obscura hæc est ratio, (uti tota tractatio hujus ca„pitis.) Vera ratio cur negotium metu justo em„tum subsistat hæc est, quia uterque consentit, „licet metu, adeoque adest duorum in idem pla„citum consensus. Neque de metu alter queri pot„est, quia injuria non fit ab eo qui metum justum „intulit.

e) (SED NE QUIS INCUTIATUR CONTRAHENDI GRATIA, AUT SI INCUSSUS EST &c.) At hoc nihil commune habet cum æqualitate; negotium metu contractum non rescinditur jure naturæ, quia utriusque voluntate, etsi coacta, negotium contractum & perfectum est: Adeoque ratio Authoris, quod in voluntatis usu contrahentibus inter se æqualitas debeatur, hactenus fallit. Equidem propter injuriam, is qui metu coactus aliud promisit, agere contra

trahendi causa, aut si incussus est *f* ut dematur. Hoc spectantes *g* Lacedæmonii resciderunt emtionem agri quam Elei possessoribus metu expresserant, γνόντες μήδὲν δικαιότερον εἶναι βίᾳ πριαμένες ἢ βίᾳ ἀφελομένες, παρὰ τῶν ἡττόνων λαμβάνειν. *Arbitrati nihilo justius esse, infirmioribus per emtionis titulum quam vi mera rem extorquere*, quæ Xenophontis verba sunt. Quod tamen *h* quam exceptionem ex jure gentium habeat, suo loco videbimus.

Histor. Græc. III. c. 2. §. 22.

§. XI.

a In ipso actu principali *b* hæc desideratur æqualitas, ne plus exigatur quam par est. *c* Quod in contractibus beneficis locum vix potest habere. Nam si quis pro commodato, aut opera in mandata aut deposito exhibenda, *d* aliquid mercedulæ stipuletur, non injuriam

Inst. de mandat. §. ult. L. 1. §. Si quis servum. 9. D. depositi.

contra inferentem ad reparationem potest, at id non est ob aliquam inæqualitatem, sed ex delicto, ex facto illicito quo alii aliquid abest, & quod ex regula naturæ reparari debet. *Vid. c. 11. §. 7.* Demendus ergo est metus incussus non quia in voluntatis usu contrahentibus inter se æqualitas debetur, sed quia metum inferens ultra fines suæ facultatis agit, unde alii aliquid abest, quod ei restituere debet.

„*f*) (UT DEMATUR:) Non irritum faciendo „negotium, sed reparando damnum quod ex me„tu injustu datum est.

„*g*) (LACEDÆMONII RESCIDERUNT EMTIONEM „AGRI QUAM ELEI POSSESSORIBUS METU EXPRES„SERANT:) Cum enim inter pacis leges propone„rent Lacedemonii, ut Elei urbes libertati resti„tuerent. Hi orabant, ut Epium & adjacentes „civitates, Eræas & Macipum, ipsis relinquerent, „(quas possessores trigiuta taleotis ipsis vi coacti „vendiderant). Xenoph. Græc. Hist. *Lib. 3. p. „m. 334.*

„*h*) (QUAM EXCEPTIONEM EX JURE GENTIUM „HABEAT:) Author illam regulam, quod metus „incuti non debeat ad contrahendum, & quod, si „incussus est, demi debeat, exceptionem habere „ex jure gentium ait in bello publico & solenni: „Hunc enim metum tali bello incussum semper „justum esse tradit; *L. 3. c. 19. §. 12.* adeo ut me„tu belli extortum repeti non possit, *l. 2. c. 17. §. „19.* nec promissio finiendi belli causa facta irrita „sit. *l. 3. c. 19. §. 11.* At infra videbimus, non dari „bellum jure gentium solenne, & metum belli „jure naturæ semper justum esse, quia de justitia „causæ inter duos populos, qui judicem non ha„bent, constare nequit, si lis non per ultimam vi„ctoriam, sed per compositionem transigitur.

„*a*) (IN IPSO ACTU PRINCIPALI:) Author „enim supra §. 8. dixit æqualitatem consistere ex „actibus tum præcedaneis tum principalibus: de „*præcedaneis* actibus inæqualibus, tum ratione „intellectus tum ratione voluntatis egit in §. 9. „& 10. *de Principalibus* agit hoc §.

b) (HÆC DESIDERATUR ÆQUALITAS, NE PLUS EXIGATUR QUAM PAR EST:) Sæpius jam dictum est æqualitatem non requiri in contractibus, sed omnem obligandi vim dependere a dispositione contrahentium, qui prout disponunt, etiam inæqualiter, ita jus est, adeoque semper id exigi par est: Idque jure Civili quoque ita obtinet, ubi æqualitas non requiritur in negotiis, sed etiam inæqualis dispositio valet, & solus casus excipitur ubi enormis adest læsio. *L. 2. C. rescind. vend. de quo infra §. 12.*

ADDITIO.

„Author supponit casum ubi plus exigitur quam „deberi putabatur, uti si venditori minus æquo „pretio damus: huic enim actui inesse inæqualita„tem putat: Quod recte improbat B. Parens, „quia venditor pro lubitu de re sua disponere, „eamque minus æquo pretio in emtorem transfer„re potest, adeoque nulla hic est inæqualitas, i. e. „venditor non habet minus suo.

„*c*) (QUOD IN CONTRACTIBUS BENEFICIS VIX „LOCUM POTEST HABERE:) Grotius ACTUUM HU„MANORUM, qui ad aliorum utilitatem tendunt, „alios dixit esse *simplices* alios *compositos:* Porro „SIMPLICES alios fecit *beneficos* alios *permutatorios:* „BENEFICOS alios esse ait *mere tales*, alios *cum* „*mutua obligatione:* Atque de his actibus BENEFI„CIS cum mutua obligatione hic ei quæstio est. „*Vid. supr. §. 1. §. 2. n. 1. §. 7.*

„In his *contractibus beneficis* inæqualitatem vix „locum habere posse ait, quia promittens benefi„cium saltem in alterum voluit conferre:

„*d*) (ALIQUID MERCEDULÆ STIPULATUR, NON „INJURIAM FACIET, SED CONTRACTUM MISCEBIT:) „Auctor dubio hic occurrit, quod in contractibus „beneficis quoque æqualitas quædam exigi posse „videatur, si quis in his contractibus mercedem „stipulatur: Nam tunc quoque inæqualitatem subesse „videri si plus mercedis exigitur quam par est: Re„spondet: contractum hoc casu desinere esse benefi„cum, & fieri mixtum, nempe semipermutato„rium, adeoque hactenus inæqualitatem corrigi „omni-

juriam faciet, ſed contractum miſcebit, id eſt [e] ex gratuito efficiet ſemi permutatorium. [f] At in permutatoriis omnibus [g] ſollicite id obſervandum eſt, nec eſt quod dicat quispiam, [h] id quod pars altera amplius promittit donatum cenſeri. [i] Neque enim ſolet hic eſſe tales contractus ineuntium animus, [k] nec præſumendus eſt niſi appareat. Quod enim promittunt aut dant, [l] credendi ſunt promittere aut dare tanquam æquale ei quod accepturi ſunt, [m] utque ejus æqualitatis ratione debitum.

2. Joh. Chryſoſtomus: ὅταν γὰρ ἐκ τόις συμβολαίος καὶ ἡνίκα δὲ ἂν ἀγοράσαι δέῃ τι ἢ καὶ ἀποδόσθαι, φιλονεικῶμεν καὶ βιαζώμεθα ἔλαττον της ἀξίας καταλαβεῖν καὶ πάντα ὑπὲρ τούτȣ ποιῶμεν ȣ̓ λῃστεία τὸ πρᾶγμα ἐςίν: *Quoties enim in contractibus, & quoties emendum quid aut dependendum eſt, contendimus omnique modo laboramus ut minus æquo pretio demus,* [n] *nonne huic facto quoddam ineſt furtum?* Scriptor vitæ Jſidori apud Photium Hermiam narrat, ubi quod emere vellet juſto forte minoris eſſe indicatum, [o] adjeciſſe quod juſto pretio deerat, quod exiſtimaret aliter agere injuſtitiæ eſſe ſpeciem, [p] ſed talis quæ plurimos lateret [q] Et in hunc ſenſum interpretantur Hebræi legem quæ eſt Levit. XXV. 14. & 17. Pag. 1043. Ed. Rethom.

§. XII·

„omnino debere. At 1) verum non eſt negotia „hæc eſſe mixta, ſed in alıud negotium tranſeunt; „& vel ſunt locatio, vel contractus innominatus „do ut des, vel do ut facias: Sed & 2) in commo„dato, depoſito, mandato natura pariter æqualitatem „imperat, ita ut jus acquiratur minus habenti; „Hinc ſi commodatarius vel depoſitarius re uſi „ſunt, vel eam deteriorem reddiderunt, ſi manda„tarius ex mandato aliquid lucratus eſt, alter mi„nus ſuo habet; quam inæqualitatem is qui plus ſuo „habet vel ultra ſuum egit, reparare tenetur.

„e) (EX GRATUITO EFFICIET SEMIPERMUTATORIUM) Adeoque pro parte gratuitum pro parte „permutatorium, quod modo refutavimus; nam „eſſentia mandati, commodati, & depoſiti in eo „conſiſtit, ut *gratis* fiant: Si proinde merces vel „precium accedit, aliud plane eſt negotium.

„f) (AT IN PERMUTATORIIS OMNIBUS:) Sive „diremtoriis ſive communicatoriis. *Vid. ſupr.* §. 3.

„g) (SOLLICITE ID OBSERVANDUM EST:) Sc. ne „plus exigatur quam par eſt: Diximus autem omne „id par eſſe prout partes diſponunt, idque in „omnibus contractibus, ſive beneficis ſive permuta„toriis imo & in pactis verum eſt.

„h) (ID QUOD PARS ALTERA AMPLIUS PROMITTIT, DONATUM CENSERI:) Adeoque contra„ctum non fieri mixtum, ſed manere gratuitum.

„i) (NEQUE ENIM SOLET HIC ESSE TALIS „CONTRACTUM INEUNTIUM ANIMUS:) Non enim „habent animum donandi ſed contrahendi.

„k) (NEC PRÆSUMENDUS EST NISI APPAREAT:) „Hæc regula etiam jure Romano ſtatuta eſt. *L.* 7. „*ff. donat. l. f. C. Novat. l. 47. ff. oper. lib. l. 24.* „*§. 1. pign. act. l. 10. ff. ſolut. Vid. Barboſ. l. 4.* „*c. 49. n. 13.*

„l) (CREDENDI SUNT PROMITTERE AUT DARE „TANQUAM ÆQUALE EI QUOD ACCEPTURI SUNT:) „Ex præſumtionibus nullum jus oriri toties dixi„mus: Conſenſus contrahentium norma eſſe, & „validitatem actui præſtare debet, etſi promiſſum „aut datum inæquale ſit ei quod accepturi ſunt: „Neuter enim plus vel minus ſuo habet ſi ita diſ„poſuerunt.

„m) (UTQUE EJUS ÆQUALITATIS RATIONE DE„BITUM:) Quæ exigit ne alter minus ſuo habeat: „At diximus, eum qui conſenſu ſuo minus accepit „non habere minus ſuo.

„n) (NONNE HUIC FACTO QUODDAM INEST „FURTUM:) Loquitur de eo qui omni modo labora„vit ut minus pretio det, adeoque de doloſo emtore: „hic enim omnino de dolo tenetur: *Vid. Differt.* „*prooem. XII* §. 384.

„o) (ADJECISSE QUOD JUSTO PRETIO DEERAT:) Adjecit non ex debito, ſed ex generoſitate & ani„mi perfectione. Simile factum Scævolæ refert „Cicero *l. 3. off. c. 15.* qui, quod putaret prædium „minori pretio venditum eſſe, 100 millia adjecit.

„p) (SED TALIS QUÆ PLURIMOS LATERET:) „Regulas enim perfectionum plerique hominum „negligunt, & ſufficere putant ad legem bonum „eſſe: His opponi poteſt quod *Seneca* ait *l. 2. de* „*ira c. 27. Quam anguſta innocentia eſt ad legem* „*bonum eſſe.* Cæterum eandem phraſin adhibet „Servator, cum doceret adulterium committere „qui

§. XII.

1. [a] Restat æqualitas in eo de quo agitur, in hoc consistens, ut [b] etiamsi nec celatum quicquam sit quod dictum oportuit, [c] nec plus exactum quam deberi putabatur, si in [d] re tamen deprehendatur inæqualitas, quamquam sine culpa partium, [e] puta quod vitium latebat, [f] aut de pretio errabatur, [g] ea quoque sit resarcienda, [h] & demendum ei qui plus habet, [i] reddendumque minus habenti: [k] quia in contractu id utrinque propositum aut fuit, aut esse debuit, ut uterque tantundem haberent.

2. [l] Lex Romana hoc constituit non in quavis inæqualitate, [m] minima enim non persequitur, imo & occurrendum censet multitudini litium, [n] sed in satis gravi, ut quæ dimidium justi pretii excedit

„qui ducit eam quæ literas divortii a marito accepit, addit enim, *non quivis capit hunc sermonem:* „quia de perfectione loquebatur. *Vid. supr. c. 5. §. 9.* „*pag.* 562.

q) (Grot.) (ET IN HUNC SENSUM INTERPRETANTUR HEBRÆI LEGEM QUÆ EST LEVIT. XXV. 14. ET 17.) Vide *Mosem de Kotzi*, præcepto jubente LXXII.

ADDITIO.

„Lege illa prohibetur ne Hebræi septimo anno „agros serant aut vineam putent, *Levit. XXV. v. 4* ju„beturque ut omnia relinquantur cibo aut hominum „aut pecorum: *Ibid. v. 5. 6. 7.* Hanc legem per„fectionis esse putant judæorum interpretes, „quæ plurimos lateret. Quod verum non est, est „enim lex forensis, unde Hebræi plenissime obliga„bantur, & quæ neminem latebat.

„*a*) (RESTAT INÆQUALITAS IN EO DE QUO „AGITUR:) Author æqualitatem quam natura in„ter contrahentes imperat, ait consistere partim „in actibus, tum præcedaneis tum principalibus; „partim in eo de quo agitur §. 8. de actibus tum „præcedaneis tum principalibus Author egit §. 9. „10. & 11. Hic alterum tractat membrum; quan„do in eo de quo agitur deprehenditur inæquali„tas: Ubi regulam hanc tradit, *ne retineatur quod* „*plus penes se esse deprehenditur.*

„Anne hoc est obducere tenebras rebus clarissi„mis? Diximus unicuique jus plenissimum compe„tere in res suas adeoque & facultatem pro lubitu „de eis disponendi, easque pro pretio quod inter „partes convenit, ut ut inæquali, in alios transfe„rendi; sane injuria non fit ei qui magis pretium „sua volontate offert, modo dolus absit, nec in „corpore erretur, quod plenius mox explicabi„mus. *Vid. lit. n.*

„*b*) (ETIAMSI NEC CELATUM QUID SIT:) Qua„tenus venditor obligetur si vitia rei venditæ cela„vit, examinavimus *supra §. 9.*

„*c*) (NEC PLUS EXACTUM QUAM DEBERI PU„TABATUR:) Nam in ipso actu principali hanc „hanc desiderari æqualitatem, dixit §. 11, ne plus „exigatur quam par est, i. e. ne plus pretii petat „quam res valet: quod §. 8. examinavimus.

„*d*) (IN RE TAMEN DEPREHENDATUR INÆ„QUALITAS, QUAMQUAM SINE CULPA PARTIUM:) „Si scl. venditor ignorat rem venditam vitiosam „esse, quæ vere vitiosa est.

„*e*) (PUTA QUOD VITIUM LATEBAT:) Uti si „fundamentum ædium est ruinosum.

„*f*) (AUT DE PRETIO ERRABATUR:) Forte si „plus obtulit quam res valet.

„*g*) (EA QUOQUE SIT RESARCIENDA:) Si vi„tium latet, verum est emtorem agere posse ad id „quod interest etiam naturali ratione, cujus rei „rationem dedimus supra §. 9. idque etiam jure „Romano ita statutum est. *l. 13. pr. & §. 1. ff. Act.* „*emt.* At si in pretio saltem erratum est, neque do„lus venditoris concurrit, negamus naturali jure ven„ditorem precii partem resarcire debere: *Vid. lit.*

„*h*) (ET DEMENDUM EI QUI PLUS HABET:) „Dixi plus non habere eum qui inæquali pretium „ex voluntate contrahentis accepit.

„*i*) (REDDENDUMQUE MINUS HABENTI:) Non „habet minus qui inæquale pretium dedit, i. e. qui „suam pecuniam pro re quæ tanti non valet, „venditori dedit.

„*k*) (QUIA IN CONTRACTU ID UTRIMQUE PRO„POSITUM AUT FUIT, AUT ESSE DEBUIT, UT „UTERQUE TANTUNDEM HABERET:) Hactenus „bene: sed negamus eum tantundem non habere „qui inæquale pretium accipit: nam tantundem „semper est id quod inter partes placuit, etsi inæ„qualiter:

„*l*) (LEX ROMANA HOC CONSTITUIT NON „IN QUAVIS INÆQUALITATE:) Nemo enim te„netur rem suam justo pretio vendere.

„*m*) (MINIMA ENIM NON PERSEQUITUR, IMO „ET OCCURENDUM CENSET MULTITUDINI LITI„UM &c.) Hinc colligit eos, qui juri Civili non „sunt subjecti, etiam minorem inæqualitatem re„parare debere, quod statim examinabimus. *Vid. lit. s.*

„*n*) (SED IN SATIS GRAVI UT QUÆ DIMIDI„UM

dit. Nimirum leges, ut o ait Cicero, iniqua tollunt p quatenus teneri manu possunt, q philosophi quatenus ratione & intelligentia. Hi vero r qui legibus civilibus subjecti non sunt; s id sequi debent quod æquum esse ipsis ratio recta dictat: imo & t illi qui legibus subjecti sunt, quoties de eo quod fas piumque est agitur, u si modo leges non jus dant v aut tollunt, w sed juri duntaxat ob certas causas auxilium suum denegant. d. loci

§. XIII.

„UM JUSTI PRETII EXCEDIT:) Hoc meri juris „Civilis est; jure naturæ inæqualitas pretii nunquam vitiat negotium, etsi id immensum sit, „quia partes its disposuere: quæ voluntas jus facit: Passim id explicavit B. Parens in suis dissertationibus, & quidem *primo in Disp. de jure nocendi aliis c. 3. §. 1. & 7.* Verba hæc sunt:

„Axioma illud Juridicum, in contractibus natura licere contrahentibus se invicem circumvenire *ex l. 16. §. 4. ff. de Min.* lippis & tonsoribus notum est, sed de sensu disceptatur, quem „vero accurate evolvit JCtus *in l. 22. §. fin. ff. Loc. cond.* & restringit ad pretium emptionis; „quod, cum certum a natura non sit, definitur „voluntate contrahentium: qui de re sua pro lubitu statuere, & rem suam magni æstimare, aliter de sua pecunia parum offerre possunt. Quo „facto, cum pars quæque jure suo utatur, alteri „injuriam non facit; *l. 55. ff. de Reg. Jur. l. 6. §. 1. ff. si quis om. caus. test.* etsi alter alterius „æstimatione nimia, vel oblatione exigua, circumveniri se passus fuerit: id enim sibi merito „imputat. Nec alio sensu admittitur, quod quidam ajunt, vocabulum circumventionis negative accipi, ut denotet circumventionem re ipsa, „absque fraudulenta machinatione, ex solertia, vel „incuria contrahentium contingentem. *Harp. ad §. 1. J. de Emt. vend.*

„Hic saltem adjicimus læsionem illam non debere „esse immodicam. Nam si & enormis sit, competit „ex *L. 2. C. de rescind. vend.* actio ad restituendam „rem, vel justum pretium supplendum. *Mynf. cent. 4. obs. 73.* Sed quid, si non adsit enormis læsio, „tamen magna existat? Certum quidem est, si „dolus intercesserit, ex eo agi posse. *l. 5. in fin. C. de Dol. mal.* Si vero nullus appareat, sunt „quidem qui tradunt, ut ita deceptus in foro „soli non habeat actionem, tamen, cum iniquitatem sapiat cum alterius jactura velle locupletari, „*l. 14. ff. de Condict. indeb.* coram judicio divino „teneri illum qui læsit. *Zas. ad ff. de dolo mal. Brunnem. ad l. 8. n. 3. & seq.* Verum id non „placet; & plane alienum a ratione, & secum „pugnare videtur, de injuria ideo quem teneri, „quia jure suo utitur. Quemadmodum pari quoque errore idem de iis statuunt qui debitorem, „vel nimie credulum creditorem, habentes, illorum ignorantia juris, vel incuria abutuntur, eosque ob difficilimam, post biennium aut triginta „dies non numeratam esse pecuniam, probationem, causa cecidisse contendunt. *Brunnem. Proc. Civ. c. 1. n. 9.* Enim vero penitus ἄλογον „est, alterius ignorantiam, vel incuriam alteri imputare; Et potius iniquissimum, lapso tempore, quod „litibus finiendis ob utilitatem publicam præscriptum est, alterum adhuc lites lege extinctas suscipere teneri.

„*Porro* B. Parens in Disp. *de Remedio L. 3. commun. utr. jud. Sect. 2. §. 11.* Regulam illam, *quod contrahentibus naturaliter invicem circumvenire liceat*, exponit, & quod illa de solo pretio intelligenda sit, probat; additque rationem, quod „precium natura non sit certum, sed latitudinem „habeat, & ab arbitrio disponentium dependeat, „adeo ut id pretium, quod partes constituunt, natura „justum ac licitum sit. Et hoc sensu asseritur a „JCtis partes licitando pluris vel minoris circumscribere se posse *in d. disp. §. 8.*

„o) (UT AIT CICERO:) *L. 3. de offic. c. 17.* Ubi „ait aliter leges, aliter Philosophos tollere astutias.

„p) (QUATENUS TENERI MANU POSSUNT:) „adeoque quoties fraus its manifesta est, ut inæqualitas statim in oculos hominum incurrat.

„q) (PHILOSOPHI QUATENUS RATIONE ET INTELLIGENTIA:) Ratio enim postulat, ne quid insidiose agatur, ne quid simulate, nequid fallaciter. *Cic. d. l.*

„r) (QUI LEGIBUS SUBJECTI NON SUNT:) „Quales sunt gentes inter se.

„s) (ID SEQUI DEBENT QUOD ÆQUUM ESSE „IPSIS RATIO DICTAT:) Adeoque tantum gravem inæqualitatem sed quam libet corrigere tenentur.

„t) (ILLI QUI LEGIBUS SUBJECTI SUNT QUOTIES DE EO QUOD FAS PIUMQUE EST AGITUR:) „Subditi igitur, etsi leges inæqualitatem leviorem „permittant, pie tamen agunt si hanc quoque reparant.

„u) (SI MODO LEGES NON JUS DANT:) Imo „etsi leges jus dent, si tamen rationi & æquitati „adversantur, subditus quoque magis id quod ratio dictat sequi tenetur: Etsi igitur quis jus habeat ex præscriptione, ex sententia judicis injusta, non tamen tutus est in conscientia.

„v) (AUT TOLLUNT:) In iisdem exemplis jus „dominii tollitur legibus, quia tamen fas piumque „est non locupletari cum alterius jactura, ratio nobis dictat rem dominum restituendam esse.

„w) (SED JURI DUNTAXAT OB CERTAS CAUSAS AUXILIUM SUUM DENEGANT:) Exemplum „Author dat in conductione indebiti *L. 2. c. 11.*

„§. 1. *n.* 4. Idem dicendum si lex saltem impunitatem concedit: *L.* 3. *c.* 4. §. 22. *l.* 2. *c.* 1. §. 14. „nam hic lex pœnam saltem debitam remittit, „actus autem nec jure naturæ valet, *L.* 1. *c.* 1. §. „17. *n.* 2. *c.* 2. §. 7. & 8. *l.* 2. *c.* 5. §. 28. nec „pietati & animi puritati convenit. *L.* 1. *c.* 2. §. „7. & 8. At idem quoque obtinere diximus, si „leges contra id quod ratio æquum esse dictat „jus dant vel tollunt:

(AD §. XIII.) Postquam Author asseruit in contractibus beneficis nullum locum habere inæqualitatem: id limitat hoc §pho, ut in his quoque contractibus aliqua spectari possit æqualitas ex suppositione ejus quod agitur: *ne scl. quis ex beneficio damnum sentiat.* Unde varia deducit consectanea, (1) quod mandatarius damna & impensa repetere possit; (2) quod commodatarius casum præstet, eique res pereat; (3) quod aliud obtineat in depositario; (4) quod in pignore & locatione is qui accepit non de quovis casu teneatur, majorem tamen præstare teneatur diligentiam quam depositarius.

ADDITIO.

„Author quæstionem difficilimam h. §pho examinat, *an scl. & quatenus casus in contractibus præstetur?* Seu quod idem est, *cujus periculo res sit „in contractibus?* & distinguit, *an* quis contrahendo beneficium ab altero acceperit, *an non;* „*illo* casu omnino præstari debere ait casum ab eo „qui beneficium accepit, non vero *posteriori* casu.

„Atque ex his principiis concludit, *commodatarium* damnum resarcire debere si res periit, quia „tenetur ratione beneficæ acceptionis, nisi æque „apud dominum peritura fuisset: *h.* §. 13. *n.* 1. „Econtrario *depositarium* non præstare rei casum, „quia non accepit beneficium sed dedit. Nec „*creditorem pigneratitium, nec conductorem;* quia „sunt contractus onerosi, etsi diligentia præstari „debeat: Unde *in his duobus contractibus* non „omnem casum præstari ait, ut in *commodato,* majorem tamen diligentiam quam in *deposito,* quia „*pignoris acceptio* gratuita quidem est, sed accedere „solet contractui oneroso: *d.* §. 13. *n.* 1.

„Atque ad hanc formam de cæteris quoque „contractibus judicium ferri posse putat: adeoque „juxta hypothesin Grotii in *precario* is qui precario accepit rem, ejus periculum propter beneficam „acceptionem suscipere tenetur: Econtrario in *mandato, tutela, negotii gestione, societate, emtione &c.* periculum non est mandatarii, tutoris, gestoris, „socii, emtoris &c. quia sunt contractus onerosi.

„Equidem supra probavimus, distinctionem „inter contractus beneficos & peremtorios merum „inventum Authoris esse: Utrobique eadem ratio „est; nam in beneficis quoque res perit domino „uti mox demonstrabimus. Adeoque plane alia „naturæ ratio est circa præstationem casus: Res „ita se habet.

„Doctrina de præstatione periculi, seu casus, simplicissimus constat principiis, quæ ipsum jus Romanum suppeditat.

„CASUS est eventus, qui nulla humana diligentia præcaveri potuit. *L.* 1. §. 7. *de adm. rer. civ.* „*l.* 23. *R. I. l.* 4. *C. Peric. tut. Laut. comp. p.* 228.

„Hic casus (1) nocet *domino:* & præterea (2) „ei qui *qui jus in* illa *re* habet: ac denique (3) ei „qui *actionem* habet ad rem illam petendam.

„PRIMO igitur res perit domino, *Grot. supr. cap.* „8. §. 16. adeoque si ea interit, semper periculo „ejus est; per rerum naturam enim concipi non potest dominium rei quæ non existit. „*l.* 9. *C. de pign. l.* 8. *R. I. l.* 12. *C. locat. l.* 2. *l.* 5. „*l.* 7. *de adm. rer. civ.*

„Idque verum est, etsi res apud alium perierit, „omnis enim facultas circa illam rem desitat, imo „possessor liberatur rei interitu. *l.* 27. §. 1. & 2. „*R. V. arg. l.* 36. §. 1. *Eod. l.* 25. §. 4. *l.* 12. *C. locat.* „*l.* 66. *solut. l.* 13. *lib. caus.* Adeoque nec depositarius, *l.* 1. *C. depos. l.* 4. *ff. Reb. cred. l.* 14. §. 1. „*ff. depos. l.* 3. *Reg. jur.* nec precario possidens, „*l.* 23. *R. I. l.* 8. §. 3. & 4. *Prec.* nec mandatarius, „*l.* 23. *R. I. l.* 26. §. 6. *Mand. Laut. p.* 289. nec „commodatarius, *L.* 23. *R. I. l.* 13. §. 1. *pign. act.* „§. 4. *Inst. quib. mod. re &c. l.* 5. *l.* 6. *l.* 9. *C.* „*pign. act. l.* 19. *C. pign. Laut. pag.* 234. *L.* 8. *C.* „*Naut. fœn.* nec conductor, *l.* 23. *R. J. Laut.* „*Comp. pag.* 391. nec maritus ratione dotis, *l.* 23. „*R. J. l.* 10. §. 1. *jur. dot. arg. l.* 75. *Eod.* nec „tutor, *l.* 23. *R. J. l.* 6. §. 3. *l.* 11. *Neg. gest. Laut.* „*comp. pag.* 72. nec socius, *l.* 23. *R. J. l.* 25. *ff.* „*pro socio l.* 52. §. 3. & 4. *l.* 58. *pr.* & §. 1. *l.* 60. „§. 1 *junct. l.* 61. *Eod. Laut. comp. pag.* 294. nec „possessor in contractu æstimatorio, *l.* 17. §. 1. „*præscr. verb.* nec hæres intuitu legati &c. *l.* 23. *V. O.* „adeo a domino conveniri possunt:

„Exc. (1) si res culpa possessoris perierit. *l.* 5. „§. 4. *Commod. l.* 5. *Reb. cred. l.* 23. *V. O. l.* 8. *Eod.* „*l.* 5. *C. pign. Laut. comp. p.* 234. 282. 391. & *passim.* (2) Si possessor in mora sit rem restituendi „domino. *l.* 8. §. 4. *precar. l.* 5. *R. J. l.* 23. *V. O.* „*Laut. p.* 234. 282. (quæ exceptio pœnalis, adeoque mere civilis est.) (3) Si possessor pacto recepit periculum. *l.* 6. *C. pign. act. Laut. pag.* 282. „231. 391. ita enim in æstimatorio contractu periculum ad accipientem pertinet si æstimationem „se præstiturum recepit, *l.* 5. §. 3. *Commod.* quantitas enim nunquam perit. Conf. *Differt. prooem.* „*l.* 2. *c.* 5. §. 463. *n.* 4.

„Præterea SECUNDO, non tantum res perit domino quoad dominium, sed & intuitu rei tolluntur omnia *jura quæ rei cohærent.:* Adeoque „hactenus res quoque perit omnibus qui jus in re „illa habent.

„Equidem jure naturæ extra dominium nemo „alius jus in re illa habere potest, at postquam „jure Romano quædam specialia jura in re constituta sunt, necessario sequitur (1) servitutes quoque interitu rei exstingui, *l.* 8. §. 1. *serv. rust.* „*arg. l.* 13. *serv. præd. rust. l.* 20. §. 2. *l.* 31. *serv.* „*præd. urb. Laut. pag.* 141. (2) Emphytheusin, *l.* 1. „*in f. C. jur. emph.* (3) jus feudi &c.

„Denique & TERTIO, res quoque perit ei qui „actionem habet ad rem illam petendam: *Vid.* „*Muller. ad Struv. tit. peric. & comm.* §. 9. *leg* 91. „*V. O.* Ratio naturalis hæc est, quia creditor frustra peteret rem quæ casu periit, adeoque quæ „non amplius existit.

„Nec *obstat* personam obligatam esse, non rem; adeo-

§. XIII.

1. Sed notandum eſt, [a] quandam rei æqualitatem ſpectari & in contractibus beneficis, [b] non quidem omnimodam [c] ut in commutatoriis, [d] ſed ex ſuppoſitione ejus quod agitur, [e] ne quis ſcilicet ex beneficio damnum ſentiat: [f] ob quam rationem mandatarius indemnis præſtari debet a ſumtibus factis, [g] et damno in quod ex cauſa rei mandatæ incidit: [h] & commodatarius rem tenetur reſarcire ſi

„adeoque obligationem perſonæ manere, etſi res „pereat. Reſp. Perſona obligata eſt ad rem præ„ciſe præſtandam. *l. 5. contr. emt. l. 91. V. O. vid.* „*Muller. d. l.* §. *9.* Si vero caſu periit, impoſſibile „eſt ut præſtari poſſit, adeoque fruſtra creditor „peteret rem quæ eſſe deſiit. Hinc generalis re„gula eſt, debitorem liberari interitu rei ſpecia„tim debitæ. *l. 23. V. O. vid. l. 11 C. de reb. cred.* „*junct. l. 82.* §. *1. & 83.* §. *7. Eod. Laut. Comp.* „*pag. 646.* i. e. periculum eſſe creditoris.

;„Atque hæc vera ratio eſt, cur emtoris ſit peri„culum etiam ante traditionem *vid. infr. lit. h. l.* „*8. ff. Per & com.* Si enim res perit, emtor agere „non poteſt ad rem præſtandam quæ non exiſtit: „Eadem ratio eſt cur conductor agere non poſſit „ad rem locatam ſibi præſtandam ſi periit. *Laut.* „*Comp. pag. 383. Vid. infr. lit. h.* Eadem ratio „eſt cur ſocietas ſolvatur re, cujus cauſa inita eſt „ſocietas, amiſſa. *l. 63. §. f. pro ſocio. Laut. comp.* „*pag. 295. in fin.*

„Exceptiones ab hac regula vidimus *In Diſſ.* „*prooem. XII.* §. 373.

„*a*) (QUANDAM REI ÆQUALITATEM SPECTARI „ET IN CONTRACTIBUS BENEFICIS:) Author in„telligit per contractus beneficos, actus humanos „qui cum obligatione mutua ſunt, ut commoda„tum, depoſitum, mandatum &c. Vid. *ſupr.* §. *2.* „excludit igitur hic actus mere beneficos, *d.* §. 2. „utpote qui plane ei contractus nomine non veni„unt. *ſupr.* §. 7. adeoque in quibus natura æquali„tatem non imperat. *ſupr.* §. *9. &* §. 11. *n.* 1.

„*b*) (NON QUIDEM OMNIMODAM:) Ita ut ex „quavis inæqualitate jus oriatur minus habenti. §. 8.

„*c*) (UT IN COMMUTATORIIS:) Qui tales ſint „vide *ſupr.* §. *2. pr. junct.* §. 4. In his enim con„tractibus in ipſo actu principali deſiderari, ait, „hanc æqualitatem, *ne plus exigatur quam par eſt*, „quod in contractibus beneficis vix locum habere „dixit §. 11.

„*d*) (SED EX SUPPOSITIONE EJUS QUOD AGI„TUR:) Æqualitatem enim, quam Author natu„ram in contractibus imperare fingit, partim con„ſiſtere ait *in actibus* partim *in eo de quo agitur* „*ſupr.* §. *8. junct.* §. 12. Atque huc quoque re„fert contractus beneficos.

„*e*) (NE QUIS SCILICET EX BENEFICIO DA„MNUM SENTIAT:) Quoties enim quis ex ſuo be„neficio damnum ſentit, inæqualitatem inde oriri, & „ex hac inæqualitate jus oriri putat minus habenti „*Vid. ſupr.* §. *8.*

„*f*) (OB QUAM RATIONEM MANDATARIUS IN„DEMNIS PRÆSTARI DEBET A SUMTIBUS FACTIS:) „Equidem juri naturæ omnino convenit, ut man„datarius ſumtus in negotio mandato impenſos re„petere poſſit: At ratio non conſiſtit in aliqua in„æqualitate, & ne ex ſuo beneficio damnum ſen„tiat; ſed in regula naturæ generali, quod man„dans locupletior factus ſit ex re mea, adeoque is „plus ſuo habeat, mihi vero aliquid abſit: Hoc „jus ergo mihi tribui debet. Cæterum ex benefi„cio ſuo quis damnum ſentire poteſt, neque ta„men ideo actio datur: ſi enim mandatarius, nego„tiorum geſtor &c. impenſas voluptuarias facit, „nulla inde ei datur actio, nec jure naturæ. Sic ſi „quis ad bellum commodavit equum, periculum „omne erit commodantis. *l. 5.* §. *7. Commod.* ubi „& alia exſtant exempla:

„*g*) (ET DAMNO IN QUOD EX CAUSA REI „MANDATÆ INCIDIT:) Vera ratio naturalis eſt, „quod is qui ſuſcipit negotium alienum id ſumti„bus mandantis ſuſcipiat, ejus enim negotium eſt; „adeoque ſi occaſione illius negotii mandatario „aliquid abeſt, dominus illius negotii, qui ex re „aliena locupletior factus eſt, id ei reſtituere tene„tur.

h) (ET COMMODATARIUS REM TENETUR RE-SARCIRE SI PERIIT:) Nos theſin hanc non admittimus: Res enim perit ei cujus eſt: Sane rei dominium perdere nemo poteſt niſi qui id habet, privatio enim ſupponit habitum, nec poteſt videri deſiiſſe habere, qui nunquam habuit: *l. 83. ff. Reg. jur.* Cur ergo emtori perit res ante traditionem? Reſp. quia jure naturæ ex diſpoſitione partium de re jus in rem ipſam transfertur, & licet JCti Romani jus ſaltem in perſonam ex tali diſpoſitione tribuant, actionemque mere perſonalem dent, remanſit tamen inter alia hactenus veſtigium juris naturalis in periculo, & jus perit ei cujus eſt. Sane ex ratione juris Gentium debitor, qui de re ſua diſponit, eam debet ex bonis, unde, etſi jure Civili perſona ejus ſaltem obligetur, æs alienum inhærere bonis ejus dicitur: uti econtrario creditum, etſi perſonam meam afficiat, tamen bonis meis inhæret, indeque meis bonis debitum videtur, idque æs meum vocatur: Hinc jam ſequitur, re ſublata neceſſario exſtingui omne jus quod ei cohæret, & ſeparatum a re exiſtere nequit, adeoque & æs alienum perit ei cui debebatur.

ADDITIO.

„Verum eſt rem commodatam (ſi ſine culpa com-

ſi periit, [i] quia non ſolius rei ratione domino tenetur, id eſt, ex vi dominii, [k] quomodo quivis poſſeſſor teneretur, ut ſupra didicimus, [l] ſed & ratione beneficæ acceptionis: [m] quod ita verum eſt, niſi omnino & apud dominum fuiſſet peritura. [n] Hoc enim caſu nihil per commodatum domino abeſt. [o] Contra, depoſitarius præter fidelitatem nihil recipit: [p] ideo ſi periit res, non tenebitur: [q] non rei ratione, quia non exſtat, nec locupletior eſt; [r] nec acceptationis ratione, quia accipiendo beneficium non accepit, ſed dedit. [s] In pigno-

„commodatarii perit) perire domino, nec commodatarium eam reſtituere domino debere: Verum quoque eſt, in emtione rei aliud obtinere, & ea perfecta periculum eſſe emtoris: *l. 7. l. 8. ff. per & Com.* Ratio autem hujus rei non conſiſtit in eo, quod jure naturæ ex diſpoſitione de re jus transferatur in rem ipſam; id enim nulla ratione probari paſſim demonſtravimus: ſed vera ratio hæc eſt, quia emtione perfecta emtori actio competit *ad rem promiſſam petendam*, utpote quæ ſola eſt in obligatione: quo modo autem petere poteſt rem quæ non exiſtit, adeoque cujus præſtatio eſt impoſſibilis. Accedit alia ratio æquitatis; commoda enim rei acquiruntur emtori, etiam ante traditionem, unde æquum eſt etiam incommoda eum ſequi debere: Uti hæc ratio affertur in *L. 7. pr. ff. l. 1. C. peric. & Com.*

„i) (QUIA NON SOLIUS REI RATIONE DOMINO TENETUR i. e. EX VI DOMINII:) Si enim domino teneretur, vi ſaltem dominii, omnino res peritura eſſet domino; effectus enim dominii eſt ut vindicari res poſſit, vindicari autem non poteſt res quæ periit:

„k) (QUOMODO QUIVIS POSSESSOR TENERETUR, UT SUPRA DIXIMUS:) Introducto enim dominio hanc quaſi ſocietatem contractam eſſe fingit, ut qui rem alienam haberet in ſua poteſtate eam domino redderet. *Vid. c.* 10. §. 1. *n.* 2. quod examinavimus *ibidem.*

„l) (SED ET RATIONE BENEFICÆ ACCEPTIONIS:) Dictum jam eſt, beneficam acceptionem periculum in commodatarium non transferre: Res perit domino.

m) (Grot.) (QUOD ITA VERUM EST NISI OMNINO ET APUD DOMINUM FUISSET PERITURA:) *Lex Wiſigothorum* lib. V. tit. V. c. 1. 2. 3.

ADDITIO.

„Imo ſemper domini eſt periculum rei, etſi apud eum non fuiſſet peritura: *l. 5. §. 7. Commod. Vid. ſupr. c. XI. §. 6.*

„n) (HOC ENIM CASU NIHIL PER COMMODATUM EI ABEST:) At nec tunc, ſi apud dominum peritura non fuiſſet, ei aliquid abeſt per commodatum, ſed per caſum, qui ſemper nocet domino: Etſi igitur occaſione commodati caſus contingat, ideo non poteſt transferri periculum in commodatarium qui conſenſu domini re utitur, adeoque cui imputari nihil poteſt.

„o) (CONTRA DEPOSITARIUS PRÆTER FIDELITATEM NIHIL RECIPIT:) Recipiendo enim fidelitatem alteri beneficium dat, adeoque ex hypotheſi Authoris ejus non eſt periculum:

„Differentia re igitur inter commodatum & depoſitum hanc facit Author, quod in *priori* commodatarius uſum rei alienæ accipiat, & quidem ex beneficio commodantis, cum in *poſteriori* depoſitarius merum onus, ſcl. fidelitatem, recipiat: unde concludit, *priori* caſu domino per beneficium aliquid abeſſe, non vero in caſu *poſteriori.* At dictum jam eſt commodatarium caſum non præſtare, ſed rem perire ſuo domino: neque (2) ratio illa, quod aliquid domino abeſſe videatur, obligationem inducit, quia nihil domino abeſt per commodatum, nam uſus rei ex ejus voluntate in alterum eſt translata, ſed per caſum, quem ſolus dominus præſtat.

„p) (IDEO SI PERIIT RES NON TENEBITUR:) *Primo* negamus aliud obtinere in commodatario aliud in depoſitario: *Secundo*, ratio, quod depoſitario non noceat caſus, non in eo conſiſtit quod præter fidelitatem nihil receperit, ſed quod res perire non poſſit niſi ei cujus eſt; caſus ergo nocet domino.

„q) (NON REI RATIONE, QUIA NON EXSTAT, NEC LOCUPLETIOR FACTUS EST:) Rei enim alienæ poſſeſſor tantum tenetur ad rei reſtitutionem ſi res exſtat; *l. 2. c. 10.* §. ſi non exſtat, & poſſeſſor locupletior inde factus eſt, tenetur quatenus eſt locupletior factus. *d. c. 10.* §. Neuter caſus hic exiſtit: res enim non exſtat, quia periit, nec locupletior factus eſt depoſitarius, qui nudam cuſtodiam ſuſcepit.

r) (NEC ACCEPTIONIS RATIONE, QUIA ACCIPIENDO BENEFICIUM NON ACCEPIT SED DEDIT:) Dixi acceptionem beneficii non eſſe cauſam transferendi periculi: Res perit domino.

„s) (IN PIGNORE MEDIA VIA SEQUENDA EST, UT QUI REM ACCEPIT NEC DE CASU QUOVIS TENEATUR, UTI COMMODATARIUS:) In pignore eadem ratio obtinet quæ in commodato & depoſito: Utrobique res perit domino, adeoque ratione *periculi* inter hæc negotia nulla eſt differentia: ſed præterea actio pigneratitia perit creditori, ſecuritas enim in re quæ non exſtat exigi nequit.

t) (UT ET IN LOCATO:) Quemadmodum pignus, ſi apud creditorem perit, perit debitori tanquam domino pignoris; ita res locata, quæ inter

pignore, [t] ut et in locato, media via ſequenda eſt, ut qui rem accepit nec de caſu quovis teneatur ut commodatarius, & [u] majorem tamen diligentiam quam depoſitarius præſtare debeat: [v] quia pignoris acceptio eſt quidem gratuita, ſed accedere ſolet contractui oneroſo.

2 [w] Quæ omnia Romanis quidem congruunt legibus, [x] ſed non ex illis primitus, ſed ex æquitate naturali veniunt. [y] Quare eadem apud alias quoque gentes reperire eſt. Inter cæteros apud Hæbreum Moſem Maimonidem libro III. ductoris dubitantium [z] Cap. 43. Spectavit huc Seneca cum dixit [aa] *alios fidem debere, alios tutelam.* VII. de Benefic. 19. [bb] Ad hanc vero formam de cæteris quoque contractibus judicium eſt faciendum. Sed [cc] generali tractatione quantum inſtituto noſtro ſufficit abſoluta, ſpeciales quaſdam contractuum quæſtiones percurramus.

§. XIV

„interit apud conducto remperit locatori: Atque hinc „hic quoque contractus ratione periculi noo differt „neque a commodato, nec a depoſito.

„u) (ET MAJOREM TAMEN OILIGENTIAM QUAM „OEPOSITARIUS PRÆSTARE DEBEAT:) Imo nec „hoc concedi poteſt; jure naturæ aliam diligentiam in *commodato* aliam in *depoſito*, aliam in „*pignore* & *locatione* præſtari: omnis culpa, etiam „leviſſima, in re aliena delictum eſt jure naturæ, & „damnum tali culpa datum ſemper reſtitutui debet „ab eo cuius culpa contigit. Jus Romaoum demum certos culpæ gradus pro varia æquitate cooſtituit, Nam in depoſito præſtare vult culpam „latam. *l. 5. §. 2. commod.* In pignore & locatione „levem, Laut. comp. p. 234.) in commodato leviſſimam *l. 61. §. 5. furt. l. 17. teſtam. quem aper.* cujus rei rationem ex principiis B. Pareotis explicavi in *Jure controv. Tit. commod. q. 10.*

„v) (QUIA PIGNORIS ACCEPTIO EST QUIDEM „GRATUITA, SEO ACCEOERE SOLET CONTRACTUI „ONEROSO:) Senſus eſt, quod pignoris datio per „ſe videatur actus liberalis, qua detentio rei conceditur; hoc autem negotium naturam trahere ex contractu oneroſo, cui ſecuritatem præſtat. *Vid. ſupr. §. 6.* „atque hanc ratiooem eſſe ait, cur in *pignore* caſus „quidem præſtetur ut in commodato, culpa autem „non item. At gratis hæc dicuntur: In *pignore* „idem jure naturæ obtinet quod in omnibus aliis „contractibus, nimirum quod res pereat domino, „& quod ſemper præſtetur culpa leviſſima: Neque Jure Romano ratio, quod culpa levis ſaltem „præſtetur, in eo ponitur, *quod pignoris acceptio, „ut ut gratuita, accedat contractui oneroſo*, ſed quia „utriusque ibi verſatur utilitas: *d. l. 5. §. 2. commod.*

„w) (QUÆ OMNIA ROMANIS CONGRUUNT „LEGIBUS:) Imo Jure Romano verum non eſt „commodatarium præſtare caſum; contrarium ſtatuitur in *§. 2. Inſt. quib. mod. re contrah. l. 5. §. „4. l. 18. pr. ff. commod. l. 1. C. Eod. l. 23. Reg. Jur.* „Sane quæ fortuitis caſibus accidunt in nullo bonæ „fidei judicio (adeoque nec in commodato) præſtari, traditur io *L. 6. C. pign. act.* & rem perire „domino regula naturæ eſt: *L. 9. C. de pign. act. „d. l. 6. L. 6. ff. Naut. foen. L. 39. ff. qui & a quib.* „adeoque ratione periculi idem obtinet in *commodato, depoſito, pignore & locato*; in omnibus enim „his contractibus res perit domino: Differentia „autem ratione graduum culpæ eſt mere juris civilis, cujus ratiooem allegavimus in præcedentibus.

„x) (SED NON EX ILLIS PRIMITUS, SED EX ÆQUITATE NATURALI VENIUNT:) Quod de caſu a „*commodatario* præſtando Author ſtatuit, neque „æquitati naturali, neque legibus Romanis conveoit: „differentia autem ratione præſtationis culpæ inter „*commodatarium & depoſitarium* non eſt ex jure naturæ, ſed ex ſolis legibus Romanis, quæ tamen æquitatem naturalem ſequuntur

y) (QUARE EADEM APUD ALIAS QUOQUE GENTES REPERIRE EST:) Nam regula naturæ eſt, „rem perire domioo. De depoſito furto ablato vide *Exod. c. 22. §. 6. & §. 10.*

z) (Grot.)(CAPITE 43.) Convenit cum *Exodi* loco cap. XXII, 7. 10. 11. 12. 13. *Moſes de Kotzi* præceptis jubentibus LXXXVIII. & LXXXIX,

„aa) ALIOS FIDEM DEBERE ALIOS TUTELAM:) „locus Senecæ plane hoc non quadrat: Loquitur „eoim de re quæ perit poſtquam reddita eſt, & de „hoc caſu ait, *non tutelam* (ſcilicet re jam reddita) „*deberi: ſed fidem* quam ſuſcipit de re reddenda, „quæ vero reddita eſt,

„bb) (AD HANC VERO FORMAM DE CAETERIS „QUOQUE CONTRACTIBUS JUDICIUM ERIT FACIENDUM:) Diſtinguendo nuoirum inter contractus „oneroſos, & qui beneficam acceptionem contioent; „At demooſtravimus hanc diſtinctionem nulla juris „ratiooe niti. Omnium contractuum eadem jure „naturæ eſt ratio, in omnibus res perit domino, & in „omnibus præſtatur culpa leviſſima circa rem alienam.

„cc) (GENERALI TRACTATIONE QUANTUM INSTI-

§. XIV.

1. ª Menſura ejus quod res quæque valeat maxime naturalis eſt in-

„TUTO NOSTRO SUFFICIT, ABSOLUTA:) Quam infeliciter hæc generalis tractatio de contractibus, de pœnitentia, de caſus præſtatione &c. Authori ceſſerit, jam vidimus: Infinitis diſtinctionibus, iisque obſcuris, vagis & plerumque falſis, totam materiam contractuum adeo intricavit, ut ipſe quid ſibi velit neſciat: cum tamen tota res, uti vidimus, ex ſimpliciſſimis principiis conſtet.

„a)(MENSURA EJUS QUOD RES QUÆQUE VALEAT MAXIME NATURALIS EST, INDIGENTIA:) Thema hoc prolixe tractavit B. Parens in Diſputatione *De vero rer. um pretio* §. 1. *usque ad* §. 23. quam quatenus ad propoſitum facit, inſerere hic liceat.

„Menſurarum plurimus in vita civilis uſus, tantaque eum utilitas tum neceſſitas eſt, ut nulla prope vitæ civilis pars iis carere poſſit: etſi enim incerta in obligationem venire poſſint, *l. 74. princ. l. 75. pr.* §. *4. 5. 8. de Verb. Obl. l. 40.* §. *1. ff. de Cond. indeb. l. 3. ff. de Cond. ſine cauſ. l. 3.* §. *f. ff. de Rei Vind.* præſtari tamen non niſi quod certum eſt poteſt, adeo, ut, cum incertum in obligatione eſt, ſententia Judicis id definiendum ſit, &, ſi definiri plane nequeat, nec obligatio valeat, nec ſententia. §. *Curare 32. Inſt. de ſent. quæ ſine cert. quant.* Unde de rerum menſuris, ſeu modis quibus ad certam quantitatem menſuramque exiguntur, tam neceſſaria in Jure quæſtio eſt, atque tractatio.

„Habent ſcil. res aliquam in ſe menſuram, ſed quæ non apparet, niſi exploretur comparatione ad aliam, quæ certa eſt. Id vero varie fit, prout varia ſunt quantitatum genera. Ita Logicorum Scholæ diſtinguunt quantitatem virtutis, quæ eſt perfectio rei & molis, quæ ipſis eſt vel diſcreta, ut numerus; vel continua, ut quod in longum, latum ac profundum patet. Item alia dicitur ſucceſſiva, ut tempus ac motus; alia permanens, ut modus fundi &c. Vid. Ariſtot. *de Categor.* quem alii quidem redarguunt, Vid. Derod. *Logic. part. 1. c. 9.* verum alterius id fori ac cathedræ eſt. Nos tantum ea, quæ noſtræ diſciplinæ ſunt, delibabimus.

„Ex tralatitia igitur, & luculentia ſatis JCtorum doctrina quantitas exquiritur numero, pondere, vel menſura. *Numero* metimur res, de quarum ſingularum quantitate, vel conſtat, vel non quæritur: *Pondere*, quæ dura ac ſolida ſunt: *Menſura*, quæ liquida, vel liquidis in eo ſimilia, quod per partium exilitatem menſuræ partes omnes, implere poſſint, uti frumenta: ſæpe & res fructusque majoris quantitatis, ſi ſcil. non tanta ſit ſingulorum corporum inter ſe diſparitas, ut inde notabilis menſuræ variatio oriatur, vel ſaltem non tanta, ut de ea admodum ſollicitì ſint illi inter quos res agitur. Unde eædem res partium voluntate ad numerum, menſuram, & pondus permutari poſſunt, &, licet plerumque ad numerum diſtrahantur, poſſunt tamen minores etiam ad menſuram, vel pondus: uti cum Cæſar populo triumphale epulum dare vellet, 6000. murenarum appenſa ab Hirtio accepit. Plin. *lib. 9. Hiſt. cap. 55.* Macrob. *Saturnal lib. 3. cap. 15.* Sed & aliud eſt, quæ res pondere, numero, menſura permutari conſenſu partium poſſint; aliud, quæ res non aliter ſoleant, uti res fungibiles, quæ in quantitate conſiſtunt, ſeu numero, pondere, & menſura conſtant: ita fundus ad menſuram ad jugera venire poteſt, *l. 1. princ. ff. de Condict. Tritic. l. 64. pr. ff. de Evict. l.* 40. §. *2. ff. de Contrah. emt. &c.* grex ovium ad numerum, *l. 35.* §. *6. ff. eod. tit.* non tamen ea in quantitate conſiſtunt.

„Non tamen autem vulgaris iſta, & mere quaſi mechanica metiendi ratio, ſed & alii eum occultiores, tum nobiliores modi ſunt, quorum uſus, cum in morali diſciplina & Juris prudentia, tum in omni vita civili eſt maximus. Nam & quandam virtutis quoque quantitatem allegavimus *ſupra* §. *2.* eamque metiuntur varii honorum dignitatumque gradus. Illi enim, naturaliter nihil aliud ſunt, quam æſtimationes virtutum, uti pœnæ æſtimationes delictorum: *l. 41. in f. ff. de Pœn.* & uti pro modo delicti pœna, ita pro modo virtutis vera dignitas definitur: Atque hæc eſt vera meriti ratio, ut proportio ſit, quemadmodum inter delicta & pœnas, ita inter virtutes & honores: ſive enim dignitas eo, quod meritus, vel quo dignus es, major eſt, hactenus erit indignitas; ſi minor, non deficit tamen dignitas, non magis quam jus ei, cujus eſt, etſi non tribuatur.

„Denique rerum quoque uſus & commoda quæcunque quantitatem habent: atque hæc eſt quæ rerum valor, ſeu æſtimatio dicitur, & de cujus vera menſura nunc quæritur; an ſcil. & quænam ſit quantitas, quæ cujusque rei valorem metiatur, adeoque ſit verum rei pretium? Quam quæſtionem paucis pro inſtituto & Diſputationis Inauguralis materia evolvam.

„Primum itaque in omnibus, quas recenſui ſpeciebus duplex eſt menſura; intrinſeca, quæ ipſi rei ineſt, de qua exploranda agitur; vel extrinſeca, cujus comparatione definitur atque cognoſcitur intrinſeca. Ita pannis, agris &c. ineſt longitudo certa, quæ ulnarum, decempedarum, ſimiliumque inſtrumentorum, quorum certa eſt ac conſtat menſura, comparatione exploratur. Atque ita ulnæ & decempedæ longitudo eſt, cum in agris, tum in ulna, decempeda &c. Pariter pondus auri & argenti eſt in ipſo auro, &c. ſed, cum id lateat, proditur appenſis ponderibus, quorum certa ac definita eſt quantitas. Et ſic frumenti acervo ineſt certa quantitas, ſed ignota: eam igitur detegimus modis

„modiis &c. qnorum modus partibus perspectus
„est; idemque in numero capitum gregis, atque
„ita de cæteris: adeo, ut dignitas quoque, quæ
„est virtutis mensura, & in ipsis virtutis merito
„sit, & in collata dignitate.

„In eundem modum, valor & æstimatio quo-
„que rerum intrinseca est, vel intrinseca. Intrin-
„secea est in rebus ipsis, extrinseca in illa rerum
„mensura, quam jam quærimus. Hinc, qui rem
„habet, ejus etiam æstimationem habere dicitur,
„scil. intrinsecam, quæ ipsa re cnntinetur: *l. 88.*
„*princ. ff. de Verb. Sign.* ubi dicitur centies au-
„reorum habere, qui tantum in prædiis, cæteris-
„que similibus rebus habeat. Nam econtrario,
„qui æstimationem (extrinsecam) habet, etiam
„omnes res habere videtur, quæ ea comparari pos-
„sunt: *d. l. 88. in fin.* licet æstimatione extrinseca,
„v. gr. 100. aureis legatis, etsi tot aurei in bonis
„non sint, ex bonis tamen redigendi sunt. *l. 12.*
„*princ. ff. de Legat. II.*

„Primum itaque de valore rerum *intriuseco* ut
„videamus. Ille definitur ita, ut quo plus inde
„utilitatis exspectatur, eo majoris æstimetur: unde
„verum fundi pretium ad reditus proventusque
„annui rationes exigitur, *l. 92. princ.* ibi: *excusso*
„*pretio secundum reditus ejus fundi. ff. de Legat. l.*
„*pen. princ.* ibi: *pro fructum modo pretium inven-*
„*turus. ff. reb. cor. qua sub tut. arg. l. 3. §. fin. ff.*
„*ad l. Falcid. l. 16. C. de Rescind. Vend.*

„Verum utilitas illa non semper respicitur qua-
„lis in se sit, sed & qualis ei qui rem sibi com-
„paraturus est: Is enim non tam spectat quid in
„se, vel aliis, sed quid sibi utile sit, & ne hoc
„quidem quid sua vere intersit, sed quid sibi ex-
„pedire existimet, quin quidquid desideriis suis
„maxime eongruere arbitretur. Unde varie putari
„potest, & æstimari rei utilitas: Vel enim (1) spe-
„ctatur rei utilitas, quatenus in se & a natura est,
„atque adeo respectu hominum communiter, &
„hinc pretium rei *naturale* est, *l. 63. princ.* ibi: *Pre-*
„*tia rerum communiter fungnutur. ff. ad L. Falcid.*
„Sen. *Epist. 66.* Vel (2) spectatur illa respectu
„certi populi, cum pretia locis ac populis varient,
„ex causis quæ deinceps tradentur, idque *pre-*
„*tium civile*, explicationis melioris ergo, licebit
„appellare, de quo *d. l. 63. §. fin.* Vel (3) respe-
„ctu privati, cujus peculiaris utilitas, sed vera spe-
„ctatur, idque proprie non pretium, sed, *id quod*
„*interest*, aliquando tamen *pretium singulare* vo-
„cari solet: *d. l. 63. pr.* ibi: *non utilitate singulo-*
„*rum.* Dd. *ad l. un. C. de sent. qua pro eo, quod*
„*int.* & ex quibusdam causis, præter commune
„pretium, creditor id quoque, quod sua interest,
„recipit. Vel (4) respectu privati, cujus affectu
„utilitas æstimatur; *d. l. 63. princ* ibi: *Affectu*
„*singulorum*; &c. uti, quod partes consensu in emtio-
„ne constituunt, & *pretium arbitrarium* dici pos-
„set. *princ. Inst. de Emt. & Vend.* ibi: *simulat-*
„*que de pretio convenerit.*

„Etsi autem in Jure commune precium rerum
„illud intelligant, & numine pretii veniat, quod
„civile diximus, & in Imperio verum precium
„est; tamen in quibusdam casibus JCti Romani
„prudentec secuti sunt precium naturale, ut in
„Lege aquilia; quod ut intelligatur, ejus precii
„ratio paucis excutienda est.

„Naturali igitur æstimatione tanto pluris res
„est, quanto plus vere utilitatis affert in commu-
„nem hominum societatem: qua ratione certum
„est, aquam in humana societate & naturaliter
„longe majoris esse pretii, quam quicquid e terris
„effoditur, vel ex concha, vel murice, divitiarum
„nascitur, sine his enim homines vivere possunt,
„& sine iis diu humanum genus substitit, ac multi
„populi ad hæc usque secula substitere, sine aqua
„vero neutiquam possunt. Ita eadem naturali
„æstimatione infinite majus precium erit edulio-
„rum, & eorum, quæ natura ad alendos vestien-
„dosque homines condidit, quam omnium totius
„orbis gemmarum, auri, argenti &c. ex eadem,
„quam modo dedi, ratione.

„Quod si ratio, quæ tamen certa ac evidens est,
„non pervincat, hominibus totius ætatis præjudi-
„cio occupatis, appellamus præterea experientiæ
„fidem, & incorruptiora hominum, sincerius &
„naturalius res æstimantium, judicia. In altera
„navigatione Americi Vesputii referunt: *Cum*
„*Valboa, Hispanorum in America Dux, fœdus cum*
„*Panchaico Indo, qui jam baptizatus & Carolus*
„*dictus fuerat, contraxisset, atque ille ex fœderis*
„*placito magnam vim auri &c. afferret, ac in*
„*divisione Hispani rixantes ad manus prope veni-*
„*rent, risit eos Indus, quod de auro litigarent,*
„AC SI EA RES ESUI POTUIQUE ESSET, *promi-*
„*sitque, se satiaturum eos tam vili metallo: atque*
„*in eam rem consilium ipsis dedit.* Similia refe-
„runtur, inventa primum Grœnlandia de ejus in-
„colis, & de omnibus prope novi orbis populis,
„qui aurum, argentum, uniones &c. vitro, cre-
„pundiis, aliisque vilissimis rebus permutant.
„Quin de Germanis, Majoribus nostris, ait Taci-
„tus *de Mor. German. cap. 5. Auri argentique*
„*possessione & usu, haud perinde eos affici; & vi-*
„*dere apud illos esse argentea vasa Legatis & Prin-*
„*cipibus eorum numeri data, non in alia vilitate,*
„*quam qua humo finguntur.* Additque, *Gallis*
„*tamen proximos, ob usum commerciorum, aurum*
„*& argentum in pretio habere.* Nullum itaque
„natura pretium habuit, sed ab usu civili com-
„merciorum accepit. Idem *d. lib. cap. 45.* refert
„de pretiosissimo illo succino, (Bernstein) quod
„apud Æstyos invenitur, (ubi hodie sub felicissi-
„mis Gloriosissimi Regis Borussici auspiciis anti-
„quissimum Prutentii & Videvuti Regnum in vi-
„cino Monte Regio auspicatissimo omine ac no-
„mine restauratum est, quod Deus O. M. Regiæ
„ipsius Majestati fortunare porro velit,) *diu illud*
„*inter cætera ejectamenta maris jacuisse, donec lu-*
„*xuria aliarum Gentium nomen ipsi dederit.* Tum
„pergit *Æstyis* (Germano populo) *in nullo usu,*
„*rude legi, informe perferri, preciumque miran-*
„*tes accipere.* Adeo igitur nullum ejus pretium
„ex natura agnovere, ut mirati fuerint, esse ho-
„mines qui pretium pro eo solverent. Atque
„hoc probat vetus fabula Midæ, qui precibus a
„Baccho impetraverat, ut quicquid contingeret,
„aurum fieret, omne pretium in auro situm esse
„ratus: Verum, cum hoc facto etiam cibus, &

„potus, & vestes contractu aurum fierent, jamque vivendi copia relicta non esset, illico eum pœnituit & voti, & stultitiæ; agnovitque quanti minoris aurum, quo vita hominum carere potest, quam hæ res, quibus non potest; damnatoque voto suo has precibus a Baccho recepit. *Ovid. Metam. lib. 11. fab. 3.* Idque est, quod Prudentes veteres inculcare hoc involucro hominibus, auri adeo sitientibus, voluerunt.

„Hoc precium naturale secuta est lex Aquilia, & majoris æstimavit damnum pecudis & oviculæ occisæ, quam gemmarum similiumque rerum pretiosissimarum; Illius enim, quam harum gravior reparatio fuit, &, qui vel oviculam occidisset, quanti retro res plurimi in anno fuit: qui gemmas &c. tantum quanti fuit in mense, restituere; ille ex primo, hic ex tertio capite tenetur. Cujus rei causa alia non est, quam precium rei naturale: vix enim res aliæ mobiles sunt, quæ tantum utilitatum ad communem hominum vitam afferunt, quam pecudes: sic oves, quæ ad usum, potum, vestitum, necessaria sunt, producunt, & ad stercorandum agrum, aliæ vero, etiam ad onera ferenda, (quæ res in vita humana maximi momenti est,) agrumque colendum prosunt: Unde pecudes servis in illo capite æquiparantur, per quos, tanquam organa & instrumenta rationalia, maxime omnium rebus gerendis idonea, plurimum inprimis præsidii ac commodi dominis affluit.

„Cæterum hoc naturale pretium solum in vita civili non attenditur, ut Seneca *d. Epist. 66.* jam jam docuit: *Ex opinione, non ex natura pretia rebus imponi:* idque duabus inprimis ex causis. Nam (I) precium augetur difficultate: ut adeo, etsi par eademque duarum rerum in Rep. sit utilitas, illa tamen pluris valeat, quæ difficilior est comparatu; uti aquæ summa est utilitas, & tamen nullius illa precii, propter copiam, &, cum passim obvia sit, ejus percipiendæ facilitatem: unde Plato aquam *τὸ ἄριστον & τὸ εὐωνότατον, rem & optimam & minimi precii* dixit. Cum e contrario vini pretium majus sit, etsi usus minor; quippe cujus multo difficilior est comparatio, quam aquæ.

„(II.) Hisce porro, quæ ad hominum necessitatem natura condidit, non contenti homines, avidius adhuc cupeverunt ea, quorum ad ambitionem, luxum, elegantiam, superbiam, usus est, eaque cupiditate precium fecere iis quoque rebus, quibus facile carere societas hominum posset. Ut adeo vere dixerit Plin. *lib. 9. Hist. 35. Margaritis pretium luxuria fecit.* Quod per singulas gemmarum species exponit idem Plin. *l. 37. pass.* atque uberius Cicero *lib. 1. de Offic. vers. Fundamentum. Delectant*, ait, *magnifici apparatus, vitaque cultus cum elegantia & copia, quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset.* Et Curt. *lib. 8. cap. 9. Æstimantur purgamenta æstuantis freti pretio, quod libido constituit.* Hinc factum, ut sensim pretium rerum supervacuarum, & quæ luxum alunt, æstimatio tanto intervallo rerum necessariarum pretia exsuperaverit, ut quædam gemmæ, extra pretia opum humanarum visæ fuerint. Plin. *d. l. 37. in proœm. & cap. 1.* Refert item Plutarch. *in Caton. Maj. cap. 35. admiratum fuisse Aristonem, eos potius beatos vulgo videri, qui supervacua, quam qui necessaria ad usum vitæ possiderent.*

„Cum igitur adeo varient rerum pretia locis, temporibus, affectu, &c. *l. 63. §. f. ff. Ad L. Falcid.* quæritur, quæ sit in tanta varietate & incerto rei valore, naturalis, & vera rerum ac pretii mensura? Aristoteles INDIGENTIAM fecit rerum mensuram, *lib. 5. & Nicom. cap. 5.* Δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι: Τοῦτο δ' ἐςὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ, ἡ χρεία πάντα συνέχει: *Oportet igitur unum aliquod cuncta metiri: hoc autem revera est* INDIGENTIA, *quæ cuncta complectitur.* Additque hanc rationem: *Nisi enim indigerent, vel non pariter indigerent, aut plane non fieret commutatio, aut non hæc fieret.*

„Nihil equidem verius, si recte intelligatur: etsi Grotius *de J. B. & P. lib. 2. c. 12. §. 14.* existimet, *indigentiam esse quidem rerum mensuram naturalem, sed non solam, quod hominum voluntas multas res magis desideret, quam sint necessariæ.* D. Puffendorff. vero *lib. 5. cap. 1. §. 4.* id quoque improbat, & eadem tamen utitur ratione, quod ita pretium luxuriæ non esset: Ipse vero *d. c. 1. §. 8. & seq.* substituit vagos & arbitrio fictos, nihilque cohærentes, neque ratione probatos discursus, pestes Juris Naturalis. Neque vero assecutos eos fuisse sententiam Philosophi, neque ad rationem, qua ille utitur, animum satis advertisse, facile apparebit.

„Inprimis igitur negandum est, quod D. Puffendorf. *d. c. 1. §. 4.* ponit, *indigere non nisi illis rebus nos dici, quibus sine gravi incommodo carere nequimus:* Nam e contrario, voce χρείας ac indigentiæ, & Philosopho, & aliis bonis autoribus intelligitur in genere carentia ejus, quod cupimus: & quicquid volumus, ac desideramus, si ad manus non sit, eo indigere nos recte dicimur. Fidem rei facit Cicero *lib. 1. Tuscul. quæst. cap. 88.* ubi ait: *Carere hoc significat, egere eo, quod habere velis*, deinde mox addit, *neminem carere eo, quod non indiget.* i. e. quod non cupit: uti ex iis, quæ præcedunt, apparet. Et jam dixerat *d. l. & c. 87. Desiderat, requirit, indiget.* Sic Regno indiget, qui ejus cupidus est; & margaritis, qui iis ornari discupit; nec habet, etsi homines eis carere facile possint. Atque hoc levi momento vocis, & defenditur Philosophus, & evanescunt scrupuli Grotii & Puffendorffii.

„Hoc igitur sensu χρείαν seu indigentiam (publicam scl.) esse unicam, veram, ac naturalem rerum, earumque pretii mensuram, & ratione constat & experientia. Ut vero evidentior res fiat, videndum ante quibus modis augeatur, aut remittatur indigentia. Fit hoc duplici maxime ratione: (1) usus frequentia, & (2) comparandi difficultate. Quo enim frequentior est usus, & difficilior comparatio, eo major est rei indigentia, eoque adeo majus pretium, quod indigentia metitur.

„Hinc

indigentia, *b*; ut Aristoteles recte ostendit, *c* quod in permutationibus rerum apud barbaros populos maxime spectatur. *d* non tamen hæc unica est mensura. *e* Nam hominum voluntas, *f* quæ rerum domina est, multas res magis desiderat quam sunt necessariæ. *g* Margaritis Mor. Nic. V. 8

„Hine est, quod annorum sterilitate crescat „illico fructuum pretium, cum eorum usus sit „omnium communis, & minus jam sufficiant, „difficiliusque adeo acquirantur. Ut econtrario, „annorum ubertate, aucta fructuum, eosque ac„quirendi copia, pretium sensim evilescit. Hinc „& in locis, ubi rari sunt fontes & fluvii, aqua „ipsa jam venalis esse incipit. *l. 14. §. 2. ff. de „Alim. leg.* Hinc maximum beneficium visum „fuit, quod M. Manlio, cum Capitolium obses„sum a Gallis servasset, obsessi Romani selibras „farris & quartarios vini concesserint, cum obsi„dio earum rerum procurandarum facultatem „intercluderet: *Rem dictu parvam*, inquit Livius „*lib. 5. cap. 47. caeterum inopia fecerat eam argu„mentum ingens caritatis.* Ita & Diodor. Sicul. „*lib 3. cap. 45. in fin.* tradit: In Arabica Felici, „cum penuria sit æris & ferri, auri autem copia, „æquali ea pondere permutari a mercatoribus.

„Et Belgæ, ne vilesceret pretium piperis ac„quirendi facilitate & copia, ingentes terrarum, „quæ piper produxerunt, tractus vastasse dicun„tur. Ita & de biblo traditur, non permitti id „multis in locis nasci, ut penuria pretium augea„tur. *Strab. l. 17.*

„Hinc igitur sequitur, si in Civitate duæ res „sint diversissimæ, sed quarum æque communis „est usus, & par comparandi difficultas, atque ita „par indigentia, par quoque omnino utriusque „rei pretium esse. Si vero alterius rei vel fre„quentior usus, vel major parandi difficultas fue„rit, hoc ipso, ejus quoque pretium majus erit „Nec dices, posse emtorem alteram rem majoris „emere. Non enim de pretio voluntario, quod „consensu & arbitrio suo partes constituunt, sed „de pretio rerum publico agimus: pars enim re„bus suis abuti, & pro lubitu pretium majus sol„vere potest; verum, si emtor ille, cum eodem „pretio in civitate rem comparare posset, multo „pluris emat, venditor ex stultitia emtoris id pre„tium habere dicitur *in l. 3. pr. ff. ad leg. Falc.*

„Atque hæc fuit antiquissima res ab invicem „acquirendi ratio, permutando scl. merces, qua„rum par esset utrinque indigentia. Ita Germa„nos olim non pecunia, sed *simplicius & anti„quius permutatione mercium usos*, testatur Taci„tus *de Mor. German. cap. 5.* Et antiquissimum „id genus contrahendi fuisse, ait Imperator *in §. „2. Inst. de Emt. & Vend.* indeque emtionis or„ginem cepisse JCtus *in L. 1. pr. ff. de Contrah. „Emt.*

„*b*) (UT ARISTOTELES RECTE OSTENDIT:) L. 5. „Nic. 5. *oportet unum aliquod cuncta metiri hoc „autem revera est indigentia, quæ cuncta comple„ctitur. Nisi enim indigerent vel non pariter indi„gerent, aut plane non fieret commutatio, aut non „hæc fueret.*

„*c*) (QUOD IN PERMUTATIONIBUS RERUM APUD „BARBAROS MAXIME SPECTATUR:) Non enim „permutatione res quærunt alias quam quibus „indigent.

d) (NON TAMEN HÆC EST UNICA MENSURA:) Imo unica; quia indigentia est carentia ejus quod habere volumus & cupimus, etsi id necessarium nobis non sit.

e) (NAM HOMINUM VOLUNTAS &c. MULTAS RES MAGIS DESIDERAT QUAM SUNT NECESSARIÆ;) At dictum est, & hoc pertinere ad indigentiam, quæ est ejus quod volumus ac cupimus, unde aliud est pretium naturale rei, aliud ex affectu hominum, qui sæpius cupiunt quæ per se inutilia quin noxia sunt, & superbiæ, luxuriæ, fæ vitiæ &c. inserviunt; at tunc ex affectu quoque hæc indigentia est, quia qui volunt, etsi inutilia, nec ea habent, iis indigent.

„*f*) (QUÆ RERUM DOMINA EST:) Voluntas im„proprie dicitur rerum domina;

g) (Grot.) (MARGARITIS PRETIA LUXURIA FECIT:) Idem libro XXXVII. de gemmis (c. 6): *Singulorum libido singulis modum facit, & maxime regum.* Et libro XXXII. *Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, tantum apud Indos in corallio: namque ista persuasione gentium constant.* (*c. 2.*) *Augustinus* de Civitate Dei libro XI, cap. 16. *Sed quid mirum, cum in ipsorum etiam hominum æstimatione, quorum certe natura tanta est dignitatis, plerumque carius comparetur equus quam servus, gemma quam famula? ita in tali libertate judicandi plurimum distat ratio considerantis a necessitate indigentis, seu voluptate cupientis, cum ista quid per se ipsum in rerum gradibus pendat, necessitas autem quid propter quid expetat, cogitet: & ista quid verum luci mentis appareat, voluptas vero quid jucundum corporis sensibus blandiatur, exquirat.*

ADDITIO.

„Similia vide apud Senecam *de brevit. vit. c. 12. „Corinthia paucorum furore pretiosa.* Idem *cap. 66. „& de benef. l. 5. c. 12. 13. 4. & pass. Plin. L. 4. „ep. 6. & ep. 20. Sext. empyr. pyrrhon. L. 1. „c. 4. Mamertin. in paneg Julian. quæsitissima „dapes non gustu sed difficultatibus æstimantur. „Plin. Hist. 32. c. 2. Vid. Puffend. L. 5. c. 1. §. 6. „& Tesm. b.*

„*h*) (ET CONTRA EVENIT UT RES MAXIME „NECESSARIÆ MINORIS SINT PROPTER COPIAM: „Plato Euthydemio, *Quod rarum id pretiosum, „aqua autem vilissimo pretio emitur, cum sit opti-*

Hist. Nat XX.15. tis, inquit Plinius, *pretia luxuria fecit.* Et Cicero Verrina de In Verr. IV.7. signis: *Qui modus est in his rebus cupiditatis, idem est æstimationis*: Et contra [h] evenit ut res maxime necessariæ minoris sint propter copiam. Quod Seneca multis exemplis ostendit libro de Beneficiis VI. Cap. 15. ubi & hoc addit: [i] *Pretium cujusque rei pro tempore est, cum bene ista laudaveris, tanti sunt quanto pluris venire non possunt* [k] Paulus juris- L.61. D ad l. Falc. consultus: *Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum,* [l] *sed communiter funguntur*: Id est, ut alibi explicat, *quanti omnibus valeret.* L.33. D. ad leg. Aquil. [m] Hinc fit ut res tanti æstimetur, quantum pro ea communiter offerri aut dari solet, quod vix est ut non aliquam latitudinem habeat, intra quam [n] plus minusve dari aut exigi possit, [o] nisi ubi lex certum rebus pretium ἐν ςιγμῇ, ut Aristoteles loquitur, id est *in puncto* constituit.

2. In communi autem illo pretio [p] ratio haberi solet laborum & expensarum quas mercatores faciunt, soletque subito quoque [q] mutari ex copia & inopia ementium, pecuniæ, mercium. Cæterum possunt & quædam esse rei accidentia æstimabilia, ob quæ res licite supra aut infra commune pretium ematur vendaturve, [r] puta ob damnum consequens, [s] lucrum cessans, [t] affectum peculiarem, [u] aut si

„ma: Sed hoc quoque est ex indigentia, quia tum „magis cupimus, eoque magis indigemus iis quæ „minus necessaria sunt.

„i) (PRETIUM CUJUSQUE REI PRO TEMPORE „EST:) Nimirum prout magis vel minus indige„mus.

„k) (PAULUS:) *L. 63. ff. ad. leg. falc. ibique „Goth.* Adde *Socin. Reg. jur. 343.*

l) (Grot.) (SED COMMUNITER FUNGUNTUR:) Plin. lib. XVIII. c. 31. *Æqui patris familias modus est, annona cujusque anni uti.*

ADDITIO.

Vera omnino est Pauli sententia, quia si publice abundat singuli non indigent, adeoque sola indigentia publica non privata metitur rerum pretia, & quo magis publicum re aliqua indiget, eo pluris, & quo minus indiget, eo minoris est: Equidem dissentit *Puffendorf. l. 5. c. 1.* quia sic nullum luxuriæ pretium foret: sed illa ipsa luxuria publica facit indigentiam, & hæc pretium.

„m) (HINC FIT UT RES TANTI ÆSTIMETUR, „QUANTUM PRO EA COMMUNITER OFFERRI AUT „DARI SOLET:) Offerri autem & dari solet pro „indigentia communi, i. e. prout communiter „cupiunt.

„n) (PLUS MINUSVE:) Quo magis vel minus „quis indiget.

„o) (NISI LEX CERTUM PRETIUM:) Tunc „enim lex indigentiam definit.

p) (Grot.) (RATIO HABERI SOLET LABORUM ET EXPENSARUM:) Nec improbat id *Augustinus* ad Ps. XXX. *Sed ait ipse mercator: affero ex longinquo merces: mercedem laboris mei unde vivam peto, dignus est enim mercenarius mercede sua: de mendacio & perjurio agitur, non de negotio.* (§. 17. *Edict. Benedictin.* ubi verba paullo aliter leguntur.)

ADDITIO.

„Difficultas enim comparandi auget indigen„tiam, quia tunc magis cupimus.

„q) (MUTARI EX COPIA ET INOPIA EMENTI„UM:) Nam eo major indigentia est, & eo ma„gis cupimus, quo plures sunt qui eandem rem „emunt.

„r) (PUTA OB DAMNUM CONSEQUENS:) Hic „enim metus minuit indigentiam.

„s) (LUCRUM CESSANS:) Si enim rem sterilem emo, minuitur indigentia, si ex ea insignem „utilitatem spero, augetur.

„t) (AFFECTUM PECULIAREM:) Exposuit rem „B. Parens in Disput. de pretio affectionis §. 8. „9. 29. & 30. verba hæc sunt

„Sed de pretio in genere jam plus satis: eo „vero non tantum quæ diximus, sed eadem ra„tione omnia omnino continentur, quæ cara, ju„cunda, amœnaque, aut aliis in rebus sunt optabilia: nam & hæc inter se comparari possunt, „& communi mensura seu pretio pensitata sui in„digentiam supplere. In utrisque etiam, quoad „verum pretium, publica indigentia inspicitur, „non privatus affectus, etsi hic, si partes consentiant, accedere possit, quod justam æstimationem „non impedit.

„In

si in gratiam alterius res vendatur ematurve, alioqui non emenda aut vendenda, [v] quæ ipsa accidentia ei cum quo agitur indicanda sunt. Ejus quoque damni aut lucri cessantis ratio haberi potest, quod ex pretii solutione dilata aut anticipata nascitur.

§. XV.

1. De venditione & emtione notandum, [a] etiam sine traditione, ipso contractus momento transferri dominium posse, atque id esse simplicissimum: ita [b] Senecæ venditio *alienatio est, & rei suæ jurisque sui in alium translatio* [c] nam & ita fit in permutatione [d] Quod si actum sit, ne statim dominium transeat, obligabitur venditor ad dandum dominium, [e] atque interim res erit commodo & pe-

„In pretio autem affectionis quædam sunt singularia: regulariter enim id non attenditur, sed „pretium publicum: *L. 63. pr. ff. ad l. falc.* nisi „in contractibus ex consensu partium. *l. 8. C. de* „*rescind. vend.* Sed & admittitur illud, quoties „actor petit rem quæ ipsius est, vel repetit quæ „fuit, si per adversarii contumaciam, vel dolum „(quo hic continetur lata culpa, per ea quæ diximus *in Collat. Jur.*) ea carere cogitur, præstito „scil. jurejurando in litem; de quo *tit. ff. & C.* „*de in lit. jur.* non autem si quis petit rem ex „nova causa jam demum sibi deberi cœptam; uti „in emtione, &c. cum enim res actori inde debita ejus nec sit, nec fuerit, non censetur tanti „esse re carère quam nunquam habuit, ut ideo „reus infinitu affectionis pretio mulctari debeat; „neque affectio in re aliena satis legitima, ut ejus „pretium quoque peti queat.

„Amœnitatum, aliarumque jucunditatum vera „quoque æstimatio est, pro varia earum indigentia, non quidem seorsim, sed quatenus rebus cohærent; *l. 86. ff. de V. S.* quippe quas pretiosiores reddunt: adeoque seorsim neque sunt in bonis, neque extra bona. *l. 1. ff. de Usufr. leg.* „*junct. d. l. 85.*

„Hinc (1) servitutes de iis possunt constitui; „uti Servitus prospectus *l. 3. ff. de S. P. U.* & (2) „amœnitatis causa fructuarius potest interdicto „quod vi, aut clam, *l. 16. §. 1. ff. quod vi, aut cl.* „& per consequens etiam confessoria nomine „suo agere, vel procuratoria novum opus nunciare; adeoque amœnitas continetur sub utilitate, „& est pars ususfructus *arg. d. l. 16. l. 45. §. 13 ff. de* „*jur. fisc.* (3) Pars quoque salarii esse potest, „amœnitatibus uti *l. alt. C. de Cupress.* ubi Imperator ejus loco libram auri concedit. (4) Si ad „amœnitatem prædiis aliquid comparatum est, id „ejus additamentum videtur, ejusque legato continetur.' *l. 81. §. pen. de leg. 3.* Quæ materia „plenius exequenda esset, nisi modum dissertationis ordinarium excederet.

„*u*) (AUT SI IN GRATIAM ALTERIUS REVENDATUR &c.) Si quis emit rem in gratiam „alterius, alias non emturus, animus hic auget „indigentiam, i. e. magis cupit: eodem modo „uti minuitur pretium si venditor in gratiam alterius vendit:

„*v*) (QUÆ IPSA ACCIDENTIA EI CUM QUO AGITUR INDICANDA SUNT:) Quia scilicet ex sententia Authoris æqualitas requiritur inter pretium „& rem: quod cum verum non sit, sponte sequitur nullam esse indicandi necessitatem: sufficit „quod partes pro lubitu de suo jure disponere „possint: prout igitur disponunt ita jus est.

„*w*) (QUOD EX PRETII SOLUTIONE DILATA „AUT ANTICIPATA NASCITUR:) Augetur enim indigentia quo diutius vel re vel pretio carere quis „debet: *§. 33. Inst. act. Mart. 6. ep. 30.*

a) (ETIAM SINE TRADITIONE IPSO CONTRACTUS MOMENTO TRANSFERRI DOMINIUM POSSE:) Imo pugnat cum naturæ ratione sine traditione dominium transferri, & verbis fieri posse ut res sit in tua potestate *Vid. supr. c. 8. §. pen.* Emtio venditio igitur est saltem promissio de transferendo rei dominio, ex qua sola persona obligatur.

b) (Grot.) (SENECÆ:) In *l. 5. de benef. cap. 10.*

ADDITIO.

„Seneca non ait per alienationem dominium „rei in emtorem transferri, sed per venditionem „rem & jus venditoris in emtorem transferri, ad „eum effectum, ut venditor id quod tenuit, NB. „*habendum emtori tradere debeat.* Adeoque persona saltem obligatur ad tradendum,

„*c*) (NAM ET ITA FIT IN PERMUTATIONE:) „Imo permutatio incipit a datione: adeoque dominium per traditionem transfertur. Dispar „igitur ratio est in emtione, quæ consensu perficitur, adeoque unde persona saltem obligatur „ad rem tradendam:

„*d*) (QUOD SI ACTUM SIT NE STATIM TRANSEAT DOMINIUM, OBLIGABITUR AD DANDUM „DOMINIUM:) Imo in emtione semper id actum „est ante traditionem, etsi id dictum non sit.

„*e*) (ATQUE INTERIM RES ERIT COMMODO ET „PERICULO VENDITORIS) Imo periculum & commodum statim ac perfecta est emtio pertinet ad „emtorem, etiam ante traditionem, *§. 3. Inst. de* „*Emt. vend. l. 1. l. 4. l. 5. l. 6. C. Contr. emt. l.*

periculo venditoris: quare [f] quod venditio & emtio constat præstando ut habere liceat, [g] & evictionem, [h] item quod res periculo est emtoris, [i] & ut fructus ad eum pertineant antequam dominium transeat, commenta sunt juris civilis, [k] quod nec ubique observatur: imo plerisque legum conditoribus placuisse, ut ad traditionem usque res commodo & periculo venditoris sit, [l] notavit Theophra-
Serm. 42 stus in loco qui [m] apud Stobæum est, [n] ubi & multa alia instituta re-pe-

,,ti. *l. 34. §. 6. l. 35. §. 4. l. 81. ff. Eod. l. 13. V. O. l. 5. §. f. Resc. vend.* Perfecta autem est, quoad effectum periculi, ex quo constat quid quale & quantum venditum sit. *l. 8. ff. peric. & comm.*

,,Ratio naturalis in aprico est, cum enim perfecta emtione jus emtori competat rem illam petendi, facile constat actionem inanem esse re perdita, nec exigi posse rem quæ non existit; debitor ergo rei certæ liberatur rei interitu. Idque adeo verum est, ut emtor pretium rei deperditæ venditori solvere teneatur, ac si rem tradidisset. *d. §. 3. l. 6. C Per & com. l. 5. §. 5. Resc. vend. l. 20 1. Præscr. verb* Neque *obstat*, venditorem ante traditionem manere rei dominum, rem autem perire domino. Resp. verum hoc est, quoad dominium: sed præterea quoque res perit ei, qui jus habet eam petendi, adeoque & emturi.

,,Aliud autem obtinet, & periculum *venditoris* est, (1) si non constat quid, quale, & quantum venditum sit, *d. l. 8. ff. per. & comm.* uti si venditio facta est ad mensuram, vel probationem, vel si non res certa sed quantitas vendita est. *l. 34. §. 5. ff. C. E. Laut. p. 353. l. 5. pr. Per. & com.* Idem quoque dicendum (2) si genus venditum, species autem demonstrata non est. *l. 4. §. 1. Per. & com. Laut. pag. 354.* (3) Si venditoris dolo vel culpa casus existit, *§. 3. Inst. de emt. l. 23. V. O. l. 21. §. 3. Act. emt. l. 91. V. O. l. fin. Per. & com. l. 12. ff. Eod. Laut. p. 552.* quo etiam pertinet si est in mora tradendi. *d. l. 23. d. l. 91. l 5. ff. Act. emt.* vel si res periit ex præcedenti vitio; *l. 33. Locat. Laut. pag 352. l. 7. pr. Per. & com.* item si venditor cedere actiones emtori non potest, quibus hic rem quæ casu periit, consequi posset. *l. 35. §. 4. C. E. l. 80. Furt.*

,,(4) Si venditor speciali pacto casum recepit, *l. 1. pr. & com. l. 5. § fin. Rescind. vend.* non si nudam custodiam promisit. *Laut. p. 352.*

,,NB. Casum, i. e. rem vere periisse probat is, qui eum allegat: culpam vero is, qui alteri eam imputat, adeoque in ea se fundat. *Laut. p. 282. & 391.*

,,*f*) (QUOD VENDITIO &c. CONSTAT PRÆSTANDO UT HABERE LICEAT,' &c. EST COMMENTUM JURIS CIVILIS:) Hoc non est commentum juris civilis, sed ipsa ratione naturali actio saltem in personam venditoris datur, ad præstandum ut emtori rem habere liceat, id enim promisit: dominium autem ante traditionem in emtorem non transire diximus.

,,*g*) (ET EVICTIONEM:) Neque hæc præstationis necessitas est commentum juris civilis: Si enim venditor non præstat habere licere rem, (uti non præstat si evincitur) naturali ratione tenetur ad omne id quod interest, i. e. tenetur ad evictionem, quia jus quod mihi promisit in me non transtulit, adeoque plus suo habet.

,,*h*) (ITEM QUOD RES EST PERICULO EMTORIS:) Rationem naturalem explicavi *in præced. lit. e.* modo constet de re, quid nimirum, quale & quantum venditum sit, *ibid.*

,,*i*) (ET UT FRUCTUS AD EUM PERTINEANT, ANTEQUAM DOMINIUM TRANSEAT:) Hoc de pendentibus verum est, non vero de perceptis, Sane uti emtor non solvit usuras pretii ante traditionem, ita nec venditor utilitatem rei, seu fructus.

,,Neque in jure Romano ullibi id statuitur, sed saltem de commodo quod rei accedit, v. g. per alluvionem, asseritur, id cedere emtori, nam pars rei est, quæ vendita fuit; quod secus se habet in fructibus perceptis. *Dissentit. Laut. comp. pag. 360.*

,,*k*) (QUOD NEC UBIQUE OBSERVATUR:) Imo apud pleraque gentes observatur hoc jus naturæ, & in paucis locis aliud statutum est.

,,*l*) (NOTAVIT THEOPHRASTUS:) Hic varias gentium leges variosque mores recensens, ait: *quasdam statuere venditorem dominum manere donec emtor rem accipiat*, quod naturale est: addit autem aliis, ut Charondæ & Platoni, placuisse *statim rem tradendam & accipiendam esse:* Quod itidem naturale est: nam posita tali lege emtio non consensu sed datione perficitur, id enim supponit Plato; nimirum per commutationem in statuto foro illico fieri venditionem, DANDO ACCIPIENDOQUE ultro citroque rem, prohibendo, NE ULLA EMTIO AD TERMINUM FIAT. *Plat. de Legib. Dial. XI. p. m. 1100* Adeoque tantum abest ut ex hoc loco probetur emtorem dominum fieri sine traditione, ut potius contrarium ibi statuatur.

,,*m*)(Grot.)(APUD STOBÆUM:) *Serm. 42. p. m. 285.*

,,*n*) (UBI ET MULTA ALIA INSTITUTA REPERIAS DE SOLENNITATE VENDITIONIS:) Alias enim gentes, ait, per præconem prævia denunciatione res vendere solere: alias coram magistratu & jurato; alias venditionem futuram 60 ante contractum diebus coram magistratu describere, emtorique depositionem centesimæ partis pretii in-jun-

perias de solennitate venditionis o de arrhabone, p de pœnitentia, multum differentia a jure Romano: sicut & apud Rhodios perfici solitam venditionem, & contractus quosdam alios, relatione in acta, notavit in Rhodiaca q Dion Prusæensis. r

2 Illud quoque sciendum, s si res bis sit vendita, ex duabus venditionibus eam valituram quæ in se continuit præsentem dominii translationem, sive per traditionem, sive aliter? t Per hanc enim facultas moralis in rem abiit a venditore: quod non fit per solam promissionem.

§. XVI.

a Monopolia non omnia cum jure naturæ pugnant, nam possunt *Arist. Pol. 1. c. 11.*

„jungere solere; alias quinque diebus continuis „ante contractum publicare negotium. &c. *d.* „*serm.* 145. *pag.* 458.

„o) (DE ARRHABONE:) Arrha enim etiam jure „Romano est argumentum contractæ emtionis. „*pr. Inst. de Emt. Vend.* Mores autem circa da„tionem arrharum variant: in quibusdam enim lo„cis tribus vicinis arrhæ dari solent memoriæ testi„moniique causa: alibi dari solent proportione ha„bita pretii; alibi eodem, alibi certo dic. *Stobæ.* „*d. l. pag.* 459.

„p) (DE POENITENTIA MULTA DIFFERENTIA „A JURE ROMANO:) Apud alios enim emtor re„cedens ab emtione arrhas amittit; Venditor au„tem, qui tradere rem recusat, tantundem solvit „ac arrha valet. *Vid. dict. serm.* 145. *pag.* 460. ut id „etiam jure Romano obtinet. *pr. Inst. de emt. vend.*

„q) (RELATIONE IN ACTA:) Scilicet inferen„do in commentarios publicos.

„r) (DION. PRUSÆENSIS:) Locus est in *Orat.* „31. *p. m.* 326. *ibi, considerate vero quod omnes* „*arbitrentur, ea magis rata haberi quæ publice con*„*trahunt per civitatis literas, atque ita gestorum* „*nihil licet rescindere, &c. quia civitatem fecit rei* „*gestæ testem &c.*

s) (SI RES BIS SIT VENDITA, EAM VALITURAM QUÆ IN SE CONTINUIT PRÆSENTEM DOMINII TRANSLATIONEM, SIVE PER TRADITIONEM FIAT, SIVE ALITER:) Jure naturæ per emtionem non quidem dominium transfertur, sed jus in rem ipsam, quia omnis dispositio de re transfert jus in re, quod vero non afficit rem ipsam, sed totum patrimonium. Unde naturali ratione sequitur, potiorem esse eum cui prius tradita res est, quia præter jus in re is etiam consequitur dominium. *L.* 15. *C. Rei vend.*

ADDITIO.

„Duo hic notanda sunt (1) quod Author „tandem fateatur per emtionem solam non trans„ferri dominium, (quod tamen in *pr. h. §.* asse„ruit:) Nam si primus emtor ex venditione do„minus factus esset, translatio dominii in se„cundum venditorem nulla esset, quia rei alie„næ dominium transferri nequit: sed & (2) „alibi diximus jure naturæ per nudam promissio„nem rei non transferri jus in re, enim absque „traditione fieri nequit. Cum igitur emtores jus „saltem in personam, [illegible] in rem consequan„tur; hæc vera ratio est, cur res secundo emtori „tradita ei acquiratur. *Vid. Dissert. proœm XII. §.* 346.

„t) (PER HANC ENIM FACULTAS MORALIS „IN REM ABIIT A VENDITORE QUOD NON FIT „PER SOLAM PROMISSIONEM:) Fatetur igitur Au„thor per solam traditionem facultatem moralem „in rem, i. e. dominium (*vid. l. 1. c. 1. §. 8.*) „abire a venditore: Adeoque verum non est, quod „initio h. §. dixit, dominium in momento vendi„tionis sine traditione transferri posse.

a) (Grot.) (MONOPOLIA NON OMNIA CUM JURE NATURÆ PUGNANT:) Nota Thaletis historia de olivitate, (quæ varie a variis refertur. Vide *Arist.* Politic. I, 11. *Diogen. Laërt.* 1, 26. ibique Int.) Pythoclis inventum de plumbo Tyrio coëmendo, unde lucrum faceret Atheniensis populus, est apud *Aristotelem* œconomicon II. (*pag.* 510. D. E. *Edit. Paris.* Tom. II.) De monopolio erinaciorum, quibus expoliuntur vestes, vide *Plinium* VIII. 37. De monopolio serici, *Procopium* in historia arcana. (*Cap.* 25.)

ADDITIO.

Monopolia duplicia sunt (1) ratione pretii, si plures conveniunt quod non velint res certas minori pretio vendere: (2) ratione mercium, si plures conveniunt de coëmendo certo mercium genere. Neutra monopolia jure naturæ prohibita sunt, quia partes disponunt de jure suo, non de alieno: neque tertio ulla fit Injuria, nam & is quoque emere potest; & si deficiunt merces, defectus non est in jure.

At in bene ordinata republica non admitti solent monopolia; quia libertas commerciorum copiam rerum auget, eoque indigentiam minuit: Eo felicior autem est respublica quo minori pretio res ad usum necessariæ haberi possunt: At cum hæ rationes mere civiles sint, facile constat, principem in suis terris monopolia constituere posse, neque vicinis querendi jus esse, inprimis cum & in eorum sit arbitrio similia monopolia constituendi.

ſunt interdum a ſumma poteſtate permitti ᵇ juſta de cauſa, ᶜ & pretio conſtituto: Cujus rei exemplum nobis illuſtre præbet ᵈ Joſephi hiſtoria, cum is vice regia Ægypto præeſſet. Sic & ſub Romanis Alexandrini Indicarum & Æthiopicarum mercium habebant, ᵉ ut Stabro loquitur, μονοπωλείαν. * Poteſt & a privatis inſtitui ᶠ æquo duntaxat compendio. At qui, ᵍ ut in Velabro olearii, de compacto id agunt, ut res ſupra pretium id, quod ſummum nunc eſt in communi pretio, vendantur, ʰ aut vi aut fraude impediunt ne major copia importetur, ⁱ aut ideo merces coëmunt ut vendant pretio quod tempore venditionis iniquum ſit, injuriam faciunt, atque eam reparare tenentur. ᵏ Quod ſi alio modo impediunt invectionem mercium, ˡ aut ideo coëmunt ut pluris vendant, pretio tamen pro temporis ratione non iniquo, ᵐ faciunt quidem adverſus caritatis normam, quod

Cap. 6. multis evincit Ambroſius libro officiorum tertio, ⁿ ſed proprie jus alterius non violant.

§. XVI.

ᵃ De pecunia ſciendum, eam naturaliter ᵇ functionem recipere,

ADDITIO.

„An gentes inter ſe ejusmodi monopolis con„ſtituere, excluſis aliis, poſſint, explicavimus *L. 2.* „*c. 2. §. 24.*

„*b*) (JUSTA DE CAOSA:) Uti ſiquis, novi inven„ti author ejus commercium ſibi ſoli vindicat.

„*c*) (ET PRETIO CONSTITUTN:) Imo pretium „eſt in arbitrio eorum qui monopolium habeot.

„*d*) (JOSEPHI HISTORIA:) Qui omne frumen„tum Ægypti coemit: nam cum alii quoque eme„re potuiſſent nemini facta eſt injuria. *Vid. Gen.* „*c. 41. & ſeq.*

e) (Grot.) (UT STRABO LOQUITUR:) Libro XVII. (p. 798.) vide & *Caſſiodorum* II, 4. & 26. (iſtud quoque exemplum de *Alexandrinis* non congruit. Inſpice *Strabonis* locum. *J. B.*)

„*)(POTEST ET A PRIVATIS INSTITUI:) Dictum „eſt privatis jure naturæ permiſſum eſſe (1) coe„mere omnes merces, (2) convenire de illis oon „niſi certo precio vendendis. *Vid. lit. a.*

„*f*) (ÆQUO OUNTAXAT COMPENOIO:) Imo „omne pretium æquum eſt de quo ioter partes „convenit: ſed & oemo juſto pretio rem ſuam „vendere tenetur.

„*g*) (UT IN VELABRO OLEARII:) Velabrum „eſt locus urbis Romæ ubi oleum erat venale, „Olearii clandeſtino inter ſe convenerunt pacto, „ut omnes eodem pretio venderent. *Plaut. capt.* „*3. l. 19. Vid. Gron. h. & Puffend. Lib. V. c. 5. in fin.* „Diximus jure naturæ id licitum eſſe, quia par„tes de jure ſuo diſponunt, nec injuria fit tertiis' „quibus liberum eſt pro illo pretio emere vel non „emere.

„*h*) (AUT VI AUT FRAUDE IMPEDIUNT NE „MAJOR COPIA IMPORTETUR:) Hoc factum illi„citum eſt, unde obligantur non ob monopoli„um, ſed ob vim & dolum, & ob damnum inde „io publicum illatum.

„*i*) (AUT IOEO COEMUNT MERCES, UT VEN„OANT PRETIO QUOO TEMPORE VENDITIONIS „INIQUUM SIT:) Imo hæc non eſt injuria, nam „cum dependeat ab arbitrio venditoris rogare pre„tium quod vult, non committit iniquitatem qui „jure ſuo utitur, neque alii fit injuria quia ille jus „in res meas nullum habet, adeoque nec cooten„dere poteſt, ut illam juſto pretio vendam.

„*k*) (QUOD SI ALIO MODO:) Scilicet non vi „vel frauda ſed induſtria, vel ut Batavi facere „ſolent, concremando mercium partem. *Vide* „*Texm. h.*

„*l*) (AUT IOEO COEMUNT UT PLURIS VEN„DANT, PRETIO TAMEN PRO TEMPORIS RATIONE „NON INIQUO:) Imo etſi pretium pro temporis „ratione excedens petatur, non tamen jus alterius „violat venditor: nunc enim pretium juſtum eſt „de quo inter partes convenit.

„*m*) (FACIUNT QUIDEM AOVERSUS CARITA„TIS NORMAM:) i. e. Cootra perfectioois & vir„tutis regulas, quæ aliis benefacere jubeot.

„*n*) (SED PROPRIE JUS ALTERIUS NON VIO„LANT:) Idque verum eſſe diximus, etſi pretium in „immenſum excedat, quia partes de ſuo jure dis„ponuot:

a) (OE PECUNIA SCIENDUM EAM NATURALITER FUNCTIONEM RECIPERE:) Hoc a prima ſua origine demonſtravimus in *Diſſ. de Vero rerum pretio*: Poſtquam enim §. 23. *& ſeq.* expoſuimus ante inventum nummum oegotium emtioois per

per-

permutationem per actum esse, tandem §. 28. originem nummorum, iisque comprehensam rerum mensuram, hoc modo explicavimus.

„Cæterum, hæc permutandi ratio, juxta mensuram indigentiæ in tanta contractuum frequentia, cum maximis difficultatibus luctabatur: cum enim haud facile contingeret, ut, cum egerem re quam tu habebas, in vicem rem haberem quam tu accipere velles, rarissime convenire inter partes permutandia rebus potuit, cum tamen singulis prope momentis permutationes essent necessariæ, uti hic hominum status recensetur *in l. 1. ff. de Contr. emt.* Quibus permutationum difficultatibus ut subveniretur, quæsita fuit materia, quæ tam certæ esset quantitatis, ut omnium rerum valorem, licet infinite varium, & consequenter ipsam rerum mensuram, indigentiam quoque metiretur. Talis itaque materia si inveniretur, esset ea plane mensura mensuræ rerum, ipsius scl. indigentiæ, quæ satis quidem accurate res metitur, ac difficulter adhiberi, & exitum invenire potest, quia is qui re indiget non omnes res, quibus & alter pariter indigeat, habet. Unde talis materia requiritur quæ universalis esset rerum mensura, omnesque res, & omnem adeo indigentiam metiretur. Eo enim fieret, ut talem materiam mihi in omnem eventum facile reponere possem, & si qua re indigerem, quam tu habes, non opus esset exquirere an vicissim haberem quam tu desiderares, cum in promptu esset res, qua quicquid desideras, quod ejusdem sit indigentiæ ac valoris, comparare semper possis. Hinc talis materia non vices tantum indigentiæ in præsens obtinet, sed in futurum quoque quasi pro sponsure est, quo veluti nobis cavetur, eo, si indigentia aliquando inciderit, permutationem fieri posse: quemadmodum præclare sane, si quicquam, id expressit Aristot. *lib. 5. Ethic. Nicom. cap. 8.*

„Cum ergo in hoc nummus electus sit inter Gentes, videamus, (ut appareat, an ille rerum omnium mensuram & indigentiam suppleat,) quid naturaliter ad talem rerum mensuram universalem requiratur. Dicimus igitur, ad eam requiri (1) ut materia difficilis comparatu sit: cum enim comparandi difficultas plurimum augeat, facilitas autem habendi extinguat pretium, seu indigentiam, *supra §. 10.* non posset res pretiosas & comparationis difficilimas æquare, ac pensare materia quæ passim obvia. & cujus facilis esset cuique acquisitio. (2) ut partes ejus singulæ sint homogeneæ, seu ejusdem inter se valoris; quo infinitis pretii rerum ac indigentiæ varietatibus per partes respondere, & æquiparari possit. Gemmæ igitur mensuræ rerum esse nequeunt; cum integræ immensi sint pretii, fractæ prope nullius: non potest autem innumeros pretii gradus res partibus suis metiri, si partes inter se æquales non sunt. (3) Ut alium usum non habeat: cum enim quæratur materia, quæ esset constans & perpetua rerum mensura, *d. l. 1. princ. verb. perpetua æstimatio.* & verb. *forma publica*: cum maximum commercia impedimentum foret, si in quovis negotio prius excutienda esset auri argentique sinceritas, pondus, æstimatio; quæ non nisi a peritia excuti possunt. Atque hinc (5) ut talis formæ suscipiendæ idonea sit materia.

„Facile jam apparet, hæc requisita in auro & argento, vel in nulla re concurrere: adeoque auream argenteamque monetam probam, esse posse universalem rerum omnium mensuram, & indigentiæ vices ubique supplere, eique surrogari. Ea igitur inter Gentes huic rei optime electa videtur juxta *d. l. princ.* Equidem æneæ quoque monetæ usus esse potest, sed vilioribus tantum rebus æstimandis, cum enim æs copiosius, & comparatu facilius sit quam aurum & argentum, eoque minoris pretii, non potest illud res preciosiores metiri, etsi enim forte congesta magna æneorum nummorum summa, vel pondere, æquaret valorem rei, propter incommoda tamen tantæ molis ac ponderis, eique conjunctam custodiendi, transferendique de loco in locum difficultatem, & plurimum valori nummorum decedet, nec facile venditor ad permutandum adducetur. Unde & edicto monetario Imperii *de anno* 1559. §. 11. cautum est, *ne quis teneatur majorem summam, quam 25. florenorum in moneta ærea, etsi aliquid argenti admixtum sit, recipere.* Quod & aliis in regnis cavetur, & de regno Scotiæ testatur Buchanan. *Rer. Scot. lib.* 12.

„Videntur tamen in auro quoque & argento non omnia, quæ recensuimus, requisita accurate concurrere, sed deficere quod tertio loco allatum est, ne materia, quæ rerum sit mensura alium usum habeat; cum e contrario multiplex præterea sit auri argentique usus. Verum, etsi fatendum sit, nec auri argentique mensuram esse omnibus modis perfectam ac immutabilem, sed eorum quoque pretium quandoque variare, inprimis, quia & aliis usibus plurimum impenduntur; certum tamen est, hoc metallum talem, qualis equidem in hoc orbe inveniri potest, & ad vitæ humanæ usus sufficit, rerum mensuram, saltem si abusus caveatur, & debita ei rei cura publice adhibeatur, præbere posse, & præ aliis materiis huic rei commodissimum esse.

„Nec vero antiquissimis temporibus, usus auri argentique permissus in vulgus adeo promiscue fuit, sed regibus ac magnatibus magis solennis. Et in ipsa Asia Jonathani, Judæorum Duci, rebusque gestis claro, maximi beneficii loco permissum fuit ab Antiocho, aut auro ad mensam, & aureo cingulo uti liceret. Macchab. *1. c. 11. v. 53.* Et legibus Imperii vestiariis, interdictus est plebi usus auri in vestibus: Equitibus vero, Doctoribus & Nobilibus, non nisi ad certum modum concessus. *Ord. Pol.* 1577. *tit.* 11. Quanquam & Romanos, victa Asia, luxus, inprimis auri, jam invaserat. Et Aurelianus Imp. dixit, aurum per varios bractearum, filorum & liquationum usus perire; & hinc facultatem dedit aureis vasis & poculis utendi, ut minus saltem periret. Flav. Vopisc. *in Aurelian cap. 46* Quicquid vero hujus sit, aliis rebus accuratiorem mensuram rerum fieri non posse constat.

„Quemadmodum vero rerum, ut indigentia, sic æstimatio, plurimum & difficultate comparandi augetur, & facilitate ac copia remittitur; ita eadem ratione accidere in auro & argento necesse est, ut copia vilescat, eoque in immensum rerum precia excrescant. Atque hinc ante inter requisita mensuræ rerum universalis recensuimus, ut materia ejus difficilis sit comparatu: quippe quæ alias non posset æquare, & metiri valore suo res pretiosissimas, & comparatu difficilimas. Et ostensum jam est, nimia rerum utilissimarum quoque copia evanescere earum pretium, perinde ut aquæ.

„Et contigisse illud temporibus Salomonis dicitur, ut *argenti nullum pretium tum fuerit*; *1 Reg. 10. vers. 21.* cujus mox *vers. 27.* subjungitur ratio, quod *tanta argenti copia eo tempore fuerit, ut lapides æquaret.* Et refert Sueton. *in August. cap.* 41. nummos dimidia pretii parte imminutos fuisse ex copia gazæ Regiæ Ægypti tum Romam advectæ. *Invecta*, ait, *Romæ ab Augusto regia Ægypti gaza tantam efficit copiam rei nummariæ, ut diminuto fœnore plurimum agrorum preciis accesseris.* Pariter Josephus *de Bell Jud. lib. 6. cap. pen.* testatur, *captis Hierosolymis auri valorem dimidia parte decrevisse ex copia auri capti: & tantum auri, quod antea 25. Atticos valuerit, tum 12. Atticis comparari potuisse.* Et jam ante allegavimus ex Diodor. *lib. 3. cap. 45. in Arabia Felici magnam vim auri, quod Apyrum vocant, sponte & illico purum nasci, eamque causam esse, cur æris & ferri pari pondere id permutetur.*

„Unde judicium ferri poterit, an Europa, vel Germania nostra, ex quo, inventis novis terris auri feracibus, tanta moles auri argentique in eam inde invecta est, ea re locupletior facta fuerit; cum pro modo copiæ, quæ advehitur, ejus decrescat precium ac valor; atque adeo una auri libra ante duo secula, nondum inventa utraque India, ac terris illis auriferis, tantundem fuerit ac nunc sunt 20. libræ, si decuplo major jam sit auri copia; quia hoc facto decuplo remissior atque imminutior fiet indigentia, adeoque & pretium, quod illa metitur; cui consequens est, decuplum accessisse preciis agrorum, mercium, operarum: quanquam mox ostensuri sumus, non decuplum, sed prope bis decuplo & auri argentique molem, & pariter rerum pretia aucta fuisse.

„Tantundem igitur in bonis, vel reditu tunc habuit qui auri libram, quam nunc, qui 10. vel 20. ut mox apparebit. Quin in antiquo illo modo plus adhuc commodi videtur fuisse, quam in hodierno: cum enim exigua portio facilius ad omnes pervenire, & exigua portione multum mercium comparari potuerit; nunc, cum pluribus opus est, & difficilius id acquiritur, & minus eo permutatur.

„Ex iisdem, quas præmisimus causis, porro conditur, plurimum quoque decedere precio nummorum ex admixtione æris vilioris: cum enim facilius illud comparatum sit, illico laxatur indigentia, & pro ejus mensura, precium nummorum fit vilius, acceditque id precio rerum seu mercium, quarum eo minor jam indigentia est, quam nummorum, quo plus hisce admiscetur materiæ, quæ facile haberi potest.

„Atque hæc omnino præcipue causa esse videtur, cur elapso novissime seculo, & inprimis a 30. retro annis & quod excedit, tantopere excreverint rerum precia; quod & firmatur in *R. I. 1570. §. 121.* ibi: welches dann auch nicht die geringste Ursach der beharrlichen Steigerung in allen victualien und commercien: cum enim tum magna ærosorum nummorum vis inundaret prope Germaniam, e re visum fuit pluribus Imperii statibus, vel circulis, ut frenum abusui illi injiceretur, & sisteretur ille ærosam monetam cudendi torrens, convenire inter se in certas leges, quibus admitteretur pro temporum rationibus paulo liberalior æris admixtio, quam edicto Imperii edictali definitum fuerat, verum intra certum modum certosque fines: quemadmodum ita dudum inter se convenere 5. Status Circuli Rhenensis; & in Circulo Saxonico superiore iteratæ sunt tales conventiones, novissimeque Lipsiæ modus præscriptus est, vulgo der Leipziger Fuß. Non potuit igitur, quin, quod ita decessit nummorum precio, id rerum pretiis accreverit.

„Hinc ergo patet, & plane consequens est, si legibus Regni inducitur moneta, quæ quarta saltem sui parte deficiat a bonitate sua intrinseca, hoc ipso perire omnibus, ac principibus inprimis, dimidiam totius sortis suæ partem: primum enim & sors ipsa quarta parte minus valet, & omnia reditus, sive ex usuris, sive proventibus publicis ac regalibus percipiatur, uti vectigalia, census, collectæ &c. quarta pretii parte imminuuntur; econtrario vero, cum id rerum ac mercium preciis accesserit, ad eas comparandas quarta parte amplius quotannis erogandum est. Duplicis igitur quartæ detrimentum principibus maxime infertur talis monetæ usu; unius enim quartæ jacturam facit in reditibus annuis, quos quarta parte minores percipiunt; alterius in erogationibus, quæ parte pluris fiut necesse est; eoque necessario duarum quartarum damnum patiuntur, integrumque adeo semissem omnium cum fortium, omnisque reditus pecuniarum perdunt.

„Et hoc ipsum, quod incredibile damnum inde redundet in Imperium, ejusque membra, toties clamant leges Imperii *in R. J. 1566. §. 172. R. J. 1570. §. 121. R. J. 1576. §. 73.* ubi dicitur: Daß dadurch dem gemeinen Mann, ja dem gantzen Reich unaussprechliche, unauffhörliche Schäden zugefügt werden: item: daß solchem Land verderblichen einreissenden Uebel zuwehren &c. Loquitur autem textus de vicinorum monetis, quæ tamen non multum distabant ab Imperiali. Quod si ergo ex eorum usu creditum fuit inæstimabile damnum oriri, quid dicendum, si quarta parte, aut amplius imminuitur ejus bonitas intrinseca, admixta materia vilior. Verum est ea sæpe reip. conditio & temporum necessitas, ut, cum hæc evitari ac tolli nequeant, restringi saltem consultum videatur.

Cæte-

re, [c] non in materia sola, nec in speciali appellatione aut forma, [d] sed in genere magis communi, qua scilicet comparatur ad res, aut omnes, aut maxime necessarias: [e] quæ æstimatio, si aliud non convenerit, facienda erit tempore ac loco solutionis. Michaël Ephesius ad quintum Nicomachiorum: ὡς ἐπὶ τῆς χρείας τῦτο ἐπὶ τῦ νομίσματος ἴδοι ἄν τις γινόμενον ὡς γάρ ἐπ' ἐκείνης ὐκ αἐὶ ὁμοίως δεόμεθα καὶ εν χρείᾳ τῶν ἀλλοτρίων ἐσμέν ὕτως ὐδὲ τὸ νόμισμα ἀεὶ ἴσον δύναται, αλλὰ μεταπίπτει καὶ τὸ πρότερον πλεῖον δυνάμενον ὕςερον ἢ ἔλαττον, ἢ ὐδὲν ἰσχύει. ὅμως μᾶλλόν γε τῦτο δείαμένει καὶ δεῖ ὡς μέτρῳ αὐτῶ τῶν ἀλλᾶσσομένων χρῆθαι. Cap. 8. *Quod de indigentia accidit, idem in nummo videre est. Nam sicut ea non eadem semper, nec enim alienis rebus æque semper opus est nobis, sic nec nummerus idem semper valet, sed mutatur, & cum prius plus valuerit, postea aut minus aut nihil valet; * diuturnius autem est nummi pretium: eoque ut mensura aliarum quæ comparantur rerum uti solemus.* Cujus loci hic sensus est: quicquid adhibetur in hoc ut mensura sit rerum aliarum, [f] de-

„Cæterum nihil æque omne auro argentoque „pretium auferret, quam si Alchimisticа arte „fundi, ac fieri posset. Cessaret insignis illa „comparandi difficultas, quæ omnem mensuram, „pretiumque ac indigentiam facit; atque ita jam „ipsis, qui tantis sumtibus tantoque labore artem „invenissent, nihil profuturum esset. Ut adeo, „si verendum foret, ne arte quoque fieri aurum „posset, (quod tamen verendum non videtur,) „nihil magis Reip. interesset, quam, ut & arte „& inquisitione ejus rei, omnibus interdiceretur.

„Atque ita ex hactenus dictis constat, quæ sit „vera rerum mensura, verumque adeo pretium. „Verum, cum inter nummi requisita sit, ut de „ejus quantitate publica fide & forma constet, „sequitur, proportionem materiæ & æstimationis, „seu, ut loquuntur, bonitatis intrinsecæ relinqui „judicio principis. Unde, etsi forte tam accurate „non conveniat, veram tamen & Justam mensu„ram esse, uti prætor jus dicit, etsi injuria dicat. „*l. pen. ff. de Just. & jur.* cum ejus judicio com„missum, eique proinde standum sit. Atque ita „in edicto Monetali, cum lege certa quantitas „nummo imponeretur, lex præmissa est, ut, prout „illa edicto determinaretur, id pro justo valore esset, „solle also für Wehrschafft geholten werden „*Ord. Mon. 1559. §. 1.* Verum, si tam manifesta „& notabilis sit inæqualitas, ut publice jam num„mi pretium deficiat, rerumque inde pretium sur„gat, atque adeo damnum inde immineat, jam „non tenetur eam quasi probam recipere. *l. 99. „ff. de Solut*

„Unde sequitur, in nummis regulariter non „inspici bonitatem intrinsecam, quæ arbitrio & „judicio principis definitur, de quo privati dispu„tare nequeunt, sed sufficere si restituatur, vel „solvatur in eadem bonitate extrinseca; modo ne „tanta sit disparitas, ut jam damnum pars passura „sit *d. l. 99.* Quod latius hic & multa alia, deduci „possent; verum pro temporis & instituti modo „hæc jam sufficiant.

„*b*) (FUNCTIONEM RECIPERE:) Quid sit fun„ctionem recipere exposui *L. 2. c. 10. §. 13.*

c) (Grot.) (NON IN MATERIA SOLA &c.) Non tam ex substantiá quam ex quantitate l. 1. D. *de Contrah. emtione.* Non corpora hic cogitanda sed quantitas. *l. Si is cui 49. §. 1. de solutionibus*

ADDITIO.

Aurum enim & argentum non per se est res fungibilis, nec forma seu nomen nummi, sed quantitas illa, seu æstimatio quæ publica fide & autoritate nummo imposita est; Nummus igitur omnium rerum pretia certissima & indubitata ratione æstimat: Adeoque constans hac ratione est mensura; & facillima pretii cujusque rei cognitio.

„*d*) (SED IN GENERE MAGIS COMMUNI, QUA „SCILICET COMPARATUR, AD RES, AUT OMNES, „AUT NECESSARIAS:) Rectius functionem ideo „recipit, quia quantitas æstimationis publica au„thoritate definita, eoque semper certa est: Hinc „Aristoteles nummum vocat sponsorem, quia qui „talem habet, omnia habet quibus indiget, omnia „nimirum comparare potest intra mensuram il„lius nummi. Hinc JCti Romani condictionem „Triticiariam certi in sola pecunia numerata „constituerunt, quia sola res est quæ æstimatio„nem non recipit, cum omnes aliæ res nummis „æstimentur.

e) (QUÆ ÆSTIMATIO SI ALIUD NON CONVENERIT, FACIENDA ERIT TEMPORE AC LOCO SOLUTIONIS:) Naturaliter nec præsens tempus solutionis attenditur, nec tempus contractus, sed utrumque tempus comparandum: si enim ideo mutatum pretium quia indigentia rerum minor facta est, eadem manente indigentia pretii, tunc si res commutandæ, addetur tantundem rebus, vel pro hac quantitate precium solvetur: Si indigentia

 autem

f debet esse tale, ut per se minime flectatur, talia autem sunt in genere æstimabilium, aurum, argentum, * æs *g* per se enim ferme tantundem ubique & semper valent: *h* sed prout res aliæ, quibus indigent homines, copiosæ sunt aut raræ, ita eadem pecunia ex eadem facta materia, eodem pondere, *i* nunc plus *k* nunc minus valet.

§. XVIII.

a Locatio & conductio, *b* ut recte a Cajo dictum est, proxima est venditioni & emtioni, eisdemque regulis consistit: *c* respondent enim pretium pensioni sive mercedi, & rei dominium facultati utendi. *d* Quare sicut res domino perit, ita naturaliter *e* sterilitas & alii ca-

autem duplo minor fuerit metalli, vel nummorum, quod forte major ejus jam sit copia, duplum dabitur ejus quod ante datum fuit.

Si proinde frumenti indigentia ante annum eadem in omnibus fuerit quæ olei, hodie duplo minor, duplum frumenti hodie reddetur pro eadem quantitate olei, & per consequens pro dimidiu frumenti quod tunc datum est.

Item si duplo major sit copia nummorum ejusdem generis, adeoque indigentia duplo minor, dimidium tantum nummorum, qui tunc dati fuissent, restituetur.

*) (DIUTURNIUS AUTEM EST &c.) Publica ac perpetua æstimatio d. l. 1. contr. emt.

f) (DEBET ESSE TALE UT PER SE MINIME FLECTATUR:) Dictum jam est mensuram valoris justam tunc esse cum (1) res est comparatu difficilis; (2) cujus alius usus non est; (3) cujus partes ejusdem sunt æstimationis; & (4) talis ut quantitas publice appareat: Extra pecuniam autem talis mensura non datur.

„*)(ÆS) Imo æs non est materia adæquata mensu„ræ, quia non est difficilis comparatu, adeoque „non potest res pretiosissimas æquare: In mino„ribus tamen rebus æstimandis adhiberi potest & „solet. *Vid supr pag 197.*

„*g*) (PER SE ENIM FERME TANTUNDEM UBI„QUE ET SEMPER VALENT:) Quo major auri ar„gentique copia est, eo magis vilescit mensura, „& pretia rerum augentur: Recte autem addit Au„thor, *ferme*: nam apud plures Americæ gentes „auri argentique usus fere nullus est. Justinus „idem tradit de Scythis *L. 2. c. 2.* quod posteriori„bus temporibus non obtinuit, *Vid Marcell. 31. c. 4.*

„*h*) (SED PROUT RES ALIÆ, QUIBUS INDIGENT „HOMINES, COPIOSÆ SUNT AUT RARÆ:) Eoque „æstimatio & mensura vel major vel minor.

„*i*)(NUNC PLUS:) Ubi copiosæ sunt res. *Gron h.*

„*k*) (NUNC MINUS:) Ubi inopia est rerum.

a) (LOCATIO ET CONDUCTIO &c. PROXIMA EST VENDITIONI ET EMPTIONI:) *Locatio* enim est consensus de transferendo in alium usu rei pro mer„cede &c. Et vicissim conductio est translatio „mercedis pro usu rei.

„*b*) (UT RECTE A CAJO DICTUM in *l. 2. ff. de „locat.* EISDEMQUE REGULIS CONSISTIT:) Nam „utidem est contractus consensualis.

„*c*) (RESPONDENT ENIM PRECIUM PENSIONI SI„VE MERCEDI, ET REI DOMINIUM &c.) Differt „locatio a venditione, quod in illa *usus* rei pro „*mercede*, in hac autem *res* ipsa pro *pretio* in a„lium transferatur: Utriusque autem negotii obli„gatio ex eodem fonte oritur, quia nimirum pro„ut partes de jure suo disponunt ita jus est.

d) (QUARE SICUT RES DOMINO PERIT, ITA NATURALITER STERILITAS &c. DAMNO SUNT CONDUCTORIS:) Ad intellectum materiæ de periculo notandum est: Periculum semper esse ejus cujus jus est, adeoque rem perire non soli domino, sed & omnibus qui jus circa illam rem prætendunt. *l. 83. l. 208. Reg. jur.* Atque hinc si plures jus aliquod in re habent, omnibus & cuique suum jus perit: Ponamus igitur *dominum* rei constituisse *servitutem* in re illa, postea eam alii *locasse* tum *pignus* in ea constituisse, & denique eam *vendidisse*: Re sublata, tollitur (1) *dominium*, (2) *servitus*, (3) *usus* locatoris, (4) *pignus* seu securitas creditoris, & (5) necessitas præstandi *habere licere* i. e. jus emtoris ad rem illam petendam.

Atque hinc vera non est sententia Authoris, *periculum esse venditoris ante traditionem. Vid. §. 13. 15.* Etsi enim emtori nullum jus in rem ipsam, sed sola actio personalis contra personam venditoris competat, adeoque non videatur perire emtori posse jus rei quod ejus non est, nuvimus tamen in præcedentibus, juris civilis hoc esse figmentum; Jure Gentium vero deberi ex bonis emtoris, & hoc æs ipsius vocari: Re igitur sublata etiam æs illud, quod emtori competit, tolli dicendum est: Adeoque licet Romani personam saltem obligaverint, in periculo tamen vestigium juris Naturæ remansisse videtur.

ADDITIO.

„Nostram sententiam circa præstationem peri„culi in locatione conductione statim explicabi„mus. Cæterum veram rationem cur emtoris „sit periculum exposuimus in præcedentibus. Di„ximus etsi persona saltem sit obligata, tamen „obliga-

casus, qui usum impediunt, damno sunt conductoris, *f* neque eo minus

„obligationem consistere in necessitate *speciem* „venditam transferendi, eam enim promisit: Ab „hac necessitate liberatur interitu speciei, quia „jam per eum non stat quo minus speciem præ„stare possit, & sic ex naturæ quoque ratione em„tor liberatur: Secus igitur si per ipsum stetit, „uti si culpa ejus sit &c. de quibus plenius supra „*§. 13. & 15.*

e) (STERILITAS ET ALII CASUS QUI USUM IMPEDIUNT:) Sterilitas proprie damnum non est sed natura, quia damnum fructuum supponit eorum existentiam. Neque magis damnum dici potest quam ipsa ubertas, nam hæc quoque major esse posset. *Vid. l. 15. §. 2. locat.* interim quæritur cui hæc sterilitas noceat? de qua quæstione mox agemus.

f) (NEQUE EO MINUS LOCATOR JUS HABEBIT AD PECUNIAM PROMISSAM, QUIA IPSE FACULTATEM UTENDI TRADIDIT:) Quæstio satis agitata est, ad quem periculum *fructuum* pertineat? Author putat id esse conductoris: nos distinguimus cum JCtis Romanis an *fructus percepti* sint, an *pendentes*, PRIORE casu periculum esse conductoris. *L. 15. §. 2. & 7. Locat. §. 7. Inst. locat. l. 9. C. pign. act.* HOC CASU locatoris, si extrinsecus damnum oriatur & immodicum sit, tunc enim pro rata remittitur merces. *L. 15. §. 2. l. 25. §. 6. Locat. cond.* secus si extrinsecus, v. g. si fundus est arenosus &c. *d. l. 15. §. 2. v. 5. si qua:*

Quæritur, si opera locatur cujus sit periculum? Resp. Distinguendum est inter casum operæ & operis: Casus *operæ* pertinet ad locatorem si per eum stetit, si non stetit, præstitisse videtur: *L. 38. ff. locat. l. f. §. 1. ad leg. Rhod.* Casum *operis* præstat quidem regulariter opifex. *l. 37. ff. Locat.* sed si vitio pereat, distinguimus an casus oriatur ex *vitio operæ*, an ex *vitio rei:* In omni enim opere quod locatur duo sunt, *opera & res:* si opera vitiosa est, imputatur vitium domino operæ. *L. f. ff. loc. cond.* At hoc verum saltem est si opus perfectum sit, nam imperfecti operis periculum semper pertinet ad opificem *L. 35. l. 37. l. 51. §. 1. h.* Perfectum autem opus dicitur si nihil amplius agendum superest quam ut præstetur, seu si nihil deficiat quam præstatio. *L. 8. per & Com. d. l. 36. & 37.*

Quid si culpa alterius res pereat, vel is in mora sit? Resp. Periculum non transfertur eo ipso in morosum vel culposum; hoc enim pœnale est, adeoque juris civilis. At is ex facto hoc illicito tenetur ad omne id quod alteri ex culpa vel mora alterius abest: jus civile has ambages sustulit, & seposita de damno actione, culpam & moram ex ipso contractu præstari vult:

ADDITIO.

„Uti in materia venditionis, ita & circa locationem & conductionem jus Romanum curate „cum jure naturæ conspirat. Variæ autem quæ„stiones hic sunt distinguendæ: *vel* enim agitur „de periculo rei locatæ, *vel* de periculo usus il„lius rei, *vel* de periculo fructuum, *vel* de de pe„riculo pecudum, *vel* de periculo operæ locatæ, „*vel* de periculo operis locati.

„PRIMO casu res dubium non habet: Si enim „RES locata perit, chasmate, terræ motu, incen„dio &c. res perit domino, *Vid. supra §. 6.* Ni„si conductoris culpa perierit: *l. 5. §. 2. Comm.* „*l. 11. §. 2. l. 19. §. 1. l. 60. §. 7. l. 25. §. 3. & 4.* „*Locat.*

„SECONDO casu itidem periculum domini est, „si vi majori colonus impeditur quo minus re lo„cata uti possit: Ratio naturalis additur in *l. 15.* „*§. 2. locat. ibi oportet enim agrum præstari condu„ctori ut uti possit.* Conf. *l. 33. Locat* Conductor „igitur non tenetur nisi pro rata temporis quo usus „est: *d. l. 15. §. 2.* adeo, ut si incendio ædes perie„rint remittenda sit merces, *d. l. 15. §. 2.* & si „jam solvit, pro rata sit restituenda. *l. 19. §. 6.* „*Locat.*

„Exc. Si ex persona, vel per personam *condu„ctoris* impedimentum contingat: tunc enim con„ductor ad totam mercedem obligatur. *Laut. comp.* „*383. Vide leges sequentes.* Uti e contrario, si „ex persona *locatoris* vel per ejus personam im„pedimentum oriatur, is teneatur ad omne id quod „interest, & colonus actione ex conducto agit ut „frui liceat. *L. 33. ff. Locat. Laut. d. l. propter* „*l. 9. pr. l. 19. §. 1. l. 25. §. 1. l. 32. Locat.*

„TERTIO, si *fructus* rei locatæ pereunt. di„stinguendum est an percepti sint an non; *priori* „casu colonus dominus fructuum factus est, adeo„que pereunt domino: *Posteriori* casu, si fructus „pereunt per grandinem, per uredinem, per lo„custas, &c. periculum est coloni; nam do„minus est seminis: At locator mercedem nisi pro ra„ta petere nequit. *l. 15. §. 2. & §. 7. Locat.* hæc enim „pro usu datur, qui hic deficit.

„Not. in æstimatione usus autem ratio haberi „debet præcedentium & sequentium annorum, „ita ut ubertas reliquorum annorum compensetur „cum sterilitate anni præsentis. *l. 15. §. 2. & 4. l.* „*8. C. locat. l. 25. §. 1. §. 5. §. 6. Eod.*

„Variæ hujus regolæ sunt exceptiones: Nam „locator integram mercedem petere potest (1) „Si casus ille non est extra consuetudinem: *l. 15.* „*§. 2. ff. Locat. Struv. Ex. 24. §. 16.* (2) Si culpa „conductoris concurrit; uti si exercitu transeunte „domum deseruit. *l. 13. in f. l. 6. Locat.* (3) Si „partiarius est socius. *d. l. 25. §. 5.* (4) Si pacto „casum in se recepit, *l. 9. C. Pignor.* (5) Si casus „ex vitio rei locatæ oritur, uti si rucis aut herbis „segetes corruptæ fuerint. *d. l. 25. §. 5.* (6) Si „non omnes fructus perierint, sed super paucitate „conductor quæritur. *d. l. 15. §. 2. junct. §. 5.* „*Locat.*

„Bene autem notandum est, æstimationem da„mni fieri juxta pretium in contractu (scil. in „dem Anschlag) statutum: non vero juxta pre-

nus locator jus habebit ad pecuniam promissam, quia ipse facultatem utendi tradidit, [g] quæ eo tempore tantum valebat [h] quanquam & legibus & pactis immutari id potest. [k] Si tamen locator, cum conductor primus re uti impeditus esset, alii eam locaverit, quicquid consecutus inde fuerit rependet primo conductori, ne ex re aliena fiat locupletior.

§. XIX.

Et quod de venditione [a] supra diximus, [b] pluris rem vendi minorisve emi posse, si in gratiam alterius vendatur ematurve, alias non vendenda aut emenda, [c] idem & de re aut opera locata conductave intelligendum est. Quod si una opera pluribus utilis esse possit, ut iti-

„tinm præsens, (nach dem Marckgängigen Preiß.)

„QOARTO quæritur cujus sit periculum pecudum? Distinguendum jure naturali est, an pecudes sint locatoris, ita ut earum usus saltem conductori locentur, an vero sint conductori propriæ. *Priori* casu dominium pecudum perit locatori, indeque conductor pro rata temporis, quo usus non est, pensionem detrahit; nam pro usu quoque pecudum pensionem solvit: ubi tamen merito attendendæ sunt exceptinnes 1. 2. 3. & 4. ante allegatæ: *Posteriori casu* omne periculum est conductoris, utpote domini: neque enim æquitati convenit ut locator, qui nec jus in illas pecudes habet, nec utilitatem inde percipit, (nam conductor, cui pecudes propriæ sunt, ideo minorem pensionem solvit)] damnum casu datum resarcire teneatur domino. *Struv. Ex. 24. §. 6.* Propriæ autem videntur factæ conductoris, si æstimato ei dentur, qui contractus socidæ vocatur. *Struv. d. l.*

„QUINTO, si *opera locata* est, eaque præstari non potest, distinguendum est, an per conductorem, an per locatorem stet: *Priori* casu integra merces præstari locatori operæ debet, quia is paratus est præstare, & interim operas alii locare non potest. *l. 61. §. 1. ff. Locat. l. 19. §. 9. l. 38. Eod. l. 24. Cond. & dem. 61. Reg. jur.* (Secus igitur, si ex opera sua aliunde utilitatem perceperit) *Posteriori* casu, si locator operæ v. g. ob morbum, ob captivitatem, &c. (*d. l. 19. §. 9.*) impeditur quo minus alteri operas præstare possit, ejus est periculum; ipse causa est quod stare promissis non possit; indeque mercedem promissam exigere nequit: quin acceptam restituere tenetur. *l. 15. §. 6. Locat.* At nec contra eum agi ad id quod interest potest. *l. f. ad l. Rhod.*

„SEXTO, si *opus conficiendum* locatum est, distinguendum *an* materia a locatore operis data pereat, *an* opus confectum: Si *materia* perit quæ reddi debebat in eadem specie, ea perit domino materiæ: nisi (1) culpa facientis concurrat, *Vid. l. 31. ff. Locat.* vel (2) aurum ei datum sit ut in eodem genere restituatur; quia æstimato data est materia, & conductor operis ejus dominus fit cui proinde materia illa perit. *l. 31. ff. locat. l. 36. Eod.* Si vero *opus* ipsum interit, periculum est ejus qui opus faciendum conduxit, i. e. opificis; *d. l. 36.* donec vel approbatum, vel admensuratum sit, (si scilicet ad pedes vel ad mensuram opus præstari debet.) *Ibid.* Nisi a) per locatorem stet quo minus approbetur; *d. l. 36.* (modo tale opus sit ut probari debeat:) *l. 37. l. 59. Eod.* vel (b) vi majori pereat: *d. l. 36. d. l. 59.* vel (c) casus vitio soli vel rei accidat, non vitio operis. *l. fin. l. 15. §. 2 Locat.*

„*g*) (QUÆ EO TEMPORE TANTUM VALEBAT:) i. e. tempore translationis: Si ergo per locatorem non stet quo minus uti non possit, periculum est conductoris.

„*h*) (QUANQUAM ET LEGIBUS &c. IMMUTARI ID POSSIT:) Jure Romano & moribus propter casum insolitum merces remitti solet. *l. 9. C. pign. act.*

„*i*) (ET PACTIS:) Prout enim partes de suo jure disponunt ita jus est.

„*k*) (SI TAMEN LOCATOR &c. ALII EAM LOCAVERIT, QUICQUID CONSECUTUS INDE FUERIT REPENDET PRIMO CONDUCTORI:) Si locator rem locavit Titio, ac mercedem accepit, (id enim hic supponendum est) is vero vinculis detentus uti re locata nequit, & ideo dominus eam locat Cajo; hoc casu verum est mercedem restituendam esse Titii, quia dominus ex alieno, nimirum ex usu alii concesso, locupletior fieret.

„*a*) (SUPRA:) *§. 14. in fin.*

b) (PLURIS REM VENDI MINORISVE EMI POSSE, SI IN GRATIAM ALTERIUS VENDATUR:) Quia partes pro lubitu de re sua & de ejus pretio statuere possunt, ex quacunque moveantur causa, „sive indigentia, sive luxuria, sive gratia alterius.

„*c*) (IDEM ET DE RE AUT OPERA LOCATA „CON-

itineris susceptio, & locator pluribus se in solidum singulis obstrinxerit; [d] poterit de singulis mercedem pacisci quam ab uno exigeret, [e] ubi lex non obstat: quia quod illa opera secundo quoque utilis est, [f] extrinsecum est contractui qui cum primo est initus, [g] neque respectu primi quicquam minuit de æstimatione.

§. XX.

I. Circa mutuum quæri solet, quo jure vetitæ sint usuræ? [a] & quanquam jure naturali vetitas esse receptior est sententia, contrarium tamen *in cap 25. Matth. qu. 171. & 172.*

„CONDUCTAVE INTELLIGENDUM EST:) Author „ait minui mercedem a parte locatoris, si is in „gratiam conductoris locet, & augeri a parte con„ductoris si is in gratiam locatoris rem conducat: „sequitur hoc ex natura dispositionis, partes enim „pro lubitu de sua mercede & rei suæ usu dispo„nere possunt.

d) (POTERIT DE SINGULIS MERCEDEM PACISCI:) Quia singuli utilitatem percipiunt ex re & opera aliena.

„e) (UBI LEX NON OBSTAT:) Sic v. g. Nuncii „judiciorum plura uno itinere decreta insinuare „vel plures actorum fasciculos ad facultatem ean„dem transferre solent; At his casibus litigantes „sumtus itineris saltem pro rata solvunt idque ple„risque judiciorum moribus cautum est.

„f) (EXTRINSECUM EST CONTRACTUI:) Vera „ratio est, quod singuli ex opera illa utilitatem pro„missam in solidum percipiant.

„g) (NEQUE RESPECTU PRIMI QUICQUAM MI„NUIT DE ÆSTIMATIONE:) Quia utilitatem pro„missam ex opera plenissime percepit, neque cum „primo conventum est ne aliis quoque opera il„la proficere debeat.

a) (ET QUANQUAM JURE NATURALI VETITAS ESSE USURAS RECEPTIOR EST SENTENTIA:) Præmittendum est, usuram hic dici quod solvitur pro usu rei alii debitæ, quæ in quantitate & abusu consistit. Talem usuram dicimus jure naturæ omnino licitam esse: (1) quia is qui promittit usuras disponit de re sua, prout ergo disponit ita jus est; inprimis (2) cum non gratis usuras promittat, sed pro usu pecuniæ alienæ, qua uti non potest, nec utendi jus habet, adeoque merito commodum, quod ex re aliena percepit; restituit: Accedit (3) Quod usura in concessione quantitatis idem sit quod merces in locatione, seu concessione usus rei, utraque enim datur pro usu rei alteri debitæ: Confirmatur id (4) ex sacra historia, quæ nos docet Deum usuras cum extraneis permisisse, *Deut. 23. 19. & 20.* non autem permissurus fuisset si jus naturæ illis repugnaret: Ipse Servator, perfectionum ille Doctor, per parabolam objurgavit eos qui pecuniam sibi commissam fœnori non locarunt, ut dominus reciperet pecuniam cum usuris *Luc. 19. 24. Matth. 25. 27.* Sane (5) nulla prohibitio naturalis, nec prohibendi ratio allegari potest, quæ impediat quo minus pro usu meæ pecuniæ, vel quantitatis, ab alio æstimationem recipere possim: Unde (6) apud omnes gentes usuras accipere licitum fuit.

Equidem (7) ex veteri testamento in contrarium allegari solent loca in *Exod. 22. 25. Lev. 25. 35. Ezech. 18. v. 8. Psalm 14. 8. Ps. 15. 20 &c.* Resp. Agunt hæc loca de jure forensi Ebræorum, quo usuræ NB. cum fratribus, i. e. Judæis prohibentur: Hoc autem mere civile esse vel ex eo apparet, quod cum extraneis usuræ licitæ fuerint. Atque hinc apparet, loca quæ ex novo fœdere adduci solent, *Luc. 6. 24. Matth. 7. 12. 2. Chor 8. 13. &c.* vel loqui de eodem jure forensi, vel saltem agere de perfectione, & virtute liberalitatis ac beneficientiæ:

ADDITIO.

„Celebrem hanc quæstionem uberius explicavit „B. Parens *in Disp. de Anatocismo §. 5. usque ad* „*§. 18* Verba ejus hæc sunt.

„Primum autem omnium de justitia usurarum „in genere quæri potest? Sed, cum & a plurimis „prolixe id tractatum, nec hujus adeo instituti „sit, paucis defungemur. Quæritur itaque, an sa„cræ, sive veteris sive novi fœderis, tabulæ usu„ras prohibeant? Equidem, ut ut Hæbræis interdi„ctum fuerit ne invicem fœnerentur, *Deut. 23.* „*vers. 19.* (quod tamen ad accerbiores fœnerandi „rationes alii restringunt, & merito: *Exod. 22.* „*v. 25. Levit. 25. vers. 35. & seq.*) at cum pe„regrinis, & aliis gentibus, id plane permissum „fuit. *Deut. d. c. 23. v. 20.* Nimisque frivolum „est commentum eorum, qui eam permissionem „referunt ad solos hostes: tum, quia nulla est „prohibitio nisi inter solos Judæos, qui soli, non „peregrini, ab ista permissione certo modo exi„muntur. *Deut. d. l. Exod. d. l. Lev. d. l.* tum „quia fœneratio est pars commercii, cum hosti„bus autem non erat liberum Judæis commerci„um. Vid. *Deut. 5. v. 10. & seq.*

„Sic ipse Salvator usuras in parabola tanquam „rem laudabilem exhibuit. *Matth. 25. vers. 27. &* „*Luc. c. 19. vers. 23. Oportuit*, inquit, *te com*„*mittere pecuniam nummulariis, & reversus, ego* „*recepissem utique quod meum est cum usura.* „Nec obst. *cap. 6. Luc. Mutuum date nihil inde* „*sperantes.* Resp. Præcipit ibi Servator beneficen-

 tiam

„tiam, & mutua hominibus officia: præcepto au-
„tem beneficentiæ non tolluntur ulla commercia:
„cum ea invicem nihil adversentur.

„Neque argumentum Grotii tale est, ut assen-
„sum extorqueat, cum dicit, sufficere nobis de-
„bere legem a Deo Hebræis datam. Nam lex
„ista civilis seu forensis Hebræorum fuit, non Jus
„Gentium, ut ex dictis patet.

„Non minor contentio est, an jure naturali
„usuræ sint licitæ? Id quod nonnulli Philosopho-
„rum & Politicorum negasse videntur: sic Plato
„*lib.* 5. *de legib.* inquit: *Nullus det pecuniam sub*
„*fœnore, alioquin neque licebit usuram, neque sor-*
„*tem repetere.* Cicero *lib.* 2. *de Off. in fin.* dicit:
„*Fœnerare esse nihil aliud, quam hominem occi-*
„*dere. Agis, Atheniensium Dux adeo exosum ha-*
„*buit fœnus, ut omnium fœneratorum tabulas, igne*
„*supposito, in foro cremaverit, quo igne, nullum*
„*clarius lumen se vidisse, dixit Agesilaus,*

„At spretis his omnibus, usuras jure naturali
„licitas esse asserimus, vel hac unica ratione, sed
„certissima; quod domino usus pecuniæ suæ, uti
„aliarum rerum suarum, natura competat, non
„alii. Itaque, si quis utitur aliena pecunia, per-
„inde tenetur usum, vel æstimationem usus do-
„mino restituere, ac usum seu fructus prædii
„alieni, si eo usus fuisset. Atqui usura nihil aliud
„significat quam æstimationem usus, idemque est
„in mutuo, similibusque negotiis, quod merces
„in locatione, & adeo non minus licita, ac ipsa
„merces locationis. Et licet forte debitor non
„perceperit usuras ex pecunia ista, tamen non
„minus tenetur, ac is, qui prædio alieno usus est,
„& sua negligentia fructus, quos potuit, non col-
„legit, quia id domino, qui usum illum percipere
„potuisset, non obest. Quin ex pecunia, ejusque
„locatione, & commercio, non minus uti-
„litas quæri potest quam ex ædificio, ejusque
„locatione, utrumque enim est res natura sterilis,
„*l.* 62. *in pr. ff. de Rei Vind.* & utrobique usus
„rei locatur. Unde Horatius nummos fœnori ac-
„ceptos dixit *conductos.* Hor. *lib.* 1. *sat.* 2. *in pr*
„Atque ita sentiunt Hagen. *de usur. c.* 3. Clop-
„penburg *de fœnor. c.* 5. & 6. Hahn ad Wesenb.
„*ff. de usur.*

„Nec movent, quos allegavimus Philosophi,
„quippe qui non de justo fœnoris usu, sed de ejus
„abusu & excessu non de eo, quod intrinsecum
„iis est, sed quod accidere eis vitio hominum so-
„let, tractant. Conf. Grot. *lib.* 2. *cap.* 12. §. 20.

„Sic & facile est destruere arcem adversæ sen-
„tentiæ Aristotelis *lib.* 1. *polit. c.* 6 & 7. ideo fœ-
„nus cum natura committentis, quia pecunia sit
„suapte natura sterilis. Nam & domos, & res
„alias natura infecundas esse constat, quas tamen
„hominum industria fructuosas fecit: Itaque, etsi
„ex pecunia fructus natura non oriatur, *l.* 62. *ff.*
„*de Rei vind.* opera tamen commercioque homi-
„num produci inde fructus possunt. *l.* 3. *ff. de us.*
„*ear. rer. l.* 15. *ff. de al leg.* Conf. *thes.* 9.

„Nec magis movet, quod idem Aristoteles ait,
„usuras contra naturam nummi esse, qui constitu-
„tus est ad permutandum, non vero ad fœneran-
„dum *l.* 1. *ff. de contrah. emt.* Nam uti ipse num-
„mus, ita omnis illius usus ab instituto hominum
„& gentium, non vero a natura est; & in eo
„consistit, ut possint eo uti, non ut teneantur,
„neque decretorium id Gentium jus est, sed, (ut
„ita loqui liceat,) permissorium. Quin, nec re-
„strictus est ille usus jure Gentium ad permuta-
„tiones, sed domino jus integrum est, uti aliis rebus
„suis, ita & nummis, prout lubet utendi: sic
„usus naturalis vini est ut bibatur, frumenti ut
„edatur, utrumque tamen & vendi, & permutari
„potest.

„Porro opponitur, creditorem lucrum captare
„ex re aliena. Sed contra, quod nobis ab alio
„debetur, non est æs alienum, sed nostrum. *l.*
„213. §. 1. *ff. de verb. sign.*

„In omnium quoque ore est, mutuum esse gra-
„tuitum, & officio contrariam mercedem. *l.* 1. *ff.*
„*mand.* Sed Resp, Mutuum gratuitum dicitur,
„quia ex vi negotii mutua præstatio non est, uti
„est in emtione. At pacto, vel lege fieri potest
„ut pro mutuo aliquid præstetur, nam & com-
„modatum rei gratuitum est, potest tamen & pro
„usu ejus merces promitti & conductio fieri.

„Denique arguunt ab æquitate, quod, quia pe-
„riculum accipientis est, etiam ejus commodum
„esse debeat. Resp. Hoc natura verum, aut ne-
„cessarium non est, nisi in re propria; sed vide-
„tur in eo aliquid æquitatis esse, & ideo lex civi-
„lis aliquando jus inde ita constituere solet. De
„reliquis dubiis, quæ adhuc moveri solent, videri
„potest Hagen *tract. de Usur.* & Hahn. ad *We-*
„*semb. h. l.*

„Jure civili usuras esse permissas dubium non
„est, non tamen in infinitum, sed cum certa &
„justa moderatione. Et quidem veteri quoque
„jure eas restrictas fuisse patet ex *l.* 29. *ff. usur.*
„*l.* 26. §. 1. *ff. de condict. inde l.* 20. *C. ex quib. caus.*
„*infam. irrog.* at plenius a Justiniano in *l.* 26. *C.*
„*de usur. ubi Dd.* In Imperio quincunces usuras
„tantum permissas esse, nisi moribus loci aliæ re-
„ceptæ sint, satis constat ex *Ordin. Politicis sub*
„*tit.* von Wucherlichen Contracten. Etsi au-
„tem Gailius *l.* 2. *obs.* 5. *n.* 6. & Heigius *l.* 2. *q.* 1.
„existiment, usuras nec jure constitutionum Im-
„perii hodierno licitas esse, falli tamen eos patet
„ex *Rec. dep.* 1600. §. So viel nun. ubi permit-
„titur ex mutuo quoque usuras quincunces ob
„moram exigi, si creditor pluris sua interesse
„probare nequeat. Neque obstat *Recess. Dep.*
„1586. & 1594. ubi prohibitum est ex causa mu-
„tui usuras adjudicare. Nam id ideo, quia mu-
„tuum stricti juris contractus est, ex quo nec jure
„civili usuræ debentur, nisi in stipulationem de-
„ductæ sint. At postea in mutuo quoque ad-
„missæ sunt usuræ ex mora. *d. Recess. dep.* 1600. §.
„So viel nun. 152.

„Denique Quær. an usuræ jure Canonico licitæ,
„nec ne? Et quanquam illud usuras regulariter
„illicitas statuat, easque damnet, & inter genera
„criminum deputet. *tot. tit.* X. *de usur.* & *in*
„*6to eod. tit. Clement. eod.* & *c.* 2. *c.* 4. & *seq.*
„*distinct.* 47. *c.* 9. *dist.* 46. *c.* 11. *dist.* 88. ubi
„multa ex Ecclesiæ DD. afferuntur, qui tamen,
„cum fontium divinorum autoritatem sequantur,
„eorum

men ſentit [b] Abulenſis. Neque vero videntur argumenta, quæ in alteram [c] adferuntur partem, talia eſſe ut aſſenſum extorqueant. Nam quod de mutuo dicitur gratuitum eſſe, [c] tantundem & de commodato dici poteſt: [d] Cum tamen pro uſu rei pretium exigere illicitum non ſit, [e] ſed efficiat ut contractus in aliud nomen tranſeat. [f] Nec magis urget quod ſuapte natura ſterilis eſt pecunia, [g] nam & domos & res alias natura infœcundas hominum induſtria fructuoſas fecit. Illud ſpecioſius, quod hic res pro re reddatur, uſus autem rei a re diſtingui non poſſit, cum in abuſu conſiſtat, ac proinde pro eo nihil debeat exigi.

2. [h] Sed notandum eſt, cum rerum [i] quæ uſu pereunt, [k] aut in alterius

„eorum quoque dicta eandem ferent interpretationem. Jure Divino autem uſuras non plane illicitas, ſed lege forenſi tantum reſtrictas eſſe *th. 5. hujus ſect.* prolixe probatum eſt.

„*b*) (ABULENSIS:) Conf. *Puffend. J. N. l. 5. c. 7. §. 9. & 10. Selden. J. N. l. 6. c. 9.*

c) (Grot.) (TANTUNDEM ET DE COMMODATO DICI POTEST:) Valde enim affinia commodatum & mutuum; ut locatio & fœneratio in l. unica. C. Theod. quod juſſu eſt: *pecuniam commodat.* Juſtinianus edidit *mutuam dat.* Nummos autem fœnore ſumtos, conductos dixit *Horatius* lib. 1, ſat. 2. (*verſ. 9.*) ubi ſcholiaſtes *merces, uſura.*

ADDITIO.

„Gratuitum dicitur mutuum, quia ex mutuo non ſolvuntur uſuræ niſi promiſſæ ſint; (nam ſi creditor uſuras non rogavit, vel debitor non promiſit, utitur quantitate aliena ex liberalitate & voluntate domini) Cæterum differunt mutuum & commodatum, quod in *mutuo* quantitas verſetur, in *commodata* ſpecies; quod in *mutuo* dominium transferatur, in *commodata* ſolus uſus rei; quod in *priori* uſura accedere poſſit, in *hoc* non poſſit.

„*d*) (CUM TAMEN PRO USU REI PRETIUM EXIGERE ILLICITUM NON SIT:) Verum eſt id non illicitum eſſe, at tunc non eſt commodatum.

„*e*) (SED EFFICIAT UT CONTRACTUS IN ALIUD NOMEN TRANSEAT:) Imo nunquam fuit commodatum, utpote cujus forma in eo conſiſtit quod gratuitum eſſe debeat: ſed eſt vel locatio rei aut operæ, vel contractus innominatus do ut des, vel do ut facias.

„*f*) (NEC MAGIS URGET QUOD SUAPTE NATURA STERILIS SIT PECUNIA:) eum enim uſum non producat, nec æſtimatio deberi poſſe videtur.

„*g*) (Grot.) (NAM ET DOMOS &c. HOMINUM INDUSTRIA FRUCTUOSAS FECIT:) Nec enim debet ſterilis eſſe pecunia L. quid ergo §. uſuras. D. de contr. tut. L. debitor. ff. de Uſur.

ADDITIO.

„Fructus ſunt vel naturales vel civiles: illi ex re ipſa oriuntur, hi ex facto hominum, hoc igitur caſu res fructuoſa fit ex hominum facto: jure naturæ autem ſub re continetur omnis fructus, non tantum is qui ex re oritur, ſed & is qui occaſione rei producitur.

„*h*) (SED NOTANDUM EST:) Objectio obſcura eſt, at obſcurior reſponſio: objiciebat ſibi Author, uſuram eſſe æſtimationem uſus ejus rei quæ mutuo datur, uſum autem natura nullum eſſe ejusmodi rei quæ utendo conſumitur, (adeoque ubi ipſa ſubſtantia uſu perit) indeque concludit, pro uſu, qui natura non eſt, æſtimationem exigi non poſſe.

„Reſpondet Grotius, id verum quidem eſſe, & repugnare, aliquid exigi pro uſu rei ſi ipſa res in abuſu conſiſtit, & utendo perit. At jus reddendi mutuam pecuniam aut vinum poſt certum tempus, eſſe aliquid æſtimabile, adeoque pro illo tempore quo jus penes alterum eſt, & quo alter jure illo utitur, æſtimationem merito exigi poſſe.

„Idque illuſtrat exemplo uſusfructus conſtituti in pecunia & vino, &c. hic enim itidem verum uſumfructum conſtitui non poſſe ait, quia non poteſt reſtitui res ſalva ſubſtantia, (res enim in abuſu conſiſtit, adeoque non res ipſa, ſed res pro re reſtitueretur) at quia fructuarius rem illam non niſi finito uſufructu reſtituere tenetur, & interim ea utitur, hoc ipſum jus, alteri collâtum, eſſe aliquid æſtimabile, quod vel exinde conſtare ait, quia cedi alii poteſt.

„Vera reſponſio, & quæ totam rem exhaurit, hæc eſt, quod in mutuo non exigantur uſuræ pro uſu rei, utpote quæ juré dominii in alterum tranſit, ſed pro uſu quantitatis, quam debitor ex ſua diſpoſitione præſtare & reddere debet: hic igitur uſus quantitatis alienæ æſtimari, & pro illo uſu aliquid exigi poteſt, quod dicitur uſura: *Vid. l. 2. & 3. ff. de Reb. cred.*

„*i*) (QUÆ USU PEREUNT:) Supra enim diximus, alias eſſe res quarum uſus a ſubſtantia ſeparari poteſt, alias quarum uſus in abuſu conſiſtit, i. e. ubi res ipſa utendo conſumitur. Vid. *L. 2. c. 3. §. 6 lit. s.*

k) (AUT IN ALTERIUS DOMINIUM TRANSEUNT:) Uti ſi uſus rerum fungibilium conceditur

alterius dominium transeunt, [l] usufructus Senatusconsulto introductus dicitur, [m] non tamen effectum ut proprius usufructus esset, [n] de voce usufructus agi, [o] quæ certe secundum suam proprietatem tali juri non congruit; [p] non tamen sequi inde jus tale nihil esse, aut non æstimabile, cum contra certum [q] sit, siquis proprietario tale jus cedat, pecuniam posse exigi eo nomine [r] Sic & jus illud nonnisi post tempus certum reddendi pecuniam aut vinum, est aliquid æstimabile: [s] minus enim solvit qui tempore minus solvit [t] Atque ideo ἐν ἀντιχρήσει usus pecuniæ cum fructibus prædii compensatur. Quæ vero [u] a Catone, [x] Cicerone, [y] Plutarcho, [z] & aliis contra usuras dicuntur, [aa] ea respiciunt non tam quod intrinsecum ei est, quam quod plerumque ei adest, eamque consequitur.

L. 11. De de usufructu ear. rer. quæ usu consum.

L. 1. § 5 usufructus D ad legem Falc.

3. Sed quicquid hac de re sentire libeat, [bb] sufficere nobis debet lex

„l) (USUSFRUCTUS SCTO INTRODUCTUS DICITUR:) Ususfructus definitur jus utendi fruendi „re aliena salva substantia. *pr. Inst. de usufr.* „Hinc jam constat, usumfructum constitui non „posse in pecunia, vino &c. quia his rebus uti „salva substantia non possumus, quia utendo „ipsam substantiam consumimus. At SCtum con„stituit, ut in quantitate ususfructus consistat, „adeoque non res, sed quantitas finito ususfructu „condici possit. *l. 5. §. 1. ff. de usufr. earum rer.* adeo„que ubi cautio de restituenda eadem quantitate in „star proprietatis est. §. 2. *Inst. de rer.* Unde hæc cau„tio remitti nequit. *L. 1. C. usufr.*

„m) (NON TAMEN EFFECTUM UT PROPRIUS „USUSFRUCTUS ESSET:) Id enim fieri non potuit, „quia definito ususfructus hic cessat, non enim „usus pecuniæ concipi potest salva substantia,

„n) (DE VOCE USUSFRUCTUS AGI:) An scili„cet verus ususfructus dici possit?

„o) (QUÆ CERTE SECUNDUM SUAM PROPRIE„TATEM TALI JURI NON CONGRUIT:) Quia pe„cunia, vino &c. uti non possumus salva sub„stantia.

„p) (NON TAMEN SEQUI INDE TALE JUS NI„HIL ESSE AUT NON ÆSTIMABILE:) Dixi non „esse usumfructum verum, sed quia quantitas re„stitui, & ideo caveri debet, hæc ipsa quantitas „autoritate SCti pro substantia habetur, & ejus „usus omnino est aliquid æstimabile.

„q) (SI QUIS PROPRIETARIO TALE JUS CE„DAT, PECUNIAM POSSE EXIGI EO NOMINE:) „Si fructuarius, cui in quantitate ususfructus est „constitutus, jus suum cedit proprietario, hic age„re ad restitutionem quantitatis potest, adeoque „illa quantitas omnino est aliquid æstimabile.

„r) (SIC ET JUS ILLUD, NON NISI POST CER„TUM TEMPUS REDDENDI PECUNIAM AUT VI„NUM, EST ALIQUID ÆSTIMABILE:) Putat igitur „Author æstimari in mutuo, quod debitor post „certum demum tempus restituere debeat pecuni„am &c. At verius est, æstimari hic usum quan„titatis: nam debitor utitur quantitate aliena, „pro hoc usu etiam naturali ratione exigi aliquid „omnino potest. *Vid. lit. h.*

„s) (MINUS ENIM SOLVIT QUI TEMPORE MI„NUS SOLVIT:) *Arg. §. 33. Inst. de act.* Dixi „non æstimari tempus, sed usum quantitatis alienæ.

t) (Grot.) (ATQUE IDEO ἐν ἀντιχρήσει USUS PECUNIÆ CUM FRUCTIBUS PRÆDII COMPENSATUR:) L. Cum debitor. 8. D. *in quibus causis pignus.* l. Si ea pactione 14. C. *de usuris.*

ADDITIO.

„Antichresis seu pactum antichreticum est, quo „creditori jus re pignorata utendi fruendi, in vi„cem usuram, vel pro usura æris alieni conceditur. „*Laut. comp. p. 231.* Author itidem rationem hu„jus usus in eo ponit, quod jus, rem mu„tuo datam non nisi post certum tempus resti„tuendi, sit aliquid æstimabile, & ideo fructus „pignoris cum usu pecuniæ pensari possit. Vera „ratio est quod quantitatem debitor restituere te„neatur, hæc quantitas aliena est, & pro ejus usu „creditor aliquid sibi pacisci potest: sive igitur „paciscatur certam quantitatem, sive fructus pi„gnoris, pactum id valet ex dispositione partium.

„u) (A CATONE:) Fœneratorem ait esse pejo„rem fure *de re rustica pr. Vid. Gron. h.*

„x) (CICERONE:) *Paradox. 6.*

„y) (PLUTARCHO:) *In vita Catonis.*

„z) (ET ALIIS:) Ut Appiano in civilibus. Vid. „*Plat. l. 5. de Leg. Cic. L. 2. de Off. in fin.* ubi „usuras accipere ei est occidere, Lycurgus usuras „Spartæ, Agis Athenis prohibuit. *Alex. ab Alex* „*l. 7.* Add. *Heig. l. 2. q. 2. Bachov. Vol. 2. diss. 3.* „*th. 1. Arist. 1. pol. 10. &c.*

„aa) (EA RESPICIUNT NON TAM QUOD IN„TRINSECUM EI EST, QUAM QUOD PLERUMQUE „EI ADEST:) Improbant illi excessum, avaritiam, „aliasque imperfectiones quæ ex usuraria pravitate „sequi solent.

„bb) (SUFFICERE NOBIS DEBET LEX A DEO

NE-

lex a Deo Hæbræis data, quæ vetat Hebræos Hebræis pecuniam dare foenori. Est enim hujus legis materia, [cc] si non necessaria, certe honesta moraliter; [dd] unde & aliis maxime moralibus annumeratur Psalmo qui apud Hebræos est decimus quintus, apud Latinos [ee] decimus quartus, & apud [ff] Ezechielem capite decimo octavo; [*] quæ autem hujus generis sunt Christianos quoque obligant, [gg] quippe vocatos ad majora virtutum specimina, [hh] & quæ tunc officia homini Hebræo aut alioqui circumciso [ii] (nam hujus cum Hebræo par causa erat) præstari jubentur, ea nunc præstanda sunt homini cuivis, [kk] omni populorum discrimine per Evangelium sublato, [ll] latiusque extenso proximi intellectu; quod præter cætera ostendit insignis Christi [mm] de homine Samarita apologus. Itaque [nn] Lactantius de officiis tractans hominis Christiani: *Non dedit* inquit, *in usuras pecuniam, hoc est enim de alienis malis lucra captare.* Ambrosius: *Subvenire non haben-*

Luc. X. 29. Epit. Inst. c. 2. De Officiis III c. 2. Suet. c. 39.

„HEBRÆIS DATA:) Putat Author abstinendum „ab usuris, quia Deus eas prohibuit inter Judæos: „Conf. *l.* 3. *c.* 20. §. 43. *n.* 4. At cum lex hæc „sit mere forensis, merito dicendum, eam cum „republica Hebræorum interiisse. Bene id obser„vavit Gron. *h.* additque rationem, quod Deus per„miserit Hebræis fœnerari extraneis, non „permissurus si fœnus per se injustum esset. „*Vid. Salmas. de usur. c.* 20. *&* 21.

cc) (Grot.) (SI NON NECESSARIA CERTÆ HONESTA MORALITER:) Hebræi censent voce נשך significari usuram in pecunia: voce תרבית & ערבירת in quavis specie. *Hieronymus* ad XVIII. Ezechielis: *Putant quidam usuram tantum esse in pecunia: quod providens scriptura divina omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non capias quam dedisti.* (Tom. V. pag. 440. A. *Ed. Basil.*)

ADDITIO.

„Atque hinc ad jus naturæ laxius, vel saltem „ad jus divinum voluntarium hanc prohibitionem „refert: quod refutavimus in *Dissert. Proœm. II.* „*c.* 1. §. 13. *n.* 7. juncto c. 2. & seq. & *Dissertat.* „*proœm. III. c.* 1. §. 3. *& cap.* 2. *Sect.* 3. §. 31.

„*dd*) (UNDE ET ALIIS MAXIME MORALIBUS „ANNUMERATUR:) Sane laudabile maxime est, „subvenire indigentibus, seposita spe lucri aut „commodi.

ee) (Grot.) (DECIMUS QUARTUS:) Et Ps. CXII. χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων καὶ κιχρῶν. *Vir bonus est qui alterius miseretur, eique pecuniam dat mutuam.* (vers. 5.)

„*ff*) (EZECHIELEM CAPITE DECIMO OCTAVO:) „*Vers.* 7. *Qui ad usuram non commodaverit, & am*„*plius non acceperit, &c. hic justus est, vita vivet.*

„*) (QUÆ AUTEM HUJUS GENERIS SUNT CHRI„STIANOS QUOQUE OBLIGANT:) Late hoc exa„minavi supra *L.* 1. *c.* 2. §. 6. *& in Dissert. proœm.* „*III. Cap.* 2. *Sect.* 3. simulque probavi legem „Evangelii nos non obligare nisi tanquam regu„lam perfectionis.

„*gg*) (QUIPPE VOCATOS AD MAJORA VIRTU„TUM SPECIMINA:) Sed hæc virtutum specimina „non imponunt agendi necessitatem, ad effectum „ut adigi & pœnis compelli ad ea peragenda pos„sit: quia tunc desinunt esse virtutes. *Dict. cap.* „2. *Sect.* 3.

„*hh*) (ET QUÆ OFFICIA TUNC HOMINES HE„BRÆO AUT ALIOQUI CIRCUMCISO PRÆSTARI „JUBENTUR, EA NUNC &c.) Uberius hanc the„sin examinavimus supra *L.* 1. *c.* 1. §. 17. *n.* 4. „*c.* 2. §. 6. *n.* 5. *Add. proleg.* §. 30. *& dict. dissert.* „*proœm. III. c.* 1. *Sect.* 3.

„*ii*) (NAM HUJUS CUM HEBRÆO PAR CAUSA „ERAT:) Factus nempe proselytus, non domici„lii, sed justitiæ: de qua differentia *Vid. L.* 1. „*c.* 1. §. 16.

kk) (Grot.) (OMNI POPULORUM DISCRIMINE PER EVANGELIUM SUBLATO:) Christianos *Arnobius* libro IV. (Pag. 152. 153. *Ed. Lugd. B.* 1651.) ait esse *communicatores rei, & cum omnibus quos solidet germanitatis necessitudine copulatio.* Alibi: *qui omnes homines pro fratribus diligunt.*

ADDITIO.

„Discrimen populorum sublatum est ad effe„ctum salutis, omnes enim per Evangelium ad „salutem vocantur; at quod leges civiles & foren„ses, quo pertinent usuræ earumque prohibitio, „attinet, alii populi non obligantur, quin nec ipsi „Judæi, utpote republica eorum sublata.

„*ll*) (LATIUSQUE EXTENSO PROXIMI INTEL„LECTU:) Quatenus id verum sit, late expositum „est supra *proleg.* §. 14. *& l.* 1. *c.* 2. §. 6. *n.* 3. *&* „§. 8. *n.* 10.

„*mm*) (DE HOMINE SAMARITA APOLOGUS:) „Servator hic inculcabat regulas perfectionis, quas „homines invicem observare debent, si præmio „virtutibus destinato gaudere velint:

„*nn*) (LACTANTIUS:) Loquitur de virtute & per-

habenti humanitatis est; duritiæ autem [*] *plus extorquere quam dederis.* [oo] Ipse Cæsar Augustus notavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviori fœnore collocassent.

§. XXI.

Observandum tamen est, [a] esse quædam quæ ad usuræ speciem accedant, ac vulgo usuræ esse videantur, [b] cum tamen pacta sint generis alterius: [c] ut de repensando damno, quod facit qui pecuniam dat mutuam eo quod diu pecunia careat: [d] item de lucro ob mutui dationem cessante, [e] deducto scilicet incerto spei, & labore qui subeundus fuerat. [f] Sic etiam pro impensis ejus qui multis dat mu-

mam

,,perfectione non de jure, quo & Ambrosii do-,,ctrina pertinet.

*) (Grot.) (PLUS EXTORQUERE QUAM DEDERIS:) Cyprianus de lapsis gravia peccata eoumerans, addit *usuris multiplicantibus fœnus augere.* (Pag. 121. *Edit. Fell. Brem.*) *Chrysostomus* de jejunio v. *ἐὰν νηςεύῃς, βλέπε μὴ δανείσῃς τὸ ἀργύριόν σου ἐπὶ τόκῳ. νηςεύεις; διάῤῥηξον βιαίων συναλλαγμάτων χειρόγραφον. Si jejunes, vide ne pecuniam tuam colloces fœnori, jejunas? rumpe violentorum pactorum cautiones.* (Tom. VI. pag. 937.) Idem in caput ultimum 1. ad *Corinthios*, (Tom. III. pag. 534.) pecuniam fœnore partam non magis si in eleemosynam detur, Deo acceptam esse ait, quam si detur ex quæstu meretricio. *Augustinus* epist. LIV. *Quid dicam de usuris, quas etiam ipsæ leges & judices reddi jubent. Ita crudelior est, qui subtrahit aliquid vel eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fœnore. Maximus* homilia III. de quadragesima: *recte frater frequentabis ecclesiam, si gressus tuos lethalibus laqueis avida illa non implicet & involvat usura.* His adde *Basilium* in sermones Domini in monte, & quæ ex Conciliis sanctisque scriptoribus enllegit *Gratianus* causa XIV. quæst. 3 & 4. (Nullæ sunt Homiliæ BASILII *Magni* in Sermones Domini in monte: sed una est in *Psalm* XIV. adversus Fœneratores. *Tom. I.* pag. 135. *& seq. Ed. Paris.* 1638. quam Author, quum in animu haberet, ita, lapsu memoriæ, perperam designavit. *J. B.*)

,,oo) (IPSE CÆSAR AUGUSTUS NOTAVIT ALI-,,QUOS:) Apud *Suet. in Aug. c.* 39. Jure naturæ ,,nihil hic turpitudinis subest, pecunia, quæ mutuo ,,mihi data est, mea est, ex qua quicquid lucri capere ,,possum, meum est: Nihil ergo obstat quo minus ,,eandem pecuniam graviori fœnere collocare ,,possim. Recte igitur monet *Gron. h.* Augustum ,,notasse saltem equites Romanos, quibus hoc sor-,,didum putavit, nec ob fœnus, sed ob tale fœnus.

a) (Grot) (ESSE QUÆDAM QUÆ AD USURÆ SPECIEM ACCEDANT:) Et, si cum juris Romani consultis loqui volumus, fœnus odiosum nomen est, usura non item. *Usuræ non propter lucrum petentium, sed propter moram solventium infliguntur.* l. cum quidam 17. §. 3. D. de usuris. *Cujacius* in paratitlo de nautico fœnore: *Fœnus est quod præter sortem accedit lucri causa: usura, quod accedit ne in damno versetur creditor.* Sed quia plerique etiam usurarum abusi sunt nomine, cœpit & hoc in sequiorem sumi partem: in bonum autem sensum substitui vox ejus quod inter est

,,*b*) (CUM TAMEN PACTA SINT GENERIS AL-,,TERIUS:) Author in genere statuit, usuras ex pe-,,cunia mutuo data peti & exigi morali saltem ho-,,nestate non posse; at excipit casum ubi pactum ,,alterius generis accedit; uti si damnum patitur ,,ex datione pecuniæ, vel lucrum ejus cessat. &c. ,,Verum in singulis nunc videbimus usuram ve-,,ram hic subesse, adeoque ex his ipsis exemplis ,,probari, usuras licite exigi posse.

,,*c*) (UT DE REPENSANDO DAMNO, QUOD FA-,,CIT QUI PECUNIAM DAT MUTUAM, EO QUOD ,,DIU PECUNIA CAREAT:) Atqui hæc vera est usu-,,ra, nam ea solvitur pro utilitate quam debitor ex ,,re mea consequitur, adeoque in pensationem ,,damni quod ex carentia quantitatis illius quam ,,debitori solvi, mihi contingit.

,,*d*) (ITEM DE LUCRO OB MUTUI DATIONEM ,,CESSANTE:) At hæc iterum vera usura est: nam ,,si quantitatem illam retinuissem, ea uti & lucrum ,,ex ea capere potuissem, adeoque pro lucro hoc ,,cessante exigo ab altero usuram.

,,*e*) (DEDUCTO SCILICET INCERTO SPEI, ET ,,LABORE QUI SUBEUNDUS FUERAT:) Author ,,putat æqualitatem observandam esse inter mu-,,tuum & lucrum quod propter mutuum pro-,,mittitur: indeque ait, deducendum esse a ,,lucro incertitudinem spei, & operam quam ,,debitor forte impensurus est. Sed frustra hæc ,,dicuntur: diximus debitorem, omni æqualitate ,,seposita, pro usu quantitatis quam alii concedit, ,,& qua ipse interim caret, æstimationem seu usu-,,ram sibi stipulari posse, idque in infinitum, absque ,,deductione sive eventus sive laboris: quia partes ,,prout de suo jure disponunt, ita jus est:

,,*f*) (SIC ETIAM PRO IMPENSIS EJUS QUI MUL-,,TIS DAT MUTUAM PECUNIAM, ET IN HOC PA-,,RATAM HABET:) Eadem hic ratio est quæ in ,,præcedentibus, nam hæ impensæ solvuntur a ,,debitore pro usu quantitatis, quam paratam ha-,,buit creditor.

,,*g*)

tuam pecuniam, & in hoc paratam habet: [g] & pro periculo amittendæ ſortis ubi idonee non cavetur, ſi quid exigitur, [h] uſura vere non eſt. Demoſthenes, oratione in Pantænetum, eum qui quod ex mercatura aut honeſta opera quæſivit [i] ſub modico lucello elocat, partim ut ſuum ſervet, partim ut gratum faciat alteri, [k] negat foeneratorum odio prægravandum.

§. XXII.

Leges vero humanæ [a] quæ concedunt aliquid ſtipulari pro uſu pecuniæ, aut rei alterius; ut apud Hollandos jam pridem conceſſum eſt, aliis quidem [b] octo nummos in centum, mercatoribus autem duodecim pro uſu annali exigere, [c] ſiquidem vere ſtant intra compenſationem ejus quod abeſt, aut abeſſe poteſt, non pugnant cum naturali aut divino jure: [d] ſin eum modum excedunt, impunitatem præſtare poſſunt jus dare non poſſunt.

§. XXIII.

„g) (ET PRO PERICOLO AMITTENDÆ SORTIS, „UBI IDONEE NON CAVETUR:) Adeoque ubi „æſtimatio periculi ſolvitur creditori

„h) (USURA VERE NON EST:) Diximus eſſe „verum uſuram, ſeu æſtimationem uſus, & quidem quantitatis alienæ; &c. quæ æſtimatio major „ſit ſi pecuniam paratam habere debet, ſi metus „eſt amittendæ ſortis: &c. tota igitur res dependet a partium diſpoſitione.

i) (Grot.) (SUB MODICO LUCELLO ELOCAT:) Procopius Gotth. III. in laudibus Germani, qui Juſtiniano propinquus: χρήματα τοῖς δεομένοις ἅπασι δεδανεικὼς μεγάλα καὶ τόκον οὐδὲ ὅσον λόγῳ κεκομισμένος πρὸς αὐτῶν πώποτε *pecunias omnibus opus habentibus magnas dabat utendas, uſuram autem, quæ quidem talis dici mereretur, nunquam ab ipſis ſumebat.*

ADDITIO.

„Imo hæc eſt vera uſura, conceditur enim uſus „quantitatis meæ pro pretio: hoc negotium igitur licitum eſt. Quod vero modice id fieri debere dicit Pantænetus, id juris civilis eſt, jure „naturæ enim partes in infinitum pretium illud „determinare poſſunt.

„k) (NEGAT FOENERATORUM ODIO PRÆGRAVANDUM:) apud Athenienſes omnis uſura prohibita erat: *Vid. Corn. nep. in Att. poſt. pr.* ſed „elocabatur talis pecunia, neque tunc mutuum „vocabatur aut uſura, ſed locatio & merces, quæ „omnia in fraudem legis fiebant.

„a) (QUÆ CONCEDUNT ALIQUID STIPULARI „PRO USU PECUNIÆ:) Quod inter omnes fere „gentes, ubi pecunia cognita eſt, fieri ſolet: & „ob utilitatem publicam certa quantitas definiri „ſolet.

b) (Grot.) (OCTO NUMMOS IN 100:) Idem in Imperio conſtitutum.

ADDITIO.

„Legibus Imperii Romano Germanici quincunces tantum approbantur. *Rec. Imp. 1577. tit.* „Von Wucherlichen Contracten *& Rec. dep* „*ſpir. de an.* 1600. In marchia ſex inter chriſtianos, Judæo autem duodecim uſuræ nomine permittuntur ſi ad breve ſpatium pecunia mutuo datur.

c) (SI QUIDEM VERE STANT INTRA COMPENSATIONEM EJUS QUOD ABEST:) Leges humanæ centeſimam, ſi velint, uſuram ſtatuere poſſunt; Etſi nulla proportio ſit inter uſum pecuniæ quem debitor percipit, & inter uſuram ſeu æſtimationem uſus; imo etſi debitor plane pecunia uſus non ſit, vel creditor quoque uti ea non potuiſſet: neque jus naturæ repugnat, ubi jus eſt quoties partes de ſuo jure diſponunt:

d) (Grot.) (SIN EUM MODUM EXCEDUNT, IMPUNITATEM PRÆSTARE POSSUNT, JUS DARE NON POSSUNT:) Ideo permiſſas ante ſe uſuras ad normam æquiorem reducere *Juſtinianus* ſui officii cenſuit: Novellis XXXII. XXXIII. XXXIV.

ADDITIO.

Quæritur an uſuræ uſurarum jure naturæ exigi poſſint? Explicavi rem in Diſputatione de Anatociſmo *Sect. 1. §. 18. & 19.* his verbis

Hactenus ſatis pro inſtituto de uſuris. Sequitur, an uſuræ uſurarum, & quo jure licitæ ſint? Ex traditis patet, ipſas uſuras ſortis omni fere jure promitti ad certum usque modum poſſe, & deberi quoque non promiſſas; ſed & anatociſmum, ſeu uſuras uſurarum, jure naturæ non modo ex pacto & promiſſione, ſed & non promiſſas, ſi lege id conſtitutum fuerit, deberi quidem ob moram poſſe exiſtimamus, cum & debitor paciſcendo de re ſua diſponat, & lex moram ejus ita punire poſſit; uti ſane edicto illo, cujus Cicero meminit *in d. l. 5. ad Att. ep. ult.* permiſſæ, & debitæ fuere centeſimæ uſuræ cum anatociſmo anniverſario, ut ibi dicitur: unde

con-

§. XXIII.

[a] Contractus avertendi periculi, quem assecurationem vocant, [b] omni-

constat, usurarum menstruam, anatocismi annuam fuisse ex actionem. Sed & quorundam locorum usu permittitur.

Verum, si promissæ non sint usurarum usuræ, nec jure naturæ debentur. Jure vero Civili omni, & Canonico, omnis anatocismus penitus adeo rejicitur, ut nec debeatur jure, nec promitti possit ulla usuræ usura, idque ex duplici capite: tum, qoia jora hac quoque ratiooe cohibere usuras voluerunt, ex causis th. 1. memoratis: tum, quia, uti accessiu acessionis nooest, sic nec commodi commodum, nec mercedis (cujus instar est usura th 9.) merces, nec denique (cum usuræ vicem pœnæ obtineant, & pro pœna moræ sint,) pœnæ pœna esse queat. Atqoe ita hodierno quoque jure omnino improbatus ac illicitus est omnis anatocismus per *Ord. Pol. 1500. tit. 17.*

ADDITIO.

„Si dicendum quod res est, jure naturæ usuras „usurarum semper deberi puto, etsi promissæ „non fuerint: is enim qui mea pecunia, vel potius „quantitate utitur, ac pro eo usu annuas usuras „promittit, nec solvit has ipsas usuras, plus suo „habet, utitur jure alieno, mihi aliquid abest unde „lucrum capere possem si debitor usuras solvisset: „adeoque ex natura obligationis sequitur, æstuma„tionem ejus quod facto debitoris mihi abest, i. e. „usuras usurarum, solvi debere.

Jure Civili id prohibitum est ex ratione mere „civili, quod nimirum usuræ sint accessio sortis, „contradictionem igitur inferre putant JCti dari „accessionem accessionis: At (1) verum non est „usuram esse sortis accessionem, obligatio ad præ„standas usuras est æque principalis ac mutuum „ipsum, eaque obligatio ex pacto partium oritur: „sed & (2) verum non est accessionem accessionis „dari non posse: si enim accessioni aliquid acce„dit, prior accessio est instar principalis ratiooe „secundi accessorii: sane jure civili pro mercede „usuram exigere licitum est si conductor in mora „sit, *L. 2. l. 17. C. locat.* Usura autem quæ pro „usu pecuniæ alienæ solvitur, idem est quod mer„ces quæ pro usu rei alienæ datur:

a) (CONTRACTUS AVERTENDI PERICULI QUEM ASSECURATIONEM VOCANT:) Originem naturam & definitionem hujus negotii exposui in Disput. *de Assecuratione §. 1. usque ad* §. 34. Ita enim se res habet:

Si quæ sunt res, quæ maxime ad humanæ necessitatis conservationem necessariæ censendæ, utique sunt commercia: magna enim pars est felicitatis publicæ, civitatum ac gentium, si commerciorum solertia & opportuoitatibus floreant. At illas præ cæteris civitates beatas opum, ac rerum omnium affluentia exuberare videmus, quibus propitius Mercurius per media fluctuum pericula divitias suas adnavigat. Mare publica illa & communis omnium gentium via est, qua totius orbis opes congregantur, & quicquid ubivis locorum natura tulit, vel in ulla terrarum parte in deliciis & in precio ac præcipuum habetur, ab ipsa inde Antipodum plaga, iisque locis asportat, quo terrestris negotiatio penetrare nequit, sed vel immensis ioterlabentis Oceani spaciis, vel iosuperabili viarum intercapedine ac difficultate excluditur. Hac via a tenuibus initiis crevit Respubl. Venetorum ut Owenus de ea cecinit:

Ut mare non nisi aqua, cælum nihil est nisi stella:
Sic sunt Venetiæ nil nisi divitiæ.

Quæ & causa est cur longe favorabilior quoque in legibus habeatur maritima quam terrestris negotiatio. *l. 1. §. 20. ff. Exercit. act.*

At quot quantisque cum periculis conjuncta hæc ditescendi ratio; adeo ut unius horæ calamitas naufragiis tempestatibusque sæpe plurium annorum operam, sollicitudinem atque industriam hauriat, & congestas a multo tempore copias una prædonum aut piratarum incursio, aliæque hominum vel cœli vel temporis iojuriæ repente consumant atque absorbeant. Hinc *nihil* ad conservanda commercia, & avertendas tantas opum privatarum clades utilius est, quam ut alii in partem discriminis vocentur, & tanta pericula dividantur & dispertiantur inter plures, qui facilius, quam unus solusque dominus, tantam rerum jacturam ferre ac reparare possunt.

Hæc periculi in plures distributio fit contractu, quem mercatores vulgo vocant, (& quo nunc verbo nobis quoque uti, ut necessarium sic liberum erit) ASSECURATIONEM; qua periculi, quod in solum dominum incumbebat partem assecurator sustinet, atque ita uterque in damni æque ac compendii eventum concurrunt, ut existente casu ille rerum perditarum, hic illi periculi pretium solvat; at navigatione feliciter peracta, ille haud modicum commercii fructum percipiat, hic periculi precium integrum lucretur. Quam materiam ut elegantem nonminus, quam etiam ab utilitate sua in foro vitaque civili quam maxime commendatam, sub disputationis incudem revocare coostitui: nec me moratur, ab aliis id argumentum quoque tractatum fuisse, cum plurima adhuc aliorum industriæ relicta sint. Etsi autem amplior ista materia sit, temporis tamen præfixi angustia, quæ nunc & propositum meum & disputationem exiguis valde spaciis coërcet, facile me absolvet.

Licet vero ipsum vocabulum assecurationis vetustioribus JCtis incognitum fuerit, non tamen plane ignotam fuisse susceptionem periculi vel damni ex certa conventione, colligere est ex illo Livii

Livii Lib. XXXIII. c. 49. *Ut quæ in naves imposuissent ab hostium tempestatique vi, publico periculo essent.* Præcipue ex istu Svetonii *in Claudio cap. 18. Negotiatoribus commeatus hybernus invecturis certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset.* Et Cicero, cum imperator esset, prædam ex Parthis captam hoc genere securitatis servare voluit: ita enim ad Caninium scribit: *Si Laodiceæ prædes accepturum omnis pecunia publica, ut & ipsi & populo tautum esset, sine vecturæ periculo:* quod est ipsum negotium assecurationis, de quo agimus. Quio antiquitas ejus intelligi potest ex nautico fœnore, cujus est species, quodque antiquissimis Græcorum, Romanorum, & imprimis Rhodiorum Legibus decantatissimum est.

Vox autem assecurationis ad alia quoque transferri solet; nam & dotis restituendæ securitatem ac indemnitatem *assecurationem* vocari docet Ant. Fab. *lib. 5. tit. 7. def. 2. & 3.* & salvum conductum eodem vocabubulo appellat Vincent. de Franch. *Decis. Neap. 717. & ibi Rois. in add.* Quin voce ita usu recepta, omnes securitates seu cautiones veniunt. Hic vero negotium illud significat, quo quis mercium alio transvehendarum periculum suscipit.

De hujus negotii genere ac definitione mirum quantas inter se lites agitent DD. Joh. Loccen. *de Jur. mar. lib. 2. cap. 5. n. 4.* stipupulationem esse vult. Marquard. *d. Jure mercat. lib. 2. cap. 13. n. 8.* cautionem; a quo haud longe abit Lud. Lopez. *de Contract. lib. 2. cap.* 12. *in fin. princ.* qui statuit esse fidejussionem. Verum, cum pactum assecurationis sit ipsum negotium principale, nec aliud præcesserit, cui firmandu videatur stipulatio, cautio, fidejussio accedere, merito illi rejiciuntur. Scaccia *tract. de commerc. qu. 7. part. 3. lim. 6. n. 5.* statuit Assecurationem esse emtionem venditionem: non magis bene; cum & sine precio contrahi assecuratio possit, scl. vel alia re pro periculo promissa, vel periculo gratis suscepto, uti illa Claudii, qui periculum commeatuum, qui hyberno tempore adveherentur, suscepit, quin & præmia negotiationibus dedit. Suet. *d. l.* Sant. *Tract. de Assecurat. part. 3. n. 13.* dicit eam esse contractum innominatum similem emtioni venditioni, quem sequitur Strach. *in præf. num. 47. vers. & illud fol. 360.* ut & Dn. Struv. *Exerc. 25. thes. 46.* cum tamen non semper incipiat a datione vel præstatione, ut contractus innominati, sed fere nuda promissione fiat. Leonard. Lessius *de Just. & Jur. lib. 2. cap. 28. n. 24.* scribit assecurationem esse periculi alieni præstationem, seu contractum, quo quis alienæ rei periculum in se suscipit. Conrad. *de Contract. qu. 17. init.* asserit esse locationem & conductionem. Quæ sententiæ omnes verum genus negotii non definiunt, cum & aliis modis fieri possit & soleat; locationis autem contractus omnium minime conveniat.

Vera itaque sententia est, assecurationem non esse certam & definitam contractus speciem, sed in se ac sua natura conventionem seu pactum in genere. Uti vero pacta terminos nudæ conventionis varie transeunt, ita & assecuratio; varie enim in aliud genus transit, & varie contrahitur, v. gr. per emtionem aleæ, si ita convenit, ut assecurator existente periculo precium certum mercium perditarum solvat; emit enim periculum seu aleam, quod utique potest. *l. 8. §. 1. de contrah. emt.* Vel per contractum innominatum, cum quid datur assecuratori, ut periculum suscipiat. Vel per donationem cum gratis suscipit; Vel per stipulationem, si accesserit stipulatio, & in eam deductum sit pactum: omnibusque his negotiis fidejussio accedere potest.

In definienda ea non magis conveniunt. Benev. Strach. *in præf. de assecur. n. 43.* illam definit: quod sit rerum alienarum sive mari sive terra exportandarum periculi susceptio. Accuratius dicitur: *Conventio de periculo mercium alio transvehendarum suscipiendo.* Id pro certo precio fieri moris quidem est, sed cum & gratis fieri, adeoque precium abesse possit, formam & definitionem ejus id non ingreditur.

Ubi primum omnium quæri solet, sitne stricti juris an bonæ fidei? Quæ quæstio jam supervacanea est, cum ostenderimus esse in se nudam conventionem, sed transire solere, more pactorum, in aliud nomen vel genus. Igitur ex genere & causa conventionis id dignoscendum est; si enim stet intra terminos nudi pacti, vel per stipulationem, aut contractum innominatum do ut facias assecuratio sit facta, erit stricti juris, quicquid dissentiat Perez. *C. de naufrag. n. 22.* cum hæc negotia stricti juris esse plane constet. At si per emtionem aleæ contracta sit, erit ex natura negotii illius bonæ fidei, cum vera emtio sit: idemque si alius bonæ fidei contractus intercesserit.

Non minus dubitatur, num licitus sit ille contractus, cum species sit nautici fœnoris, nec multum absit ab usuraria pravitate, sed in fraudem legitimarum usurarum fieri videatur? Verum omni jure hoc negotium plane licitum, honestumque esse vix dubitari potest; cum nauticum hoc fœnus non gratis accipiatur, sed pro suscepto mercium periculo: hoc vero periculum est res verissime æstimabilis, quippe ex cujus eventu fit magna rei familiaris jactura, plurimaque patrimonii imminutio; merces enim naufragio v. g. haustæ absunt & bonis, & desierunt esse in patrimonio: quod patrimonii æstimabile omnino damnum est. Hoc igitur damnum, quod domini est, pro eo alius suscipere nec in eventum tenetur. Nullo itaque jure illicitum videri potest, ut is qui pro alio tantum damnum casu aliquo suscipit, recipere ejus damni, in eventum exstituri, æstimationem possit ab eo ad quem alias id damnum pertinuisset, & qui ejus metu alterius præstatione liberatur: inprimis, cum ad utilitatem reipubl. id adeo pertineat. Vid. §. 1. Conf. omnino *th. 28. 29. 30. 31. enf.* Atque hoc non tantum apertissima DD. evincunt suffragia; (quæ omnia hic cumulare supervacuum foret) verum etiam satis hoc colligere est ex juris nostri testimoniis ut ex *l. 31. & 36. ff. locat.* atque ex iis quæ notantur *in l. 78. §. ult. de contr. emt.*

 l. 122.

l. 122. *§.* 1. *de V. O.* denique *tot. tit. ff. & C. de de naut. fænor.* Imo Sotus *in tract. de justitia & jure l. 6. qu. 7. in f.* scribit „*quod usus asse-„curandi non tantum receptus sit, sed idem etiam tam Theologis quam JCtis probatus; habet enim* (ait) *rectitudinem & justitiam; idcirco si fidejubenti pro aliqua licitum est accipere pretium fidejussionis, multo magis licitum est assecuranti; cum negotium assecurationis pluribus & gravioribus subjacent periculis.* vid. Lopez. *de Contract. l. 2. c. 16.* Objiciunt quidam *c. ult. X. de usuris.* Ubi tamen non prohibetur fieri assecuratio, sed ne in fraudem legis usurariæ is qui mutuum dat, assecurationem faciat debitori ex obligatione præcedenti: atque ita esse hoc cap. ult. interpretandum scribit Santerna *tract. de assecur. p. 1. n. 10. & seq.* Et hunc esse dicti cap. verum & proprium sensum, & frequentiori Theologorum judicio probatum, scribunt Covarr. *Resol. lib. 3. cap. 2. sub n. 5.* Jo. Bapt. Lup. *in d. c. naviganti §. 1. sub n. 3.* vid. Strach. *tract. de assecurat. in præf. n. 30.* Zœs. *ff. pro socio n.* 25. Quanquam nec dissimulari possit hanc decisionem *d. c. fin.* traxisse aliquid ab illo errore canonum, jure divino, quod morale vocant, quicquid ultra sortem recipitur, usurarium & illicitum fœnus esse: quæ sententia abutitur verbis Servatoris, nec juri illa congruit, & usu Christianorum publico rejecta est.

Cæterum, uti ex ipsa negotii hujus natura agitur ut prospiciatur casibus itineris extrinsecis, a quibus imminet mercibus damnum atque periculum; ita Statutis, moribusque quibus de hoc negotio cautum est, id agitur, ne fraus fucusque huic negotio periculoque fiat, sed sincera appareat cognoscique possit eventus existentia. Vid. *th. 33. inf.*

Periculum itaque, quo existente committitur assecuratio, est casus futurus incertus, quo extrinsecus damnum mercibus accidit, quale est quod a tempestatibus, piratis, incendiis, scopulis &c. metuitur. Grot. *Introduct. lib. 3. cap.* 24. §. Onder. Nec soliti tantum, sed & insoliti omnino continentur Grot. *d. l. verb.* gewoon en ongewoon. licet dissentiat Marquard *de Mercat. lib. 2. cap. 13. n. 66.* Cum enim casus insoliti imprimis sint casus fortuiti, & hoc magis a fortuna sint, quo magis insoliti & præter spem accidunt, *arg. l. 15. §. 2. vers. Si vero nihil extra consuetudinem accidit ff. loc. cond.* omnino continebuntur voce casuum fortuitorum generali, donec probetur specialiter exceptos esse. *per Vulg.*

Non igitur periculi nomine hic venit, quod intrinsecus ex ipsa mercium conditione, natura, vitio, accidit; uti si merces sint fructus vel res quæ servando servari non possunt, vel, quæ tempore deteriores fiunt, frumenta, ex quibus muci vermiculique gignuntur, vina quæ acuerunt &c. *per d. l. 15. §. 2.* Neque enim damna sunt, quæ aliunde mercibus allata, sed ex ipsis nata sunt; nec pericula itineris, sed vitia mercium. Quin hi casus nec in se semper incerti sunt, sed fere a peritis prospici possunt, etsi alios lateant: *arg. l. 38. ff. de reb. cred.* imo causa horum casuum in ipsis mercibus jam tum & quasi ab initio existit.

Unde existimamus, nec pactum assecurationi & nautico fœnori adjectum valere, ut hi casus intrinseci quoque præstentur; cum nauticum fœnus, quod tantum ratione periculi illius incerti & futurorum eventuum permittitur, hoc pacto usurarium fieret.

Hinc nec valet assecuratio, quæ in præteritum vel præsens concepta est, v. g. si navis itinere perierit, dabo: cum periculum non amplius sit rei jam præteritæ, nec casus aut eventus, nisi in futurum. th. 12. *l. 37. ff. de reb. cred. & f.* Sed nec cautio vel securitas præstari potest, nisi ob rem futuram: & alias non esset ea assecuratio, sed sponsio. Atque ita recte decisum est a Mastrill. *decis.* 284. *n.* 56. quicquid in contrarium moliatur Perez. C. *de naufrag. n.* 23.

Multo minus itaque valebit assecuratio, si non modo navis in portum jam delata est, sed assecurator quoque jam tum scit delatam esse, aut alias nullum subesse periculum. Ricc. *dec.* 837.

Unde omnino quoque dicendum est, non esse assecurationem tunc, cum casus sinister jam accidit, v. g. navis jam periit. Idque non tum tantum, cum assecuratus scivit jam periisse, (de quo vix dubitant. Scacc. *de commerc. §. 1. q. 1. n.* 156.) sed etsi id nescivit; cum non amplius sit periculum, casusque futurus. Marquard. *de Mercat. lib.* 12. *c.* 13. *n.* 27. Atque id Statutis Hollandiæ Seelandiæque confirmatum refert Grœnweg *ad Grot. Introd. lib. 3. c.* 24. §. Versekering van Goederen. *n.* 12.

Equidem dissentiunt quam plurimi, Scacc *d. §. 1. qu. 7. part. 2. ampl. 10.* Perez. *d. t. C. de Naufr. n. 23.* Grot. *Introd. d. l.* & vulgatum est inter mercatores, ut ipsi paciscantur auf gute und böse Zeitung: adeoque in casum, quo, etsi navis perierit, ejus tamen nuncius nondum ad assecuratum perlatus est. Verum re perpensa apparebit, etsi valeat talis conventio, sive jure, sive statutis & usu, non tamen id esse negotium assecurationis, sed simplicis sponsionis, vel aliud innominatum: non magis, quam si invicem aliquid spondeant ea lege, si urbs aliqua vel capta vel liberata sit: cum jam prosperum vel adversum casum experta tum fuerit. Sponsioni enim simplici id simile est, non assecurationi: cum pugna sit, securitatem præstari pro periculo, quod nullum amplius est, sed jam transactum est.

Assecuratio itaque neutro, & nec eo casu erit, quo uterque nescivit navim periisse. At sponsio illa, vel alia conventio sic facta, valet quidem si casum nesciverit, non autem si sciverit is qui lucrum ex eo expectat: quia non bona fide de casu, quasi incerto, sponsionem fecit, quem tamen jam exstitisso certus fuit. Idque mores ipsi quoque distinxisse videntur, qui cum casus jam exstitit, non admisere conventionem, nisi facta fuerit, op quade en goede tydinge. Grot. *d. l.* ut adeo non valeat facta in casum periculi, qui est casus assecurationis; sed in casum allati rerum perditarum nuncii, quod instar sponsionis est. Verum

rum eum ſtatuta prælandata omnem omnino asſecurationem rejiciant, quando tempore pacti caſus jam exſtitit, vid th. 17. nec ſponſio aliave conventio valebit, cum alias ſemper illa fieri poſſet in fraudem ſtatuti.

Qua poſita prohibitione fruſtra eſt omnis illa quæſtio, an aſſecuratus ſciverit caſum, ejusque probatio: quæ ex modo viæ quoque ſumi poterat, computarique, quo tempore potuerit ad aſſecuratum deferri nuncius. Vid. Scacc. *d.* §. *1. q. 1. n.* 160. Grot. *d. c. 24.* §. Verſeek. van.

Simili ratione decidenda eſt alia quæſtio, an aſſecuratio extendi poſſit ad illud periculum ſeu caſum, ſi debitor, qui v. g. mutuum accepit, bonis cadat, vel non ſolvendo fiat: & an pro illo periculo precium accipi poſſit? Id late tractar, & affirmat Scacc. *d.* §. 1. *n. 493.* Verum etſi conventio illa valeat, & ſemper pro periculo precium aliquod ſtatui poſſit, non tamen eſt ſpecies ejus aſſecurationis, de qua nunc quidem agimus: cum non contineatur mercium transvehendarum periculum: ſed aliud negotii genus, nimirum vera fidejuſſio, & quidem illa ejus ſpecies, quæ vocatur indemnitatis, Schadloß-Burgſchafft, de qua *in l. 6. ff. de novat.*

Iter vero, cujus periculum præſlatur, nihil intereſt maritimum ſit, an terreſtre; & eadem utriusque ratio eſt, quanquam frequentius itineris maritimi uti pericula metui, ita ſecuritas peti præſtarique ſolet.

Fieri autem iter recta via debet *l. penult. C. de navic. l. pen. C. de naut. fœnore.* & durat periculum de portu in portum: *l. 1. C. eod.* unde, ſi forte vis maris aut piratarum in ipſum portum effundatur, damnumque dederit, tenebitur aſſecurator, etſi nauta nondum e portu ſolverit. Non vero, ſi merces, cum immitti in navim deberent, in littore poſitæ ſunt, atque a mari hauſtæ, vel a pyratis raptæ: quoniam aſſecurator periculum vecturæ ſuſcipit, quæ nulla eſt ubi merces nondum impoſitæ ſunt navi, ſed incipit ex quo transvehendi cauſa in navum receptæ ſunt. *arg. l. 3. C. eod.* Moribus autem obtinet, ut duret periculum de littore in littus, ſeu ex quo merces in littus delatæ, & quoad in littore iterum expoſitæ ſunt, Grot. *Introd. d. c. 24.* §. de Verſekering.

Conſtat aſſecuratio conſenſu partium; ſolet tamen in ſcripturam redigi, literisque caveri, quas Itali vocant *polizza*, id eſt inſtrumentum cautionis, Galli *Polices*, Formulas harum literarum exhibent Scaccia *de commerc. d.* §. 1. *q. 1. n.* 141. *& ſeq.* Marquard. *d. c. 13. num. 68.* & alii vulgo, unde peti poſſunt, cum formulas exſcribere animus non ſit.

Cum vero conſtare debeat, quale periculum ſuſceperit aſſecurator, hinc in literis his aſſecurationis exprimi debent 1. Nomina contrahentium. 2. Nomen navis ejusque magiſtri. 3. Onus impoſitum. 4. Itineris termini, ſc. locus unde incipit, & ille in quem dirigitur iter. Vid. Stypman. *in Contin. de Jur. mar. part. 4. cap. 7. num. 385.*

Definiri quoque in iis ſolet precium aſſecurationis. etſi enim periculum mercium gratis quoque ſuſcipere quis poſſit, communiter tamen de præmio conveniri ſolet: quod plerumque in pecunia numerata conſiſtit; etſi nihil impediat, quo minus in alia quoque re, ſi partes velint, conſtituatur. vid. th. 7.

Præmium hoc jure communi ſtipulari licitum eſt usque ad centiſſimas uſuras. *l. 26. §. 1. C. de uſur.* Moribus id varie æſtimatur, ex varietate periculi & locorum uſu. Et fere ſeptunces uſuras pro periculi precio promitti moris eſſe, ait Marqu. *d. c. 13. n. 70.* Si tamen periculum majus ſit, quod a mari, fluctibus forte vel piratis aut ſcopulis infeſtiore, vel a longinquitate viæ metuitur, nihil obſtat quin præmium quoque majus pro magnitudine periculi, prout inter partes, absque uſurariæ tamen pravitatis labe, convenit, etiam ultra centiſimas ſtatuatur. vid. Marqu. *d. c.* 13. *n. 69.* Unde majus precium ſolvi ſolere notant, cum verſus Hiſpaniam, quam cum verſus Indiam Occidentalem navigatur; nec immerito: in Indiam enim etſi longius, rectum tamen eſt iter, eodemque ventorum genere expediri poteſt; in Hiſpaniam vero flexum, anfractuoſum, pluribusque periculis & moris obnoxium, quamque non niſi mutatis ſæpius ventis velisque conſequi poſſunt.

Æſtimatio periculi autem eſt æſtimatio ipſius damni in eventum exſtituri, ſed cujus precio plurimum detrahit incertitudo eventus; qualis e contrario quoque eſt æſtimatio ſpei, ſcl. æſtimatio ipſius rei vel commodi in eventum percipiendi, ſed cujus precium valde imminuitur incerto eventu: v. g. cum res emenda proponitur, cujus metuitur publicatio, vel occupatio hoſtilis: ſi certum eſt publicatum iri, nullus emtor reperietur, niſi ſtultus, nullumque offeretur precium, ubi ullum commodum æſtimabile eſt; at ſi incerta publicatio, valde tamen probabiliter ſecutura, adeoque ſpes exigua ſit, inveniri poterunt emtores, ſed offerent exiguum precium; majus vero, ſi ſpes magna ſit, & publicatio parum metuatur; non tamen totum, quod emtor offerret pro commodo plane certo. Unde cum Annibal audiſſet agrum, quem ipſe inſederat, eodem tamen die Romæ in foro veniſſe, nihil ob id diminuto precio, adeo invictus Romanorum animus ex hoc facto ipſi apparuit, ut vel ideo ſpem urbis potiundæ abjecerit. Liv. *lib. 26. cap. 11.* Valer. *l. 3. c. 7. n. 10.* arguens certos eos & ſecuros eſſe de victoria ac re recuperanda, qui integro eam precio emant.

Atque ea eſt vera æſtimatio aleæ: uti ergo, ſi quis jactum piſcium emit, æſtimatio quidem fit ejus quod capi ſolet, ſed cui incertitudo eventus plurimum detrahit; ita contra, ſi quis periculum damni ſuſcipit, æſtimatio quidem ejus damni fit quod accidere poteſt, ſed quam plurimum imminuit incertitudo eventus; quo modo conſtituitur precium aſſecurationis. Unde, cum plurimi mercatores Amſtelodami merces in aliorum ædibus depoſitas habeant, paciſci cum aſſecuratoribus ſolent periculo incendiorum; qui caſus cum in-

b omnino nullus erit si contrahentium alter rem, de qua agitur, aut salvam quo destinabatur pervenisse, aut periisse sciverit: *c* non tantum ob paritatem quam exigit contractuum permutatorium natura, *d* sed quia propria materia hujus contractus est *e* damnum sub ratione incerti. Periculi autem hujus pretium *f* ex communi æstimatione petendum est.

§. XXIV.

solitus sit, rarissimeque accidat, & exiguus adeo periculi metus sit, semunciale tantum fœnus accipiunt, id est ½ in 100.

Hinc præmium assecurationis non modo pure, sed & sub conditione, quin ea quoque lege dari aut promitti assecuratori potest, ut in aliquem casum reddat, adeoque eo existente contentus sit medii temporis usu; sed tum præmium illud longe minoris erit precii propter casum illum incertum in quem repeti, potest; at longe majoris, quam nudus medii temporis usus, quia casu illo non existente in perpetuum retineri potest: & illius precium minuit metus amittendi, hujus auget spes retinendi: adeo incertitudo addit & detrahit vero precio. *l. 5. in princ. ff. de naut. fœn.*

Quin, quod magis mirum, potest præmium ea quoque lege dari assecuratori, ut non modo quod accepit, sed & præterea amplius quid in casum illum reddat. *per d. l. 5. in pr.* Nam non modo æstimatur medii temporis usus, qui tam locuples esse potest ut loco præmii esse queat, etsi plus postea restituendum sit; sed & spes retinendi jure perpetuo præmii si casus non existat.

Est itaque periculum res vere æstimabilis, indeque dicitur *precium periculi, d. l. precium 5. pr.* quemadmodum & aleæ vera emtio venditio, eoque verum precium est. *l. 8. §. 7. ff. de contrah. emt.* Ex quo inprimis patet assecurationis æquitas ac justitia, cum periculum justo precio per eam æstimetur, atque adeo optimo jure qui periculum pro alio suscipit, ejus justamque quoque æstimationem ab alio recipiat.

Cæterum, etsi ex ratione juris communis assecurationem inire possunt tum omnes qui pacisci, modo liberam rerum administrationem habeant; tum de omnibus rebus quæ in commercio sunt, nec exportari prohibitæ; in utroque tamen capite plurimorum merito & prudenter immutarunt statuta locorum: cum enim magna pars felicitatis publicæ sint commercia, ut diximus, hoc vero negotium, quo præcipue fulciuntur & communiuntur commercia, fraudibus fere pateat, hinc statutis id agitur 1. ut ab eo, ejusque eventu seu periculo, omnis sinistra machinatio fraudisque suspicio absit. 2. Ut coërceatur cum temeritas pericula recipientium, tum facilitas res periculo committentium, utrorumque φιλοκερδεία; atque adeo 4. suum periculo constet precium.

„*b*) (OMNINO NULLUS ERIT SI CONTRAHENTIUM ALTER REM DE QUA AGITUR AUT SALVAM &c.) Solvitur enim pecunia hæc pro periculo: non autem est periculum si navis jam in portum delata & salva est, *d. disp. §. 16. 17 & 63.* dolose igitur stipulatur tales usuras qui „scit periculum non esse,

„*c*) (NON TANTUM OB PARITATEM QUAM EXIGIT CONTRACTUUM PERMUTATORIORUM NATURA:) Author in contractibus natura æqualitatem requiri dixit, & ita quidem, ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti: *supra §. 5.* „Nos veram rationem, cur his casibus contractus „nullus sit, modo exposuimus.

„*d*) (SED QUIA PROPRIA MATERIA HUJUS CONTRACTUS &c.) i. e. Quia in negotio assecurationis æstimatur periculum, & spes, adeoque „incertitudo eventus: *periculum* enim est damnum „quod metuitur; *spes* bonum quod expectatur; „utrumque a casu suspenditur, adeoque est quidem res æstimabilis, at ob incertitudinem æstimatur minori pretio: Quoties igitur incertitudo „non est, ut si alter contrahentium scit spem & „periculum non esse, cessat quoque omnis æstimatio.

„*e*) (DAMNUM SUB RATIONE INCERTI:) Nam „æstimator periculum a casu suspensum, adeoque „damnum quod incertum est, at contingere „potest.

„*f*) (EX COMMUNI ÆSTIMATIONE PETENDUM „EST:) Jure naturæ pretium petendum est ex di„spositione contrahentium, qui prout de suo jure di„sponunt ita jus est: Jure civili Romano usque „ad centesimas usuras stipulari licebat, moribus „fere septunces: *d. disp. 26. & 27.*

„At quæritur cujus loci & temporis æstimatio „inspicienda sit in computando damnu? B. Parens in *d. disp. §. 49.*, respondet. Ex natura hujus contractus nullius certi loci vel temporis „æstimationem spectandam esse, sed quanti „merces emtæ fuere: id enim ex natura „assecurationis agitur, ut indemnis servetur assecuratus, non etiam ut lucrum capiat. Atque ita „id quoque ex eadem ratione & æquitate decisum „est in L. Rhodia, in qua mercibus perditis inspicitur æstimatio, quanti emtæ sunt, quia detrimenti non lucri præstatio est, uti expresse dici„tur in *L. 2. §. 4. ff. ad L. Rhod. de jact.* Et longe „magis in assecuratione, quam in Haveria ea æstimatio sequenda est, nisi aliud convenerit; ita „aliud convenisse videtur, si quis promiserit merces „in certo loco salvas se præstiturum; tunc enim „& lucrum ejus loci salvum fore promisisse intel„ligitur, inprimis cum teneatur hoc casu ad omne „id quod interest. Idemque promissum videtur „in specie, in qua Scaccia, quod in ea causa „tum judex esset, sententiam suam se suspendisse „ait. *d. §. 1. p. 1. n. num. 169.* Cæterum statutum illud

§. XXIV.

I. [a] In ſocietate negotiatoria, [b] ubi confertur pecunia cum pecunia, [c] ſi pecuniæ æquales ſint, æquales eſſe etiam oportet partes in damno & lucro: [d] ſin inæquales fuerint, partes quoque fient pro rata: quod [e] Ariſtoteles fine octavi Nicomachiorum ſic extulit, ἐν χρημάτων

„illud Gemenſe, cujus meminit. *d. l.* ut medi-„etate itineris precia diſtinguantur, & loci, unde „ſolvitur, precium ſpectetur ſi medium iter non-„dum emenſa navis fuerit, alias autem ejus loci „in quem iter dirigitur, paſſim receptum eſt, & „ab æquitate non minus, quam decidendarum cau-„ſarum facilitate commendatur. Coren. *Rer. jud.* „*obſ.* 41. *in not. ad* ...4.

(AD §. XXIV.) Ad intellectum hujus materiæ *de ſociis* præmittenda ſunt vera principia.

PROPOSITIO I.

Societas eſt vel bonorum vel negotiationum.

PROPOSITIO II.

In ſocietate bonorum ſors ipſa communicatur; in ſocietate negotiationum ſaltem communicatio ſit lucri & damni.

DEMONSTRATIO.

Illa igitur magis dicitur communio quam ſocietas, ipſa enim ſors pro indiviſo acquiritur ſocio: *l. 73. ff. pro ſoc.* hinc etiam onera, ad quæ alter ſociorum tenetur, communicantur: *d. l. 73.* modo ne ex delicto ſuo teneatur. *l. 52. §. f. ll. ſeq. pro ſocio:* De ea ſocietate autem hic non agitur, neque ea huc pertinet. *Hæc* eſt ubi ſors cuique propria manet, at quæſtus ſaltem inter ſocios communis eſt, cum vero lucrum non intelligatur niſi deducto damno, per conſequens quoque damni communicatio ſocietati ineſt.

Effectus hujus rei eſt, quod in ſocietate negotiationum ſors pereat ei cujus eſt, & quod lucrum communicetur non æqualiter, (quia ſors inæqualis eſſe poteſt) ſed pro rata:

PROPOSITIO III.

Duo autem ſunt unde lucrum percipere poſſumus, (1) *res*, (2) *opera ſeu actio.*

DEMONSTRATIO.

Sors ergo non tantum in re, pecunia, in mercibus &c. conſiſtit, ſed & in opera; nam ex utraque utilitas oriri poteſt, quæ naturali ratione debetur ei cujus res vel opera eſt, cum nemo jus in rem vel operam alterius habeat.

PROPOSITIO IV.

Unde utilitas, quæ ex re vel opera provenit, utrique debetur pro rata rei vel operæ.

DEMONSTRATIO.

In ſocietate igitur quæ quæſtus cauſa initur, & ubi ſors ipſa non ſit communis, partes lucri non poſſunt eſſe æquales, quia alter ſociorum ex re aliena lucrum caperet: Neque enim aſſeri poteſt partes ita diſpoſuiſſe, nam id verum non eſt niſi id in ſpecie dictum ſit, ut lucrum æquis partibus commune eſſe debeat: Idque confirmatur per textum expreſſum in §. *6. Inſt. de ſociet.* Unde ſimul apparet ſententiam, quod in ſocietate negotiationum proportio Geometrica locum habeat, juri naturæ & civili eſſe convenientiorem.

PROPOSITIO V.

Non ergo valet ſocietas, ſi (a) alter tantum de damno participat non de lucro: (b) ſi lucri quidem portio promittitur, ſed tam exigua, ut propter damnum quod recipit vix unquam ſperandus ſit effectus lucri.

DEMONTSRATIO.

Eſſentia ſocietatis in eo conſiſtit quod lucrum debeat eſſe commune: ſi proinde alter lucro renunciet, deficit eſſentia ſocietatis, quæ in communione lucri conſiſtit, indeque negotium ſocietatis nullum eſt: ſed anne valet tanquam donatio? Reſp. Poſitis negotiorum formis, nec jure naturæ valebit, nam partes voluere ſocietatem contrahere, forma hujus negotii ſupponit communicationem lucri, adeoque non valet negotium ut ſocietas; neque ut donatio, quia partes non habuerunt animum donandi, ſed ſocietatem contrahendi, quæ hic, ob defectum formæ, non eſt: *l. 5. §. f. pro ſocio.*

Atque talis ſocietas a JCtis Romanis vocatur Leonina, ab Æſopi fabula de Lupo cum Vulpe dividente deſumta; Eaque non tantum eſt, ſi conveniat ut ſolum damnum non lucrum commune ſit, *l. 59. pr. eod.* ſed ſi partes lucri adeo ſint inæquales ut alter tantam damni partem recipiat, ut vix ſperare lucrum liceat: *Vid. §. 2. Inſt. pro ſocio.*

a) (Grot.) (IN SOCIETATE NEGOTIATORIA:) Exemplum ſocietatis habes in delphinis apud *Plinium* lib. IX, c. 8. &, in pinna ac pinnotere IX, 42. meminit & *Cicero* de finibus, (III, 19)

„*b*) (UBI CONFERTUR PECUNIA CUM PECUNIA:) „Ubi ambo pecuniam conferunt. *Gron. h.*

„*c*) (SI PECUNIÆ ÆQUALES SUNT, ÆQUALES „ETIAM DEBENT ESSE PARTES:) Nam quiſque „ex re ſua utilitatem percipit; ubi igitur res æqua-„lis confertur, utilitas quoque æqualis eſſe debet, „niſi partes inæquales pacto definitæ fuerint, §. *1.* „*Inſt. de ſociet.*

„*d*) (SIN INÆQUALES FUERINT, PARTES QUO-„QUE FIENT PRO RATA:) Sors enim cuique pro-„pria manet, ſi proinde æquales fierent portiones, „alter ſociorum ex re aliena locupletior fieret.

„*e*) (ARISTOTELES:) Adde 3. *polit.* 6.

„*f*) (IDEM

μάτων κοινωνία πλείω λαμβάνουσιν οἱ συμβαλλόμενοι πλείω. Atque *f* idem habebit locum si operæ aut æquales aut inæquales conferantur. *g* Sed & opera cum pecunia, aut cum pecunia & cum opera, conferri potest, ut dici solet.

h Par pari datum hostimentum est opera pro pecunia.

Plaut. Asin 1 3. 20. Navarr. 17 num 250. Covarr III var. cap. 2 Less lib. II. 2 25. du. 3

2 *i* Sed hæc collatio non uno modo fit: nam aut opera confertur cum solo pecuniæ usu, *k* quo casu sors domino perit, &, si salva est, *l* domino salva est; *m* aut opera confertur cum ipso dominio pecuniæ, quo casu qui operam impendit *n* particeps fit sortis. *o* In prima specie comparatur cum opera *p* non sors sed periculum amittendæ sortis, & lucrum quod probabiliter ex ea sperari poterat. *q* In altera, *r* operæ pretium habetur quasi sorti adjectum, *s* & pro eo quod valet *t* in ipsa sorte partem habet qui operam præstat. Quod de opera diximus, *u* idem & de labore ac periculo navigationis & de similibus intelligi debet.

3. Ut autem sociorum aliquis lucri sit particeps, *x* immunis damni, est quidem præter naturam societatis: *y* potest tamen ita conveniri sine injuria, *z* fiet enim mixtus contractus ex societate & ex contra-

„*f*) (IDEM HABEBIT LOCUM SI OPERÆ AUT ÆQUALES AUT INÆQUALES CONFERANTUR:) Nam „utilitas æque ex opera nostra ac ex re oritur, „imo aliquando major ex opera, uti si talis sit „negotiatio quæ magis operam requirit & solertiam: §. 2. *Inst. de Societ.* l. 29. §. 1. *ff.* l. t. c. „*pro socio.*

„*g*) (SED ET OPERA CUM PECUNIA, AUT CUM „PECUNIA ET OPERA:) Nam ex opera æque uti„litatem oriri dixi ac ex pecunia

„*h*) (PAR PARI:) Sunt verba Plauti *Asin. act.* 1. „*Scen.* 3.

„*i*) (SED HÆC COLLATIO NON UNO MODO „FIT:) Partes enim de sua re & de sua opera pro „lubitu disponere possunt, prout igitur disponunt „ita inest.

„*k*) (QUO CASU SORS PERIT DOMINO:) Nam „dictum est sortem ipsam, seu id quod collatum „est, non communicari sed lucrum sortis.

„*l*) (DOMINO SALVA EST:) Adeoque finita „societate, alter suam operam, quæ instar sortis est, „alter suam sortem recipit:

„*m*) (AUT OPERA CONFERTUR CUM IPSO DO„MINIO PECUNIÆ:) Tunc enim a parte alterius, „qui pro opera sortem ipsam communicat, adeo„que ita speciatim disponit, est communio bonorum, „& sic non proprie societas, quæ saltem est com„munio lucri & damni non sortis.

„*n*) (PARTICEPS FIT SORTIS:) Ita enim pacti „sunt.

„) *o*) (IN PRIMA SPECIE:) Si opera cum pecu„niæ usu communicatur.

„*p*) (NON SORS, SED PERICULUM AMITTENDÆ „SORTIS &c.) Adeoque & lucri quod ex illa sorte „speratur.

q) (IN ALTERA:) Ubi opera cum ipso domi„nio pecuniæ confertur.

„*r*) (OPERÆ PRETIUM HABETUR QUASI SORTI „ADJECTUM:) Nam opera est sors quædam, & „talis res ex qua producitur utilitas, æque ac ex „ipsa pecunia; fructus enim sunt æque industriæ „ac rei: Et sic industria hic confertur tanquam „res ex qua lucrum oriri potest:

„*s*) (ET PRO EO QUOD VALET:) Scilicet illa „opera; quia societatis natura est ut lucrum & „damnum saltem communicetur pro rata colla„tionis.

„*t*) (IN IPSA SORTE PARTEM HABET:) Quia ita „pacti sunt:

„*u*) (IDEM ET DE LABORE AC PERICULO NA„VIGATIONIS, ET SIMILIBUS INTELLIGI DEBET:) „Nimirum ut labor quoque & periculum, vel cum „ipsa sorte, vel saltem cum pecuniæ usu conferri „possit.

„*x*) (IMMUNIS DAMNI, EST QUIDEM PRÆTER „NATURAM SOCIETATIS:) Quintus Mutius ita „sentiebat, sed sententia Servii Sulpitii prævaluit „§. 2. & 3. *Inst. de societ.* quia lucrum semper in„telligitur deducto damno: *d.* §. 3. sufficit ergo „lucrum commune esse.

„*y*) (POTEST TAMEN ITA CONVENIRI SINE „INJURIA:) Nam est vera societas. *d.* §. 3.

„*z*) (FIET ENIM MIXTUS CONTRACTUS EX „SOCIETATE, ET EX CONTRACTU AVERSI PERI„CULI:) Imo unum hic est negotium, scilicet „*societas* ad cujus essentiam sufficit communio „lucri,

tractus [aa] aversi periculi, [bb] in quo ita servabitur æqualitas si tanto plus lucri ferat quam alioqui laturus fuerat qui in se damnum recipit. Ut autem quis damnum sentiat [cc] sine lucro, ideo admittendum non est, [dd] quia ita naturalis est societati utilitatum communio, ut sine ea nequeat societas consistere. Quod autem dictum est [ee] a Jurisconsulto, non expressis partibus, æquales intelligi, ita demum pro vero habendum est, si quæ conferuntur sint æqualia. [ff] In societate autem universorum bonorum [gg] non id quod hinc aut illinc obvenit, sed quod probabiliter sperari poterat comparandum est.

Angelus verb Societas 1. § 7. Silv verbo Societas 1 q 2. Navarr. 17. n. 255. Covarr. & Less. d. locis.

§. XXV.

[a] In societate navali adversus piratas [b] utilitatis communis est ipsa defensio: interdum & præda. [c] Solent autem æstimari naves, & quæ in navi sunt, atque ex his summa confici, [d] ut damna quæ eveniunt, [e] in quibus sunt & vulneratorum impendia, ferantur a dominis

Livius lib. XXXIX Arist III Polit. c 6 l Si non D. pro socio.

„lucri, i. e. ejus quod superest deducto damno „d. §. 3. pactum autem illud, quod si nullum lucrum sit sed solum damnum id alter solus ferre „debeat, non evertit naturam societatis, sed est „pars contractæ societatis.

„aa) (AVERSI PERICULI:) i.e. Assecurationis: „de qua supra §. 23.

„bb) (IN QUO ITA SERVABITUR ÆQUALITAS „SI TANTO PLUS LUCRI FERAT, QUAM ALIO„QUI LATURUS FUERAT &c.) Imo nulla hic „æqualitas observatur, sed prout partes dispo„nunt, ita jus est, etsi plus lucri non ferat is qui „damnum in se recepit: d. §. 3.

„cc) (SINE LUCRO:) Quæ societas JCtis dici„tur Leonina.

„dd) (QUIA ITA NATURALIS EST SOCIETA„TI UTILITATUM COMMUNIO UT SINE EA NE„QUEAT SOCIETAS CONSISTERE:) Vera ratio est, „quia fontes societatis, quam gentes huic nego„tio dederunt, necessario inserit communicatio„nem lucri. Si proinde hoc requisitum deficit, „forma essentialis deficit, eoque non est societas. „Neque valebit ut aliud negotium, quia partes a„nimum non habuere aliud negotium, præter socie„tatem, contrahendi.

„ee) (A JCTO:) Ab Ulpiano in *l. 29. pr. pro* „*socio.*

„*) (SI QUÆ CONFERUNTUR SUNT ÆQUALIA:) „Si enim partes non sunt æquales, alter lucrum „ex re aliena caperet: atque hanc sententiam pro„bavi in jure meo controverso *tit. pro socio. q. 7.*

„ff) (IN SOCIETATE AUTEM UNIVERSORUM „BONORUM &c.) Ibi omnia bona communia sunt, „ipsumque dominium commune utrique est pro „indiviso.

„gg) (NON ID QUOD HINC AUT ILLINC OBVE„NIT, SED QUOD PROBABILITER SPERARI POTE„RAT, COMPARANDUM EST:) Cum enim omne sit „utriusque patrimonium pro indiviso commune, „necessario sequitur, omnem utilitatem, sive præ„sentem sive futuram, communem esse. Adeoque „ad hanc societatem pertinent omnia lucra, etiam „quæ speciatim societatem non respiciunt. *Laut.* „*comp. f. 291.*

„a) (IN SOCIETATE NAVALI ADVERSUS PI„RATAS:) De qua egimus *supra §. 4.*

„b) (UTILITATIS COMMUNIS EST IPSA DEFEN„SIO: INTERDUM ET PRÆDA:) Quando plures „ineunt societatem navalem, i. e. quando plures „socii conferunt naves, instrumenta bellica, & „operam communem, hæc *sortem* constituunt; „utilitas quæ inde oritur est defensio commercii, „& præda: Hinc jam quæritur, quomodo præda „hæc inter socios dividatur? Resp. pro rata col„latæ sortis, i. e. navis, instrumentorum, & ope„ræ &c. At quia difficillima hæc computatio fo„ret, ideo pactis definiri partes lucri solent. At„que hinc apparet onera quoque pro rata rerum „quæ servantur inter socios dividenda esse:, adeo„que mercator qui per defensionem illam plus „servat, plus quoque sumtuum conferre debet „quam is qui minus servat.

„c) (SOLENT AUTEM ÆSTIMARI NAVES ET „QUÆ IN NAVI SUNT:) Nam lucrum hic æsti„matur ex commodo defensionis, plus autem „commodi inde consequitur is qui plures merces „habet.

„d) (UT DAMNA QUÆ EVENIUNT FERANTUR „A DOMINIS NAVIUM ET MERCIUM PRO PARTE:) „Qui igitur multas merces habet, easque per defen„sionem servat, is plus quoque impensarum con„ferre tenetur.

„e) (IN QUIBUS SUNT ET VULNERATORUM „COMPENDIA:) Vulneribus enim certum precium „imponi solet, quod communiter præstandum „tanquam onus: exemplum hujusmodi pacti ex„stat

nis navium & mercium, *f* pro parte quam habent in ea summa. Et hæc quidem quæ diximus hactenus *g* ipsi juri naturæ sunt consentanea.

§. XXVI.

I. Nec in his *a* jure gentium voluntario quicquam mutatum apparet: *b* uno excepto, quod inæqualitas rerum in quam censensum est, *c* ubi nec mendacium intercessit, *d* nec ejus quod dictum oportuit reticentia, *e* in actionibus exterioribus pro æqualitate habetur: ita ut quomodo *f* ju-

„stat in libello cui titulus. *Histoire des Flibustiers.*

„*f*) (PRO PARTE QUAM HABENT IN EA SUMMA:) Quæ scilicet ex æstimatione navis, & quæ „in ea sunt conficitur.

„*g*)(IPSI JURI NATURÆ SUNT CONSENTANEA:) „Scilicet posita hypothesi, quod societas sit nego„tium cujus forma essentialis consistit in commu„nicatione lucri:

(AD §. XXVI) Postquam Author regulam, *quod natura spectetur æqualitas in contractibus*, posuit, idque in singulis contractibus, quanquam infeliciter admodum, probare conatus fuit, jam exceptionem a regula illa proponit ex jure Gentium voluntario, Hoc enim inæqualitatem in pretio permittere, ait, in emtione, atque hinc refert assertum JCti in *l. 16. de Min. quod naturaliter partibus liceat se invicem circumvenire:* modo non sit læsio ultra dimidium veri pretii: At supra jam diximus JCtum loqui de circumventione quæ fit ex dispositione partium, scilicet plus petendo, vel minus licitando: ita enim ipse rem explicat. *d. l. 16.* Conf. *l. 22. §. f. l. 33. ff. loc. cond.* Hæc circumventio, qua alter majus pretium petit ac res valet, & in quam alter consentit, jure naturæ omnino licita est, quia partes de suo jure disponunt: At jure civili hæc libertas naturalis restricta, & ne ultra duplum veri pretii emtor exigat, alterumque circumveniat, statutum est.

„*a*) (JURE GENTIUM VOLUNTARIO:) Cum „tale jus non existat, (*Differt. proem. IV.*) fru„stra quæritur an eo jure aliquid mutatum sit.

„*b*) (UNO EXCEPTO, QUOD INÆQUALITAS RE„RUM IN QUAM CONSENSUM EST, ACTIONIBUS „EXTERIORIBUS PRO ÆQUALITATE HABEATUR:) „Repetit hoc Author infra. *c. 19. §. 6.* Sensus „est, jure naturæ nihil ex tali contractu inæquali „deberi, adeoque agenti exceptionem inæqualitatis „opponi posse; at contractum illum ex jure „gentium voluntario firmitatem accipere, & „jus externum inde acquiri. *d. §. 6.* At (1) „negamus inæqualitatem jure Gentium vo„luntario pro æqualitate haberi, cum jus tale gen„tium non existat, & inæqualitas in pretio naturali „quoque ratione pro æqualitate, i. e. pro jure „habeatur: Hinc (2) verum non est, jus hoc ex„ternum esse, & saltem actionem denegari con„tra inæqualitatem; jure interno autem, i. e. jure „naturæ actioni illi opponi potuisse exceptionem „inæqualitatis:

„*c*) (UBI NEC MENDACIUM INTERCESSIT:) „Si igitur venditor qualitates mentitur quæ rei „non adsunt, nec jure gentium inæqualitatem pro „æqualitate haberi ait; adeoque actionem dari em„tori putat ad corrigendam inæqualitatem: At ven„ditor hoc casu non tenetur ob inæqualitatem, sed „ob dolum, ejus enim mendacio deceptus majus „pretium solvi, hoc damnum, cujus ipse causa est, „reparare tenetur.

„*d*) (NEC EJUS QUOD DICTUM OPORTUIT RE„TICENTIA:) Putat igitur inæqualitatem tunc quo„que pro æqualitate non haberi, si venditor vi„tia non significavit; ut supra §. 9. demonstravi„mus id non ex inæqualitate oriri, sed quia facto „venditoris, qui scivit vitia, vel scire potuit & de„buit, mihi damnum datur, quod venditor repa„rare tenetur.

„*e*) (IN ACTIBUS EXTERIORIBUS:) Cujus effe„ctus est, ut actio ex inæqualitate detur, quæ jure „interno, opposita exceptione inæqualitatis, elidi „potuisset. *Vid. infra c. 19. §. 6.*

f) (JURE CIVILI ANTE CONSTITUTIONEM DIOCLETIANI ACTIO IN FORO NULLA DABATUR:) Imo ante constitutionem Diocletiani jure Digestorum jam obtinuit ut ex enormi læsione daretur restitutio in integrum, ex clausula scl. generali, si qua justa mihi causa fuerit. At quid sit enorme damnum, hoc demum definitum est a Diocletiano in *L. 2. c. de Rescind. vend.*

ADDITIO.

„Egregie hanc quæstionem, *an restitutio ex cau„sa enormis læsionis digestorum jure jam obtinuerit,* „exposuit B. Pareus *in dissert. ad l. 3. c. comm. „utriusque judicio. Sect. 2. §. 5. 6. & 7.* his „verbis.

„Posteriorem hanc sententiam ut appareat certissimam esse, observandum inprimis est, resti„tutionem ex causa enormis læsionis non esse in„troductam primum per *l. 2. C. de Rescind. vend.* „Sed jam antea & jure quoque Digestorum obti„nuisse, comprehendique sub edicto restitutionis „majorum in *l. 1. ff. ex quib. caus. major.* & „quidem sub clausula illa generali, *si qua justa „causa mihi fuerit &c. d. l. 1. §. 4. l. 26. §. fin. „eod.* cum enim vi hujus clausulæ permissum sit judici

f jure civili ante constitutionem Diocletiani, actio in foro nulla dabatur adversus talem inæqualitatem, *g* ita nec inter eos, qui jure gentium solo sociantur, exactio aut coactio sit eo nomine *h* Hoc enim est quod ait Pomponius, in pretio venditionis & emtionis naturaliter licere se mutuo circumvenire: *i* ubi licere est non quidem fas esse, sed ita permitti ut nullum contra proditum sit remedium in eum qui se pacto velit defendere. *L. 16. §. 4. D. de minor. l. 22. §. f. D. locati.*

2.*l* Naturaliter autem eo in loco, ut & alibi interdum, positum est pro eo quod recepti passim moris est; quomodo apud Apostolum Pau-

„judici, ubicunque æquum videtur, in integrum „restituere, *d. l. 26. §. fin. in pr.* uegari neutiquam „potest, ioprimis æquum quoque esse, ut enormia „damna reparentur. *l. 6. §. fin. ff. de jur. dot. l.* „*79. ff. pro soc.*

„Quodnam autem esset enorme damnum, tunc „definitum oon fuit, sed arbitrio judicis id quo„que permissum: definitur vero hoc demum in „*d. l. 2. in fin.* & restriogitur ad læsionem ultra „duplum; idque certissima hac ratione constat, „quod *d. l. 2.* agat de negotio ante contracto, „scilicet de venditione jam ante facta: verb. *Si tu* „*vel pater tuus distraxerit*; quæ proinde, si semel „ita valuisset ut tempore cootractus nullom con„tra eam remedium juris fuerit, non potuisset ex „post facto eam Imperator per *d. l. 2.* tollere; „expediti enim juris est, tum, quod jus semel ex „causa valida quæsitum nec princeps auferre pos„sit: tum, quod ex eadem oaturali ratione leges „in futurum, non in præteritum obligent, & ad „negotia futura noo ad præterita referantur. *l. 7.* „*C. de Legib.* Neque ab hac naturali regula alia „datur exceptio, quam in legibus mere declarato„riis, ac negotiis adhuc pendentibus; *d. l. 7. Nov.* „*143. in fin. Clement. un de probat.* in bis enim „cum nondum jus parti quæsitum sit, sed paodeat „a futura decisione seu declaratine, hæc, ubi se„quitur, ad ista quoque oegotia absque ulla inju„ria referri potest. Atque ita *d. l. 2.* id quidem, „quod ab arbitrio judicis adhuc pependit & de„clarandum fuit, scl. quænam esset enormis læsio, „perpua lege declarere ac definire potuit; ipsam „autem venditiooem jam perfectam, si tum jure „valida fuisset, novo jure tollere noo potuit.

„Atque ita passim occurrunt vestigia juris vete„ris, quibus ante *d. l. 2.* quoque succursum fuit „in precio læsis: uti *in l. 79. 80. ff. pro socio.* ubi „corrigitur nimia læsio, quæ per arbitrum in defi„niendis societatis partibus illata fuerat; nihil au„tem iotereft, an ipsi socii partes per sedefiniant, „an per alium. *arg. l. fin. C. contr. emt.* Ita læsis „in precio actiones jam olim competiisse apparet „ex *l. 2. ff. Depos. l. 12. §. 1. ff. fam. ercisc. &c.*

„*g*) (ITA NEC INTER EOS, QUI JURE GENTI„UM SOLO SOCIANTUR, EXACTIO AUT COACTIO „SIT:) Dictum est homines non sociari ex aliquo „jure gentium voluntario, utpote quod non agno„scimus: Diximus porro jure naturæ exa„ctionem aut coactionem ex inæqualitate pretii „esse, adeoque id noo demum procedere ex „ficto aliquo jure gentium voluntario.

„*h*) (HOC ENIM EST QUOD AIT POMPONIUS:) „Imo Pomponius in *L. 16. §. 4. de Minor.* non „provocat ad jus aliquod gentium voluntarium, „sed ad ipsam naturæ rationem, quando ait, *in* „*pretio emtionis & venditionis naturaliter se cir*„*cumvenire licere*; quia omne pretium oatura ju„stum est quod inter partes statuitur: Sane pre„tia rerum certa a natura non sunt, sed variant „affectu, indigentia &c. indeque nullum pretium „a natura est nisi quod partes inter se constitue„runt: Hinc notanter Pomponius addit licere se „invicem circumvenire *in pretio emtionis vendi*„*tionis*, vel, ut clarius id explicatur in *l. 22. §. f.* „*loc. Cond. ut concessum sit quod pluris est mino*„*ris emere, quod minoris est pluris vendere, atque* „*ita NB. se invicem circumvenire*: Conf. *prine.* „*h. §.*

„*i*) (UBI LICERE EST NON QUIDEM FAS ESSE, „SED ITA PERMITTI:) Contrarium apparet ex „ipsa lege ubi dicitur *naturaliter* licere: natura „autem quæ permittit, ea quoque fas sunt: sed „& ratio naturalis hic subest, quia partes pro lu„bitu definire precium, & in infinitum de suo jure „disponere possoot.

„*k*) (UT NULLUM CONTRA PRODITUM SIT „REMEDIUM IN EUM QUI SE PACTO VELIT DE„FENDERE:) Sensus est, actionem non „dari contra lædentem, etsi injuria agat; pro„pter exceptionem pacti quam lædens opponere „jure gentium possit.

l) (Grot.) (NATURALITER AUTEM IN EO LOCO POSITUM EST PRO EO QUOD RECEPTI PAS„SIM MORIS EST:) Sic *Gellius* lib. IX, c. de actu conjogali: *rem natura lege operiendam.*

ADDITIO.

„Apud JCtos vox *naturaliter* varie accipitur „(1) pro facultate morali agendi; ut in circum„ventione circa precium. (2) pro facultate mere „naturali: quo sensu servo in suum corpus *natu*„*raliter* sævire licet *l. 9. §. 7. ff. pecul.* Et Quintilia„nus *Decl. 4.* ait, *licet mihi mori etiamsi id negetis*: „(3) nunquam autem sumitur pro consuetudine „passim recepta:

m) (IPSA

1. Cor XI, 14. Paulum [m] ipsa natura docere dicitur, viro turpe esse comam alere, cum tamen id [n] neque repugnet naturæ, [o] & multos apud populos usitatum sit. Sic idolorum cultores, non autem quosvis homines φύσει XIV. 1. ματαίους, id est [p] *natura vanos* appellat scriptor libri Sapientiæ, & [q] τέκνα φύσει ὀργῆς Paulus Apostolus, [r] non tam ex sua quam ex Ro- Eph. II. 3. Gnomograph. Ed Sylb. p. 131. manorum, apud quos tum vivebat, persona loquens. Evenus Poëta vetus:

Φημί πολυ χρόνιον μελέτην ἔμεναι φίλε, καὶ δὴ
Ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.
Quod [r] *meditare diu durabile fiet, amice,*
[s] *Atque id naturam credo mortalibus esse.*

Ejusdem sensus dictum vetus apud Galenum extat: ἐπίκτητοι φύσεις Lib. III c. 84. τὰ ἔθη *consuetudo adscititia est natura.* Apud Thucydidem simili notione dicitur τῶν νόμων κρατήσασα ἡ ἀνθρωπεία *humana natura legum victrix*. Sic [t] πεφυσιωμένα dicunt Græci tum virtutes tum vitia post- Lib XVI Cap. 13. pag 519 Ed. H. Steph. quam altas radices egerunt. Apud Diodorum vero Siculum legimus: τὸν φύσεως ὑπὸ τὸν ἀνάγκης ἡττωμένης. *Cum necessitas naturam, id est robur animi, vinceret.* Sic Pomponius Jurisconsultus, cum dixisset jus Romanum non pati eundem [u] in paganis & testato & intesta-

„m) (IPSA NATURA DOCERE DICITUR VIRO „ESSE CORAM ALERE:) Natura nec hic sumitur „pro recepto passim more, sed pro facto naturæ, „quæ fœminis præ maribus comam pinguiorem „pro velamine dedit.

„Hoc factum naturæ nos docet NB. juxta mo„rem Hebræorum turpe esse viro comam alere, „turpe uxori comam non alere: Cum enim *vir* „orare non velato capite teneatur, *1 Cor. XI, 4.* „capilli autem sint velamentum capitis, *d. c. XI,* „*v. 15.* recte ait Apostolus, virum velato capite „orantem deturpare caput suum; *d. c. XI. 4. 7.* „adeoque comam, si eam nutriat, ei esse igno„miniam. *d. c. XI.* 14. Econtrario, cum mulier „non possit orare nisi velato capite, *d. c. XI. 5.* „*6. 10.* capilli autem ei natura pro velamento „dati sint. *d. c. XI.* 15 hæc ipsa natura nos do„cet, turpe esse mulieri, decalvari, *d. c. XI. §. 5.* „*&* 6. gloriosum autem esse s. comam nutriat. „*ibid. §. 15.*

„n) (NEQUE REPUGNAT NATURÆ:) Imo re„pugnat facto naturæ, quæ comam longiorem „fœminis dedit quam maribus.

„o) (ET MULTOS APUD POPULOS USITATUM „SIT:) Apud Romanos admodum improbabatur „mos ille nutriendi comam. *Vid. Sen. de brev. vit.* „*c. 12. Gellius l. 5. & 7. 12.* Chorus apud *Sen.* „*Hyppol. 800. Ovid. Heroid. 4. 75. &c.* Econtra„rio, Lycurgus apud Spartanos edicto sanxit ut „pubertatis annos egressi comam nutrirent, quo „viderentur graviores. Idem fecit Agesilaus. *Vid.* „*Fabri lexicon voce coma:*

„*) (NATURA VANOS:) Imo natura hic pro „jure naturæ sumitur, quia jus naturæ prohibet „idola colere. *Vid. l. 2. c.* 20. *§.*

„p) (τέκνα φύσει ὀργῆς:) *Eramus natura filii* „*iræ:* At Apostolus ibi non intelligit per natu„ram id quod recepti passim moris est, sed statum „naturæ corruptæ, qui opponitur statui gratiæ „*vid. Gron. h.*

„q) (NON TAM EX SUA QUAM EX ROMANO„RUM, APUD QUOS TUM VIVEBAT, PERSONA LO„QUENS:) Imo ex sua persona, qua christianus „loquitur: apud Romanos enim differentia inter „statum corruptum & statum gratiæ cognitus non „erat.

„r) (MEDITARE DIU:) Exercebis, agitabisque „sæpe ac diu. *Gron. h.*

„s) (ATQUE ID NATURAM CREDO MORTALI„BUS ESSE:) Natura hic itidem non accipitur pro „eo quod passim recepti moris est, sed pro con„suetudine quam homines eundem sæpius actum „agendo contrahere solent, & quæ altera natura „dicitur. Unde Quintilianus *Inst. 1. 2.* elegan„ter ait, *fit ex his consuetudo, deinde natura:* atque huc quoque pertinent ab Authore hic alle„gatæ autoritates.

„t) (πεφυσιωμένα:) In naturam redacta:

„*) (POMPONIUS:) In *l. 7. Reg. jur.*

„u) (IN PAGANIS:) i. e. Non militantibus. „*Suet. Galb.* 19

„x) (NATURALITER INTER SE PUGNAM ESSE:) „Introducto Jure Romano testamentorum usu, „ac testamenti definitione, & quatenus est *dispositio* „de

inteſtato decedere, addidit earum rerum [x] naturaliter inter ſe pugnam eſſe, cum tamen ea regula [y] e ſolis Romanorum moribus pendeat, neque apud alios populos locum habeat, ac ne apud ipſos quidem Romanos [z] in militum teſtamento. *l. jus noſtrum, 7. D. de R. I.*

3. Evidens autem fuit utilitas [aa] ejus quod dixi juris introducendi, ad præcidendas controverſias infinitas, & ob incerta rerum pretia [bb] inter eos qui communem judicem non habent inexplicabiles, quæ vitari non poterant [cc] ſi ob inæqualitatem a pactis diſcedere licuiſſet. *Hæc eſt emtionis atque venditionis ſubſtantia* (ajunt Imperatores, [dd] ſubſtantiæ nomine morem perpetuum ſignificantes) *quod emtor viliore comparandi venditor cariore diſtrahendi votum gerentes ad hunc contractum accedant, vixque* * *poſt multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic quod obtulerat addente, ad certum conſentiant pretium* [ee] Seneca ait hoc jus reſpiciens: *Quid intereſt quanti ſint, cum de pretio inter ementem & vendentem convenerit? Nihil venditori debet qui bene emit.* Andronicus Rhodius [ff] ſenſu eodem, τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἑκȣσίοις συναλλάγμασι κέρδος ȣ̓́τε ἄδικόν ἐςιν, ȣ̓́τε εὐθύνε δε τȣ́των γὰρ ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος *Lucrum, quod voluntate contrahentium percipitur, nec injuſtum eſt, nec corrigitur. Ejus enim rei licentiam lex conceſſit.* *L. Si voluntate, 8. C. de reſcind. vend.* *L. VI de benef. 15. Nic v. 5.*

4.

„verſo patrimonio, omnino contradictio naturalis „eſt, pro parte teſtatum pro parte inteſtatum „decedere, i. e. facere diſpoſitionem univerſalem, & diſponere ſaltem de parte bonorum.

„y) (E SOLIS ROMANORUM MORIBUS:) Qui hoc modo teſtamentum definiebant.

„z) (Grot.) (IN MILITUM TESTAMENTO:) „Imo & in paganorum teſtamentis ſæpe, ubi inofficioſi querela inſtituitur. L. mater. L. nam etſi. L. circa. D. de inoff. Teſtamento, addita L. cum duobus C. eodem titulo.

ADDITIO.

„Sed nec tunc naturæ id repugnat, quia ratione militis teſtamentum non eſt diſpoſitio de univerſo patrimonio, ſed ibi teſtamentum definitur „qualibet diſpoſitio de eo quod quis poſt mortem „fieri vult:

„aa) (EJUS QUOD DIXI JURIS INTRODUCENDI) „Rationem hic reddit, cur jus gentium voluntarium non omnem inæqualitatem in pretio pro „vitioſa habeat, quia alias inextricabiles orituræ „eſſent lites inter eos qui judicem non habent. „At diximus (1) Jure naturæ non requiri æqualitatem in negotiis: (2) inæqualitatem in pretio non vitiare negotium: negavimus (3) dari „jus aliquod gentium voluntarium quo gentes inter ſe obligentur, ſed diximus (4) regulam illam, „*ut inæquale pretium in emtione venditione habeatur pro æquali*, i. e. juſto: non eſſe ex ficto aliquo jure gentium voluntario, ſed ex ipſo jure „naturæ.

„bb) (INTER EOS QUI COMMUNEM JUDICEM „NON HABENT:) Quaſi ſummis poteſtatibus ex „ficto aliquo gentium conſenſu jus imponi poſſit.

„cc) (SI OB INÆQUALITATEM A PACTIS DISCEDERE LICUISSET:) Hic metus vanus eſt, quia „jure naturæ ſatis cautum eſt ne partes ob inæqualitatem pretii recedere a diſpoſitione poſſint.

„dd) (SUBSTANTIÆ NOMINE MOREM PERPETUUM SIGNIFICANTES:) Imo ICti ſubſtantiam „negotii intelligunt naturalem; Quod enim nemo teneatur juſto pretio vendere, quod partes „pro lubitu de re ſua & pretio ſuo diſponere poſſint, hoc ſequitur ex ipſa negotii natura ac ſubſtantia naturali, non igitur ex aliquo demum „jure gentium voluntario, aut more recepto.

*) (Grot.) (POST MULTAS CONTENTIONES:) Feſtus: *Ciciones dicti videntur a cunctatione, quod in emendis vendendisque mercibus tarde perveniant ad juſti pretii finem, itaque apud antiquos prima ſyllaba per U literam ſcribebatur. Quintilianus* declamatione pro civibus: *diu cocionatus eſt.* (Decl. XII. pag. 218. *Edit. Obrecht.*)

„ee) (SENECA AIT HOC JUS RESPICIENS:) „Scilicet jus gentium voluntarium, ſeu morem „perpetuum: nos probavimus id ſequi ex ipſo „jure naturæ.

„ff) (SENSU EODEM:) Imo nec hic reſpicit „jus gentium voluntarium, ſed legem naturæ.

4. Is [gg] quem indicavi paulo ante scriptor vitæ Isidori, minoris justo emere, aut pluris vendere vocat ἀδικίαν ὑπὸ μέν τοῦ νόμου ἀφειμένην, τὸ δὲ δίκαιον ἀνατρέπουσαν. [hh] *injustitiam a lege quidem permissam, sed quæ re ipsa justum pervertat.*

CAPUT XIII.

De Jurejurando.

I. *Jurisjurandi quanta vis sit etiam ex paganorum opinione.*
II. *Animum deliberatum requiri, nempe ut quis jurare voluerit.*
III. *Verba jurantis obligare in sensu quo ea creditur accepisse cui juratum est.*
IV. *Juramentum dolo elicitum quando obliget.*
V. *Juramenti verba non extendenda ultra receptum loquendi morem.*
VI. *Juramentum non obligare de re illicita factum:*
VII. *Aut quod impediat majus bonum morale:*
VIII. *Aut si factum sit impossibile:*
IX. *Quid si impossibile sit ad tempus?*
X. *Jurari Deo nominato, & quo sensu:*
XI. *Sed & nominatis rebus aliis, cum respectu ad Deum.*
XII. *Juramentum esse etiamsi per falsos Deos juretur.*
XIII. *Effectus jurisjurandi: inde obligatio ex jurejurando duplex, tempore jurisjurandi, & postea: quod distincte explicatur.*
XIV. *Quando ex jurejurando jus quæratur homini & Deo, quando Deo tantum.*
XV. *Refellitur sententia statuens eum, qui piratæ aut tyranno juravit, Deo non teneri.*
XVI. *Qui perfide juravit, an implere debeat, distinctione explicatur.*
XVII. *Cum Deo soli quis obligatus fuit, heredem ejus ad nihil teneri.*
XVIII. *Perjurum non esse, qui non implet volenti impleri, aut sublata qualitate ejus, cui sub illa qualitate juratum est.*
XIX. *Quando irritum sit quod contra juramentum fit.*
XX. *Superiorum actus quid possit circa id quod subditus juraverit, aut quod subdito juratum est, cum distinctionibus exponitur.*
XXI. *Monita Christi de non jurando, ad quale juramentum proprie pertineant.*
XXII. *Quæ fides injurata juramenti vim ex more habeat.*

§. I.

„gg) (QUEM INDICAVI PAULO ANTE:) Mentionem paulo ante non fecit scriptoris vitæ Isidori.
„hh) (INJUSTITIAM A LEGE QUIDEM PERMISSAM:) Author ille non fuit juris peritus, sed „more Philosophorum ea quæ virtutis & perfectionis sunt sæpe pro jure naturæ venditat.

(AD §. I.) Hactenus de obligatione egimus quæ ex promissis & contractibus oritur: Sequitur nunc tractatio de confirmatione obligationum, quæ fit per jusjurandum: Principia totius materiæ hæc sunt.

PROPOSITIO. I.

Jusjurandum est assertio quædam religiosa ad id quod dicitur confirmandum adhibita: Cic. l. 3. off. c. 104.

DEMONSTRATIO.

Equidem modi, quibus dicta & promissa confirmamus, varii esse possunt; nam & fidejussoribus & pignoribus datis firmantur promissa, item adjectione pœnæ, quam alter stipulatur in casum quo fallit, & cujus metu vel abstinet, vel abstinere speratur.

Talis quoque modus, dicta & promissa firmandi, est adjectio rei nobis sanctæ & religiosæ: Si nimirum quis aliquid asserit, vel promittit aliquid, facta mentione rei quæ ipsi inviolabilis est, i. e. quæ ipsi sacra, sancta, & religiosa est. Religiosum igitur hic sumitur, non pro loco demortui, sed in genere pro omni eo quod sanctum est, quod religioni nobis esse debet, adeoque quod ab injuria hominum defensum ac munitum est: unde sanctum & violabile perpetuo invicem opponuntur. Gellius *L. 17. c. 2.* ait *Tanta sanctitudo fani est, ut nunquam quisque violare sit ausus:* Cicero pro Fontejo, *His quicquam sanctum & religiosum videri potest? Qui ne religionem quidem colere possunt, nisi scelere prius violaverint;* Unde alibi ait, *nihil tam sanctum quod non violat audacia: pro Roscio c. 24.* & pro Archia, *Si igitur sanctum apud vos quod nulla unquam barbaries violavit.* Atque hinc JCti Romani *sanctum* definiunt quod ab injuria defensum se munitum est, *L. 8. pr. L. 9. §. 1. ff. Rer. div.* Unde Tribuni plebis sacrosancti facti dicuntur, ne quis ipsis nocere possit: *Liv. L. 3. c. 55.* Cæsar de Germanis ait, *hospites violare fas non putant, qui quaque de causa ad eos venerunt sanctos habent: L. 6. de bell. Gall.* Plinius Corelli Rufi memoriam sibi sanctam esse dixit. *L. 7. ep. 11.* i. e. inviolabilem, quo sensu & pudicitiam ac libertatem rem sanctam ait *Liv. 3. 52.* Atque hoc modo parentes nobis sancti sunt: *Vid. supr. c. 5. §. 1. Prop. VI.* Magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis, inquit Cicero *pro Roscio c. 24.* indeque defendit Roscium quod non præsumi possit patrem occidisse: In genere Idem

idem Cicero *pro Ligur. in f.* ait *semper regium nomen in hac civitate sanctum fuit, sociorum vero regum & amicorum sanctissimum.*

Qui proinde asserit vel promittit aliquid, adjecta re sancta sibique inviolabili, ait se non magis violaturum fidem, quam rem sibi religiosam; vel aeque sancte se habiturum quod dixit, quam rem sanctam quae additur. Si ergo violat fidem, necessario quoque violat sanctitatem rei cujus mentionem fecit, cujus violationis poena ipsi metuenda est.

PROPOSITIO II.

Assertio igitur illa religiosa non tantum per Deum, sed & per quamlibet rem nobis sanctam fieri potest.

DEMONSTRATIO.

Equidem varii sunt sanctitatis gradus: res omnium sanctissima nobis est Deus, hinc fortissima quoque cautio est quae fit Deo teste adhibito: Nam is qui aliquid ita promittit, cavet se non magis violaturum dictum suum quam Deum; Cautio igitur hic in eo consistit quod non videtur velle violare rem sacram, cujus vindicta ipsi necessario metuenda esset.

Praeterea autem aliae quoque res nobis sanctae esse possunt, licet inferiori gradu, ut angeli, sancti, parentes, principes, liberi, majores. &c. *Vid. infr. §. 10. & 11.* Adeoque hae quoque cautionis loco assertis & promissis adhiberi possunt; Nam hic quoque promittens pollicetur se non magis violaturum fidem datam, quam honorem, reverentiam, & amorem quem debet angelis, sanctis, liberis &c. Neque hactenus aliquid injusti hic subest.

Neque obstat definitio Ciceronis, quod juramentum sit *affirmatio religiosa, Deo teste adhibita:* Nam sensum ejus plenius explicabimus *ad §. 1. n. 3.*

PROPOSITIO III.

Affirmatio illa religiosa duplex est, vel de rei veritate, vel de fide facti in futurum: illud juramentum dicitur assertorium, hoc promissorium.

DEMONSTRATIO.

Omne juramentum accedit vel *assertioni*, quando scilicet *asserimus* rem ita esse, inque ejus fidem rem nobis sanctam allegamus; vel *promissioni*, quando scilicet promittimus, nos alii quid praestare velle, adjecta re itidem religiosa:

Asseritur autem jurato vel factum proprium vel factum tertii: Neutrum praejudicium facit veritati: adeoque ei qui aliquid, religiose licet, asserit, neque de suo neque de alieno facto credi debet, & hac assertione factum jure naturae probatum dici nequit, (1) quia naturaliter tunc demum probatum dici potest, ubi moraliter res certa est, qualis certitudo non est in assertione jurata, quia experientia docet saepius falsum jurari. (2) suspectum est juramentum partis in propria causa; proni enim sunt homines ad peierandum studio lucri vel causae: hoc modo (3) quilibet facto suo jus alteri auferre posset, jurando suam rem esse. Sane (4) unus saltem hic testis est, cui nec natura credi potest, ubi plures requiruntur: Sed & (5) liberum foret alteri contrarium asserere, quae vero tunc decidendi ratio erit?

Aliud igitur obtinet (1) si partes consentiunt ut assertioni juratae unius stetur, quod vocari solet *juramentum voluntarium*: Tunc enim partes inter se disponunt ut pro vero habeatur quod alter juravit, prout igitur partes de suo jure disponunt ita jus est: Hinc jure Romano ejusmodi juramenta instar transactionis sunt *L. 2. ff. jurej.* Idem quoque obtinet si judex decernit ut alter juret,ut in juramento suppletorio &c. Aliud quoque (2) obtinet si plures de facto tertii aliquid jurato asserunt, tunc enim convenientia illa dictorum in moralibus probat etiam contra negantem: de qua probandi ratione alibi egimus.

PROPOSITIO VII.

In omni juramento duo sunt, (1) voluntatis & scientiae declaratio de eo quod inter utrumque agitur: (2) ejus confirmatio, quae est a metu violandi rem quae nobis sancta est.

DEMONSTRATIO.

Qui igitur jurato aliquid *promittit* ex sola promissione tenetur ei cui promisit, adeo, ut si non praestet id quod promisit compelli a superiore possit: merito autem addimus, declarari debere voluntatem de eo quod *inter utrumque* agitur, non ergo quod mente reservatum est; idem dicendum de eo qui jurato aliquid *asserit:*

Ab hac igitur promissione vel assertione maxime differt *jusjurandum*, seu *confirmatio:* haec enim non est dispositio, nec jus aliquod in alterum transfert; sed dispositioni accedit, & juris translationem firmat: Cujus effectus insignis hic est, ut, si promittatur Titio absenti & ignoranti, promittens non obligetur stare jurijurando quia promissio nulla est, adeoque nec jurejurando, confirmari potest. *Vid. infr. §. 14.* At si non implet, tenetur Deo ex perjurio.

Tota vero securitas ex jurejurando in eo consistit, quod non impune violare possit rem sanctam, per quam juravit: Nam qui jurat per Deum, eum vindicem perjurii habet, qui peierat per principem, crimen laesae majestatis committit *L. 2. C. Reb. cred.* Qui per memoriam majorum jurat, culpatur amicis, uti ex Sophocle notavit Author *§. 1. n. 1.*

Sed repetendum est quod ante diximus, oportere ut res *nobis* sancta sit, nec sufficere alteri sanctam esse, unde non est juramentum quando Christianus aliquid promittit teste Mahumede adhibito de quo *infra* §. 12.

PROPOSITIO V.

Jurare possunt omnes qui promittere seu pacisci:

 DEMON-

§. I.

1.[a] Apud omnes populos[b] & ab omni ævo[c] circa pollicitationes,[d] promissa & contractus,[e] maxima semper vis fuit jurisjurandi. Nam ut[f] ait Hippodamia:

Apud Stob. serm. 27.

Mens excitari jurejurando solet,
Ut bina diligenter evitet mala,
Culpari amicis, & Deos offendere.

Off. III. *Nullum vinculum*, inquit[g] Cicero, *ad adstringendam fidem majores nostri jurejurando arctius esse voluerunt.*

2. Hinc[h] gravis pœna perjuris imminere nunquam non credita: ut[i] Hesiodus dixit de juramento:

Theogon. vers. 231.

— Clades mortalibus unde
Adveniunt, quoties fallaci pectore jurant.

[k] Ita ut posteritas etiam majorum delicta lueret,[l] quod non nisi de gravissimis criminibus creditum:[m] & sine facto voluntas quoque pœnam in se accesseret; quorum utrumque Herodotus confirmat[n] nar-

Liv. VI. c. 86.

DEMONSTRATIO.

Promissio enim jurata est illa ipsa declaratio voluntatis, seu dispositio de jure in alium transferendo, de qua in c. XI. & XII. egimus, eademque proinde requisita ad juramentum spectant quæ ad promissionem, nimirum (1) voluntas, (2) ejus declaratio.

ADDITIO.

„Confer Dissertationes B. Parentis de jure ju„rando.

„a) (APUD OMNES POPULOS:) Omnes populi „Deum existere, eumque colendum esse credunt; „Nemo igitur temere eum violabit, neque vin„dicem implorabit perjurii.

„b) (ET AB OMNI ÆVO:) Cultus enim Dei „cum ipso humano genere originem cepit, adeo„que & metus in casum violationis, uti violare„tur si testis mendacii adhiberetur.

„c) (CIRCA POLLICITATIONES:) Imo nulla „vis est juramenti circa pollicitationes: nam „cum ex pollicitatione, i. e. ex dispositione & „voto unius, nemo obligetur, *Vid. cap. 11. §. 14.* „nec juramentum quod ei accedit vim obligandi „habere potest: quod enim non est, nec jure ju„rejurando firmari potest: Sane ex pollicitatione, „fatente ipso Authore supra l. 2. c. 11. §. 3. nul„lum jus in alterum transfertur. Alia autem quæ„stio est an ob temere violatum nomen divinum „Deo teneatur?

„d) (PROMISSA ET CONTRACTUS:) Adde & „assertiones de facto tertii per testimonia jurata.

„e) (MAXIMA SEMPER VIS FUIT JURISJURAN„DI:) Propter securitatem quæ *promissis*, & cer„titudinem quæ *assertioni* ex tali juramento acce„dit, cum nemo temere violaturus credatur sancti„moniam rei in fidem promissi vel adsertionis ad„hibitæ.

„f) (SOPHOCLES:) Fragmentum hujus tragœdiæ „exstat apud Stobæum Serm. 27.

„g) (CICERO:) *De offic. l. 3. c. 31.*

„h) (GRAVIS POENA:) Idque ex natura per„fectionis divinæ: Ens enim perfectissimum non „potest non injuriam sibi illatam vindicare.

„i) (HESIODUS:) *In Theogonia p. m. 139. &* „*Plato de Legib. 11. p. m. 917. Deus nimirum il*„*lum odio prosequitur qui, sacrosancta divini numi*„*nis autoritate neglecta, falsum juramentum dicit:* „Demosthenes *orat. 12. Consentaneum est Deos* „*nobis firmissimos socios & adiutores fore, cum* „*illo, religione violata, neglectoque jurejurando pa*„*rem injuste solvit:* Conf. *Euripid. in Medea v.* „*492. & Sophocles Trachinia v. 1195.* apud *Tesm*„*b.*

k) (Grot.) (ITA UT POSTERITAS ETIAM MAJORUM DELICTA LUERET:) Vide *Servium* in excerptis Fuldensibus ad 1. Eneidos. (Nihil ibi invenio quod ad rem faciat. Vide ipsum Poëtam, *Georg. 1. 502. J. B.*)

ADDITIO.

„Exemplum notabile sacra Historia nobis ex„hibet in Sauli posteris, qui ideo, quod pater jura„mentum Gabeonitis præstitum violavit, excisi „sunt. Quanquam in liberis non fuerit pœna, „sed calamitas.

„l) (QUOD NON NISI DE GRAVISSIMIS DELI„CTIS CREDITUM:) Ut in delictis in Deum com„missis. Conf. *l. 2. c. 21. §. 14.*

„m) (ET SINE FACTO VOLUNTAS QUOQUE „POENAM IN SE ACCESSERET:) Ipsum pejerandi „propositum, etsi actu juratum non sit, a Deo „pune-

" narratione de Glauco Epicydide, qui deliberaverat tantum an juratam de deposito fidem falleret: Ubi hoc carmen Pythiæ adfert idem Herodotus:

At juramento quædam est sine nomine proles
Trunca manus & trunca pedes: tamen impete magno
Advenit, atque omnem ° *vastat stirpemque domumque.*

Et eandem historiam recitans ᵖ Juvenalis ita concludit. Sat XIII 208.
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.

3. ᑫ Bene Cicero ʳ *Est jusjurandum affirmatio religiosa; quod* Of. III. *autem affirmate quasi Deo teste promiseris id tenendum est.* Quod 29. autem addit: ˢ *Jam enim non ad iram Deorum quæ nulla est,* ᵗ *sed ad justitiam & fidem pertinet:* Si iræ nomine ᵘ perturbationem intelligit, non improbandum est; ᵛ sin qualemcunque nocendi affectum aut voluntatem, minime est recipiendum, ut recte probat Lactantius. Lib. de Nunc ʷ unde vis jurisjurandi oriatur, ˣ & quo pertingat usque videamus. Ira Dei

§. II.

2. Primum quod de promissis contractibus diximus, ᵃ & hic habet locum, ᵇ ut animus rationis compos ᶜ & deliberatus requiratur

„purietur *Gron. h:* Conf. *Ælian. 14. var.* 28. „*Curt. 6. 11. Cauf.* 22. *q.* 5. *c.* 13. *Vid. Tesm. h.*

„n) (NARRATIONE DE GLAUCO EPICYDIDE:) „Vir quidam Milesius certam pecuniæ summam „commisit Glauco, qui inprimis justitiæ laude ex„cellebat Spartæ: Mortuo deponente hæredes „pecuniam a Glauco exigebant, negabat Glaucus, „&, cum metueret juramenti delationem, consul„tavit oraculum, an jure jurando pecuniam præ„daretur, respondit oraculum, *haut impunitum* „*quondam fore quod dubitaret depositum retinere,* „*& fraudem jure teneri jurando: apud Herod.* „*Hist. l. 2. p.m.* 159.

o) (Grot.) (VASTAT STIRPEMQUE DOMUMQUE:) Vide *Zachariam* V, 3. 4. & interpretem ejus loci *Chrisostomum* de statuis XV. (Tom. VI. pag. 565. *Ed. Savil.*)

„p) (JUVENALIS:) *Satyr. XIII. fere in fine.*

„q) (BENE CICERO:) *De offic. l. 3 c. 29.*

r) (EST JUSJURANDUM AFFIRMATIO RELIGIOSA:) His verbis tota definitio jurisjurandi absolvitur: & supra dictum est, non præcise requiri ut affirmatio illa teste Deo fiat, sed sufficit mentio cujuslibet rei quæ nobis sancta est, & cujus metu promittens a violatione fidei absterretur.

Neque obstat quod statim addit, *quod autem affirmate quasi Deo teste promiseris id tenendum est:* Nam ex ipsa connexione apparet verba hæc non esse partem definitionis, sed exemplum: Negari enim nequit, si *Deo teste* aliquid promiseris id omnium maxime tenendum esse, quia Deus res sanctissima hominibus est.

s) (JAM ENIM NON AD IRAM DEORUM QUÆ NULLA EST:) Imo id pertinet omnino ad iram, & male asseritur nullam Dei esse iram: frustra autem inde metuitur quædam imperfectio; nam ira per se res indifferens est, & occasione saltem objecti vel in vitium vertitur, vel in virtutem: posterius contingit cum quis irascitur rei malæ, unde ira Dei perfectio est, non vitium. *Vid. prol.* §. *43. 44.*

„t) (SED AD JUSTITIAM ET FIDEM PERTI„NET:) At effectus est, quod ei qui justitiam & „fidem pejerando violat Deus irascatur.

„u) (PERTURBATIONEM:) Commotionem il„lam animi quæ judicium impedit. *Vid. Gron. h.* „Talis perturbatio in Deo concipi non potest, „sed ea non pertinet ad essentiam iræ:

„v) (SIN QUALEM CUIQUE NOCENDI AFFE„CTUM:) Affectus ille nocendi perjuris, & „castigandi malos, summam perfectionem infert.

„w) (UNDE VIS JURAMENTI ORIATUR:) Di„ximus vim juramenti oriri ex mentione rei „nobis sanctæ & inviolabilis, & a metu violan„dæ illius rei.

„x) (ET QUO PERTINGAT USQUE:) Regula „est, quod jurare possit is qui potest de jure suo „disponere.

„a) (ET HIC HABET LOCUM:) Nam jura„mentum, quod accedit promissioni, nihil aliud „est quam promissio jurata.

„b) (UT ANIMUS RATIONIS COMPOS:) Nam „intelligere debet is qui disponit, nedum qui ju„rato disponit.

tur. Quare ſi quis non putans ſe jurare verba protu'erit jurantia,ut de [d] Cydippe narratur, locum habere poteſt quod ei tribuit [e] Ovidius(Epiſt. Heroid. XXI. 135.)

[f] Quæ jurat mens eſt: nil conjuravimus illa

ex Euripide deſumtum qui in Hippolyto dixerat (verſ. 612.)

Jurata lingua eſt [g] mente juravi nihil

Soto l. VIII. q. 1 art. 7 Covar. ad c. quamvis part. 1. §. 5.

[h] Quod ſi quis volens jurare obligare ſe noluerit, non eo minus obligatur, quia obligatio a juramento eſt inſeparabilis, & effectus ejus neceſſarius.

§. III.

1. At ſi quis deliberato protulerit verba jurantia, animo tamen non jurandi, [a] hunc non obligari ſunt qui tradunt, [b] peccare tamen temere jurando. Sed [c] verius eſt teneri eum vera facere dicta quorum Deum adhibuit teſtem; [d] nam is actus, qui per ſe eſt obligatorius

„c) (ET DELIBERATUS:) i. e. Animus ſe obligandi: *Vide ſupra c. XI. §. 4. n. 3.* Hinc qui prælegit alii juramentum, etſi proferat verba, *ego juro*,&c. non tamen pro jurante habetur, quia eo animo verba illa jurantia profert, ut alter inde obligetur, ipſe interpretem ſaltem agat. Hinc formula, *jurare ex animi ſententia. Cic. Ac. qu.* 2. 47. & idem *L. 1. off.* 13. ait. *ſemper in fide quid ſenſeris, non quid dixeris cogitandum.*

d) (Grot.) (UT DE CYDIPPE NARRATUR:) Exſtat ſimilis narratio in metamorphoſibus *Antonini liberalis* de Cteſylla & Hermochare, (*Cap.* 1.)

„e) (OVIDIUS:) *Heroid. 23. 133.*

f) (Grot.) (QUÆ JURAT MENS EST:) Ibidem:

Conſilium prudensque animi ſententia jurat,
Et niſi judicii vincula nulla valent, (verſ. 137. &c.)

mox:

Sed ſi nil dedimus præter ſine pectore vocem,
Verba ſuis fruſtra viribus orba tenes.
Non ego juravi: legi jurantia verba.

& quæ ſequuntur.

g) (Grot.) (MENTE JURAVI NIHIL:)Quia de re honeſta tacenda nutricis verba intellexerat Hippolytus, non de adulterio & inceſtu.

ADDITIO.

„Eodem ſenſu Cicero ait. *l. 3. de orat. c. 108.* „*mentem injuratam gero.*

h) (QUOD SI VOLENS JURARE OBLIGARE SE NOLUERIT, NON EO MINUS OBLIGATUR:) Contradictorium eſt velle promittere, & quidem jurato, nec tamen inde velle obligari: Sane ut in pactis, ita in jure jurando id demum valet quod inter utrumque actum eſt, non quod ſimulatum, aut ab uno mente reſervatum eſt: Jurare ergo debet de eo de quo quæritur inter utrumque, non de eo quod in animo jurantis latet, de eo enim quæſtio non erat: Omnium autem improbiſſimæ ſunt reſervationes mentales in cauſis religionis, quaſi eo neceſſitatis redactus ſit Deus, ut fraudibus & mendaciis hominum ad defendendum cultum ſui uti teneatur.

ADDITIO.

„Hinc impia eſt ſententia Mediolanenſium, „qui Friderico I. regeſſere, juravimus quidem „ſed juramentum attendere non promiſimus. „apud *Radev. Hiſt. Frid. 1. l. 2. c. 5.* Conſ. *Puf.* „*l. 4. c.* 2. §. 5. & ea quæ diximus ſupra *L. 2. c.* „*IV. §. 3. l. 2. c. XI. §. 1. prop. IV.* & quæ dicemus infra *L. 3. c. I. §. 17. n. 2.*

„i) (QUIA OBLIGATIO A JURAMENTO EST INSEPARABILIS:) Vera ratio eſt, quia juramentum „accedit promiſſioni, eamque firmat: qui pro„inde jurato promittit jurato quoque ſe obligat.

„a) (HUNC NON OBLIGARI SUNT QUI TRADUNT:) Hæc eſt ſententia eorum qui ſe ex ſocietate Jeſu eſſe jactant. *Vid, parallele de la doctr.* „*des payens. &c. cap. 9.*

„b) (PECCARE TAMEN TEMERE JURANDO:) „Non autem temere jurari ajunt, ſi hæreticis „juretur.

„c) (VERIUS EST TENERI EUM VERA FACERE „DICTA QUORUM DEUM ADHIBUIT TESTEM:) „Nam id inter utrumque actum eſt, & de eo „inter utrumque quæſtio erat, prout igitur partes „diſponunt ita jus eſt: egregie id illuſtrat *Pufend. J. Nat. l. 4. c. 2. §. 5.*

„d) (NAM IS ACTUS QUI PER SE EST OBLIGATORIUS EX ANIMO DELIBERATO PROCESSIT:) Ideo enim jurato alteri promittitur ut in fidem promiſſis habeat; ſane jurans non ſibi aſſerit, ſed alteri fidem facit: unde neceſſario ſequitur, verba jurantia intelligi debere prout uterque ea intelligit: *Vid. §. præced. & ſupra l. 2. c. XI. §. 1. prop. 2.*

„e)

rius, ex animo deliberato processit. Cui consequens est ut quanquam plerumque verum est illud [e] Tullii; [f] *Quod ex animi tui sententia juraveris, id non facere perjurium est;* quo & illud pertinet quod apud Homerum jurans Uylsli Calypso ait. De Offic. III. 19 Odyss. ε. vers. 188.

Ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω καὶ φράζομαι

Verum animus quod sentit idem loquar.

2. Id tamen hanc exceptionem habeat, nisi qui jurat sciat, aut probabiliter credat, ab eo quicum negotium est, verba aliter accipi: nam dictis ipsis testem adhibens Deum, debet dicta facere vera [g] quomodo putat intelligi. Et hoc est quod idem ait Cicero: *Quod ita juratum est,* [h] *ut mens deferentis conciperet fieri oportere, id servandum est.* Apud [i] Tacitum legimus: *Trepidis & verba jurisjurandi per varias artes mutantibus,* [k] *queis flagitii conscientia inerat.* Augustinus: *Perjuri sunt qui servatis verbis exspectationem eorum quibus juratum est, deceperunt.* Et [l] Isidorus: *Quacunque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit sicut ille cui juratur intelligit.* Atque hoc est quod dicitur [m] liquido Hist. IV. 41 Epistola ccxxiv.

,,e) (TULLII:) 3. *off.* 29.

,,f) (QUOD EX ANIMI TUI SENTENTIA JU-,,RAVERIS:) Formula jurisjurandi proprii. *Brisson* ,,*L. 8. de form. p.* 711. *Gron. & Tesm. h.*

g) (Grot.) (QUOMODO PUTAT INTELLIGI:) *Augustinus* epistola CCXXIV. de illo locutus qui a Punicis castris egressus in castra redierat, inde Romam venerat: *ita non attenderunt qui illum Senatu moverunt, quid ipse jurando cogitasses, sed quid ab illo quibus juraverat exspectarent.* (Epist. 125. novæ *Edit. Benedictin.*) Vide & sequentia. Vide ad hanc rem pulchre dicta *concilio Troslejano* tomo III. conciliorum, editionis Sirmondianæ. Et apud *Hincmarum* in opusculo, de divortio Lotharii & *Thietberga* ad interrogationem VI. ubi in hanc sententiam recte de Deo dicitur:

Qui non ut juras, sed ut is jurasse putavit
Cui juras, audit: sic es utrique reus.

In professione jurata Hebræorum per Hispaniam: *Si non ea intentione perfeceris, sicut a nobis me profitente audita atque intellecta sunt.*

ADDITIO.

,,Adeoque omnino perjurium est si ego juro ,,juxta meam mentem, cum sciam alterum, cui fi-,,dem facere debeo, aliter intelligere: Unde Ro-,,mani juramentum apud *Livium.* 22. 58. secun-,,dum Annibalis mentem, non illius veteratoris ,,callidi, interpretabantur: exempla reservationum ,,talium vide apud *Gell.* 7. 18. *Liv.* 1. 11. *Priol. l.* ,,2. Authorem nepotismi *p.* 1. *l.* 3. Puffend. *I. N.* ,,*L.* 4. *c.* 2. §. 12. *Thuan. L.* 4. *ad an.* 1547. *p.* 81. ,,vid. *Tesm. h.*

,,h) (UT MENS DEFERENTIS CONCIPERET FIE-,,RI OPORTERE:) Adeoque uti mens inter utrum-,,que declarata est:

,,i) (TACITUM:) *Lib.* 4. *hist. c.* 41.

,,k) (QUEIS FLAGITII CONSCIENTIA INERAT:) ,,Qui meminissent se patrasse; de quo jurejurando ,,falso tum temporis ibant se se purgatum. *Gron. h.*

l) (Grot.) (ISIDORUS:) Lib. II. de summo bono cap. XXXI. 1. citatur causa XXII. quæst. V. c. quacunque 9.

m) (Grot.) (LIQUIDO JURARE:) *Donatus* ad illud in Andria (IV. 3. 12.):

Quia si forte opus ad herum jurejurandum mihi,
Non opposuisse, ut liquido possim.

Liquido; pure; & manifeste. χρεὼν μὴ ὑπονοθεύειν ἑτέρᾳ φράσει τὰ ῥήματα, ἀλλ' ὡς ἐπὶ λέξεων εἶχον, οὑτωσὶ καὶ δηλοῦν, ait in Alexio Nicetas fraudem Andronici Comneni culpans. *Oportuit non quæsita locutione verba adulterare, sed ut concepta ea fuerant eloqui.* Qui & alibi, de Alexio contra sensum verba captante: τοῖς ῥήμασι τούτοις ἐγκαθίσας, ὡς αἱ μυῖαι τῷ μώλωπι *ita verbis illis insidebat ut muscæ vibici.* Graviter in hanc regulam peccavit aula Arcadiana, quæ effecit ut Chalcedone occideretur is qui Constantinopolim, salute ipsi per jusjurandum promissa, venerat. *Zosimus* lib. V. Adde quæ infra cap. XVI, 2. (Duo loca NICETÆ unum idemque sunt, & in posteriore etiam de *Andronico Comneno* agitur, non de *Alexi:* Lib. I. Cap. 3. *in Alex.* Locus autem *Zosimi* (non *Sozomeni*, ut habuerant hactenus Edd. post illam 1642. ubi *Zozomenus*, corrupte) est *Cap.* 18. *Ed. Cell.* Lib. laudati V. *J. B.*)

ADDITIO.

,,Author hic respicit ad *l.* 18. *ff. jurei.* ubi li-,,quido jurare, est jurare debitum non esse; Ad-,,eoque non ibi quæritur de reservatione mentali. ,,Eadem locutio occurrit apud *Terent Andr.* 4. 3. ,,13. *Ovid.* 3. *de Ponto v.* 48. Vid. *Cujac.* 5. *O.* 33. ,,& *Goth. ad d. l.* 18.

App. de bello civ. l. 1 p. 368 Ed. H. Steph. do jurare." ⁿ Ideo Metellus recte recuſavit jurare in legem Apulejanam, quanquam erant qui dicerent legem ᵒ ob rogationis vitium eſſe irritam, & juramentum in legem ᵖ ita intelligendum, ſi lex rite rogata lataque eſſet.

3. Nam ᵠ quanquam in promiſſis aliis facile ſubintelligitur tacita aliqua conditio quæ promiſſorem exſolvat, id tamen in juramento admittendum non eſt: quo pertinet egregius ille locus ʳ Apoſtoli ad Hebræos: *Deus volens abundantiſſime heredibus promiſſionis oſtendere immutabilitatem conſilii ſui,* ˢ *fidem fecit jurejurando: ut per duas res immutabiles, in quibus fieri non poteſt ut fallat Deus,* (ita recte verti puto illud ψεύδεσθαι, ſicut aperta locutio vocatur veritas. Dan. VII, 16. VIII, 26. X, 1) *firmum habeamus ſolatium.* Quæ verba ut intelligantur, ſciendum eſt ſanctos ſcriptores de Deo ſæpe loqui ᵗ ἀνθρωποπαθῶς, ᵘ & magis ſecundum id quod videtur nobis quam quod eſt.

Pan in c. Cleric de jurej. Sil in verbo Juramentum 4. q. 23. VI. 17. ibi Thom

Jonæ 4. 1 4. Nam ᵛ Deus vere decreta ſua non mutat. Mutare tamen & ʷ pœnitentia duci dicitur, quoties aliter agit quam verba ſonare vide-

„n) (IDEO METELLUS RECTE RECUSAVIT JURARE IN LEGEM APPULEJANAM:) P. Appulejus „Saturninus, Tribunus plebis, qui tribunatum „triennio continuavit per vim atque ſeditionem, „legem ad populum ferre voluit de ſemiſſibus & „trientibus tritici hordeique populo remmendis: „Equidem Author hujus legis occiſus fuit, *Auguſtin.* „*de Legib. voce Appuleia.* at cum turba plebis in„ſtaret ut Senatus legem talem ferret, & jurejuran„do firmaret, Marius, malæ famæ homo, „cum de lege Apuleja in Senatu quæſtio movere„tur, multa in ſpeciem de impotentia Saturnini „queſtus, neque ſe juraturum, neque alium, qui ſa„peret, facturum exiſtimare, liquido fuerat con„teſtatus: Diebus paucis poſt trepide Senatum co„git, verbisque de lege & jurejurando factis, veniſſe „ſibi in mentem ait ſalubre conſilium, ne plebs „irritata turbas det ſi jurare Senatus nolit, cen„ſere jurandum in legem, ſi quidem lex eſſet: „Ita deceptam agreſtem multitudinem urbe amo„veri: neque religione quenquam ejus ſervandæ „legis adſtringi, quam per vim & contra auſpicia „latam jove tonante conſtaret. *Supplem. Liv.* „*Freinsh. l. 69. c. 14.* Hoc Metellus ideo recuſavit, „quod juramenta non ad ſuum tantum ſed & alte„rius captum facta obligent. Quare maluit urbi „ingratæ cedere, & exul e patria vivere, quam pe„jerando Deorum vindictam, omnium bonorum „indignationem & ipſius virtutis cenſuram in„currere. *Henninges in not. ad h. §.*

„o) (OB ROGATIONIS VITIUM ESSE IRRITAM:) „Quia per factionem & tumultum rogata erat epi„ſtola *Flor. 3. 5. Gron. h.*

„p) (ITA INTELLIGIENDUM SI LEX RITE &c.) „Cum ex mente & intellectu plebis jusjurandum „præſtandum fuerit, Metellus non potuit absque „perjurii nota conſilium Marii ſequi:

„q) (QUANQUAM IN PROMISSIS ALIIS FACI„LE SUBINTELLIGITUR TACITA ALIQUA CON„DITIO, ID TAMEN IN JURAMENTO ADMITTEN„DUM NON EST:) Imo in promiſſis nunquam in„telligitur niſi id quod inter utrumque actum eſt: „nec tacitæ conditiones eis inſunt, niſi ex ipſa rei „natura ſequantur; uti ſi fructus naſcituri promit„tuntur, tunc enim ex rei natura in eſt diſpoſitio „*ſi naſcentur:* adeoque, ſi fructus naſcituri jurato „promittuntur, non debetur niſi quod natum eſt: „ut proinde hactenus nulla ſit differentia inter pro„miſſiones & juramenta.

„r) (APOSTOLI AD HEBRÆOS:) *c. 6. v. 17.*

„s) (FIDEM FECIT JUREJURANDO;) i. e. per ſe „ipſum, tanquam rem ſibi ſanctam, promiſit.

„t) (ἀνθρωποπαθῶς:) Verbis translatis ab „affectuum humanorum more. *Gron. h.*

„u) (ET MAGIS SECUNDUM ID QUOD VIDE„TUR NOBIS, QUAM QUOD EST:) Quod exem„plis illuſtrat *n. ſeq.*

„v) (DEUS VERE DECRETA SUA NON MUTAT:) „Mutatio enim involvit imperfectionem, quæ in „Deum non cadit: de quo plenius egimus *ſupr.* „*l. 1. c. 1. §. 10. n. 5.*

w) (Grot.) (POENITENTIA DUCI DICITUR:) Concilium Toletanum VIII, cap. 2. *Jurare namque Dei eſt a ſeipſo ordinata nullatenus convellere, pœnitere vero, eadem ordinata cum voluerit, immutare.* Retulit *Gratianus* in cauſam XXII, quæſt. IV. c. 9. Explica vero ut in textu noſtro.

x)(Grot.)

videbantur, nimirum [x] ob conditionem tacite intellectam, quæ cessat, [y] Jer. XVIII, 8. [z] Exemplum videre est Gen. XX, 3. Exod. XXXII, 14. 1 Reg. XXI, 28. 2 Reg. XX, 1. Esaia XXXVIII, 1. Jonæ V, 11. [aa] Quo sensu etiam nos fallere Deus improprie dici potest. Et solet vox ψεύδεσθαι, quæ in dicto loco ad Hebræos apparet, [bb] significationem habere eventus spem frustrantis, ut videre est tum alibi, tum Levit. VI, 2. Josæ XXIV, 27. Esai LVIII, 11. Os. IX, 2. [cc] Abac. III, 17. [dd] Facillime autem hoc procedit in comminationibus, [ee] quia illæ jus nemini conferunt. [ff] In promissis interdum, ubi scilicet conditio tacita quædam subest.

5. Ideo [gg] duas res Apostolus nominat quæ immutabilitatem notant, [hh] promissionem, quia jus dat, [ii] & juramentum, quia conditiones

x) (Grot.) (OB CONDITIONEM TACITE INTELLECTAM:) *Senecam* vide naturalium quæstionum II. 37.

ADDITIO.

„Adeoque ubi mutatio non in re est sed in „verborum sono.

„y) (JEREM. XVIII. 8.) *Si pœnitentiam egerit „gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus „eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod „cogitavi ut facerem ei.*

„z) (EXEMPLA VIDERE EST:) Deus enim regi „Geraræ comminatur: *En morieris, propter mu„lierem quam tulisti, habet enim virum. Gen. 20. „§. 3.* At postea mutat sententiam, & sub condi„tione minatur: *si nolueris reddere, scito quod „morte morieris tu & omnia quæ tua sunt. ibid. „v. 6.* Deus ab Israelitis offensus constituit se nul„lam eorum curam amplius habere velle, & mox „placatus dicitur, ne faceret quod locutus erat ad„versus populum suum. *Exod. 32. v.* 10. & 14 „Achabo, Israelitarum regi, Deus per Eliam „mortem violentam, omnisque generis mala nun„ciavit. At quia humiliatus est domini causa „non induxit malum in diebus ejus, sed in die„bus filii ejus, 1. *Reg.* 21. *v.* 19. 21. & 29. Amos „jussu divino indixit mortem Ezechiæ, postquam „vero pœnituit rex, Deus addidit vitæ ejus adhuc „15. annos. 2 *Reg. 20. v.* 1. & 6. *Ezech.* 38. *v.* 1. „& 5. Deus non delevit Ninive, etsi id minatus „fuerit per Jonam. *Jon. 3. v. 5.* & 10.

„aa) (QUO SENSU DEUS ETIAM NOS FALLERE „POTEST:) Quia scilicet conditionem tacitam, „sub qua Deus promisit, non implevimus.

„bb) (SIGNIFICATIONEM HABERE EVENTUS „FRUSTRANTIS:) Quia indignos nos reddidimus „spe, quam merentibus saltem pollicitus est.

cc) (Grot.) (ABAC. III. 17.) Adde *Joham* XL, 28. *Oseam* IX. 2.

„dd) (FACILLIME AUTEM ID PROCEDIT IN „COMMINATIONIBUS:) Imo comminationes divi„næ non magis quam promissiones subjacent mu„tationi, omnis enim mutatio voluntatis imper„fectionem infert: at quia promissiones & com„minationes tantum sub conditione fiunt, sponte „sequitur, cessante hac conditione, quæ ex ipsa „essentia divina eis inest, neutro casu mutari vo„luntatem, sed conditionem deficere.

„ee) (QUIA ILLÆ JUS NEMINI CONFERUNT:) Adeoque nemini fit injuria.

„ff) (IN PROMISSIS INTERDUM, UBI SCL. CON„DITIO TACITA: &c.) Multo magis commina„tionibus talis conditio tacita inest, *nisi resi„piscant:* Deus enim pœnam non comminatur „probis.

„gg) (DUAS RES APOSTOLUS NOMINAT, QUÆ „IMMUTABILITATEM NOTANT:) Putat Author „conditiones illas tacitas cessare si Deus promis„sionem jurato firmat: Quod non admittimus; si „enim promissio tacitam continet conditionem, „ipsi juramento quoque illa conditio inerit: ju„ramentum enim saltem est confirmatio disposi„tionis: Nec rationem video cur Deus mutare „non possit juratam promissionem, si is cui jura„tum est indignum se reddiderit: Ipse Author „in contrarium allegat exemplum, ubi Deus Israe„litis pollicitus est ingressum in terras Chanaan, „*Ex.* 33. *v.* 1. & quidem vi juramenti Abræ præ„stiti; *Gen. c. 5. v. 24.* & *Num. 32. v.* 11. & ta„men juratam hanc promissionem mutavit. *Num.* „32. *v.* 13. Sed ipse rationem mutationis addit, „quod sub conditione promisisset si custodierint „mandata ejus, & ambulaverint in viis ejus omni „tempore. *Deut. XIX. 8. & 9.* Idem disertis ver„bis traditur *Deut.* 28. *v.* 9. *suscitabit te domi„nus in populum sanctum, sicut juravit tibi „si custodieris mandata domini Tui, & ambulave„ris in viis ejus.* En hic juratam promissionem „cui conditio inest.

„hh) (PROMISSIONEM, QUIA JUS DAT:) Deus „enim promittendo jus transfert in eum cui pro„mittit.

tiones tacitas & aliquo modo latentes repellit: [kk] ut videre est etiam Psalm LXXXIX, 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. Nam [ll] aliud est, si quas conditiones ipsa negotii natura aperte indicet. Quo nonnulli referunt id [mm] quod legitur Num. XIV, 30. Sed verius est [nn] terram promissam jurato dici ipsis non personis, sed populo, posteris scilicet eorum quibus Deus juraverat, Com. 23. [oo] Talis autem promissio impleri quovis tempore potest, nec personis certis adstringitur.

§. IV.

1. [a] Ex his quæ diximus intelligi potest quid sentiendum sit de jurejurando [b] quod dolo elicitum est. [c] Nam si certum est, eum qui juravit aliquod factum [d] supposuisse, quod revera se ita non habeat, [e] ac

Navarr. c. 12. n. 13.

„ii) (ET JURAMENTUM QUIA CONDITIONES „TACITAS &C. REPELLIT:) Contrarium probavimus „in præcedentibus.

„kk) (UTI VIDERE EST ETIAM. PSALM LXXXIX.) „At ibi non dicitur Deum velle servare juramentum etiamsi mali fuerint, sed contrarium potius „ibi statuitur: Nam Psalmista inducit Deum cum „Davide loquentem, eique promittit benedictio„nem quod eum invocaverit, & tum pergit, *si „autem dereliquerint filii legem meam, visitabo in „virga iniquitates eorum*, Tandem vero addit, *se „nolle misericordiam ab eis dispergere, quia semel „juravit &c.* quæ verba tacitam conditionem „habent, si pœnitentiam egerint.

„ll) (ALIUD EST SI QUAS CONDITIONES IPSA „NEGOTII NATURA APERTE INDICET:) Imo na„tura perfectionis divinæ semper indicat, Deum „nec malos præmiis nec bonos pœnis afficere; „ideoque si promittit, etsi jurato, semper ex na„tura negotii inest conditio, si meruerint.

„mm) (QUOD LEGITUR NUM. XIV.) Ubi Deus „in pœnam populo declarat, quod non intrabunt „terram Canaan: quæ tamen jurato ipsis pro„missa erat:

„nn) (TERRAM PROMISSAM JURATO DICI I„PSIS NON PERSONIS, SED POPULO:) At si tum „viventibus personis non promisisset, si juramen„tum ad eos non spectasset, non posset allegare „quod in pœnam intrare terram, jurato ipsis & „patribus eorum promissam, non deberent; sed „& dictum jam est ex ipsa negotii natura ejus„modi promissis tacitam inesse conditionem.

„oo) (TALIS AUTEM PROMISSIO IMPLERI QUO„VIS TEMPORE POTEST, NEC PERSONIS CERTIS AD„STRINGITUR:) Imo si Israelitæ tunc viventes, & po„pulum constituentes, probi fuissent, Deus non po„tuisset eos excludere ab introitu, at quia defecit „conditio, defecit quoque dispositio & voluntas „Dei jurantis.

(AD §. IV.) Author quærit an juramentum dolo elicitum obliget? Resp. idem hic obtinet quod in pactis, nam agitur de promissione jurata: Adeoque uti promissio dolo elicita valet ita & valet juramentum. At si promissor dolo alterius inductus est, agit ad id quod juranti ex dolo alterius abest. *Vid. c. 11.* §. 6.

„a) (EX HIS QUÆ DIXIMUS INTELLIGI POT„EST:) Scilicet ex eo, quòd in jurante requiri„tur animus rationis compos & deliberatus, *Vid.* „§. 2. & quod is qui sciens juravit teneatur adim„plere promissa quomodo putat intelligi. *Vid.* §. 3.

„b) (QUOD DOLO ELICITUM EST:) Si in rem „jurato consentit, sed ad contrahendum dolo in„ductus est. *Conf. lit. f.*

„c) (NAM SI CERTUM EST:) Author igitur „servandum ait esse tale juramentum, si sciens „idem fuisset juraturus, alias secus: At recte quæ„rit Tesmarus *hic*, quis nam judicium feret? Neu„trum paciscentium id sibi arrogare posse probat „*Puffend. de J. N. l. 4. c. 2. §. 7.*

d) (Grot.) (SUPPOSUISSE QUOD REVERA ITA SE NON HABET:) Ut Hippolytus, de quo modo diximus. Ad illud *Sophoclis* in Oedipode Coloneo, (*vers. 226.*)

Ἀπάτα δ' ἀπάταις
Ἑτέραις ἑτέρα παραβαλλομένα,
Πόνον οὐ χάριν ἀντίδοσιν ἔχει.
Fraus ad fraudem superaccedent,
Non benefactis, sed atroce solet
Clade rependi.

Sic ait, καὶ αὐτοὶ οὐ νομίζουσι προσδεδέχθαι αὐτὸν καὶ ἐπηγγέλθαι τὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ, αἰτιώμενοι καὶ οὐ πρότερον ἐπεγνωκότες ὅτι οἰκείως ἐνέχεται μιάσματι τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό.

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
Καὶ ἐκεῖνος γὰρ ἀπατηθεὶς ὤμοσεν.

Putant Thebani se suscepta Oedipodi promisisse incolumitatem, causa ab ipso data, cum non ante didicissent piaculo cum domestico teneri. Tale & illud.

Jurata lingua est: mente juravi nihil.
Namque & Hippolytus deceptus juraverat.

(In verbis Scholiastæ tria erant menda, quæ sustuli. Sed & in ultimo versu *Sophoclis*, pro ἀντίδοσιν ἔχει, optimæ Editiones, ut illa *H. Stephani*, habent, ἀντιδιδῶσιν ἔχειν. Sensus autem totius

[e] ac nisi id credidisset non fuisse juraturum, [f] non obligabit juramentum. [g] At si dubium sit, an non etiam sine eo idem fuisset juraturus, standum erit verbis, [h] quia simplicitas quam maxima juramento convenit,

2. [i] Atque huc refero jusjurandum quod Josue & primores populi Israelitici Gabaonitis dederunt. Decepti quidem erant a Gabaonitis, e regione longinqua se venire fingentibus. [k] At non inde sequebatur Josuam & primores, si scissent ex vicinis populis eos esse, Josue IX.

non

totius loci hic est: *Qui sese exponit periculo fraudis vicissim excipiendæ ab eo in quem fraude usus est, ille non beneficia, sed molestias & dolorem sibi repensum iri, sperare debet.* Ita, ni fallor, accuratior est versio, quam Authoris nostri. J. B.)

ADDITIO.

„Author rationem decidendi circa materiam „erroris in falsa præsumtione facti constituit, „quod late refutavimus supra *c. 11. § 6.*

„*e*) (AC NISI ID CREDIDISSET NON FUISSE „JURATURUM:) Adeoque non videtur consensisse „nisi sub quadam conditione, quæ re ipsa non exi-„stit. *d* §. 6.

„*f*) (NON OBLIGABIT JURAMENTUM:) Imo „obligabit, modo in re consensum sit, nam qui „in genere juravit, tenetur etiam de non cogitatis; „quia alter ideo genus elegit ne unam e specie-„bus omittat, cum de omnibus cogitare non „possit:

„*g*) (AT SI DUBIUM SIT AN NON SINE EO „IDEM FUISSET JURATURUS STANDUM ERIT VER-„BIS:) Tune enim cessare videtur ratio illa, quod „jurans se fundaverit in veritate facti quod non „est, quia de eo non constat: Nos jam diximus „semper standum verbis, sive dubium sit an jurans „supposuerit factum quod revera ita se non ha-„bet, sive id certum sit, modo in ipsa re de qua „jurato promittitur partes consentiant.

„*h*) (QUIA SIMPLICITAS QUAM MAXIME JU-„RAMENTO CONVENIT:) Vera ratio est, quia „partes in re ipsa consentiunt, prout igitur de re „illa disponunt, & quidem jurato, ita jus est:

i) (ATQUE HUC REFERO JUSJURANDUM QUOD JOSUÆ ET PRIMORES GABEONITIS DEDERUNT:) Imo Josua & primores non jurabant de non cogitatis, quin suspicabantur imposturam:

ADDITIO.

„Author statuit hoc juramentum ideo vim juris „obtinuisse, quia dubium fuit an non etiam „sine eo idem fuissent juraturi: quod statim exami-„nabus.

Equidem mirum videtur juramentum hoc ab „ipso numine pro valido declaratum fuisse, cum „(1) injustum, (utpote contra legem præstitum) „præterea (2) errore, & (3) dolo elicitum fuisse „videatur.

„At merito asserimus *injustum* non fuisse in-„tuitu Gabeonitarum, quia hi, ab hoste extrema „metuentes, saluti suæ consulebant, & vitam „sibi salvam stipulabantur, quod negotium ha-„ctenus licitum fuit;

„Neque allegari potest prohibitio divina Israe-„litis declarata, *ne cum populis damnatis fœdus „ineant, imo, ne vitæ ipsorum parcant:* Nam hæc „prohibitio solis Israelitis declarata fuit, adeoque illi „soli ex ea lege obligabantur. Hæc ergo prohibitio „non impedit quo minus teneantur damnato po-„pulo, si neglecta prohibitione divina fidem ei „darent: adeoque Israelitæ in Deum peccarunt, „at jus ex illo promisso Gabeonitis naturali ratione „quæsitum violare non potuerunt. Vid. infra „lit. w.

„Sed & porro asserimus, nec propter *errorem* „vitiari promissionem hanc juratam: Nam non „erratum est in persona, sed in qualitate saltem „personæ, qualis error non vitiat negotium; præ-„primis cum Israelitis succenseri possit quod sua „culpa decepti fuerint. Nam dubitaverunt de „fraude, & nihilo minus in genere fidem jurato „dederunt: Qui autem in genere jurat, jurat in „omnes species, sane interrogando Deum facile „certiorari de conditione populi potuissent.

„Denique nec *dolus* negotium hoc irritum red-„dit: Non enim dolo videtur agere qui dissimu-„lando tuetur tum sua tum aliena. *l. 1 §. 2. ff. „dol. mal.* Sane Gabeonitæ de sua salute, de in-„columitate vitæ agebant, quam tueri naturali jure „licitum est.

„Cur ergo Israelitæ Gabeonitas servos fecerunt, „i. e. onus perpetuum ipsis imposuerunt, si pro-„missio justa fuit? Resp. quia ipsis nil nisi vitam „salvam promiserunt: sed & in pœnam mendacii „onera quædam jure imponi potuerunt. Accedit „quod ipsi se in servitutem obtulerint.

„Non igitur defendi hoc juramentum potest „ex lege divina, quæ refertur *Deut. XX. v. 9 seq.* „ubi Israelitis injungitur ut supplicibus & veniam „deprecantibus, ac pacem & religionem amplecten-„tibus parcerent. Nam lex illa loquitur de po-„pulis non damnatis, de damnatis autem alia & „contraria lex exstat: Conf. *Dissert. proœm. XII. pag. „354. 367. & 390.*

„*k*) (AT NON INDE SEQUEBATUR, JOSUAM „ET PRIMORES SI SCIVISSENT, NON FUISSE EIS „PARCITUROS:) Imo id necessario sequebatur: „nam non potuisse parcere apparet tum ex man-„dato divino, tum quia ipsi dubium hoc Gabeo-

„nitis

non fuisse eis parcituros. Nam quod dixerant Gabaonitis: *fortasse in medio mei habitas, quomodo tecum pacifcerer?* [l] hunc habere sensum potest, ut interrogentur Gabaonitæ quale pactum desiderent, [m] sociale an deditionis; aut etiam [n] ut ostendant Hebræi licitum sibi non esse cum quibusdam populis foedus inire sociale: non etiam ut negent [o] dedentibus se vitam relinquere posse. Lex enim divina quæ
Deut. XX, 10. eos populos internecioni devovebat [p] ex legis alterius comparatione ita erat intelligenda, ut locum haberet nisi si qui moniti statim
Jos. c. 2. facerent imperata. Quod inter alia probat [q] historia Rahabæ, [r] cui
1 Reg. IX. 21. ob bene merita parcitum est, [s] & Solomonis, qui Cananæorum reliquias sub imperium ac tributum accepit.

c. XI. 19. 20. 3. [t] Atque huc pertinet quod in Josuæ libro dicitur, [u] nullam fuisse

„nitis movebaot, tum denique quia Deus maxime „improbavit factum Israelitarum: Vera igitur „ratio hujus juramenti, & cur illud valuerit, hæc „erat, quia Josua & primores, etsi subolerent do„lum, tamen iu genere jurarunt.

Not. Maimonides & post eum *Cunaeus de Rep.* „*Hebr. l. 2. c. 20.* tradunt Gabaonitaa nuncios ab „Israelitis initio missos respuisse, postea, pœnitentia ductos, gratiam quæsivisse, & ideo fraude usos „esse: Conf. *Puffend. l. 4 c. 2. §. 7.*

„l) (HUNC NABERE SENSUM POTEST:) Imo „bunc sensum habere non poterat, quia prohibi„tio divina io eo consistebat, oe gentiles cum „Israelitis habitarent, adeoque nec ut deditii: „Sane Deus ipse improbavit hoc factum, & in pœ„nam, ut hostium & seductorum loco Israelitis „sint, inter eos habitare jussit: *Jos.* 23. *v.* 13. *Iud.* „*2. v. 2. & 3.*

„m) (SOCIALE AN DEOITIONIS:) Fœdus *so*„*ciale* est, quo ut æquales junguntur; *dedititium* „vero, quo subditi, uno servi fiuot. *Vid. l. 3. c.* „*20. §. 49. & 50.*

„n) (UT OSTENOANT HEBRÆI LICITUM SIBI NON „ESSE CUM QUIBUIDAM POPULIS FOEOUS INIRE „SOCIALE:) Contrarium aperte constat ex ipsa „Josuæ allocutione; suspicabatur enim eos Cana„næos esse, indeque ex ipsis percontatur so habitent „in terra quæ forte Israelitis debetur, cum qui„bus nullum fœdus inire possent. *Jos. IX,* 7.

„o) (OEDENTIBUS SE VITAM RELINQUERE „POSSE:) Imo si id facere potuissent cur fraude „egissent Gabionitæ? cur populus murmuravit „contra principes? Sed & principes, cum ad in„stantiam populi nollent percutere Gabeonitas, „non allegabant, quod fœdus dedititium inierint, „(id enim verum non esse vel exinde apparet, „quia in pœnam mendacii demum eos tributarios „fecere. Jos. IX. v. 23.) Sed quod per. oomen „Domini eis juraverint. *v. 18. & 19.*

p) (Grot.) (EX LEGIS ALTERIUS COMPARATIONE &c.) Imo & ex causa legi de ioternecione addita. *Exodi* XXXIII, 33. *Deut.* VII, 4. cessat enim ea causa in illis qui præcepta filiorum Noæ suscipiuot, & tributa pendunt. Its *Maimonides*, & *Samson Micosi*, & *Moses de Kotzi*, in præcepto iubente XV. & CXVIII.

ADDITIO.

„Imo lex illa, quæ *Deut. XX. v. 10.* statuitur, „loquitur diserte de hostibus non Cananæis: At „præcepta ab Israelitis observanda, ex quo ejectæ „erunt gentes damnatæ, recensentur *Deut. c. 17.* „*v. 14. c. 18. v. 9. c. 19. v. 1. & v. 8.*

„q) (HISTORIA RAHABÆ:) Hæc proselyta ju„stitiæ facta est, adeoque inter populos damnatos „recenseri non potuit. Unde & in distributione „terræ promissæ ea quoque partem accepit. Ex „hoc exemplo igitur oon probatur fœdus dediti„tium cum 7. populis iniri potuisse: Nam præ„cise mandato divino prohibitum erat ne cum „gentibus damnatis habiteot, *Exod. 23. v. 32. Num.* „*32. v. 52. & 55.* nec inire fœdus cum iis debeant, „*Deut. 7. v. 2. Exod. 34. 12. Jos. XI. 11.* „Atque hinc adioodum improbavit Deus quod „mandatum hoc neglexerint, *mandavi*, ait, *ut* „*non feriretis fœdus* (sive sociale sive dedititium) „*cum habitantibus terra hujus, & noluistis audire* „*vocem meam, quam ob rem nolui eos delere a facie* „*vestra, ut habeatis hostes. Iudic,* 2. *v. 2. & 3.* „vel ut Josua *c. 23. v. 13.* ait, *ut sint vobis in fo*„*veam ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro,* „*& sudes in oculis vestris &c.*

r) (Grot.) (CUI OB BENE MERITA PARCITUM:) Et Gazere habitantium in historia Josuæ XVI, 10. Gergesæos ad Christi usque tempora superstites fuisse ex Evangelio apparet *Matth.* VIII, 28. nam hi ab ioitio se dediderant, ideo omittuntur io hostium enumeratione. *Deut.* XX, 17. *Jos.* IX, 1.

„s) (ET SOLOMONIS QUI CANANÆORUM RELI„QUIAS SUB IMPERIUM AC TRIBUTUM ACCEPIT:) „1 *Reg. IX.* 21. Solomo non ideo reliquias illas „accepit quod statim imperata fecissent, sed quia „Deus ooluit eas delere in pœnam. *Jos. 23. v. 13.* „*Iudic. 2. v. 2. & 3.*

„t) (ATQUE HUC PERTINET:) Scilicet ut pro„betur

fuisse civitatem ex populis septem quæ pacem fecerit: obduratos enim ne gratia illis fieret. [v] Quare cum credibile esset, si rem ipsam Gabaonitæ indicassent, quod præ metu non fecerunt, tamen vitam salvam sub parendi conditione impetraturos fuisse, valuit jusjurandum, adeo quidem, ut & [w] de eo violato postea poenæ sumtæ sint gravissimæ Deo auctore [x] Ambrosius hanc tractans historiam: *Josue tamen pacem quam dederat revocandam non censuit, [y] quia firmata erat sacramenti religione, ne, dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solveret.* Nihilominus doli sui pœnam aliquam sustinuerunt Gabaonitæ, [z] jam sua deditione subditi facti Hebræorum. Addicti enim sunt [aa] personali cuidam servituti, cum si egissent aperte, potuissent [bb] ad tributariam conditionem recipi. 2 Sam. XXI. 6.

§. V.

[a] Non tamen ultra receptum loquendi morem extendenda est juramenti significatio. Ideo perjuri non erant qui cum jurassent non datu-

„betur dedentibus se vitam relinqui potuisse, quia „lex excipit eos qui imperata fecerent.

„u) (NULLAM FUISSE CIVITATEM EX POPULIS SEPTEM QUÆ PACEM FECERIT:) Cur ergo „contra præceptum divinum vita pluribus ex his „populis damnatis relicta fuit? Resp. Deus in pœ„nam Israelitarum quosdam servavit, *Iudic. 2. v.* „*2. & 3.* Nam præter Gabeonitas (*Ios. XI.* 19. 20.) „Supererant Gasæ, Gath, & Asdod, liberi Enakim „*Ios.* XI. 22. & XVI. 10. Quinque populi Philistæ„orum. *Judic. 3. v. 3.* & alii. *ibid.* Tempore Salo„monis superfuisse plures ex Amorithis, Hethitis, „Pheresitis, Hevitis, & Jebusitis patet ex *1 Reg.* „*IX.* 21. ubi additur, quod exterminare eos non „potuerint. *Conf. Ios. 15. v. 63.* Temporibus Ser„vatoris Gergesæorum meutio fit, qui inter po„pulos damnatos recensentur. *Gen. 15. v. 2.*

„v) (QUARE CUM CREDIBILE ESSET SI REM „IPSAM GABAONITÆ INDICASSENT, VITAM SAL„VAM SUB PARENDI CONDITIONE IMPETRATU„ROS FUISSE:) Imo impetraturi id non fuissent, „quia id contrariebatur præcepto divino: Idque „satis cognitum habebant Gabeonitæ, nam ideo „fraude utebantur.

„w) (DE EO VIOLATO POSTEA POENÆ SUM„TÆ SINT GRAVISSIMÆ DEO AUTORE:) Nam „injurias a Saul ipsis illatas Deus vindicavit inter„necione fere totius populi. 2 *Sam.* 21. *v. 1. 6. &* „14. Equidem mirum videtur, Deum tam seve„ram vindictam sumsisse ob violatum foedus, quod „contra ejus præceptum initum fuit: Resp. duo „in hoc foedere spectanda esse (1) præceptum de „non ineundo fœdere: (2) fœdus ipsum jurato „cum Gabeonitis initum: *Illud* vim saltem habet „inter Deum & Israelitas, adeoque Israelitæ male „egere fœdus ineundo; *hoc* intercessit inter Israe„litas & Gabeonitas; atque ex hoc pacto verum „jus Gabeonitis quæsitum fuit. Sane Deus pro„hibuit quidem Israelitis ne fœdus inirent, sed „non prohibuit ne initum servarent:

x) (Grot.) (AMBROSIUS *De Offic. l. 3. c. 10.*

„y) (QUIA FIRMATA ERAT SACRAMENTI RE„LIGIONE:) Id enim ipse Josua populo murmu„ranti opposuit. *Ios. IX. 18. 19.* Vide omnino „*Ant. Matth. ad l. 43. tit. ult. c. 1. 1. n. 5* apud „*Tesm. h.*

„z) (JAM SUA DEDITIONE SUBDITI HEBRÆO„RUM:) At hoc ipsum repugnabat mandato di„vino.

aa) (Grot.) (PERSONALI CUIDAM SERVITUTI:) Ut Brutiani olim a Romanis. *Gellius* X, 3. *Festus* verbo *Brutiani*

ADDITIO.

„Servos veros non fuisse exinde apparet, quod ci„vitatis formam retinuerint; Nam civitas eorum, „a Gentibus obsessa, a fœderatis Israelitis liberata „est. *Jos.* X. *v. 1. seq.* & temporibus Davidis „propriam civitatem, etsi certa servitii lege He„bræis subjectam, constituisse probabile est ex „*II. Sam. 21.*

„bb) (AD TRIBUTARIAM CONDITIONEM RE„CIPI:) Juxta præcepta divina nec sub lege tri„buti recipi potuerunt: Deus enim eos exstirpare „jussit: At postquam Josue populum salvum „fore pactus est, omnino ad tributariam condi„tionem recipi potuerunt.

a) (NON TAMEN ULTRA RECEPTUM LOQUENDI MOREM EXTENDENDA. &c.) Verba enim sunt signa quibus declaratur animus & voluntas: hinc verba valeat usu sicut nummi.

daturos se in matrimonium filias Benjaminitis, [b] raptas cum raptoribus vivere permiserunt [c] Aliud enim est dare, aliud amissum non repetere. Ambrosius de hoc facto: [d] *Quæ indulgentia congruo intemperantiæ supplicio non videtur vacare; quando illis hoc solum permissum est ut rapta inirent conjuga, non connubii sacramento.* Non [e] dissimile est quod Achæi, Romanis quædam non probantibus quæ ab ipsis facta & jurejurando firmata erant, rogarunt ut ipsi Romani quæ viderentur mutarent: [f] nec Achæos religione obstringerent irrita ea quæ jurejurando sanxissent faciendi.

De Offic. III. c. 14

Livius lib. 39 c. 37.

§. VI.

Ut valeat juramentum, [a] oportet obligatio sit licita. Quare [b] nullas vires habebit jurata promissio de re illicita, [c] aut naturaliter, aut divina interdictione, aut etiam humana, de qua mox agemus. Bene [d] Philo Judæus ἴςω δὲ πας ἐνωμότως ἄδικα δρῶν, ὅτι εὐορκήσει μὲ,

b) (RAPTAS CUM RAPTORIBUS VIVERE PERMISERUNT:) Ipsi enim saltem jurarunt de suis filiabus non dandis, nec etiam dedere: sane de non rapiendis aliis non erat juratum, adeoque hæc plane distincta sunt. Sic Spartani jurantes se nunquam reversuros nisi expugnatis Thebis, sub formula illa non comprehendebant juvenes qui præstito juramento accessere. *Just. l. 3. c. 3.*

c) (Grot.) (ALIUD ENIM EST DARE, ALIUD AMISSUM NON REPETERE:) Οὔτε προτρεπομένων, οὔτε κωλυόντων, ait in hac historia *Josephus* (*Antiq. Jud. v. 2. §. 12. Edit. Hudf.*) *Nec hortabantur Israelitæ, nec prohibebant.* Seneca excerptorum VI. 2. *Lex eum tenet qui juvat exulem, non qui patiatur juvari.* Symmachus: *Inanem metum divino animo vestro tentat incutere, si quis afferit conscientiam vos habere præbentium, nisi detrahentium subteritis invidiam.* (Lib. X. ep. 54.)

ADDITIO.

„Hæc ratio ad exemplum Benjamitarum non „quadrat, qui nec dederunt aliquid, nec amisere „quicquam quod repetere voluissent: vera ratio „est, quod non juraverint de aliorum filiis non „rapiendis; neque illicitum id fuit, quia Galaaditæ odio populi filias suas negaverunt. *Judic.* „*c. 21. v. 22.*

„*d*) (QUÆ INDULGENTIA CONGRUO INTEMPERANTIÆ SUPPLICIO NON VIDETUR VACARE:) „Nullum intemperantiæ vitium hic subest, nam „ideo rapiebantur, ut connubii sacramento jungerentur. *d. c. 21. v. 22.* De justitia facti hujus „vide *L. 2. c. 2. §. 22.*

„*e*) (NON DISSIMILE EST QUOD ACHÆI:) „Achæi perjuri non fuerunt, non ideo, quia juramentum ultra receptum morem non est extendendum, „sed quia revera illi quæ juraverant non mutaverunt, verum Romani ipsis invitis, uti jam videbimus.

„*f*) (NE ACHÆOS RELIGIONE OBSTRINGERENT „IRRITA EA QUÆ JUREJURANDO SANXISSENT FACIENDI:) Achæi non solum crudeliter cum Lacedæmoniis egerunt, sed & durissimas iis imponere leges: Romani, quibus inæquali fœdere „juncti erant Achæi, jusserunt hos ut decreta re„revocarent, regerebant Achæi se non tollere „posse absque perjurii nota, quæ jurejurando, quæ „monumentis literarum in lapide insculptis in „æternum memoriam sancta sunt: tandem instantibus adhuc Romanis, petierunt, ut ipsi Romani „decreta mutarent, ne ipsi perjuri fierent; *Liv. 39.* „*37.* quod fecere Romani, *ibid. c. 48.*

a) (Grot.) (OPORTET OBLIGATIO SIT LICITA:) Tractat hoc bene *Ambrosius* de Offic. I. & alii relati in causæ XXII. quæstionem IV. Pertinet huc canon VII. concilii Hilerdensis relati in tomum III. conciliorum Galliæ; & in Hincmari opusculis non pauca.

ADDITIO.

„Juramentum enim est saltem confirmatio obligationis; ubi proinde obligatio nulla est, ibi nec „confirmatio accedere potest: non entis nullæ „sunt affectiones.

b) (NULLAE VIRES HABEBIT JURATA PROMISSIO DE RE ILLICITA:) Diximus supra *c. XI. §. 9.* promissionem de re illicita nullam esse, quia res non est in facultate nostra, adeoque de ea disponere, & in alium jus inde transferre non possumus: tantum ergo abest nos ex tali pacto obligari, ut nec facere id possumus quod promissum est: *l. 5. C. de Legib.* & implendo jusjurandum non liberamur a peccato, sed illud augemus.

„*c*) (AUT NATURALITER, AUT DIVINA INTERDICTIONE, AUT HUMANA:) Quia tunc facultas „nostra agendi restricta est vel jure naturæ, vel lege divina, vel lege humana: deficiente ergo facultate quicquid agitur irritum „est. *d. l. 5.*

d) (Grot.) (PHILO:) De specialibus legibus. (*pag.*

μὲν ὃ, τὸν δὲ πολλῆς Φυλακῆς καὶ ἐπιμελειας ἄξιον ὅρκον ἀνατρέπει, ᾧ τὰ καλὰ καὶ δίκαια ἐπισφραγίζεται, προςίθει γὰρ ὑπαιτια ὑπαιτίοις, ἐν ὃ δέοντι γενομένοις ὅρκοις οἷς πολὺ βέλτιον ἦν ἡσυχάζεϑαι, πράξεις παρανόμȣς. ἀπεχόμενον ȣ̃ν τȣ̃ ἀδικοπραγεῖν, ποτνιάσϑω τὸν Θεὸν ἵνα μεταδῷ τῆς ἵλεω δυνάμεως αὐτῷ συγγενȣ̃ς, ἐφ᾽ οἷς ἀβȣλίᾳ χρήσαμενος ὤμοσε, διπλάσια γὰρ αἱρεῖϑαι κακὰ, δυνάμενον τὴν ἡμίσειαν αὐτῶν ἀποφορτίσασϑαι, μανία καὶ φρενοβλάβεια δυσίατος. *Sciat quisquis ob juramentum injusti aliquid molitur agere, non se jurisjurandi observantem fore, sed potius eversorem jurisjurandi, quod magna cura ac religione dignum est, & quo honesta ac recta sanciri solent* [e] *Addit enim culpam culpæ, juramento non recte facto, & quo abstinere satius fuerat actum illegitimum. Quare ab in injusta actione abstineus Deum veneretur, ut quæ ipsi est maxime propria, misericordiam (& temerarii juramenti veniam) ei impertiat. Nam dupla eligere mala, cum parte altera exonerari possis, insanabilis est furor, & mentis inopia.* Exemplum dari potest [f] in Davide, qui Nabali pepercit quem se occisurum juraverat. [g] Cicero simile ponit exemplum in voto Agamenonis. [h] Dionysius Halicarnassensis in conjuratione Decemvirorum de republica occupanda. [i] Seneca:

1 Sam 25.

lib XI. cap. 11.

Herc. Oet vers. 480.

Præstare fateor posse me tacitam fidem,
Si scelere careat: interim scelus est fides

Ubi [k] *interim* valet *interdum.* Ambrosius: *est enim contra officium nonnunquam solvere promissum, sacramentum custodire.* [l] Augustinus *si ad peccatum admittendum fides exhibeatur,* [m] *mirum est si fides appellatur.* Idem docet secunda ad Amphilochium Basilius.

Off l. c. ult.

§. VII.

1. Imo etiam si res quæ promittitur non sit illicita, sed [a] majus bonum

(*pag. 771. Edit. Paris.*)

„e) (ADDIT ENIM CULPAM CULPÆ:) Adeoque „duplex hic peccatum subest, (1) quod rem illi„citam jurato promittit, (2) quod juramentum „implet rem illam illicitam faciendo.

„f) (IN DAVIDE QUI NABALI PEPERCIT, QUEM „SE OCCISURUM JURAVERAT:) *1 Sam. XXV. 21.* „Unde deinde gratias egit Deo quod juramentum „non impleverit *ib. v. 34.* Atque hinc nec Herodes „obligatus fuisset Herodiadi, caput Johannis petenti, „fidem jurato datam servare, nisi amor prævaluisset.

„g) (CICERO SIMILE PONIT EXEMPLUM IN „VOTO AGAMEMNONIS:) *L. 3. de offic. c. 25.* „*Quid? Agamemnon, cum devovisset Dianæ* „*quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo* „*anno, immolavit Iphigeniam &c. promissum potius* „*non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum fuit: Ergo & promissa non facienda nonnunquam.*

„h) (DIONYSIUS HALICARNASSENSIS:) Decem„viri inter se jurarunt de occupando imperio „*Dion. Halic. l. 10. c. 68.* Sed irritum hoc erat „jusjurandum, quia de jure alieno, adeoque extra „facultatem ipsis a natura concessam disposuerunt; „unde & a Plebe ac exercitu factum irritum de„claratum est, ipsique fasces deponere jussi sunt. „*Dionys. Halic. L. 11. c. 61. Gron. b.*

„i) (SENECA:) Tragicus scilicet *in Herc. Oet.* „*v. 480.*

„k) (INTERIM SCELUS EST FIDES:) Quia sine „scelere fides impleri non potest.

l) (Grot.) (AUGUSTINUS:) De bono conjugali c. 4. citatur dicta quæstione. (*Cap. 20.*) Vide & *Gailum* de pace publica lib. 1. c. 4. §. 16. & de Alboino historiam apud *Paulum Warnefredi* lib. II, c. 27.

„m) (MIRUM ET SI FIDES APPELLATUR:) „Quia scelus est fidem de tali re dedisse.

a) (Grot.) (MAJUS BONUM MORALE IMPEDIENS:) Quale Honorii de pace nunquam facienda

 cum

bonum morale impediens, ſic quoque non valebit jusjurandum: quia ſcilicet [b] profectum in bono Deo debemus, ita ut ejus libertatem eripere nobis ipſis non valeamus. Huc pertinet inſignis Ubi ſupr. ejus quem dixi [c] Philonis Judæi locus, quem deſcribere non pigebit: εἰσὶ δέ οἱ τὴν φύσιν ἄμικτοι καὶ ἀκοινώνητοί δί, ὑπερβολὴν μισανθρωπίας γεγονότες, ἢ καὶ ὑπ' ὀργῆς οἷα χαλεπῆς δεσποίνης ἐκβιασθέντες, ὅρκῳ τὴν ἀγριότητα πιστοῦνται τῶν ἠθῶν, οἵτινες οὐ φασιν ὁμοτράπεζον ὁμόροφον ἕξειν, ἢ παρέξειν ὠφέλειάν τινα, ἢ παρ' ἐκείνου τινὰ λήψεσθαι καὶ μέχρι τελευτῆς *ſunt quidam adeo duro atque inſociabili ingenio, ſive odio humani generis, ſive dura domina iracundia ſubacti, ut morum feritatem jurejurando obfirment, ut ne hunc habeant menſæ aut tecti ſocium, ne illi bene unquam faciant, ne quid ab eo ad mortem usque accipiant.* Quod ait juraſſe quosdam [d] ne huic vel illi unquam bene facerent, id Hebræi vocabant נדר הנאה id eſt εὐχὴν ὠφελείας *votum de beneficentia*: שבע להטיב Lev. V, 6. 39. [e] Hujus formula tradentibus Hebræorum magiſtris erat קרבן כל טרה דתהנה מני aut קרבן שאתה נהנה לי, cui convenit ilia Syriaca in veteri verſione Matthæi XV, 5. קרבני מרם דתתהנא מני Græce δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς id eſt [f] *Donum Deo dicatum ſit* ([g] id enim eſt קרבן κορβᾶν) *ſi quid unquam a me boni acceperis.*

2. Vo-

cum Alarico, *Zozimo* narrante, (*Lib.* V. Cap. 49. *Ed. Cellar.*) Vide c. inter cætera 22. dicta jam quæſtione, & concilium Hilerdeuſe in tomo III. concilium Galliæ canone 7. *Hincmarum* quoque dicto opuſculo ad interrogationem XIV. libro de divortio ad interrogationem VI. & XIV.

ADDITIO.

Quæritur ao juramentum quo aliquid contra perfectionis regulas fieri promittitur valeat? Author recte id negat: Etſi enim diſpoſitio hæc non repugnet juſtitiæ, quia nemini fit injuria, & jurans de ſuo jure diſponit, tamen obligari ex tali jurejurando ideo nequit, quia obligatio demum oritur ex voluntate Dei, qui noo vult turpia; pugnat enim cum ejus perfectione prohibere virtutes quas adeo voluit, & obligare aliquem ad vitia quæ adeo improbat. Unde io *L. 2. C. ad leg. Jul. Maj. Si quis per nomen principis juret ſe ſemper iratum ſervo fore*, & putet ſe non ſervandn juramentum crimen læſæ majeſtatis committere, Imperator id vocat *alienam ſectæ ſuæ ſollicitudinem*: Poteſt ergo quis omittere virtutes, nec injuria eſt, at non pacto de iis omitteodis obligari, id enim non eſt ex Dei voluntate, ſed contra eam. Conf. *ſupr. c.* 11. §. 8.

ADDITIO.

„Imo omnem promiſſionem, etiam juratam, „de eo quod cum perfectione pugnat jure naturæ „licitam eſſe, & jurantem inde obligari probavi„mus *ſupr. c. XI.* §. 8. Cum enim virtutum actus „arbitrio hominum relicti ſint, idque ex ipſa na„tura perfectinois ſequatur, pro lubitu homines „de iis diſponere, jurato quoque, poſſunt. Si proinde „dominus ſervo ſuo in perpetuum iraſcitur, ſervo „non fit injuria, nec ille queri de domino poteſt. „At perfectioni repugnat tale jurameotum,

„*b*) (PROFECTUM IN BONO:) i. e. Iocrementa „virtutum: Mens Authoris eſt, facultatem bene „agendi oon a nobis ſed a Deo eſſe, unde conclu„dit, nos libertatem exercendi virtutes, quando a Deo „tanquam Authore boni nobis obvenit, eripere „nobis ipſis non poſſe: Hæc ratio decretum abſo„lutum ſapit quod non agnoſcimus: ſed & fallit „illa ratio, ſi enim Deus nobis libertatem, i. e. „facultatem agendi vel noo agendi concedit, eo „ipſo ſequitur in noſtra poteſtate eſſe bonum illud „negligere, quia alias libertas non eſſet ſed neceſ„ſitas: Adeoque in hominis libertate eſt votum „facere de non beneſacieodo aliis, quod omni „dubio caret ſi io favorem piæ cauſæ id voveat, „& magis Deo dicatum eſſe velit, quam aliis.

„*c*) (PHILONIS:) Imperfectionem infert hoc „jusjurandum, non injuriam: Unde jurans ei obli„gatur cui juravit.

d) (Grot.) (NE HUIC VEL ILLI UNQOAM BENEFACERENT:) Vide *Baba Kama* cap. IX. §. 10. & ibi notata a doctiſſimo *Conſtantino.*

„*e*) (HOJUS FORMULA:) Vid. *Joſ. Salig. Elen„cho Triharesii c. 9. p. 260. & Salmas de fœn. tra„pez. p. 220 Gron. h.*

„*f*) (OONUM DEO OICATUM:) Si quo te ju„vero Deo dicatum ſit, ut, ſi tu eo utaris, ſacrile„gium committas, & puniaris, quia rem Deo eri„pueris. *Vid. Gron. h.*

g) (ID ENIM EST κορβᾶν:) Imo hoc votum plane ad juramenta non pertinet. Promiſſioni enim non adjicitur mentio rei ſanctæ, cujus

metu

2 Votum addita [b] consecrationis pœna, validum plane censebant Hebræorum magistri, pessimi hac in parte juris divini interpretes, [i] etiamsi adversus parentes factum esset: quod [k] dicto loco [l] refellit Christus, [m] in cujus verbis τιμᾶν, honorare, est benefacere, [n] ut collato Marci loco apparet; & Pauli 1 Tim. V, 3. 17. & Num. XXIII, 11. [o] Sed etiamsi adversus alios conceptum sit, recte dicemus non obligare jusjurandum, [p] quia, ut diximus, profectui adversum est.

Th. 2. 2, 89. art. 7. & ibi Caiet. Grat. c. ult. cauf. 22. qu. 4. Soto l. VII, q. 1. art. 3. circa 2.

§. VIII.

De impossibilibus dicere nihil attinet. [a] Satis enim manifestum est ad omnino impossibile neminem obligari.

§. IX.

metu a violatione deterretur: neque firmandæ rei causa accedit; Unde nec perjurium fit si votum non impleatur, sed vovens compelli jure civili demum ad implendum potest: Formula igitur, κορβᾶν estu, nihil aliud est quam votum quo effici solebat ne unquam alicui benefacere liceret; per oblationem enim illam res desinebat esse in commercio, & sacerdotibus acquirebatur: non tanquam ex jurejurando, sed tanquam ex voto. Etsi Theophrastus apud *Joseph c. App. l. 1.* formulam illam juramentum appellet.

ADDITIO.

„Ut meam quoque sententiam de formula hac „explicem, dico, *neque* juramentum ibi subesse, „uti Author putat; *neque* execrationem seu ana„thema, uti Gronovius opinatur; *neque* de quo„libet voto loqui servatorem, *ut quicquid a me* „*boni acceperis Deo dicatum sit*, tale enim votum „in genere licitum est; sed agit de voto speciali, „quo quis NB. PARENTIBUS declarat *ut quicquid* „*ex se* ✱ *profuerit, corban sit*; ita enim sonant „verba apud Marcum. *c. 7. v. 11. vos autem dici*„*tis. si dixerit homo patri aut matri corban quod*„*cunque ex me tibi profuerit, & ultra non dimit*„*titis eum quicquam facere patri aut matri &c.* „Hoc votorum genus merito improbat Servator, „quia legi Mosis contrariebatur, qui jussit patrem „& matrem honorare *d. l. v.* 10. Honorem au„tem parentum Legislatores Judæorum consistere „dicebant in necessitate alendi parentes etiam ex „propriis. *Vid. Seld. de jur. nat. l. 7. c. 2.* si pro„inde filius tale votum fecerit, ut omnia quæ pa„rentibus daturus est Deo dicata esse debeant, „hoc ipso negaret parentibus alimenta; dispone„ret igitur filius contra decalogi tabulas, & jus „parentibus ex decalogo quæsitum auferret: Unde „notanter concludit Servator, Pharisæos *rescindere* „*verbum Dei per talem traditionem d. l. v. 13.* „dum sibi vindicant quod liberi contra legem „parentibus auferunt, deoque dicant.

„*b*) (CONSECRATIONIS POENA:) Imo κορβᾶν „non est consecrationis pœna, sed dispositio in „futurum eventum suspensa, eoque valida, nisi in„tuitu parentum fiat.

„*i*) (ETIAMSI ADVERSUS PARENTES „FACTUM ESSET:) In genere igitur valet tale „votum, quia vovens de suo jure disponit; nec „cum perfectione id pugnat, quia maximus perfe„ctionis gradus est Deo & ecclesiæ benefacere: „Excipitur autem casus ubi tale votum in præjudici„um parentum fit, utpote quibus jus alimentorum ex „decalogo quæsitum est, quod per illam dispositio„nem ipsis aufertur.

„*k*) (DICTO LOCO:) *Marc. c. XI.* 10. 11. 13.

„*l*) (REFELLIT CHRISTUS:) Et merito incre„pat avaritiam Sacerdotum, qui sub prætextu quod „voto religiose servari debeant, (de quo vide *Sel*„*den. de j. N. l. 7. c. 2. pag.* 835.) parentibus jus ex deca„logo quæsitum falsa hac sua interpretatione au„ferebant.

„*m*) (IN CUJUS VERBIS τιμᾶν, HONORARE, „EST BENEFACERE:) Imo non in genere benefa„cere, sed parentibus indigentibus benefacere, eis „alimenta præstare &c. &c. ut ex Seldeno *L. 7. c. 2.* „probavimus.

„*n*) (UT COLLATO MARCI LOCO:) Verum est „in locis Pauli & Num. τιμᾶν, i.e. honorare vi„duas, ministros Dei, &c. significare iis benefa„cere, sed beneficientia illa non consistit in ne„cessitate alendi indigentes, quæ in solis parenti„bus obtinet.

„*o*) (SED ETIAMSI ADVERSUS ALIOS CONCE„PTUM SIT:) Hoc verum nobis non videtur: „nam tota ratio alimentorum in aliis cessat: nemini „fit injuria per tale votum, dispositio fit in favorem „ecclesiæ, quod laudabile maxime est.

„*p*) (QUIA, UT DIXIMUS, PROFECTUI ADVER„SUM EST:) Dixit enim in *pr. h. profectum in* „*bono Deo nos debere, indeque ejus libertatem nos* „*nobis eripere non posse.* At jam notavimus (1) „libertatem agendi bonum non esse ex decreto, „sed a voluntate hominis, assistente Deo: sed & „(2) negamus profectui huic divino contrariari „votum propositum, nam & hoc bonum, quin „majus bonum est ecclesiæ benefacere. Nullate„nus igitur (3) vitiosum est tale votum, nisi in „solo casu, quo adversus parentes fit, quia jus ex „deca-

§. IX.

De eo vero [a] quod pro tempore [b] aut ex ſuppoſitione eſt impoſſibile, in pendenti eſſe obligationem, ita ut is qui ex ſuppoſitione juravit, [c] operam quam poteſt dare debeat, ut quod juravit poſſibile reddat.

[a] §. X.

Forma jurisjurandi verbis differt, [b] re convenit. [c] Hunc enim ſenſum habere debet, ut Deus invocetur, puta hoc modo: *Deus teſtis ſit, Deus ſit vindex*, [d] quæ duo in idem recidunt. Nam cum ſuperior puniendi jus habens [e] teſtis advocatur [f] ſimul ab eo perfidiæ ultio poſcitur: & qui ſcit omnia ultor eſt [g] ideo quia teſtis. *Quæſt. Rom. 44* Plutarchus: πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελειτᾶ τῆς επιορκίας [h] *omne jusjurandum*

„decalogo quæſitum iis auſerretur.

a) (SATIS ENIM MANIFESTUM EST AD OMNINO IMPOSSIBILE NEMINEM OBLIGARI:) Nam diſpoſitio demum valet de eo quod in poteſtate noſtra eſt, quale nun eſt quod vel natura vel jure (i. e. moraliter *l. 2. c. 16. §. 1.*) impoſſibile eſt. Conf. *c. 28. X. de jurej.* & ſupra *c. 11. §. 8.*

a) (QUOD PRO TEMPORE:) Nam quatenus poſſibile fieri poteſt, non eſt impoſſibile.

„*b*) (AUT EX SUPPOSITIONE:) Uti ſi quis ju„raverit ſe operas præſtiturum ad quas incapax „eſt, effectum habet hoc juramentum ſi poſtea „capax fiat.

„*c*) (OPERAM QUAM POTEST DARE DEBEAT:) „Si non plane incapax eſt, ſed quodammodo ope„ram præſtare poteſt, omnino eam quam poteſt „præſtare tenetur.

a) (AD §. X.) Quæritur hic de forma juramenti, quibus verbis, & quo modo concipi debeat? In genere tenendum, jure naturæ juramentum dici omnem promiſſionem vel aſſertionem quæ fit per rem aliquam nobis ſanctam & venerabilem, unde etiam bene Cicero jusjurandum definit *aſſertionem religioſam.*

Cum vero res inter homines religioſiſſima ſit Deus, hincnullum firmius eſt jusjurandum quam quod teſte *Deo* fit, cujus effectus hic eſt, ut homines, metu violandæ rei adeo ſibi ſanctæ, eo magis inducantur ad pacta ſervanda. Qui enim Deum teſtem promiſſi adhibet, declarat ſe æque ſervaturum fidem datam, ac honorem creatori ſuo debitam, ſimulque implorat hunc teſtem, ut vindex ſit & perfidiæ & violati honoris ſui:

„*b*) (RE CONVENIT:) Imo re non ſemper con„venit, alius enim eſt effectus juramenti quod per „Deum & per Principem fit, alius juramenti quod „per memoriam majorum, &c. *Vid.* §. *ſeq.*

„*c*) (HUNC ENIM SENSUM HABERE DEBET UT „DEUS INVOCETUR:) Diximus verum jusjuran„dum eſſe etſi Deus non invocetur, modo mentio „fiat alterius rei nobis ſanctæ vel religioſæ. *Vid.* „*§. ſeq.*

„*d*) (QUÆ DUO IN IDEM RECIDUNT:) Hoc „verum eſt, Deus enim qui ut teſtis veritatis ad„hibetur, non poteſt non vindicare injuriam & „perfidiam mentientis.

e) (Grot.) (TESTIS ADVOCATUR, SIMUL AB EO PERFIDIÆ ULTIO EXPOSCITUR:) Ambroſius ad Valentianum Imperatorem, (*Lib. V. Epiſt. 30.*) *quid eſt jurare, niſi ejus quem teſtare fidei tuæ præſulem divinam potentiam conſiteri?* vide formulam inſignem Chagani Avarorum apud *Menandrum* excerptis legationum. (*Cap. 21.*)

„*f*) (SIMUL AB EO PERFIDIÆ ULTIO POSCI„TUR:) Nam ea intentione eoque animo promis„ſor Deum teſtem adhibet, ut is violata fide vin„dex ſit perfidiæ.

„*g*) (IDEO QUIA TESTIS:) Imo non ideo quia „teſtis, ſed quia ex eſſentia ſuæ perfectionis non „poteſt non injuriam nomini ſuo illatam vindi„care: Sane perfidus vilipendet Divinam poten„tiam, quam vindicem in caſum violatæ fidei im„ploravit.

h) (OMNE JUSJURANDUM IN DIRAS DESINIT:) i. e. execrationem conjunctam habet; quia jurans ſibi imprecatur aliquid mali ſi fidem fefellerit. Omne igitur juramentum continet execrationem, ſed non contra omnis execratio deſinit in juramentum Juramentum enim cautio eſt, quæ ſupponit præcedentem diſpoſitionem vel aſſertionem cui accedit, & quam firmat: tale juramentum execrationem continet quia jurans ſibi imprecatur aliquid mali, *ſi fidem fefellerit:* Atque hinc formula illa, *ſi promiſſa non ſervavero diabolus me abripiat*, verum juramentum eſt; Neque dici poteſt aſſertionem hic non eſſe religioſam, nam religioſum omnino mihi eſt corpus, & anima mea quam diabolo abripiendam offero: At ſi execratio non accedit aut promiſſioni aut aſſertioni, ſed ex iracundia ſaltem quis dicat, *Diabolus te abripiat*, hæc nuda execratio eſt, non vero juramentum, non enim firmat aut promiſſionem aut aſſertionem præcedentem.

„*i*) (HUC

dum in diras desinit, si quis pejeraverit. [i] Huc pertinent foederum formulæ antiquæ, quibus mos erat victimas adhiberi, [k] ut apparet Gen. XV, 9. & sequentibus. Ut illa Romana [l] apud Livium: *Lib 1. c. 24.* *tu Jupiter* [m] *ita illum ferito ut ego hunc porcum.* Et alibi: *Deos* *Lib. 21. c. 45.* *precatus ita se mactarent quemadmodum ipse agnum mactasset.* Et apud *Hist 3 25.* Polybium ac [n] Festum: *si sciens fallo, ita me Diespiter ejiciat ut ego* *Voce Lapis* *hunc lapidem.*

[a] §. XI

„*i*)(HUC PERTINENT:) Author ait victimas il„las nihil aliud esse quam speciem execrationis: „Quod verum omnino est.

„*k*) (UT APPARET GEN. XV. 9. ET SEQUENTIBUS:) Ubi fœdus quod Deus cum Abra iniit adhibito saerificio firmatum est. *Gen. XV. 8. 9.* 18. Sed & alia signa quæ execrationem inferunt jungi solebant juramento, sic cumulum lapidum erectum legimus passim in saera historia: apud Justinum est *L. 22. c. 2. expositis ignibus tareis, tactisque in obsequia Pœnorum jurat:* apud Xenophontem 4. *de exped. Cyri p. m.* 365. Macrones jurabant data simul hasta barbarica Græcis, a quibus mutuo græcam accipiebant: apud Marcellinum 17. 27. eductis mucronibus juravere se permansuros in fide.

„*l*) (APUD LIVIUM:) *L. 1. c. 24.* Conf. *Suet.* „*in Claud. c. 25. Brisson. de form- L. 4. p.* 356.

„*m*) (ITA ILLUM:) Scilicet violantem pacta.

„*n*) (FESTUM:) Voce *lapidem.*

a) (AD §. XI.) Quæstio hic celebris movetur, *an etiam per creaturas jurare liceat?* Nos uno id affirmamus: Nam diximus jusjurandum nihil aliud esse quam assertionem religiosam, adeoque fieri illud posse per quamvis rem nobis sanctam & venerabilem: Non enim solum metu divinæ vindictæ absterremur a violatione rei nobis sanctæ, sed præterea ex duplici capite, VEL quia res illa, nobis sancta, vindicare injuriam suo nomini illatam potest, quo pertinent juramenta per vitam, per nomen, per genium principis. &c. Ita enim Ægyptii jurabant per nomen Pharaonis. Gen. 42. 15. Græci per Alexandrum. *Curt. 6* 11. Romani per nomen Augusti. *Suet. in Claud. c.* 11. Unde Horatius Augustum alloquens ait

jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

De Hoorio canit Clandianus in IV. Consul.

- - - - juratur Honorius absens

Sane is qui per nomen Principis pejerat, læsæ majestatis reus fit: *l. 2. C. de Reb cred. l. 2. C. ad leg. Jul. Majest. l. 13. l. 33. in f. de jurej.* exemplum in Rubrio affert *Tac. l. 1. An. 73.* VEL quod metuere debet Infamiam ex violatione rei sanctæ, quod fit in omnibus casibus ubi nullum vindicem perfidiæ implorat jurans, atque huc pertinent formulæ, per vitam præceptoris; 2 *Reg. 2. 4. & 6.* per amicos; vel, uti Nassumonei, per viros optimos ac justos, quorum sepulchra simul tangebant. Vide *Herod. l. 4. c. 123.* Cajus per nomen Drusillæ sororis, quam amabat &c. *Suet. Calig. c. 24.* His igitur casibus violatio jurisjurandi non infert ultionem seu vindictam, nullam imprecamur nobis ablationem boni, vel illationem mali, sed pejerans exponit se malæ opinioni, quam probi & honesti viri de eo concipient, tanquam de homine cui nihil inviolabile est: Atque huc quoque pertinet juramentum bey Cavalir parole, bey Fürstlichen Ehren: nam hic honor sanctus ipsis est, adeoque violare illum nefas.

Constat ergo etiam per alias quascunque res nobis sanctas & inviolabiles aliquid promitti posse, idque verum juramentum esse; etsi in illis negotiis, ubi summa securitas desiderari solet, res sanctissima adjici soleat, id est Deus:

Notanter autem de solis *promissis* id statuimus; secus si de *veritate asserenda* agitur, nam assertio veritatis non nisi adhibito Deo teste fieri potest: veritas enim de qua asserenda agitur in animo jurantis latet, adeoque nemo testis hac in re adhiberi potest, nisi is qui omniscius est, & qui arcana animi cognita habet, adeoque solus Deus: qua in re differt hoc juramentum a juratis promissis, ibi enim ex eventu apparet an promissio impleta sit, a non.

Superest ut dubia, quæ circa juramentum per creaturas præstandum afferri solent, solvamus:

Primo autem *obstat* quod Deus jusserit per suum tantum nomen jurare, non ergo licitum erit, jurare per creaturas. Resp. Præceptum illud excludit saltem Deastros, ne per hos juretur, quia Israelitis nec sancti nec venerabiles, sed execrabiles esse debebant:

Secundo obstat formulas has non esse jusjurandum, sed obtestationes quæ per creaturam nobis religiosam fiunt: Resp. Lusus est in verbis, nam latini talem obtestationem vocant jusjurandum, adeo ut & pœna perjurii sæpius ex violatione talis obtestationis detur. *d. l. 2. d. l.* 13.

ADDITIO.

„Certum igitur est (1) non ex omni jura„mento violato de perjurio agi inter homines „posse, sed tantum ex eo quod superiorem testem „& vindicem habet: adeoque non nisi ex eo „quod per Deum & principem fit: In omnibus „reliquis pœna perjurii cessat:

„(2) Nullam video rationem, cur jusjurandum, „quo veritas declaratur, non possit per quamvis „rem sanctam fieri, si is cui veritas asseri debet „consentiat: Quando igitur is cui fides fieri debet „consentit ut asserens per memoriam parentum,

[a] §. XI.

1. Sed & [b] nominatis rebus, personisve aliis, jurari mos est vetus, [c] sive quod illas sibi noxias imprecabantur, ut solem, terram, [e] coelum, [f] principem; [g] sive quod in illis puniri deposcebant, [h] ut in capite, [i] in liberis, [k] in patria, [l] in principe. Neque profananarum tantum gentium hic mos, sed & judæorum, ut idem ille [m] Philo nos docet. Ait enim [n] non debere juraturos ob rem quamvis statim ἐπὶ την ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλον ἀνατρέχειν, *ad rerum omnium auctorem ac parentem procurrere*, sed jurare [o] per parentes, cœlum terram, universum, cui simile est quod Homeri interpretes notant, Græcos illos veteres non solitos προπετῶς κατὰ τῶν θεῶν ὀμνύειν, ἀλλὰ κατὰ τῶν προστυν χανόντων, *facile per Deos jurare, sed* [p] *per res alias præ-*

Eustath. ad Iliad. 1. vers. 234.

„majorum &c, rei veritatem affirmet, id verum „est juramentum assertorium:

„Neque *obstat*, quod is qui testis veritatis ad„hibetor omniscius esse debeat: Nam hoc ipsum „est quod negamus: Agitor enim hic de jure „ejus cui fides facienda est, ejus solius interest: „Si proinde is consentiat ut assertio fiat non Deo, „sed teste adhibita creatura, valet hoc juramen„tum assertorium ex dispositione partium: Idem „quoque obtinet, si, eum suli judici fides fieri debet, „is juramentum exigat adhibito teste veritatis qui „omniscius non est, quia itidem de jure suo di„sponit. At regulariter, & ubi illi quorum in„terest non consentiunt, summa securitas exigi „solet, atque hæc ratio est cur ibi non soleant „admitti alia juramenta nisi quæ Deo teste fiunt.

„At, inquis, pœnam perjurii illo casu nullam „subesse, cum nemo animi secreta experiri possit „Resp. sufficit quod partes de quorum jure agi„tur, ita disposuerint, & sibi imputet is cui fides „fieri debet, quod majorem securitatem noluerit „adhibere. Sed & porro, licet pœna perjurii hic „non obtineat, tamen alius metus hic subest qui „asserentem ne falso asserat impedire potest, me„tus, inquam, ne perfidia forte ex aliis circum„stantiis prodatur, eoque fama ejus periclitetur „apud bonos viros, tum ob mendacium dictum, „tum ob rem sibi sanctam violatam.

„b) (NOMINATIS REBUS PERSONISVE:) Adeoque „per creaturas.

c) (SIVE QUOD ILLAS SIBI NOXIAS IMPRECA„BANTUR:) Res enim per quas juratur nobis vel „*cara* sunt vel *exitiosa*: Priori casu imprecamur „nobis ut res illæ caræ nobis auferantur; poste„riori casu, ut mala illa nobis contingant: utroque „modo est jusjurandum.

„d) (UT SOLEM, TERRAM &c.) Exempla refert „Gronovius hic ex *Ovid.* 7. *Met.* 96. & *Virgil.* „12. *Æneid.* 176. *esto nunc sol testis, & hæc mihi* „*terra precanti:* jurans enim precatur ut commo„da solis & terræ auferantur si pejeraverit.

e) (COELUM:) Gentes per coelum intellexere „jovem coelum inhabitantem, ut proinde jura„mentum tale non fiat per creaturas seu res, sed „per numen ipsum. Cæterum, si jurans per cœ„lum rem creatam intelligat, nihilominus verum „erit jusjurandum, precatur enim ut sibi commo„da cœli auferantur.

„f) (PRINCIPEM:) Securitas igitur in eo con„sistit, quod is qui per nomen principis jurat non „præsumatur velle violare nomen sibi sanctum, „cum metuere debeat vindictam ejus, cujus no„nomen vilipendet.

„g) (SIVE QUOD IN ILLIS PUNIRI DEPOSCE„BANT:) Quibus precamur ut non tantum nobis „male sit, sed & illis qui nobis cari sunt, adeo„que quorum mala nostra esse solent.

„h) (UT IN CAPITE:) *Virg.* 9. *Æneid.* 300. *per* „*caput hoc juro per quod pater ante solebat:* pre„catur enim ut suo capiti mali aliquid contingat.

„i) (IN LIBERIS:) *Plin. l.* 2. *ep.* 20. *qui sibi* „*per salutem filii pejerasset:* precatur enim ut li„beris male sit, ut privetur solatio liberorum &c.

„k) (IN PATRIA:) Si enim patriæ male est, „singulis civibus, eoque ipsi juranti male est.

„l) (IN PRINCIPE:) Calamitas quæ principi „infligitur redundat quoque in populum: quan„quam verior ratio sit, quod Princeps ut vindex „violatæ fidei & sanctimoniæ tum adhibeatur.

m) (Grot.) (PHILO:) *De specialibus legibus.* (*pag.* 770. *A. B.*)

„n) (NON DEBERE JURATUROS OB REM QUAM„VIS:) Quia nomen divinum absque gravi causa „adhiberi nunquam debet.

„o) (PER PARENTES, COELUM, TERRAM, UNI„VERSUM:) In levioribus enim causis non opus „est summam exigere securitatem, sed sufficit ibi „aliam rem nobis sanctam allegari, quæ probos „viros deterrere a violatione vel promissi vel as„serti solet: in allegatis igitur formulis jurans „precatur ut si violaverit fidem *parentibus* male „sit, (quo ipso incurrit in pœnam statutam iis „qui parentes non honorant,) vel *cœlo*, *terra* aut „*universi* commoda ipsi auferantur.

g) (Grot.)

præsentes [q] ut per sceptrum, idque ipsum a justissimo rege Rhada-
mantho fuisse constitutum tradit Porphyrius & ad Aristophanem *De ab-*
Scholiastes. Sic Josephus [r] per salutem Pharaonis jurasse legitur, *stin. L. III. pag.*
ex more apud Ægyptios recepto, [s] quem ibi notat Abenesdras. *285. In Aves,*
[t] Elisæus per vitam Eliæ. Neque vero Christus Matthæi V, [u] ut *vers. 521. Gen. 42,*
quidam existimant, hæc juramenta vult minus esse licita quam quæ *15. 2 Reg.*
expresso Dei nomine fiunt; [v] sed cum Hebræi ea minus curarent, opi- *II, 2.*
nione quadam non dissimili illius qui dixit, [w] *Sceptrum non putat*
esse Deos, [x] ostendit & hæc esse vera juramenta. Nam & Ulpianus *L. 33 D. de jurej.*
optime dixit: *Qui per salutem suam jurat* [y] *Deum jurare videtur*,
[z] *respectu enim divini Numinis jurat*. Sic Christus ostendit eum qui *Matthæ.*
Templum jurat, Deum jurare [aa] qui templo præsidet; & [bb] qui cœlum, *XXII, 21.*
Deum qui cœlo velut insidet.

2. At Hebræi magistri istorum temporum existimabant [cc] non obstringi homines juramentis per res conditas factis, nisi adjecta poena, ut si res de qua jurabatur Deo consecraretur. [dd] Hoc enim est jura-

p) (Grot.) (PER RES ALIAS PRÆSENTES:) De Socrate *Apollonius* apud Philostratum VI: ὄμνυ ταῦτα, οὐχ ὡς θεούς, ἀλλ' ἵνα μὴ θεοὺς ὄμνυ: *Jurabat per ista, non ut per Deos, sed ne per Deos juraret.* (c. 19.)

„q) (UT PER SCEPTRUM:) *Homer. illiad 4.* „*234. Virg. 12. Æneid. 206. Gron. h.*

„r) (PER SALUTEM PHARAONIS:) Si enim „violaret fidem jurans, testaretur se nihili facere „salutem principis, quæ injuria est in principem, „ab eo vindicanda.

„s) (QUEM IBI:) Scilicet *ad Gen. 42. 15.*

t) (Grot.) (ELISÆUS PER VITAM ELIÆ:) Adde II *Regum* IV, 30. *Cant.* II, 7.

„u) (UT QUIDAM PUTANT:) Qui juramenta „per creaturas licita non esse, imo minus licita „esse statuunt quam quæ expresso nomine divino „fiunt, propter Servatoris prohibitionem. *Matth.* „*V, 33. & seq. Vid. Lant. comp. p. 173. ibi-* „*que Dd. Osiand. in not. h. Caus. 22. q. 1. c. 9.* „*&* 10. At recte hos refutat Author.

„v) (SED CUM HEBRÆI EA MINUS CURARENT:) „Quia Deus non adhibitus erat testis aut vindex: „Ex Philonis enim ante allegato loco apparet Ju- „dæos facillime jurasse per cœlum, per terram, &c.

„w) (SCEPTRUM NON PUTAT ESSE DEOS:) „Cum tamen per sceptrum Jovis ejus omnipo- „tentia designetur.

„x) (OSTENDIT ET HÆC VERA ESSE JURA- „MENTA:) Adeoque non minus licita esse, quam „ea quæ expresso Dei nomine fiunt: Indeque „eodem jure haberi, quin Deum implicite con- „tineri.

y) (DEUM JURARE VIDETUR:) Precatur enim „Deum ut is omnem salutem juranti auferat.

z) (Grot.) (RESPECTU ENIM DIVINI NUMINIS JURAT:) Ita & *Gratianus* causa XXII. quæstione 1.

ADDITIO.

„Deus enim solus salutis meæ autor est, & solus „eam mihi auferre potest.

„aa) (QUI TEMPLO PRÆSIDET:) Vel potius „qui in templo colitur.

„bb) (QUI COELO VELUT INSIDET:) Cœ- „lum enim pro habitaculo Dei sumitur, etsi Deus „ubique sit.

„cc) (NON OBSTRINGI HOMINES JURAMENTIS „PER RES CONDITAS FACTIS, NISI ADJECTA „POENA:) Imo hoc nullibi dicitur: sed juranti „temere per creaturas pœna, etsi levior, infligebatur. Vid. *Ligtfoot in horis Hebr. ad Matth.* „*V. 33.*

„dd) (HOC ENIM EST JURAMENTUM κορβᾶν:) „Author existimat *Corban* esse pœnam quæ adjicitur „juramento per creaturam facto, ut scilicet in „casum fidei violatæ res Deo dicata esse debeat. „At supra dictum est Corban plane non esse ju- „ramentum, sed votum, & in loco Mathæi nec „promissum aliquid esse, nec juramentum promis- „sioni accessisse, nec pœnam promisso adjectam „fuisse: Sane Servator loquitur de casu, ubi filius „vovet ut id quod parentibus daturus est Corban, „i. e. Deo dicatum esse debeat: Hoc votum, „quo parentibus indigentibus alimenta quo- „que eripiuntur, tanquam decalogo contrarium im- „probat perfectissimus Servator.

ramentum κορβᾶν ſive ἐν τῷ δώρῳ, cujus non [ee] dicto tantum Matthæi loco, [ff] ſed in Tyriorum quoque legibus mentio exſtabat, ut ex Joſephi contra Appionem diſputatione diſcimus: nec aliunde arbitrer [gg] Orientis populos dictos Græcis καρβᾶνας, quæ vox apud [hh] Æſchylum & Euripidem exſtat, καρβᾶνα δὲ αὐδὰς, apud eundem Æſchylum: [ii] Huic errori [kk] dicto loco Chriſtus occurrit. Chriſtianos veteres [ll] Tertullianus juraſſe ait per ſalutem Principis, [mm] omnibus Geniis auguſtiorem. [nn] Apud Vegetium formula eſt, [oo] cujus & ſupra meminimus, qua Chriſtiani milites jurant non per Deum tantum, [pp] ſed & per majeſtatem Imperatoris, [qq] quæ ſecundum Deum humano generi diligenda eſt & colenda.

Lib. 1 p. 1046. 1047. §. 12. p. 451 Ed. Hudſ.

Apolog. c. 32. Lib. II, c. 5.

§. XII.

Sed & [a] ſi quis per falſos Deos juraverit, obligabitur: [b] quia quan-

„ee) (DICTO MATHÆI LOCO:) *C. 23. §. 21.*

ff) (SED ET IN TYRIORUM QUOQUE LEGIBUS „MENTIO EXSTABAT:) Nulla gens eſt quæ non „religione utatur, Deumque colat; ſpecies autem „cultus eſt aliquid vovere Deo, i. e. ei dicare: ſed „de ea dicationis ſpecie, de qua Servator loqui„tur, in legibus Tyriis nihil habetur.

„gg) (ORIENTIS POPULOS DICTOS GRÆCIS „καρβᾶνας:) Uno vox hæc barbaros deſignat, „uti ex Heſychio & Æſchylo probat *Gron. h.* „Sane vox illa cum formula, *Corban*, nec nomine „nec ſenſu commune aliquid habet.

„hh) (ÆSCHYLUM:) Agamem. 1070. Supplic. „124.

„ii) (HUIC ERRORI DICTO LOCO CHRISTOS „OCCURRIT:) Cui errori? Scilicet quo Judæi exi„ſtimaverunt per creaturas jurantes inde non „obligari niſi adjecta pœna, *ut res violata fide* „*Deo ſacra ſit*: At dictum eſt Hebræorum ma„giſtros nunquam in illo errore fuiſſe, neque vo„tum, ut aliquid Corban, i. e. Deo ſacrum ſit, „vel pro juramento vel pro pœna ſumſiſſe, neque „illud improbaſſe, niſi in ſolo caſu, ſi votum tale „fiat in præjudicium parentum.

„Fruſtra igitur aſſeritur Servatorem errorem „illum, quem nunquam commiſere Judæi, refor„mare voluiſſe, & ſtatuiſſe, juramentum quod per „creaturas fit æque juramentum verum eſſe, ac il„lud quod expreſſo Dei nomine fit, etſi pœna „conſecrationis adjecta non ſit.

„kk) (DICTO LOCO CHRISTUS OCCURRIT:) „Scilicet *Matth.* 23. *v.* 21. At non occurrit illi „errori, ſed occurrit traditioni Phariſæorum er„roneæ, qui contra mentem decalogi vota, qui„bus liberi parentibus indigentibus alimenta eri„piebant, valida declarabant, de tali enim voto loqui„tur Mathæus: *quicquid parentibus bene fecero Cor*„*ban eſto.*

„ll) (TERTULLIANUS:) *In Apologet adv. gent. c. 32.*

„mm) (OMNIBUS GENIIS AUGUSTIOREM:) Ve„teres Chriſtiani noluere jurare *per genium prin*„*cipis. Tertull. apolog. c. 32. ibique Herald. p. 125.* „*Joh. a Wovern in Oct. Minut. Felic. p. 68.* Ra„tionem affert Ziglerus *in not. b.* quia juramen„tum hoc vere idolatricum erat, quippe juratur „per illum genium, tanquam divinitatis partici„pem, & proinde occultorum teſtem. *Add. Selden.* „*de juram. 1. 15. 35.*

„nn) (APUD VEGETIUM:) *L. 2. de re milit.* „*c.* 5.

„oo) (CUJUS ET SUPRA:) *L. l. c. 2. §. 19. n. 3.*

„pp) (SED ET PER MAJESTATEM IMPERATO„RIS:) Puffendorfius improbat hoc juramentum *l. 4. c.* „2. §. 3. ſed male: nam qui per majeſtatem Imperato„ris jurat, vel per eum jurat qui Author eſt maje„ſtatis; vel Imperatorem teſtem allegat, & tanquam „vindicem ſuæ majeſtatis contra violantem im„plorat.

„qq) (QUÆ SECUNDUM DEUM HUMANO GE„NERI DILIGENDA ET COLENDA EST:) Princi„pes enim ſunt vicarii numinis, eorumque ma„jeſtas eſt ipſa majeſtas Dei, quam violare nemo „impune debet.

a) (Grot.) (SI QUIS PER FALSOS DEOS JURAVERIT, OBLIGABITUR:) Liber *Sapientiæ* c. XIV. οὐ γὰρ ἡ τῶν ὀμνυμένων δύναμις, ἀλλ᾽ ἡ τῶν ἁμαρτανόντων δίκη ἐπεξέρχεται ἀεὶ τὴν τῶν ἀδίκων παράβασιν. Quod ita vertit Latinus: *Non enim juratorum virtus, ſed peccantium pœna perambulat ſemper injuſtorum prævaricationem,* (verſ. ult.)

ADDITIO.

Modo *jurans* veros eſſe Deos putet. Nam cum is qui jurat absterreri debeat metu religionis, neceſſario talis adjecta res eſſe debet, quæ juranti religioſa eſt & ridiculum foret aliquem adſtringere metu religionis quam jurans non agnoſcit. Semper igitur religio intelligi debet, quæ reſpectu

quanquam ſub falſis notis, generali tamen complexione numen intuetur: ideoque [c] Deus verus, ſi pejeratum ſit, in ſuam injuriam id factum interpretatur. Et [d] ſanctos viros videmus non detuliſſe quidem unquam ſub ea forma jusjurandum, [e] multo minus ita juraſſe, [f] quod a Duareno permitti miror; ſed tamen ſi quibuscum negotium

ctu jurantis talis eſt: Si proinde jurans per Deaſtros eos credat veros, validum eſt jusjurandum *l. 5. §. 1. de jurej. d. l. 5. §. p.* qui duo textus hoc modo conciliari debent: Uſum hujus rei videbimus infra *l. 2. c. 15. §. 8. ſeq.*

ADDITIO.

„Ego duos illos textus alio modo conciliandos „puto: Nam cum in republica Romana non alii „Dii admiſſi ſint quam a Senatu probati, *Tertull. in apol. c.* 5. Indeque Cicero novos Deos „& advenas non admittat in ſuis legibus, *L. 2. de* „*Legib.* certum eſt per Deos non receptos juramentum deferri non potuiſſe, quia cultum id inferret, colere autem non receptos illicitum erat, „atque de hoc caſu loquitur *d. l. 5. §. p.* ibi, *ſi* „*quis illicitum jusjurandum detulerit, ſcilicet im-* „*probatæ publicæ religionis, videamus an pro eo* „*habeatur ac ſi juratum non eſſet, quod magis* „*exiſtimo dicendum:* Cives ergo Romanus non „potuit deferre concivi ſuo juramentum per no„men Chriſti, quia colere hoc nomen apud Ro„manos nefas erat.

„Neque *obſtat L. 5. §. 1. ff. de jurej.* ubi Ulpia„nus ait Divum Pium reſcripſiſſe, *jurejurando,* „*quod propria ſuperſtitione juratum eſt, ſtandum* „*eſſe.* adeoque juramentis, etiam eorum qui impro„batam religionem profitebantur, ſtandum eſſe vi„detur: Reſp. Ibi plane non quæritur de Deaſtris, „neque de jurantibus per Deos improbatos, etſi „juranti ſacros: ſed quæritur, an valeat juramentum „quod quis alteri per *ſalutem* ſuam defert? Vide„batur id negandum, quia deferenti ſalus jurantis „non erat religioſa, ſed merito Ulpianus *d. l. 5.* „*pr.* ait, *omne juramentum licitum eſſe per quod* „*voluit quis ſibi jurari,* & tum porro addit, ſuffi„cere rem juranti eſſe religioſam: idque autoritate „Divi Pii probat, *qui jurejurando quod propria* „*ſuperſtitione juratum eſt,* (modo non ſit impro„batæ publicæ religionis. *d. l. 5. §. p.*) *ſtandum* „*eſſe reſcripſit d. §. 1.*

„Facile igitur ita conciliantur duo illi textus: „in *priori* agitur de delatione juramenti *illiciti,* & „improbatæ religionis: Hoc juramentum non „valet, & habetur pro non præſtito, *d. l. 5. §. p.* „*Poſterior* textus agit de juramento *licito*, ſed „quod defertur per rem quæ deferenti ſancta non „eſt: hoc juramentum valet, ſufficit enim rem „juranti ſanctam eſſe, & deferentem voluiſſe per „eam ſibi jurari.

„*b*) (QUIA QUANQUAM SUB FALSIS NOTIS, GE„NERALI TAMEN COMPLEXIONE NUMEN INTUE„TUR:) Imo id verum non eſt ſed ſuum idolum „reſpicit.

ADDITIO.

„Diximus juris civilis fuiſſe, quod inter cives „deferri juramentum per Deos non receptos non „licuerit, etſi jurantibus forte ſacri fuerint. *d. l.* „*5. §. p.* At aliud jure naturæ obtinet, nam ibi ſuffi„cit rem juranti ſanctam eſſe, eumque ejus violandæ „metu deterreri, in qua ſecuritate tota ratio juris„jurandi conſiſtit.

„*c*) (DEUS VERUS IN SUAM INJURIAM ID „FACTUM INTERPRETATUR:) Infinita apud Gentes „legimus exempla ubi Deus dicitur pœnam ſtatuiſſe „etiam in falſorum Deorum violatores, ut in Cam„byſe: *Inſtin. 1. 9.* Xerxe: *Juſt. 2. 12.* Gallis: *Juſt.* „24. 8. Pyrrho, & Romano præſidio: *Inſt. 29. 18.* „Add. *Liv. 30. c. 31. 37. & 42.*

„*d*) (SANCTUS VIROS NON VIDEMUS ITA DE„TULISSE:) Imo ſi cum gentili res, & ab eo ſum„ma ſecuritas exigenda fuiſſet, nec aliter quam „delato juramento expediri potuiſſet, deferri ei „ea forma debuiſſet: quia gentibus quoque nihil „ſanctius quam idola ſua eſſe ſolent.

„*e*) (MULTO MINUS ITA JURASSE:) Hoc „omnino verum eſt, nec ita jurare potuere, quia „jurare per nomen idoli cultus eſt, colere au„tem idola nefas erat: Unde inter graviſſima „crimina apud Hebræos referebatur per Deaſtros „jurare. *Deut. 6. 13. Ierem. 5, 9.*

„*f*) (QUOD A DUARENO PERMITTI MIROR:) „Imo is non permittit poſterius, ſed prius, idque „optimo iure: *Duaren. ad tit. ff. de jurejur. c. XI.* „Loquitur enim de caſu ubi Chriſtianus Turcæ „defert jusjurandum per nomen Mahumedis; „ſane deferens hoc ipſo non probat impoſturem, „nec nomen hoc ſanctum eſſe teſtatur, ſed cum „ejus interſit ſecuritatem promiſſorum habere, „morali ratione autem ſumma ſecuritas ſit ex ad„jectione rei quæ juranti ſacra eſt, ideo abſque „impietatis nota recipi ejusmodi juramentum pot„eſt. Atque id quoque probat Auguſtinus in *c.* „*22. q. 16. q.* 1. & ipſe Author ſtatim concedit „recipi ea forma juramenta a gentilibus poſſe: „ſi autem licite recipi poſſunt, etiam licite poſ„ſunt deferri. Conf. *Pet. Martyr. loc. com. 2. 6.* „*Soto de juſt. & jur. 2. q. 4. art. 3.*

„*g*) (ADDUCI NON POSSENT UT ALITER JU„RARENT:) Imo ſi gentiles adduci quoque poſ„ſent ut jurarent per Chriſtum, quem ipſi non „colunt, non erit juramentum, quia res ipſis ſan„cta non eſt, eoque omnis ſecuritas civilis ceſſat „ratione

tium erat [g] adduci non possent ut aliter jurarent, [h] contraxisse cum eis, [i] ipsos quidem ut oportebat jurantes, ab illis autem [k] juramen-
Augusti nus epist. ad Pu. blic. 154. Qui lo cus cita tur c. mo. vet. 16. Caus. 22. q. 1. tum accipientes quale haberi poterat. [l] Exemplum est in Jacobo & Labane. Genes. XXII, 53. [m] Hoc est quod ait Augustinus: *Et qui per lapidem jurat, si falsum jurat perjurus est.* Deinde: *Non te audit lapis loquentem, sed punit Deus fallentem.*

§. XIII.

1. Effectus juramenti præcipuus est [a] præcidere controversias. Πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος, inquit [b] divinus scriptor ad
VI, 16. Hebræos: [c] *Omnis disputationis finis est juramentum rem sanciens.*
De legib. Alleg. Lib. II. pag. 99. Cui simile est illud Philonem: ὅρκος μαρτυρία Θεοῦ περὶ πράγματος ἀμφισβητουμένου. *Dei testimonium est jusjurandum* [d] *de re de qua ambigitur.* Et

„ratione ejus cui promittitur.

„*h*) (CONTRAXISSE CUM EIS:) Nam commerciorum usus ab ipsa natura est, adeoque gentes „diversarum religionum, cum necessario quan„doque contrahant, quælibet juxta suam religio„nem contractum firmat.

„*i*) (IPSOS QUIDEM UT OPORTEBAT JURAN„TES:) Scl. per verum Deum, aliasque res sibi „sanctas.

„*k*) (JURAMENTUM ACCIPIENTES QUALE HA„BERI POTERAT:) Augustinus in *c. 22. q. 16.* af„fert exemplum Abimelechi qui Abræ juravit. „Aliud exemplum est apud *Thucyd. l. 5. p. m.* „*325. Qui exigunt ab Epidauris jusjurandum, id* „*exigant per Semelem;*

„*m*) (EXEMPLUM EST IN JACOBO ET LABANE:) „At dubitare maxime hic licet num Laban per „Deastros juraverit, testem enim vocavit *Deum* „*Abra & Nachoris, Deumque patris eorum:* „nam ita Jacobum allocutus est, *Deus Abraham* „*& Deus Nachor* judicet inter nos, *Deus patris* „*eorum: d. c. 31. v. 53.* at hi omnes verum „agnoverunt Deum. Sed & ante jam dixerat, „*intueatur & judicet dominus inter nos, quando* „*recesserimus. &c. v. 49.* & mox: *nullus sermo*„*nis nostri testis est absque Deo, qui præsens re*„*spicit. v. 50.* Sane Abraham nunquam consen„surus fuisset ut filius jungeretur uxori idolatræ, „ideo enim noluit ipsi ex Chananæis uxorem „dare. *Gen. c. 24. v. 3. & 4.* Quid vero de ido„lis sentiendum quæ Rahel abstulit, *Gen. c. 31.* „*v.* 19. 30. 34. Sane inde non sequitur Laban „Idolatram fuisse, sed eum habuisse imagines sub „certis constellationibus confectas prædicendi „causa, qui usus apud Chaldæorum philosophos „maxime obtinuit. *Vid. Stanlej. Hist. phil. part.* „*XIII. pag.* 144. *seq.* quod ex loco Geneseos *c.* „*44. v. 5.* probari videtur, ubi Josephus increpat „fratres, quod scyphum in quo augurari soleret, „abstulissent.

m) (Grot.) (HOC EST QUOD AIT AUGUSTINUS:) Sermone XXVIII. de verbis Apostoli; citatur c. *Ecce dico:* 10. causa XXII. quæst. V.

ADDITIO.

„Imo Augustinus non loquitur de Deastris, & „de jurante per Deastros, sed de eo qui jurat per „lapidem; hoc non esse juramentum quidam pu„tabant, quia res sancta non esset juranti: at re„cte monet Augustinus tali juramento implorari „summum numen ut pejerantem vel lapidis ictu „puniat: adeoque imprecamur hic nobis aliquid „mali, ut scl. damnum per lapidem nobis inferatur: „*Vid. c.* 10. *XXII. q. 5.* Cæterum mos ille quo „*per lapidem* juratur, apud Gentes passim obti„nuit: ita enim misso lapide per Jovem jura„tum esse ait Polybius *Hist.* 3. *c.* 25.

a) (PRÆCIDERE CONTROVERSIAS:) Diximus juramenta accedere vel promissioni vel assertioni; de posterioribus verum est quod tendant ad præcidendas controversias: Priorum autem effectus est, ut secura reddantur promissa per adjectionem rei quæ promittenti sancta est, & quam non facile violaturus est. Adeoque sunt instar cautionis.

„*b*) (DIVINUS SCRIPTOR AD HEBRÆOS:) *Ep.* „*ad Hebra. c.* 6. *v. 16.*

„*c*) (OMNIS DISPUTATIONIS FINIS EST JURA„MENTUM REM SANCIENS:) Verum hoc est de „juramento assertorio, quod consensu partium „vel jussu judicis præstatur: De promissorio enim „id statui non potest.

„*d*) (DE RE DE QUA AMBIGITUR:) Adeoque „ubi itidem non agitur de promisso firmando, sed „de veritate dubia per assertionem juratam eru„enda.

e) (Grot.) (ULTIMA FIDES:) Procopius Persicorum II. ὅρκος ἐ τὴν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ὕστατόν τε καὶ ὀχυρώτατον εἶναι δοκεῖ τὴν εἰς ἀλλήλους πίστεώς τε καὶ ἀληθείας ἐνέχυρον: *Iusjurandum quod ab hominibus habetur omnibus ultimum*

Et illud non dissimile Halicarnassensis: Τελευταία δὲ πίςις ἅπασίν ἐςιν Antiq.
ἀνθρώποις ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ἣν ὐδεὶς πώποτε ἀναιρέσει χρόνος, ἡ δι' ὅρκων καὶ Rom VI. 84.
σπονδῶν ἐγγυητὰς θεὺς ποιυμένη τῶν συμβάσεων [e] *Ultima fides inter homines tum Græcos, tum barbaros, [f] quam nulla delebit ætas, est ea quæ per jurata pacta [g] sponsores adhibet Deos.* Sic & Ægyptiis jurandum, μεγίςη παρ' ἀνθρώποις πίςις, *maxima fides hominibus inter se.* Diod. Sic. l. 1. c. 77.

2. [h] Duo ergo debet jurans, primum, [i] ut verba animo congruant, quod ἀληθορκεῖν vocat Chrysippus; alterum, [k] ut factum Apud Stob.
congruat verbis, quod idem appellat εὐορκεῖν. Qui in illo peccat Serm. 18.
[l] ψευδορκεῖν, qui in hoc [m] ἐπιορκεῖν eidem Chrysippo dicitur satis distincte, [n] quanquam confundi interdum hæc solent.

§. XIV.

Et si quidem [a] materia talis sit, & verba ita concepta [b] ut non ad Deum tantum sed & ad hominem referantur, [c] jus haud dubie homini ex ipso juramento quæretur, tanquam ex promisso aut contractu [d] qui simplicissime intelligi debeat. Si vero [e] aut verba hominem non respiciant jus ei conferendo, [f] aut respiciant quidem, sed

ultimum atque firmissimum & fidei mutuæ & veracitatis pignus. (Cap. 10.)

„f) (QUAM NULLA DELEBIT ÆTAS:) Sanctimonia enim jurisjurandi est ex ipsa naturæ „ratione.

„g) (SPONSORES ADHIBET DEOS:) Tanquam „testes & vindices perjurii, i. e. violatæ sancti„moniæ.

„h) (DUO ERGO DEBET JURANS:) Jus Cano„nicum tria requirit ad verum juramentum: „veritatem, judicium, & justitiam. *c. 22. q. 2.* „*c. 2.*

„i) (UT VERBA ANIMO CONGRUANT:) De „quo late egimus supra §. 2. & 3. ubi diximus, „jurari debere de eo, quod inter utrumque „actum est, & reservationes mentales a „perjurio non liberare.

„k) (UT FACTUM CONGRUAT VERBIS:) Hinc „si aliter juratur quam delatum est juramentum, „non est juramentum. *Vid. l. 4. in fin. l. 4. &* „*l. 5. pr. jurej.*

„l) (Grot.) (ψευδορκεῖν:) Hoc ψευδορκεῖν vetatur Exodi XX. ἐπιορκεῖν Levitici XIX. ut Hebræi volunt præcepto jubente CCXL.

ADDITIO.

„Quasi qui fallit jurando (a ψεύδω fallo, & „ὅρκος juramentum:)

„m) (ἐπιορκεῖν:) Quasi qui contra juramen„tum venit, (ab ἐπὶ contra, & ὅρκος jusjuran„dum.)

„n) (QUANQUAM CONFUNDI INTERDUM HOC „SOLENT:) Revera uterque fallit jurando, & uter„que quoque contra juramentum venit.

„a) (MATERIA TALIS SIT:) De qua jurare „possit. *Vid. §. 6.*

„b) (UT NON AD DEUM TANTUM, SED ET „AD HOMINEM REFERANTUR:) Adeoque si ex „actu hoc jurato jus aliquod in hominem trans„fertur.

c) (JUS HAUD DUBIE HOMINI EX IPSO JURAMENTO QUÆRETUR, TANQUAM EX PROMISSO:) Confundit Author *promissionem* cum ejus *confirmatione*, quæ tamen maxime differunt: Ex promissione sola obligatur promittens, qui licite de suo jure disponit, illudque in alium transfert: Ex confirmatione autem seu ex adjectione illa rei sanctæ nullum novum jus transfertur, sed confirmatur saltem prior dispositio: Unde jurans nec magis obligatur ei cui promisit, sed securior saltem fit promissio: si proinde jurans violat fidem homini non tenetur nisi ex promisso, nullatenus autem ex perjurio, per quod soli Deo fit injuria, qui vel ipse vel per vicarium illam vindicare solus potest. *Vid. supr. §. 1. prop. IV.*

„d) (QUI SIMPLICISSIME INTELLIGI DEBEAT:) „i. e. Cum effectu, uti id infra §. 15. *n.* 3. ex„plicat.

„e) (AUT VERBA HOMINEM NON RESPICIANT „JUS EI CONFERENDO:) i. e. Si nullum jus in „eum cui juratur transfertur.

„f) (AUT RESPICIANT QUIDEM, SED SIT ALI„QUID QUOD EI POSSIT OPPONI:) Uti opponi „potest ab eo qui metu coactus juravit, adeoque

ſed aliquid ſit quod ei poſſit opponi, tunc ea vis erit jusjurandi, *g* ut
homo quidem ille jus nullum conſequatur, *h* at nihilominus qui ju-
ravit Deo obligetur ſtare jurejurando. Hujus rei exemplum eſt *i* in
eo qui per metum injuſtum cauſam promiſſioni juratæ dedit. Nam
hic jus nullum conſequitur, *k* aut tale quod reddere debeat, quia
Ezech. XVII 11. 13. 15. cauſam damno dedit. Sic videmus Hebræos Reges & *l* a Prophe-
tis increpatos, & punitos a Deo, *m* quod fidem juratam Babyloniis
Regibus non ſervaſſent. *n* Laudat Cicero Pomponium tribunum qui
Offic III. 31. To- let. l. 4. c. 22. ſervavit quod terrore coactus juraverat: *tantum* inquit, *tempori-
bus illis jusjurandum valebat.* Quare non *o* Regulus tantum redi-
re in carcerem, ut maxime is fuerit injuſtus, debuit; *p* ſed & decem
Off. III. 32. illi quorum Cicero meminit, redire ad Annibalem: *q* jusjurandum
enim interceſſerat.

§. XV.

„jus quod accepit reddere tenetur.

„*g*) (UT HOMO QUIDEM ILLE NULLUM JUS „CONSEQUATUR:) Quia diximus ex ſola promiſ- „ſione, non ex jurejurando jus oriri homini: ſi „proinde ei cui juravimus nihil, vel non valide „promiſſum eſt, certum eſt enim nullum jus con- „ſequi.

„*h*) (AT NIHILO MINUS QUI JURAVIT DEO „OBLIGETUR STARE JUREJURANDO:) Intuitu Dei „verum eſt jurantem obligari, non ut adigi poſ- „ſit ad implendum, nemini enim hominum jus „inde quæſitum eſt, ſed ut Deo teneatur tanquam „perjurus, ſi non implevit: Conf. *c. 14. §. 3.*

i) (Grot.) (IN EO QUI PER METUM INJUSTUM CAUSAM PROMISSIONI JURATÆ DEDIT:) Etiam vi extortum jusjurandum, ob Dei reverentiam ſervandum docet Auguſtinus epiſtolis CCXXIV. & CCXXV.

ADDITIO.

„Contrarium ipſe Author docuit *ſupra c. XI.* „*§. 7.* ubi ſtatuit vim & metum non tollere con- „ſenſum, adeoque eum qui promiſit jurato, omni- „no inde obligari, quia vere voluit, etſi coactus:

„*k*) (AUT TALE QUOD REDDERE DEBEAT, „QUIA CAUSAM DAMNO DEDIT:) Hoc verum „eſt, at non eo ſenſu quo Author id ſtatuit, quaſi „cogens præciſe teneatur ad liberandum eum qui „juravit *Vid. d. §. 7. n. 2.* Sed quia is qui juravit, „propter injuriam, ſeparata actione agere contra „cogentem poteſt ad omne id quod intereſt.

l) (Grot.) (A PROPHETIS INCREPATOS:) Vi- de & Jerem. XXXIX, 5.

„*m*) (QUOD FIDEM JURATAM BABYLONIIS RE- „GIBUS NON SERVASSENT:) Author (ut probet, „eum qui vi metuque juravit, ſtare jurijurando „teneri, etſi homini jus inde non quæratur,) alle- „gat exempla ex ſacra hiſtoria; at non concedi- „mus metum hunc injuſtum fuiſſe, Hebræorum „reges juſto bello victi fidem juratam dederunt, „adeoque ipſo jure naturali inde obligabantur: „*Vid. Ezech. 17. 13.* ut proinde ex his exemplis „theſis Authoris non probetur.

„*n*) (LAUDAT CICERO POMPONIUM:) Pompo- „nius Tribunus diem dixit Manlio, quod is dies „aliquos ad dictaturam gerendam ſibi addidiſſet, „& quod Titum filium relegaſſet. Adoleſcens „hic cum audiſſet negotium patri exhiberi, intrat „cubiculum Tribuni, ſtrictoque gladio eum ju- „rare coegit ſe patrem miſſum facturum. Pom- „ponius ſletit promiſſis, patremque miſſum fecit „apud *Cic. de off. L. 3. c. 31.* Non quia ſoli Deo „(uti Author putat) jus inde quæſitum erat, ſed „quia cogenti quoque ex promiſſo, nedum jurato, „jus oritur: Refert Cicero Pomponium ad popu- „lum de eo retuliſſe, & cum non conſtet filium „de injuria reum factum fuiſſe, credendum eſt po- „pulum miſſionem patris admiratione pietatis „filialis approbaſſe:

„*o*) (REGULUS REDIRE IN CARCEREM UT MA- „XIME IS FUERIT INJUSTUS, DEBUIT:) Alibi jam „dixi carcerem non fuiſſe injuſtum, adeoque Pœnis „verum jus inde quæſitum fuiſſe, utpote cum ab „hoſte captus reditum jurato promiſerit: Hiſto- „riam reguli vide apud *Sen. de Tranq. 15. Gell.* „*6. 4. Cic. 1. off l. 3. & 3. off. 26. Flor. 22. Horat.* „*3. 5. Aurel. vict. de vir. illuſtr. Polyb. 1. 34. Ap-* „*pian. de bell. Pun. 3: Oros 4. c. 8. Auguſtin. de* „*civ. Dei l. 1. c. 15. & 24. Lactant. 5. 13 Vide* „*Texm. ad h. §. & ad §. 16.* Caſum exponemus „infra *L. 3. c. 20. §. 3. n. 2. & c. 23. §. 6.*

„*p*) (SED ET DECEM ILLI QUORUM CICERO „MEMINIT:) Quos poſt Cannenſem pugnam ad „Senatum miſit Annibal, prævio juramento, quod „redire velint in caſtra quibus potiti erant Pœni, „niſi de redimendis captivis decretum Senatus im- „petraſſent: *Cic. l. 3. de off. c. 32.* Verum hoc „quoque juramentum injuria non fuit exactum, „Decem illi juſto bello capti fuerunt, ultro jura- „mentum de redeundo præſtiterunt, cauſa jurandi „maxime licita & juſta fuit, adeoque jus Pœnis, „non ſoli Deo, inde erat quæſitum: Atque hinc „adeo firmum hoc juramentum habitum fuit, ut

Senatus

§. XV.

1 [a] Neque hæc tantum [b] inter hostes publicos locum habent, [c] sed inter quosvis: [d] non enim persona sola respicitur cui juratur, sed [e] is qui juratur Deus, qui ad obligationem pariendam sufficit. [f] Repudiandus ergo Cicero cum ait perjurium nullum esse, si prædonibus pactum pro capite pretium non adferatur, ne si juratum quidem sit: [g] quia pirata non sit ex perduellium numero definitus, [h] sed communis hostis omnium, [i] cum quo nec fides esse debeat, nec jusjurandum commune. [k] Quod & de tyranno dictum ab eodem est alibi, & a Bruto apud Appianum: οὐδὲν πιςὸν ἐςι Ῥωμαίοις πρὸς τυράννȣς, οὐδὲ ἔνορκον, *cum tyranno Romanis nulla jurisjurandi religio.*

Th. 2. 2. 89. art. 7. & ibi Cajet. Alex Imol. in c. verum de jurejur. Soto l. VIII. 5.1 art 7. De Offic. III. 29.

Civil. II. pag. 515. Ed. Steph.

2. Atque sicut [l] in jure gentium constituto [m] differre hostem a pi-

„Senatus decimum, qui ex decreto Senatus reversus non est, vinctum ad Annibalem deduci jusserit. *Cic. d. l. Gell. 7. 18.*

„q) (JUSJURANDUM ENIM INTECESSERAT:) Sensus est, quod etsi ob metum injustum Pœni nullum jus consecuti sint, ipsi tamen jurantes Deo obligati fuerint stare jurejurando. At diximus metum in casibus Reguli, & Decem illorum quorum Cicero meminit, non fuisse injustum.

„a) (NEQUE HÆC:) Scilicet quod promissio jus quidem alteri non tribuat, sed jurans tamen Deo obligetur ad standum jurijurando:

„b) (INTER HOSTES PUBLICOS:) Ut in exemplo Reguli, & decem quorum §. præcedenti mentionem fecit.

„c) (SED INTER QUOSVIS:) Adeoque & inter prædones, aliosque hostes privatos.

„d) (NON ENIM PERSONA SOLA RESPICITUR CUI JURATUR:) Imo quoad effectum promissionis juratæ sola persona, etiam prædonis, respicitur, eique verum jus quæritur: quoad perjurium solus spectatur Deus.

e) (Grot.) (IS QUI JURATUR DEUS, QUI AD PARIENDAM OBLIGATIONEM SUFFICIT:) Nicephor Gregoras: εἰς Θεὸν ἡ ἐπιορκίας τὸ τῆς περιφρονήσεως ἀνατίθησιν ἔγκλημα: *perjurium Deo culpam inpingit negligentiæ.* (Lib. X. pag. 227. Ed. Col. 1616.)

ADDITIO.

„Etsi enim prædo nullum jus consequatur, nihilominus qui juravit Deo obligari stare jurejurando docuit *supra* §. 14. At, prædoni verum jus ex promisso quæri toties diximus.

f) (REPUDIANDUS ERGO CICERO:) 3 off. 29. Pessime Cicero partium studio abreptus negat prædonibus, piratis &c. fidem juratam esse servandam, quia non sunt pars humanæ societatis: Nam hæc ratio non impedit quo minus in talem hominem extra societatem constitutum jus transferri possit, si quis e societate cum eo contrahat. Conf. *Diss. nostr. de postliminio in pace. Sect. 1. §. 12.*

„g) (QUIA PIRATA NON SIT EX PERDUELLIUM NUMERO DEFINITUS:) i. e. non sit hostis armorum jus habens, cum quo jura gentium servanda sunt: *Gron. h.* Perduellis enim veteribus idem est quod hostis, & quidem hostis bellum pertinacitur urgens. Vid *Fabri lexic. voce Duellum* unde Cicero *l. 1. de Offic.* ait, *equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur lenitate verbi tristitiam rei mitigantis.* & Cajus in *L. 11. ad l. 12. tab.* ita scribit, *quos nos hostes eos veteres perduelles appellabant, per eam adjectionem indicantes cum quibus bellum esset:* At vox hæc generalis in specie tribui solet iis qui hostes sunt reipublicæ, etsi ipsi sint subditi: de quo crimine perduellionis exstat lex Cœlia. Vide *Augustin. de leg.* voce *Cælia* & voce *Leges XII. tabb. n. 16.*

„h) (SED COMMUNIS HOSTIS OMNIUM:) i. e. non pars societatis humanæ: At sæpius diximus non dari societatem humanam.

„i) (CUM QUO NEC FIDES ESSE DEBEAT:) Refutavimus hanc rationem in jure nostro controv. *tit. de pact. q. 33.*

„k) (QUOD ET DE TYRANNO AB EODEM DICTUM EST ALIBI:) De hac quæstione late agemus infra *c. 16. §. 17. & 18. L. 3. c. 19. §. 2. n. 2. & §. 3. n. 1. & 2.*

„l) (IN JURE GENTIUM CONSTITUTO:) Tale jus voluntate gentium introductum non agnoscimus. *Vid. Differt. prooem. IV.*

„m) (DIFFERRE HOSTEM A PIRATA:) Hæc differentia ab ipso jure naturæ est, nam cum hoste jus belli est, quia hostis judicem non habet: cum pirata vero jus belli non est, quia is privatus

 „est

pirata verum eſt, *n* & a nobis infra oſtendetur; ita hic ea differentia locum habere non poteſt, *o* ubi, etſi perſonæ jus deficiat, cum Deo negotium eſt: *p* qua de cauſa juramentum voti nomine nuncupatur. Neque id quod ſumit Cicero verum eſt, *q* nullam eſſe cum prædone juris ſocietatem. Nam depoſitum ex ipſo gentium jure *r* reddendum latroni, ſi dominus non apparet, recte *s* a Tryphonino reſponſum eſt.

L. 31. D. *depoſiti.*

3. Quare probare non poſſum quod a quibusdam eſt traditum, eum qui prædoni quicquam promiſerit *t* momentanea ſolutione poſſe defungi, ita ut liceat ei quod ſolvit recuperare. *u* Verba enim in juramento quoad Deum ſimpliciſſime, atque adeo cum effectu ſunt intelligenda. Atque ideo qui rediit ad hoſtem clam, iterumque abiit, *v* non ſatisfecit juramento de reditu, ut recte a Senatu Romano iudicatum eſt.

a §. XVI.

„eſt qui imperio alieno injuria ſe ſubduxit, inde„que contra talem prædonem vel jure imperii, „vel jure neceſſariæ defenſionis agimus.

„*n*) (ET A NOBIS INFRA OSTENDETUR:) *L.* „3. *c.* 3. *§.* 1. *&* *c.* 19. *§.* 1. *ſeq.* Conf. *c.* 16. §. „17. & 18.

o)(Grot) (UBI ETSI PERSONÆ JUS DEFICIAT, CUM DEO NEGOTIUM EST:) Plutarchus Lyſandro: ὁ ὅρκῳ παρακρουόμενος, τὸν μὲν ἐχθρὸν ὁμολογεῖ δεδιέναι, τοῦ δὲ Θεοῦ καταφρονεῖν: *qui juramento hoſtem circumvenit, is oſtendit a ſe hoſtem metui, Deum contemni.* (Pag. 437. c.)

ADDITIO.

„Verum non eſt, in tyranno, prædone &c. per„ſonæ jus deficere, ſane obligatio ex diſpoſitione „etſi coacta, pleniſſima oritur:

„*p*) (QUA OB CAUSA JURAMENTUM VOTI „NOMINE NUNCUPATUR:) Imo nullibi hoc dici„tur: Votum quidem jurejurando firmari poteſt, „at tunc ſunt diverſiſſima: aliud enim eſt diſpoſi„tio, aliud ejus confirmatio, quæ fit accedente „jurejurando. Sed & verum non eſt diſpoſitio„nem cum prædone & Tyranno initam votum „eſſe, nam hic verus eſt contractus, utrinsque con„ſenſu initus, votum autem eſt ubi unus diſponit.

„*q*) (NULLAM ESSE CUM PRÆDONE JURIS SO„CIETATEM:) Merito hoc improbat Author, nam „ſocietas juris cum omni eo eſt qui de re ſua „diſponere poteſt, adeoque & cum Tyranno, & „cum prædone: Unde JCti Romani bene ex juris „Gentium rationibus ſtatuerunt, depoſitum præ„doni potius quam domino reſtituendum eſſe. „*Vid. ſupr. c.* 10. *§.* 1.

r) (Grot.) (REDDENDUM LATRONI SI DOMINUS NON APPARET:) Et ei qui regnum ſine jure invaſit, quomodo Oroferni depoſitum redditum a Prienenſibus: Polybius & Diodorus Siculus in excerptis Peireſianis.

ADDITIO.

„Imo etſi dominus appareat, ex ratione juris „gentium præferendus eſt prædo, cum quo ne„gotium contractum eſt: at ex æquitate civili de„mum præfertur dominus, cujus rei rationem ex„poſui *d. c.* 10. *n.* 4.

s) (A TRYPHONINO:) *in l.* 31. *ff. Depoſit.*

„*t*) (MOMENTANEA SOLUTIONE POSSE DEFUN„GI, ITA UT LICEAT EI QUOD SOLVIT RECU„PERARE:) Hæc ſententia hactenus ve„ra eſt ut promittens ſolvere prædoni teneatur, „at non momentanee, ſed jure perpetuo: nec ita, „ut ei liceat id quod ſolvit recuperare, forte con„dictione indebiti, ſed ut ſeparata actione agere „ad reparationem injuriæ poſſit, non tantum ad „recuperandum quantum ſolvit, ſed & ad omne „damnum quod ei facto hoc illicito datum eſt.

„*u*)(VERBA ENIM IN JURAMENTO QUOAD DEUM „SIMPLICISSIME, ATQUE ADEO CUM EFFECTU „SUNT INTELLIGENDA:) Dixit enim *n. praced.* 1, „*non ſolam perſonam reſpici cui juratur, ſed Deum,* „*qui ad obligationem pariendam ſufficiat*: At di„ctum eſt, in promiſſione jurata prædoni facta et„iam perſonam reſpici, utpote cui verum jus quæ„ſitum eſt: ſalva cæterum facultate agendi contra „prædonem ad reparationem injuriæ.

„*v*) (NON SATISFECIT JURAMETO DE REDI„TU:) Loquitur de exemplo §. præcedenti allega„to, decem nimirum nobilium quos Romam mi„ſit Annibal ea lege ut reverterentur re a Senatu „non impetrata: Unus e caſtris Pœnorum egreſ„ſus mox rediit, quaſi aliquid eſſet oblitus, &, „quia fraude hac juramento ſatisfeciſſe credidit, „Romæ manſit. At Senatus decrevit ut ille ve„terator & callidus vinctus ad Annibalem ducere„tur. *Cic. l.* 3. *off. c.* 33.

a) (AD §. XVI.) Quæritur an perfidis fides ſit ſervanda? Videtur negandum, & quidem ex jure talionis, quia perfidus quod in ſe probat, etiam contra ſe probare debet: Sed affirmativa verior eſt,

§. XVI.

1. Illud vero Accianum. T. *Fregisti fidem*
A. *Quam neque dedi, neque do infideli cuipiam*
ita demum probari poteſt, [b] ſi jurata promiſſio aperte reſpectum habuerit alterius promiſſionis, [c] quæ ei quaſi conditio fuerit implicita, [d] non ſi diverſi generis ſint promiſſa, & citra reſpectum mutuum; tunc enim omnino [e] ſervandum cuique erit quod ipſe juravit. [f] Atque hoc nomine Regulum laudans ſic compellat Silius

Apud Cicer. Offic. 3. 21.

l. si quis 39. in fine D. de jure jurando.

Qui, longum ſemper fama gliſcente per ævum
Infidis ſervaſſe fidem memorabere Pœnis.

2. [g] Inæqualitatem in contractibus naturaliter locum facere aut reſcindendi aut reformandi contractus, [h] ſupra diximus. [i] Et quanquam jus gentium aliquid in hac re mutavit, [k] jure tamen civili, quod in-

eſt, & omnis fides data alii ſervanda eſt. *Vid. infr. l. 3. c. 19. §. 13.*

AODITIO.

„Qui cum perfido contrahit eo animo con„trahit ut jus in eum transferat, atque ex hoc „ſuo conſenſu pleniſſime obligatur, quia ita di„ſponit. Sane alterius delictum & perfidia mihi „libertatem delinquendi non concedit. Conf. *l.* „3. *c.* 19. §. 13.

„Excipe ſi fidem jurato alteri dedi ſub certa „lege, vel ſub condiriona: Tunc enim quamdiu „alter fidem non implet, nec ego fidem datam „adimplere teneor, non quia in perfidum perfidia „uti licet, ſed quia fides data non eſt oiſi ſub certa „lege & ſub certa conditione: idque io omnibus „cootractibus cum quolibet ioitis obtinet.

„*b*) (SI JURATA PROMISSIO APERTE RESPE„CTUM HABUERIT ALTERIUS PROMISSIONIS:) i. „e. Si perfidus quoque viciſſim aliquid „promiſit: Sane perfidus, quamdiu fidem reci„proca datam non implet, nullam contra promiſ„ſorem actionem habet: At diximus hoc jus noo „inde oriri quod infideli fides ſervari non debeat, „ſed quia promiſſioni ineſt conditio, ſi tu quoque „promiſſis ſteteris: Idque in omni diſpoſitione, „etiam cum eo qui perfidus non eſt, obtinere. *L.* „39. *in fin. ff. jurejur. l. 8. §. 6. cond. Inſt.*

c) (Grot.) (QUÆ EI QUASI CONOITIO FUERIT IMPLICITA:) C. perveoit, quod eſt III. *de jurejurando.* Adde l. lege fundo, 5. in fine D. *de lege commiſſoria.*

ADDITIO.

i

„Obligatio igitur in ſuſpenſo eſt donec con„ditio exiſtat: ſi vero exiſtit, is qui promiſit etiam „infideli, omoino ex promiſſo tenetur.

„*d*) (NON SI DIVERSI GENERIS SUNT „PROMISSA, ET CITRA MUTUUM RESPECTUM:) „Adeoque ubi diſpoſitioni non fuit implicita con„ditio.

„*e*) (SERVANDUM CUIQUE ERIT QUOD IPSE JU„RAVIT:) Ex unaquaque enim diſpoſitione pro„pria obligatio oritur, ſi proinde alter fidem da„tam non implet juris remediis ad id adigi debet, „at ejus perfidia alteri non debet eſſe imitamento. „*Hennig. in not. b.* Cæterum id in omnibus aliis „negotiis obtinere diximus. *Vid. Grot. l. 3. c.* „*20* §. 37. *ſeq.*

„*f*) (ATQUE HOC NOMINE REGULUM LAU„DANS:) Exemplum hoc paſſim illuſtravimus. „*Vid. §. præced. Item l. 3. c. 20. §. 3. n. 2. & cap 23. §. 6.* „Etſi enim in aliis negotiis perfidi fuerint Pœni, „certum eſt ea nullum reſpectum habuiſſe pro„miſſionis a Regulo factæ.

„Tota igitur res eo redit, quod perfidis fides „ſervanda ſit: de qua quæſtione late alibi egimus „Vid. *L. 3. c.* 19. §. 13. *& Diſſert. prooem. XII.* „§. 423.

„*g*) (INÆQUALITATEM IN CONTRACTIBUS „NATURALITER LOCUM FACERE AUT RESCIN„DENDI AUT REFORMANDI CONTRACTUS:) Au„thor intelligit inæqualitatem quoad libertatem „voluntatis; ſi ſcl. quis metu injuſto inductus pro„mittit: propter hanc enim inæqualitatem aut „reſciodi aut reformari debere contractum dixit „ſupra *c.* 12. §. 10. quod examinavimus *ibidem.*

„*h*) (SUPRA DIXIMUS:) *c.* 12. §. 8. *&* §. 10.

„*i*) (ET QUANQUAM JUS GENTIUM HAC IN „RE ALIQUID MUTAVIT:) Nimirum ratione læ„ſionis in pretio. *Vid. c.* 12. §. 26. præcipue au„tem in promiſſione vi extorta in bello ſolenni „*d. c.* 12. §. 10, *in fine*, ibi enim nec reſciſſionem „nec reformationem locum habere putat: quam „doctrinam ſuis locis examinavimus.

„*k*) (JURE TAMEN CIVILI REDIRI SÆPE AD

inter ejusdem populi partes valet, rediri ſæpe ad illud quod natura licebat, [l] itidem ſupra monuimus. [m] Sed hic quoque, ſi juramentum interceſſit, [n] etiamſi perſonæ nihil aut minus debeatur, Deo fides erit præſtanda. Itaque Pſalmorum ſcriptor ubi viri boni virtutes enumerat, [o] addit & hanc: *Juratus in damnum ſuum non tamen mutat.*

Auth. Sacramenta. C ſi adv. vend. Pſalm. XV. 4.

[a] §. XVII.

Verum illud notandum eſt, [b] quoties non perſonæ jus naſcitur [c] ex tali aliquo defectu qualem diximus, ſed Deo obſtringitur fides [d] hæredem ejus qui juravit non teneri. [e] Quia ad hæredem ſicut bona tranſeunt, id eſt quæ in hominum ſunt commercio, ita bonorum onera: [f] non item alia quæ quis ex officio puta pietatis, gratiæ, fidei

„ILLUD QUOD NATURA LICEBAT:) Pugnat hoc „cum principiis Authoris, qui negat jus gentium „voluntarium mutari poſſe niſi communi con„ſenſu *L. 2. c. 14. §. 6. n. 4. l. 2. c. 3. §. 10. Vid.* „*Differt. prooem. IV.* §. 22. Non ergo mutari pot„eſt legibus civilibus.

„*l*) (ITIDEM SUPRA MONUIMUS:) De muta„tione juris gentium per leges civiles locus nullibi „occurrit.

„*m*) (SED HIC QUOQUE:) Si ſcl. libertas vo„luntatis tollitur, eoque inæqualitas inducitur, i.e. „ſi juramentum vi extortum eſt: vide *Differt. pro*„*oem. XII.* §. 418. §. 477. Add. ea quæ ſupra. *12.* §. „*10.* diſſeruimus.

„*n*) (ETIAMSI PERSONÆ NIHIL AUT MINUS „DEBEATUR, DEO FIDES ERIT PRÆSTANDA:) „Quia ex hypotheſi Authoris jus ex ipſo juramento „oritur *Vid. ſupra* §. 14. *n. 1.* quod verum eſſe „intuitu *Dei* diximus; nam *homini* nihil debetur, „jus in eum translatum non eſt: & juramentum, „quod ſaltem eſt diſpoſitionis confirmatio, „non plus juris dat quam in diſpoſitione continetur.

„*o*) (ADDIT ET HANC, JURATUS IN DAMNUM „SUUM NON TAMEN MUTAT:) Pſalmorum ſcri„ptor ſupponit legitimam diſpoſitionem, adeoque „ubi homo ideo obligatur quia jus in alterum „tranſtulit: Conſtat enim quemvis hominem „etiam in ſuum damnum licite diſponere poſſe: „eumque ſemper obligari ex ſua diſpoſitione, nedum „ſi illa jurata eſt.

a) (AD §. XVII.) Quæritur *an hæres obligetur ex jurejurando defuncti?* Reſp. Diximus aliquoties, in jurejurando aliud eſſe promiſſionem, aliud juramentum quod promiſſioni accedit. Ex *illa* omnino obligatur hæres, quia defunctus ex ſua diſpoſitione plus habuit in bonis ſuis, adeoque & hæres, qui in bona defuncti ſuccedit, ultra ſuum habet. Ex *juramento* autem hæres non obligatur, adeo ut perjurus non ſit ſive defunctus violaverit fidem, ſive ipſe promiſſum quod juratum eſt præſtare nolit; Nam ſolus defunctus verba jurantia protulit, adeoque ſolus quoque inde obligatur: ſed & ſibi ſoli in caſum violationis mali aliquid imprecari potuit, non aliis; nemo enim in alterius animam jus habet. Denique obligationem ex delictis perſonaliſſimam eſſe alibi vidimus.

Apparet ergo *obligationem quæ ex conventione oritur* ad hæredem tranſire, non vero eam *quæ ex perjurio oritur:* illa enim ex pacto eſt, hæc ex delicto: illa bona afficit, hæc animam: illa cum bonis in hæredes tranſit, hæc perſonaliſſima eſt.

„*b*) (QUOTIES NON PERSONÆ JUS NASCITUR:) „Si materia talis ſit ut aut verba hominem non „reſpiciant jus ei conferendo, aut reſpiciant qui„dem ſed aliquid ſit quod ei poſſit opponi. &c. „*Vid.* §. 14 *n.* 1.

„*c*) (EX TALI DEFECTU QUALEM DIXIMUS:) „Si ſcl. ei jurato promittitur qui per metum in„juſtum anſam promiſſioni juratæ dedit. §. 14. Si „tyranno & piratæ jurato promittitur. §. 15. Si per„fido. §. 16. & denique, ſi ei qui inæquale pre„tium ſtipulatus eſt fides datur. §. 16. *n.* 2. Nos „omnibus his caſibus perſonæ quoque verum jus „naſci diximus.

„*d*) (HÆREDEM EJUS QUI JURAVIT NON TE„NERI:) Non ex diſpoſitione defuncti, utpote „ex qua jus in alterum non eſt collatum: nec ex „ejus juramento, (1) quia hæres rem religioſam „non adjecit, adeoque ſibi nihil mali imprecatus „eſt: (2) quia defunctus ſuæ ſaltem ſaluti præju„dicium facere jurando potuit, non ſaluti hære„dis, in cujus animam & ſalutem nullum jus „habet.

„*e*) (QUIA AD HÆREDEM SICUT BONA TRAN„SEUNT ITA BONORUM ONERA:) Hæres enim „ſuccedit in omne jus defuncti, quatenus fuit in „ipſius patrimonio. Conf. omnino diſp. B. Pa„rentis *de obligat. hæred. ex del. def.*

„*f*) (NON ITEM ALIA QUÆ QUIS EX OFFI„CIO PUTA PIETATIS, &c. FIDEI DEBUIT:) Nam „hæc conſcientiæ & pietati defuncti relicta ſunt, „quæ

dei debuit. [g] Hæc enim ad illud quod ſtricte jus dicitur inter homines non pertinent: [h] ut alibi quoque oſtendere meminimus.

[a] §. XVIII.

Sed etiam [b] ubi jus perſonæ non naſcitur, ſi tamen juramentum utilitatem ſpectet alicujus, [c] atque is eam nolit, [d] non tenebitur qui juravit: [e] ſicut nec tenebitnr ſi ceſſet qualitas ſub qua alicui juravit, ut ſi magiſtratus deſinat eſſe magiſtratus. [f] Apud Cæſarem libro II. de bello civili, [g] Curio [h] Domitii qui fuerant milites ſic alloquitur: *Sacramento quidem vos tenere qui potuit, [i] quum projectis faſcibus & depoſito imperio privatus [k] & captus ipſe in alienam veniſſet poteſtatem?* Et mox [l] ſacramentum ait capitis diminutione ſublatum. Cap. III.

§.XIX

„quæ conſcientia cum non ſit in ejus patrimonio, „ad hæredes non tranſit.

„g) (HÆC ENIM AD ILLUD QUOD STRICTE „JUS DICITUR INTER HOMINES NON PERTINENT:) „Author jus naturæ fecit vel *ſociale*, ſeu ſtricte „ſic dictum, vel *laxius*: ad poſterius refert offi„cia pietatis, gratiæ & fidei &c. eaque ad hære„des non tranſire recte ait.

„h) (UT ALIBI QUOQUE:) De jure naturæ la„xiori ex profeſſo egi, ac ſyſtema Authoris ex„plicavi in *Diſſ. prooem. II.*

„a) (AD §. XVIII.) Quærit Author *an remitti „poſſit id de quo juratum eſt?* Equidem ſi perſonæ „jus ex tali præſtatione naſcitur, i. e. ſi jus inde „in perſonam eſt translatum, omnino remitti pot„eſt; quia ei cui juratur ſoli jus inde quæſitum eſt, „de quo pro lubitu diſponere poteſt: Neque enim „violare fidem dici poteſt, cum ei qui jus „ea fide illa habet ſatisfactum eſt, isque fidem „pro impleta habet; alii autem jus ex jurata „promiſſione quæſitum non eſt: neque allegari „poteſt jus Deo ex tali juramento quæſitum re„miſſione violari: Non enim violatur fides ſi is „qui jurat paratus eſt implere fidem, is autem cui ju„ratur eam pro impleta habet, i. e. remittit.

„b) (UBI JUS PERSONÆ NON NASCITUR:) Uti „ſi verba juramenti ita concepta ſiot, ut hominem „non reſpiciant jus ei conferendo, aut reſpiciant „quidem, ſed aliquid ſit quod eis poſſit opponi. „*Vid. §. 14. n. 1.* quod examinavimus ibidem.

c) (Grot.) (ATQUE IS EAM NOLIT:) *Plautus* Rudente: *Jurisjurandi rogo gratiam facias.* (v. 3. 58.)

ADDITIO.

„Nam in ejus favorem & promiſſio facta & „juramentum additum eſt, huic favori renunciare „poteſt.

„d) (NON TENEBITUR QUI JURAVIT:) Is „enim, in cujus favorem juratum eſt, fidem ha„bet pro impleta.

e) (Grot.) (SICUT NEC TENEBITUR SI CESSET QUALITAS:) Similia vide in L. ſi duas §. gentium. D. *de excuſat. tut.* & apud *Gailium* II. obſ. CXLIV. n. 8. & de Arreſtis X, 9. & apud *Azorium* inſtitutionibus moralibus V, 22. q. 6. parte 1.

ADDITIO.

„Si quis juravit magiſtratui tanquam domino „fundi, vendito fundo ceſſat effectus juramenti „priſtino domino præſtiti, quia ceſſat qualitas „magiſtratus, modo ſine ſcelere noſtro deſinat „eſſe magiſtratus: Hinc merito Livius improbat „conſilium plebis de cædendis conſulibus ut ſol„verentur ſacramento, *L. 2. c. 33.*

„f) (APUD CÆSAREM LIBRO II.) *Cap. 6.*

„g) (CURIO:) Legatus Cæſaris.

„h) (DOMITII QUI FUERANT MILITES:) Do„mitius Ænobarbus, Pompejanus, cum 30 co„hortibus urbium confinium defendebat, ſed, „cum ad extrema redactus fugam meditaretur, „a militibus Cæſari deditus eſt: Sextus Quin„tilius Varo, itidem Pompejanus, ſollicitabat mili„tes rebelles, *ne primi ſacramenti, quod apud „Domitium, quod apud Quæſtorem dixiſſent, me„moriam deponerent. Cæſ. de bell. civ. l. 1. c. 5. & „l. 2. c. 5.* His regerebat Curio, legatus Cæſaris, „verba, quæ Autor hic allegat.

„i) (QUUM PROJECTIS FASCIBUS ET DEPOSI„TO IMPERIO:) Fugam enim meditabatur, ideo„que cohortes in publicum productum circum„ſiſtebant & cuſtodiebant. *Cæſ. l. 1. c. 5.*

„k) (ET CAPTUS IPSE IN ALIAM VENISSET „POTESTATEM:) Nam a militibus traditus eſt „Cæſari. *Cæſ. d. c. 5.*

„l) (SACRAMENTUM AIT CAPITIS DIMINUTI„ONE SUBLATUM:) Quia ſcilicet libertatem amiſit, „dum in hoſtis poteſtatem pervenit: Unde mili„tes ſe juramento ſolutus credebant, quia ceſſa„bat qualitas ſub qua Domitio juraverant: At „male Curio hoc argumento uſus eſt, quia liber-

„tatem

§. XIX.

c. Dilecta 25. de præbendis Cover. in d. c. quamvis. p. 2 §. 4. n. 10.

Illud quæritur, [a] an quod contra juramentum fit illicitum ſit tantum, an & irritum? qua de re diſtinguendum arbitror, [b] ut ſi ſola fides ſit obſtricta, [c] valeat actus contra juramentum factus [d] puta teſtamentum, [e] venditio: non valeat autem ſi ita conceptum ſit jusjurandum [f] ut ſimul contineat abdicationem plenam poteſtatis ad actum. [g] Et hæc quidem naturaliter jusjurandum ſequuntur: [h] ex quibus faciendum eſt judicium de Regum iuramentis, [i] & his quæ

„tatem nemo amittit in bello civili quale erat in„ter Cæſarem & Pompejum.

„a) (AN QUOD CONTRA JURAMENTUM FIT „ILLICITUM SIT TANTUM, AN ET IRRITUM?) „Reſp. *Si per diſpoſitionem juratam jus aliquod „in alterum translatum eſt*, quicquid contra jura„mentum fit, & illicitum eſt, & irritum; quia „jus tum homini tum Deo quæſitum auferretur, „adeoque is qui contra juramentum agit, ageret „extra facultatem a Deo ipſi conceſſam.

„Aliud igitur dicendum *ſi per diſpoſitionem il„lam juratam jus in alium non eſt translatum*: „hoc enim caſu actus juramento contrarius in„tuitu *hominis*, quem actus ille reſpicit, nec illici„tus eſt nec irritus, nam per mutationem volun„tatis alteri non fit injuria: at intuitu *Dei* eſt illi„citus, quia etſi actus ſubſiſtat reſpectu *hominis*, „cui jus quæſitum non eſt, *Deo* tamen tene„tur ob injuriam Deo illatam, enjus nomen vio„lavit *Conf. ſupra l. 2. c. 5. §. 11 & 16.*

„b) (UTI SI SOLA FIDES SIT OBSTRICTA:) „i. e. Si perſonæ jus non natum fuit ex diſpoſi„tione jurata, ſed propter juramentum adjectum „ſola fides Deo obſtringitur. *Vid. ſupr. §. 17.*

„c) (VALEAT ACTUS CONTRA JURAMENTUM „FACTUS) Non ex ea quam Author allegat ra„tione: *quaſi ita conceptum ſit juramentum ut non „ſimul contineat abdicationem plenam poteſtatis „ad actum*, nam id ipſum in quæſtione eſt; ſed „quia alteri, cui promittitur, jus quæſitum non „eſt, adeoque per mutationem voluntatis ei nul„la fit injuria: etſi violatio jurisjurandi actum „intuitu Dei reddat illicitum.

d) (PUTA TESTAMENTUM:) Si quis igitur teſtator juret ſe teſtamentum non mutaturum, quæritur, an ſi mutet, novumque teſtamentum condat, poſterius ſit illicitum vel irritum? Reſp. nec illicitum erit nec irritum, quia prior diſpoſitio teſtatorem nec jure naturali nec jure civile obligat. *Vid. ſupr. c. 6. § fin.* Neque ullum effectum habet illa diſpoſitio, niſi voluntas teſtatoris duret usque ad mortem. Cum igitur ex priori teſtamento nemini jus quæſitum ſit, teſtatur pro lubitu illud revocare poteſt:

Atqui juravit ſe nolle mutare: Reſp. Per juramentum hoc non jus aliquod in alterum transfertur, id enim ſaltem fit conſenſu duorum, ſeu per juſtam diſpoſitionem, quæ non eſt in teſtamento, ubi ſolus teſtator voluntatem ſuam declarat: Neque hæres ſcriptus acceptat vivo teſtatore, poſt mortem autem teſtatoris acceptare non poteſt. Effectus igitur juramenti unicus hic eſt, ut is qui mutat voluntatem Deo teneatur ob violatum nomen Dei, quem teſtem adhibuit. Pœna autem hæc infligi poteſt etſi actus ſubſiſtat. Imo infligi non poteſt niſi ſubſiſtat.

e) (VENDITIO:) Male Author venditionem conjungit cum teſtamento: Nam actus venditionis, cui accedit juramentum, natura ſubſiſtit, venditor enim diſponit de re ſua, & jus eam petendi in emtorem transfert, quod jus neceſſario præſtari debet: adeoque nova diſpoſitio auferret jus priori venditori ſemel quæſitum.

ADDITIO.

„Hæc deciſio ſupponit jure naturæ ex diſpo„ſitione de re jus in rem ipſam transferri: Quo „principio poſito verum eſt rem ſemel venditam „fieri alienam, adeoque venditorem extra termi„nos facultatis ſuæ agere rem hoc caſu vendendo: „At cum alibi demonſtraverim, per venditionem „ſolam perſonam venditoris obligari, & emto„rem nullum jus in rem ſed in ſolam perſonam „emtoris conſequi, ſponte ſequitur, venditorem „hanc rem, quæ jure dominii penes eum manet, „pro lubitu alienare poſſe, neque actum hunc „illicitum nedum irritum eſſe: etſi venditor non „tantum ad id quod intereſt, ſed præterea quo„que ob perjurium, i. e. ex delicto ſuo teneatur.

„f) (UT SIMUL CONTINEAT ABDICATIONEM „PLENAM POTESTATIS AD ACTUM:) Quod fit ſi „omne jus ſuum in alium transfulit, tunc enim „nullum jus agendi penes jurantem manet. Si „proinde aliquid huic diſpoſitioni contrarium „agit, actus illicitus & irritus eſt tum intuitu ejus „cui promiſſum eſt, tum intuitu Dei.

„g) (ET HÆC QUIDEM NATURALITER JUSJU„RANDUM SEQUUNTUR:) Senſus eſt, quod ea quæ „hactenus de jurejurando tractavit, veniant ex „ipſo jure naturæ: in ſequentibus enim exponit „quid jure civili ſuperior circa juramenta agere „poſſit, & quid lege Evangelii obtineat. *Vid. §. „20. ſeq.*

„h) (EX QUIBUS FACIENDUM EST JUDICIUM „DE REGUM JURAMENTIS:) In his enim eadem „regula obtinet, ut nihil contrarium actui jurato „facere vel ſtatuere poſſint ſi jus homini ex actu „illo

quæ exteri exteris iurant, [k] quando actus ex loco subiectionem non accepit.

§. XX.

[a] Nunc quid superiorum, id est [b] Regum, [c] patrum, [d] dominorum, & [e] maritorum in his quæ maritalis sunt juris, imperia pos-

„illo quæsitum est: De regum juramentis specialiter agit *Cap. seq. §. 3.*

„*i*) (ET HIS QUÆ EXTERI EXTERIS JURANT:) „Hi enim solo jure naturæ invicem tenentur.

„*k*) (QUANDO ACTUS EX LOCO SUBJECTIONEM NON ACCIPIT:) Ut si in loco deserto, „vel nullius jurant. Conf. *L.* 1. *c.* 3. *§.* 2. *n.* 1. *L.* „2. *c.* 7. §. 2. *n.* 2. *L.* 2. *c.* 1. *§.* 2. *n.* 2.

a) (Grot.) (NUNC QUID SUPERIORUM &c. IMPERIA POSSINT VIDEAMUS:) *Augustinus* epistola CCXL. & CCXLI.

ADDITIO.

Regula generalis est, quod rex, pater, & maritus non possint improbare dispositiones subditorum, filiorum, & uxorum licitas juramento confirmatas: Nam jure naturæ prout quisque de jure suo disponit ita jus est, adeo ut nec princeps, nec pater, nec maritus jus inde aliis quæsitum auferre possint. At si lex civilis facultatem ipsam disponendi restringit, & prohibet ne subditi, filii, aut uxores disponant, tunc dispositio non valet, etsi juramentum accedat: quia disponerent ultra facultates legibus ipsis concessas, adeoque nulliter.

ADDITIO.

„Quærit Author: *Quodnam jus regi competat* „*circa juramenta subditorum?* Ad decidendam „hanc quæstionem supponit actus nostros, etiam „juratos, non esse plene in nostra potestate, sed „dependere a superioribus. *Vid. n. 1.*

„Addit, actum superiorum circa id quod juratur, vel posse dirigi *in personam jurantis, vel* „*in personam cui juratur. Vid. n.* 1.

„In personam *jurantis* dirigi posse ait, *aut* antequam juretur irritum reddendo juramentum; „*aut* postquam juratum est vetando ne impleatur; „*aut* in utrumque. *Vid. n.* 2.

„Pergit, in personam ejus *cui juratur* actum „dirigi posse, *aut*, tollendo jus ei quæsitum; aut, „si jus desit, vetando ne aliquid ex juramento „capiat: idque duplici modo vel ob utilitatem „publicam, vel in pœnam. *Vid. n.* 3.

„Atque ex his principiis apparere ait, (1) quid „rectores civitatis statuere possint circa juramenta „extraneorum. Cur (2) id quod piratæ &c. „jurato promittitur, ei in pœnam auferri non „possit quod jurato promissum est. (3) Cur compensari non possit quod jurato promissum est cum „jure quod ante fuit controversum. Vid. n. 3. (4) Quo „sensu leges civiles statuere possint, ut certi generis actus, ubi deficit forma legibus præscripta, „convalidenter accedente juramento. Actus autem illos valere ait ex jure naturæ, vel fidem „tantum obstringendo, aut jus etiam dando alteri. „vid *n.* 4.

„Nihil hic, quod jurisprudentiam naturalem „sapiat, proponitur: Imo, adeo obscura & vaga „hæc est tractatio, ac tot distinctionibus involuta, „ut quænam sit mens Authoris vix divinare liceat; quod magis apparebit ex eis, quæ de juramentis regum *c. seq.* §. *3.* disputat: Res ipsa „paucis & simplicissimis constat principiis

„Homo ex actibus suis obligatur *quoties jus* „*aliquod* per actus illos *in alterum transfertur:* „Hoc enim jus tribuere naturali ratione tenetur „ei, cui ex illo actu jus quæsitum est. Quod eo „magis locum habet, si actus ille juramento firmatur. Si autem *jus ex actu illo in alterum non* „*transfertur*, homo non obligatur, etsi juramentum accesserit adeoque hoc casu actum illum, „ut ut juratum, irritum reddere potest.

„*Jus autem non transfertur*, adeoque homo „actum juratum irritum reddere potest, si lege „civili actus natura validus, propter utilitatem „publicam, vel in pœnam, aut nullus declaratur, „aut effectu destituitur.

„Sane leges Romanæ *aliquando* ipsum actum „juramento confirmatum nullum reddunt, si nimirum aliquid contra leges vel jus commune sit. „*L.* 5. *in fin. C. de legib. l.* 7. *§.* 3. *&* 16. *Pact.* „*Aliquando* autem actum juratum & validum rescindunt, cum eum qui dolo alterius inductus, vel metu „& vi coactus est, vel si minorem ob læsionem „restituunt &c. *Aliquando* actum perpetua saltem exceptione elidunt, quo pertinent exceptio „SCti Macedoniani, Vellejani. &c. *Aliquando* jurantem ex justa causa a juramento præstito exsolvunt, ut in *l. f. ff. ad munic. Aliquando* juramentum, quod tanquam conditio sine qua non „dispositioni additur, remittunt.

„Hæc principia etiam in *regum* actibus juratis „obtinent, *si ut privati* agunt & jurant: nam leges civiles in his actibus obtinere expediti juris „est, & plenius apparebit ex dicendis *ad cap.* „*seq. §. 3.*

„*b*) (REGUM:) Circa actus subditorum juratos.

„*c*) (PATRUM:) Circa actus juratos liberorum „*Vid. n. seq.*

„*d*) (DOMINORUM:) Circa juramenta servorum.

„*e*) (MARITORUM:) Circa juramenta uxorum „*Vid. n. seq.*

possint videamus. [f] Superiorum actus hoc quidem efficere non potest, ut jusjurandum [g] quatenus vere fuit obligatorium non sit præ-
Th. 2, 2. 9. 89. art. 9. standum: [h] id enim juris est naturalis & divini. Sed [i] quia actus nostri non plene sunt in nostra potestate, sed ita ut a superioribus dependeant, [k] ideò duplex esse potest actus superiorum circa id quod juratur, alter directus [l] in personam jurantis, alter [*] in personam cui juratur.

2. In personam jurantis dirigi potest, [m] aut antequam juretur irritum reddendo juramentum, [n] quatenus jus inferioris sub potestate superioris continetur; [o] aut postquam juratum est vetando ne im-
Venientes. 19. de jure jurando. Feud. II. 55. princip. de prohibit. feud alien. per Frider. Lib. IV. de benef. 35. pleatur. [p] Nam inferior, qua inferior, obstringere se non potuit nisi quatenus superiori id placiturum esset: [q] ampliorem enim non habebat potestatem: Hoc modo [r] lege Hebræa mariti uxorum, [s] patres liberorum, qui sui juris nondum erant, juramenta irrita faciebant. Proponit hanc quæstionem Seneca. [t] *Si lex lata erit, ne id quisquam faciat quod ego me amico meo facturum promiseram?* & solvit: [u] *Eadem lex me defendit quæ vetat.* [v] Sed & actus ex utroque mixtus

„f) (SUPERIORUM ACTUS &c. EFFICERE NON „POTEST &c. UT JUS JURANDUM NON SIT PRÆ„STANDUM:) Superior enim (qui juris tuendi „causa constitutus est) jus ex actu jurato alii „quæsitum auferre nequit.

„g) (QUATENUS VERE FUIT OBLIGATORIUM:) „Est autem obligatorium *si jus inde in alterum* „*est translatum. Vid. lit. a.*

„h) (ID ENIM EST JURIS NATURALIS ET „DIVINI:) Utriusque juris enim regula generalis „est, jus suum cuique tribuendum esse.

„i) (QUIA ACTUS NOSTRI NON PLENE SUNT „IN NOSTRA POTESTATE, SED ITA UT A SU„PERIORIBUS DEPENDEANT:) Homines enim, dum „coeunt in civitatem, suos actus hactenus submit„tunt civitatis judicio, ut legem illis, si publica „utilitas id requirit, dicere possit.

„k) (IDEO DUPLEX ESSE POTEST ACTUS SUPE„RIORUM CIRCA ID QUOD JURATUR:) i. e. Le„gem dicere potest superior tum juranti, tum ei „cui juratur.

„l) (IN PERSONAM JURANTIS:) *Vid. n. seq.*

„*) (IN PERSONAM CUI JURATUR:) *Vid. n. 3.*

„m) (AUT ANTEQUAM JURETUR IRRITUM „REDDENDO JURAMENTUM:) Ita enim Legislato„res Romani omnem dispositionem nullam de„clarant quæ contra leges fit, etsi juramentum „accesserit. *L. 5. i. f. C. de Legib.*

„n) (QUATENUS JUS INFERIORIS SUB POTE„STATE SUPERIORIS CONTINETUR:) i. e. Qua„tenus subditi sunt; nam aliud est si exteri „exteris jurant, & actus ex loco subjectionem „non accipit. *Vid. §. præced. in fin.*

„o) (AUT POSTQUAM JURATUM EST VETAN„DO NE IMPLEATUR:) Ita jure Romano cautum „est ne promissum ex causa a parte accipientis „turpi impleatur, & ut ex tali causa datum con„dici possit. *tot. tit. ff. de Cond. ob turp. &c.*

„p) (NAM INFERIOR &c. OBSTRINGERE SE „NON POTUIT NISI QUATENUS ID SUPERIORI „PLACITURUM ESSET:) Imo si actus juramento „confirmatus legibus loci non improbatur, actus „hic non dependet a placito superioris, utpote „qui jus rite quæsitum nemini auferre potest, „nisi in pœnam, & si summa necessitas reipubli„cæ id requirit.

„q) (AMPLIOREM ENIM NON HABEBAT POTE„STATEM:) Imo plenissimam habet potestatem, „si lege non prohibente agit.

r) (LEGE HEBRÆA MARITI UXOREM:) Ea enim lege uxori nulla de rebus suis disponendi facultas concessa fuit, adeoque & dispositio & juramentum extra facultatem uxoris constituta sunt. At uxor jurans propter abusum nominis divini Deo tenetur.

ADDITIO.

„Exstat lex illa *Numer. 30. v. 7. seq.* vera ratio „est, quod ususfructus omnium bonorum uxoris „competebat marito, uti apparet ex formula quam „exhibet Seldenus *Uxor. Ebra l. 2. c. 10.* in hujus „præjudicium igitur uxor disponere non potuit.

„s) (PATER LIBERORUM:) *Num. 30. v. 4.* Nam „in horum quoque bonis patri competebat usus„fructus.

„t) (SI LEX LATA ERIT, NE ID QUISQUAM „FACIAT:) Adeoque ubi lex, antequam jurabatur, „irritum declaravit juramentum.

„u) (EADEM LEX ME DEFENDIT QUÆ VETAT:) „Si enim prohibente lege alii quid promisi, ea „ipsa lex mihi porrigit exceptionem, quia lex

„ite-

tus esse potest, ut [w] si superior constituat quod inferior juraverit hoc aut illo casu, [x] puta ex metu, [y] aut imbecillitate judicii, ita demum valere si ab ipso approbetur. [z] Atque ex hoc fundamento [aa] defendi possunt absolutiones juramentorum, [bb] quæ olim a principibus, *L. ult.*
[cc] nunc ipsorum principum voluntate, quo magis cautum sit pietati, *ad mun. Molin.*
ab Ecclesiæ præsidibus exercentur. *disp 149. C. si vero*

3. [dd] In personam ejus cui juratur actus dirigi potest [ee] tollendo *de jurej.* ab

„negotium tale nullum declarat.

„v) (SEO ET ACTUS EX UTROQUE MIXTUS „ESSE POEST:) Ita ut & juramentum irritum reddatur antequam juretur, & ut, si juratum est, impleri non possit.

„w)(SI SUPERIOR CONSTITUAT &c. ITA OEMUM „VALERE SI AB IPSO APPROBETUR:) Ante enim „dixit inferiorem, qua inferiorem, se obstringere „non posse, nisi quatenus superiori id placiturum „est. *vid. n. 2.* At ibidem notavimus actum jura-„mentu confirmatum, si legibus non improbatur, „arbitrio superioris non subjici, nisi ex utilitate „publica, vel in pœnam; cum enim ex actu tali jus „ex lege quæsitum sit subditis, princeps illud au-„ferre nequit.

„x) (PUTA EX METU:) Exemplum hoc plaoe „huc non quadrat: Nam dispositio jurata, etsi vi „& metu extorta, & jure Naturæ & jure Romano „subsistit, adeoque admitti non potest quod Au-„thor ait, *legem juramentum tale irritum reddere* „*antequam juretur:* sed nec porro admitti potest, „*jurantem implere id non posse si juratum est*, nam „jure Romano ei cui juratur omnino actio datur „ad petendum id quod metu promissum est, ac „jurans implere tenetur, salva actione ad id quod „interest: Prætor demum rescindit hunc actum „jure validum, vel exceptione metus actionem eli-„dit. *l. 7. §. 16. ff. pact. l. 5. in f. C. de Legib.* „idque in pœnam cogentis.

„y) (AUT IMBECILLITATE JUDICII:) Nec hoc „exemplum huc pertinet, nam minor qui jurato „promittit, & jure naturæ & jure Civili obligatur: „adeoque casus hic non est *ubi superior constituit,* „*quod infer or juraverit ita demum valere si ab* „*ipso approbetur:* Prætor demum hoc negotium, „jure validum, rescindit si minor ex lubrico ætatis „læsus est, idque propter utilitatem publicam, ex „qua princeps jus subditis quæsitum auferre potest.

„z) (ATQUE EX HOC FUNDAMENTO:) Si sci-„licet superior constituit, quod inferior jurave-„rit ita demum valere si ab ipso approbetur.

„„aa) (DEFENDI POSSUNT ABSOLUTIONES „JURAMENTORUM:) Si injuria juramentum exa-„ctum est, vel si ex superveniente causa illicitum „sit, princeps exsolvere jurantem potest, non ex „ea quam Author allegat ratione, sed vel in „pœnam ejus qui injuria ab altero juramentum „exegit; (cujus rei exemplum occurrit in *Ord.* „*Cam. part. 2. tit. 24.* ubi is qui urphedam jura-„vit, exsolvi juramento potest ad effectum agendi, „si injuria exacta probetur) vel si causa superveniat, „de qua jurans non cogitavit, & unde in tertium „redundaret præjudicium. Exemplum est in *L.* „*f. ff. ad Munic.* ubi Imperatores relaxarunt jura-„mentum ei qui juraverat se ordini non interven-„turum, & postea Duumvir creatus fuit, „quia civis juramento suo non potest ministeria „sua reipublicæ requirenti subtrahere. *Puffend.* *L. 4. c. 2. §. 24.* Conf. *Nov. 51.*

bb) (Grot.) (QUÆ OLIM A PRINCIPIBUS:) *Suetonius* Tiberio 35. Sic & in Hispania diu usurpatum notat *Ferdinandus Vasquius* de success. creat. l. II, §. 18. (Apud *Vasquium* nil tale „reperio, nec in loco indicato, nec alibi. *J.B.*)

ADDITIO.

„Imo locus exstat in controv. ill. *L. 1. c. 2. §* 17. & 18. „Cæterum Tiberius equiti Romano jurisjurandi gra-„tiam fecit ut uxorem in stupro generi compertam „dimitteret, quam se nunquam repudiaturum „ante juraverat: *Suet. in Tiber. c. 35. Vid. supr.* §. 14.

„cc) (NUNC IPSORUM PRINCIPUM VOLUN-„TATE AB ECCLESIÆ PRÆSIDIBUS:) Ecclesia jus „in actiones humanas externas non habet, & uti „nec jura statuere, ita nec jura quæsita homini-„bus auferre potest: At principes committere „quosdam actus ecclesiæ solent, uti jura conse-„crandi, i. e. rem a commercio hominum exi-„mendi. *Vid. §. 8. Inst. de rer. div. l. 9. §. 5. ff.* „*Eod*, Atque huc quoque alicubi referuntur ab-„solutiones a juramento.

„Hodie inter protestantes magistratibus politi-„cis id relinquitur. *Carpz. p. 2. c. 36. d. 1. n. 6.* „Quin ipsa Camera Imperialis dispensat super ju-„ramento, quoad effectum agendi. *O. C. p. 2. tit.* „*24. Gail. 1. O. 1. & 25.*

„Repetendum autem est illam absolutionem „non nisi ex justissima causa fieri posse; Unde „non valet abolitio quam pontifex Imperatoribus „toties obtulit, contra juratas religionis & Osna-„brugensis paces: idque lege publica cautum est. „*Cap. Ferd. 1. art. 29. Rud. II. art. 34. Matth.* „*art. 39. & Ferd. II. art. 38.* Immensa clade per-„fidiæ suæ pœnam expertus est Ladislaus Panno-„niæ rex, postquam violavit juramentum Amu-„rathi II. præstitum, idque ad instantiam Eugenii „IV. qui juramento eum solverat. *Vid. Gron. h.*

„dd) (IN PERSONAM EJUS CUI JURATUR A-„CTUS DIRIGI POTEST:) Uti ob utilitatem pu-„blicam lege statui potest, ne quis ex suo jureju-„rando obligetur, ita eadem lege statui potest ne „ei cui juratur jus inde oriatur.

„ee) (TOLLENDO AB EO JUS QUOD EI PAR-

ab eo jus quod ei partum est; aut etiam, ff si jus desit, vetando ne quid ex tali juramento accipiat, gg idque duobus modis, sive in pœnam, sive ob publicam utilitatem hh ex vi supereminentis dominii. Atque hinc intelligi potest, ii si jurans non ejusdem sit ditionis cum eo cui juratur, quid aut hujus aut illius rectores possint circa jusjurandum. Ipse autem qui juratus aliquid promisit nocenti qua talis est, * puta piratæ, non potest jus promisso quæsitum pœnæ nomine ob id ipsum ei auferre: ** quia tunc verba nullum haberent effectum, quod omnino vitandum est. Similique de causa kk compensari non poterit quod promissum est, cum jure quod ante erat controversum, si post motam controversiam inita pactio fuerit.

4. Potest & lex humana ll impedimentum, quod certi generis actibus posuerat, tollere, si juramentum aut qualecunque * aut certa forma accesserit: quod Romanæ leges fecerunt in iis impedimentis mm quæ non directe publicam, nn sed privatam jurantis utilitatem spectant

„TUM EST:) Uti fit in eo qui vi metuque juramentum exegit, vel qui cum minore contraxit: prætor enim jus ei quæsitum aufert rescindendo negotium.

„ff) (SI JUS DESIT, VETANDO NE QUID EX TALI JURAMENTO ACCIPIAT:) Si jus ex dispositione alii quæsitum non est, non opus est ut superior vetet, ne quid ex tali juramento accipiat: nam & jure naturæ & jure Romano ex tali dispositione jurata accipere aliter nihil potest, adeo ut datum repeti possit per condictionem sine causa.

„gg) (IDQUE DUOBUS MODIS, SIVE IN POENAM, SIVE OB UTILITATEM PUBLICAM:) Nam ex duplici hac causa jus hominibus quæsitum ipsa quoque naturali ratione auferri posse videbimus *infra l. 2. c. 14. §. 7. & 8.*

„hh) (EX VI SUPEREMINENTIS DOMINII:) Rectius ex vi majestatis, seu legitimi imperii. *Vid. L. 1. c. 1. §. 6*

„ii) (SI JURANS NON SIT EJUSDEM DITIONIS CUM EO CUI JURATUR, QUID AUT HUJUS AUT ILLIUS RECTORES POSSINT CIRCA JUSJURANDUM:) Hæc quæstio ex aliis principiis decidi debet, quæ suppeditat B. Parens in dissertatione *de concursu plurium jurisdictionum:* Si duo extranei jurant valet actus juxta leges loci ubi contrahitur. *Vid. L. 2. c. 2. §. 5. n. 1. C. 11. §. 5. n. 2.* Si duæ summæ potestates jurant, adeoque actus ex loco subjectionem non recipit, jus naturæ obtinet, quod exposuimus *supra §.* 19 Idem dicendum si actus in mari, alioque loco qui nullius est peragitur, nam ibi quoque ex jure naturæ res decidenda est. *Vid. l. 2. c. 7. §. 2. n. 2. l. 2. c. 20. §. 8. n. 5.*

„*) (PUTA PIRATÆ, NON POTEST JUS PROMISSO QUÆSITUM POENÆ NOMINE AUFERRE:) Fidem enim hosti, piratæ, infideli qua tali datam servandam esse late probavimus *supra §. 13. seq. & c. 11. §. 7.* Conf. infra *L. 3. c. 19. §. 1. & 2.*

„**) (QUIA TUNC VERBA NULLUM HABENT EFFECTUM:) Vera ratio est, quod uti partes de jure suo disponunt ita jus sit. Atqui prædoni qua tali fides data est. *Vid. l. 3. c. 19. §. 3.*

„kk) (COMPENSARI NON POTERIT QUOD PROMISSUM EST, CUM JURE QUOD ANTE ERAT CONTROVERSUM:) Plenius id explicat Author *l. 3. c. 19. §. 15. & seq.*

„ll) (IMPLEMENTUM QUOD CERTI GENERIS ACTIBUS POSUERAT, TOLLERE, SI JURAMENTUM &c. ACCESSERIT:) Sensus est, Jure Civili quosdam actus prohibitos esse, qui tamen validantur accedente juramento. Ita jure Canonico omne juramentum etiam de actibus jure invalidis obligat, quoties sine dispendio æternæ salutis servari potest; jure Codicis minorum dispositio rescindi non potest ob lubricum ætatis, si juramento confirmetur. *Auth. sacram. puberum c. si adv. vend.* Fœminis competit exceptio Scti Vellejani, *tot. tit ff de Scto Vellejano* at aliud est si jurato intercesserint. *Laut. comp. ff. 269.* alia exempla recenset *Tesm. h.*

„*) (AUT CERTA FORMA ACCESSERIT:) Ut in stipulationibus: jure Romano enim ex nudo pacto nulla oriebatur obligatio, at leges sustulerunt hoc impedimentum si verbis solennibus inter præsentes idem pactum confirmatur. adeoque si certa forma accedit.

„mm) (QUÆ NON DIRECTE PUBLICAM &c) Nam si juratur contrarium utilitati publicæ, id nullum est; de jure enim alieno jurans disponeret.

„nn) (SED PRIVATAM JURANTIS UTILITATEM SPECTANT:) Si scilicet lex in favorem privatorum disponentium impedimentum posuit, uti in minoribus, & fœminis: At aliud dicendum si „leges

spectant. Quod si fiat, *oo* valebit actus juratus eo modo quo naturaliter citra legem humanam fuerat valiturus, *pp* aut fidem tantum obstringendo, *qq* aut jus etiam dando alteri, *rr* pro diversa actuum natura quæ alibi a nobis explicata est.

§. XXI.

1. Notandum hic est obiter, quod *a* in Christi præceptis & *b* apud Jacobum de non jurando dicitur, *c* proprie non ad assertorium jura-

„leges actui cuidam certam formam præscripsere, „nam si agentes hanc negligunt, nec per juramentum hoc impedimentum tolli potest. Atque hinc „est quod pactum de hæreditate viventis non valeat etsi juratum sit, quia successio universalis non „nisi certis modis lege defertur, nimirum vel ab „intestato vel ex testamento, tertium non datur: „*Vid. Jus meum controv. tit. de pact. q.*34. Sic donatio mortis causa sine solennibus facta nulla „est, etsi jurata sit. *Carpz. p. 3. c. 1. d. 29. n. 8.* „Nam regula generalis est quod jura publica, quo „pertinent etiam formæ negotiorum, pactis privatorum mutari non possint. *L. 27. Reg. jur. ibique Goth.* alia exempla vide *c. seq. §. 2. n. 1. & n. 4.*

„*oo*)) (VALEBIT ACTUS JURATOS EO MODO, „QUO NATURALITER CITRA LEGEM HUMANAM „FUERAT VALITURUS:) Deficiente enim impedimento civili redit status naturæ.

„*pp*) (AUT FIDEM TANTUM AOSTRINGENDO:) „In præcedentibus ecito docuit, eum qui juravit „Deo obstringi ad implendum promissum, etsi „personæ cui juratur jus inde non nascatur: *Vid. supra §. 14. pr.* At dicendum potius est, eum qui „jurat non teneri stare pactis, sed, si non implet „perjurum esse, & Deo saltem teneri de perjurio.

„*qq*) (AUT JUS ETIAM DANDO ALTERI:) Si „scilicet personæ quoque jus quæsitum est. Vid. „*supr. §.* 14.

„*rr*) (PRO DIVERSA ACTUUM NATURA QUÆ „ALIBI A NOBIS EXPLI... A EST:) Author passim distinxit inter *actus* ex quibus jus proprium „in alterum transfertur, & inter actus ubi licet jus „proprium in alterum non transfertur, fides tamen „adstringitur: *Illos* refert *ad jus naturæ sociale*, seu „stricte sic dictum. *Diss. prooem. I. §. 13. 14. 15.* „*Hos ad jus naturæ laxiori sensu sumtum. Diss. prooem. II. §. 8. 9. 10. Ex prioribus* jus agendi „competere, ait, ei cui promittitur: ex *posterioribus* nullum jus competere ei cui promittitur, „etsi jurato, sed soli Deo, propter injuriam ei solo „illatam:

„*a*) (IN CHRISTI PRÆCEPTIS:) *Math. V.*

„*b*) (APUD JACOBOM:) *Epist. c. 5. §.* 12.

c) (PROPRIE NON AD JURAMENTUM ASSERTORIUM, &C. SED PROMISSORIOM FUTORI INCERTI PERTINERE:) Diximus supra, juramenta alia esse assertoria, alia promissoria. *Vid. §. 1. prop. III.* in illis agi de asserenda rei veritate, in his de fide data confirmanda. De assertoriis Author tradit ea lege Evangelii licita esse & probari, non vero promissoria: At verior est sententia Servatorem magis loqui de assertorio, agit enim de assertione veritatis, non de rei alicujus promissione; atque illam assertionem, i. e. sermonem eorum non juratam esse vult: Ratio in promtu est, quia natura rei sanctæ (adeoque & jurisjurandi) est ut a rebus profanis segregetur, indeque nec adhiberi, nec mentio ejus fieri debeat in *confabulationibus quotidianis*, de quibus loquuntur & Servator & Jacobus: Unde apparet *judicialia* juramenta non excludi.

ADDITIO.

„Author, postquam *jus naturæ* circa juramenta sive promissoria sive assertoria exposuit, (*Vid. §. 19.*) in §. 20. demonstravit quæ nam autoritas sit legum humanarum circa juramenta; In „hoc §. explicat quid lege Evangelii obtineat: „Equidem servator in genere videtur juramenta „improbare, *Math. V. 37.* in verbis: *confabulatio vestra sit imo imo, non non, quod ultra est, est a malo:* Verum ex præcedentibus repetendum „est Servatorum non esse legislatorem, sed virtutum præconem, eumque ubique perfectionum „regulas auditoribus suis inculare, non jura tradere.

„Inter regulas autem perfectionis merito ponit, „ne in confabulationibus quotidianis homines assertiones vel promissiones suas juramento confirment: Nam ideo juramenta præstantur „quia suspecta est fides asserentis vel promittentis; „& hæc vera ratio est, cur loco cautionis exigamus „ut ea quæ homo vel promittit vel asserit, adhibita re sancta firmet:

„In primævo rerum statu hæ cautelæ incognitæ „fuerunt, indeque Servator, qui homines ad primum perfectionis statum perpetuo revocat, merito improbat malam quam de alterius fide habentis opinionem, & eum ille omnes homines „æque bonos esse velit, non potest non inculcare ut unusquisque nudæ alterius assertioni stet, „quia nemo perfidus esse, aut suspicari alterius fidem debet: Idque notanter exprimit divinus „Servator per rationem quam addit, *quod ultra est, est a malo:* Non ait juramentum malum „esse, sed a malo originem capere, nimirum a „persi-

ramentum [d] cujus apud Paulum Apostolum exempla exstant aliquot, [e] sed

„perfidia hominium.

„Atque hactenus apprime convenit doctrina Apostoli Jacobi *c. 5. §. 12.* ibi, *ante omnia autem fratres mei nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque juramentum; sit autem sermo vester est est, non non;* ubi simul rationem addit μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε, quod Grotius n. 1. h. vertit *ne fallaces inveniamini*, alii, *ne in simulationem decidatis*, vulgata, *ne sub judicio decidatis:* quæ posterior versio verissima est, *Vid. infr. lit. g.*

„Certum igitur est, Servatorem non improbare juramenta in statu præsenti corrupto, ubi fraudes & fallaciæ frequentes sunt, adeoque ubi is cui juratur suspicionem sibi juramento eximi vult: sed saltem ait perfectius esse plane non jurare, nec juramentum exigere, quia origo cautionum a malo est, nimirum a perfidia, cujus suspicio inter homines probos abesse deberet:

„Cæterum merito B. Parens improbat sententiam Grotii, qui dictamen hoc Servatoris ad juramenta *promissoria* refert, non vero ad *assertoria:* quasi *illa* saltem prohibeantur, non *hæc*. Sane (1) Christus loquitur de quotidianis confabulationibus, adeoque magis de juramento assertorio quam promissorio. (2) Eadem in assertorio est ratio, nam hoc quoque a malo est, & a perfidia hominum originem cepit; adeoque merito perfectionum Doctor has cautelas, quæ vitium hominum supponunt, improbat. Neque (3) ulla ratio dari potest cur Servator promissiones juratas improbaverit, non vero assertiones juratas: sed & (4) tantum abest promissiones juratas a servatore improbari, ut ipse Deus sæpius sua promissa addito juramento confirmet: Ita enim Deus Abræ, qui fidem promissioni divinæ non habebat, indeque quærebat, unde ipsi constare debeat quod possessurus olim sit illam terram? jurato promissum confirmavit, duritiem cordis humani secutus, & sacrificio peracto solenne fœdus cum Abra pepigit. *Gen. XV. 8. 18. seq. XXIII. 7.* Sed & plurima in sacra historia exstant exempla ubi sanctioris quoque vitæ homines promissa sua jurejurando firmarunt. Idem enim Abraham a servo suo exegit juramentum per nomen Dei cœli & terræ, quod servus quoque posita sub fœmore Abræ manu actu præstitit. *Gen. XXIV. 3. 9.* Abimelech juramentum exegit ab Abra per Deum, ne noceat ei & posteris ejus, & juravit Abra. *Gen. 21. v. 23. & 24.* Quod juramentum, orta postea circa puteum lite, repetitum legimus, *d. c. 21. v. 31.* Eadem promissio jurata reiterata fuit inter Isaacum & Abimelech. *Gen. XXVI. 28. & 31.* Celebris quoque est promissio jurata inter Labanum & Jacobum. *Gen. 31. 44. & 54.* Sed & populum Israeliticum ob violatam promissionem, jurato datam Gabeonitis & Assyriæ regibus, gravissima pœnas dedisse supra demonstratum est.

„Atque hinc (5) in ecclesia christiana nunquam in eum sensum explicatum est Servatoris effatum, quasi juramenta promissoria licita non sint, nam hodieque ubique terrarum autoritate publica obtinent: idque optime ita declarat Augustinus, cujus sententia in Canones relata exstat *c. 22. q. 1. c. 14. Si peccatum esset juratio* (quæ sunt verba Canonis) *nec in veteri lege diceretur*, NON PEJERABIS, REDDAS AUTEM DOMINO JURAMENTA *non enim peccatum præciperetur nobis.* Item *Non vobis dicimus nos non jurare: Si enim hoc dicimus, mentimur. Quantum ad me pertinet juro, sed quantum mihi videtur, magna necessitate compulsus: Cum videro non mihi credi nisi faciam, & ei qui mihi non credit non expedire quod non credit. Hac perpensa ratione & consideratione librata cum magno timore dico:* CORAM DEO *aut* TESTIS EST DEUS *aut* SCIT CHRISTUS, *sic esse in animo meo: & video, quia plus est, i. e. quia amplius est quam est est, non non, id amplius esse a malo, etsi non a malo jurantis, sed a malo non credentis.*

„Denique monendum est, omnes ab Authore §. 8. allegatas autoritates non probare juramenta *promissoria* prohiberi: neque enim in allegatis locis distinguitur inter juramenta assertoria & promissoria; sed in genere, & de omni juramento asserunt, vel plane non, vel non temere per nomen Dei jurandum esse. Philo enim quem Author allegat *n. 3.* non improbat juramenta (contrarium enim apparet ex loco quem Author allegavit supra *§. 7. & 13.*) Sed ait saltem, naturali ratione & utilitati *convenientius* esse fidem datam absque juramento implere: *Esseni* simplicitatem naturalem affectabant, studebantque ut vitæ puritate, religione, jurisve tum divini tum humani observatione se conspicuos redderent. *Joseph. l. 2. bell. Jud. c. 17. & antiq. 18. c. 2. Selden. de Synedr. l. 1. c. 7. Nicol. Fuller. Miscel. 1. c. 3.* Adeoque mirandum non est quod, cum suspicio perfidiæ ab eorum moribus abfuerit, cautelas contra suspicionem non admiserint. Illustratur hoc quam maxime exemplo Ciceronis quod Author *in 5. in fin.* refert, ubi Athenienses virum notæ probitatis noluere jurare, quod veritatem verbis inesse crederent: Atque hæc ratio est cur apud Scythas quoque negligi juramenta solita fuerint, quia colendo fidem jurabant: *Phythagoras* Philosophum & Doctorem agit, non legislatorem; suadet discipulis suis ut efficiant, ut nec jurato ipsis credatur: *Solon* non prohibet juramenta, sed hortatur saltem Athenienses, ut ea sint probitate ut eis magis quam juramento credatur: Atque de his regulis perfectionis etiam *Clemens Alexandrinus* & *Hierocles* intelligendi sunt.

d) (Grot.) (CUJUS APUD PAULUM APOSTOLUM:) Rom. I, 9. IX; 1. II Corinth. I, 23. IX, 31. Phil. I, 8. 1 Thess. II, 9. 1 Tim. II, 7.

ADDI-

[e] sed ad promissorium futuri incerti pertinere. [f] Ostendit hoc evidenter oppositio illa in verbis Christi: *Audistis dictum antiquis, non pejerabis, sed reddes Domino juramentum. Ego vero dico vobis: nec jurate omnino.* Matth. V. 3. Et ratio quam Jacobus adjicit: μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε, id est, [g] *ne fallaces inveniamini*, [h] nam eum sensum vox ὑποκρίσεως Ep. V. 12 apud Hellenistas habet, ut apparet Job. XXXIV. 20. Matth. XXIV, 51. & alibi.

2 [i] Idem evincit illud in Christi verbis ἔσω δὲ λόγος ὑμῶν, ναὶ ναὶ, οὒ οὔ, quod sic Jacobus explicat ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναὶ, καὶ τὸ οὒ οὔ: ubi manifeste est figura quam [k] πλοκὴν Rhetores vocant, ut in illo, Virg. Ecl VII, 70.

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis:

Et in altero simili: *Ad illum diem Memmius erat Memmius*; Ex Aquila Rom. Antiq. Rhet. L. e pag. 17. Edit. Pithoei. Nam prius ναὶ & οὔ promissum significat, posterius ejus implementum. [l] Est enim ναὶ promittentis. [m] Unde per ἀμὴν explicatur Apoc. I, 7. eumdemque sensum habet quod hic in Syriaco est, אין respondens Rabbinico הין Arabicum نعم quomodo apud Jurisconsultos Roma-

ADDITIO.

„Verba Apostoli ad Roman. c. I. v. 9. hæc „sunt; *testis mihi est Deus, quod sine intermissione „memoriam vestri facio* Et c. 9. v. 1. *veritatem „dico in Christo, non mentior.* Item II Chor. 1. v. „23. *ego autem testem Deum invoco in animam „meam quod parcens vobis non veni ultra Corinthum.* Porro ad Philip. 1. v. 8. *Testis enim mihi „est Deus quomodo cupiam vos esse in visceribus „Jesu Christi.*

„*e*) (SED AD PROMISSORIUM FUTURI INCERTI „PERTINERE:) Dixi jam (1) effatum Servatoris „ad utrumque juramentum pertinere. (2) Magis „vero intelligi posse de assertorio quam de pro„missorio. (3) Servatorem temeritatem saltem ju„randi improbare in causis levioribus, in confa„bulationibus quotidianis, sive juramenta illa ad „asserendam veritatem sive ad firmanda promissa „adhibeantur.

„*f*) (OSTENDIT HOC EVIDENTER OPPOSITIO „ILLA:) Imo ex hac ipsa oppositione evidenter „contrarium apparet: Nam perjurium apud „antiquos æque committebatur violando assertio„nem, quam violando promissum, adeoque oppositio „illa etiam ad utraque juramenta pertinet.

„*g*) (NE FALLACES INVENIAMINI:) Ver„sio hæc, etsi vera esset, non probat sen„tentiam Authoris, nam fallax quoque est ille qui „fidem datam i. e. promissa fallit: Sed verior „est Vulgata, *ne in judicio decidatis*, i. e. in cen„suram, & culpationem divinam incurratis propter „facilitatem jurandi in causis levioribus, & in con„fabulationibus. &c.

„*h*) (NAM EUM SENSUM VOX ὑποκρίσεως „APUD HELLENISTAS HABET:) Imo vox illa est „a κρίσις, judicium, damnatio; hæc vero a κρίνω „judico, punio, culpo; condemno. Atque eo„dem sensu adhibetur a Servatore apud *Matth. V*, „*v.* 22. ubi is qui fratri irascitur judicio (κρίσει) „obnoxius dicitur, i. e. culpationi divinæ. Quamquam aliquando vox illa simulationem & fal„laciam significet, uti in allegatis ab Authore „locis.

„*i*) (IDEM EVINCIT ILLUD IN CHRISTI VER„BIS:) Author prolixus est, ut ex verbis Serva„toris *Sermo vester sit ita ita, non non* demon„stret per figuram rhetoricam ibi prohiberi *pro„missoria* juramenta: quia verbum *ita* promissum, „repetitio autem hujus verbi implementum deno„tat: Verum ex ipsa horum verborum natura „apparet ea æque, quin magis, de *assertoriis* in„telligi debere, nam diserte in *confabulationibus*, „adeoque in assertionibus, sufficere ait, *ita ita: „non non.* Præterea diximus utrubique ean„dem esse rationem, quæ vult ut & promitten„ti & asserenti credatur absque juramen„to. Denique probavimus Servatorem neutra jura„menta improbare tanquam injusta & illicita, sed „tanquam cautionem quæ a malo, i. e. a perfidia „hominum originem cepit, adeoque quam pii & „probi homines nec adhibere nec exigere debe„rent: ut proinde operosa illa Authoris tractatio „plane inutilis sit.

„*k*) (πλοκὴν:) Quum vox repetita nunc per„sonam vel rem, nunc personæ vel rei mores „aut naturam significat. *Grow...k.*

„*l*) (EST ENIM ναὶ PROMITTENTIS:) Imo est „& asserentis.

„*m*) (UNDE PER ἀμὴν EXPLICATUR:) Sed & „hæc vox nihil aliud significat quam *vere*, adeo„que & in assertorio obtinet:

manos [n] μάλιστα & quidni? [o] notæ ſunt reſpondentis ad ſtipulationem. [p] Pro implemento promiſſionis ſumitur apud Paulum II. Corinth. I, 20. cum ait omnia Dei promiſſa in Chriſto eſſe ναὶ καὶ ἀμήν. Hinc vetus Hebræorum dictum, [q] *juſti hominis* ναὶ eſt ναὶ, *& non eſt non.*

3. Contra, quorum facta a dictis diſcrepant, [r] apud eos eſſe dicitur ναὶ καὶ οὔ, 2 Corinth. I, 18. 10. [s] id eſt, ναὶ eorum eſſe οὔ, & οὔ eſſe ναὶ. [t] Sic Paulus Apoſtolus ipſe exponit, nam cum negaſſet ſe ἐλαφρίᾳ χρήσασθαι, *levitate uſum*, addit ſermonem ſuum non fuiſſe ναὶ καὶ οὔ Feſtus varias referens ſententias de ſignificatione vocis [u] *naucum*, ſic ſcribit: Quidam (ajunt) *ex Græco* [v] ναὶ καὶ οὐχὶ *levem hominem ſignificari.* Quod ſi ναὶ καὶ οὔ levitatem ſignificat, [w] ſequitur ναὶ καὶ οὔ οὔ conconſtantiam ſignificet.

4. Idem ergo dicit Chriſtus quod [x] Philo: κάλλιστον καὶ βιωφελέστατον καὶ ἁρμόττον λογικῇ φύσει τὸ ἀνώμοτον, οὕτως ἀληθεύειν ἐφ' ἑκάστου δεδιδαγμένῃ, ὡς τοὺς λόγους ὅρκους εἶναι νομίζεσθαι: *Optimum atque utiliſſimum &* [y] *rationali* naturæ convenientiſſimum eſt juramento abſtinere, atque ita ſe veracitati aſſuefacere, ut verba pro juramento accipiantur.* [z] Et alibi ὁ τοῦ σπουδαίου λόγος ὅρκος ἔστω βέβαιος, ἀκλινὴς ἀψευδέστατος [aa] *Viri boni oratio pro juramento ſit firmo, immutabili, fallere neſcio.* & [bb] quod de Eſſenis Joſephus: πᾶν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκου, τὸ δὲ ὀμνύειν αὐτοῖς περιίσταται: quicquid dixerint validius eſt jurejurando: ac ſupervacua res ipſis habetur jurare.

De Decal. p. 756. C.

Antiq. Jud. 11. 7. p. 786. C.

5. Ab

„n) (μάλιστα:) Maxime,

„o) (NOTÆ SUNT RESPONDENTIS AD STIPU„LATIONEM:) Imo non tantum ſunt notæ pro„miſſionis, ſed & aſſertionis. Si quis enim alterum „interrogat, an verum dicis? ille reſpondebit, *ita*, „*maxime, quid ni.*

„p) (PRO IMPLEMENTO PROMISSIONIS SUMI„TUR:) Nullibi hoc dicitur, eſt potius aſſertio„nis repetitio, ita enim ſæpius ſervator ait, *amen*, „*amen, dico vobis &c.*

„q) (JUSTI HOMINIS ναὶ & ναὶ NON EST „NON:) Recte: verum id non tantum in promit„tendo ſed & in aſſerendo obtinet.

„r) (APUD EOS ESSE DICITUR: ναὶ καὶ οὐχὶ:) „i. e. eos promittere & non præſtare, ſecus face„re ac dicunt. *Gron. h.* Sed idem dici poteſt de iis „quorum aſſertio a veritate diſcrepat, apud eos „enim itidem eſt *ita* & *non:* aliquid enim aſſerunt „quod verum non eſt.

„s) (ID EST ναὶ EORUM ESSE οὔ ET οὔ ESSE „ναὶ:) Sermonem eorum eſſe diſſonum ſive a „promiſſis, ſive a veritate. *Gron. h.*

„t) (SIC PAULUS APOSTOLUS IPSE EXPONIT:) „Apoſtolus eadem formula uſurus fuiſſet, ſi de „aſſertione veritatis ſermo ipſi fuiſſet.

„u) (NAUCUM:) i. e, nihili.

v) (Grot.) (ναὶ καὶ οὐχὶ:) Recte in hoc *Feſti* loco ſcripſeris οὐκί, ut ſæpe apud *Homerum:* id enim ad vocem nauci propius accedit.

„w) (SEQUITUR UT ναὶ ναὶ, οὔ οὔ, CONSTAN„TIAM SIGNIFICET:) Quid inde? conſtantia æ„que eſt dictorum ac factorum, i. e. aſſertorum „quod ex loco Clementis Alexandrini quem ipſe „Author *n.* 5. allegat, conſtat.

x) (Grot.) (PHILO:) De decalogo:

„y) (RATIONALI NATURÆ CONVENIENTISSIMUM „EST JURAMENTO ABSTINERE:) Philo proponit „id tanquam virtuti & perfectioni conveniens, id„que tam de promiſſorio quam de aſſertorio in„telligit. Sane ratione naturali omnes probi eſſe, & „vera dicere ac facere promiſſa citra juramentum „deberent, at in ſtatu præſenti licita omnino eſſe, „ipſe Philo docet. *Vid. ſupr.* §. 7. & 13.

z) (Grot.) ET ALIBI:) De ſpecialibus legibus (*pag.* 769. C.)

„aa) (VIRI BONI ORATIO PRO JURAMENTO SIT „FIRMO:) Loquitur de oratione in genere, ad„eoque de aſſertione æque ac promiſſione. Præte„rea non ait juramentum exigi non poſſe, nam „de eo plane non quærebatur, ſed ait, fidem da„tam inſtrumenti ſervare debere.

„bb) (QUOD ET DE ESSENIS JOSEPHUS:) *de bell. Jud.*

5. Ab Essenis, [cc] aut Hebræorum illis quos secuti sunt Esseni, videtur hoc sumsisse [dd] Pythagoras, cujus hæc sententia: μὴ ὀμνύναι θεοὺς, ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν: *non jurandum per Deos: quemque enim id curare debere* [ee] *ut nec jurato sibi credatur.* Scythæ de se ad Alexandrum * Curtio ferente: *Jurando gratiam Schythas sancire ne credideris: colendo fidem jurant.* [ff] Cicero pro Roscio Comœdo. *Quæ poena a Diis immortalibus perjuro,* [gg] *hæc eadem mendaci constituta est. Non enim ex pactione verborum cujus jusjurandum comprehenditur, sed ex perfidia & malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, Dii immortales hominibus irasci & succensere consuerunt.* [hh] Solonis dictum celebratur: καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν ἔχε: *Ea esto probitate, ut ei magisquam juramento credatur.* Clemens quoque Alexandrinus dixit viri boni esse τὸ πιστὸν τῆς ὁμολογίας ἐν ἀμεταπτώτῳ καὶ ἑδραίῳ δεικνύειν βίῳ τε καὶ λόγῳ: *Fidem promissi ostendere in verborum ac vitæ immutabilitate & constantia.* Alexis Comicus:

Diog. Laert. VIII. 22. — Lib. VII. c. 8. — Cap. 16. — Apud Diog. Laert. I. 60. — Stromat. Lib. VII. c. 8. Ed. Oxon. — Apud Stob. Serm. 27.

Ὅρκος βεβαιός ἐστιν ἂν νεύσω μόνον.
Nutus mei pro jurejurando valent.

Narrat Cicero oratione pro L. Cornelio Balbo, Athenis cum ** quidam

„jud. 2. c. 11. Hinc non elicitur sola promissoria „esse licita, nam locutio generalis est, & æque ad „assertoria pertinet.

„cc) (AUT HEBRÆORUM ILLIS QUOS SECUTI „SUNT ESSENI:) *Vid. supr. l. 2. c. 2. §. 2. n. 1.*

dd) (Grot.) (PYTHAGORAS:) Nam & Hermippus Pythagoricus Pythagoræ philosophiam ab Hebræis ductam dicebat, teste *Origene* contra Celsum. (Lib. I. pag. 13. *Ed. Cant.*) Idem & *Josephus* Hebræus prodidit, & Jamblichus Pythagoricus. [Locus *Josephi* exstat Lib. I. *contra Apion.* §. 22. *Edit. Oxon.* Verum probabile admodum est, legendum ibi non Ἰουδαίων, sed Ἰδαίων, ut conjecit Vir Editissimus *J. Clericus*, Tom. X. *Biblioth. Selectæ*, pag. 162, *& seq.* Quod spectat *Jamblichum*, voluit Author dicere *Porphyrium:* hic enim ex *Diogene* lib. *de Incredibilibus* refert, *Pythagoram*, inter alios, *Hebræos* etiam invisisse, & ab iis hausisse quædam Philosophiæ suæ dogmata, *de Vita Pythag.* §. 11. *Ed. Kusteri.* Apud *Jamblichum* autem nil tale reperitur. *J. B.*]

ee) (Grot.) (UT NEC JURATO SIBI CREDATUR:) *Philo* (*De Decal.* pag. 756. C.) Ἤδη γὰρ ὅγε ὀμνὺς εἰς ἀπιστίαν ὑπονοεῖται: *Jam enim is, a quo jusjurandum exigitur, perfidiæ est suspectus: Sophoclis* Oedipode Coloneo dixerat Oedipus:

Οὔτοι σ' ὑφ' ὅρκου γ' ὡς κακὸν πιστώσομαι.
Nolo te adigere jurejurando ut malum.

respondet Theseus:

Οὔκουν πέρα γ' ἂν οὐδὲν ἢ λόγῳ φέροις.
Nec plus haberes inde quam vocis sonum.
(Vers. 642. 643.)

M. Antoninus in viri boni descriptione: μήτε ὅρκου δεόμενος: *nec opus habens jurejurando.* (Lib. 3. §. 5.) Chrisost. de statuis XV. εἰ μὲν πιστεύεις ὅτι ἀληθής ἐστιν ὁ ἀνὴρ, μὴ ἐπαγάγῃς τοῦ ὅρκου τὴν ἀνάγκην. εἰ δὲ οἶδας ὅτι ψεύδεται, μὴ ἀναγκάσῃς ἐπιορκεῖν: *Si credis veracem esse eum, quicum tibi negotium est, noli ei jurisjurandi imponere necessitatem quod si scis fore ut mentiatur, ne coge eum & perjerare.* (Tom. VI. pag. 566. *Edit. Savil.*

„*) (CURTIO:) *Lib. 7. c. 8.* Hic diserte de pro„missorio loquitur: Unde constat utrobique ean„dem esse rationem: Cæterum nihil aliud ex „hoc loco probatur quam Scythas fidem datam „æque servare solitos fuisse ac si jurassent: non „vero quod juramenta illicita crediderint. Nam „usum juramentorum etiam inter scythas fuisse „exinde apparet, quia ægrotante rege inquisivere „an quis per solium ipsius pejeraverit.

„*ff*) (CICERO PRO ROSCIO:) *c. 5.*

„*gg*) (HÆC EADEM MENDACI CONSTITUTA „EST:) Hoc verum non est, gravius est crimen „perjurii, quam nudum mendacium. Alibi au„tem diximus dari gradus uti præmiorum, ita & „damnationis.

„*hh*) (SOLONIS DICTUM CELEBRATUR: &c.) „Omnia quæ sequuntur exempla probant eum qui „aliquid promisit, æque sancte id adimplere de„bere ac si jurasset: Quod omnino verum est:

„**) (QUIDAM:) Nimirum Xenocrates. *Val.* „*Max.* 2. 10. 2.

„*ii*) (HIEROCLIS:) Hic itidem ait juramenta re„verenter haberi debere, adeoque ea probat.

dam apud eos qui sancte graviterque vixisset, & testimonium publice dixisset, & jurandi causa ad aras accederet, una voce omnes judices ne is juraret reclamasse; eo quod nollent religione videri potius quam veritate fidem esse constrictam.

Pag.164 Edit. Cantbub Needb. 6. A Christi dicto non discrepat [ii] Hieroclis illud ad aureum carmen: ὁ σέβου ὅρκον ἐν ἀρχῇ παραγγείλας τὴν ἀποχὴν τοῦ ὀμνύναι προστάττει περὶ τῶν ἐκδεχομένων καὶ ἀόριστον τῆς ἐκβάσεως ἐχόντων τὸ πέρας. ταῦτα γὰρ τὰ μικρὰ καὶ μεταπίπτοντα, διὸ οὔτε ἄξιον ἐπ' αὐτοῖς ὀμνύναι οὔτ' ἀσφαλές: *Qui in principio dixerat, jusjurandum reverere, eo ipso præceperat abstinere a jurando de his* [kk] *quæ possint fieri & non fieri, & incertum habent casus exitum. Talia enim & parvi ducenda sunt, & mutabilia sunt, unde nec dignum de iis jurare, nec tutum.* Et Libanius in Christiani Imperatoris laudibus ponit: ἐπιορκίας τοσοῦτον ἀποστατῶν ὥστε καὶ πρὸς τὰς εὐορκίας ἔχειν εὐλαβῶς: a perjurio tantum abest, [ll] ut etiam vera jurare vereatur. Eustathius ad illud Odysseæ: ἀλλ' ἤτοι ὅρκον μὲν, ἐάσομεν: sic ait:
Lib XIV vers.171 οὐ χρεία ὅρκου ἐν τοῖς ἀδήλοις πρὸς βεβαίωσιν, ἀλλ' εὐχῆς πρὸς ἀποτέλεσμα. [mm] In rebus incertis non ad asseverationem juramentum adhibendum, sed preces pro bono exitu.

[a] §. XXII.

Id eo multis in locis vice jusjurandi repertum est, ut [b] fides datis

„kk) (Grot.) (QUÆ POSSINT FIERI ET NON FIERI:) Bene hoc animadvertit *Chrysostomus* de statuis (Orat. XIV. Tom. VI. *pag.* 553) ὅτι κἂν μὴ συναρπασθεὶς, μηδὲ ἄκων, μηδὲ ἀγνοῶν τοῦτο πάθῃ, ὑπ' αὐτῆς τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, καὶ ἑκὼν καὶ εἰδὼς ἀναγκασθήσεται ἐπιορκῆσαι πάντως: *Etiamsi non eveniat id tibi quod impetu abreptus, aut coactus, aut nec cogitans juraveris, ipsa negotii natura id interdum secum feret, ut & volens & sciens falsum jurasse deprehendaris.* Et mox: σφαλερὸν μὲν οὖν καὶ περὶ ἑαυτοῦ τινα ὀμνύναι. πολλὰ γὰρ ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων περιστάσεως βιαζόμεθα: *Periculosum igitur etiam de suo actu jurare; multa enim nobis eripit ipsa rerum natura subjecta casibus.* (Pag. 554.)

ADDITIO.

„Hierocles monet abstineri debere a jureju-
„rando, si res quæ promittitur incerta est, forte
„si nondum, vel non absolute est in nostra pote-
„state: Nam cum deficere possit, temerarium ni-
„mis esset juramentum: Vide §. 2. & quod sta-
„tim sequitur exemplum.

„ll) (UT ETIAM VERA JURARE VEREATUR:)
„Non facile jurandum esse ipsi asserimus, at inde
„non sequitur omnia juramenta promissoria illi-
„cita esse.

„mm) (IN REBUS INCERTIS NON AD ASSE-
„VERATIONEM:) Si v. g. dux belli promittit suo
„Principi se victorem rediturum, idque jurejuran-
„do confirmet: merito improbatur juramentum,
„quod deficere, & ubi perjurium sequi potest.

a) (AD §. XXII.) Author varios recenset ritus qui instar juramentorum sunt, &, cum non a natura sed ex instituto veniant, in infinitum variare possunt.

b) (Grot.) (FIDES DATIS DEXTERIS:) Meminere *Eustathius* ad Odysseæ Ω: *Aristophanis* Scholiastes ad Nubes, (*vers.* 81. Vide & in *Acharnens.* vers. 307. qui locus insignior est.) *Diodorus Siculus* (Libro XVI c. 43.) *Crantzius* Saxonicorum XI, 27. In c. *Ad aures, 3. de his quæ vi metusve causa,* æquantur juramentum & fides in-
„terposita.

ADDITIO.

„At id non est juramentum, nec vice jura-
„menti, hoc enim supponit præter fidem datam
„& mentionem rei sanctæ, & vindicem perfidiæ
„quorum neutrum hic obtinet. Sed jungebantur
„apud Persas dextræ tanquam indicium perfecti
„negotii, & fidei actu datæ. Vid. *Diod. Sic.* 16.
„14. *Nepos in Datam. c.* 10. Idque apud alias
„quoque Gentes obtinuisse refert Temarus *hic.*
„De

tis dexteris, quæ erat πίςις βεβαιωτάτη παρὰ τοις Πέρσαις, *firmissimum apud Persas fidei vinculum,* aut alio quo signo obstringatur, ea vi, ut ni impleatur promissio [c] promissor non minus detestabilis habeatur quam si pejerasset. Præcipue de regibus virisque principibus dictum est usitatissimum, [d] fidem eorum pro jurejurando valere. Tales enim esse debent, ut [e] cum Augusto dicere possint, [f] Bonæ fidei sum: & cum Eumene vitam se potius posituros quam fidem: quo & illud pertinet Guntheri Ligurini

Unde jus & reverentia verbo
Regis in esse solet, quovis juramine major.

Laudat oratione pro Dejotaro Cicero C. Cæsaris dexteram, non in bellis & præliis quam in promissis & fide firmiorem. Et heroicis temporibus sceptrum erectum pro regum jurejurando valuisse notatum Aristoteli.

Can in c. querelam de jurej. Diod. libro XVI. c. 43. Pau. in c. ad aures De his quæ vi vel metus causa. Jas. in leg. III. § jurari D de jurejur. Mynf. obs. 17. Cent. 1. Suet. c. 42. Plutarch. in Eum. p. 595. F. Cap. 3. III Polit. 14.

CAPUT XIV.

De eorum qui summum imperium habent promissis & contractibus & juramentis.

I. *Refellitur sententia statuens restitutiones in integrum ex jure civili venientes ad regum actus, qua tales sunt, pertinere: item regem ex juramento non teneri.*
II. *Ad quos regum actus leges pertineant, distinctionibus explicatur.*
III. *Iurejurando rex quando teneatur, aut non teneatur.*
IV. *Quatenus rex teneatur his quæ sine causa promisit.*
V. *Usus ejus quod de legum vi circa regum contractus dictum est.*
VI. *Rex subditis obligari naturaliter tantum, aut & civiliter, quo sensu recte dicatur.*
VII. *Ius quæsitum subditis licite quomodo auferatur.*
VIII. *Rejecta hic distinctio quæsiti ex jure naturali aut civili.*
IX. *Contractus regum an leges sint, & quando.*
X. *Quomodo ex regum contractibus teneantur omnium bonorum heredes.*
XI. *Quomodo ex iisdem contractibus obligentur qui in regnum succedunt.*
XII. *Et quatenus.*
XIII. *Beneficia regum quæ revocabilia sint, quæ non, distinctione explicatur.*
XIV. *Contractibus invasorum imperii an teneatur cujus erat imperium.*

§. I.

„De Græcis, vide *Sen. Herc. fur.* 370. de Parthis *Joseph antiq.* 18. 12. Conf. *Xenoph. Inst.* 4. *p.* 99. *Curt.* 8. 10. *Iustin.* 11. 15. *Liv.* 25. 16. *Virgil.* 4. *Æneid.* 597. *Sophocl. in Oedip. Colon.* 1671. *Euripid. in Med.* 20. *Virgil. Æneid.* 3. *v.* 6. Qui mos apud Germanos hodieque in usu est; „Cæterum legiones apud Romanos sibi dextras „misisse, fidei & concordiæ insigne, & in nummis „quoque conspici, tradit *Gron. h.*

„c) (PROMISSOR NON MINUS DETESTABILIS „HABETUR AC SI PEJERASSET:) Perjurium ta„men non committitur, quia rem sanctam non „violavit, utpote quæ promissioni adjecta non est.

„d) (FIDEM EORUM PRO JUREJURANDO VA„LERE:) Hoc verum juramentum est, *tum* quia „honos & dignitas principibus res sanctissima est, „& esse debet; adeoque non videtur velle violare „hanc sanctimoniam violando pactum; *tum* quia „mali aliquid sibi imprecatur in casum violatio„nis, ut scilicet cordati homines male de ejus ho„nore & dignitate opinentur. At tale juramen„tum effectum solennis juramenti, & quod in „judiciis adhiberi posset, non habet; nisi partes „consentiant.

„e) (CUM AUGUSTO:) Apud *Sueton. in Aug.* „*cap.* 42.

f) (Grot.) (BONÆ FIDEI SUM:) De Euagora Salaminis rege Isocrates: ὁμοίως τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὁμολογίας ὥσπερ τὰς ἐν τοῖς ὅρκοις διαφυλάττων. (Pag. 197. *E. Ed. H. Steph.* Symmach. x, 19.) *Nunquam major spes quam in bonorum principum sponsione.* Nicetas de Alexio Isaaci fratre lib. III. Βασιλεῦσι παρὰ πᾶν ἕτερον εὐορκεῖν τίθεναι περὶ πλείςȣ χρεών: *Regibus jurisjurandi fides ante omnia alia ponenda est.* (Cap. 4.)

[a] §. I.

1. [b] Promissa, contractus, & juramenta Regum, [c] & qui alii iis pares jus in republica summum obtinent, [d] peculiares habent quæ-

ADDITIO.

„Augustus id respondit populo congiarium „promissum petenti : sed id non est juramentum. Af„serit saltem se fidem datam servaturum, non vero „promittit aliquid adjecta mentione rei sanctæ.

a) (AD §. 1) Hactenus in genere de promissis & contractibus, ac quomodo juramentis firmentur, egimus: sequitur tractatus specialis de promissis, iisque juratis, *summarum potestatum*: Promittunt autem summæ potestates vel de rebus *privatis*, de quibus hoc capite agetur, vel de rebus *publicis*, de quibus capite sequenti.

Hujus capitis Author tres facit partes; examinat enim (1) quid liceat summæ potestati in propriis actibus: *§. 1. usque ad §. 6.* (2) quid ei liceat in actibus subditorum: §. *6. usque ad §. 10.* (3) Quid ei liceat circa actus successorum *§. 10. seq.*

In genere hic notandum est, quod Princeps æque ut privatus ex promisso & ex juramento cum effectu obligetur, sive cum subdito contrahat, sive cum alia summa potestate. Hoc principio in genere posito, distinguendi sunt casus (1) an rex cum rege contrahat; (2) an cum extraneo privato extra regnum: (3) an cum extraneo privato in suo regno, (4) an cum subdito suo.

Primo casu, quoties scilicet rex cum rege sive de re privata sive de re publica agit, jus merum naturæ valet, omniaque obtinent quæ supra *c. 11.* 12. & 13. exposuimus, adeo ut si alter stare promissis nolit, bello ad id adigi possit.

Secundo casu, si scilicet Rex cum extraneo privato agit, extra regnum tenetur ut privatus ex jure loci ubi negotium actum est; indeque *Rex, si actor* est, sequitur forum rei privati, & si judex rei jus ei denegat, injuria est judicis, & sic inter ipsos principes est jus belli: *Si Rex debitor* & reus est, jus accipere debet juxta leges loci, ubi contraxit: si nolit satisfacere extraneus ille sui principis opem imploret, qui bello promittentem adigere potest ut suo subdito, cui promisit, satisfaciat.

Tertio casu, quando scilicet *Princeps* cum *extraneo privato* contrahit in suo regno, extraneus actionem contra principem promittentem cum effectu instituere nequit, quia hic superiorem in suo territorio non habet: Nulla ergo alia procedendi ratio hic subest, quam ut privatus, cui promittitur, sui principis imploret officia: si promittens ad hujus instantiam satisfacere nolit, bello ad id adigi potest, quia princeps jura suorum subditorum armis quoque defendere tenetur. E contrario princeps si ei promissum est, compellere illum privatum extraneum nequit ut promissis stet, quia Principi in hunc nullum imperium competit: sed si extraneus conventus in territorio sui principis nolit solvere, creditor auxilium implorat principis, qui jus in reum habet, qui si satisfactionem neget cum ipso principe jus belli obtinet: de quo late egimus supra *L. 1. c. 3. §. 1.*

Quarto casu ubi Rex cum subdito agit, vel ab eo convenitur, plenissima inde utrinque oritur obligatio. At Rex conventus cogi non potest, quia superiorem non habet. Hinc Deo res relinquenda est, & subditus calamitatem accipere videtur:

His ita præmissis prima apud Authorem quæstio est, *an Rex se ipsum contra promissum a se factum in integrum restituere possit*, si vi, metu, vel dolo ad contrahendum inductus est? Nos distinguimus an summa potestas, an extraneus privatus, an subditus metum illum intulerit. *Priori casu* merum jus naturæ obtinet, & rex, etiam extra causam justi belli, coactus plenissime ex suo consensu obligatur, si vero vis injusta fuerit & de eo constet, propter hanc injuriam separatim agere potest contra eum qui injuriam fecit. Coactus ergo obligatur stare promissis, at jure belli injuriam sibi illatam vindicat. *Altero* casu extraneus verum jus agendi habet, contra regem qui vi metuque promisit, adeo ut si nolit satisfacere, extraneus ille suum adire principem ac de injuria queri possit, & tunc principis res est, ac jus belli. Sed si Princeps vim passus est, vicissim de injuria agere contra metum inferentem potest, & princeps cogentis subditum ad reparationem illius injuriæ adigere tenetur. *Tertio casu* princeps omnino uti eisdem beneficiis potest, quæ suis subditis inter se indulsit.

ADDITIO.

„Vera principia mox peculiari dissertatione exponemus.

„*b*) (PROMISSA, CONTRACTUS, ET JURAMEN„TA REGUM:) Nam de promissis, contractibus „& juramentis privatorum egit Cap. XI. XII. „& XIII.

„*c*) (ET QUI ALII IIS PARES JUS IN REPU„BLICA SUMMUM OBTINENT:) Uti populus in „statu Democratico; Proceres in statu Aristocra„tico. &c.

„*d*) (PECULIARES HABENT QUÆSTIONES:) „Regula eadem est circa regum pacta & circa „pacta privatorum: Ex utrisque enim pactis jus „oritur quatenus partes disponunt: At circa au„toritatem legum civilium, an & quatenus in „principum promissis & juramentis valeant, quæ„stiones peculiares occurrunt.

„*e*) (TUM DE EO QUOD IPSIS IN ACTOS SU„OS LICET:) An scilicet gaudeant beneficio re„stitutionis in integrum ob fraudem, dolum, „metum. errorem &c. *h. §. 1. n. 1.* an juramento „se exsolvere possint. *h. §. 1. n. 1. juncto §. 3.* an „pro-

quæstiones, [e] tum de eo quod ipsis in actus suos licet, [f] tum de eo quod in subditos, tum de eo quod in successores. [g] Quod primum caput attinet, [h] quæritur an ipse rex, ut subditos suos, ita se quoque restituere in integrum, [i] aut contractum irritum facere, [k] aut Lib. I.
a jurejurando se exolvere possit. [l] Bodinus censet iisdem ex causis cap VIII
regem, sive aliena fraude ac dolo, sive errore circumventum, sive pag. 135. Ed.
metu, [m] restitui posse ex quibus subditus restitueretur, tum in iis Franc. 1612.
quæ ad privata commoda pertinent. [p] Addit, ne jurejurando quidem teneri regem si ejusmodi sint pacta conventa a quibus discedere lex patiatur, etiamsi pacta honestati sint consentanea: [q] non enim ideo teneri quia juraverit, sed quia justis conventionibus quisque teneatur, [r] quatenus alterius intersit.

2. Nos, [s] ut alibi distinximus, [t] ita hic quoque distinguendum cen-

„promissio sine causa, vel non adhibita forma „lege præscripta, facta valeat. §. 4.

„*f*) (TUM DE EO QUOD IN SUBDITOS:) An „scilicet princeps jus subditis ex suo pacto quæsi„tum auferre possit. §. 7. *&* *8*. De eo quod in „extraneos liceat, videsis supra *l. 2. c. 4.* §. 1.

„*g*) (TUM DE EO QUOD IN SUCCESSORES:) „Quatenus scilicet successores, vel bonorum vel „imperii, ex pactis antecessorum obligentur. *§. 9.* „*& seq.*

„*h*) (QUOD PRIMUM CAPUT:) Quid scilicet „imperanti in suos actus liceat.

„*i*) (QUÆRITUR AN IPSE REX UT SUBDITOS „SUOS, ITA SE QUOQUE RESTITUERE IN INTE„GRUM: &c.) v. g. Ob læsionem enormem, ob „lubricum ætatis, ob vim ac metum &c.

„*k*) (AUT CONTRACTUM IRRITUM FACERE:) „Si v. g. contra formam lege præscriptam, adeo„que contra jus commune aliquid promisit. vid. „*L. 5. C. de Legibus.*

„*l*) (AUT A JUREJURANDO SE EXSOLVERE „POSSIT:) i. e. Se ipsum dispensare possit, ne „juramentum effectum habeat. Conf. *c. præc. §.* „*20. n. 2. & infra §. 3.*

„*m*) (BODINUS CENSET:) *De republ. c. 8. p.* „*m. 135. seq.* qui more solito confuse admodum „hanc materiam examinat.

„*n*) (RESTITUI POSSE EX QUIBUS SUBDITUS „RESTITUERETUR:) Econtrario Vasquius *L. 2.* „*Controv. 51. n. 29. seq.* statuit leges civiles in „actibus principum plane in consideratione non „esse. Grotius distinguit inter actus regios & „privatos, & in illis jus naturæ solum obtinere „ait, in his autem leges civiles locum habere: „Quod verum est, uti mox demonstrabimus.

„*o*) (TUM IN IIS QUÆ AD JURA MAJESTA„TIS:) i. e. Ubi rex de juribus reipublicæ dispo„nit.

„*p*) (ADDIT NE JUREJURANDO QUIDEM TE„NERI REGEM SI EJUSMODI SUNT PACTA CON„VENTA A QUIBUS DISCEDERE LEX PATIATUR, „ETIAMSI PACTA HONESTATI SINT CONSENTA„NEA:) Hæc additio non pertinet ad casum *si rex* „*cum aliis principibus aut subditis contrahit, &* „*vi, dolo, aut metu læsus est:* sed ampliatio hæc „pertinet ad aliam quæstionem, quam Bodinus *pag.* „112. movit, *an* nimirum *princeps patriis legibus, in* „*quas juravit, obligetur?* & hoc casu distinguit, *an* „princeps se ipsum jurejurando adegerit? *an* prin„ceps alteri promiserit jure jurando se leges a se „vel a majoribus latas non violaturum? *Priori* casu „regem non obligari ait, *quia lex discedere pati-* „*tur a tali pacto:* Cum enim obligatio harum „legum dependeat ab arbitrio principis, ipsum „quoque juramentum ab ejus arbitrio pendere vi„detur.

„*q*) (NON ENIM IDEO TENERI QUIA JURAVE„RIT, SED QUIA JUSTIS CONVENTIONIBUS QUO„QUE TENETUR:) Hæc verba male junguntur „cum præcedentibus, nam ea ad posteriorem de„finitionis a Bodino adhibitæ casum pertinet. Si „scilicet *princeps aliis promiserit jurejurando se* „*leges a se vel a majoribus latas non violaturum:* „atque hoc casu obligari promittentem & juran„tem ait Bodinus *dict. pag. 112.* si tertii intersit, „non ideo quia juravit, sed quia ita disposuit: „Ut proinde appareat confuse admodum senten„tiam Bodini ab Authore proponi.

„*r*) (QUATENUS ALTERIUS INTERSIT:) Erro„rem hunc, quem Connanus quoque defendit, „refutavimus supra *L. 2. c. 11.* §. 1. ubi demon„stravimus pacta servanda esse, etsi promittentis „non intersit.

„*s*) (UT ALIBI DISTINXIMUS:) *L. 2. c. 11. §.* „*5. & infra §.* 6.

t) (ITA HIC QUOQUE DISTINGUENDUM CENSE-MUS:) Author in examinanda quæstione, an be-

censemus inter actus Regis qui regii sunt, & actus ejusdem privatos. Nam

neficia restitutionis in integrum regi competant, distinguit, an UT REX contrahat, juret &c. an UT PRIVATUS: & ait ea quæ *ut rex* facit eo loco esse ac si populus fecisset, qui cum se ipso superior non sit, suis legibus nec obligari, nec beneficia sibi concedere possit: secus si *ut privatus* promittit.

Nos in genere dicimus, regem æque obligari ex actibus privatis ac ex actibus publicis, si *natura* jus alteri quæsitum inde est. Notanter diximus, *si natura* alteri jus inde quæsitum est; secus ergo si saltem *ex lege civili*: Nam cum Rex sibi ipsi legem dicere non possit, nec ex illa lege civili obligari poterit: omne quippe imperium ex principis voluntate est, nemo autem ex sua voluntate se obligat, imperium supponit superiorem, at princeps sibi ipsi superior non est. Hinc contradictio est, & contra naturam relatorum, imperium in se esse: Equidem princeps se ipsum legibus civilibus submittere ultro solet, & tunc non obligatur ex alterius imperio, sed ex generositate implet id ad quod natura non tenetur. Sed & porro notandum est, quod princeps, si contra jus natura quæsitum quædam beneficia indulgeat subditis, uti restitutiones in integrum ex capite ætatis, doli, vis ac metus, item si irritos reddit contractus filiorum fam. & uxorum, si immodicas usuras solvi prohibet &c. iisdem beneficiis NB. contra subditos uti possit: Etsi enim sibi ipsi beneficia concedere nequeat, tamen si iisdem quæ populo concessit uti velit, licite id facere poterit. Neque enim alicui fit injuria, sane subditi in principe improbare non possunt quod in se probant.

Distinctio igitur illa inter actus *publicos* & *privatos* non ipsam obligationem respicit, nam ex utrisque æque obligatur princeps si jus inde alii quæsitum est natura; sed effectum hunc saltem habet illa distinctio, ut ex actibus *publicis* princeps tantum obligetur intra fines legitimæ administrationis; ex actibus *privatis* indistincte; & quod contractus de actibus *publicis* obligent successores, non hæredes: promissa *privata* autem obligent hæredes, non successores.

ADDITIO.

„Nos cum Grotio distinguendum censemus, „an Rex *ut rex* disponat, i. e. de re publica: an „*ut privatus* de jure privato: *Priori ca*„*su* leges civiles locum habere non pos„sunt, quia Rex superiorem non habet qui ei le„gem dare possit, ipsi autem sibi necessitatem „imponere nequit. Vide *L. 2. c. 4.* §. 12. *Posteriori* „casu actus principis privati subjacent legibus civi„libus, adeoque sequuntur communem legem re„gulam. Hactenus cum ipse tanquam mem„brum civitatis consideratur, adeoque tanquam „privatus, qui superiorem habet, indeque priva„torum jure utitur. Quo principio posito omnes „propositæ quæstiones facili ratione deciduntur. „Et cum hæc distinctio insignes effectus in omni„bus juris objectis habeat, materiam hanc, a nemi„ne hactenus rite explicatam, peculiari disserta„tione illustravi, quam hic inserere operæ pre„tium duxi.

DISSERTATIO.

DE DIVERSITATE ACTUUM REGIS QUA REGIS, ET REGIS QUA PRIVATI.

CAPUT I.

DE DIVERSO RESPECTU PERSONÆ REGIS IN GENERE.

§. 1.

„Rex, (uti qualibet alia summa potestas,) diverso „respectu considerari potest: Nimirum 1) UT „CAPUT REIPUBLICÆ, seu qua REX: 2) UT MEM„BRUM SOCIETATIS CIVILIS, seu qua PRIVATUS:

„§. 2. Tanquam CAPUT REIPUBLICÆ, i. e. qua „rex consideratur, quoties quæstio est de rebus & „juribus publicis, quæ populus eius curæ com„misit,

„Tanquam MEMBRUM CIVITATIS, i. e. tan„quam privatus consideratur, quoties quæstio est „de rebus & juribus regis privatis, quæ rex non „a populo vel ex ejus dispositione, sed titulo pri„vato tenet.

„§. 3. Sane reges quoque præter jura publica, „quæ a populo eis delata sunt, plurima jura cum „aliis privatis communia habere, vel ex ipsa na„turali ratione apparet.

„Ex STATU enim HOMINUM jura patris, mariti, „agnati &c. circa liberos, uxores, & agnatos ei „naturali jure, æque ac aliis concivibus quæsita „sunt.

„JUS IN RES, i. e. proprietatem & dominium „iisdem modis sibi acquirunt, quibus alii privati,

„Sed & PERSONA regis privatim OBLIGARI „ex contractu, delicto, & variis causarum figuris „potest.

„Nos ex naturæ rationibus, & ex Romanis legi„bus alibi probavimus regem duplicia habere bona; „publica & privata: duplexque ærarium; publi„cum & privatum, Vid. *l. 2. c.* 6. §. 10. & *jus me*„*um Controv. tit. de jure fisci. q. 4.* Priorum sal„tem administrator est, posteriorum dominus.

„§. 4. Hinc jam apparet alios esse ACTUS RE„GIS QUA REGIS, alios esse ACTUS REGIS QUA „PRIVATI: *Grot. l. 2. c. 14. §. 1. n. 2. §. 2. §. 3.* „*§. 4. §. 5. §. 6. n. 3. §. 11.*

„Actus regis UT REGIS solo naturæ jure regun„tur. *Grot. l. 2. c. 11. §. 5. n. 3. Differt. prooem.* „*XII.* §. *421.* Neque leges civiles hic obtinent *Grot. l. 2. c. 14. §. 5. pr. §. 6. n. 2.* Hi enim actus „considerandi sunt quasi communitas faceret: In

„tales

„tales autem actus ficut leges ab ipsa communitate
„factæ vim nullam haberent, quia communitas
„se ipsa superior non est, ita nec leges regiæ. *Grot.*
„*l. 2. c. 4. §. 12. cap. 14. §. 1. §. 2. n. 2. Bodin. l.*
„*1. c. 8. p. m.* 145.

„§. 5. Actus REGIS PRIVATI non sunt consi-
„derandi ut actus communitatis, sed ut actus par-
„tis: *Grot. d. c.* 14. *§. 2. n. 2.* qui a rege sed ut
„quovis alio fiunt. *d. c.* 14. *§. 6. n. 2.*

„In his igitur actibus indubie omnia jura privata
„obtinent quæ *ratio naturalis* inter membra ejus-
„dem civitatis constituit; adeoque omnia jura
„quæ cuique privato ex *statu hominum*, ex *jure*
„*rerum*, & *ex obligatione personæ* naturali jure pro-
„pria & quæsita sunt, & regi competunt, & con-
„tra regem obtinent. *Bodin. de republ. l.* 1. *c. 8.*
„*p. m.* 134. 153. 155. *seq.*

„§. 6. Sed id quæritur, *An leges mere civiles*
„*in actibus regis NB. privatis obtineant?* i. e.
„*An rex quoad jura privata ex legibus civilibus ob-*
„*ligetur?*

„Negat hanc quæstionem Vasquius *L. 2. c.* 51. &
„magis Bodinus *L. 1. c. 8. pag.* 134. 150. *seq.* Qui
„regem nunquam, nec majorum nec suis legibus
„obligari statuit, quia nemo in se ipsum impe-
„rium habet; *L.* 13. *§. 4. ad sc. Treb.* & nemo se
„ipsum cogere potest; *ibid.* & *l. 3. §. 3. l. 4. Re-*
„*cept. arb.* superior enim vel par non est; *dd. lg.*
„Nemo igitur fungi potest officio cogentis & coa-
„cti. *L.* 13. *§. 4. ad st. Treb.* Hinc regula est nul-
„lam obligationem consistere posse quæ a volun-
„tate promittentis statum capit. *L. 46. l.* 108. *§.*
„1. *Verb. obl.*

„Accedere videtur authoritas legum civilium,
„Severus enim & Antoninus sæpissime rescripse-
„runt se legibus solutos esse, etsi legibus vivant.
„*§. f. Inst. quib. mod. test. inf.* Theodosius & Va-
„lent. dignam vocem esse, ajunt, dignitate reg-
„nantis, legibus se allegatum profiteri. *l. 4. c. Le-*
„*gib.* adeoque solutos se legibus asserunt, & spon-
„te se illis alligatos profitentur, Conf. *l. 3. de*
„*testam. l. 23. ff. legat. 3. Goth. ad l. 4. C. ad l.*
„*Falc. & Nov.* 105. *c. 2. §. 4.*

„Sed & idem Bodinus præjudicium affert Curiæ
„Parisiensis, quæ anno 1782. in causa Philippi II.
„regis, qui agrum Guinarum emit, & quem pro-
„ximi jure gentili redimere cupiebant, hos ideo
„a redemtione removit, *quod princeps legibus ci-*
„*vilibus non teneatur. d. l.* 1. *c. 8. pag.* 158.

„Denique Puffendorfius. *de J. N. l. 8. c.* 10.
„aliam rationem affert, quod princeps, eo ipso
„dum contrahit, actum illum a legibus civilibus
„exemisse videatur:

„At his non obstantibus tuto asserimus leges
„mere civiles omnino in ACTIBUS REGUM PRIVA-
„TIS obtinere: Cum enim rex hactenus ut priva-
„tus, & ut membrum civitatis agat, necessario sequi-
„tur, actus ejus legibus civitatis active & passive
„subesse, i. e. eum jure privatorum uti: *Grot. l.*
„*2. c.* 12. *§. 3. c.* 14. *§. 2. n. 2. §. 5. §. 6. n.* 1. *&*
„*2.* Actusque eos eo animo factos censeri, ut
„communem legum regulam sequantur, & regem
„sub ea conditione contrahere videri. *Grot. l. 2.*
„*c.* 14. *§. 2. n. 2.* Atque hoc adeo verum est, ut
„rex non tantum conveniri ex illis legibus cum
„effectu possit, sed & nullum sit quicquid contra
„leges civiles agit. *l. 5. C. Legib.*

„Imo Grotius in hoc actuum genere tantum
„abesse ait, ut communes regni leges nullam vim
„habeant, ut etiam leges oppidi, ubi rex habitat,
„in illis valere statuat: *d. c.* 14. *§.* 5. quia speciali
„ratione rex ibi se habet ut illius cœtus membrum:
„*Grot. ibid.*

„Quod vero rex ex legibus quoque civilibus
„agere, & beneficiis ac privilegiis, aliis privatis
„concessis, uti possit, omni dubio caret. Cum
„enim jura civilia contra regem obtineant, nulla
„ratio dari potest, cur non obtinere debeant si de
„ejus favore agitur: In omnibus enim actibus pri-
„vatis rex privatus est, & privatorum jure utitur.

„Rationes adversariorum tanti non sunt ut in
„contrariam nos moveant sententiam. Regula enim
„illa quod nemo in se ipsum imperium habeat,
„& nemo se ipsum cogere possit, vera est quoad
„executionem, non quod ad obligationem seu
„jus attinet: Sane princeps, qui privatis debet,
„plenissime obligatur ad reparationem, at cogi ne-
„quit. *Vid. §. seq.*

„Legibus Romanis statutum erat ut Imperato-
„res, qua privati, soluti essent legibus, adeoque pu-
„blica lege constabat imperatores ad formam &
„solennitates legum civilium obligatos non fuisse:
„Si proinde civis cum imperatore contrahit, con-
„ditionis ejus gnarus, eo ipso consentit, ut nego-
„tia ex solis naturæ regulis dijudicentur: Adeoque
„hactenus verum est virtutis non juris fuisse, si im-
„peratores legibus civilibus se alligatos profiteban-
„tur: Ipse Augustus, qui legibus solutus erat, largitio-
„nem uxori Liviæ facturus, veniam legis Voco-
„niæ a Senatu petiit. *Bodin. d. l. pag.* 158. Quod
„ad præjudicium Bodini attinet, illud nihil pro-
„bat, quia contraria præjudicia apud eundem Bo-
„dinum exstant. Refert enim Carolum VII. con-
„demnatum fuisse ut sylvam urbi proximam in Pa-
„risiorum usum cederet: *L. 1. c. 8. pag.* 164. Sed
„& porro rex Franciæ anno 1266. ex hortis deli-
„ciarum Curioni decimam exsolvere damnatus
„est judicio curiæ Parisiensis. *Bod. d. l. p.* 163.
„& cum beneficium restitutionis amplecteretur,
„quod procurator fisci vadimonium deseruisset,
„rejectus est. *ibid.* Sane Philippus Valesius in testa-
„mento expresse derogavit legibus patriæ: *ibid. pag.*
„157. & cum uxori pecuniam aut prædia privata
„contra leges largiretur, pariter addidit, se legibus
„patriæ derogare. *ibid.* Adeoque non valuissent illi
„actus, nisi declarasset se nolle in actibus his leges
„civiles valere: Quod jure nolle potest, quia in
„arbitrio regis est leges civiles pro lubito mutare
„& tollere.

„Fallit autem quam maxime ratio Puffendor-
„fii: nam e contrario rex qui ut privatus contra-
„hit, ea lege contraxisse videtur ut leges civiles
„obtineant, quemadmodum recte observavit Gro-
„tius *l. 2 c.* 14. *§. 2. n. 2.*

„§. 7. Sed & ipse Grotius dissentit *quoad leges*
„*poenales: L. 2. c. 4. §.* 12. *c. 7. §.* 11. *n. 2. c.*
„11. *§. 5. n. 3. c.* 14. *§. 2. n.* 2. Rationem hanc

„affert, *quia punitio & coactio non procedunt nisi*
„*a voluntatibus diversis, adeoque cogens & coa-*
„*ctum requirere distinctas personas, neque suffice-*
„*re distinctos respectus:* Verum in legibus poe-
„nalibus duo sunt: 1) *obligatio* quæ ex lege oritur,
„2) legis *executio:* Rex qua privatus plenissime
„*obligatur* legibus poenalibus, quia in actibus pri-
„vatis privatorum jure utitur: At si nolit parere
„legibus, non deficit obligatio legis sed ejus exe-
„cutio, idque injuria regis; Adeoque non magis
„obligatio regis ob defectum executionis tollitur
„quam si subditus vel per fugam, vel vi sese exe-
„cutioni eximit. Præterea notandum est, re-
„gem de poenis civilibus dispensare, & reis gra-
„tiam facere posse; cum igitur id in aliis liceat, ipse
„quoque sibi gratiam facere poterit:

„§. 8. His ita præmissis speciatim in sequenti-
„bus capitibus examinabimus, quatenus leges civi-
„les circa ACTUS REGIS PRIVATOS in unoquo-
„que objecto juris obtineant.

CAPUT II.

DE ACTIBUS REGIS PRIVATIS CIRCA STATUM HOMINUM:

„§. 9. Prima circa STATUM LIBERTATIS oc-
„currit quæstio, *An princeps captus ab hoste ser-*
„*vus fiat? &c.* Equidem captos, quamdiu in po-
„testate hostium sunt, ab hoste pro servis haberi,
„extra dubium est, adeoque negari nequit etiam
„principem captum alieno dominio subjici, i. e
„ex judicio hostis, qui injuriam sibi factam esse
„asserit, servum fieri. *Grot. l. 3. c. 11. §. 7.* Neque
„de eo quæritur.

„Sed id quæritur, *an captus ex judicio nostræ*
„*civitatis servus fiat, adeo, ut nec reversus jura*
„*pristina recipiat?* Equidem *jure naturæ* civis no-
„ster, ab hoste captus, ex judicio civitatis nostræ
„injuria captus censetur, *l. 19. pr. Capt. & postl.*
„*Nov. Leon.* adeoque omnia suæ civitatis jura sal-
„va & integra retinet, ad eum effectum, ut etiam
„durante captivitate de rebus suis prolubitu dispo-
„nere possit, &, si revertitur, ipso jure pristina
„jura recipiat. At *jure Romano veteri* tantus fuit
„circa captos rigor, tantumque in eos odium, ut
„etiam in Romana civitate pro servis & pro civi-
„liter mortuis habiti fuerint: Adeo ut nec reversi
„antiqua jura receperint. *Vid infra l. 3. c. 9.* §. 10.

„Lex Cornelia hunc rigorem mitigavit, &
„captis ac reversis pristina jura restituit, sed per
„modum fictionis. Fingit enim lex illa civem
„vel ab initio mortuum, vel, si revertitur, nun-
„quam captum adeoque nunquam servum fuisse:
„*Vid. l. 3. c. 9. §. 11.* At remanebat illa iniquitas,
„quod omnes captorum actus, quos ut servi per-
„fecerunt, irriti manserint, adeoque nec matri-
„monia medio tempore contracta, nec dispositio-
„nes durante captivitate factæ, vim juris habuerint.

„De hoc igitur jure postliminii, lege Cornelia
„constituto, quæritur an illud locum habeat in
„actibus principis captivi privatis? Quod omnino
„affirmamus. Cum enim lege Cornelia in omni-
„bus civibus statutum sit ut capti non nisi jure
„postliminii pristina recipiant jura, id quo minus
„quoque in rege, ejusque ACTIBUS PRIVATIS ob-
„tineat, nullam video dubitandi rationem: posi-
„ta igitur lege Cornelia, ejusque usu, certum est
„Regem captum, quamdiu in captivitate est, non
„posse de rebus suis privatis disponere, contra-
„here, matrimonium inire, testamentum condere
„&c. Sed omnes hos actus irritos esse, nec valere
„etsi reversus fuerit.

„Præterea, cum jure Romano arma, vestia,
„omnesque res voluptariæ &c. jure postliminii non
„recipiantur, id quoque jus in rebus regis privatis
„obtinere debet.

„Hodie quæstio illa inanis est, quia jus postli-
„minii cessat, & jus naturæ etiam in privatis re-
„ductum est. *Vid. l. 3. c. 9. §. 1.*

„§. 10. Porro illæ quoque leges civiles, quæ ad
„STATUM FAMILIÆ pertinent, & in rege qua
„privato, & contra eum obtinent.

„Hinc (1) jure Romano regi in liberos com-
„petit dominium Quiritarium i. e. patria potestas ci-
„vilis: Vi hujus potestatis civilis, REX QUA PATER,
„potest liberis suis pupillariter substituere, testamen-
„tu eis tutorem dare, eos ex justa causa exhæredare:
„Præterea jus aliquud in peculia filii habet.

„(2) Leges civiles, quæ circa statum familiæ
„ob utilitatem publicam aliquid præter naturam
„statuunt, etiam regem obligant in actibus pri-
„vatis: hinc quæ circa sponsalia, nuptias, dotem
„divortium, tutelam &c. constituta sunt legibus
„patriæ, religiose observari debent a rege: His
„consequentur pater liberis hæreditatem adimere,
„i. e. eos exhæredare non nisi ex causis Nov. 115.
„expressis potest; fundum dotalem alienare ne-
„quit, neque a tutela se excusare potest nisi ex
„causis jure probatis.

„(3) Econtrario REX QUA FILIUS est in potestate
„patris sui privati, indeque omnia jura quæ lege
„civili patri in liberos concessa sunt, ei etiam in
„filium regem competunt; Talis igitur pater pri-
„vatus itidem filio regi pupillariter substituere,
„testamento tutorem ei dare, eumque ex justis
„causis ex hæredare potest: ac jus quoque in pe-
„culia filii habet.

„(4) Quæritur an consensus patris sit necessa-
„rius ad nuptias Regis qui in potestate patria pri-
„vati est? Affirmatur quoad jura privata: Non
„enim potest patri invito suus hæres obtrudi,
„adeoque liberi quoad effectum successionis, ju-
„riumque familiæ privatorum, pro liberis jure non
„habentur.

„Porro & (5) quæritur, an rex plures simul
„uxores ducere possit? Equidem jure naturali
„nulla prohibitio apparet, at quia legibus civili-
„bus polygamus peccat in leges civiles, adeoque
„quoad jura privata (nam quod ad jura publica atti-
„net, princeps sola lege naturæ tenetur, eoque matri-
„monium valet) matrimonium secundum illici-
„tum est, adeoque nec jura matrimonii quoad
„effectus civiles obtinent, liberi non succedunt,
„nec jura legitimorum liberorum habent.

„§. 11. REX QUA MARITUS omnia jura in uxo-
„rem acquirit quæ & ratio naturalis, & lex civi-
„lis cuique privato conceduntur, hinc si uxor adul-
„terii

„terii rea est, Rex dissoluto matrimonio dotem
„lucratur &c.

„Sed & econtrario, si Rex maritus adulterium
„committit, uxor recte agit ad dissolvendum
„matrimonium, & lucratur donationem propter
„nuptias. *Laut. comp. pag.* 690.

„Idem quoque obtinet in *Regina* quæ privato
„nupsit: Si enim maritus fidem conjugalem vio-
„lat, agere ad dissolvendum matrimonium potest
„& donationem propter nuptias lucratur. Econ-
„trario si ipsa adulterium committit maritus ad
„dissolvendum conjugium agit, & dos ejus lucro
„cedit: sed & privatus ille maritus castigare uxo-
„rem, imo ad separationem quoad thorum &
„mensam ex justa causa agere potest.

„Cæterum rex, qua maritus, fundum dotalem re-
„ginæ alienare nequit. *tot. tit. de fund. dot.* intercessio
„reginæ pro marito nulla est. *Laut. tit. ad Sctum*
„*Velley. &c.* Sed & pœnæ secundarum nuptiarum
„tam in rege quam in regina locum habent, de
„quibus *vide jus meum controversum tit. de*
„*nupt. qu.* 10.

„§. 12. Rex, qua agnatus, suscipere tutelam
„agnatorum tenetur in bonis privatis, nec excu-
„sare se potest nisi ex causis lege probatis: Imo tan-
„quam suspectus removeri potest: sed & rex juxta
„ordinem legum civilium agnatis suis succedit;
„at privatur successione si necem regis antecesso-
„ris non vindicat.

„Idem agnati regi quoque vicissim succedunt
„in bonis privatis juxta leges patriæ; tutores sunt
„legitimi regis pupilli. &c.

„§. 13. Denique alia circa personas constituta
„sunt jura, quæ in regibus eorumque actibus pri-
„vatis consideranda veniunt: Ita enim Rex quoad
„jura privata non fit pubes nisi impletis 14 annis:
„(etsi forte ante illud tempus & judicium plenum
„habeat, & indicia pubertatis adsint) nec pro ma-
„jore habetur nisi post annum 14.

„Sed & differentia inter pubertatis & infantiæ
„proximos hic obtinet: Perpetua enim hic va-
„let ratio, quod Rex in actibus privatis sit pri-
„vatus, & privatorum jure utatur.

Caput III.

De actibus regis privatis circa jus rerum.

„§. 14. Distinctionis inter *actus regis qua re-*
„*gis*, & inter *actus regis qua privati*, insignis usus
„est in secundo objecto juris, nimirum circa jura
„rerum.

„§. 15. Quæritur nimirum, an jura legibus ci-
„vilibus circa jura in re statuta etiam ad reges
„pertineant, & illi formam legum civilium sequi
„teneatur? Quod omnino affirmandum est, si
„rex ut privatus agit, quia Rex in omnibus
„actibus privatis privatorum jure utitur. *Vid.* §. 6.

„§. 16. Hinc (1) quæritur an Rex dominium
„acquirere pacto, & citra traditionem possit?
„Resp. In illis casibus quibus jure civili domini-
„um acquiritur citra traditionem, rex eodem iure
„uti potest: extra illos casus nunquam, quia
„& jure naturæ & jure civili dominium non nisi
„accedente traditione transfertur.

„§. 17. Quæritur (2) An rex per usucapionem
„& præscriptionem, dominium acquirat & amit-
„tat? Utrumque affirmamus de rebus privatis,
„modo requisita usucapionis & præscriptionis ad-
„sint: Si proinde in usucapione deficit bona fi-
„des, vel justus titulus, vel longum tempus, ea
„regi nec prodesse nec nocere potest.

„§. 18. Quæritur (3) an rex de rebus privatis
„mortis causa donare, vel ex tali donatione ac-
„quirere possit? Utrumque affirmamus; modo
„solennitates lege præscriptæ sint adhibitæ, quibus
„deficientibus donatio nulla est.

„§. 19. Quæritur (4) an princeps testamentum
„condere, vel ex testamento privati aliquid capere
„possit? Utrumque affirmatur: etsi enim testa-
„menta sint inventum juris civilis, tamen ex præ-
„cedentibus apparet jura civilia quoque obtinere
„in actibus regis privatis, i. e. si de jure ejus pri-
„vato agitur: Adeo ut omnia jura testamenti
„& in favorem regis & contra eum valeant.

„§. 20. Quod de testamentaria dispositione dixi-
„mus, tunc demum verum est si solennitates testa-
„menti adsunt, illis enim deficientibus dispositio
„regis de rebus privatis nulla est.

„Hinc (1) non valet testamentum si 7 testes,
„reliquæve solennitates extrinsecæ, adhibitæ non
„fuerint. *B. Par. in disp. de test. princ. part.* 2.
„*§. 5.* Vid. *Dd. apud Muller. ad Struv. Exerc.* 32.
„§. *9. lit. b. Eyben. de test. princ. tit.* 2. *n.* 2. Quic-
„quid dissentiat ipse Mullerus *d. l. & Dd. ibidem:*
„qui testamentum Caroli Austriaci, etsi te-
„stibus destitutum, validum judicatum fuisse te-
„statur. *Conf. Mylerus de stat. imp. c.* 26. §. 5.

„Sed & (2) non valet testamentum si intrin-
„secæ solennitates deficiunt: Uti si hæres in te-
„stamento nullus institutus est. Vel

„(3) Si liberi præteriti sunt: Si instituti sed
„in legitima læsi sunt, inofficiosi querela, vel ad
„supplementum agere possunt.

„(4) Non valet testamentum regis si pro
„parte testatus pro parte intestatus decedit: Ade-
„oque

„(5) Ex imperfecto testamento regis nemo
„agere, neque rex ex imperfecto testamento ali-
„quid capere potest. *Dd. apud Muller. d. l. Grot.*
„*l.* 2 *c.* 7. §. *6. n.* 2.

„Sed & (6) nullum est testamentum a rege con-
„fectum qui non implevit annum decimum quartum,
„etsi plenissimum habeat judicium: *§. 1. Inst. quib.*
„*non est perm. junct. §. 5. Inst. test. ord.* (7) nec
„si captus apud hostes id fecerit: *l. 8. pr. Qui*
„*test. fac. § 5. Inst. test. ord. Vid. supr.* §. nec (8)
„si rex qua filius disponit de peculio adventitio
„sine consensu patris, ut ut privati *l. 6. l. 3. Qui*
„*test. fac.* nec (9) si Rex instituit hæredes legi-
„bus civilibus institui prohibitos. *Laut. pag.* 489.
„(10) Testamentum etiam regis rumpitur sui hæ-
„redis agnatione: Denique & (11) valet testamen-
„tum regis in expeditione factum ut testamen-
„tum militare &c.

„Cæterum (12) rex liberis suis, imo pater pri-
„vatus regi, pupillariter in testamento substituere

„potest & (13) beneficia deliberandi & inventarii in testamentu regis obtinent.

„§. 21. Præter dominium jure naturali alia JURA IN RE cognita non sunt, & omnes illæ species quæ jure Romano eo referuntur, originem ducunt ex jure civili.

„De his igitur juribus quæritur, si rex servitutem, pignus, emphyteusin, superficiem, feudum &c. constituit, vel si tale jus ei constituitur, an eo ipso JUS IN RE constituatur? Equidem jure naturæ ex ejusmodi dispositione tantum personam constituentis obligari, & in alterum nullum jus in rem ipsam transferri, alibi demonstravimus: At quia rex in actibus privatis jure privatorum utitur, omnino ex his juribus actiones reales & ipsi & contra eum dantur.

„Quod itidem demum verum est si forma legibus civilibus præscripta observatur. Adeoque „(1) Rex servitutem realem non rite constituit, nec talis ei constituitur, si prædium vicinum, & causa perpetua non est.

„(2) Similiter Rex verum usumfructum non constituit, nec ei constituitur, si usus a substantia rei separari nequit.

„(3) Pariter quasi usumfructum rex nec constituit, nec ei constituitur, si id agitur ut res in specie restituatur: Nam æstimatio restitui, & ideo caveri debet.

„(4) Sed & Rex pignus non constituit, nec ei constituitur, in rebus quæ lege civili pignori dari prohibentur.

CAPUT IV.

DE ACTIBUS REGIS PRIVATIS CIRCA OBLIGATIONES PERSONÆ.

„§. 22. In tertio objecto juris, scl. IN OBLIGATIONIBUS PERSONÆ, nimirum in pactis & contractibus, in delictis, & in variis causarum figuris, distinctio inter *actus regis, qua regis*, & inter *actus regis qua privati*, summam utilitatem habet.

„§. 23. Sane circa PROMISSA REGUM peculiares suboriri quæstiones bene observavit Grotius *L. 2. c.* 14. *§. 1.* Principii loco tenendum est: Regem *si ut rex promittit* solo jure naturæ obligari. *Grot. l. 2. c. 4. §. 1. cap. 11. §. 5. n. 3. cap. 14. §. 1. n. 2. §. 5. §. 6. n. 2.* Vid. *Vasq. contr. ill. l. 2. c. 51. n. 28. & 34.* Neque leges civiles in his actibus ullum effectum habere.

„At aliud dicendum de *actibus regis privatis*, si rex ut privatus disponit. Hi enim actus subjacent legibus civilibus: cujus rationem exposuimus supra §. 6.

„§. 24. His præmissis, in genere dicimus, quicquid lege civili etiam contra naturæ rationem statutum est, & in rege & contra regem obtinere, quoties de jure suo privato disponit. Adeo, ut omnis dispositio legibus civilibus contraria, ipso jure nulla sit. *l. 5. C. Legib.*

„Si proinde I. jus civile ex negotio naturali jure invalido obligationem oriri voluit, etiam rex inde obligatur.

„II. Si negotium jure naturæ validum legibus civilibus infirmatur, nec regi actio inde datur.

„III. Si negotium jure naturæ & civili validum ob justam causam rescinditur, etiam contra regem restitutio in integrum locum habet.

„IV. Si actio jure civili valida exceptione perpetua eliditur, id quoque contra regem obtinet.

„V. Si legibus civilibus certa forma negotiis præscripta est, ea deficiente, etiam actus regis privati nulli sunt.

„VI. Denique omnia jura, beneficia, & privilegia, quæ privatis lege civili concessa sunt, etiam regi competunt.

„Singula hæc capita exemplis nunc demonstrabimus.

„§. 25. Diximus PRIMO regem obligari ex negotio quod solo jure civili obligationem producit.

„Hinc (a) Rex ex sua pollicitatione tenetur si reipublicæ vel piæ causæ aliquid promittit, *Grot. l. 2. c. 11. §. 3. cap. 14. §. 6. n. 1. Conf. Diss. proem. XII. §. 421. & infra in not. ad §. 5.* (b) Rex noxali actione conveniri potest si servus vel animal ejus præter culpam damnum dant. *tot. tit. Nox. act.* Vid. *dict. differt. proem. XII. §. 586.* (c) Si jure civili novum jus constitutum, & nomen additum non est, condictio ex lege etiam contra regem datur. *Tot. tit. ff. Condict. ex lege.* (d) Si actus jure reprobatus ex dispositione juris civilis convalescit accedente juramento, is etiam contra regem valet. *Grot. l. 2, c. 14. §. 1. n. 2.*

„§. 26. Diximus SECUNDO negotium jure naturæ validum aliquando infirmari jure civili; Eoque casu nec regi ex tali negotio actionem dari.

„Princeps igitur (*a*) nullam actionem habuit jure Romano, si absque causa ei promittebatur. *Grot. l. 2. c. 11. §. 1. n. 3 cap. 14. §. 4. n. 5.* (*b*) Quod per ludum fortunæ perditur, ejus nulla regi datur exactio, *tot. tit. ff. de aleatoribus.* (*c*) Quoties rex contra leges civiles aliquid promittit, id ipso jure nullum est. *L. 5. C. legibus.*

„§. 27. Diximus TERTIO, aliquando rescindi negotium & jure naturæ & jure civili validum: Atque hæ leges civiles etiam contra regem valent.

„Hinc si rex vi, metu, dolo &c. alium ad contrahendum inducit; si eum minore contrahit, qui se læsum ait; si rem suam ultra duplum veri pretii vendit, &c. omnibus his casibus rescinditur negotium, & læsus contra regem in integrum restituitur.

„§. 28. Diximus *quarto* actionem aliquando jure institui posse, sed legibus civilibus eam elidi opposita exceptione perpetua: Hæ exceptiones etiam regi opponi possunt.

„Hinc (a) Principi qui agit ex pacto quod causam non habet, jure prætorio opponi potuit exceptio pacti. *l. 5. l. 7. pr. pact.* (b) Rex qui filio familias pecuniam mutuam dedit, repelli potest exceptione Sctı Macedoniani. *Grot. l. 2. c. 5. §. 6. Conf. Not. ad §. 5. & Diss. proem. XII. §. 421. n. 3.* (c) Si fœmina apud regem pro debitore inter-

„intercedit, regi contra fœminam agenti opponi potest exceptio Sc̃ti Velleiani,

„§. 29. Diximus QUINTO jus civile sæpius formam præscribere negotiis, neque illa valere voluisse nisi adhibitis certis solennibus: His igitur neglectis negotium nullum est, etiam intuitu regis, quod supra, § 15. jam observavimus.

„Hinc (a) non valet emtio venditio si rex non pecuniam, sed aliam rem promutit: Grot. l. 2. c. 14. §. 5. nec (b) locatio conductio ooo expressa mercede: *ibid.* (c) nec mandatum quod oon gratis suscipitur: nec (d) stipulatio si causa non præcessit, aut verba non interveniunt. &c. Dissentit Vasquius *L. 1. qu. ill.* 51.

„Neque admittimus exceptionem Grotii, quod rex non teneatur adhibere has solennitas, si ex circumstantiis appareat ei placuisse hunc actum ab illis legibus immunem facere: *l. 2. c. 14. §. 2. n. 2. & §. 5.* Equidem facile concedimus, id tum locum habere si lege publica declaratur Principem solvi legibus velle, vel si rex contrahens id in speciali illo actu declarat: quia leges civiles mutare, adeoque suos actus eis eximere potest. *Vid. §. 6.* At si nihil declaravit, & jus aliis ex negotio illo quæsitum est, id ex conjecturis auferri illis nequit. Hinc conceptis verbis id declarari debere ait Bodinus. *l. 1. c. 8. p. m.* 136.

„Quæritur an rex injuria judicis condemnatus, solvere id quod judicatum est teneatur? Affirmatur: quia hæc sententia non tantum civili jure, sed & lege naturæ valet, partes enim litigantes in judicium compromiserunt: Adeoque rex, si solvit, condicere solutum tanquam indebitum nequit. *Vid. jus meum contr. tit. de Cond. indeb. q.* 11.

„§. 30. Diximus SEXTO Regi qua privato omnia jura & beneficia, legibus civilibus civibus indulta, competere: vid. supra §. 6. Adeoque si (a) sine causa promittit, nulla contra eum actio datur: quod (b) per lusum perdit exigi ab eo nequit: (c) Si quid contrarium legibus Civilibus promittit id ipso jure nullum est. (d) Si vi, dolo, metu, inducitur ad contrahendum, si ultra duplum veri pretii læditur, &c. rex ad rescindendum negotium agere potest. *Bodinus de Rep. l. 1. c. 8. p. m.* 135. (ubi male id ad actus quoque regios extendit *Vid. Grot. c. 14. §. 1.*)

„(e) Quær. an Rex minor, si contraxit ob lubricum ætatis restitutionem impetrare possit? quod omnino affirmamus, quia in actibus privatis privatorum jure utitur. Dissentit Bodinus *d. c. 8. §. 163.* quia reges nunquam sunt minores: verum hæc ratio valet in actibus regiis, at non in actibus regis privatis, ubi privatus est.

„(f) Si Rex, qui io potestate patria est, pecuniam mutuam accepit, eludere actionem potest exceptione Sc̃ti Macedoniani. (g) Si forma lege præscripta, vel solennitates jure statutæ deficiunt in negotio cum rege contracto, rex inde conveniri nequit: adeoque non valet emtio sine certo pretio, nec locatio sine mercede, nec stipulatio sine causa & verbis &c.

„(h) Si Rex stipulatus est ultra usuras quincunces, exceptionem usurariæ pravitatis opponere creditori potest, si UT PRIVATUS stipulatus est: *Grot. l. 2. c. 14. §. 2. n. 2.* Secus si UT REX: Hinc pessime Philippus II. Hispaniæ rex creditoribus suis decoxit & an. 1596. novas cum iis tabulas fecit. *Demetr. l. 18. pag. 754. Gron. in not. ad c. 14. §. 2.*

„§. 31. In materia QUASI CONTRACTUUM usus quoque esse potest diversi respectus in persona regis: Nam *ut privatus* condictione furti, condictione ex lege civili, condictione ex causa civiliter turpi vel injusta agere & conveniri potest, non vero si *ut rex consideratur.*

„§. 32. Major difficultas est circa DELICTA & POENAS. Quæri enim solet an leges pœnales quoque, si Civiles sunt, contra Principem locum habeant? Grotius aliique id negant, *Vid. supr. §. 6.* nos affirmamus: Cum enim regula generalis sit, quod rex in actibus privatis privatus sit, & privatorum jure utatur, nulla ratio dari potest cur non in delictis idem obtineat. Delinquit enim non qua rex, sed qua privatus. Sane (2) defectus executionis seu exactionis noo impedit obligationem, nec eam minuit sed potius auget: quia non tantum injuriam facit, sed & reparationem negat. Negari (3) nequit Principem qui homicidium committit, talionem, i. e. mortis pœnam debere; utpote quæ naturali jure determinata est; *Vid. Bodin. l. 1. c. 8. §. 152.* adeoque hæc non hominis sed Dei lex est. *ibid.* Hæc obligatio non deficit etsi executio contra regem nulla sit. Idem ergo obtinet in pœnis civilibus. Imo (4) ipse Author fatetur regem in causis, v. g. debiti civilis, legibus civilibus subjici, *Grot. l. 2. c. 14. §. 4. 5.* at nec in his princeps cogi potest, ut idem asserit, *§. 14.* certissimo indicio, defectum coactionis non inuninuere obligationem, & jus agendi. Rex igitur obligatur (5) ex legibus juris Civilis pœnalibus, sed iovitus cogi non potest, non ex impotentia juris, sed facti. Sane (6) in pœnalibus non præcise requiri diversas personas, vel exemplo Caroli V. apparet, qui se ipsum, qua ducem Austræ, sub pœna in judicium vocavit. *Tesm. ad Grot. l. 2. c. 14. §. 2. lit. i.* Adeoque idem hic est cogens & coactus.

„Cæterum doctrinam Grotii, quod Rex jure naturæ ob injurias privatas a quocunque privato puniri possit, & quod jure gentium demum id mutatum sit, refutavimus supra. *l. 1. c. 4. § 2. usque. ad § 7.*

„Sed & supra diximus, Regem circa pœnas Civiles dispensare, atque adeo sibi quoque gratiam facere posse.

„Denique facile concedimus, neminem privatum legem pœnalem contra Principem allegaturum, aut executionem pœnæ rogaturum esse: At non quærimus quid fieri ob metum soleat, sed quid jure fieri possit.

„Hinc (1) pœna usurariæ pravitatis in regem quoque statui potest. (2) Præscriptio, quæ est pœna negligentiæ, regi quoque opponi potest. *Vid. Grot. l. 2. c. 4. §. 12. ibique not.* (3) Si rex ultra duplum veri pretii ab alio accepit, rescinditur contractus. *Grot. l. 2. c. 14. §. 1. n. 1. & not. ad §. 2. lit. 2. & ad §. 5.* (4) Si ex turpi causa aliquid

Nam in regiis actibus quæ rex facit [u] eo loco habenda sunt quasi communitas faceret: [v] in tales autem actus sicut leges ab ipsa communitate factæ vim nullam haberent, quia communitas se ipsa superior non est, [w]) ita nec leges regiæ. [x]) Quare adversus hos contractus restitutio locum non habebit: [y]) venit enim illa ex jure civili. [z]) Non admittenda igitur exceptio regum adversus contractus quos minores fecissent.

§. II.

„accepit, id amittit & fisco cedit. *Laur. Comp.* „*tit. de Cond.ex turpi Cauf.*

„§. 33. Denique ex *quasi delicto Civili* quoque „rex obligatur: Si nimirum legibus civilibus cul„pa quædam personæ imputatur, quæ natura cul„pa non est. Atque huc pertinent actiones no„xales, *Vid. differt. proœm. XII. §. 585* quæ proinde „æque contra regem dantur si actus est privatus, „non si rex ut rex consideratur.

„u) (EO LOCO HABENDA SUNT QUASI COM„MUNITAS FACERET:) Rex enim jure commu„nitatis i. e. jure populi, qui omne jus suum „in principem transtulit, leges condit.

„v) (IN TALES AUTEM ACTUS SICUT LEGES „AB IPSA COMMUNITATE FACTÆ VIM NUL„LAM HABERENT:) Falsam hanc rationem & me„ram cavillationem esse ait *Gron. h.* Nam commu„nitatem, quas leges posuit singulis, posuisse & sibi, „indeque regem teneri putat legibus a se se factis, „&, quam dio constant, eas agnoscere superiores. „At cum Grotius hic agat de actibus regiis, i. e. „de actibus summæ potestatis, hi actus non sub„sunt legibus, quas summa potestas præscribit sal„tem actibus privatis: Sane summa potestas sibi ipsi, „qua summæ potestati, legem præscribere nequit, „alius debet esse qui imperat, alius qui paret; sane „nulla est obligatio quæ in arbitrium confertur.

„Tota hæc ratio cessat, si rex non ut rex, sed „ut privatus de juribus suis privatis disponit, tunc „enim certo respectu ipse est privatus, superio„rem habet, cujus legibus obligatur. Idque fa„teri, quio gloriæ sibi esse volunt, legibus se alli„gatum profiteri. *§. f. Quid mod. test. Vid. Tesm.* „*h. c. §. 2. lit. g.*

„w) (ITA NEC LEGES REGIÆ:) Rex enim „jure communitatis seu populi utitur.

„x) (QUARE ADVERSUS HOS CONTRACTUS „RESTITUTIO IN INTEGRUM LOCUM NON HA„BET,) ad eum effectum ut rescindatur nego„tium.

„y) (VENIT ENIM ILLA EX IURE CIVILI:) „ex quo reges non tenentur: Equidem Gronovius „h. existimat, regis conditionem duriorem fieri „quam privatorum, præsertim in illis rebus in qui„bus fraus, metus, dolus multo damnosior est „quam in rebus privatorum: Idem sentiunt Zigler „& Osiander in not. h. Puffendorfius non opus „esse restitutione putat, sed regem pacto suo inesse „aliquod vitium deprehendentem, per se ipsum al„teri declarare posse, se ex illo vitioso pacto nolle „teneri. Neque necessum esse relaxationem im„petrare obligationis, quæ natura nulla est. *L. 8.* „*c. 10. §. 2.*

„Sed viri doctissimi nec mentem Grotii nec „rationem juris intellexerunt. Res ita se habet.

„Rex, si UT REX justo bello cogitur ad aliquid „promittendum, restitutionem petere, & ad re„scindendum promissum agere nequit, quia vis bel„lica inter duas summas potestates nunquam inju„sta est, quod & de dolo verum esse probabimus „infra *l. 3. c. 1. §. 6. seq.*

„Sed & si REX minor UT REX contrahit, vel „ultra dimidium læditur, non potest provocare ad „restitutionem ob lubricum ætatis, aut ob læsio„nem enormem. Utraque enim jure naturæ (quo „solo reges qua reges tenentur) cognita non est.

„Si REX UT REX extra justum bellum, vi, metu, „vel dolo inducitur ad contrahendum, subsistit ne„gotium, neque rescindi mediante restitutione „potest, quia restitutiones sunt beneficia juris civilis: „quiquid dissentiat Bodinus apud Grot. h. c. 14. §. „1. At id non impedit quo minus rea, qui vim in„justam passus, vel dolo alterius deceptus est, ad „id quod interest agere possit: Quod fit non per „rescissionem negotii; id enim jure civili demum „statutum est, sed separata actione: Unde omnis „iniquitas, quam Gronovius metuebat, cessat; nec „admitti potest quod asserit, restitutiones origine „esse juris naturalis.

„Omnia hæc secus se habent in actibus REGIS „PRIVATIS, de quibus mox.

„Si legibus fundamentalibus certa ætas con„stituta sit, & rex antequam illam ætatem attingit „contrahat, quæritur an subsistat negotium? Nega„tur: nam lege publica administratio ei adempta est, „adeoque disponere de juribus publicis nequit: fru„stra igitur hic de restitutione quæritur, cum actus „ipso jure nullus sit. *Vid. Tesm. h.*

„z) (NON ADMITTENDA IGITUR EXCEPTIO „REGUM ADVERSUS CONTRACTUS QUOS MINORES „FECISSENT:) Quia minores contrahere jure na„turæ licite possunt, & quod ob lubricum ætatis „restitutio detur, id a jure civili est. Ex eadem ra„tione Rex in actibus regiis non potest opponere „exceptionem SCti Macedoniani, læsionis ultra „dimidium &c. nec Regina beneficia jure civili „sexui indulta.

[a] §. II.

1. Plane [b] si populus regem fecerit non pleno jure, sed additis legibus, [c] poterunt per eas leges contrarii actus irriti fieri [d] aut omnino, aut ex parte, [e] quia eatenus populus jus sibi servavit. [f] De iis autem actibus regum qui pleno jure regnant, [g] sed regnum non ut proprium possident, [h] quibus regnum [i] aut regni pars [k] aut res fiscales alienantur, [l] egimus supra, & ostendimus [m] hos actus ipso naturæ jure nullos esse [n] ut factos de re aliena.

2. [o] At privati actus regis considerandi sunt, non ut actus communitatis [p] sed ut actus partis, [q] ac proinde facti eo animo, ut communem legum regulam sequantur. Unde etiam leges [r] quæ actus quosdam aut simpliciter, [s] aut si is qui læsus est velit, irritos faciunt, [t] locum & hic habebunt, [u] quasi sub ea conditione contractum foret. [v] Sic videmus reges quosdam adversus foenebre malum sibi con-

a) (AD §. II.) Quid rex agere possit quid non possit, dependet totum a forma imperii: si mixta est forma, nihil agere potest sine consensu omnium: si certis saltem legibus restricta est regis potestas, quicquid contra leges illas statuit, nullum est.

„b) (SI POPULUS REGEM FECERIT NON PLENO „JURE, SED ADDITIS LEGIBUS:) De qua materia „late egimus *L. 1. c. 3. §. 11. 12. seq. §. 16. 17.* „18. & *cap.* 4. §. 8. 12. 13. & 14.

„c) (POTERUNT PER EAS LEGES CONTRARII „ACTUS IRRITI FIERI:) Nam imperium hacte„nus regi delatum non est.

„d) (AUT OMNINO AUT EX PARTE:) Juxta „potestatem quam populus sibi reservavit.

„e) (QUIA EATENUS POPULUS JUS SIBI RE„SERVAVIT:) Adeoque intuitu regis jus imperii, „eoque & facultas disponendi hactenus deficit.

„f) (DE IIS AUTEM ACTIBUS REGUM QUI „PLENO JURE REGNANT:) i. e. Quorum potestas „nullis legibus restricta est.

„g) (SED REGNUM NON UT PROPRIUM POSSI„DENT:) i. e. Jure patrimonii, qualia regna Au„thor vocat patrimonialia.

„h) (QUIBUS REGNUM:) *Vide L. 1. c. 3. §. 13.* „& *l. 2. c. 6. §. 3.*

„i) (AUT REGNI PARS:) *Vid. l. 2. c. 6. §. 4.* „*5. 6. 7. 8.*

„k) (AUT RES FISCALES ALIENANTUR:) *Vid.* „*l. 2. c. 6. §. 10. seq.*

„l) (EGIMUS SUPRA:) *L. 1. c. 3. §. 12. n. 3* „*4. 5. 6. & c. 4. §. 10. L. 2. c. 6. §. 3. seq. Conf.* „*L. 3. c. 20. §. 5.*

„m) (HOS ACTUS IPSO NATURÆ JURE NUL„LOS ESSE:) Rationes exposuimus allegatis locis.

„n) (ET FACTOS DE RE ALIENA:) Scilicet „de re populi, quod etiam verum esse diximus in „regnis bello quæsitis: In hæc enim regi victori „non plus juris competit quam in regnum a po„pulo delatum: *Vid. L. 1. c. 3. §. 12. lit. b.*

„o) (AT PRIVATI ACTUS CONSIDERANDI SUNT „NON UT ACTUS COMMUNITATIS:) Rex enim „non de jure vel re populi disponit, sed de jure „suo privato.

„p) (SED UT ACTUS PARTIS:) Diximus du„plici jure principem uti: nam ipse quoque pri„vata quædam bona & jura sibi propria habet, „distincta a juribus publicis.

„q) (AC PROINDE FACTI EO ANIMO, UT COM„MUNEM LEGUM REGULAM SEQUANTUR:) Prin„ceps enim quoad jura privata privatus est, adeo„que hactenus subjacet legibus civilibus.

„r) (QUÆ ACTUS QUOSDAM AUT SIMPLICI„TER IRRITOS FACIUNT:) Si forma negotii præ„scripta neglecta fuit.

„s) (AUT SI IS QUI LÆSUS EST VELIT:) „Ut si minor contraxit, ac se ex lubrico ætatis „læsum ait, vel si major enormiter læsus est; hæc „enim negotia subsistunt, & volente læso demum „rescinduntur.

„t) (LOCUM ET HIC HABEBUNT:) i. e. Leges „quæ beneficia quædam, quibus promissa ener„vantur, subditis concedunt, hic quoque obtine„bunt.

„u) (QUASI SUB EA CONDITIONE CONTRACTUM „FORET:) Ut nimirum actus illi communem re„gulam sequerentur.

v) (SIC VIDEMUS REGES QUOSDAM ADVERSUS FOENEBRE MALUM SIBI CONSULUISSE JURIS REMEDIIS:) Hæc juris remedia introducta fuerunt ex communi errore, quod principes existimaverint usuras contrariari juri naturæ & divino, quæ opinio causam dedit ut annui redditus sint introducti, qui tamen effectu nihil aliud sunt quam usuræ. Cæterum videtur Author hic respicere ad exemplum Regis Philippi II. qui hoc prætextu novas

consuluisse juris remediis. [w] Poterit tamen rex ut aliorum ita suos actus his legibus solvere; quod an facere voluerit, [x] ex circumstantiis erit æstimandum [y] Si fecerit, judicanda res erit ex mero jure naturali. Hoc addendum, si quæ lex actum irritum faciat non in favorem agentis [z] sed in pœnam, hanc in regum actibus locum non habituram, ut nec alias leges pœnales, & quicquid vim habet cogendi. Nam punitio & coactio non possunt procedere nisi a voluntatibus diversis: [aa] itaque cogens & coactum requirunt distinctas personas, neque sufficiunt distincti respectus.

§. III.

[a] Juramentum autem Rex irritum reddere [b] antecedenter potest

novas cum creditoribus suis tabulas fecit a.c. 1596. *Demetr. l. 18. p. 754. Grot. Hist. Belg. 5. de Philippo II.*

ADDITIO.

„Ex præcedentibus apparet, distinguendum in „hac quæstione esse, *an* princeps usuras promise„rit ut princeps, *an* ut privatus: *Priori* casu, si „in utilitatem reipublicæ pecuniam mutuam sum„sit, & usuras immodicas promisit, ex promisso „suo tenetur, nec beneficiis legis civilis uti pot„est: *Posteriori* casu, si ad usus privatos pecuni„am accepit, remediis juris civilis contra immo„dicas usuras ipsi succurritur: Atque cum hac di„stinctione decidi exemplum Philippi II. debet. „*Conf. infra §. 12. in fine.*

„w) (POTERIT TAMEN REX UT ALIORUM, „ITA SUOS ACTUS HIS LEGIBUS SOLVERE:) Quod „repetit *infra* §. 5. Sensus est, quod princeps sta„tuere possit, ne ob usurariam pravitatem ipse te„neatur, ne actus ejus cum minore gestus ob lubri„cum ætatis rescindatur, &c. Hoc ipso enim vi„detur lege speciali actus suos a legibus illis civi„libus eximere.

„x) (EX CIRCUMSTANTIIS ERIT ÆSTIMANDUM:) „Imo, cum subditis ex lege civili jus quæsitum sit, „id auferre eis nequit, nisi nova lege voluntatem „in casu præsenti & in futurum expresse declaret.

„y) (SI FECERIT, JUDICANDA RES ERIT EX „MERO JURE NATURALI:) Deficiente enim lege „civili, jus naturæ circa actus regis privatos obti„net: adeoque immodicas usuras princeps ut pri„vatus stipulari potest.

„z) (SED IN POENAM, HANC IN REGUM „ACTIBUS LOCUM NON HABITURUM:) Quæritur, „an leges quoque pœnales in actibus regum pri„vatis obtineant? Grotius id negat *h. § & supra* „*c. 7. §. 11. n. 2. §. 5. in f.* cui adstipulatur „*Vasquius Controv. 51. n. 31.* Nos affirmamus: „Nam si commoda juris civilis ad eum pertinent „etiam incommodis se subjicere tenetur: Et cum „in genere in actibus privatis privatus sit, etiam „in genere privatorum jure utitur.

„Hinc exceptio præscriptionis (quæ pœnam „negligentiæ supponit) regi omnino opponi pot„est. Vid. *supr. l. 2. c. 4. §. 12.* Sed & pœnis usu„rariæ pravitatis subjicitur. &c. Si vi, dolo &c. ali„quid a subditis exegit rescinditur negotium

„Neque *obstat* ratio Authoris, quod alius esse „debeat qui cogat, alius qui cogitur. Resp. Cum „rex in actibus privatis jure privatorum utatur, ha„ctenus punitio & coactio procedunt a diversis „voluntatibus: Rex enim, qua rex, est persona „cogens, & qua privatus, est persona quæ cogitur: „Nam quoad jura privata est privatus, adeoque „hactenus cogi potest. Si rex, qua rex, nolit jus „reddere, non deficit cogens, sed executio; non „deficit obligatio cogendi, sed voluntas, idque „contingit injuria ejus qui cogere se ipsum deberet.

„aa) (ITAQUE COGENS ET COACTUM REQUI„RUNT DISTINCTAS PERSONAS, NEQUE SUFFICI„UNT DISTINCTI RESPECTUS:) Cur non alio re„spectu poterit esse rex, alio privatus? uti alio „respectu idem Princeps potest esse rex, alio fi„lius, & alio maritus.

a) (JURAMENTUM AUTEM REX IRRITUM REDDERE POTEST ANTECEDENTER:) Author principii loco posuit, *actus regios* non subesse legibus civilibus, at *actus privatos regis* sequi communem legum regulam; indeque concludit in *illis* actibus eum se restituere non posse, in *his* posse. *Vid. §. 1. & 2.* Hinc jam porro statuit, regem in *actibus* quoque *privatis* juramentum irritum reddere, seu ab eo se exsolvere posse antecedenter i. e. *si ante contrarium juravit*: non consequenter, i. e. si conditio inest, *nisi ipse nolit.* Nos dicimus regem semper ex suo jurejurando obligari, quoties jus ex ejus dispositione alii quæsitum est: cum enim citra juramentum rex inde obligetur, multo magis obligabitur accedente juramento. Secus si alii jus inde quæsitum non est, tunc enim ex jurejurando non potest obligari ad aliquid præstandum, quod præstare alii non tenetur.

Quis

est ut privatus, [c] si se ipse potestate tale quid jurandi plane privaverit priore juramento: [d] consequenter non potest, [e] quia hic quoque personarum distinctio requiritur. Nam quæ consequenter irrita redduntur, [f] jam antea exceptionem in se habebant, nisi superior noluerit; [g] at ita jurare ut tenearis nisi ipse nolis, [h] perabsurdum est, & naturæ jurisjurandi contrarium. Etsi vero [i] ex jurejurando jus quæri alteri non possit, ob aliquod vitium in persona, [k] tamen eum qui jura-

Quis ergo effectus est jurisjurandi? Resp. si non præstat perjurii pœnam metuere debet a Deo inferendam.

ADDITIO.

„Exemplum hic occurrit, ubi Author rem per se perspicuam, adeo obscuram reddit, ut vix quid sibi velit constare possit: Quærit nimirum *an rex*, ut privatus, *juramentum per aliud juramentum irritum reddere possit*? Idque affirmat *antecedenter*, si scilicet per prius juramentum se ipse privavit potestate quid jurandi, vel, ut Osiander rem explicat, si actus posterior dependet a facultate agentis: negat autem *consequenter*, quia hic quoque non sufficere ait distinctos respectus, sed personarum distinctionem requiri: quod Osiander ita explicat, si actus posterior non dependet a facultate agentis.

„Res per se perspicua est. Rex qui ut *privatus* juravit, naturali jure obligatur *si per actum qui juramento confirmatur aliis jus quæsitum est*, sive jure naturali sive civili. Hoc enim jus, quod in alium transtulit, per posterius juramentum alteri auferre nequit, adeoque ipso jure irritum est posterius juramentum: At *si jus in alium ex priore promissione jurata non est translatum*, rex a priori actu, qui per se irritus jam est, recedere nova promissione jurata potest: nemini enim fit injuria, quia nemini jus aliquod ex priori juramento quæsitum est.

„At alia quæstio est an Deo teneatur propter perjurium, seu propter violatum nomen Dei? quod omnino affirmamus.

„*b*) (ANTECEDENTER POTEST UT PRIVATUS:) Non consequenter, quia ibi non ut privatus sed ut rex consideratur, ubi personarum distinctio requiritur: de quo statim.

„*c*) (SI SE IPSE POTESTATE TALE QUID JURANDI PLANE PRIVAVERIT PRIORE JURAMENTO:) Si enim solam fidem obstrinxit, uti si juravit se nolle testamentum facere, & tamen postea conficit, idque juramento firmat, Grotius existimat actum posteriorem valere & juramentum prius irritum reddi, nisi ita conceptum sit prius juramentum ut simul contineat abdicationem plenam potestatis ad actum: hoc enim casu antecedenter posterius juramentum irritum reddi ait. *Vid. supr. c. 13. §. 19.* Ubi hæc principia examinavimus. *Add. lit. a.*

„*d*) (CONSEQUENTER NON POTEST:) Quatenus scil. non ut privatus, sed ut rex consideratur: supponit enim Author actus privatorum non plene esse in eorum potestate, sed ita ut a superiore dependeant. *L. 2. c. 13. §. 20.* Si proinde rex ut privatus jurat se velle teneri, hoc juramentum exceptionem in se habere putat, nisi superior, i. e. rex jurans, noluerit. Absurdum vero esse ait si rex juraret se velle teneri nisi ipse noluerit: Unde concludit, ad id ut rex irritum prius juramentum facere possit, personarum distinctionem requiri. Conf. lit. a.

„*e*) (QUIA HIC QUOQUE PERSONARUM DISTINCTIO REQUIRITUR:) i. e. Alius esse debet qui jurat, alius qui juramentum illud infirmare potest.

„*f*) (JAM ANTE EXCEPTIONEM IN SE HABEBANT, NISI SUPERIOR NOLUERIT:) Actus enim nostros non plene in nostra potestate esse ait, sed ita ut a superioribus dependeant. *Lib. 2. c. 13. §. 20.*

„*g*) (AT ITA JURARE UT TENEARIS NISI IPSE NOLIS:) Quod in casu proposito fieret, Rex enim, ut privatus, jurat se velle teneri, nisi ipse, qua rex, i. e. qua superior nolit.

„*h*) (PER ABSURDUM EST ET NATURÆ JURISJURANDI CONTRARIUM:) Alius enim est qui jurat, alius qui sua voluntate juramentum illud infirmat est.

„*i*) (EX JUREJURANDO JUS ALTERI QUÆRI NON POSSIT, OB ALIQUOD VITIUM IN PERSONA:) Exemplum dat in eo qui per metum injustum causam juratæ promissioni dedit. *Vid. supr. c. 13. §. 14.* At ibidem notavimus, ex illa promissione jurata verum jus alteri quæri, adeoque hoc exemplum huc non pertinere.

„*k*) (TAMEN EUM QUI JURAVERIT DEO OBSTRINGI SUPRA OSTENDIMUS:) Ita enim rem explicavit *supra c. 13. §. 14. Si verba juramenti hominem non respiciant jus ei conferendo, aut respiciant quidem, sed aliquid sit quod ei possit opponi, tunc ea vis erit jurisjurandi, ut homo quidem ille nullum jus consequatur, at nihilominus qui juravit Deo obligetur stare juramento:* Verior est sententia in proposito exemplo de promissione vi metuque inita, jus omnino in alterum transferri, nedum si jurata sit.

„*l*) (QUOD AD REGES NON MINUS QUAM AD ALIOS PERTINET:) Nimirum ut reges quoque, si aliquid juramento contrarium agunt, Deo de „per-

juraverit Deo obſtringi ſupra oſtendimus; *l* quod ad reges non minus quam ad alios pertinet, *m* contra quam ſentit dicto loco Bodinus.

§. IV.

Promiſſa quoque *a* plena, & abſoluta, *b* atque acceptata, *c* naturaliter jus transferre demonſtratum *d* ſupra eſt, *e* quod itidem ad reges non minus quam ad alios pertinet, ita ut improbanda ſit hoc quidem ſenſu eorum ſententia, *f* qui negant regem teneri unquam his quæ ſine cauſa promiſit; quod tamen quo ſenſu locum habere poſſit mox videbimus.

Aug. ad L. Lucius II. D. de evictione. Curt. Jun. Conſ. 118. n. 4.

§. V.

Cæterum quod diximus *a* ſupra, *b* leges civiles regni locum non habere in Regum pactis & contractibus, *c* id recte vidit & Vasquius. *d* Sed quod infert *e* emtionem & venditionem ſine certo pretio, loca-

Lib. II. Contr. ill. c. 51. n. 34. Suar. lib. III. c. 35. n. 14.

„perjurio teneantur, etſi jus homini non ſit quæ„ſitum.

„*m*) (CONTRA QUAM SENTIT DICTO LOCO „BODINUS:) Bodinus non negat regem jurantem „de perjurio Deo obſtringi, ſed ſaltem docet ju„rantem non teneri ei cui juravit, ſi ejusmodi „ſunt pacta jurata a quibus diſcedere lex ipſa pa„tiatur: quod omnino verum eſt, quia alteri jus „quæſitum non eſt, ſi lex a pacto recedere pa„titur.

„Merito autem rejicit Bodinus ſententiam eo„rum, qui pacta conventa, quæ nullam per ſe „vim habent, ſola vi jurisjurandi vim juris acci„pere ſtatuunt. *Bodin. d. l. p. m.* 112.

„*a*) (PLENA ET ABSOLUTA:) Si ſcilicet volun„tas ſe ipſum pro futuro determinat tempore, „cum ſigno ſufficiente ad indicandam perſeve„randi neceſſitatem, & volendi jus proprium con„ferre. *c. XI.* §. *3. & 4.*

„*b*) (ATQUE ACCEPTATA:) Id enim neceſſa„rio requiritur, ut jus alteri quæratur. *d. c. XI.* „§. *14. ſeq.* Hinc ex pollicitatione nullum jus al„teri quæritur *ibid.* §. *3.*

„*c*) (NATURALITER JUS TRANSFERRE:) Prout „enim partes de ſuo jure diſponunt ita jus eſt.

„*d*) (SUPRA:) *Cap. XI.* § *4.* §. *11. & 14.*

„*e*) (QUOD ITIDEM AD REGES NON MINUS „QUAM AD ALIOS PERTINET:) Illi enim æque „ac privati ex jure naturæ tenentur; at juris natu„ralis eſt ut quis obligetur ex promiſſo.

f) (QUI NEGANT REGEM TENERI UNQUAM HIS QUÆ SINE CAUSA PROMISIT:) Cum JCti per *cauſam* intelligant animum transferendi juris, certum eſt obligationem non dari, niſi cauſa i. e. animus transferendi juris adſit: deficiente enim cauſa neceſſario deficit obligatio, quæ non niſi ex cauſa oritur.

ADDITIO.

„Notavimus alibi, JCtos Romanos per *cauſam* „non intellexiſſe animum transferendi juris, quia „obligatio ex negotiis quibusdam oritur *etſi* „cauſa *non* ſubſit: per *cauſam* igitur intellexerunt „rationem aliquam, ſive futuram ſive præceden„tem, propter quam aliquid viciſſim promittitur, „adeoque ubi *ſynallagma* adeſt. Ex his ſolis ne„gotiis jure civili obligatio oritur, ex reliquis ve„ro promiſſionibus quæ ſine cauſa fiebant, jus ci„vile nullam oriri obligationem voluit. Præ„tor demum obligationem ex pacto nudo produ„xit, ſed naturalem, unde actio non datur, ſed „ſaltem exceptio.

„Si proinde rex, *ut rex*, ſine cauſa promittit, „omnino inde obligatur, quia circa talia promiſſa „ſolum jus naturæ obtinet, quo jure omnia pacta „obligationem producunt: ſi vero *ut privatus* „promittit, non obligatur, quia jure civili ſtatu„tum eſt, ne pacta ſine cauſa inita valeant; prin„ceps autem in cauſis privatis utitur jure priva„torum.

„*a*) (SUPRA:) §. *1. n. 2.*

„*b*) (LEGES CIVILES REGNI LOCUM NON HA„BERE IN REGUM PACTIS:) Scilicet ſi *ut rex* „paciſcitur, ſecus ſi *ut privatus.*

„*c*) (ID RECTE VIDIT VASQUIUS:) In eo diſ„ſentiens a Bodino. *Vid. ſupr.* §. *8. n.* 1.

d) (SED QUOD INFERT:) Recte a Vasquio diſſentit Author: ſed ratio, quod hi actus regis ſint privati, adeoque legibus civilibus ſubditi, vera non eſt; Res ita ſe habet.

Nomina & formæ negotiorum, publica authoritate conſtitutæ, nec a regibus immutari poſſunt: cum igitur *venditionis* vox ſignificet tale negotium quo res pro pretio commutatur, certum eſt nec

[f] locationem & conductionem non expreſſa mercede, [g] emphyteuſin ſine ſcriptura, [h] ſi a regibus fiant, valitura, non concedendum eſt: [i] quia hi actus non a rege qua rege, ſed ab eo quaſi alio quovis fieri ſolent. [k] In quo actuum genere tantum abeſt ut communes regni leges vim nullam habeant, ut [l] etiam leges oppidi, ubi Rex habitat, valere credamus, [m] quia ſpeciali ratione rex ibi ſe habet, ut illius cœtus membrum. Quæ tamen ut diximus ita procedunt [n] niſi circumſtantiæ oſtendant placuiſſe Regi ſuum actum ab il-
lis

nec regem poſſe efficere ut hoc negotium dicatur *locatio:* Et hoc eſt quod dici ſolet, *verba valent uſu, neque regem nominibus civitatem dare poſſe.* Si proinde Princeps ait ſe vendere alii domum, & emtor non pecuniam ſed aliam rem promittit, non obligabitur princeps, non tanquam ex *venditione*, quæ non eſt ſine pecunia numerata; nec tanquam *alius contractus*, quia vendere voluit, non vero aliud negotium contrahere. Idem in *locatione* obtinet quæ mercedem requirit, ſi igitur rex, non definita mercede, alicui locat domum, negotium eſt ipſo jure nullum.

ADDITIO.

„Quæſtio hæc eſt, *an, ſi legibus civilibus certa „forma negotiis eſt præſcripta, & rex illam negligat, „negotium nullum ſit:* Vasquius id negat, quia „rex ſolennibus juris Civilis non tenetur: Grotius „affirmat, quia in his actibus rex ſemper *ut pri„vatus* contrahere ſolet. Atque hinc ait (a) emtio„nem non valere ſine pretio, nec (b) locationem & „conductionem non expreſſa mercede, nec (c) em„phyteuſin ſine ſcriptura. *Vid. §. b.* nec (d) Sti„pulationem non adhibitis verbis ſolennibus. *Vid. „ſupr.* §. *2. n. 2.*

„Nos hic quoque diſtinguendum putamus inter „actus regios & privatos: Sane ſi rex *ut privatus* con„trahit, formam quoque legibus præſcriptam „ſervare tenetur, Non vero ſi *ut rex* contrahit: „cum enim formæ illæ negotiorum ex legibus „civilibus originem habeant, ſponte ſequitur re„ges, qua tales, iis non obligari, inprimis ſi extra ter„ritorium, vel cum ſummis poteſtatibus contrahunt.

„Neque *obſtat*, quod emtiones venditiones, „locationes conductiones &c. jure gentium ſint „inſtitutæ. *L. 5. ff. de juſt. & jur.* adeoque nec rex „efficere poſſit ut venditio ſubſiſtat ſine pretio, „locatio ſine mercede. &c. Reſp. Sunt *juris gen„tium* quoad diſpoſitionem, non quoad formam „negotiorum.

„Sane quod venditio præciſe pretium requirat, „& quod venditionis nomen tali negotio inditum „ſit, id eſt ex jure Romano: Hinc venditionem „quoque inter privatos ſubſiſtere debere ſi alia „res detur, olim Sabinus & Caſſius exiſtimarunt. „*§. 2. Inſt. emt. vend.* & legibus demum Romanis „aliud ſtatutum fuit: *ibid.*

„Si proinde rex, *ut rex*, publicæ utilitatis cauſa „*vendit* urbem ea lege, ut alter aliam urbem red„dat, hoc negotium valet; nec nomen, quod a „lege civili eſt, ſed utriuſque conſenſus inſpici „debet; Si rex alii vectigalia publica, ad defen„ſionem reipublicæ deſtinata *locat*, ea lege, ut ci„vitatem forte oppignoratam reſtituat, ſubſiſtit „negotium, nam ex eo apparet regem uſum ve„ctigalium alii pro alia re conferre voluiſſe: In „actibus regiis igitur regula eſt, quod partes pro „lubitu de ſuo jure diſponere poſſint, & prout di„ſponunt ita jus ſit.

„*e*) (EMTIONEM VENDITIONEM SINE CERTO „PRETIO;) Legibus enim Romanis venditio, ſi „pretium non conſiſtit in numerata pecunia, nulla „eſt. *d. §. 2.*

„*f*) (LOCATIONEM ET CONDUCTIONEM NON „EXPRESSA MERCEDE:) Hoc negotium jure Ro„mano nullum dicitur, ſi non pro mercede ſed „pro alia re locatio contrahitur. *§. 2. Inſt. Loc. „Cond.*

„*g*) (EMPHYTHEVSIS SINE SCRIPTURA:) Imo „nec jure civili in emphyteuſi ſcriptura eſt ne„ceſſaria: *Vid. jus meum controv. L. 6. t. 3. q. 2.*

„*h*) (SI A REGIBUS FIANT VALITURA, CON„CEDENDUM NON EST:) Vasquii ſententia vera „eſt, ſi ut rex contrahit, non ſi ut privatus: Grotii „ſententia locum habet ſi rex ut privatus contra„hit, non ſi ut rex.

„*i*) (QUIA HI ACTUS NON A REGE, QUA RE„GE, SED AB EO QUASI ALIO QUOVIS FIERI SO„LENT:) Imo hos actus etiam a rege, qua rege, „fieri poſſe vidimus.

„*k*)(IN QUO ACTUUM GENERE:) Ubi nimirum „rex *ut privatus* conſideratur.

„*l*) (ETIAM LEGES OPPIDI, UBI REX HABI„TAT, CONSIDERATUR;) Adeoque non tantum „leges generalis regni, ſed & ſpeciales illius op„pidi ubi habitat: Quia oppidi hujus juriſdi„ctio fundata eſt in omnibus actibus qui ibi pera„guntur.

„*m*) (QUIA SPECIALI RATIONE REX IBI SE „HABET UT ILLIUS COETUS MEMBRUM:) i. e. „Privatus eſt, & jure privatorum utitur: Quod ve„rum non eſſe diximus ſi vendit aut locat rem „publicam, vel jus publicum: vel ſi cum extra„neo, qui legibus loci ſubjectus non eſt, extra ter„ritorium contrahit

„*n*) (NISI CIRCUMSTANTIÆ OSTENDANT PLA-

lis legibus immunem facere. Aliud vero exemplum, [o] quod idem adfert Vasquius [p] de promissione quolibet modo facta, bene convenit, [q] & ex his, quæ supra diximus, explicari potest.

§. VI.

1. Contractibus quos rex cum subditis iniit [a] obligari eum naturaliter tantum, non civiliter jurisconsulti ferme omnes sentiunt, [b] quod loquendi genus perobscurum est. [c] Nam naturalis obligatio interdum a juris auctoribus dicitur [d] per abusionem de eo quod fieri

Bal. ad l. D. de pactis L. Princeps legibus. 31. D. de legibus. L. ult. C. de trans. L. Si aquam. 2 C. de servit. Dd. in c. 1. de Const. Bal. L. Si pecuniam, 12. C. de cond. ob causam: & in l ex imperfecto. 3. C. de testam.

„cuisse regi suum actum ab illis legibus „immunem facere:) Certum est regem, si *ut* „*privatus* contrahit, semper formam lege præscri„ptam sequi debere, donec legem illam mutet, „& statim ut venditio quoque sit si alia res præ„ter pecuniam numeratam detur: Princeps enim „legem mutare pro lubitu potest.

„o) (quod idem adfert Vasquius:) *Libr.* „*2. Controv. 51. n. 34.*

„p) (de promissione quolibet modo fa„cta:) Quærit nimirum Vasquius, an stipulatio „principis, vel principi facta, valeat non adhibi„tis verbis solennibus, vel non facta in continenti „responsione? Author cum Vasquio id negat, „quia hos actus semper tanquam a privato fieri „existimat, quod modo refutavimus: Si proinde „rex alii regi aliquid de re publica stipulato pro„mittit, valet ut pactum, etsi forma stipulationis „deficiat: solus enim consensus hic inspicitur.

„q) (et ex his quæ supra diximus expli„cari potest:) *Vid. supr. §. 4. & c. 11. §. 4.* „*§. 11. §. 14.* ubi reges quoque teneri ex his quæ „sine causa promiserunt asserit.

a) (obligari eum naturaliter tantum non civiliter:) Hactenus Author exposuit quæstionem, *quid regi in suos actus liceat?* jam de alia tractat, *quid regi contrahenti cum subdito in subditos liceat? Vid. supra §. 1. pr.* Atque eam hac ratione decidit, ut regem ex suo pacto vere obligari asserat, quando nimirum solennia juris civilis, si ut privatus contraxit, adsunt; at executionem deficere.

Nos alibi diximus, principem ex legibus a se latis nunquam obligari, indeque actus ejus legibus civilibus subjectos non esse: Sed inspiciendum esse, an per actum illum jus aliquod naturali ratione in subditum sit translatum, nunc enim princeps jus illud natura subdito quæsitum tribuere tenetur: Si autem per injuriam non tribuit, executioni locus non est, non ob defectum juris, plenissimæque obligationis, sed ob defectum superioris. *Vid. supr. §. 1.*

ADDITIO.

„Supra diximus, regem cum subdito contra„here, vel ut regem, vel ut privatum, & si ut pri„vatus contrahit, actum non valere nisi contra„hatur juxta formam legis civilis Si proinde rex „valide ita contrahit, subdito & civiliter & natu„raliter obligatur, quia jus in subditum transla„tum est, quod princeps ei tribuere tenetur.

„b) (quod loquendi genus perobscurum „est:) Nam JCti Romani, a quibus hæc differen„tia inventa est, varie has voces accipere solent, at „nunquam en sensu quo Author hic eas sumit, „quasi jus quidem petendi subdito competat contra „regem promittentem, adeoque quasi rex *natura„liter* obligetur, non vero *civiliter*, quia executio „contra eum institui non possit.

„c) (nam naturalis obligatio interdum „a juris authoribus &c.) Naturalis obligatio „ab illis accipitur 1) pro obligatione plena, unde „actio quoque cum effectu datur: ut in *l. 10. Obl.* „*& Act. l. 5. in f. pr. Aut. tut. l. 16. §. 4. fidei.*

„2) Pro tali obligatione unde jure naturæ ve„rum jus petendi in alterum translatum est, sed „unde jure civili actio denegatur: Adeoque unde „omnes effectus debiti oriuntur, excepta sola actio„ne. *l. 16. § 4 fides. l. 26. §. 12. Cond. indeb. jun„cta l. 10. V. S. l. 66. R. J. l. 112. Eod. l. 20. §. 3.* „*Liberal. caus. l. 6. ff. Compens. l. 13. ff. Cond. indeb.* „Unde solo æquitatis vinculo sustineri dicitur. *l.* „*95. §. 4. solut.*

„Atque hoc sensu ex nudis pactis non oriri „dicitur obligatio, scl. *civilis*, (ad eum effectum „ut actionem producat) *l. 7. §. 2. & 4. pact.* Sed „obligatio *naturalis*, quia exceptionem saltem pro„ducit, *d. l. 7. §. 4.*

„Hujus naturalis obligationis effectus recenset „Lauterbach *in Comp. pag. 49. & pag. 620.* & ad „duo membra referri possunt 1) quod exceptio in„de detur: 2) quod accessiones valeant. Quæ la„tius explicavi *in jure meo controverso l. 2. tit. 14.* „*q. 39.*

„3) Pro obligatione quæ ex virtute est, at unde „alii jus quæritur, adeoque quæ intuitu so„lius Dei obligationem infert. *ut in l. 25. §. 11* „*Her. pet.*

„Hæc igitur diversitas, quæ legibus civilibus in„troducta est, tantum locum habet in actibus regis, „qui ab eo ut privato fiunt, quia in his leges civi„les loci obtinent.

„d) (per abusionem de eo quod fieri na„tura honestum est:) Nam sæpius diximus ex eo „quod

ri natura honestum est, quanquam non vere debitum, [e] ut legata integra sine detractione Falcidiæ præstare, [f] solvere debitum quo quis in pœnam creditoris erat liberatus, [g] vicem beneficio rependere, [h] quæ omnia cessare faciunt condictionem indebiti: [i] interdum vero magis proprie id quod vere nos obligat, [k] sive inde jus alteri oriatur, ut in pactis, [l] sive non oriatur, ut in plena & firma pollicitatione. Maimonides Hebræus lib. III. Ducis dubitantium capite 54. tria hæc apte distinguit [m] & quæ non debentur ait venire benigni tatis

L. 1. C. ad L. Falc.
L. Si pœna, 19. pr. D. de condict. indeb.
L. Sed et si lege. 25. §. consul. D. De pet. tit. hered.

„quod perfectum & honestum est jus alteri non
„quæri, indeque obligationem in his actibus tan-
„tum intelligi intuitu Dei, quia homo tenetur imi-
„tari perfectiones divinas, quod egregie demon-
„stravit B. Parens *in Disp. de Antidoris tit.* 3. §.
„1. *seq.* Conf. *Diss. proœm. II* § 30. *seq.* Atque hoc
„sensu Ulpianus in *l. 25. §. 11. de Her. pet.* ait,
„Donatorem eum, cui donat, *naturaliter* sibi ad
„remunerandum obligare.

„e) (UT LEGATA INTEGRA SINE DETRACTIO-
„NE SOLVERE:) Si quis sciens quartam falcidiam
„sibi deberi, totum legatum solverit, condici so-
„lutum non potest, non quasi *naturalis* obligatio
„hic subsit quæ ex honestate oriatur: (nam lega-
„ta nunquam debentur nec jure naturali, nec ex
„honestate) sed quia videtur voluisse voluntatem
„testatoris sequi. *l. 19. C. Leg. Falc. l. 1. Eod. ibi*
„*que Goth.* adeoque donasse censetur. *Laut. Comp.*
„*pag.* 201. quæ obligatio mere civilis est.

„f) (SOLVERE DEBITUM QUO QUIS IN POE-
„NAM CREDITORIS EST LIBERATUS:) *L. 19. pr.*
„*Cond. indeb.* Lex enim eos exonerare non voluit.
„*L. 9. §. 4. ad sc. Maced.* Hinc si debitor solvit
„condictio non datur. *l. 10. ff. Eod.* Ex his appa-
„ret obligationem *naturalem* hic non *ex honestate*
„oriri, sed ipso jure naturæ: lex enim civilem non
„totam obligationem tollere voluit, sed solam actio-
„nem. Hinc omnes effectus debiti maneot: *Vid.*
„*lit. c.*

„g) (VICEM BENEFICIO REDDERE:) Quæ obli-
„gatio ad antidoram, seu remunerationem, vocatur,
„& unde eum cui donatur naturaliter obligari ait
„Ulpianus in *l. 25. §. 11. Pet.* hinc & beneficii de-
„bitor dicitur in *l. 54. §. 1. ff. Furt.*

„h) (QUÆ OMNIA CESSARE FACIUNT CONDI-
„CTIONEM INDEBITI:) Doctores in duobus prio-
„ribus speciebus excipiunt casum si per errorem
„falcidia detracta non sit, vel ignorans, se in poe-
„nam creditoris liberatum esse, solvit, *Laut. Comp.*
„*pag. 203.*

„In tertia specie duos casus distinguit B. Pareos
„in *disp. de Antidora tit.* 3. §. 9. & 10.

„Si enim tu putes, te debere donatori tuo ex
„mutuo, vel alia causa, idque ei solvas, potes il-
„lud, tanquam indebite solutum, omnino repete-
„re; Nec potest donator prætextu antidori, quasi
„naturaliter sibi debiti, id retinere: etsi enim ob-
„ligatio naturalis sufficiat ad excludendam con-
„dictionem indebiti, *L. 15. princ. L. 65. ff. de con-*
„*dict. indeb.* ex beneficio tamen nulla juris obli-
„gatio naturalis nascitur. Atque ita Dd. hunc ca-
„sum optime definiunt. *Dd. comm. ad L. 10. C. de*
„*juris & fact. ignor. Donell. lib. 12. Comm. 2. §.*
„*quæsitum est. Pinell. ad L. 1. C. de bon. mat. d. l.*
„*Trentl. Vol. 1. disp. 22. th. 6. D. & th. 9 & Bach.*
„*ad dict. th. 6. D. & in tract. de action. dict. loc. Berub.*
„*Suthold. dissert.* 12. §. 17. 18. Qui vero dissentire
„putantur, sequentem fere casum supponunt.

„Alter casus est, si putes te a me beneficium
„accepisse quod non accepisti, et ideo animo
„remunerandi aliquid mihi dedisti. Id ve-
„ro condicere ut indebitum non potes,
„quia remuneratio est donatio: quod vero donasti,
„id repetere non potes: Licet igitur causa mei be-
„neficii cesset, remanet tamen titulus donationis,
„seu remunerationis tuæ, qui excludit condictio-
„nem indebiti. *l. 32. §. pen. ff. de Cond. indeb. l.*
„*65. §. 2. ff. eod. tit.* Et ad hanc speciem respiciunt
„*Covarruv. ad cap. Cum in officiis. 7. X. de Testam.*
„*n. 10. incip. Habet tamen. Zas. Singul. Resp. lib.*
„*1. cap. 3. n. 22. Hunn. Resol. libr. 3. tract. 3. part.*
„*2. quæst. 4.* Qui omnes contra communem disputant,
„sed aliam quæstionem, scil. hanc posteriorem,
„fingunt: adeoque non tam dissentiunt, quam casus
„confundunt, quia nec controversiæ vim satis
„perspectam habent.

„i) (INTERDUM VERO MAGIS PROPRIE ID QUOD
„VERE NOS OBLIGAT &c.) Unde scilicet omnes
„effectus debiti oriuntur, sola actione excepta:
„*Vid. lit. c.*

„k) (SIVE INDE JUS ALTERI ORIATUR, UT IN
„PACTIS:) Jure naturæ ex pactis plena & vera ob-
„ligatio nascitur; Conf. *supr. l. 2. c. 5. §. 10. n. 1.*
„*& c. 11. §. 4. n. 1. & 3.* at cum jure civili nulla
„detur actio nisi ubi causa subest, i. e. ubi ob cau-
„sam vel futuram vel præcedentem aliquid pro-
„mittitur, ea autem in pactis nudis non subsit,
„ideo obligatio vocatur *naturalis*, quatenus oppo-
„nitur *civili*, ex qua plena obligatio, & actio quo-
„que oritur. *Vid l. c.*

„l) (SIVE NON ORIATUR, UT IN PLENA ET
„FIRMA POLLICITATIONE:) Imo obligatio quæ ex
„pollicitatione est, nullibi vocatur *naturalis*, sed
„ea ex solo jure civili nascitur: *Vid. l. 2. c. 11.*
„*§. 3.*

„m) (ET QUÆ NON DEBENTUR AIT VENIRE
„BENIGNITATIS NOMINE:) Optime Maimonides
„ea quæ virtutis sunt hic a debito juris distinguit.

 n) (Grot.)

tatis nomine, id est חסד, quam alii interpretes ad Prov. XX, 28. explicant פלגת חטובה n *abundantiam bonitatis*, o quæ debentur ex jure stricte sumto משפט p *judicium* Hebræis vocari, q quæ ex honestate, *justitiam* צדקה, id est æquitatem, r ἔλεον, s κρίσιν, t πίςιν dixit interpres Matthæi XXIII, 23. ubi πίςιν vocat quæ u Hellenistis plerumque est v δικαιοσύνη. Nam w κρίσιν pro eo quod stricte debetur reperias etiam I. Macc. VII. 18. & VIII, 32.

2. x Civiliter quoque obligari ex actu suo dici quis potest, aut eo sensu, ut obligatio procedat y non ex mero jure naturali z sed ex jure civili; vel ex utroque; aa aut eo sensu, ut in foro actio inde detur. bb Dicimus ergo ex promisso & contractu Regis, quem cum subditis iniit, nasci veram ac propriam obligationem, cc quæ jus det ipsis subditis: dd ea enim est promissorum & contractuum natura, ee ut supra ostendimus, * etiam inter Deum & hominem. ff Quod si tales

Jaf. ad l. 5. de cond causa dat. Castal. de Imperio. q. 111. verf. 21. Vasq. lib. 1, contr. Ill. cap. 3. n 1. Bod. l. 1. c. 8.

n) (Grut.) (ABUNOANTIAM BONITATIS:) Huc pertinent ea quæ non ob aliam causam fiunt quam ut liberalitas & munificentia exerceantur, ut loquitur lex 1. D. de donationibus: χρηςότης ἐκ πηγῆς πλουσίας ἀποῤῥεῖ τὸν ἡμερότητος. *Ex ubere fonte mansueti ingenii manat beneficentia:* Plutarchus Catone majore, (*pag.* 339. A. Tom. 1. *Ed. Wech.*)

„o) (QUÆ OEBENTUR EX JURE STRICTE SUMTO:) Jus stricte sumtum Authori est jus naturæ „sociale.

„p) (JUOICIUM HEBRÆIS VOCARI:) Quia in„stituta actione coram judice res debita vindicari „potest.

„q) (QUÆ EX HONESTATE, JUSTITIAM:) Ju„stitia Hebræis aliquando sumitur pro *judicio*, „uti probavit Joh. Coccejus *in Lex. Hebr. voce* „צדקה. aliquando etiam pro *æquitate*, seu pro eo „quod virtutis & perfectionis est: Author justi„tiam posteriori sensu refert ad jus naturæ laxius: „*Vid. supr. l. 1. c. 1. §. 9. n. 2.*

„r) (ἔλεον:) Ab ἐλεέω misereor.

„s) (κρίσιν:) A κρίνω, judico, damno, culpo.

„t) (πίςιν:) Vox hæc in genere fidem signifi„cat: *Vid. l. 2. c. 23. §. 2.*

„u) (HELLENISTIS:) Qui Hebraica græce red„debant & tractabant. *Gron. h.*

„v) (δικαιοσύνη:) Justitia.

„w) (κρίσιν PRO EO QUOO STRICTE OEBETUR:) „Est enim, uti diximus, a κρίνω i. e. judico, con„demno &c.

„x) (CIVILITER QOOQUE EX ACTU SOO OBLI„GARI DICI QUIS POTEST:) JCti Romani triplici „sensu *obligationem civilem* sumserunt: 1) si obliga„tio procedit ex solo jure civili, ut in pollicita„tione: &c. hinc notanter ICtus in *l. 2. §. 1. ff. de* „*pollicit.* ait, *& ideo illud est constitutum, ut si ob* „*honorem pollicitatio facta fuerit, quasi debitum* „*exigatur:* 2) Si & jure naturali & jure civili actio „inde datur: ut in *L. 1. pr. §. 1. Novat. L. 59. ff.* „*Cond. indeb. l. 10. ff. Obl. act.* Hinc postquam „ICtus in *l. 7. pr. ff. pact.* dixerat, juris gentium „conventiones quasdam actiones parere, in *§. 2.* „sequenti ait, inde nasci obligationem civilem. 3) „Si actio saltem ex negotio datur sed nulli sunt „effectus debiti: Uti si actio quæ competit, per„petua exceptione tollitur, quæ obligatio specia„tim *civilis* dicitur: *Vid. jus meum controvers. L.* „*2. tit. 14. q. 39.* Conf. *supr. lit. c.*

„y) (NON EX MERO JURE NATURALI, SED EX „JURE CIVILI:) Ut in pollicitatione *Vid. lit. c. & x.*

„z) (VEL EX UTROQUE:) Si & natura obliga„tur & actio jure civili inde datur. *Vid. lit. c. & x.*

„aa) (AUT EO SENSU UT IN FORO ACTIO „INDE NON OETUR:) Si obligatio exceptione per„petua eliditur quod fit per exceptionem „SCti Macedoniani, & Vellejani &c. *Vid. lit. c. & x.*

„bb) (OICIMUS ERGO EX PROMISSO ET CON„TRACTU REGIS, QUEM CUM SUBOITIS INIT, NA„SCI VERAM AC PROPRIAM OBLIGATIONEM:) Quæ „actionem quoque producit.

„cc) (QUÆ JUS DET IPSIS SUBDITIS:) Adeo„que & jus petendi ac exigendi a principe. *Vasq.* „*Controv. 3. l. 1. n. 1.*

„dd) (EA ENIM EST PROMISSORUM ET CON„TRACTUUM NATURA:) Nam Rex voluntate sua jus „in alterum transfert, quod ei ex naturæ regula „tribuere tenetur.

„ee) (UT SUPRA OSTENDIMUS:) *Lib. 2. c. 11.* „§. 4.

„*) (ETIAM INTER OEUM ET HOMINES:) Quo „sensu id verum sit, vidimus supra *L. 1. c. 1. §.* „*n. 5. & L. 2. c. 11. §. 4.*

„ff) (QUOD SI TALES SINT ACTUS QUI A RE„GE, SED UT A QUOVIS ALIO, FIANT:) Adeoque „qui a rege fiunt ut parte communitatis: *L. 2. c.* „*4. §. 12.* ut cœtus illius membro, *Vid. supr. §.* „*5. & l. 2. c. 20. §. 22. n. 1. & c. 11. §. 5. n. 3.*

„gg)

tales fint actus qui a rege, fed ut a quovis alio fiant, [gg] etiam civiles leges in eo valebunt: [hh] fin actus fit regis qua regis, [ii] ad eum civiles leges non pertinent. [kk] quod difcrimen a Vasquio non fatis obfervatum eft: [ll] neque tamen eo minus ex utrovis actu nafcetur actio, [mm] nempe ut declaretur jus creditoris, fed coactio fequi non poterit, [nn] ob ftatum eorum quibuscum negotium eft: [oo] nam fubditis cogere eum, cui funt fubditi, non licet, [pp] fed æqualibus in æquales id jus eft a natura, [qq] fuperioribus in fubditos etiam ex lege.

§. VII.

[a] Sed hoc quoque fciendum eft, poffe fubditis jus etiam quæfitum auferri per regem [b] duplici modo, [c] aut in pœnam, [d] aut ex vi fupereminentis dominii. Sed ut id fiat ex vi fupreminentis dominii, [e] primum requiritur utilitas publica; deinde, ut fi fieri poteft [f] compenfatio fiat ei qui fuum amifit, ex communi. Hoc ergo ficut

Vasq. lib. 1. cont. ill. c. 5. in pr. & l. 4. c. 1. Caftr. lib 1, conf. 329.

„gg) (ETIAM CIVILES LEGES IN EO VALEBUNT: „Princeps enim hactenus privatus eft, & privatorum jure utitur, ac communem legum regulam „fequitur. *Vid. fupr.* §. 2. *n.* 2.

„hh) (SIN ACTUS SIT REGIS, QUA REGIS:) „*Vid. fupr.* §. 1. *n.* 2. §. 2. *&* *c.* 11. §. 5. *n.* 3. „i. e. Quatenus perfonam ac autoritatem civitatis „fuftinet: *L.* 2. *c.* 20. §. 22. *n.* 4. hactenus enim „actus regis confiderantur ut actus ipfius communitatis. *d.* §. *1. n.* 2. *&* §. 2. *n.* 1. *&* 2.

„ii) (AD EUM LEGES CIVILES NON PERTINENT:) Res publica enim fibi ipfi legem dicere „nequit; *d. c.* 4. §. 12. quia communitas fe ipfa „fuperior non eft. *Vid. fupr.* §. 1. *n.* 1.

„kk) (QUOD DISCRIMEN A VASQUIO NON SATIS OBSERVATUM EST:) Vasquius enim fimpliciter ftatuit regem legibus fuæ civitatis fubeffe, „*L.* 1. *contr.* 26. *n.* 7. (excepto folo. imperatore. „*Vid. n.* 5.) quia ejus poteftatem non effe conftitutam ait ad fuam, fed ad meram civium utilitatem.

„ll) (NEQUE TAMEN EO MINUS EX UTROVE „ACTU NASCITUR OBLIGATIO:) Senfus eft, quod „Rex æque obligetur ex actibus regiis ac ex actibus privatis.

„mm) (NEMPE UT DECLARETUR JUS CREDITORIS, SED COACTIO SEQUI NON POTERIT:) „Senfus eft, jus quidem verum creditori inde acquiri, adeoque regem *naturaliter* obligari; at „effectum nullum ex tali obligatione oriri, adeoque regem *civiliter* non obligari, quia executio „deficit, & rex fe ipfum cogere nequit.

„nn) (OB STATUM EORUM QUIBUS CUM NEGOTIUM EST:) Quia fuperiorem non habent, „qui eos cogere poffit.

„oo) (NAM SUBDITIS COGERE EUM CUI SUNT „SUBDITI NON LICET:) Author id intelligit de „jure gentium voluntario: nam jure naturæ cuique jus effe exigendi debitum etiam vi privata, „alibi docuit, *vid. l.* 1. *c.* 4. §. 2.

„pp) (SED ÆQUALIBUS IN ÆQUALES ID JUS „EST A NATURA:) Quod fyftema expofuimus „& refutavimus in *Differt. proem. I. c.* 3. §. 5. *&* „*Differt. VIII. c.* 2.

„qq) (SUPERIORIBUS IN SUBDITOS ETIAM EX „LEGE:) Iuftituris enim demum focietatibus feu civitatibus poteftatem cogendi aliorum & fuperiorum „arbitrio ait effe delatam, idque Deum approbaffe. „*L.* 1. *c.* 4. §. 4.

a) (SED HOC QUOQUE SCIENDUM EST:) Statim examinabimus hanc quæftionem, *an Princeps jus fubditis quæfitum ex plenitudine poteftatis auferre poffit?* Nos in genere eam negamus, quia principes conftitui funt ad tuendam jus, non ad illud diffolvendum: Duo autem excipiuntur cafus; (1) fi fubditis in pœnam auferatur, nam ex injuria tunc tenetur: (2) ob utilitatem publicam, idque ex obligatione, qua cives ad ea quæ ad falutem publicam pertinent contribuere tenentur.

„*b*) (DUPLICI MODO:) Vide fupra *c.* 13. §. 20. „*n.* 3. ubi id dominio eminenti tribuit. *Add. l.* 1. „*c.* 1. §. 6. *&* *c.* 3. §. 6. *n.* 2. & *Vasq. l.* 1. *c.* 26. „*n.* 17.

„*c*) (AUT IN POENAM:) Vide *l.* 2. *c.* 20. §. 23.

„*d*) (AUT EX VI SUPEREMINENTIS DOMINII:) „Quid fit dominium fuper eminens, & an princeps vi „hujus dominii jus quæfitum fubditis auferre poffit, ftatim examinabimus. *Vid.* §. *feq. lit. a.*

„*e*) (PRIMUM REQUIRITUR UTILITAS PUBLICA:) „At tunc non vi fupereminentis dominii, fed vi legitimi imperii fubditis jus quæfitum aufertur.

f) (COMPENSATIO FIAT EI QUI SUUM AMISIT, EX COMMUNI:) Si proinde Princeps diruit ædes fuburbanas tempore obfidionis ad defendendam civitatem, fi in agris privatorum fortalitium exftruit, &c. æquum eft, ut damnum hoc communiter feratur, quia communiter intereft: & cives te-

ut in rebus aliis locum habet, *g* ita & in jure quod ex promisso aut contractu quæritur.

a §. VIII.

b Ne-

tenentur rem publicam defendere communi sumtu & opera: si proinde unus solus tribuit, a reliquis repetere potest. Alia quæstio est an omnes æqualiter teneantur, an tantum pro rata patrimonii? posterius verum est in actibus dividuis, prius in individuis, ut in defensione quæ unicuique in solidum incumbit. *Vid. l. 1. c. 5.*

„*g*) (ITA ET IN JURE QUOD EX PROMISSO „AUT CONTRACTU QUÆRITUR:) Ut scilicet Princeps vel in pœnam vel ob utilitatem publicam „pacta jure naturæ valida irrita facere possit: Ita „enim Jus Romanum in pœnam pacta vi metu„que inita, item de re litigiosa &c. irrita reddit; & „ob utilitatem publicam constituit, ne pacta a mi„nore, filiof. & muliere inita effectum habeant „&c. *Vasq. ill. contr. l. 1. c. 5. n. 15. & 16.*

a) (AD §. VIII.) Quærit hic Author, an regula illa *quod Princeps jura subditis quæsita auferre non possit*, tantum pertineat ad jura quæsita a natura, an etiam ad jura ex legibus civilibus quæsita? & bene respondet, Principem nec jura legibus civilibus quæsita subditis auferre posse: Nam hæc lex naturæ est, ne jus quæsitum auferatur; sive illud quæsitum sit a natura sive ex lege superioris, princeps enim de alieno disponereret, eoque injuriam faceret quam reparare tenetur.

ADDITIO.

„Late hanc quæstionem examinavi in jure meo „controverso, *L. 1. t. 4. q. 10.* & *tit. de Re jud.* „*q.* 10. quæ hic recenseri meretur.

„Mirum est, quam vulgo jactetur bro„cardicum illud, Principem vi plenitudinis „potestatis, durch einen Macht-Spruch, jura „subditis quæsita intervertere posse. At refellitur „hoc figmentum his solidissimis rationibus:

„(I.) Vel excedit illa plenitudo potestatis ma„nifeste fines justi imperii, & erit injuria; vel est „intra ejus fines, & tum idem erit ac imperium; „uti ergo vi imperii jura, subditis quæsita, tolli „non possunt, ita nec ex plenitudine potestatis, „quæ iisdem, quibus imperium, finibus conti„netur.

„(II.) Sed & certum est, juris tuendi causa „constituta esse imperia, & unicam ac solam in„troducendi imperii rationem in eo positam esse, „ut homines juribus suis a divino rerum Creatore „concessis tranquille uti queant, *B. Par. Diss. de* „*Imp. in par. §. 2.* & *Diss. de sum. pot. §. 1.* „Conf. *caus. 23. q. 5. c. 39. August. Ep.* 54. Tota „hæc imperii ratio interverteretur si Principi pro „lubitu in populum grassandi, juraque singulis „quæsita auferendi facultas concederetur.

„(III.) Hoc enim modo non differrent domi„nium & imperium, quæ tamen maxime diversa „sunt, *L. 215. de V. S.* Nam dominium est (a) „domini causa & ad ejus commodum pertinet, „unde is (b) abuti dominio potest, *L. 21. C. Mand.* „(c) omnia dominus sibi acquirit, suoque nomine „agit, sed & (d) alienat &c. Omnia secus se „habent circa imperia, utpote quæ 1) sunt subdi„torum, non regnantis causa constituta: Princeps „enim ideo est constitutus, ut justitiam æqua lance „distribuat. Indeque 2) imperium omnem abu„sum excludit; sed & 3) Princeps non sibi, sed „reipublicæ acquirit, ejusque nomine agit. Unde „4) non alienare potest bona reipublicæ, quia „ita non administraret, sed perderet &c. Tota, „inquam, hæc distinctio cessaret, si ex plenitu„dine potestatis Princeps jus quæsitum subditis „auferre, adeoque de eorum bonis & juribus „pro lubitu disponere posset: quin desineret esse „imperium, & fieret res privata. Vid. *optime* „*hac de re disserentem Illustrum Virum, Dn.* „*Stiglitzium. a secretioribus Polonorum regi* „*consiliis itinerum meorum olim socium aman*„*tissimum, in Diss. de Immut. juris primog. c. 3.* „*§.* 13.

„Hinc (IV.) constat Principem res judicatas „evertere non posse, nam partibus jus quæsitum „est ex consensu, adeoque ex naturali quo„que ratione: partes enim, judicem adeuntes, „in ejus sententiam, & quod ei stare ve„lint, compromittunt, *L. 3. §. 11. ff. de* „*Pecul. l. 11. §. 1. ff. de Novat. & late Dn. Par.* „*in Diss. de vero debit fent. abs. Sect. 3. §. 2. &* „*seq.* Unde (2) nec naturale debitum post rem „judicatam superest, licet injuria judicis reus ab„solutus fuerit, *arg. l. 13. Quib. mod. pign. solv.* „*dict. Diss. Sect. 3. per tot.* Hinc (3) Imperato„res, si leges ad casus præteritos extendunt, ex„cipere solent transactiones & judicata, *L. un. C.* „*de Contr. emt.*

„Atque ita facultas Viadrina in causa quadam „maximi momenti respondit Anno 1702. mense „Decembr. Sed & Augustissimus Rex in causa „Römmer, contra Römmern, ubi Commissarius „judicatum sustulit, factum hoc in rescripto ad „Regimen Halberstadiense transmisso improbavit.

„Sane (V.) jus quæsitum auferre, ipsa natura „prohibet: jus enim nostrum sine facto nostro auf„ferri nobis non posse, ipsius naturæ regula est, „tradita quoque in *L. 11. ff. de Reg. Jur.* at juri „naturæ etiam Princeps obligatur, *§. p. Inst. de* „*N & G.*

„Unde (VI.) ipsi Imperatores ajunt, nec Impe„riali rescripto jus quæsitum cuiquam subverti „posse, *L. f. C. Si cont. jus l. 16 C. de Transact.* „*l. 20. C. eod.* morisque non esse Principis, in cu„jus-

„jusquam injuriam beneficium tribuere. *L. 4. c. „de Emanc.* Et semper ita fieri debere interpre- „tationem, ut sine injuria, & præjudicio tertii „intelligatur, *L. 2. §. 10. & 16. ff. Ne quid. in „loc. publ. l. 40. ff. de Adm. tut.*

„(VII.) Ipsa summa potestas Principis est ex „jure quæsito, & ex dispositione populi, si vero „jura quæsita ita tolli possent, ipsa Majestas „Principis tuta atque secura non esset.

„Merito ergo (VIII) illud figmentum pleni- „tudinis potestatis a Dd. rejicitur, *Carpz. P. I, „dec. 78. n. 10. ibique late Dd. Dn. Par. J. publ „c. 20. §. 39.* & *Idem in Diss. de Imp. in par. „§. 7. seq.*

„Obst. (1) quod tamen Princeps ex utilitate „publica multa, etiam contra rationem natura- „lem, statuere possit.

„Resp. illa non statuit vi plenitudinis potesta- „tis, sed vi legitimi imperii, neque tunc contra „rationem naturalem statuit sed secundum eam: „hoc enim ipsa ratio naturalis suadet, quod in- „gruente necessitate reipublicæ etiam jus quæsitum „subditis auferri possit. *Grot. h.*

„Obst. (2) quod ipsi Status, tam Evangeliei, „quam Pontificii, illam plenitudinem potestatis „agnoverint in imperio nostro, dum sæpius soli „Imperatori ejusque decisioni quædam relinque- „runt, *d. diss. de Imp. in par. §. 8.* Sed ibidem

„Respondetur, illud ex ultronea re- „missione statuum contigisse, qui tamen omnino „etiam illos casus Imperatori relictos expresse „ratihabuerint: Uti verba allegantur *d. diss. §. 9.* „Sed & species ibi proposita, & arbitrio Impe- „ratoris relicta, nunquam pro lege valuit, his „enim duravit, & plene demum quoad singu- „los articulos, utriusque partis consensu, in pace „religiosa, *& R. I. de ann. 1555. §. 15. junct. §. 144.* „definita fuit *d. diss. §. 10.*

„Regula hæc, *quod Princeps jus subditis quæ- „situm auferre non possit*, vera est non tan- „tum de jure quæsito a natura, sed & „de jure quæsito ex legibus civilibus. Nam posita „lege, jus semel subditis quæsitum est ex consensu „& voluntate principis legem constituentis, quod „nec naturali ratione eis contraria voluntate „auferre potest. Sane subditis qui autoritate „legis nixus quædam gessit, comparavit, vendit „&c. fide publica deciperetur, si actus illi juxta „leges civiles gesti noviori lege nulli declarari „possent.

„Obj. (1) Quod Princeps pro lubitu mutare „& tollere legem possit. *§. 11. Inst. J. N. G. & C.*

„Resp. Tollere in futurum potest, quia ra- „tione futurorum non est jus quæsitum, „sed quærendum; Ratione actuum præteritorum „autem revocari lex & retro tolli non potest, „quia eatenus jus subditis quæsitum est ex ipsa vo- „luntate Principis.

„Obj. (2) Quod leges etiam ad casus præteri- „tos extendi possint, adeoque jus quoque quæsitum „noviori lege tolli potest. *L. 7. C. LL.*

„Resp. Verum hoc est si jus antiquum sit du- „bium, tunc enim Princeps illud interpretari & „hanc interpretationem etiam ad casus præteritos „extendere potest, uti apparet ex *L. un C de „Contr. Jud.* ubi jus antiquum, quo Præsides pro- „vinciarum immobilia comparare prohibentur, „extenditur ad Consiliarios, eorumque domesti- „cos, & præterea ad emtiones earundem personarum, „quæ fiunt per intermediam personam. Ne- „que enim hactenus jus quæsitum subditis dici „potest, quia licet verba legis antiquæ ad eos non „pertinent, mens tamen legis & identitas ratio- „nis eos prohibuisse videtur, idque princeps no- „viori lege non statuit, sed declarat: sed & nul- „lum in jure extat exemplum, quo legem abro- „gatoriam ad casus præteritos extensam esse pro- „bari poterit, cum e contrario plurima existent „exempla, ubi nec interpretationes ad leges præ- „teritas extenduntur. Vid. *Goth. ad L. 7. C. LL.*

„Cæterum regula præmissa quod Princeps jus „subditis sive ex lege naturæ, sive ex lege civili „quæsitum, nec ex plenitudine potestatis auferre „possit, varias patitur exceptiones: Nam merito

„Excipitur (1) casus necessitatis publicæ: „quia hoc casu non ex plenitudine potestatis, sed „vi legitimi Imperii, magistratus de juribus sub- „ditorum disponere potest; hoc enim ipsa natu- „ralis ratio suadet, ut ingruente necessitate „reipublicæ populus eam sanguine & bonis defen- „dere debeat. *Grot. de jur. bell. & pac. l. 2. c. 14.* „§. 7. Sed & in pœnam, vita, bona, aliaque jura „delinquentibus auferri possunt, *Grot. d. l.* Idque „non tantum ex necessitate reipublicæ; sed præ- „terea ex vicaria illa Dei potestate quam Princi- „pes in terris exercent.

„Exc. (2) Si jus quæsitum dubium est, & Prin- „ceps nova lege illud saltem interpretatur: hæc „enim interpretatio etiam ad casus præteritos „pertinet, & Princeps hactenus jus quæsitum non „aufert, sed dubium circa illud ortum decla- „rat.

„Exc. (3) auferri quoque jus subditis potest, „si illud non est quæsitum sed quærendum. Nam „hinc est (1) quod Princeps legem mutare in fu- „turum possit, quia quoad casus futuros subditis „non est jus quæsitum sed quærendum. Hinc „(2) est, quod restitutus ex indulgentia Principis „recipiat patriam potestatem quoad actus futuros: „§. 1. *Inst. Quib. mod. pat. pot. solv.* junct. *l. 13.* „*§. 1. C. sent. pass.* nam eatenus saltem filio jus „quæsitum est, ut sit paterfamilias quamdiu ipsius „pater deportatus est, non vero eatenus, ut Prin- „cipi non liceret patrem restituere.

„Atque ex his principiis sponte jam fluit de- „cisio quæstionis: in curia Halberstadiensi „ventilatæ: An sci. ille, qui criminis abolitio- „nem impetravit, famæque restitutus est, ad opi- „ficiorum collegia iterum admitti debeat: Acri- „ter id negavit collegium ex illa ratione, quod „jus ex statuto, (quod infames excludebat) col- „legio quæsitum esset. &c. Verum distinctione „totam rem componi posse puto: Si enim infa- „mia vera adest, & reus vel immediate a lege

 „vel

[b] Neque ullo modo hic admittenda eſt diſtinctio quam adferunt nonnulli, juris quæſiti ex vi juris naturalis, [c] & ejus quod venit ex lege civili: [d] nam in utrumvis par jus eſt regis, [e] nec hoc magis quam illud ſine cauſa tolli poteſt. Ubi enim dominium aut jus aliud alicui legitimo modo partum eſt, [f] id ne ſine cauſa ei auferatur juris eſt naturalis. Contra ſi rex faciat, haud dubie [g] tenetur reparare damnum datum: [h] facit enim contra verum jus ſubditi. Hoc ergo differt jus ſubditorum & jus exterorum, [i] quod jus exterorum [k] (hoc eſt qui nulla ratione ſubditi ſunt) ſupereminenti dominio nullo modo ſubeſt: [l] nam de pœna infra videbimus: [m] ſubditorum autem jus ei dominio ſubeſt, [n] quatenus publica utilitas deſiderat.

§. IX.

[a] Ex his quæ diximus & hoc apparet, quam [b] falſum ſit quod qui-

„vel per ſententiam notatus eſt, tunc verum eſt „reum jus Collegii amittere, & hactenus collegio „ex ſtatutis, ipſa voluntate Principis munitis, jus „quæſitum eſſe, quod contraria voluntate ipſi auf„ferri nequit. Si tamen Princeps hujusmodi notatum „famæ & dignitati reſtituit, eumque ad opificio„rum collegia admitti jubet, neceſſario quidem „recipiendus erit, quia poſt reſtitutionem non „amplius eſt infamis: At non retro jus collegii „recipit, ſed nova erit acquiſitio, ultimum occu„pabit locum, *L. 2. & pr. §. 1. decur.* ſalarium, „commoda & emolumenta eis quibus ſemel ceſ„ſere non auferuntur, *arg. l. 7. C. ſent. paſſ.* „omniaque præſtare debit ac ſi nunquam in „collegio fuiſſet: *arg. d. l. 2. §. 1 in f.* Si vero „infamia demum ex legis condemnatione ſequi„tur, ut in viro adultero *l. 43. §. Rit. nupt. l. 2.* „*§. 3. His qui not. inf.* & in reis reliquorum „criminum publicorum, *Laut. p. 62.* tunc abo„lito crimine, nec ſecuta ſententia, reus non „amittit jus collegii: Quia jus quæſitum collegio „non eſt ante ſententiam. Cum ergo reus non „ſit infamis, excludi a collegiis non poteſt.

„Atque hinc collegium eum, qui adulterii ac„cuſatus fuit, & criminis abolitionem impetravit, „recipere, eique omnia emolumenta retro præ„ſtare coactum eſt in cauſa W. contra Schmie„de Gulde, & in cauſa P. contra Cap. SS. B. „& M.

„*b*) (NEQUE ULLO MODO HIC ADMITTENDA „EST DISTINCTIO:) Idem repetit Author *L. 3. c.* „20. §. 9.

„*c*) (ET EJUS QUOD VENIT EX LEGE CIVILI:) „Quaſi poſterius privato a rege auferri poſſit non „prius: quod late examinavit *Vasq. ill. contr.* „*l. 1. c. 5. n. 16. & late ſeq.*

„*d*) (NAM IN UTRUMVIS PAR JUS EST RE„GIS:) Utrumque jus alienum eſt, adeoque extra „facultatem principis.

„*e*) (NEC HOC MAGIS QUAM ILLUD SINE „CAUSA TOLLI POTEST:) Injuriam ergo facit „princeps qui jus quod ex lege publica, adeoque „ipſius voluntate, alii quæſitum eſt, aufert.

„*f*) (ID NE SINE CAUSA AUFERATUR JURIS „EST NATURALIS:) *Vid. l. 2. c. 10. §. 1. n. 5.* Ju„ris enim naturalis prima regula eſt *ſuum cuique* „*tribuere:* i. e. nemini jus legitime quæſitum au„ferre:

„*g*) (TENETUR REPARARE DAMNUM:) Tene„tur enim jus ſuum cuique tribuere: quid ſi nolit? „Reſp. cogi non poteſt; at tunc jus non deficit, „ſed executio. *Vid. §. 6 in fin.*

„*h*) (FACIT ENIM CONTRA VERUM JUS SUB„DITI:) Adeoque peccat contra regulam naturæ, „quæ jubet *jus ſuum cuique tribuere.*

„*i*) (QUOD JUS EXTERORUM SUPEREMINENTI „DOMINIO NULLO MODO SUBEST:) Princeps ergo „extraneo jus quæſitum nec *in pœnam* auferre „poteſt, quia jus puniendi eum non habet, nec „ſuperior eſt intuitu extranei: neque ob *utilita„tem publicam*, quia cives ſaltem, non extra„nei, ſalutem civitatis promovere tenen„tur.

„*k*) (HOC EST QUI NULLA RATIONE SUBDITI „SUNT:) Nam extraneus quoque ſubditus eſſe „poteſt quoad certum actum, ſi ſcilicet in alieno „territorio contrahit vel delinquit: *Vid. ſupr. l. 1.* „*c. 3. §.* vel ratione rei ſitæ.

„*l*) (NAM DE POENA INFRA VIDEBIMUS:) „Author enim jus puniendi æqualibus in æquales, „etiam extraneos, competere putat. *Vid. §. 6. n. 2.* „& infra *c.* 20. *§.* 3. Ubi Paradoxon hoc refuta„bimus.

„*m*) (SUBDITORUM AUTEM JUS EI DOMINIO:) „i. e. Supereminenti, vel rectius, legitimo imperio.

„*n*) (QUATENUS PUBLICA UTILITAS DESIDE„RAT:) Nam civium officium natura eſt tueri „rempublicam, ejusque utilitatem adjuvare: In „dubio autem judicium principis non privatorum „eſſe, quid utilitati publicæ conveniat, diximus „ſupra *L. 1. c. 4.*

a) (EX HIS QUÆ DIXIMUS ET HOC APPARET:) Quæ-

quidam tradunt, contractus Regum leges esse. [c] Nam ex legibus nemini jus adversus Regem nascitur: [d] ideo si eas revocet nemini facit injuriam; [e] peccat tamen si sine justa causa id faciat. [f] At ex promissis & contractibus jus nascitur. [g] Contractibus ligantur contrahentes tantum, [h] legibus subditi omnes. [i] Possunt tamen quædam esse mixta ex contractibus & legibus, ut contractus cum vicino rege, [k] aut cum publicano factus, [l] qui simul pro lege publicatur, [m] quatenus ei insunt quæ subditis observanda sunt.

[a] §. X.

[b] Ve-

Quæritur *an contractus regum sint leges?* Negatur: nam leges feruntur a solo rege, ut superiore, in cives tanquam inferiores, non requisito eorum consensu; cum contractus non nisi mutuo consensu fiant, & hactenus non sit superior vel inferior, sed contrahentes sint æquales.

At, sensu maxime improprio, contractus non tantum regum sed & privatorum, leges dicuntur. *L. 7. §. 5. pact. l. 20. pact. dot. Tot. tit. de lege commissoria:* Quia quilibet rei suæ vel juri suo *legem* dicit, uti igitur quisque rei suæ legem dixit, ita jus est. Unde pacta contractibus adjecta *leges* dicuntur; *d. l. 7.* & lex commissoria nihil aliud est quam pactum contractui pigneratitio adjectum. *d. tit.* Cæterum differentiam inter obligationes quæ ex imperio, & eas quæ ex pacto veniunt, hac explicavi *in Diss. de Imp. in par. §. 13. & seq.*

„*b*) (QUAM FALSUM SIT QUOD QUIDAM TRA-„DUNT CONTRACTUS REGUM LEGES ESSE:) Do-„ctores apud Bodinum *de republ. l. 1. c. 8. p. m.* „113.

„*c*) (NAM EX LEGIBUS NEMINI JUS ADVER-„SUS REGEM NASCITUR:) Rex enim legem fe-„rendo nihil promittit, nedum se obligat, adeo-„que nullum jus in alium transfert, unde ipse te-„neatur:

„*d*) (IDEO SI EAS REVOCET NEMINI FACIT „INJURIAM:) Nam suo jure utitur, ea enim legis „civilis natura est, ut pro lubitu ab imperante mu-„tari possit: quia a sola voluntate imperantis de-„pendet.

„*e*) (PECCAT TAMEN SI SINE JUSTA CAUSA „ID FACIAT:) Nam uti leges non nisi ad utilita-„tem publicam ferre, ita & latas non nisi ex uti-„litate publica mutare potest. At an utile sit, ar-„bitrium est principis.

„*f*) (AT EX PROMISSIS ET CONTRACTIBUS „JUS NASCITUR:) Ex utriusque scl. consensu.

„*g*) (CONTRACTIBUS LIGANTUR CONTRAHEN-„TES TANTUM:) Jus enim ibi oritur ex disposi-„tione utriusque, adeoque tantum inter disponen-„tes.

„*h*) (LEGIBUS SUBDITI OMNES:) Regulariter „quidem id verum est, at possunt tamen esse le-„ges quæ certos saltem homines obligant.

„*i*) (POSSUNT TAMEN QUÆDAM ESSE MIXTA „EX CONTRACTIBUS ET LEGIBUS:) At duæ tunc „in hoc negotio distinctæ sunt causæ: Valet enim „negotium tanquam contractus inter contrahen-„tes, at quia rex quoque vult a subditis illud ob-„servari, ratione subditorum lex est. Ita pax Os-„nabrugensis valet ut contractus inter principes „contrahentes, i. e. inter imperatorem & status „imperii: inter subditos vero imperii valet ut lex „& sanctio pragmatica, quia ejus observantia ab „imperatore & statibus eis injuncta est.

„*k*) (AUT CUM PUBLICANO FACTUS:) Con-„tractus tunc est respectu publicani cui reditus pu-„blici locantur: subditi autem tenentur publicano „reditus illos solvere non vi contractus, sed ex „lege superioris, vi cujus subditi tenentur confer-„re ad onera imperii sustinenda vel principi, vel „ejus mandatario.

„*l*) (QUI SIMUL PRO LEGE PUBLICATUR:) No-„tificatur nimirum subditis publicano onera præ-„standa esse.

„*m*) (QUATENUS EI INSUNT QUÆ SUBDITIS „OBSERVANDA SUNT:) i. e. quatenus publicano „tales reditus locantur, qui a subditis præstari de-„bent:

a) (AD §. X.) Sequitur jam tertia pars hujus capitis (Vid. supr. §. 1. pr.) *quid scilicet regi liceat circa actus successoris?* Ubi notandum est, jure naturæ hæredes & successores non teneri nisi *ut possessores bonorum* ex quibus defunctus debuit, adeoque non nisi quatenus defunctus plus habuit in bonis & patrimonio suo: Unde simul apparet regulam illam *quod hæres repræsentet personam defuncti* mere civilem esse:

Atque ex his jam constat ratio, cur fiscus quoque, acquirens hæreditatem vacuam, ad æs alienum teneatur, & ad onera præstanda quæ hæreditati inhærent, quia bona defuncti sunt obligata, quæ non intelliguntur nisi deducto ære alieno: *Vid. Disp. nostra de bonis vacantibus:* Sed & porro si hæres vendit suam hæreditatem, æs alienum ipso naturæ jure in emtorem transfertur.

Cum vero rex duplex habeat patrimonium, publicum & privatum; adeoque & duplicia bona, tum quæ ad rem publicam pertinent, ut bona coronæ, domania, &c. tum quæ titulo privato prin-

cipi

[b] Veniamus ad successores: de quibus adhibenda distinctio est, [c] sintne omnium simul bonorum heredes, [d] ut qui regnum, quod in patrimonio est [e] testamento vel [f] ab intestato accipiunt; [g] an successores regni duntaxat, [h] puta ex electione nova, [i] aut ex præscripto; [k] sive imitatione quadam vulgaris hereditatis, [l] sive aliter: [m] an vero mixto jure succedentes. [n] Nam qui bonorum omnium ita ut regni heredes sunt, quin promissis & contractibus teneantur dubitandum non est. [o] Pro debitis enim etiam personalibus bona defuncti ut obligata sint, ipsi rerum dominio coævum est.

§. XI.

cipi quæsita eique propria sunt: Duplicem quoque rex habet successorem, alium qui in imperio & juribus publicis succedit, alium qui in jura privata: Hinc (1) bona publica ad solum successorem in imperio pertinent, privata ad quemlibet hæredem, etiam non successorem: Ille (2) ad æs alienum tenetur, quod intra fines legitimæ administrationis contractum est, hic ad omne æs alienum quod ad usus privatos quocunque modo contractum est. Si dubitatur an intra fines administrationis contractum sit, successor tenetur, quia in dubio judicium est defuncti. An vero & quatenus princeps ex fœdere antecessoris teneatur, explicabimus *Cap seq.* §. 15. Si igitur 3) successor in imperio fratres habeat, ille solus æs alienum publicum solvit; privatum vero pro rata saltem, quatenus in bona succedit.

ADDITIO.

„De obligatione successorum ex promisso defuncti *Vid. Differt. prooem. XII.* §. *409. n. 5. &* „*B. Par. Exercit. Curios Vol. 1. fol. 848.* Hic „obiter notamus 1) FILIUM successorem quoque „teneri ultra patrimonium defuncti, quia in genere „familiam continuat. Adeoque 2) regulam *quod* „*hæres repræsentet personam defuncti* hactenus na„turalem esse: *Vid. supr. c. 7.* §. *3. pag. 679.* 3) „Quæ de duplici patrimonio B. Parens differit, la„tius a nobis explicata invenies *supra l. 2. c. 6.* „*§. 11.*

b) (Grot.) (VENIAMUS AD SUCCESSORES:) Vide Scriptores quibus utitur *Reinkingius* lib. 1, classe III, cap. 10.

„*c*) (SINTNE OMNIUM SIMUL BONORUM HÆ„REDES:) Quales jure naturæ sunt soli liberi.

„*d*) (UT QUI REGNUM, QUOD IN PATRIMONIO „EST TESTAMENTO VEL AB INTESTATO ACCIPI„UNT:) Regem nunquam in patrimonio habere „regnum passim probavimus.

„*e*) (TESTAMENTO:) Vid. *supra l. 2. c. 6. §. 3.* „*seq.*

„*f*) (AB INTESTATO:) Vide *supra l. 2. c. 7.* „*§ 12. seq.*

„*g*) (AN SUCCESSORES REGNI DUNTAXAT:) „Quod scilicet non simul est in patrimo„nio.

„*h*) (PUTA EX NOVA ELECTIONE:) Quia novi„ter electus non succedit in hæreditatem, seu pa„trimonium defuncti.

„*i*) (AUT EX PRÆSCRIPTO:) i. e. lege regni „& delatione populi. *Gronov. h.*

„*k*) (SIVE IMITATIONE QUADAM VULGARIS „HÆREDITATIS:) Uti si familiæ defertur hæredi„tas, *Vid. l. 2. c. 7. §. 19.*

„*l*) (SIVE ALITER:) Uti si successio obtinet „feudalis & linealis. *d. c. 7.* §. *21. seq.* vel si spe„cialis modus succedendi ex voluntate populi est „definitus. *ibid. §. 24.*

„*m*) (AN VERO MIXTO JURE SUCCEDENTES:) „Scilicet partim jure hæreditario, partim jure suc„cessionis, vel, ut ipse Author *§. seq. n. 1.* rem „explicat, partim in bona, in jus regni autem in „solidum.

„*n*) (NAM QUI BONORUM OMNIUM ITA UT „REGNI HÆREDES SUNT, QUIN PROMISSIS TENE„ANTUR:) Tales reges non dari jam diximus: „Regnum nunquam in patrimonio regis est; „Adeoque successor nunquam ex hac ratione te„netur. Sed dicendum est, omnem successorem „teneri ad æs alienum in utilitatem reipublicæ „contractum, quia patrimonio publico id cohæ„ret, quod cum suo onere ad successorem quem„cunque transit: Atque ex hac ratione asserimus „regem seu populum, qui civitatem desertam oc„cupat, teneri ad æs alienum prioris populi. *Vid.* „*L. 2. c. 9. §. 8. Conf.* §. *seq.*

„*o*) (PRO DEBITIS ENIM ETIAM PERSONALI„BUS BONA DEFUNCTI UT OBLIGATA SINT, IPSI „RERUM DOMINIO COÆVUM EST:) Author domi„nium facto gentium demum introductum esse „passim docet: ac obligationem quæ ex dominio „oritur ex societate aliqua, quæ introducto domi„nio inter dominos contrahitur, deducit, & qua „cautum esse fingit, ut qui rem alienam in sua „habet potestate eam domino reddere teneatur. „*Vid. l. 2. c. 10.* §. *1. n. 2. & 4.* Atque huic socie„tati tribuit jus illud, quod possessor bonorum „defuncti obligetur ex ejus patrimonio.

„At dominia immediate a natura, non vero „ex ficta quadam divisione, aut tacite indulta oc„cupatione orta esse alibi probavimus: Sed & „porro obligationem restituendi rem domino „non ex societate aliqua, quæ introducto domi„nio inter dominos contrahatur, oriri demon„stravimus supra *c. 10. §. 1. n. 2. &* 4. Hinc sponte „sequitur

§. XI.

1. [a] At qui in jus regni duntaxat ſuccedunt: [b] aut partim in bona, [c] in jus regni vero in ſolidum, [d] quatenus obligentur tam dignum eſt quæri, quam confuſe hactenus tractatum eſt. [e] Directe, hoc eſt ἀμέσως, hos ſucceſſores regni, qua tales, non obligari ſatis eſt manifeſtum, [f] quia jus non accipiunt ab eo qui proxime deceſſit, ſed a populo, [g] ſive ea ſucceſſio propius accedat ad jus hereditatum vulgarium, [h] ſive abſit longius: de quo diſcrimine [i] ſupra egimus.

2. Sed [k] ἐμμεσως, id eſt per [l] interpoſitam civitatem, obligantur etiam tales ſucceſſores: quod ſic intelligetur. [m] Coetus quilibet, non

„ſequitur male huic ſocietati tribui, *quod poſſeſſor obligetur ex defuncti patrimonio:* Vera ratio cur hæres teoeatur ad onera defuncti hæc eſt, „quod hæres ſuccedat io familiam i. e. in omne „jus defuncti, adeoque hactenus cum eo habeatur „pro una perſona: Quæ ratio locum habet etſi „defunctus nihil in bonis habuerit:

a) (Grot.) (AT QUI IN JUS REGNI DUNTAXAT SUCCEDUNT:) Vide *Aymonium* edituro a Frehero pag. 373.

ADDITIO.

„Adeoque qui non ſunt hæredes omnium bonorum, regnique ſimul patrimonialis; ſed qui „ex voluntate ſaltem populi hæreditario jure in „regno ſuccedunt.

„*b*) (AUT PARTIM IN BONA:) Si ſcilicet plures ſint defuncti regis hæredes, tunc primogenitus, qua hæres, pro rata ſaltem in bona privata „ſuccedit.

„*c*) (IN JUS REGNI VERO IN SOLIDUM:) Jure „primogeoituræ:

d) (QUATENUS OBLIGENTUR TAM OIGNUM EST QUÆRERE:) Diximus Principem duplicia habere booa; alia *publica* regni, alia *privata*: in *illis* ſolus primogenitus ſuccedit, adeoque & ſolus onera illis boois publicis cohærentia fert, in *his* omnes defuncti liberi, filii & fœminæ ſuccedunt, adeoque rex qua hæres tantum pro ea parte, qua bona ad eum tranſeunt:

e) (Grot.) (DIRECTE, HOC EST ἀμέσως, HOS SUCCESSORES REGNI, QUA TALES, NON OBLIGARI SATIS MANIFESTUM EST:) Sic Solomo obligatus non fuit eo promiſſo, quod Semei David fecerat. (Vide 1 *Reg.* II. 9. & quod ea de re dictum eſt apud PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. II. §. 13. *J. B.*)

ADDITIO.

„Recte obſervavit Puffendorfius nec Solomonem nec Davidem male feciſſe: David enim „non præcepit filio ut ipſe Simei ob delictum plecteret, (nam juraverat ei quod mori non deberet. II Sam. c. 19. v. 19.) ſed conſilium ei dedit, „ne patiatur innoxium, idque ſapientiæ filii reliquit, qui mortuo patre injunxit Simei ut Hieroſolymis ſub oculis regis habitaret, nec rivum „Cedron tranſiret: Verum divina providentia ita „diſpoſuit, ut leges tam faciles, abs ſe ſe quoque „approbatas, violaret, ut juſta foret occaſio condigno nequam hominem exitio tradendi. *Puffend.* „*J. N. Lib. VIII. c. X.* §. 3.

„*f*) (QUIA JUS NON ACCIPIUNT AB EO QUI „PROXIME DECESSIT SEO A POPULO:) Adeoque „ex pacto anteceſſoris, utpote tertii, ſucceſſor „obligari nequit.

„*g*) (SIVE EA SUCCESSIO PROPIUS ACCEDAT „AD JUS HÆREDITARIUM VULGARIUM:) Uti in „ſucceſſione cognatica: *Vid. ſupr. c. 7.* §. *22.*

„*h*) (SIVE ABSIT LONGIUS:) Uti io ſucceſſione „agnatica, & lineali. *ibid.* §. *23.*

„*i*) (SUPRA EGIMUS:) *L. 2. c. 4.* §. *12. & ſeqq.*

„*k*) (ἐμμέσως:) i. e. Per indirectum.

l) (Grot.) (PER INTERPOSITAM CIVITATEM OBLIGANTUR:) Similia vide c. 1. *de ſolutionibus.* Propius ad rem facit c. Abbate, 3. *de ſententiis & re judicata*, ubi notanda verba: *Cum tam ſupra dicti avi donatio quam locorum acquiſitio promiſſorum fuerint nomine regni facta.* Vide & *Treutl.* parte I. diſput. VI. theſi 7. Syr. de pace religioois. concl. 19.

ADDITIO.

„Etſi igitur ſucceſſor non teneatur ex conſenſu „ſuo, nam cum eo pactum non interceſſit, tamen tenetur ideo quia anteceſſor intra fines legitimæ adminiſtrationis promiſit ad utilitatem & „neceſſitatem regoi: Cum igitur regnum tranſit „ad ſucceſſorem, tranſit cum ſuo onere, & hacteous ſucceſſor aliquid alieoi tenet quod ex ge-

„nerali

non minus quam personæ singulares, jus habet se obligandi per se, [n] aut per majorem sui partem. Hoc jus transferre potest [o] tum expresse, [p] tum per consequentiam necessariam, puta imperium transferendo, [q] nam in moralibus qui dat finem, dat ea quæ ad finem perducunt.

§. XII.

I. [a] Non tamen in infinitum hoc abit, [b] neque enim obligandi infinita potestas ad imperium recte exercendum necessaria est, [c] ut nec ad tutelam aut curationem, [d] sed quatenus ejus potestatis
L. qui fundum. natura exigit. [e] *Tutor domini loco habetur*, inquit Julianus, *cum rem*
7. si tu tor, 3. D *administrat, non cum pupillum spoliat*, quo sensu & illud intelligen-
pro emto dum quod dixit [f] Ulpianus, [g] magistri societatis pactum societati
L. ab agnato [h] non prodesse tantum, sed & obesse. Neque tamen ut quidam
12. D. de curato- existimant, lex hæc ad naturam negotiorum gestorum exigenda est,
ribus L. 21. pactum C. [i] ut tum demum ratus sit habendus actus si utiliter gestus sit. Nam 'ad

„nerali regula justitiæ tribuere debet ei cui id „deest.

„Diximus autem in dubio judicium esse antecessoris, an utilitati reipublicæ conducat, an non. „Adeoque successor ex tali debito ab antecessore „contracto semper tenetur, donec probetur in detrimentum regni contractum esse.

„*m*) (COETUS &c. JUS HABET SE OBLIGANDI „PER SE:) Sensus est, populum ipsum se obligare, adeoque & cum jure populi contrahere „posse qui populum repræsentat, & in quem populus omne jus suum transtulit.

„*n*) (AUT PER MAJOREM SUI PARTEM:) Major enim pars rationem integri habet. *l. 2. c. 5.* „§. 17.

„*o*) (TUM EXPRESSE:) Nimirum obligationem „approbando in comitiis &c.

„*p*) (TUM PER CONSEQUENTIAM NECESSARIAM, PUTA IMPERIUM TRANSFERENDO:) Vi hujus „imperii Regi facultas administrandi competit, „pars autem administrationis est in utilitatem rei „publicæ debitum contrahere.

„*q*) (NAM IN MORALIBUS QUI DAT FINEM, „DAT EA QUÆ AD FINEM PERDUCUNT:) Explicavimus hanc regulam in *proleg.* § *in not.* & „*l. 2. c. 5. §. 24. n. 2. item c. 7. §. 2. n. 1.* Sane „concesso jure, omnia ea sequuntur sine quo jus „illud exerceri nequit. *Posit. I. G. IV. n. 4.* Adeoque qui concedit generalem facultatem administrandi, concedit quoque facultatem debita „contrahendi.

a) (NON TAMEN IN INFINITUM:) Adeoque successor tunc demum ex promissione antecessoris obligatur, si ut administrator promittit, i. e. in utilitatem reipublicæ: sæpius autem dictum est, judicium an utile sit, in dubio esse administratoris.

„*b*) (NEQUE ENIM OBLIGANDI INFINITA „POTESTAS AD EXERCENDUM IMPERIUM NECESSARIA EST:) i. e. non promiscue Imperans de „imperio disponere potest.

„*c*) (UT NEC AD TUTELAM AUT CURATIONEM:) *Vid. l. 12. ff. de Curat.*

„*d*) (SED QUATENUS EJUS POTESTATIS NATURA EXIGIT:) Natura autem imperii in tuendo „singulorum & totius reipublicæ jure consistit, „ideo enim regi delatum est imperium. *d. l. 12.*

e) (Grot.) (TUTOR DOMINI LOCO HABETUR, INQUIT JULIANUS, CUM REM ADMINISTRAT NON CUM PUPILLUM SPOLIAT:) Huc pertinent ea quæ habet *Camdenus* parte IV. Elisabethæ anno cIↄ Iↄxcv; & quæ *Cromerus* habet de Georgii Bohemiæ regis ære alieno imprudenter suscepto a Wladislao, lib. XXVII. (*pag.* 593.)

ADDITIO.

„Regula hæc exstat in *L. 7. §. 3. ff. pro emtore.* „Hinc etiam dolus tutoris nec nocet nec prodest „pupillo *l. 3. pr. Quand. ex fact. l. 13. §. 7. act.* „*emt.* Quod vero pupillo electio competat an „læsus, etiam culpa tutoris, restitui, an contra „tutorem agere velit, jure Codicis demum constitutum est. *L. 5. & 1. 1. C. Si tut. vel cur. interv.*

„*f*) (ULPIANUS:) In *l. 14. ff. de pactis.*

„*g*) (MAGISTRI SOCIETATIS:) Qui præerat „focus exercendi vectigalis publici, velut scripturæ aut portoriorum, decumarumve. *Cic. 2. in* „*Verr. 71. & 74. Lib. 13. ep. 5. & 65. Vid. Gron. h.*

„*h*) (NON PRODESSE TANTUM SED ET OBESSE:) Scilicet intra fines administrationis: Atque hinc transactio cum administratoribus inita „non valet, si jure debitum ambitiose remissum „est. *L. 12. c. transact.*

„*i*) (UT TUM DEMUM RATUS SIT HABENDUS

ACTUS

ad tales anguſtias reipublicæ imperantem redigere, *k* ipſi reipublicæ eſſet periculoſum. *l* Quare nec ſenſiſſe hoc credendus eſt populus cum imperium detulit. Sed quod a Romanis Imperatoribus *m* in cauſa civitatis reſponſum eſt, valere transactionem quam magiſtratus feciſſent *n* in re dubia, *o* non ſi indubitate id quod deberi poſſit remiſſum ſit, *p* idem ad noſtram de populo toto quæſtionem referri debet ac poteſt, *q* ſed ſervata proportione.

2. Sicut ergo *r* leges non quævis ſubditos obligant, poſſunt enim, etiam extra eas quæ jubent *s* quod illicitum eſt, eſſe quædam *t* evidenter ſtultæ atque abſurdæ; *u* ſic & contractus regentium ita obligant ſubditos, *v* ſi probabilem habeant rationem, *w* quod in dubio ob regentium auctoritatem præſumi debet. Quæ diſtinctio multo eſt melior

De pact. L. 28. ff. Eod. L. Praeſes, 12. C. De transaction. Alph. de Caſtr. l. 1. Leg. pæn. c. 5. Vid. in relect. de pot. ſup. & Conc. n. 18. Th. 1. 2. q. 95. art. 3. Pan. in c. cum eccleſiarum num. 14 Felin. n. 60. Tur-

„ACTUS SI UTILITER GESTUS EST:) In actione „negotiorum geſtorum verum eſt non teneri eum „cujus negotia geſta ſunt, niſi id utiliter factum, „& ex geſtione ea aliquid ad dominum negotii „pervenerit, tunc enim plus ſuo habet quod ei „qui minus ſuo habet reſtituere tenetur.

„At in Principe ſufficit eum probabilem „habuiſſe rationem. *Vid.* §. *12. n. 2.*

„*k*) (IPSI REIPUBLICÆ ESSET PERICOLOSUM:) „Nemo enim cum principe contracturus eſſet.

„*l*) (QUARE NEC SENSISSE HOC CREDENDUS EST POPULUS CUM IMPERIUM DETULIT:) „Hæc voluntatis conjectura nihil operatur, nec jus „dat, quis enim judicare deberet an populus tempore delationis id ſenſerit an non? Vera ratio „eſt quod populus generalem adminiſtrationem „detulerit Principi, eoque in genere facultatem „contrahendi conceſſerit, ſane contrahentis non „eſt inquirere an negotium utile ſit reipublicæ „an non, niſi notorie in detrimentum reipublicæ „vergat. *Vid. lit. o.*

„*m*) (IN CAUSA CIVITATIS RESPONSUM EST:) „Vid. *L.* 12 *C. de transact.*

„*n*) (IN RE DUBIA:) Ibi enim judicium eſt „adminiſtratoris.

„*o*) (NON SI INDUBITATE ID QUOD DEBERI „POSSIT REMISSUM EST:) Si id notorium ſit, & „ipſi contrahenti de eo conſtet, vel conſtare debeat, certum eſt jus ei ex tali promiſſo non naſci, quia contrahens ſcire debet adminiſtratorem „non habere facultatem perdendi, ſeu alienandi.

„*p*) (IDEM AD NOSTRAM DE POPULO TOTO „QUÆSTIONEM REFERRE DEBET:) Ita ut populus „quoque & ſucceſſor obligetur ex contractu Principis anteceſſoris: modo non notorie in detrimentum reipublicæ vergat.

„*q*) (SED SERVATA PROPORTIONE:) Latius „enim longe patet adminiſtratio Principis, ac „adminiſtratoris civitatis. Unde judicium quoque de utilitate populi latius ſe extendit, & ſi „ſucceſſor allegat, notorie in detrimentum reipublicæ promiſſum eſſe, id ab allegante probari, „ac, ſi inter partes quæ ſuperiorem non habent „de ea lis ſit, bello id decidi debet.

„*r*) (LEGES NON QUÆVIS:) Imo omnes obligant, præter eas quæ aliquid contra jus naturæ „vel divinum ſtatuunt.

„*s*) (QUOD ILLICITUM EST:) Scilicet natura, „vel præcepto divino: nam Princeps ille hactenus „ſubditus eſt.

t) (Grot.) (ESSE QUÆDAM EVIDENTER STULTÆ ATQUE ABSURDÆ:) Ut lex Cabadis Perſarum regis apud *Procopium* (Perſic. Lib. 1. c. 5.) & *Agathiam.* (Lib. IV. c. 12.) Hoc legis argumentum ad alienationes aptat Petrus, Legatus Juſtini II. ad Chosroën, agens de iis quæ Juſtinianus Saracenis promiſiſſe videbatur: *οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔθει, φημὶ δὲ τὸ πλέον καὶ νόμῳ μὴ λυσιτελοῦντι, καὶ εἰ πέφυκε βασιλεὺς ὁ τὸ ἔθος ἰσχυροποιήσας, ἤγουν νομοθετήσας, πολιτεία καταδικασθήσεταί ποτε: Non enim ex unius hominis conſuetudine, aut etiam lege non utili, etiam ſi Imperator ſit qui morem talem firmaverit, aut lege ſanxerit, reſpublica unquam condemnabitur.* (Hoc eſt e MENANDRI *Protectoris Legat.* c. 12. ſed ibi *Joannes* Legatus loquitur, non *Petrus.* J. B.)

ADDITIO.

„Si princeps id velit, omnino tenetur populus: „huc pertinet lex quam Caligula meditatus eſt „de Senatorio honore exhibendo equo. &c. *Dio* „*in Caligula: Suet. in Calig. c. 53.*

„*u*) (SIC ET CONTRACTUS:) Mala hæc eſt illatio a legibus ad contractus: Nam leges ſtultæ „obligant ſaltem populum quamdiu princeps vult, „& quamdiu ſucceſſor eas non mutat: ſed contractus ſtulti obligant & populum & ſucceſſorem „in perpetuum, quamdiu non *notorie* de detrimento reipublicæ conſtat.

„*v*) (SI PROBABILEM HABENT RATIONEM:) „Rectius; quoties non *notorie* in detrimentum „reipublicæ tendunt.

w) (Grot.) (QUOD IN DUBIO OB REGENTIUM AUTORITATEM PRÆSUMI DEBET:) *Sidonius* lib.

retrem. in c. sententia 11. q. 3. concl. 6. & 7. n. 8. & 9. Alii inc. licet, de voc. Aguirre Apol. p. 1 n. 10. 70.

lior, quam illa quæ a multis afferri solet [x] de exitu modicæ aut immodicæ læsionis. [y] Non enim exitus in hac re, [z] sed probabilis ratio rei gerendæ spectanda est: [aa] quæ si ad sit, & populus ipse obligabitur, [bb] si quo casu sui juris esse inceperit, [cc] & successores ut populi capita. Nam & si quid populus liber contraxisset, [dd] obligaretur is qui postea regnum plenissimo jure acciperet.

3. [ee] Laudatur Cæsar Titius hoc nomine, quod beneficia a superioribus concessa a se peti passus non est, cum Tiberius, & eum secuti [ff] non aliter rata habuissent superiorum beneficia, nisi eadem iisdem & ipsi dedissent. Titi exemplum secutus Imperator optimus Nerva, in Edicto quod [gg] apud Plinium exstat sic ait: *Nolo existimet quisquam quæ alio Principe vel privatim vel publice est consecutus, id eo saltem a me* Hist. III. c. 55. *rescindi, ut potius mihi debeat si illa rata & certa fecero, nec gratulatio ullius instauratis eget precibus.* At vero de Vitellio cum narrasset. Tacitus eum, nulla posterum cura, lacerasse imperium, [hh] vulgo ad magnitudinem beneficiorum accurrente; quibusdam & pecuniam emercantibus, addit: *Apud sapientes cassa habebantur quæ* [ii] *neque dari neque accipi, salva republica, poterant.*

4. Il-

v. epistola xvii. *Quicquid spoponderit princeps, semper redhibet principatus.* Vide *Ambrosium* in laudibus Theodosii, (*pag* 492. C. *Ed. Paris.* 1569.) *Symmachum* lib. IV, epist. 7. & 19. lib. V, 37. Conc. Toletanum V, c. 6. C. *ceterum* 3. *de donationibus.* debita Justiniani, qui æs magnum reliquerat, a Justino imperii successore persoluta narrat *Corippus* lib. ii.

ADDITIO.

„Populus enim omne suum judicium in principem transtulit, quod io dubio tamdiu valet, donec *notorie* constet rempublicam inde detrimentum capere.

„*x*) (DE EXITU MODICÆ AUT IMMODICÆ LÆSIONIS:) Nam nec immodica læsio irritum reddit contractum Principis si intra fines administrationis contraxerit; ut in dubio factum præsumitur.

„*y*) (NON ENIM EXITUS HAC IN RE:) i. e Eventus, seu læsio.

„*z*) (SED PROBABILIS RATIO REI GERENDÆ:). Cujus judicium & arbitrium est penes Principem.

„*aa*) (QUÆ SI ADSIT:) Uti semper adest vi illius arbitrii quod populus in principem contulit, nisi notorie detrimentum appareat.

„*bb*) (SI QUO CASU SUI JURIS ESSE INCEPERIT:) Mortuo scilicet contrahente si regnum est electivum, vel exstincta ejus familia.

„*cc*) (ET SUCCESSORES UT POPULI CAPITA:) Successor enim jure populi utitur, uti antecessor.

„*dd*) (OBLIGATUR IS QUI POSTEA REGNUM PLENISSIMO JURE ACCEPERET:) Succedit enim in jura populi: quod Author late explicavit supra. *c. 9. §. 8. n. 3.*

ee)) (Grot.) (LAUDATUR CÆSAR TITUS HOC NOMINE:) Historia apud *Suetonium* c. 8. apud *Xiphilinum* ex Dione, (pag. 212. *Edit. Rob. Steph.*) & apud *Victorem*, (*in Cæsar.b.* c. 10.) Simile c. Justitiæ, 15. causa xxv, quæst. 1. *Gail.* obs. II. LX, 15. Vide & Radevici historiam. *Gunterus Ligurinus* lib. V.

Neve secururi factum subvertere reges
Aut revocare queant, regali tuta sigillo
Argumenta Duci, monumentaque certa reliquit.
(Vers. 569. & *seqq.*)

Et libro viii. (*vers.* 579. &c.)

Tanta tamen clari fuit indulgentia regis,
Ut quicunque bona priscorum munera regum
Hactenus ista fide possederat, idque probare
Legitimis poterat vel demonstrare tabellis,
Principis assensu titulo gavisus eodem
Nunc quoque possideat ———

ADDITIO.

„Hic locus huc non pertinet, nam agitur de casu privilegii (non de contractu) quod successor revocare noluit: de quo §. *seq.*

„*ff*) (NON ALITER RATA HABUISSENT:) Nec injuria; privilegia enim, quæ notorie in perniciem reipublicæ tendunt, revocari posse certum est. *Vid.* §. *seq.*

gg) (Grot.) (APUD PLINIUM:) *L.* 10. *ep.* 66.

„*hh*) (VULGO AD MAGNITUDINEM BENEFICIORUM ACCURRENTE:) i. e. Avide accipiente quæ ille prodige donaret. *Gron. h.*

ii) (Grot.) (QUÆ NEQUE DARI NEQUE ACCIPI, SALVA

4. Illud hic addendum eſt, ſi quo caſu contractus incipiat vergere [kk] non ad damnum modo aliquod, [ll] ſed ad perniciem publicam, ita ut ab initio contractus [mm] in extenſione ad illum caſum cenſendus

SALVA REPUBLICA, POTERANT:) Laudat & applicat *Mariana* ad immenſam munificentiam Friderici Regis Neapolitani XXIV, 16. A Nerone donata etiam ab emtoribus repetiit Galba, relicta decima. *Tacitus* hiſtoriarum I. (*Cap.* 20.) & *Plutarchus* (*in Galb.* Tom. II. pag. 1060. A.) Pertinax etiam a libertis ea exegit quæ ſub ſpecie venditionis Commodo Principe, lucrifecerant, (*Capitolinus*, Cap. 8.) Baſilius Macedo Imperator repetit quæ Michaël Imperator elargitus fuerat. *Zonaras* de eo: (Lib. XVI. Cap. 8. *Ed. Reg.*) Εψήφιςο παρὰ πάντων τὰς ἐξ ἐδεμίας χρήματα λαβόντας εὐλόγε λαβῆς, ἀναδιδόναι ταῦτα, ἢ τόγε δὴ μετριώτερον ἥμισυ: *Communi conſenſu placuit, ut qui pecunias nulla probabili ex cauſa accepiſſent, partim totas, partim dimidium redderent.* Vide eundem Iſaacio Comneno. (*Lib.* XVIII. *Cap.* 4.) De donationibus Ludovici XI. vide *Serranum* Carolo VIII. (Pag. 413) De ejusdem donationibus, etiam quæ Eccleſiis factæ, non ſervatis, *Philippum Cominæum* lib. IX. (*Verſ. Sleidan. p.* 97. & Lib. VI. Cap. 7. ipſius Auctor.) *Marianam* vero de donationibus quas Arragoniæ rex Ramirus fecerat, reſciſſis, libro X, c. 6. de Iſabellæ donationibus reſciſſis per ipſam XXVIII, 11. *Cromerum* de Caſimiri regis Poloniæ teſtamento partim probato, partim improbato, (Lib. XIII. pag. 322. 323.)

ADDITIO.

„Optime Vitellius theſin hanc defendit, ſane „Princeps facere non poteſt, ne reſpublica ſalva „ſit: At an in hypotheſi vera illa ratio fuerit, alia „quæſtio eſt.

„*kk*) (NON AD DAMNUM MODO ALIQUOD:) „Quale Author ponit, ſcilicet quod notorium eſt, „adeoque ubi contractus excedit fines adminiſtra„tionis.

„*ll*) (SED AD PERNICIEM PUBLICAM:) Hacte„nus enim imperium regi delatum non eſt. *Vid* „*L.* 1. *c.* 4. §.

„*mm*) (IN EXTENSIONE AD ILLUM CASUM „FUISSET INJUSTUS:) Senſus eſt, etſi contractus „ab initio juſtus & licitus fuerit, ſi tamen poſtea „incidat caſus quo contractus ille perniciem reipu„blicæ illaturus eſſet, negotium hoc retro nullum „fieri, & merito: Nam omni negotio ſuo „natura ineſt clauſula, *rebus ſic ſtantibus.*

„Equidem intricata admodum eſt hujus mate„riæ tractatio, & difficile eſt determinare quando „res ſic vel aliter ſtet, adeoque quando „mutatus ſtatus videatur: B. P[illegible]us *in Diſputa„tione de clauſula rebus ſic ſtantibus cap.* 2. §. 1. „*ſeq.* rem hoc modo explicat.

„Uti ſtatus ille rerum, ex innumeris circum„ſtantiis componi, ita & innumeris variari poteſt.

Atque in tanta varietate, & tot ambiguitatibus „difficile videtur accurate eum definire, ac pro„priis finibus ita coercere, ut cujusque negotii „ſtatus, & quando ille mutatus intelligatur, appa„rere queat; quod tamen probe definitum eſſe, „plurimum intereſt.

„Inprimis vero diſcernendum in genere eſt in„ter ſubſtantialia ſtatus, & ejus accidentia: ne„que dubitandum eſt, ſtatum rei mutatum eſſe, „cum ipſa, ſine qua conſiſtere nequit, ſubſtantia „mutata eſt. Idque eſt quod infert antiqua illa „regula: Tolli rem vel negotium, cum incidit „in caſum a quo incipere non potuit *L.* 3. §. „*fin. ff. de his, quæ pro non ſcript.* Etſi regula „directo in contrarium concepta ſit in *L.* 85. §. „1. *ff. de R. J.* Non eſſe novum, ut quæ ſemel „utiliter conſtituta ſunt durent, licet ille caſus „extiterit a quo initium capere non potuerunt. „Item in *L.* 11. *ff. de Judic. L.* 11 *ff. de Ser„vit. L.* 15. *in fin. l.* 16. *ff. Ad l. Aquil.* §. *pen.* „*Inſt. de Noxal. act.* § 2. *Inſt. de Inut. ſtip. L.* 40. „§. 5. *ff. de Furt.* Adeo, ut in deciſionibus caſuum „quoque in contrarias invicem partes diſceſſerint „JCti veteres, in notiſſima ſpecie cum quis cre„ditori ſuo, quod ei ſub conditione debet, legat, „& eo deinde vivo conditio exſtitit, quo ipſo uti„litas omnis legati evaneſcit, æque quin magis „jam re absque legato quoque debita: cum enim „legatum inutile ab initio valere nequeat, corruet „quoque ex regula, ſi in eum caſum poſtea dedu„catur: quod ſenſit Paulus in *L.* 82. *pr. ff. de legat.* „2. contra Papinianum in *L.* 5. *ff. ad l. Falc.* cujus „ſententiam, diſſenſu hoc allegato, & non Paulo „modò, ſed & regula ipſa contraria rejectis, pro„bat Juſtinianus in §. 14. *Inſt. de Legat.*

„Iſtæ colliſiones ut ſedari poſſint, ex ipſo re„rum ſtatu, ejusque præmiſſa diſtinctione expli„cari poteſt.

„Illa enim, quæ diximus ſtatus ſubſtantialia, „non ſunt unius generis, alia enim ſunt, quæ tan„tum ad cauſæ vel negotii conſtitutionem, alia, „quæ ad ejus quoque conſervationem neceſſaria „ſunt.

„Ita ad cujusque negotii conſtitutionem, non „conſervationem, requiritur ſaltem capacitas ejus „conficiendi; atque ideo, ſi poſtea in furorem „incidat, ſurdus, mutus, prodigus fiat, &c. ne„gotium initio utiliter geſtum, non tollitur; *L.* „6. §. 1. *l.* 18 *pr. ff. qui teſt fac l* 16 §. 5. *ff. de* „*Rit. nupt. l.* 31 *pr. ff. de Donat. l.* 8 *ff. de his* „*qui ſui, vel al,* §. 1. *Inſt. Quib non eſt perm.* „hæc enim vitia ſolum perſonæ actum impedi„unt, cum facultas agendi mera ſit qualitas actus „& perſonæ, atque ita tantum ad actum ipſum, „non vero ad juris inde ſemel rite quæſiti conſer„vationem requiritur: etſi itaque poſtea caſus ta-

„lis incidat, ſemel utiliter geſtum ideo non vitiabitur. *dd. ll.*

„At contra, non tantum ad agendum, ſed & „ad jus ex actu quæſitum retinendum, ſeu continuandum requiritur capacitas res poſſidendi, „dominiaque earum retinendi; illa enim non „ad modum actus, ſed ad omnem rei poſſeſſionem „in perpetuum requiritur: ita, ſi vel agens deſinat eſſe dominiorum capax, v. gr. capitis diminutione, vel res deſinat eſſe in ejus commercio, „quandocunque vitium illud ſupervenerit, negotium corruere actumque irritum fieri neceſſe „eſt: non enim de vitio actus, vel negotii quæritur, ſed de ipſo jure poſſidendi, etiam ea, quæ „legitime & ex negotio valido quæſita fuere; „adeoque, ſi talis caſus accidat, quo non modo „negotium illud gerere nequit, ſed & jura ſua „omnia ex validis quoque negotiis acquiſita perdit, „non poteſt non interire quoque jus illud de quo „quæritur, ex quocunque negotio quæſitum fuerit, & in quodcunque momentum caſus ille inciderit; neceſſario itaque negotium perinde „tolli oportet, ac ſi initio vitium jam adfuiſſet.

„Et de hoc caſu valet omnino, & perpetua „eſt regula illa *d. l. 3. §. 5.* Irritum fieri negotium ſi incidat in caſum unde incipere non poteſt: uti hanc diſtinctionem, ejusque rationem „haud obſcure innuit textus in *L. pen. §. fin. de* „*Verb. obl.* Et hujusmodi caſus ſunt in *l. 6. §. 5.* „*& ſeq. ff. de Injuſt. rupt. irr. teſt. l. 83. §. 5. ff.* „*de V. O. l. 8. l. 18. ff. qui teſt. fac. §. 3. & ſeq.* „*Inſt. Quib. non eſt perm. l. pen. §. 7. ff. de Bon.* „*poſſ. ſec. tab. l. 43. §. fin. ff. de Furt. &c.*

„Huc pertinent quoque caſus omnes de quibus licite diſponi non potuit: talis itaque caſus „ſi incidat, intelligitur ille ſub diſpoſitione non „comprehenſus, ſed perinde irrita fit in eum caſum diſpoſitio, ac ſi initio de eo facta fuiſſet. „Ut ſi inter duorum populorum cives convenerit, ut ferrum, cotes, aliasve merces invicem „venderent, deinde vero inter populos illos bellum exarſerit, vel mercium illarum exportatio „publice prohibita fuerit, conventio irrita fit, nec „ex ea illi conveniri queunt, qui merces eas amplius non vendunt, uti, ſi ab initio ille caſus „jam extitiſſet. Ita, ſi princeps privilegia aliis „concedat, exiſtat vero caſus, quo talia privilegia „jure concedi nequeunt, revocari illa recte poſſunt.

„Atque hæc de ſubſtantialibus ſtatus rerum, de „quorum mutatione, etſi & illa in omni jure publico & privato verſetur, maximumque & late „patentem uſum habeat, minus operoſi erimus, „cum deciſiones eorum ex cujusque negotii ac „cauſæ naturæ atque ſubſtantia pendeat, quæ „omnia exponere, limites diſputationis Academicæ immenſum egredi conſtat.

„In iis vero, quæ non ſubſtantialia, ſed accidentia ſunt ſtatus rerum, duplex quæſtio diſcriminanda eſt. *Altera*, ubi expreſſa lex diſpoſitioni addita, ut in eodem ſtatu quo tunc ſunt „omnia permaneant, vel reſtituantur: *altera*, ubi „hoc additum non eſt, ſed quæritur ſaltem quousque in diſpoſitionibus & negotiis intelligi debeat clauſula: *rebus ſic ſtantibus.*

„In caſu *prioris* quæſtionis, ſcl. *clauſula, rebus* „*ſic ſtantibus, expreſſe inſerta*, quælibet mutatio „diſpoſitionem tollit, niſi talis accidat mutatio, „de qua clauſulam non poſſe intelligi, ſeu de „qua actum, vel cogitatum non fuiſſe, apparet; „uti, ſi mutatio illa nihil ad cauſam pertineat; „v. gr. ſi ſocius uxorem duxerit, habitationem „mutaverit, Senator factus fuerit, id nihil commune habet cum ſocietate, neque eam tollit; „vel, ſi quidem eo pertineat, ſed tam levis momenti ſit, ut id curaſſe non videantur, v. gr. ſi „ſocius paulo pauperior factus fuerit. &c.

„Ita quoque ſi dictum ſit, ut res in ſtatu quo „ſunt maneant; nam neque in ſubſtantialibus, „neque in accidentalibus de ſtatu rei quicquam „mutari poteſt.

„Hic tamen ſtatus rei non eſt intelligendus de „ſingulis actionibus, ipſoque actuali exercitio, ſed „de facultate agendi, quæ eo tempore, de quo „agitur fuit, & hoc momentum eſt norma ac regula illius ſtatus: uti cum poſſeſſor convenitur, „omnia quidem pendente lite in eodem ſtatu, quo „in momento cœpti judicii fuere, relinquenda „ſunt, ſed eo non impeditur quo minus poſſeſſor interim agrum litigioſum colere, meſſem „ſecare, ac colligere, quin & conſumere poſſit, „etſi in puncto litis cœptæ non fuerit occupatus „ejus cultura, vel demetanda ſegete, nec tum fructus conſumſerit, quæ nec uno momento fieri „poſſunt. Non itaque inſpicitur, quid tum egerit, ſed cujus rei agendæ vi poſſeſſionis ſuæ facultatem habuerit: id enim ſi agit nihil fit „novi, ſed cujus jam tunc cum conveniretur facultatem habuit, quæ pendente lite ipſi auferenda non eſt. Ita, licet ſtatus Imperii, vel eorum „ſubditi, qui 1 Jan. 1624. publicum exercitium „religionis habuere, in illo momento non vocaverint miniſtros, non habuerint conſiſtoria, non „fecerint conſtitutiones Eccleſiaſticas, tamen ſufficit, quod vi exercitii religionis, hæc & ſimilia „facere potuerint. Atque ita de ſimilibus.

„*Alterius* quæſtionis, *cum* ſcil. *clauſula expreſſe* „*addita non eſt*, obſcurior, & magis anceps eſt „definitio: quam ut finibus ſuis circumſcribamus, „& ad certam quaſi normam exigamus, inprimis „pro regula, ratione & naturæ congrua, ſtatuendum eſt: Non tolli rem, vel negotium ejusve „obligationem, etſi accidentalia ejus deinde mutentur; modo ſint mera rei accidentia; ea enim „abeſſe ſalva re poſſunt. Et ſane valet omnino „negotium, cujus ſubſtantia, omniaque ſine quibus conſiſtere nequit, integra ſunt. Unde, licet „accidat deinde aliquid, quo, ſi pars præſciviſſet, „ita diſpoſitura non fuiſſet, non tamen illud vim „negotii ſemel rite perfecti infringit, nec jus inde alteri quæſitum perimit. Ita, ſi quis rem ſuam vendiderit, deinde in eum ſtatum inciderit, ut „ipſe quam maxime ea indigeat, adeo ut, ſi id ſciviſſet, nunquam eam venditurus fuiſſet, non tamen ideo venditionem rite perfectam, & dominium ex ea translatum, revocare poteſt: alias „enim omnes venditiones olim factæ, retractandæ eſſent, ſi venditores quandocunque indigere „ita

dus fuisset injustus & illicitus, tunc non tam revocari eum contra-

„ita rebus venditis coepissent, ut in eum casum venditurí non fuissent: poenitere enim re integra solum licet, non autem negotio jam perfecto, & jure aliis inde quæsito.

„Hac præstructa regula, dispiciendum saltem est, qui casus inde excepti sint? Et primum quidem in omnibus prope materiis inveniuntur casus, quibus a negotio, etsi perfectum jam fuerit, mutato saltem circa accidentia statu rerum, iterum recedi potest: quod jure civili, prout æquum aut bonum visum fuit, constitutum est: ut in *l. 3. C. de loc. cond. l. 30. ff. de Fideicomm. l. 8. C. de Rev. donat.* & pluribus aliis, veluti in singulis materiis suo loco notabimus.

„Deinde, secus est in causis quæ in voluntate & arbitrio hominis consistunt, ita, ut de ejus saltem voluntate & judicio quæratur; tum enim non quacunque mutatione accidentium, mutatur ita status negotii, ut vim suam perdat, & ab eo recidi possit quasi rebus non sic stantibus; sed tum demum, cum talis casus existit, in quo mens ac sententia statuentis cessare videtur: uti in ultimis voluntatibus.

„In his igitur causis idem rerum, de quibus actum est, status non intelligitur, si hæc duo concurrunt: (1) ut appareat de eo casu vel statu non fuisse cogitatum, & (2) etsi cogitatum fuisset, eo dispositionem extensam non fuisse. Idque nititur evidenti primum ratione, quia tum sententia & ratio dispositionis, quæ ejus anima est, cessat. *arg. l. 17. l. 29.* l. 30. *ff. de Legib.* scl. si neque de eo statu vel casu cogitavit, neque, si cogitasset, ita disposuisset. Deinde textu claro, in *l. 12. ff. de Transact.*

„Itaque non prodest non cogitasse de illo statu, quia sufficit de genere, quo continentur omnes species, cogitsse, & generaliter dispositionem factam fuisse. *d. l. 12. pr.* At, si de re non cogitavit, & probabile est, si cogitasset non fuisse ipsum de eo dispositurum, tum vero mens & sententia, & animus agendi deficit. Exemplum utriusque est *d. l. 12.* Si quis enim regulariter transigit de iis quæ in testamento relicta sunt, videtur cogitasse de omnibus qui eodem testamento relicta sunt, etsi alia ejus parte. Cæterum, si quæ codicillis postea prolatis relicta sunt, nec de iis cogitasse, nec, si cogitasset, de iis transacturus fuisse videtur: cum transactiones & stricti juris sint, & non præsumantur.

„In casu quo clausula expressa est, mutatis accidentibus mutatur status rei, nisi appareat clausulam ad hanc mutationem non pertinere: clausula autem non expressa, status negotii perfecti durare intelligitur, usque quo appareat ita mutatum esse statum, ut in eo negotium irritum sit [illegible] itaque inserta, mutatis accidentibus, probandum est negotium non obstante mutatione ratum esse; ea omissa, illud irritum esse. Quæ probatio fieri quoque potest indiciis & præsumtionibus juris, nonnunquam jurejurando, aliisque legitimis modis, & tum arbitrio judicis res deciditur. *arg. l. 14. pr. ff. de diverf. tempor. præscr.*

„Effectum hujus clausulæ in genere, & in specie in jure Gentium, exponit B. Parens in *diss. disp. c. 3. §. 1. usque ad §. 13.* verba hæc sunt.

Quanquam ex jam traditis effectus hujus clausulæ elici facile possint, tamen, ut eo magis elucescant, eos cum in genere, tum adductis ex omni jure notabilioribus exemplis, demonstrabimus.

Efficit vero hæc clausula, sive expressa in negotio, sive tacite sub illa intellecta sit, ut, quando status rerum mutatur, extinguatur omnis effectus prioris status, & res ipsa secundum præsentem statum dijudicetur, ac decidatur. Quæ enim noviter emergunt novo indigent auxilio. *L. 11. §. 8. de [illegible]sterr. in jur. fac.* ibique Gothofr. *qui lit. f.* plures leges, exemplis hanc sententiam confirmantes, allegat. *cap. pastoralis 4. X. de Except. Gail. Lib. 1. obs. 91. n 12.* & nullus de incognitis & incogitatis disposuisse præsumitur *L. 5. seq. §. 1. & f. de Transact. l. 35. de Pact.* Conf. tamen supra *Cap. 2.* §. 13. 14.

Et licet quis jurejurando promissionem suam roborasset, tamen excipere de statu rerum immutato, etiam ad effectum resiliendi, ei liceret, cum nec juramentum ad incogitata, & quæ ex nova causa oriuntur, extendatur. *Cap 25. X. in f. d. El. & el. potest. Gail. L. 1. Obs. 22. n. 6.* Plures Doctores, hoc ita statuentes adducit Dn. Otto Phil. Zepperus, in Cynosura Legali cap. 59. & seq.

Maximus hujus clausulæ effectus est in obligatione subditorum, qui obstricti sunt a natura Principi, Imperio semel in ipsum rite delato, ad observantiam & obsequia perpetua. Quid autem, si quis faciem Principis penitus exuat, & fasces, qui ipsi ad conservandam rem publicam concrediti sunt, in perniciem ejus vertat, adeoque ex Principe hostis fiat, an adhuc populus eum bonis & sanguine tueri, & ut caput sanctum venerari debet? Puto, si hoc notorium sit, hoc statu rerum, ubi ipsa anima Imperii, qui in solo munere tuendi & conservandi, non perdendi Remp. consistit, extincta est, omnia secus se habere. *vid. supr. cap. 2. §. 5. & §. 2. huj.* Tum fasces iterum redeunt ad populum, qui vel ipse, vel is cui, tacite saltem, hanc potestatem populus concessit, statum Reip. omnibus viribus, etiam, si aliter nequit, cum interitu hujus Pseudo principis (qui jam privatus, imo hostis & prædo est, cui tribuere sanctissima majestatis jura blasphemum; v. Dn. Præsidis *Posit pro explicat. jur. gent. VII.*) tueri potest, *arg. Pos. IV. n. 2.*

Bene tamen hac in quæstione ponderandum est, quod quam maxime distinguendum sit inter ejusmodi Pseudo Principem, cujus excessus plane ad eversionem status publici præsentis notorie tendunt; & inter Principem, etsi contra jus naturæ peccantem, aut injuriam saltem inferentem privatis; ne errorem Nicolai Papæ in *c. f.*

cauf. 2. *q.* 1. erremus, qui ideo Lotharium Regis titulo judicat indignum, quod se flagitiis quibusdam maculaverat, contra, ac nos sacra pagina docet: Nam Davidem, commisso adulterio & homicidio, a Propheta eo nomine reprehensum quidem, quin & a Deo ipso graviter ideo punitum legimus, verum, ut ea de causa removeretur ab Imperio, nemini in mentem venit.

Cum de causis inter summos Principes controversis transactum plene est, pacem inde oriri universalem, & in æternum duraturam, ex jure Gentium satis patet. Quæritur autem, si hic eadem facies rerum non maneat, sed aut alteruter leges pacis violet, aut nova injuria alterum efficiat, an posterior adhuc pace hac obligetur, ut injuriam sibi ab altero illatam, vi præcedentis pacis vindicare non valeat? Equidem, si pars moram inplendæ paci faciat, vel contra aliquem ejus articulum committat, non illico pars altera exsolvitur omni pacis vinculo, sed contra, ex ipsa pace agere ad reparandam injuriam potest. Nec probari potest, quod Grotius ubique ingerit, contractibus semper inesse conditionem, *si & alter dictis steterit; Tract. de J. B. & P. lib.* 2. *c.* 15. §. 15. *lib.* 3. *c.* 19. §. 14. *&c.* nisi & ille animo recedendi a contractu ei non pareat, tunc enim utriusque consensu inde disceditur. *per l.* 14. *C. de Transact.* potuit enim alias moræ causas habuisse; ut, si impeditus fit, si putet pace id non contineri, vel verba dubia esse &c. Si ergo judicem, vel arbitrium, partes in causa habent, coram illo ea deciditur; si nullum aliud judicium est, pars læsa armis jus suum vindicare potest: utrumque salvo contractu, vel pace, quia pars læsa non rumpit priorem pacem, sed ex nova læsione, & superveniente violatione, illatam injuriam persequitur. Multo minus ergo, si alter alterum extra pacis causam nova injuria afficit, læso vindicta per præcedentem pacificationem adempta videbitur, cum pax tantum de eodem negotio inita fuit, de quo bellum erat, vel metuebatur; non ergo ad speciem de qua nihil dictum, vel cogitatum, vel si cogitatum, transactum tamen non fuisset, hæc dispositio extendi debet per *d. cap.* 2. *§.* 13. *& d. §.* 2. *b.*

Eodem fundamento quæstio illa: an pax constituta per se efficiat, ut etiam damna in bello data, vel in pristinum statum restitui, vel in statu quo sunt, manere debeant, facile deciditur. Nam hoc negandum esse satis constat, cum (1) ut jam in præcedentibus dictum, pax tantum est de causa belli; constat autem damna & injurias, quæ sibi invicem durante bello partes inferunt, a causa, sive lite, ob quam bellum susceptum, plane differre, non minus quam expensæ in litem a negotio de quo litigatur, differunt. Et (2) pax tantum est transactio de causa, non autem decisio de justitia ejus, quam quisque a suis partibus stare arbitratur, & adversus se injuria ab altero agi contendit; adeoque de his damnis, durante bello datis, si non novum bellum spirent partes, æque ut pacisantur necesse est, uti hoc plurimis egregiis rationibus deduxit Dn. Præses in Lectionib. suis ad Grot. *lib.* 3. *cap.* 20.

Optimo quoque jure hac clausula defendere se potuit Mauritius Elector Saxoniæ, cum a Gallis, & Henrico II. Galliarum Rege, reus violati fœderis Cambortici postularetur. Iniit enim illud eo tempore, quo Philippus Magnanimus contra fidem datam ac juratam, una cum Joanne Friderico Saxone captivus teneretur, & jam pars Pontificia immineret nimium libertati Imperii & conscientiarum. Hoc itaque fœdus pepigit Mauritius & Albertus Brandenburgicus, duo veluti Scipiones Imperii, ad defensionem libertatis & conscientiarum, adjectaque fuit clausula, *ne dissentientibus sociis pax fieret.* Deinde sequitur transactio Passaviensis, & Mauritius pacem facit cum Cæsare, cautumque fuit securitati Imperii & religionis. vid. Sleid. *de Stat. relig. lib.* 24. Arum. *Discurf. Acad.* 27. Heig. *p.* 1. *quæst.* 11. *n.* 15. *& seq.* Jean de Serres *Hist. de France, dans la vie de Henry II. sous l' an.* 1552. Hoc facto pessime violatum fuisse fœdus Chamborticum inscio Rege Galliæ, calumniatur Bodinus *de Rep. l.* 5. *c.* 6. *pag. m.* 872. *& seq.*

Cæterum constat, totum causæ statum hac transactione inversum; nam ipse Bodinus ait, hoc fœdere *Henricum II. patrocinium Principum & tutelam Imperii Germanici suscepisse, cum Imperatoris Caroli V. servitute premerentur, d. pag.* 872. quæ tota causa cessavit pace Mauritii, & transactione Passaviensi: nec potuit amplius tutela contra servitutem suscipi videri, ubi nulla jam servitus fuit, & periculum omne cessavit. Quin desiit, restituta securitate Imperii, fœdus esse licitum, quod non potuit iniri, nisi pro defensione Imperii & conscientiæ. *sup. c.* 2. *§.* 6. Accedit denique, nec inscio Henrico pacem factam fuisse, uti luculenter ex eorum temporum annalibus demonstrat Heig. *d. l. loc.*

Ex eo quoque decidenda esset controversia Hanseatici fœderis cum Anglis proposita in Comitiis anno 1595. Foederi plura privilegia data erant Londini ratione commerciorum, in quam rem domum publicam in Urbe habebant Hanseatici, quæ hodieque ab iis possidetur, & *Stiliard*, nostris das Teutsche Haus, dicitur. Hæc privilegia, Eduardo VI. & Deinde Maria regnante refixa & interdicta fuere: causantibus Anglis, eo Regni statu concessa esse, cum regni commercia jacerent, nunc mutata sorte Regni, privilegia ista noxia esse Reip. Anglicanæ. Camden. *in Hist. Elisab. part.* 4. *ad ann.* 1597. *p. m.* 740. Zouch. *de Jur. fec. part.* 2. *sect.* 4. *quæst.* 26. Quæritur ergo, an ex clausula, *rebus sic stantibus*, defendi abrogatio hæc privilegiorum possit? Quæ vero quæstio facti est, an ita ille status regni, quoad rem nauticam, mutatus fuerit, ut tempore pactorum de tali statu non cogitarint Angli, si vero cogitassent, privilegia in eum casum concessuri non fuissent.

Non enim hac sola ratione possunt infringi pacta & privilegia, quod nunc minus sint utilia paciscenti, nec propter utilitatem suam quis alteri

„jus

ctum posse *nn* quam declarari eum non ultra obligare, *oo* quasi factum sub conditione *pp* sine qua juste fieri non potuit.

5. Quæ de contractibus diximus *qq* eadem intelligenda sunt *rr* de alienatione pecuniæ populi, *ss* aut rei alterius quam secundum leges rex alienare bono publico possit. Nam *tt* hic quoque similis adhibenda est distinctio, an probabilis donandi aut aliter alienandi fuerit ratio.

6. *uu* At si contractus ad regni *vv* ejusve partis *ww* aut patrimonii regalis, *xx* quatenus id Regi permissum non est, alienationem pertineant; *yy* non valebunt ut facti de re aliena. *zz* Tantundem erit in regnis restrictis, *α* si quam materiam aut actuum genus populus a potesta-

jus quæsitum auferre, aut se obligationi suæ eximere potest. Sed & Angli tum, cum extraneis privilegia commerciorum concederent, speraruut equidem meliora negotiorum tempora, & auctam iri in Regno rem mercatoriam, quin hac ipsa spe amplificandæ rei nauticæ & negotiatoriæ, indulserunt Hanseaticis hæc privilegia. Igitur adeo cogitarunt omnino de hilarioris fortunæ temporibus, ut ea his ipsis quoque privilegiis, & data peregrinis negotiandi facultate, invehere in regnum moliti fuerint. Non potest itaque quod causa fuit dandi privilegia, idem esse causa destruendi. Denique, etsi non sogitassent de beatiore negotiationum conditione, tamen ostendendum erat, non fuissa eos pro temporum istorum rationibus, privilegia hæc in eum regni statum, quo floreret amplissima navigandi & negotiandi facultate, permissuros: cum contra videntur non fuisse denegaturi in omnem eventum, ut erigerent res jacentes Regni, atque restaurarent lætiorem navigationum fortunam.

Fervuit controversia hoc seculo quoque, & summa contentione hoc egerunt ita dicti Informatores Jurium dominii Anglicani, ut autoritate Parlamenti de possessione domus Teutonicæ Germanos dejicerent. Quibus anno 1659. d. 3. Aug. Hansa Teutonica opposuit in Parlamento exceptiones sub & obreptionum, quas exhibet Hagemeier *in Comment. de fœd. civ. Hans. ad fin.* ita nunc quoque in hujus curiæ ac jurium suorum usu persistunt, & nec sub Carolo II. turbati, nec, quod sciam, sub piissimo ac fortissimo Rege hodie inquietantur.

nn) (Grot.) (QUAM DECLARARI EUM NON ULTRA OBLIGARE:) C. Suggestum est, 9. de decimis. Exemplum in actis Alfonsi & Sanctii apud *Marianam* lib. XII. c. ultimo: apud *Camdenum* dicto anno CIↄ Iↄ XCV. & anno CIↄ Iↄ XCVII. in controversia Hanseatica.

ADDITIO.

„Si enim revocatur, jus quæsitum supponitur: „posteriori casu autem nunquam jus quæsitum „fuit, quia ab initio subest clausula *rebus sic stantibus*.

„*oo*) (QUASI FACTUM SUB CONDITIONE:) Si „res in eo statu permanserint.

„*pp*) (SINE QUA JUSTE FIERI NON POTUIT:) „Adeoque quæ ipso jure omnibus negotiis inest.

„*qq*) (EADEM INTELLIGENDA SUNT DE ALI„ENATIONE PECUNIÆ POPULI:) Uti si pecuniam „ad defensionem reipublicæ destinatam alii donet: „nam nec hanc pro lubitu alienari posse proba„vimus supra *L. 2. c. 6. §. 11.* quanquam in statu „regio id vix observetur, quia dispositio de hoc „reditu Regi relinqui, neque rationes ab eo exigi „solent. *Vid. dict. c. 6. §. 11. 12.*

rr) (Grot.) (DE ALIENATIONE:) Habes huc „pertinentia in Conciliis Galliæ tomo III.

„*ss*) (AUT REI ALTERIUS QUAM SECUNDUM „LEGES REX ALIENARE BONO PUBLICO POSSIT:) „Quo pertinent regalia minora. *Vid. supra L. 2.* „*c. 6. §. 10.*

„*tt*) (HIC QUOQUE SIMILIS ADHIBENDA EST „DISTINCTIO:) Omnis alienatio rerum quæ ad „rem publicam pertinent, absque consensu populi, „sive tacito sive expresso facta, subsistere nequit: „de quo late *d. c. 6.* egimus.

„*uu*) (AT SI CONTRACTUS AD REGNI:) De „alienatione regni egimus *d. c. 6. §. 6.*

„*vv*) (EJUSVE PARTIS:) De alienatione partis „regni egimus *d. c. 6. §. 4.*

„*ww*) (AUT PATRIMONII REGALIS:) De pro„lubita alienatione regalium &c. egimus *d. c. 6.* „*§. 10. seq.*

„*xx*) (QUATENUS ID REGI PERMISSUM NON „EST:) Si regi alienatio permissa est, ea valet ex „voluntate populi. *d. c. 6. §. 3.*

„*yy*) (NON VALEBUNT UT FACTI DE RE ALI„ENA:) In principem enim nil nisi jus admini„straudi collatum est: in reliquis deficit ejus fa„cultas.

„*zz*) (TANTUNDEM ERIT IN REGNIS RESTRI„CTIS:) Ut scilicet non valeat contractus de juri„bus exceptis, quia eatenus jus populi mansit, de „quo proinde princeps disponere nequit.

„*α*) (SI QUAM MATERIAM AUT ACTUUM GE„NUS POPULUS A SUMMA POTESTATE EXCEPE„RIT:)

a potestate regia exceperit. Nam ut β tales actus valeant γ populi per se, δ aut per eos qui populum legitime referunt, consensus requiritur, ut ex iis quæ de alienatione ε supra diximus intelligi potest. ζ Quibus distinctionibus adhibitis facile judicari poterit justæ an injustæ fuerint exceptiones regum, η qui priorum regum nomina exsolvere recusarunt, θ quorum hæredes non fuerant: quarum exempla apud ι Bodinum videre est.

a §. XIII.

Illud quoque b a multis traditum, beneficia Principum, quæ liberaliter sunt concessa, c semper posse revocari, sine distictione transmittendum non est. Sunt enim quædam beneficia d quæ rex de suo facit, & quæ, e nisi adsit precarii clausula, vim habent perfectæ donationis. f Hæc revocari non possunt, g nisi quod subditos attinet in pœnam, aut ob utilitatem publicam, h cum compensatione si fieri

Cart. Jun. conf. 138. n 4 conf. 137. n. 18. Cravetta de ant. tem. 2. p. 1. partis princ. n. 38. Bell. in spec. prin. rubr. 26. Ant. Gabr l. 1. tit. de jure quæs non tollendo conc. 6. n. 20. & concl. 7.

„RIT:) Exempla ejusmodi regnorum restrictorum vide supra *l. 1. c. 3.* §. 16.

„β) (TALES ACTUS:) Scilicet excepti a delata „potestate.

„γ)(POPULI PER SE &C. CONSENSUS REQUIRITUR:) „Nam de ejus jure agitur, quod princeps suo facto populo auferre *nequit*.

„δ) (AUT PER EOS QUI POPULUM LEGITIME „REFERUNT:) i. e. Status imperii: Hinc in Anglia, Germania & Polonia, ac nunc in Suecia, „res gravioris momenti non nisi in comitiis expediri possunt.

„ε) (SUPRA:) *L. 2. c. 6. §. 9.*

„ζ) (QUIBUS DISTINCTIONIBUS:) Scilicet (1) „an sint actus regii an privati. Vid. §. 1. n. 2. (2) „An probabilis donandi vel alias alienandi ratio „fuerit. *Vid. h. §. n. 1. & n. 5.*

„η) (QUI PRIORUM REGUM NOMINA SOLVERE „RECUSARUNT:) Regula generalis est, quod omnis „successor teneatur debita, quæ antecessor qua „Rex contraxit, solvere, si in utilitatem reipublicæ contracta sunt, quod in dubio præsumitur, „donec successor contrarium probet.

„θ) (QUORUM HÆREDES NON FUERANT:) Si „scilicet agnati sunt, secus si liberi, vel hæredes „testamentarii: hæredes enim omnia defuncti debita, etiam quæ non ut rex contraxit, solvere tenentur.

„ι) (BODINUM:) *L. 2. de Republ. c. 8. in fin. p. „m. 139.* Ubi refert curiam Parisiorum an. 1256. „& 1294. judicasse, regem superiorum regum „pactis non teneri. Exemplum regis Hispaniarum Philippi secundi allegavimus in *ad §. 2, „n. 2.*

a) (AD §. XIII.) Quæritur an Princeps privilegia a prædecessoribus concessa revocare possit? Equidem si per illam concessionem jus in alterum transfertur i. e. si princeps intra fines legitimæ administrationis ea concedit, hoc jus quæsitum nec princeps auferre potest: Quod adeo verum est, ut nec insit clausula *rebus sic stantibus:* Nam translatu semel jure res intuitu concedentis fit aliena, de qua disponendi facultatem amplius non habet.

Exc. 1) si non jus translatum, sed precario saltem usus alicujus juris concessus est: quod apparet (*a*) ex verbis, si jus revocandi reservatum, vel nomen precarii additum sit: (*b*) ex causa concessionis: Et (*c*) ex circumstantiis. Si dubia sit dispositio, potius pro precario habetur, & revocari pro lubitu potest.

Exc. 2) si causa in eum statum deveniat ut Princeps amplius ita disponere absque detrimento reipublicæ nequeat. Atque hanc quæstionem disceptatam fuisse inter Anglos & civitates Hanseaticas dictum est. *§. præced.*

b) (Grot.) (A MULTIS TRADITUM:) Vide citatos per *Reinkingium* libro II, classe II, cap. 8. num. 26. & sequentibus.

„*c*) (SEMPER POSSE REVOCARE, SINE DISTIN„CTIONE TRANSMITTENDUM NON EST:) Fallit „enim hæc regula, ubi jus in alterum translatum „est: i. e. ubi Princeps intra fines legitimæ administrationis privilegium concessit.

„*d*) (QUÆ DE SUO FACIT:) Princeps enim privata quoque bona habet, quæ distinguuntur a patrimonio publico, atque de iis pro lubitu disponere potest.

„*e*) (NISI ADSIT PRECARII CLAUSULA:) Tunc „enim noluit jus transferre nisi revocabile.

f) (Grot.) (HÆC REVOCARI NON POSSUNT:) Vide Afflictum decis. CXXVIII. num. 10.

ADDITIO.

„Sed valent ut quælibet dispositio privati, qui „prout de rebus suis disponit ita jus est,

„g)

eri potest. [i] Sunt alia quæ vinculum duntaxat legis demunt fine ullo contractu: et hæc funt revocabilia. Quia ficut lex fublata univerfaliter [k] reponi univerfaliter femper poteft, [l] ita & particulariter fublata particulariter reponi. [m] Nullum enim hic jus quæfitum eft adverfus legis auctorem.

[a] §. XIV.

Contractibus vero eorum, [b] qui fine jure imperium invaferunt, [c] non tenebuntur populi aut veri reges; [d] nam hi jus obligandi populum non habuerunt. [e] De in rem verfo tamen tenebuntur, id eft quatenus locupletiores facti funt.

CAPUT XV.

De Fœderibus ac fponfionibus.

I. *Publica conventiones qua.*
II. *Dividuntur in foedera, fponfiones, pactiones alias.*
III. *Foederum & fponfionum difcrimen, & in quid fponfiones obligent.*
IV. *Rejecta divifio foederum quam* Menippus *fecit.*
V. *Foederum divifio in ea quæ idem ftatuunt cum jure natura: & unde id natum.*
VI. *Et ea qua aliquid adjiciunt: qua funt æqualia.*
VII. *Aut inæqualia, quæ rurfum dividuntur.*
VIII. *Foedera cum his qui alieni funt a vera religione licita effe jure natura.*
IX. *Nec univerfaliter probibere lege Hebræa.*
X. *Nec Chriftiana.*
XI. *Cautiones circa talia foedera.*
XII. *Chriftianos omnes obligatos ad foedus ineundum adverfus hoftes Chriftianifmi.*
XIII. *Si plures fœderatorum bellum gerant, cui potius opem ferri oporteat diftinctionibus explicatur.*
XIV. *An tacite renovatum cenfeatur foedus.*
XV. *An partis alterius perfidia alteram liberet.*
XVI. *In quid teneantur fponfores fi fponfio improbetur, ubi de Caudina fponfione.*
XVI. *An fponfio non improbata obliget ex notitia & filentio, diftinctionibus explicatur, ubi de fponfione Luctatiana.*

§.I.

„g) (NISI QUOD SUBDITOS ATTINET IN POE„NAM AUT UTILITATEM PUBLICAM:) Ex his „enim duabus caufis jus quæfitum auferri poffe, „vidimus fupra *§. 7. & 8.* Bene autem ait hoc ad „folos fubditos pertinere, non ad extraneos: uti „demonftravimus *ibid.*

„h) (CUM COMPENSATIONE.) Si quibusdam faltem inde fit præjudicium, compenfationem fieri „debere ei qui fuum amifit ex communi, dixit „*fupra §. 7.*

„i) (SUNT ALIA QUÆ VINCULUM DUNTAXAT „LEGIS DEMUNT:) Senfus eft, quod princeps ea „privilegia, quæ non per contractum dantur, fed vi „legis, pro lubitu revocare poffit.

„k) (REPONI UNIVERSALITER SEMPER POT„EST:) Princeps enim ferre leges, eas tollere, & „reftaurare easdem pro lubitu poteft.

„l) (ITA ET PARTICULARITER SUBLATA PAR„TICULARITER REPONI:) Privilegium enim eft „quafi priva lex, feu lex particularis, in favorem u„nius vel quorundam lata, hanc proinde mutare „princeps fi vult poteft.

„m) NULLUM ENIM HIC JUS QUÆSITUM EST „ADVERSUS LEGIS AUCTOREM:) Non enim ex „contractu alteri jus quæfitum, vel in alterum „translatum eft, fed lege faltem fuperioris, adeo„que quamdiu lex illa fubfiftit.

a) (AD §. XIV.) Quæritur an civitas obligetur ex contractu Tyranni? Negatur, quia tyrannus non habet legitimam facultatem adminiftrandi rempublicam, adeoque nec facultatem contrahendi: Si tamen ex illo contractu locupletior facta civitas, & ex eo aliquid in rem civitatis verfum fit, tunc civitas obligatur, non ex contractu tyranni, fed quia plus fuo habet, quod cum fine caufa penes eam fit, ex regula naturæ reftituere debet ei cujus jus eft.

Ultimo quæritur an fucceffor acta publica, transacta & judicata anteceſſoris refcindere poffit? Negatur, nifi ipfo jure nulla fint, i. e. extra fines legitimæ adminiftrationis acta fuerint. *Vid. Klok. Conf. 154.*

„b) (QUI SINE JURE IMPERIUM INVASERUNT:) „Qui dicuntur tyranni acquifitione, idem autem „dicendum eft de iis qui ftatum imperii evertunt, „qui dicuntur tyranni adminiftratione: de quibus „*L. 1. c. 4. §. 15. lit. d:* egimus.

„c) (NON TENEBUNTUR POPULI AUT VERI „REGES:) Etfi valeant quamdiu tyrannus ille pof„fidet. Vid. *fupra L. 1. c. 4. pag. 366. §. 9.*

„d) (NAM HI JUS OBLIGANDI POPULUM NON „HABUERUNT:) Hoc jus enim eft penes populum, „aut regem legitimum: quod prolixe probavimus „*L. 1. c. 4. pag. 364. feq.*

„At

[a] §. I.

L. Conventionum, D. de pactis.

Conventiones [b] Ulpianus divisit in publicas, & privatas: & [c] publicam exposuit non ut quidam putant definitione, [d] sed exemplis additis, [e] *quæ fit per pacem*, quod primum exemplum est: [f] *quoties inter se duces belli quædam paciscuntur*; quod secundum. Publicas ergo conventiones eas intelligit, [g] quæ nisi jure imperii majoris aut [h] minoris fieri nequeunt, qua nota differunt non tantum [i] a contractibus privatorum: sed & [k] a contractibus regum circa ne-

„At bene notandum, vera hæc esse de contra„ctibus eorum, qui sine jure imperium invaserunt: „Aliud dicendum de contractibus eorum qui sum„mæ potestates sunt, & jure belli alienum impe„rium occuparunt, ac per ultimam victoriam le„gitimum regem ejecerunt. *d. c. 4.* §. *f.* Titulus „enim belli inter duas summas potestates semper „justus est.

„*e*) (DE IN REM VERSO TAMEN TENEBUN„TUR:) Non ex contractu tyranni, sed quia plus „suo habent. *Vid. d. c. 4. pag.* 368.

a) (AD §. I.) Hactenus egimus de contractibus tum *privatorum* tum *principum*, quatenus fiunt circa negotia *privata*: Sequuntur nunc contractus eorundem circa negotia *publica*: quo pertinent *sponsiones* & *foedera*.

Fœdus est conventio de re publica, inter eos inita qui de ea statuere possunt: (sive ipsi contrahant, sive per alios) Unde apparet fœdus non esse si privatus de re publica disponit, uti si pacis conditiones hosti offert: tunc enim *sponsio* dicitur, ubi sponsor, non autem respublica tenetur præstare promissa, quia sponsor promisit suum factum, se scilicet effecturum ut respublica ratum habeat. Si proinde populus nolit ratihabere, sponsor redire in potestatem ejus debet cui sponsio facta est. *Vid. infr.* §. 16.

„*b*) (ULPIANUS:) *Conventionum tres sunt spe„cies, aut enim ex publica causa fiunt, aut ex pri„vata. &c. l. 5 ff. de pact. Privata aut legitima „aut juris gentium.*

„*c*) (PUBLICAM EXPOSUIT NON UT QUIDAM „PUTANT DEFINITIONE:) Quasi *sponsio* tantum „quæ *de pace* fit hic intelligatur.

„*d*) (SED EXEMPLUM TANTUM:) Quam sen„tentiam etiam probat Gothofredus *ad l. 5. ff. „pact. lit. g.* ubi citat Harmenopulum, *t. 9. §. 4.* „qui publicam conventionem definit, *quæ per „Principes fit, aut belli duces, veluti ad pacem, „aut aliquid tale.*

„At verior est sententia JCtum tantum expo„nere pacta *privatorum*, quæ vel fieri possunt (a „privatis scilicet) ex causa *publica*, aut ex *privata*: „Unde tria sequuntur (1) Has conventiones de „causa publica non esse, *publicas*, nisi ratione „causæ: ratione paciscentis enim sunt pacta pri„vata, a duce belli, qui privatus est, inita: (2) „JCtum non exemplis, sed definitione conven„tiones quæ ex causa publica fiunt exposuisse: „Nam alius casus, ubi privatus de causa publica „pacisci potest, præter sponsionem non datur: „(3) Harmenopulum male ad has conventionum „species referre eam *quæ per principem fit ad pa„cem &c.* Hæ enim conventiones non a privato „fiunt, sed a summa potestate de causa publica, „adeoque sunt vere *publicæ*. Rectius res in *II Ecl. „1, 5.* explicatur: *Quoties* scl. *belli duces de pace „paciscuntur. Goth. d. l.*

„*e*) (QUÆ FIT PER PACEM QUOD PRIMUM „EXEMPLUM EST:) Male verba legis hic separan„tur, ac duo diversa exempla statuuntur: Dixi„mus non dari conventiones quæ a privatis de „causa publica fieri possunt, præter eas quæ a duce „belli de pace fiunt, & quæ sponsiones dicuntur: „Has enim solas licitas esse de re publica infra „videbimus: Pacta quæ princeps de pace init, „huc non pertinent, cum JCtus saltem de pactis „privatorum agat.

„*f*) (QUOTIES DUCES BELLI QUÆDAM INTER „SE PACISCUNTUR QUOD SECUNDUM:) verba hæc „cum præcedentibus conjungi debere ex ipsa in„spectione legis apparet: *Publica conventio*, ait „JCtus, *quæ fit per pacem, quotiens duces belli „quædam inter se* (de pace, scl.) *paciscuntur*: „Atque hinc in *II Eccl.* 1, 5. diserte definitur „publica conventio, *quæ fit per pacem, quoties du„ces belli de pace paciscuntur*, apud *Goth. d. l.* „Adeoque admitti non potest assertum Authoris, „JCtum exempli tantum causa exposuisse publicas „conventiones, & eas non tantum per *pacem*, „sed etiam *quoties duces belli inter se quædam pa„ciscuntur*, contrahi.

„*g*) (QUÆ NISI JURE IMPERII MAJORIS:) A„deoque ab ipsa summa potestate: At diximus „Ulpianum loqui de pactis privatorum eorumque „divisione: Adeoque de pactis ducum belli, non „de pactis summarum potestatum.

„*h*) (MINORIS:) De his solis Ulpianum loqui „diximus.

„*i*) (A CONTRACTIBUS PRIVATORUM:) Utpote „qui qua tales nunquam de republica pacisci pos„sunt.

„*k*) (A CONTRACTIBUS DE RE PRIVATA:) „Cum enim rex hic ut privatus contrahat, & jure „privatorum utatur, non differt a contractibus „privatorum.

„*l*) (QUAN-

negotia privata [l] Quanquam ex privatis quoque iſtis belli cauſa naſci ſolet, [m] frequentius tamen ex publicis. Ideo poſtquam [n] de conventionibus generaliter a nobis tractata ſunt ſatis multa, quædam addenda ſunt [o] quæ ad excellentiorem hanc ſpeciem pertinent.

§. II.

[a] Publicas has conventiones: quas Græci [b] συνθήκας vocant, dividere poſſumus in [c] foedera, [d] ſponſiones, [e] pactiones alias.

§. III.

1. De foederum & ſponſionum diſcrimine adiri poteſt [a] Livius libro IX. ubi recte nos docet foedera eſſe [b] quæ fiunt juſſu ſummæ poteſtatis, & in quibus [c] ipſe populos iræ divinæ obſtringitur ſi minus ſtetur dictis. [d] Ea apud Romanos peragi per feciales ſolebant [e] addito patre patrato. [f] Sponſio autem eſt, ubi hi qui a poteſtate ſum- *Cap. 5.*

„l) (QUANQUAM EX PRIVATIS QUOQUE ISTIS „CAUSA BELLI NASCI SOLEAT.) Caſus, quibus „id contingere poteſt, recenſuimus in *Diſſ. proœm.* „*VIII. §. 166.*

„m) (FREQUENTIUS TAMEN EX PUBLICIS:) „i. e. quæ inter ſummas poteſtates contrahuntur; „de quibus autem Ulpianus plane non loquitur.

„n) (DE CONVENTIONIBUS GENERALITER A „NOBIS TRACTATA SUNT:) Scl. cap. XI. XII. „XIII.

„o) (QUÆ AD EXELLENTIEREM HANC SPECI„EM &c.) Scl. de fœderibus ac ſpooſionibus.

„a) (PUBLICAS HAS CONVENTIONES:) Author „iotelligit non tantum illas de quibus Ulpianus „loquitur & quæ a privato de republica fiunt: „ſed & inter eas quæ ioter ſummas poteſtates in„tercedunt.

„b) (συνθήκας:) i. e. Compoſitiones: a συν„τίθεμαι compono. *Vid. infra §. 6. n. 1.*

„c) (FOEDERA:) De quibus §. 3. usque ad §. 16.

„d) (SPONSIONES:) De quibus §. 16. & 17.

„e) (PACTIONES ALIAS:) De quavis re publica. „*Vid. §. 17. n. 4. & l. 3. c. 22.* Differentiam ha„rum ſpecierum vide apud M. Varronem *L. 2. de* „*Pop. Rom.*

a) (LIVIUS LIBRO IX.) *Cap. V.* ubi quatuor differeotias pooit (1) quod *fœdera* contrahantur a ſumma poteſtate, *ſponſiones* a duce belli, (2) quod *illa* fieri ſoleant per feciales, oon *hæ*, (3) quod in illis duo tantum feciales intervenire debeant, io ſponſione plures perſonæ ſpondentes, (4) quod in fœdere obſides dari noo ſoleant, ſecus ac in ſponſione.

Præcipuam differentiam omittit: quod nimirum ex fœdere obligetur populus, oon vero ex ſponſione; utpote per quam dux belli ſaltem promittit ſe effecturum ut populus conſentiat: Atque de hac ſponſione infra §. 16. latius agetur.

„b) (QUÆ FIUNT JUSSU SUMMÆ POTESTA„TIS:) Dictum eſt fœdus eſſe pactum de re pu„blica inter eos initum qui de ea ſtatuere poſſunt.

„c) (IPSE POPULUS IRÆ DIVINÆ OBSTRINGI„TUR:) Quia ejus jure ac oomine fœdus contra„hitur.

„d) (PERAGI APUD ROMANOS PER FECIALES „SOLEBANT:) *Feciales ſunt qui fidei publicæ præe„rant; nam per hos fiebat ut juſtum conciperetur* „*bellum, & ut fœdere fides pacis conſtitueretur.* „*Ex his mittebant antequam conciperetur qui res* „*repeterent, & per hos etiam nunc fit fœdus, quod* „*fidus ſcribit Ennius. Varro l. 4. de ling. lat.* „Jus feciale ab Æquicolis mutuatum ſcribit Vale„rius *l. 10.* ejusque Authorem fuiſſe Servatorium „Reſium Æquicolarum regem ait. Alii ab Ardea„tibus originem eorum ducunt, *Onuphr. Patav.* „*de Civ. Rom. c. 32.* Apud Romanos primus Nu„ma feciales inſtituit, cum ageretur de bello indi„cendo Fidenatibus *d. c. 32.*

„Feciales collegium conſtituebant, & officium „eorum partem religionis publicæ occupabat., „*Onuphr. d. l.* Olim a collegio eligebantur, poſt „legem Domitiam vero in comitiis creati ſunt. „*ibid.*

„Fecialium muneta recenſet Dionyſius *l. 2.* „apud Grævium *Antiq. Rom. part. 1. pag. 235. D.*

„e) (ADDITO PATRE PATRATO:) Cujus munus „erat quum pax aut fœdus faciendum eſſet verba „facere, ejus exemplum eſt apud Livium *l. 1. c. 24.*

„Et quia verbenam (Germ. Eiſenkraut) fere„bat, qua feciales & patres patrati fœdera facturi „aut bella indicturi coronabantur, verbenarius is „pater patratus dictus eſt. *Plin. Hiſt. l. 22.* „Verbena autem ex loco ſacro io Capitolio „ſumebatur. Originem nominis variam afferunt „Authores, *Vid. Plut. quæſt. Rom.* 61. Vera ratio „videtur, quod patratum ſit idem quod perfectum,

Ff ff a & ab

summa mandatum ejus rei non habent aliquid promittunt, g quod illam proprie tangit. Apud h Saluftium legimus: *Senatus uti par erat decrevit, i suo suique populi injussu nullum potuisse foedus fieri.* Hieronymus Syracusarum rex cum Annibale, k ut narrat Livius, societatem fecerat: l at postea Carthaginem misit ad foedus ex societate faciendum. Quare quod m apud Senecam patrem est: *Imperator foedus percussit, videtur populus percussisse Romanus, & foedere continetur,* n ad antiquos eos pertinet, qui speciale ejus rei mandatum acceperant. At o in regnis, regum est fœdus facere. Euripides Supplicibus:

Bell. Jugurth. c. 43.

Lib. 24 c. 6.

Τόνδε δὲ ὀμνύναι χρεὼν
Ἄδρας͂ον ὗτος κύριος τύραννος ὢν
Πάσης ὑπὲρ γῆς Δαναϊδων p ὁρκωτομεῖν.
Adrastum hunc opus
Jurare; namque is jus habet regni potens
Ut civitatem foedere obstringat suo.

Le-

„& absolutum, inde patrati dicuntur quod aliis „perfectiores putarentur. *Plut. d. l.* Inter requi-„sita patris Patrati fuit, ut vivo patre habeat libe-„ros *ibid.* His patribus patratis educatio libero-„rum nobilium committebatur. *ibid.*

„f) (SPONSIO EST, UBI HI QUI A POTESTA-„TE SUMMA MANDATUM EJUS REI NON HABENT:) „Adeoque hæc conventio non est publica ratione „sponsoris sed ratione rei de qua contra-„hitur.

„g) (QUOD ILLAM PROPRIE TANGIT:) Adeo-„que ubi non de jure privato, sed de jure publico „belli dux disponit.

„h) (SALLUSTIUS:) *Jugurt. c.* 39.

„i) (SUO SUIQUE POPULI INJUSSU NULLUM „POTUISSE FOEDUS FIERI:) Quia paciscens dispo-„neret de jure alieno; ita Consules, profecti ad Pon-„tium in colloquium, cum de fœdere victor age-„ret, *negarunt injussu populi fœdus fieri posse: „nec sine fecialibus, caremoniaque alia solenni. Liv. „L. 9. c. 5.*

„k) (UT NARRAT LIVIUS:) *L. 24. c. 6.*

„l) (AT POSTEA CARTHAGINEM MISIT AD „FOEDUS EX SOCIETATE FACIENDUM:) Simile „exemplum est in Sempronio, qui cum Philippo „& aliis Græciæ populis pacem iniit, at duorum „mensium inducias pactus est, missurus legatos „Romam *ut populus in has conditiones pacem ju-„beret. Liv. l. 29. c. 12.*

m) (Grot.) (QUOD APUD SENECAM PATREM EST:) *Controv. IV. 25.*

„n) (AD ANTIQUOS EOS PERTINET:) Id est „ad eos imperatores qui sub libera republica bella „gessere; At verum id non esse ex exemplis pau-„lo ante allegatis constat, ubi duces belli perpe-„tuo allegaverunt *se injussu populi Romani pacem „facere non posse:* Seneca autem pater aliam „quæstionem proponit, quando populi Romani *maje-„stas lesa videatur?* & casum ponit, ubi legatus „fœdus percutit indignum, & ultra fines mandati, „hoc casu enim aliquid detrahi ait magnitudini „populi Romani, quia legati audiuntur tanquam „populus Romanus ea mandata dederit, & quia „fœdera populus percussisse videtur; populum „autem ex falso mandato audiri, & eum contineri „*indigno* (ita enim legendum pro *inito: Vid.* „*Schulting. in not. ad d. contr.* 25.) fœdere.

„Loquitur igitur Seneca de legatis qui manda-„tum generale de pace condenda habuerunt, sed „fines specialis mandati excesserunt: tunc enim „populus obligatur ex mandato generali *Vid. l. 2.* „*c. 11. §. 12.* quia populus fidem legato haberi vo-„luit: At legatus ideo, quod majestatem populi „Romani læsit, indignum fœdus contrahendo, „puniri potest.

o) (Grot.) (IN REGNIS, REGUM EST FOEDUS FACERE:) Vide quæ infra lib. III. c. XX. §. 2. & sequentibus. *Servius* ad illud II. Æneidos (*vers.* 161.)

- - *Servataque serves*
Troja fidem; - -

Quia quod rex promittit videtur respublica promittere. Et ubi Æneas singulari certamine pugnaturus prius cum Latino fœdus facit; *Turnum,* ait, *non inducie jurantem, quia præsente rege non habet potestatem.* In Æn. XII, 312.

ADDITIO.

„Nam populus omne jus suum in regem trans-„tulit: Adeoque conventiones regis populum ob-„ligant, modo non notorie excedat terminos le-„gitimæ administrationis, forte alienando regnum, „ejusque partem.

„p) (ὁρκωτομεῖν:) i. e. Juramento obstrin-„gere.

„q) (NA-

Legendum enim ibi, ut diximus, ὁρκωτομεῖν, non ὁρκωτομεῖ.

2. Sicut autem [q] magiſtratus populum non obligant, [r] ita nec minor pars populi: [s] quod pro Romanis eſt adverſus Gallos Senonas; Livius V. 49. [t] nam major pars populi erat apud Dictatorem Camillum; bifariam autem, [u] ut apud Gellium eſt, cum populo agi non poteſt.

3. Sed ubi [v] qui jus populi non habent, [w] de eo quod populi eſt ſpoponderunt, videamus in quid teneantur. Putet forte aliquis hoc caſu ſponſores [x] fidem liberaſſe, ſi operam omnem dediſſent ut id quod ſpoponderunt fieret, ſecundum ea quæ de promiſſo tertii facto [y] ſupra diximus: ſed negotii hujus, [z] cui contractus ineſt, natura [aa] obligationem multo ſtrictiorem deſiderat. [bb] Nam qui con-

tra-

„q) (MAGISTRATUS POPULUM NON OBLIGAT:) „Quia Senatus jure officii agebat, majeſtas autem „penes populum erat: Hinc apud Livium *l. 26. c.* „*33.* notanter dicitur, *per Senatum agi de Campa-* „*nis, qui cives Romani ſunt, injuſſu populi non* „*video poſſe: idque & apud majores noſtros in Sa-* „*tricanis factum eſt &c. Vid. Teſm. h.*

„r) (ITA NEC MINOR PARS POPULI:) Nam „minor pars populi non eſt populus, ſed majo- „rem demum partem habere rationem integri ali- „bi diximus.

„s) (QUOD PRO ROMANIS EST ADVERSUS GAL- „LOS SENONAS:) Camillus, ab exilio revocatus & „Dictator creatus, noluit pactum inter Sulpitium „Tribunum militum & Brennum Gallorum regu- „lum initum ratihabere, *negans eam pactionem ra-* „*tam eſſe quæ, poſtquam ipſe Dictator creatus eſſet,* „*injuſſu ſuo ab inferioris juris magiſtratu,* (i. e. „a tribuno militum) *facta eſſet. Liv. L. 5. c. 49.*

„t) (NAM MAJOR PARS POPULI ERAT APUD „DICTATOREM CAMILLUM:) Hæc ratio non alle- „gatur a Camillo; ſed quod inferior magiſtratus, „Tribunus nimirum militum, fœdus inſcio Dicta- „tore, ad quem ſumma imperii pertinebat, inire „non potuerit. *d. l. 5. c. 49.*

„u) (UT APUD GELLIUM EST:) *L. 13. c. 15.* „*Non poſſunt eodem tempore diverſis magiſtratibus* „*haberi comitia.*

„v) (QUI JUS POPULI NON HABENT:) Uti „bellorum duces.

„w) (DE EO QUOD POPULI EST SPOPONDE- „RUNT:) Uti ſi duces belli pacem faciunt. *L. 5.* „*§. 1. ff. de pact.*

x) (FIDEM LIBERASSE SI OPERAM OMNEM DEDISSENT, UT ID QUOD SPOSPONDERUNT FIE- RET:) Author quæſtionem hic proponit, an dux belli, qui pacem fecit injuſſu populi, ac ſpopondit *populum eam ratihabiturum*, liberetur adhibendo operam, an vero reſtitui omnia in priſtinum ſtatum debeant. Videtur prius affirmandum, quia is qui factum tertii promittit, liberatur præſtando diligentiam: ſed recte Author ait, negotii hujus naturam obligationem multo ſtrictiorem deſiderare: Præciſe enim promittit populum conſenſurum, & ſub ea lege ſponſor dimittitur, qua ceſſante redire tenetur.

Merito autem tum quæritur, an ſufficit ſolos ſponſores redire, an vero tota cauſa in integrum ſit reſtituenda? poſterius tribuni plebis opinabantur in ſponſione Caudina apud *Liv. l. 9. c. 8.* prius Senatus cenſuit: quod adeo indignum viſum fuit Pontio Samnitum Duci, ut dixerit, *hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre? & vix pueris dignas ambages ſenes & conſulares fallendæ fidei exquirere? d. l. 9. c. 11.* Ipſe Livius dubitat, an publica fides hac deditione liberata fuerit, ita enim ait, *Et quidem* NB. FORSITAN ET PUBLICA, *ſua certe fide liberata ab Caudio in caſtra Romana inviolati redierunt.*

ADDITIO.

„Puffendorfius ex æquo & bono legiones intra „ſaltum reſtituendos fuiſſe cum Pontio putat *de* „*Jur. nat. l. 8. c. 9.* At cum Samnites tantum „ſecuti ſint fidem ſponſorum, Legiones autem nihil „pacti ſed dimiſſi ſint, verius eſt fidem quoque pu- „blicam liberatam fuiſſe deditione ſponſorum. Sane „Romanus populus injuriam non fecit retinendo le- „giones, is enim nihil promiſit: legiones ex vo- „luntate Samnitum redditæ, adeoque liberæ fuerunt, „neque cum iis aliquid actum eſt. Igitur contra „ſponſores ſolos actio fuit Samnitis ut præſtarent „id quod intereſt. de quo *infra §. 16. ſeq.* agemus.

y) (Grot.) (SUPRA DIXIMUS:) *Cap. XI. §. 22.*

„z) (CUI CONTRACTUS INEST:) Nam hic non „eſt actus mere beneficus, ſed actus qui aliis uti- „litatem affert, & qui Authori contractus dicitur „*L. 2. c. 12. §. 1.*

„aa) (OBLIGATIONEM MULTO STRICTIOREM „DESIDERAT:) Vera ratio, quod ſponſores non „liberentur diligentiam & operam præſtando, „non in eo conſiſtit quod huic negotio contra- „ctus inſit, atque ideo negotii hujus natura ſtri- „ctiorem deſideret obligationem: Sed in eo, quod „ſponſor præciſe promittat ſe effecturum ut po-

„pulus

trahendo aliquid de ſuo dat, aut promittit, is viciſſim præſtari re ipſa ſibi aliquid vult; unde & jure civili [cc] quod facti alieni promisſiones repudiat, [dd] promiſſio tamen ratam rem haberi ad id quod intereſt obſtringit.

§. IV.

Fœdera Menippus regis Antiochi ad Romanos Legatus, [a] referente Livio, [*] magis ex uſu ſuo quam ex præſcripto artis ita diviſit, ut diceret tria eſſe eorum fœderum, quæ inter ſe paciſcerentur reges civitatesque, genera: unum [b] cum bello victis dicerentur leges, quo in genere [c] quid victum habere, quo mulctari eum vellet, victoris eſſe arbitrium: alterum, [d] cum pares bello æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent, tunc repeti reddique per conventionem res

Lib. 34. c. 57.

„pulus ſponſionem ratihabeat, hic ergo non factum alienum ſed ſuum promittit. Adeoque „ſponſor obligatur ut ſe ſiſtat, aut dedi debet illis „quibus ſpopondit. *Gron. h.*

„bb) (NAM QUI CONTRAHENDO ALIQUID DE „SUO DAT, IS VICISSIM PRÆSTARI ALIQUID „VULT:) Hæc ratio univerſaliter vera non eſt, „nec huc quadrat. Verum enim non eſt eum „qui de ſuo dat viciſſim aliquid dari velle: quia „quis 100. ſibi ſtipulari ab alio poteſt, etſi nihil „ei viciſſim detur: idque in omnibus contractibus „unilateralibus obtinet: Præterea ſponſor ſe ſiſtere, „vel dedi debet ei cui ſpoſpondit, non ideo quia „is qui dat viciſſim aliquid ſibi dari vult, ſed quia „ſub conditione dimiſſus eſt, qua deficiente res „redit in priſtinum ſtatum, i. e. ſponſor redire „in vincula debet.

„cc) (QUOD FACTI ALIENI PROMISSIONES RE„PUDIAT:) Nemo enim de re & facto alieno diſ„ponere poteſt. *l. 83. V. O. l. 65. ff. fidej.* §. 3. „*de inut. ſtip.* & talis diſpoſitio eſt ipſo jure nulla „*d. l. 83.* adeo ut promittens nec ad curam & di„ligentiam obligetur. *dd. ll.* Niſi factum indefinito „proprium contineatur. *l. 81. pr. l. 83. V. O* quo „pertinet caſus in *l. 14.* §. 2. *Conſt. pec.* item ſi „promittit rem ratam haberi. *Vid lit. ſeq.*

„dd) (PROMISSIO TAMEN RATAM REM HA„BERI AD ID QUOD INTEREST OBSTRINGIT:) „Si quis factum tertii promittit, ſimulque cavet „tertium id ratihabiturum, promiſſor non ideo „tenetur ad id quod intereſt, quaſi is qui dat vel „promittit viciſſim ſibi aliquid dari velit, (tale „enim quid ſub pacto non continetur, nec pro„miſſor ſibi viciſſim aliquid dari vult) ſed quia „promiſſor ſuum factum promiſit, adeoque vel ef„ficere debet ut tertius factum promiſſum præſtet, „vel ipſe tantundem præſtare tenetur, quod natu„rali ratione idem eſt.

a) (Grot.) (REFERENTE LIVIO:) *L. 34. c. 56.* Adde *Diodorum Siculum Exc. leg. IV.*

*) (MAGIS EX USU SUO QUAM EX PRÆSCRIPTO:) Imo Menippus optime ita diviſit: Nam omne fœdus contrahitur *vel* cum hoſte, *vel* cum eo qui hoſtis non eſt: *priori* caſu, vel cum hoſte victo contrahitur, vel cum eo qui pari fortuna adhuc pugnat: *Poſteriori* caſu amicitia & ſociale fœdus mutuo conſenſu ex variis cauſis, iniri ſolet.

Nam per fœdus in genere vel jus conſtituitur, vel cautio, vel utrumque: jus autem vel amicitia eſt, vel aliud quodcunque: de fœdere amicitiæ, & quis ejus ſit effectus agemus. *infra l. 3. c. 20.* §. 40.

ADDITIO.

„Antiochus expetebat amicitiam Romanorum; „hi legem jungebant ut ab Aſiæ civitatibus abſti„neret: Mirabantur legati Antiochi quod Romani „Antiocho legem dicere audeant quas Aſiæ urbi„um liberas eſſe velint; & tum addunt, *tria eſſe* „*fœderum genera &c. Antiochum hoſtem non eſſe,* „*ſed cum eo in tertio ſenſu fœdera contrahi*, *ubi* „*partes nec leges dant nec accipiunt:*

„Cæterum certum eſt ſub his tribus fœderum „ſpeciebus omnia fœdera comprehendi.

„b) (CUM BELLO VICTIS DICERENTUR LEGES:) „Quid in victos per ultimam victoriam liceat, vide„bimus infra *l. 3. c. 8.*

c) (QUID VICTUM HABERE QUO MULCTARI EUM VELLET:) Per ultimam victoriam nil niſi jus imperii acquiritur, victi enim deſinunt eſſe hoſtes, adeoque victori non jus eos lædendi competit, ſed jus tuendi novos ſubditos.

ADDITIO.

„Demonſtrabimus *d. l. 3. c.* 8. Victorem in „victos animadvertere, eosque ob ſanguinem inju„ria, (id enim ex judicio noſtræ civitatis ita tene„mus) effuſum, aut ob res injuria ablatas, vaſta„tasque, interficere, vel in ſervitutem redigere poſſe.

„d) (CUM PARES BELLO ÆQUO FOEDERE IN „pacem

res, & si quarum turbata bello possessio sit, eas aut *e* ex formula juris antiqui, *f* aut ex partis utriusque commodo componi: tertium esse genus, cum qui hostes nunquam fuerint ad amicitiam *g* sociali fœdere inter se jungendam coëant: quos nec dicere leges, nec accipere.

§. V.

1. *a* At nobis accuratius instituenda partitio est, ut primum dicamus fœdera alia *b* idem constituere quod juris est naturalis, *c* alia aliquid ei adjicere. Prioris generis fœdera *d* non tantum fieri solent inter hostes qui a bello discedunt, sed olim & fiebant sæpe, & aliquo modo erant necessaria * inter eos qui ante nihil contraxissent, *e* id inde ortum, quod regula illa juris naturalis, *f* cognitionem inter homines quandam esse a natura, *g* ac proinde nefas esse alterum ab altero lædi, *h* ut olim ante diluvium, ita rursus aliquo post diluvium tempore malis moribus esset obliterata *i* ita ut latrocinari

„PACEM ATQUE AMICITIAM VENIRENT:) Adeoque ubi mutuo consensu bellum, quod pari fortuna geritur, per pacem finitur.

„*e*) (EX FORMULA JURIS ANTIQUI:) De quo „genere fœderum agemus infra *L. 3. c.* 20. §. „11. *n.* 2.

„*f*) (AUT EX PARTIS UTRIUSQUE COMMODO:) „v. g. Si convenit ut res maneant in statu quo nunc „sunt, id enim in dubio conventum credi debere „ait *d. c. 20.* §. 12.

„*g*) (SOCIALI FOEDERE:) Ubi neuter ab altero „aliquid petit, adeoque ubi de amicitia saltem „contrahenda agitur. *Vid.* §. *seq.*

„*a*) (AT NOBIS ACCURATIUS RESTITUENDA „EST PARTITIO:) Diximus veram esse divisionem „Menippi: ea autem quæ Grotius hie differit ad „objectum fœderum illorum pertinet.

„*b*) (IDEM CONSTITUERE QUOD JURIS EST „NATURALIS:) Adeoque quod speciali pacto caveri necesse non est.

„*c*) (ALIA ALIQUID EI ADJICERE:) Scilicet „vel onus adjiciendo, vel eavendo, vel jus trans„ferendo.

„*d*) (NON TANTUM FIERI SOLENT INTER „HOSTES QUI A BELLO DISCEDUNT:) Nam hu„jusmodi fœderibus cavetur de se invicem in fu„turum non lædendo, quod est juris naturalis.

*) (INTER EOS QUI ANTE NIHIL CONTRAXISSENT:) Fœdera vel fiunt obligandæ vel confirmandæ amicitiæ causa: Posteriori casu fœdera sunt instar cautionis, quibus non contrahitur amicitia (utpote quæ naturali jure inter omnes homines est,) sed contracta confirmatur. Ut proinde appareat, fœdus quoque inter eos fieri posse inter quos nulla inimicitia intercedit.

e) (ID INDE ORTUM:) Male Author ait fœdera amicitiæ inter eos qui nunquam hostes fuere ideo contrahi solita fuisse, quia inter gentes memoria cognationis quasi exstincta, atque hinc necessarium fuerit memoriam illam fœdere inito revocare, quem statum Scythismum vocat: Cum enim talis status nunquam exstiterit, potius statuimus, fœdera amicitiæ etiam cum amicis contrahi posse, quia omne quod jure naturæ debitum est pacto vel fœdere firmari potest, maxime si aliquid accedat natura non comprehensum, ut ratione hospitii, præstationis in commerciis &c.

ADDITIO.

„Nostram sententiam de fœdere amicitiæ ex„ponemus infra *l. 3. c. 9.* §. 1.

„*f*) (COGNATIONEM INTER HOMINEM QUAN„DAM ESSE A NATURA:) Quam regulam propo„nit Florentinus in *L. 3. ff. Just. & jur.* rationem „hujus regulæ examinavimus in *proleg.* §. 14.

„*g*) (AC PROINDE NEFAS ESSE ALTERUM AB „ALTERO LÆDI:) Alibi demonstravimus nefas id „mansurum, etsi nulla cognatio inter homines „statuatur. *Vid. Dissert. prooem. I.*

„*h*) (UT OLIM ANTE DILUVIUM ITA RUR„SUS: &c.) Fabulam hanc refutavimus supra *c. 2.* §. „*2. n. 2. & 3. l. 1. c. 2.* §. *5. n. 3. 4. 5. Conf. l.* 3. „*c. 9.* §. 18.

i) (Grot.) (ITA UT LATROCINARI ET PRÆDAS AGERE IN EXTERNOS, NULLO BELLO INDICTO, PRO LICITO HABERETUR:) Cæsar de Germanis, (*Bell. Gall.* VI. 23.) *Latrocinia nullam habent infamiam quæ extra fines cujusve civitatis fiunt.* Accedit testis *Tacitus* de moribus Germaniæ, (*Cap.* 14. & 26.) & *Saxo* libro XIV, & alibi. Idem de Tyrrhenis scriptum est *Servio* ad VIII. 429. & X. Æneidos, & de aliis gentibus ad primum Æneidos. *Diodoro Siculo* (*Lib.* V. Cap. 34.) de Lusitanis: quicum *Plutarchus* consentit Mario: τὸ λῃστεύειν

 ἄπω

ri & prædas agere in externos, nullo bello indicto, pro licito haberetur, quod [k] Σκυθισμὸν vocat Epiphanius.

Præf. adv. Her. & Lib. 1. p. 4. & seq Ed. Petav. L. ult. D. de collegiis Lib. 53. c. 3.

2. Hinc illa [l] apud Homerum, [m] an prædones estis? amica interrogatio, [n] cujus & Thucydides meminit, [o] & in Solonis lege veteri collegia ἐπὶ λείαν ἐρχομένων: quippe, ut Justinus ait, ad Tarquinii tempora [p] latrocinium maris gloria habebatur, [q] & illud in Romano jure, ut si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, ne-

ὔπω τότε τῶν Ἰβήρων ἔχι κάλλιςον ἡγεμένων· ad id tempus Hispanis latrocinari inter pulcherrima habebatur. Pag. 408.) Simile est quod Judæi damnum datum ei qui nec Judæus sit, nec Judæis fœderatus, farciendum negant. (Vide *Baba Kama*, Cap. 1. §. 2. pag. 13. *Ed. Constantini l'Empereur. J. B.*)

ADDITIO.

Imo nunquam talis status generis humani fuit, nedum inter Græcos & Romanos usitatus: Sed Barbaræ quædam at paucissimæ gentes & olim fuerunt, & hodie existunt, quæ omnes alias gentes hostium loco habent, indeque prædam in omnes promiscue exercent, uti Phocenses apud *Justin. l. 43. c. 3.* Teuta regina ferocissima apud *Polyb. l. 2. c. 8. &c.*

ADDITIO.

„De Germanis quoque id testatur *Cæs. de B. G.* „*l. 6 c. 23.* de Tartaris *Herberst. in Comment. rer.* „*mosc.* Quosdam Chaldæos rapto vixisse tradit „*Xenophon. de Inst. Cyr. l. 3. p. m. 80.* de Isauris „idem testatur *Marcell. 14. 1.* de Pictis *Buchananus* „*de reb. Scot. pass.* de Piseidiæ incolis *Chalcocon-* „*dela. l. 5.* de Slavis *Helmoldus chron. Slav. l. 1.* „*c. 2.* de antiquis Græcis idem tradit *Thucydides* „*L. 1. pr.* & suo tempore in continente tales pi- „ratas adhuc exstitisse ait *ibid.* Exempla ejusmodi „gentium hodieque exstant in republica Algeriensi „& Tunetana: *Conf. l. 3. c. 3. §. 2. n. 3.* Add. „*Liv. l. 4. l 5. c. 28. l. 10. c. 2. Curt. §. 2. Appian.* „*bel. Hisp. n. 293. Just. 43 3. Sallust. H. 2. Thuan.* „*l. 10. p.* 204. *Puffend. J. N. 2. c. 2. §.* 10. *Alex.* „*ab Alex. 4. c.* 13. *Bodin. de rep. n.* 328. *Tesm.* „*in not. h.*

„Mirum videri poterit cur Algeriensibus & Tu- „netanis latrocinia ejusmodi exercere a christianis „regibus, eisque potentissimis, permittatur: adeo, „ut soluto tributo redimere injurias has soleant. „Equidem nihil facilius est consilio de iis exstir- „pandis, sed cum maria infestare, eoque gentes ne „promiscue navigent, commerciaque exerceant, „impedire soleant, vicinæ respublicæ magis sibi „utile duxerunt, conservare hos prædones.

k) (σκυθισμὸν VOCAT EPIPHANIUS:) Originem cepit hoc nomen ex loco *Pauli ad Colos. 3. v.* 11. & *Rom. 1. c.* 14. ubi Apostolus ait in Christo neque esse *barbarum*, neque *judæum*, neque *græcum*, neque *Scytham:* Hinc Epiphanius, in libro de Hæreticis hominum de Deo, hæreses in quatuor divisit classes: *barbarismum*, ubi status naturæ obtinet, absque omni ritu & solennitate; *Græcismum*, ubi status ille barbarus cultior factus est adjectis ritibus & solennibus; *judaismum*, quia diversum ab omnibus reliquis gentibus ritus, & verum cultum soli habuerunt: *Scythismum* autem vocabant, non a Scytharum gente de qua Curtius loquitur, (hæc enim quam maxime justitiam colebat) sed de quibusdam Scythiæ incolis, qui nullam legem nec naturæ sequebantur: Qui proinde status non fuit communis hominum, sed in paucis quibusdam hominibus ferarum instar viventibus consistebat. Hinc Apostolus quoque Stolidos hos vocat, omnes vero reliquos sapientes, quia hi cultus divini gnari erant, quem illi ignorabant: *Add. Galat. 3. v. 28.*

l) (Grot.) (APUD HOMERUM:) Odysseæ γ. ubi Scholiastes: *ὐκ ἄδοξον ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ λῃςεύειν, ἀλλ' εὔδοξον. Latrocinari apud antiquos non tantum infamia carebat, sed insuper gloriosum ducebatur.* (Ad vers. 71.)

„*m*) (AN PRÆDONES ESTIS? AMICA INERRO- „GATIO:) Ex qua nullam offensam capiebant in- „terrogati: ita enim Nestur hospitem Telema- „chum alloquitur

„O Hospites qui estis? Unde navigatis humidas „vias?
„An propter aliquam utilitatem? an in cassum „errabitis
„tanquam prædones super mare. &c. *Odyss. III. p.* „*m. 19.*

n) (Grot) (CUJUS ET THUCYDIDES MEMINIT:) Libro 1. additque: *ὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τῦτε τῦ ἔργυ, Φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον: nondum infamiam habebat id vitæ genus, quin potius laudi tribuebatur.* (Cap. 5.)

o) (ET IN SOLONIS LEGE VETERI:) Quæ exstat in *l. fin. ff. de Colleg.* Author hæc intelligit de collegio latronum, sed in Florentina non exstat vox *ἐρχομένων*, sed *ἐςχομένοι*, i. e. simul habitantes: Sane materiæ de qua in *d. l. f.* agitur natura satis indigitat Florentinam lectionem sequendam esse, agitur enim de collegiis.

„*p*) (LATROCINIUM MARIS GLORIA HABEBA- „TUR:) Sed de quibus gentibus loquitur? de popu- „lis Italiæ maritimis sine lege & sine cultu viven- „tibus. *Just. l. 43. c. 3.*

q) (ET ILLUD IN ROMANO JURE:) De sensu hujus juris Romani (quod traditur in *l. 5. §. 1. Capt. & postl.*) agetur *infra l. 2. c. 9. §.* 18. Casus ibi refertur ubi pace facta non transigitur de damnis medio

neque fœdus amicitiæ causa factum habeatur, hi [r] hostes quidem non sint: quod autem ex Romano ad eos pervenerat, [s] illorum fiat, & liber homo Romanus ab eis captus [t] servus fiat. Idemque sit, [u] si quis inde ad Romanos perveniat: [v] & hoc quoque casu postliminium detur. [w] Sic Corcyrenses olim ante belli Peloponnesiaci tempora hostes Atheniensium non erant, sed nec pacem cum illis, nec inducias habebant, ut ex oratione Corinthiorum apud Thucydidem apparet. *Lib. 1. c. 40.* De Boccho [x] Sallustius: [y] *nobis neque bello neque pace cognitus.* *Bell Jug. c. 22.* Hinc [z] in barbaros prædam exercere laudatum Aristoteli, & [aa] ipsa vox hostis veteri Latio nihil nisi externum significabat. *Politic. 1. 8.*

3. [bb] Sub hoc genere comprehendo & fœdera quibus cavetur [cc] ut utrinque jus hospitii; ut jus commercii sit, quatenus ista sub jure naturali veniunt, qua de re egimus [dd] alibi. [ee] Utitur hoc discri-

medio tempore datis: Hoc casu si res nobis ablata, pace conclusa ad nos redeat, postliminio locus esse dicitur, nisi amnestiæ clausula addita paci, eoque de damnis & injuriis durante bello illatis transactum sit: Atque hæc amnestia dicitur *foedus amicitiæ. Vid. Disp. de amnest. S. 2. §. 1. 2. 7. 8. 18. & 28.*

ADDITIO.

„Jure Romano *hostes* dicuntur quibus bellum „publice populus Romanus decrevit. *L. 24. ff.* „*capt. & postl.* Atque ideo 1) cum latronibus non „est bellum, eoque nec postliminium. *ibid.* ideo quo„que 2) cum illis gentibus, quæ latrocinia promis„cue exercent, bellum proprie non est, sed pax: „at quia illi captos ex nostris servos faciunt, & „res nostras rapiunt, jure talionis idem jus subdi„tis Romanis permissum, *l. 5. §. 1. & 2. postl. re*„*vers*, & reversis postliminium datum est. *ibid.* Conf. „*infr. L. 3. c. 9. §.* 18. Cum his igitur populis in„juriæ non cessant nisi per *foedus amicitiæ* atque „de hoc casu loquitur. *d. l. 5.*

„*r*) (HI HOSTES QUIDEM NON SUNT:) Hostes „enim JCtis Romanis dicuntur qui nobis aut qui„bus nos publice bellum decernimus. *L. 24. ff.* „*capt. & postl. Vid. l. 3. c. 3. §. 1. & l. 2. c. 17. §.* „*19* Illæ igitur gentes, quæ promiscue prædas „agunt nullo indicto bello, hostes non sunt.

„*s*) (ILLORUM FIAT:) Vi enim occupant, „& animo sibi habendi, nec superior est qui eos „cogere ad restituendum possit.

„*t*) (SERVUS FIAT:) Nam a gente quæ supe„riorem non habet libertate privatus est.

„*u*) (SI QUIS INDE AD ROMANOS: &c.) qui jure „talionis servus fit.

„*v*) (ET HOC QUOQUE CASU POSTLIMINIUM „DETUR:) *d. l. 5. §. 2. Vid. d. l. 3. c. 9. §. 18.*

„*w*) (SIC CORCYRENSES:) Apud *Thucydidem* „*l. 1. p. m. 15.* De his legati Corinthiorum ajunt, „*decorum quod prætendunt, noluisse se cui*„*piam esse confoederatos, non eo spectabat ne aliena* „*injustitiæ socii forent, sed ut sine arbitris inju*„*riam facerent, &, cum latuissent, plus emolumenti* „*adipiscerentur, & quod adepti essent, ejus erepti* „*pudere non posset: d. l. p. m. 17.*

„*x*) (SALLUSTIUS:) *De bell. Jugurt. c.* 19.

„*y*) (NOBIS NEQUE BELLO NEQUE PACE COGNI„TUS:) At inde non sequitur fuisse inimicum, vel „eum latrocinia promiscue exercuisse, nam natura „ipsa homines inter se amicos fecit:

„*z*) (IN BARBAROS PRÆDAM EXERCERE:) i. e. „in tales qui promiscue prædas agunt, adeoque „humano generi bellum movent, cum his „omnia jura belli obtinent licet indictum non sit, „idque jure necessariæ defensionis, vel jure ta„lionis.

„*aa*) (IPSA VOX HOSTIS VETERI LATIO NIL „NISI EXTERNUM:) *Cic. 1. off. 12.* Varro IV. de „lingua lat. *multa verba aliud nunc ostendunt, aliud* „*ante significabant: ut hostis, nam tum eo verbo* „*dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur,* „*nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem.* „hinc terram exteram Vellejus Paterculus vocat „hostilem: *L. 2, c. 101, Gron. b.* Vid. supr. *l. 2.* „*c. 6. §. 14. n. 2.*

„*bb*) (SUB HOC GENERE:) Quo idem consti„tuitur quod juris est naturalis, at quod oblitera„tum, introducta prædandi licentia, quasi reno„vatur per foedus amicitiæ.

„*cc*) (UT UTRINQUE JUS HOSPITII, JUS COM„MERCII SIT:) Utrumque est juris naturalis: cur „autem foedere demum hæc exprimuntur? Resp. „cautionis ergo, vel quia ratione onerum præstan„dorum quædam adjiciuntur.

„*dd*) (ALIBI:) *L. 2. c. 2. §. 16. L. 3. c. 9. §. 18.* „*n. 3.*

„*ee*) (UTITUR HOC DISCRIMINE:) Quo distin„guuntur ea quæ sub jure naturæ veniunt, ab iis, „quæ præterea foederibus adjiciuntur.

Liv. 41. c. 24. 29. crimine Arco, in oratione ad Achæos apud Livium, ubi [ff] non de societate ait quæri, [gg] sed de commercio præbendi repetendique juris: nempe [hh] ne servis Macedonum apud se perfugium esset [ii] Hoc genus totum conventionum Græci stricte [kk] εἰρήνην vocant, & [ll] opponunt σπονδαῖς, ut tum alibi videre est, tum in oratione Andocidis de Orat. III pag. 27. Ed. Wech. pace cum Lacædæmoniis.

[a] §. VI.

1. Conventiones [b] quæ juri naturæ aliquid adjiciunt, aut [c] æqua- Pag. 78. A. Ed. Steph. les sunt, aut inæquales. Æquales sunt quæ utrimque eodem modo se habent αἱ ἴσως καὶ κοινῶς ἐν ἀμφοτέροις ἔχουσι, ut Isocrates in Panegyrico loquitur: quo illud Virgilii pertinet (Æn. XII, 190. 191.)

Nec mihi regna peto, paribus sed legibus ambas
Invictas gentes æterna in foedera mittam.

Græ-

„[*]) (LIVIUM:) *L. 41. c. 24.*

„ff) (NON DE SOCIETATE:) Scilicet bellica, „nam Callicrates oratione sua persuadere Achæis „voluit, *viam regiæ societatis quæri qua Romanorum foedus violaretur. d. l. 41. c. 23.*

„gg) (SED DE COMMERCIO PRÆBENDI REPETENDIQUE JURIS:) Ne interdicendo Macedones „finibus suis, se quoque finibus Macedonum arcerent: *d. l. 41. c. 24.*

„hh) (NE SERVIS MACEDONUM APUD SE PERFUGIUM ESSET:) Nam id quoque juris naturalis est. „*Vid. Dissert. prooem. XII. §.* 746

„ii) (HOC GENUS TOTUM CONVENTIONUM:) „Quo constituitur tantum id quod juris naturalis „est.

„kk) (εἰρήνην:) Ab εἰρήνη pax, παρα τὸ εισ εν „ἔρειν a connectendo, quia pax disjuncta in unum „nectit, vel ab ἔρειν congruere. hinc εἰρήνικος pa„cificus, εἰρηνεύω in pace vivo:

„ll) (OPPONUNT σπονδαῖς:) i. e. Libationi„bus, a σπένδω libo: Nam σπονδαὶ peculiariter „dicuntur libationes, quæ in sanciendis fœderibus „adhibentur, & sæpe etiam ipsa fœdera.

a) (AD §. VI.) Author fœdera quæ juri naturæ aliquid adjiciunt facit æqualia vel inæqualia: *Æquale* fœdus esse ait, in quo utriusque par est conditio, (v. g. si utrinque paciscentes prohibentur arces in confinio exstruere, ut inter Theodosium & Varanem Persam. *Proc. l. 1. de bell. Pers.*) Reliqua omnia sunt *inæqualia*: Inæqualitas autem est *vel* ratione honoris & dignitatis, *vel* ratione præstationis, *vel* ratione potestatis.

Ratione *honoris & dignitatis* inæquale est fœdus, si v. g. quis promittit se alterius majestatem comiter (i. e. cum veneratione) conservaturum, vel, quod idem est, adjuturum ut ea salva sit; Quemadmodum in fœdere Ætolorum cum Romanis, apud *Liv. l.* 38. *c.* 11. & in fœdere Gaditanorum apud *Cic. pro Balbo c.* 35. cautum erat: Conf. *l. 7. §. 1. de capt. & postl.* Atque hujusmodi fœdere non minui summam potestatem late probavimus supra *l. 1. c.* 3. §. 21. Ad hæc fœdera inæqualia quoque pertinet pactum ut alter vela submittat, quæ causa belli sæpius fuit inter Anglos & Belgas.

Ratione *præstationis* inæqualitas est, si alter alteri tributum solvere tenetur, quo pertinent regna tributaria, vel si auxilium ferre alteri promisit: notandum autem est, talem censum non imminuere summam potestatem, uti vidimus *l. 1. c.* 3. §. 22. quia hunc censum Gentes non præstant ut subditi, nec tanquam superiori, sed ex pacto. Hinc cum Romani indignarentur, quod Cosroes censum sibi stipularetur, subjectionis speciem, ipse negabat inferri inde subjectionem, addens se ut socium pro iis tutos servaturum fines. *Procop. l. 2. bell. pers. f.* 283.

Ratione *potestatis* inæqualitas tollit summam potestatem, si per illud fœdus alter fit superior, & unius potestas alterius potestati & imperio subjicitur; uti factum esse Herode Magno defuncto constat, ex eo enim tempore sceptrum a Juda ablatum esse probavimus supra *l. 1. c. 4. §. 7. n.* 5.

Exempla ejusmodi fœderum quæ subjectionem inferunt attulit Author *L. 1. c.* 3. §. 17. 18. 20. 21. *n.* 4. *&* 23. Sed ibi simul demonstravimus distinguendum esse inter summam potestatem *absolutam*, & *secundum quid*: Potest enim civitas subjecta esse alii civitati ratione certorum jurium, & summa tamen gaudere potestate ratione suorum subditorum: Ita enim regna Siciliæ & Neapolis subfuere olim regno Germaniæ, etsi ratione sui territorii summum imperium haberent, quod latius exposuimus dicto *Lib.* 1. *c.* 3. *§.* 11. *pag.* 268.

„*b*) (QUÆ JURI NATURÆ ALIQUID ADJICIUNT:) Hactenus enim egit Author de fœderi„bus quibus promititur id quod juris naturalis est.

c) (Grot) (ÆQUALES SUNT:) Sic *Plinius* Parthos

Græci iſtas vocant modo [d] συνθήκας ſimpliciter, modo [e] συνθήκας ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, ut apud Appianum & Xenophontem videre eſt: [f] has magis proprie [g] σπονδὰς & [h] quatenus minus dignos reſpiciunt [i] προστάγματα, aut [k] συνθήκας ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων, [l] quas Demoſthenes in oratione de Rhodiorum libertate fugiendas ait his qui libertatem amant, [m] quia ad ſervitutem accedant proxime.

2. [n] Utriusque modi fœdera [o] aut pacis aut ſocietatis alicujus fiunt cauſa. Æqualia pacis, ut [p] quæ de reſtituendis captivis, rebus captis, [q] & ad ſecuritatem conveniri ſolent, qua de re agendum erit [r] infra in belli effectibus & conſectaneis. Æqualia ſocietatis, [s] aut ad commercia pertinent, [t] aut ad belli communitatem [u] aut ad res alias. Æquales de commerciis pactiones [v] variæ eſſe poſſunt. puta utrinque ne vectigal ullum ſolvatur, [w] quod in vetere erat fœdere Romanorum & Carthaginienſium, excepto eo quod [x] ſcribæ & [*] præconi dabatur, [y] aut ne majus ſolvatur quam in præſens, aut ad certam quantitatem.

3.Sic

thos ait eum Scythis ex æquo degere. (*Hiſt. Nat.* VI. 25.) Pompejus apud *Lucanum* de eadem Parthorum gente (VIII, 232.)

—— Solus
Ex æquo me Parthus adit.

ADDITIO.

„Æquales ſunt ubi utrinsque par eſt conditio. „Hinc Juſtinus ait, fœdus cum Maſſilienſibus „*æquo jure percuſſum eſſe: L.* 43. *c.* 5.

„d) (Συνθήκας:) *Vid. ſupra* §. 2. *pr.*

„e) (Συνθήκας ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ:) Compo„ſitione, pari & æqua lege. *Gron. h.*

„f) (Has:) Scilicet conventiones inæquales.

„g) (σπονδὰς:) i. e. libationes, ſeu foedera „quæ cum libatione fiunt.

„h) (QUATENUS MINUS DIGNOS:) de quibus §. „*ſeq.*

„i) (προστάγματα:) i. e. mandata, a προστάσ„σω, mando onus: & hoc eſt quod Juſtinus ait, „legem parendi dicere *l.* 2. *c.* 3. legem pacis ſta„tuere. *l.* 9 *c.* 5. *Gron. h.*

„k) (συνθήκας ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων:) Con„ventio ex præcepto ſeu imperio, ab ἐπιτάσσω „impero.

„l) (QUAS:) Scilicet conventiones quæ pote„ſtatem minuunt:

„m) (QUIA AD SERVITUTEM ACCEDANT PRO„XIME:) Scilicet ad ſervitutem publicam, quæ in eo „conſiſtit, quod non ſuis ſed alienis legibus vivere „teneantur;

„n) (UTRIUSQUE MODI FOEDERA:) Et æqualia „& inæqualia:

„o) (AUT PACIS AUT SOCIETATIS ALICUJUS „CAUSA FIUNT:) In genere dicendum foedera de „omni jure publico, ſive belli ſive pacis, intra fines „legitimæ adminiſtrationis contrahi poſſe, eodem „modo uti pacta privata de omni jure noſtro pri„vato iniri poſſunt.

„p) (QUÆ DE RESTITUENDIS CAPTIVIS:) Scl. „utrinque.

„q) (ET AD SECURITATEM:) v. g. ne in con„finio exſtruantur fortalitia

„r) (INFRA:) *L.* 3. *c.* 20. §. 20. & 21.

„s) (AUT AD COMMERCIA PERTINENT:) Quo „pertinent ſocietates negotiatoriæ. *Vid. l* 2, *c.* 12. „§. 24. talia foedera favorabilia eſſe Author dixit „*l.* 2 *c.* 16. §. 16. *n.* 3.

„t) (AUT AD BELLI COMMUNITATEM:) De „belli ſociis Vide *l.* 1. *c.* 5. §. 2. & *l.* 3. *c.* 9. §. „2. *l.* 2. *c.* 25. §. 4. & indicem, voce *ſocii belli*, *Conf.* „*Diſſ. proem. XII.* §. 773. *ſeq.*

„u) (AUT AD RES ALIAS:) Publicas, non pri„vatas.

„v) (VARIÆ ESSE POSSUNT:) Regula genera„lis eſt: *partes prout de jure ſuo publico diſponunt* „*ita jus eſt.*

„w) (QUOD IN VETERE ERAT FOEDERE RO„MANORUM ET CARTHAGINENSIUM:) Apud *Po„lyb.* 3. *c.* 5. Tale quoque erat foedus Romano„rum & Maſſilienſium apud *Juſtin.* 43 5.

„x) (SCRIBÆ:) Qui in portu annotabat quæ „naves, quas merces adveherent. *Gron. h.*

„*) (PRÆCONI:) Qui proclamabat venales mer„ces, quod præconium vocat Cato. *Gron. h.*

„y) (AUT NE MAJUS:) Vel ut minus quam alii, „exemplum eſt apud *Cambd.* 3 *p.* 366. *Quod ad* „*vectigalia, promiſit Muscoviæ Princeps, ſe altera* „*parte minora a ſocietate Anglica quam a coeteris* „*exacturum, quando quidem primi viam per mare* „*aperuerint.*

„z) (SIC ET IN BELLICA SOCIETATE:) Hæc „omnia dependent a diſpoſitione contrahentium.

 „aa) (PA-

3. [z] Sic & in bellica societate, ut auxilia præstentur, [aa] paria equitum, peditum, navium, [bb] sive ad omne bellum, quod Græci [cc] Συμμαχίαν vocant, & explicat [dd] Thucydides τὺς αὐτὺς ἐχθρὺς καὶ φίλυς νομίζειν, *eosdem hostes & amicos habere*: quod & [ee] apud Livium sæpe reperias [ff] sive ad tuendos fines duntaxat, quod ἐπιμαχίαν, [gg] sive ad certum bellum, [hh] aut in certos hostes, aut in omnes quidem, [*] sed exceptis sociis, ut in fœdere inter Pœnos & Macedonas, quod apud [ii] Polybium est; quomodo & Rhodii Antigono & Demetrio per fœdus auxilia promiserunt in hostes quosvis, excepto Ptolomæo. Potest, ut diximus, æquale fœdus & [kk] ad res alias pertinere, [ll] ut ne in confinio alterius alter arces habeat, [mm] ne subditos alterius alter defendat, [nn] ne iter alterius hosti præbet.

Lib. III. c. 75.

Lib VII. c. 2.

Plutarch. in Demetr. p. 899. A.

§ VII.

1 Ex æqualibus [a] qualia sint inæqualia facile est intelligi. [b] Promittuntur autem inæqualia aut ex parte digniori, ut si quis auxilia promittat [c] nec restipuletur, [d] aut majora promittat: Ex parte indigniori inæqualia, aut ut Isocrates dicto Panegyrico loquitur, [e] τὰ τῆς ἑτέρυς ἐλαττῦντα παρὰ τὸ δίκαιον, sunt ea quæ [f] diximus προςάγματα aut ἐπιτάγματα vocari. Et hæc ipsa aut cum imminutione sunt imperii, aut sine ejus imminutione.

2. Cum

„aa) (PARIA EQUITUM, PEDITUM, NAVIUM:) „Exemplum in terminis exstat in fœdere inter Gallos & Anglos apud *Camd.* 2. *p.* 235.

„bb) (SIVE AD OMNE BELLUM:) Veteres hoc „appellabant *hostes amicosque eosdem habere. Livius.* 23. 35. Exempla noviora vide apud *Camd.* „*p.* 2. *p.* 235. *Busbeq. ep.* 4. *Thuan. l.* 16. *p.* 324. „*L.* 12. *p.* 249. *l.* 24. *p.* 428. *Tesm. b.*

cc) (Grot.) (Συμμαχίαν;) Veteres ὁμαιχμίαν. Zosimus lib. V. (c. 42.) (Vox autem ἐπιμαχία reperitur eo sensu, quo Auctor noster exponit, apud *Thucyd.* 1. 44. Adde de his omnibus *Andr. Dounei* Prælection. in *Demosthen.* Orat. Philipp. De Pace, *pag.* 135. *& seq.* J. B.)

„dd) (THUCYDIDES:) *L.* 3. *p. m.* 185.

„ee) (APUD LIVIUM:) *L.* 23. *c.* 35.

„ff) (SIVE AD TUENDOS FIN::) Ut Atheniensium & Corcyræorum. *Gron. b.*

„gg) (SIVE AD CERTUM BELLUM:) Quo finito „fœdus desinit.

„hh) (AUT IN CERTOS HOSTES:) v. g. contra „Turcas.

„*) (EXCEPTIS SOCIIS:) Sic Veneti excipiunt „Turcam apud *Guicciard.* 15. 1. Apud Thuanum „excipitur Pontifex, aliique nominati reges, *l.* 6. „*p.* 117. Add. *Liv.* 7. 31. *Thucyd.* 1. *p.* 25.

„ii) (POLYBIUM:) Vide *infra* §. 13. *n.* 1.

„kk) (AD RES ALIAS:) Prout partes disponunt.

ll) (Grot.) (UT NE IN CONFINIO ALTERIUS ALTER ARCES HABEAT:) Exemplum vide apud *Procopium* Persicorum 1. (Cap. 2.)

ADDITIO.

Alia exempla Vide *in* §. *seq.*

„mm) (NE SUBDITOS ALTERIUS ALTER DEFENDAT:) Exempla vide apud *Buchan. rer. Scot.* „5. 49. *Thuan. l.* 39. *in f. Camd.* 2. *p.* 283. *Thucyd.* 8 *p.* 468. *Vid. Tesm. b.*

„nn) (NE ITER ALTERIUS HOSTI PRÆBEAT:) „Equidem transitum negari nemini posse dictum „est supra *L.* 2. *c.* 2. §. 13. etsi cum exercitu traoseat. *ibid. n.* 4. quatenus igitur tale fœdus licitum „sit examinavimus *ibidem.*

„a) (QUALIA SINT INÆQUALIA FACILE EST „INTELLIGI:) Omnia enim sunt inæqualia ubi „utrinsque par non est conditio.

„b) (PROMITUNTUR AUTEM INÆQUALIA:) „Diximus inæqualia esse fœdera (1) ratione hono„ris & dignitatis (2) ratione præstationis (3) ra„tione potestatis. *Vid.* §. 1. atque hanc solam tol„lere summam alterius potestatem certum est. *Vid.* „2. *c.* 9. §. 6.

„c) (NEC RESTIPULETUR:) i. e. Nec caveat „eadem reddi sibi, si quo casu oppugnetur. *Gron. b.*

„d) (AUT MAJORA PROMITTAT:) Juxta pro„portionem virium & potentiæ.

„e) (τὰ τῆς ἑτέρυς:) In qua altera pars plus „æquo deprimitur. *Gron. b.*

„f) (DI-

2. Cum imminutione imperii,[g] ut in fecundo fœdere Carthaginienfium cum Romanis, ne cui Carthaginenfes bellum facerent [h] injuffu populi Romani. Ab eo tempore, ut Appianus loquitur, χαρχηδόνιοι Ῥωμαίοις ὑπήκοον ἔνσπονδοι *Carthaginienfes Romanis ex foedere morem gerebant*. Poteft addi huic generi [i] deditio conditionata, nifi quod illa non imminutionem, fed translationem totius imperii continet, qua de re diximus [k] alibi. Talem autem conventionem foederis nomine & alibi [l] Livius appellat, ut libro IX. *Teates Apuli impetraverunt ut foedus daretur, neque ut æquo tamen foedere, fed ut in ditione populi Romani effent.* Liv. 30. 37. Cap. 20.

3. [m] Sine imminutione imperii onera aut tranfitoria funt, aut manentia, Tranfitoria, [n] de folvendo ftipendio,[o] de moenibus diruendis, [p] ut locis quibusdam decedatur; ut dentur [q] obfides, elephanti, naves. Manentia, ut [r] de imperio ac majeftate comiter colenda, cujus foederis quæ fit vis * alibi diximus. Huic proximum eft ut hoftes & amici habeantur [s] quos velit partium altera: ne cui exercitui, cui cum altero bellum fit, [t] per fines tranfitus commeatusve detur. Tum illa minora, [u] ne arces certis locis ædificare, [v] ne exercitum ducere, [w] ne naves habere ultra numerum definitum, ne urbem condere, [x] ne navigare, ne militem certis locis confcribere liceat

„f) (DIXIMUS:) §. *præced. n.* 1.

„g) (UT IN SECUNDO FOEDERE CARTHAGINENSIUM:) Verba fœderis lege apud *Liv. l.* 30. „*c.* 37. Tale fœdus erat cum Latinis. *Liv.* 2. 30. „& *L.* 3. *c.* 6. & 8.

„h) (INJUSSU POPULI:) De qua formula ejus„que effectu vide *l.* 2. *c.* 16. §. 14. Exempla funt „in fœdere cum Philippo apud *Liv. l.* 33. *c.* 16. „Cum Carthaginenfibus apud *Liv. l.* 30. *c.* 37.

„i) (DEDITIO CONDITIONATA:) Quando po„pulus fe alii populo dedit, ac in ejus jus ac pot„eftatem fub certis legibus tranfit, Vide *indicem* „voce *deditio*.

„k) (ALIBI:) De deditione in genere. vide *l.* „2. *c* 5. §. 31. *l.* 2. *c.* 9. §. 6. *l.* 3. *c.* 8. §. 4. *l.* 3. „*c.* 11. §. 14. *l.* 3. *c.* 20. §. 50. & inprimis de con„ditionata *l.* 3. *c.* 20. §. 51.

„l) (LIVIUS:) *L.* 9. *c.* 20.

„m) (SINE IMMINUTIONE IMPERII:) Fœdera „inæqualia ratione præftationis non minuunt fum„mam poteftatem. *L.* 1. *c.* 3. §. 20.

„n) (DE SOLVENDO STIPENDIO:) Hodie vo„cari id folet *fubfidien:* exempla vide apud *Liv.* 5. „27. *l.* 8. *c.* 36. *l.* 9. *c.* 42. *l.* 10. *c.* 5 *Gron. b.*

„o) (DE MOENIBUS DIRUENDIS:) *Liv.* 34. 17. „tali pacto non tolli imperium dictum eft fupra „*l.* 2. *c.* 9. §. 7.

„p) (UT LOCIS QUIBUSDAM DECEDATUR:) Vid. „*Liv.* 8. *c.* 11. & 27. *c.* 45. *l.* 37. *c.* 45. *Gron. b.*

„q) (OBSIDES, ELEPHANTI, NAVES:) *Liv.* 30. „37. & *l.* 38. *c.* 38. *Gron. b.*

„r) (DE IMPERIO AC MAJESTATE COMITER „COLENDA:) Vide *Liv. l.* 38. *c.* 11. *Cic. pro Balbo* „*C.* 16. *Gron. b.* Add. *l.* 7. §. 1. *Capt.* & *poftl.* „Cujus effectus inter alios hic quoque erat, ut po„pulus Romanus lites fociorum decidere potuerit, „non tanquam fuperior, fed ex pacto: Conf. „*Diff. de Imp. in par.* §. 16.

„*) (ALIBI:) *L.* 1. *c.* 3. §. 21. *n.* 2. & 4.

„s) (QUOS VELIT PARTIUM ALTERA:) Ex„empla funt apud *Salluft. Iugurt. c.* 14. & apud „*Thuan. l.* 16. *p.* 324. ubi Ferrarienfis Gallorum „regi promittit, fe amicos regis pro amicis, hoftes „pro hoftibus habiturum. Segeftes apud *Tacitum* „*An.* 1. 58. ait, *ex quo a Divo Augufto civitate* „*donatus fum, amicos inimicosque ex veftris uti*„*litatibus delegi*, Alia vide apud *Liv.* 6. 23. & *l.* „2. *c.* 30. *l.* 38. *c.* 11.

„t) (PER FINES TRANSITUS COMMEATUSVE „DETUR:) Exemplum eft apud *Polyb. l.* 3. *c.* 5. „Conf. §. *præced. in fin.*

„u) (NE ARCES CERTIS LOCIS ÆDIFICARE:) „Exemplum Author allegavit §. *præced.* Add. „*Polyb.* 3. *c.* 5 *p. m.* 194. & *Liv. l.* 34. *c.* 34.

„v) (NE EXERCITUM DUCERE:) *Liv. l.* 2. *c.* 30.

„w) (NE NAVES HABERE ULTRA NUMERUM:) „Carthaginenfibus ultra 10 trimeres habere per„miffum non erat. *Liv.* 30. 37. Conf. *Id. l.* 34. „*c.* 34. & *l.* 38. *c.* 38.

„x) (NE NAVIGARE:) Inter Carthaginenfes

ceat, [y] ne socios oppugnare, [z] ne commeatu hostes juvare, [aa] ne recipere eos qui aliunde veniunt, [bb] ut foedera prius facta cum aliis dirimantur: quorum omnium exempla apud Polybium, Livium, & alios videre est.

4. Solent autem foedera inæqualia contrahi, non tantum inter victores & victos, [cc] ut Menippus censebat, [dd] sed & inter potentiores & impotentiores, etiam qui bello [ee] inter se experti non sunt.

Apud Liv. ubi supra 34. 57.

[a] §. VIII.

De foederibus frequens est quæstio, licitene ineantur cum his qui a vera

„& Romanos cautum fuit: *ne Romani sociive Ro„manorum ultra Promontorium Pulchri naviganto „Polyb. l. 3. c. 5.* Conf. *Liv.* 38. *c.* 38.

„*y*) (NE SOCIOS OPPUGNARE:) Apud *Polyb.* „*d. l.* 3. *c.* 5.

„*z*) (NE COMMEATU HOSTES JUVARE:) *Liv.* „37. 11. *& l.* 38. *c.* 38.

„*aa*) (NE RECIPERE EOS QUI ALIUNDE VENI„UNT:) De perduellibus provinciam ingressis non „pernoctando. *Vid. Polyb. l.* 3. *c.* 5. de non re„cipiendis militibus ex ditione Romana, nec volen„tibus. *Liv. l.* 38. *c.* 38.

„*bb*) (UT FOEDERA PRIUS FACTA DIRIMAN„TUR:) Exemplum est apud *Cambd. p.* 2. *f.* 235.

„*cc*) (UT MENIPPUS CENSEBAT:) Imo Me„nippus id non censuit. Dixit enim saltem *leges* „non posse dici nisi inter victorem & victos: Sane „*conditiones inæquales* posse statui non tantum „inter eos qui æquo marte pugnant, sed & inter „eos qui plane hostes non sunt, extra omne du„bium positum est, quia partes prout de jure suo „disponunt ita jus est.

„*dd*) (SED ET INTER POTENTIORES ET IM„POTENTIORES: Quin & inter æquales.

„*ee*) (INTER SE EXPERTI NON SUNT:) Ter„tium enim ei genus fœderum est, cum qui ho„stes nunquam fuerunt, ad amicitiam sociali fœ„dere inter se jungendam coeunt. *Vid.* §. 4.

a) (AD §. VIII.) Grotius celebrem quæstionem hic movet. *An fœdus contrahere liceat cum iis qui alienæ sunt religionis?* Author frustra distinguit inter fœdera quæ nocendi causa, & ea quæ non nocendi causa fiunt, cum de his solis quæratur: Nullum enim fœdus jure naturæ valet nocendi causa, sed tantum ad jus suum tuendum contra injurias aliorum; Nam & quod vi repetitur, si aliter repeti nequit, defenditur.

In genere igitur dicimus fœdus, quod cum infidelibus juris sui tuendi causa Princeps contrahit, omni jure licitum esse: 1) quia hominibus natura competit facultas de re sua & de jure suo disponendi prout lubet, hoc jus tamdiu inter homines obtinet donec prohibitio appareat. Nullibi vero 2) ob hæresin vel damnatam religionem jus de re sua disponendi prohibetur: nec ratio naturæ afferri potest quæ prohiberet: Diversæ enim causæ sunt fœdus seu dispositio duorum, & impietas ejus cum quo contrahitur, ex illo jus transfertur etiam in impiissimum, ex hac pœnam Deo debet impius: Neque 3) magis fœderis vis impeditur delicto, quam fœderis cum Davide initi vis propter ejus adulterium vel homicidium: Sane cujusque causæ proprii sunt effectus, nec vitium actui cohærens vitiare potest alium actum non vitiosum: Vitium autem hic non inest dispositioni, sed opinioni, qua is cum quo contrahitur male de Deo sentit. Accedit 4) quod inter eos inter quos jura gentium obtinent, etiam sit jus fœderum, atqui cum infidelibus omnino jus gentium est: Sed & 5) negari nequit jus commerciorum cum infidelibus esse, at ea sine pactis & fœderibus exerceri nequeunt. Contradictio igitur est permittere commercia cum infidelibus, & tamen detrahere vim obligandi fœderibus cum eo initis. 6) Fœdera plerumque contrahuntur de rebus & usibus secularibus, quibus nihil commune est cum causa religionis. Idque 7) confirmatur omnium gentium usu & consensu; cujus rei exempla judæorum cum vicinis regibus, ipsisque Romanis allegavimus *supra cap.*13. §. 12. Notabile & tremendum exemplum exstat violati fœderis in Uladislao Ungariæ rege, quod allegavimus supra *c.* 13. §. 20. *ibique Gron.*

Equidem honestius omnino est ejusmodi abstinere foederibus, quorum causa esse solet spes lucri, adeoque avaritia; vel auxilium, quod supponit lites & controversias: ex regulis perfectionis autem nec lites nec vitia inter christianos obtinere debent, Atque hæc ratio est qua Theologi plerumque utuntur, & quæ adeo apud quosdam christianos populos invaluit, ut nefas duxerint cum Æthyopibus crucis christi hostibus pacem facere. *Vid. Tesm. h. & ad §. seq.*

Non autem loquimur de casu ubi fœdus cum impio contrahitur a Christiano contra Christianum, Nam hoc illicitum esse censemus: Cum enim societas quædam communis sit inter Christianos, hæc rumpi absque injuria nequit.

ADDITIO.

„Ego etiam contra Christianum injuriam mihi „fa-

a vera religione alieni sunt: quæ res in jure naturæ dubitationem non habet. [b] Nam id jus ita omnibus hominibus commune est, ut religionis discrimen non admittat. Sed de jure divino quæritur, ex quo hanc quæstionem tractant [c] non Theologi tantum, sed & jurisconsultorum nonnulli, inter quos Oldradus & Decianus. *Th. 2, 2, q. 10. art. 9. Oldr. conf. 71. Decian. III. conf. 20.*

§. IX.

I. Videamus primum de jure divino [a] veteri, acturi deinde de novo, [b] Foedus, non nocendi causa, cum alienis a Religione contrahere [c] ante Mosis legem licuit. Exemplum est in foedere [d] Jacobi cum Labane: ut jam de Abimeleco nihil dicam, [e] quando non satis constat eum fuisse idololatram. Neque id lex per Mosem data mutavit. Exemplo sunt Ægyptii, [f] haud dubie tunc idololatræ. [g] Hos tamen aversari vetantur Hebræi. [h] Excipiendi sunt populi se- *Genes. 31. 44. Genes. 31. 28. 29. Deuter. 23. 7.*

„facientem tale fœdus contrahi posse puto, si fiat „pro jure meo tuendo: Nam 1) omnis modus de„fendendi jus nostrum est juris naturalis. Cicero „ait, *naturaliter omnem expediendæ salutis hone„stam esse rationem. pro Milon. n. 4.* Neque 2) „injuria mea est, sed ejus, qui me ad eas necessi„tates redigit ut aliena, & impiorum quidem, „auxilia implorare tenear, adeoque vitium est „cogentis: sed & (3) certum est, inter primos „Christianos pro crimine habitum non fuisse im„plorare officium judicis gentilis contra christia„num, adeoque nec crimen erit implorare assi„stentiam socii, ut ut alienæ religionis.

„Equidem Armacanus Episcopus Yprensis in„tegro tractatu improbat fœdus Francisci I. cum „Turca contra Imperatorem Romanum Carolum „Vtum initum: At Episcopus id improbavit „non tanquam juri naturæ, sed tanquam Caritati „Christianæ contrarium; neque enim Christianos „ab alio quam a Deo vindictam injuriæ contra „Christianum expectare decet. Nos ex alia causa „fœdus illud illicitum pronunciamus, non quod „cum impio & hoste Christiani nominis contra„ctum esset, sed quod Franciscus injuria bellum „movisset: quod eventus probavit.

„*b*) (NAM ID JUS ITA OMNIBUS COMMUNE „EST UT RELIGIONIS DISCRIMEN NON ADMIT„TAT:) Jure naturæ circa promissa non inspici„tur communio religionis, quia jus illud non „ex professione religionis, sed ex ratione oritur, „quæ omnibus hominibus communis est. Sed & „omnes gentes Deum Authorem juris naturæ, & „vindicem injuriæ profitentur. Præterea diximus „aliud esse pactum aliud hæresin, ex illo jus ori„tur inter partes prout disponunt, ex hac pœnam „persolvit impius divino numini. Hic solus actus „vitiosus est, non ille.'

c) (Grot.) (NON THEOLOGI TANTUM:) Puta *Antonius*, *Cajetanus*, *Toletus*, Molina, *Valdesius*, *Molderus*.

ADDITIO.

„Adde Armacanum episcopum Yprensem.

a) (VETERI:) Quod in veteri testamento continetur.

b) (FOEDUS NON NOCENDI CAUSA:) Sed nullum fœdus nocendi causa valet, pugnat illud cum præcepto *neminem lædere:* tam absurdum ergo est quærere *an nocendi causa fœdus inire liceat*, quam si dicatur pacta, quibus injuria tertio fit, valere: Adeoque de solo fœdere quæritur quod initur tuendi iuris causa, etiam tunc cum fœdus offensivum est.

ADDITIO.

„Author per fœdus nocendi causa initum intel„ligit fœdus offensivum ad juris defensionem ini„tum: quod semper licitum est, alterius enim jus „defendere non justum saltem, sed & pium est.

„*c*) (ANTE MOSIS LEGEM:) Fœdus pro tuendo „jure ante & post legem Mosis contrahi potuit.

„*d*) (JACOBI CUM LABANO:) De quo vide. „supra *cap. 13. §. 12.*

„*e*) (QUANDO NON SATIS CONSTAT EUM FU„ISSE IDOLOLATRAM:) Quia ipse Abraham pro „sua justificatione allegat, se nescivisse *num timor „domini fuerit in illa terra*, quem tamen postea „quodammodo reperit. Vide *Gen. XX. vers.* 11. „*Tesm. b.*

„*f*) (HAUD DUBIE TUNC IDOLOLATRÆ:) Nam „boves adorabant.

„*g*) (HOS TAMEN AVERSARI VETANTUR HE„BRÆI:) Secus ac de Ammonitis & Moabitis statu„tum erat. *Deut. 23. v. 6. & 7.*

„*h*) (EXCIPIENDI SUNT POPULI SEPTEM:) Quos „recensui supra *L.* 1. *c.* 2. §. 2. *n.* 1. §. 6. *n.* 3. *l.* „2. *c.* 5. §. 13. *n.* 1. & 2. & *cap.* 13. §. 4. *n.* 2. & 3.

„*i*) (CUJUS SENTENTIÆ EXECUTORES ERANT „DELEGATI ISRAELITÆ:) Vid. supra *L.* 1. c. 2. „§. 2. *n.* 1.

Deut. 7, 1. & seq. septem divina sententia damnati, [i] cujus sententiæ exsecutores erant delegati Israëlitæ; nam his in idololatria perstantibus, [k] & imperium detrectantibus, parcere vetantur, quibus itidem decreto divino Deut. 25 17. & seq. additi sunt [l] Amalecitæ.

2. [m] Fœdera quoque commerciorum, [n] & quæ his similia ad utilitatem communem, aut alterius partis pertinent, [o] inire cum profa-
2 Sam 5, 11. nis licet per legem, nihil enim reperitur quod obstet. Et exempla habemus foederum [p] quæ David & Solomo cum Hiromo Tyriorum rege fecerunt: ac notandum in sacra historia dici foedus hoc a
1 Reg. 5, 12. Solomone factum [q] juxta sapientiam quam Deus ei dederat.

Levit 19, 18. & Deuter. 22, 1. 3 [r] Lex quidem Mosis specialiter imperat benefacere [s] popularibus ἀγαπᾶν τὸν πλησίον, præterea [t] peculiaris victus & morum ratio judæis præscripta familiarem cum hominibus cæteris consuetudinem vix patiebatur. At [u] hinc non sequitur aut benefacere extraneis non licuisse, [v] non etiam laudabile id non esse, [w] quod male inde collegit posteriorum magistrorum prava interpretatio: [x] unde illud [y] Juvenalis de judæis (Sat. XIV, 103.)

Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti.

quo loco exemplum monstrandæ viæ [z] minime molesta neque sumtuo-

„k) (ET IMPERIUM DETRECTANTIBUS:) Quod „late explicavimus supra *L. 2. c. 13. §. 4. n. 2. &* „*L. 3. c. 11. §. 17.*

„l) (AMALECITÆ:) Vide supra *l. 2. c. 2. §. 6.* „*n. 3.* idem de Moabitis & Ammonitis dicitur. „*Deut.* 23. *v.* 6. Ratio autem damnationis in his „tribus populis, Abræ posteris, erat denegatio „transitus *ibid.*

„m) (FOEDERA QUOQUE COMMERCIORUM:) „*Vid. supra §. 6. n.* 2.

„n) (ET QUÆ HIS SIMILIA:) Diximus „fœdera contrahi posse de omni jure publico, & „tunc prout partes disponunt ita jus est.

„o) (INIRE CUM PROFANIS LICET PER LE-„GEM:) Nam de suo jure disponunt, quæ dispo-„sitio ex naturali ratione valet inter disponentes.

„p) (QUÆ DAVID ET SOLOMO CUM HIROMO:) „Conf. supr. *l. 1. c. 3. §. 12. n.* 3.

„q) (JUXTA SAPIENTIAM QUAM DEUS EI DE-„DIT:) Adeoque laudat scriptura hoc pactum, id-„que sapientiæ divinæ tribuit: quod fieri non „potuisset si res illicita fuisset.

„r) (LEX QUIDEM MOSIS:) Bene hic Author „notat legem Judæis datam de benefaciendo po-„pularibus, & de evitando consortio cum extra-„neis, non exclusisse facultatem fœdera contra-„hendi: Nam *alia* quæstio est an Judæi potuerint „in consortium imperii & civitatis recipere alie-„nigenas, hoc merito negatur: Unde illi qui bello „devicti erant, vel alias in terris Judæorum habi-„tare cupiebant, non nisi sub conditione recipie-„bantur (1) ut septem præcepta Noachidica obser-„varent, (2) ut tributum solverent, vel (3) ut ser-„viles operas reipublicæ præstarent. *Vid. Selden.* „*de J. G. l. 6. c. 14. Alia*, an cum extraneis fœ-„dera inire possint? Sane hæc cum omnibus gen-„tibus, damnatis exceptis, inire fas, & pro re „nata mos erat. *Selden. d. l. c. 15. pr.*

„s) (POPULARIBUS:) De quo late actum est su-„pra *L. 1. c. 2. §. 6. n. 3. & §. 8. n. 9.*

„t) (PECULIARIS VICTUS ET MORUM RATIO:) „Abstinere enim debebant a vulgaribus aliorum „cibis, ut immundis.

„u) (HINC NON SEQUITUR EXTRANEIS BENE-„FACERE NON LICUISSE:) Nam popularibus ibi „opponuntur non omnes extranei, sed septem po-„puli damnati. *Vid. l. 1. c. 2. §. 6. n.* 3.

„v) (NON ETIAM LAUDABILE ID NON ESSE:) „Nam summa perfectio est, imitari Deum, Deus „autem omnibus hominibus, bonis & malis bene-„ficia sua exhibet.

„w) (QUOD MALE INDE COLLEGIT POSTERIO-„RUM MAGISTRORUM PRAVA INTERPRETATIO:) „Quos servator reprobat, verbis, *ego vero dico vo-„bis. Vid. supra l. 1. c. 2. §. 6 n. 3. & §. 9. n. 9. seq.*

„x) (UNDE:) Ob perversam illam interpre-„tationem male audiebant Judæi apud omnes „Gentes.

„y) (JUVENALIS:) *Satyr. 14. v.* 10.

„z) (MINIME MOLESTA NEQUE SUMTUOSA BE-„NEFICIA INDICAT:) Ut non sit permissum Judæo „beneficium facere, licet id non magis gravet, „quam

tuosa beneficia indicat, quæ ignotis etiam tribuenda [aa] Cicero dicit, *De Offic. 1,16.*
[bb] & Seneca. Eodem pertinet. [cc] Taciti illud de iisdem: *Apud ipsos fi- De Benef. 4,29.*
des obstinata, misericordia in promptu, adversus omnes alios hostile o- Hist. 5,5.
dium. Sic [dd] in novi foederis historia legimus sæpe, non solitos Ju- *Joan 4. 9. Act.*
dæos convivere συγχρῆσθαι συνεσθίειν κολλᾶσθαι, προσέρχεσθαι alienigenis. *10. 28. 11, 3. & alibi*
Et Appollonius Molo Judæis objiciebat, ὅτι μὴ πάρεδέχοντο τοὺς ἄλλαις *Apud*
προκατειλημμένους δόξαις περὶ Θεοῦ, μηδὲ κοινωνεῖν ἔθελον τοῖς καθ' ἑτέραν συνήθειαν *Joseph.*
βίου ζῆν προαιρουμένοις: *non admittit ab eis qui de Deo sentirent alia, nec lib. II. contr.*
quicquam ipsis commune esse cum his qui institutis differrent: Amici *Appion cap. 36.*
Antiochi apud Diodorum Judæos accusant: μόνους ἀπάντων ἔθνων ἀκοι- *pag. 492. ed Hudf.*
νωνήτους εἶναι της πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας, καὶ πολεμίους ὑπολαμβάνειν πάντας *so- Lugd. B. Eclog. ex*
los ex omnibus populis insociabiles esse extraneis, ita ut cæteros pro lib. 34. apud
hostibus ducant. Sequitur de iisdem: μηδενὶ ἄλλῳ ἔθνει τραπέζης κοινω- *Phot.*
νεῖν τὸ παράπαν μηδὲ εὐνοεῖν, *cum nulla gente alia mensam habere communem,*
neque bene eos aliis velle. Mox eis tribuitur μισανθρωπία, *odium hu-*
mani generis. Et apud Philostratum, Tyanensis de Judæis: οἳ βίον *Vit. Apoll.*
ἄμικτον εὑρόντες, οἷς μήτε κοινὴ πρὸς ἀνθρώπους τράπεζα *vitæ genus adeo se- Tyan. l. V. c. 33.*
cretum ab humano commercio repererunt, ut ne mensam quidem cum aliis Ed. Olear.
communem habeant. Sicut & passim Judæis apud Josephum objici-
tur, τὸ ἄμικτον, τὸ ἀσύμφυλον, ἡ διαίτης ἀμιξία, *insociabilis vivendi ratio.*

4. [ee] At hunc non esse legis sensum Christus nos docuit exem-
plo suo, [ff] cum a Samaritide foemina aquam accipere non recusavit, *Joann. 4, 7.*
legis ubique observantissimus. Sed & olim David apud populos ir- *1 Sam. 27. &c.*
religiosos perfugium sibi quæsiverat, nusquam eo nomine reprehen-
sus. Apud Josephum Solomoni templum dedicanti, & oranti ut *Ant. 8, 2. pag. 265*
Deus ibi etiam alienigenarum preces exaudiret, hæc tribuitur ora-
tio: ἡμεῖς ἐκ ἀπάνθρωποι τὴν φύσιν ἐσμὲν, οὐδὲ ἀλλοτρίως πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους
ἔχομεν

„quam si digito monstres viam prætereunti:
„*Gron. h.*

„*aa*) (CICERO:) 1 *Off.* 16.

„*bb*) (ET SENECA: *L. 4. de benef. c. 9. & l.*
„*4. de benef. c.* 29.

„*cc*) (TACITUS: *Hist. l. 5. c. 5.*

„*dd*) (IN NOVI FOEDERIS HISTORIA:) Ita
„enim Pharisæi exprobabant Christo quod disci-
„puli ejus cum publicanis & peccatoribus come-
„derent. *Matth. c. 11. v.* 19.

„*ee*) (AT HUNC NON ESSE LEGIS SENSUM
„CHRITUS NOS DOCUIT EXEMPLO SUO:) Illum non
„esse legis sensum alibi probavimus (1) ex eo quod
„per inimicum Moses intelligat septem damnatos
„populos *Vid. l. 1. c. 2. §. 6. n.* 3. (2) Omnium
„maxime id probatur ex ipsis legibus Mosis, is
„enim jussit ne remanentes spicas colligant Ebræi,
„sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittant.
„*Lev.* 19. *v.* 9. & 10. Imo permisit Solomo ut ex-
„tranei adorarent in templo suo, quod sommum
„beneficium est. *Joseph. Antiq.* 8, 2. Denique &
„(3) licet concedamus illicitum fuisse beneficia
„extraneis præbere, hoc tantum intelligi deberet
„de liberalitatibus, non vero de pactis & fœderi-
„bus, quæ plerumque ex communi necessitate con-
„trahuntur. Unde recentiores magistri prohibi-
„tionem illam ad fœdera & pacta nunquam ex-
„tenderunt. Sane (4) pecuniam sub usuris credere
„extraneis licuit. *Vid. Selden. d. l. c.* 10.

„*ff*) (CUM A SAMARITIDE FOEMINA:) At hoc
„exemplum, & quod mox de Davide allegat, ad
„nostrum casum non quadrat: quæritur de benefa-
„ciendo extraneis, non de accipiendo beneficium.

„*gg*) (NEQUE MALE AFFECTI ERGA EXTRA-
„NEOS:) Utpote quos ad cultum & sacrificia ad-
„mittebant.

ἔχομεν; *non sumus inhumano ingenio* [gg] *neque male affecti erga extraneos.*

5. Excipiendi [bb] ab hac regula non illi tantum populi quos [ii] supra diximus, sed insuper [kk] Ammonitæ & Moabitæ, de quibus scriptum est Deut. XXIII, 63. *Non quæres prosperitatem eorum* [ll] (ita rectius hoc loco vertis שלמם quam pacem eorum) *nec bonum eorum ullis diebus tuis unquam.* Quibus verbis foedera benefica cum illis populis vetantur, [mm] non etiam jus belli conceditur: aut certe, quæ Hebræorum quorundam sententia est, [nn] vetatur pax ab illis peti, non etiam oblata accipi. Certe [oo] jus belli in Ammonitas Hebræis
Jud. 11. 16. negatur: Deut. II, 19. neque Jephthes arma in eos movit, [pp] nisi post
2Sam 10 tentatas æquæ pacis vias, [qq] neque David nisi atrocibus injuriis lacessitus

„*bb*) (AB HAC REGULA:) Scilicet quod cum „alienis a nostra religione fœdera non nocendi „contrahi possint.

„*ii*) (SUPRA:) *L. 2. c. 2. §. 3. & §. 6*

„*kk*) (AMMONITÆ ET MOABITÆ:) Ammonitæ „descendebant ab Ammone, filio Loth, qui erat „frater Abræ. *Gen. 19. 38.* Moabitæ a Moab, filio „Loth ex filia majori. *Gen. 19. v. 36.* Contra hos „Abræ cognatos Deus noluit pugnare Israelitas, „allegans rationem, quod filiis Loth illam terram „dederit in possessionem. *Deut. 2. v. 9.* Unde Mo„ses noluit intrare eorum terras, nec bello eos „aggredi etsi transitum & necessaria negarent. *Iosu.* „*c.* III. *v.* 17. & 18.

„At, quia denegaverunt injuria transitum Israe„litis, Author ait Deum, tanquam vindicem in„juriæ populo suo illatæ, omnia fœdera benefica „cum iis prohibuisse: idque probat ex *Deut. 23.* „*v. 6.* ubi Deus ait, *non quæres prosperitatem eo„rum* (vulgata, *non facies pacem cum iis*) *nec bo„num eorum cunctis diebus vitæ tuæ in æternum.* „*Deut. 23. v. 6.*

„*ll*) (ITA RECTIUS HOC LOCO VERTERIS:) „Recte Author hic monet errare vulgatam, quæ po„pulos hos inter damnatos recensere videtur, dum „vertit, *pacem* non fieri cum iis posse, nam vox שלמם id non significat: at nec *prosperitatem* „significat, uti Author putat, sed ea voce denotan„tur *pacifica*, i. e. sacrificia quæ dicuntur pacifica, „quia partem de sacrificiis accipit is cujus est victi„ma, & ideo pax in iis fit. *Siphr. c. 16. v. 2.* Adeo„que sensus divinæ prohibitionis est, quod admitti „non debeant ad *sacrificia* quæ vocantur *pacifica:* „Hunc enim verum sensum esse vocis שלמם „apparet ex *Cocceji Lexic. Ebr. dicta voce*: unde „septuaginta illam vertunt εἰρηνικὰ, i. e. pacifica. „*Vid. Schrevel. lex. Græc. d. voce.*

„Ad hæc sacrificia gentiles quoque (exceptis „septem populis damnatis) admittebantur *Seld. de* „*J. G. l. 3. c. 8.* Speciatim autem inde excipieban„tur Ammonitæ & Moabitæ, ob denegatum trans„itum: Atque hunc genuinum sensum illius pro„hibitionis divinæ esse porro patet ex *Deut. c. 23.* „*v. 3.* Ubi Deus eos in perpetuum jussit excludi „ab ingressu templi, & ex *v. 7.* ubi Idumæos sal„tem excludit usque ad tertiam generationem:

„*mm*) (NON ETIAM JUS BELLI CONCEDITUR:) „Adeoque non inter damnatas gentes recenseri de„bent, neque pax cum iis fieri prohibetur, sed a „commercio jurium sacrorum excluduntur: Hinc „etiam legimus Davidem eos sub lege tributi suo „imperio subjecisse. *2 Sam. 8. 2. & 12.* Et Joramum „demum eos rebelles exstirpasse. *2 Reg. 1. v. 1. 3. 5.* „Qui enim superarunt latrunculi dicebantur. *2. Reg.* „13. *v.* 20.

„*nn*) (VETATUR PAX AB ILLIS PETI:) Vera „sententia est, vetitum fuisse ad sacrificia pacifica „eos admittere:

„*oo*) (JUS BELLI IN AMMONITAS NEGATUR:) „Quia ex Abræ cognatis erant: *Gen. 19. v.* 38. *junct.* „*Deut. 2. v. 9.* & prohibitio commercii ex alia „causa originem cepit, scilicet ex denegato trans„itu.

„*pp*) (NISI POST TENTATAS ÆQUÆ PACIS „VIAS:) Rex Ammonitarum vindicabare voluit „terram quæ olim Amorrhæorum fuit; causatus, „Israelitas ascendendo de Ægypto sibi eam a fi„nibus Arnon usque ad Jordanem abstulisse. *Jud.* „*c. 11. v.* 13. dehortabator Jephta regem missis „legatis, & allegabat se terras Moabitarum (quæ „filiis Loth, Scl. Ammoni, & Moabo assignatæ a Deo „fuerunt) non intrasse, nec occupasse, sed terras „saltem Amorhæorum; hanc vero terram nun„quam Ammonitarum fuisse; addendo, Ammonitas „per 300 annos siluisse. *Jud. c.* 11. *v.* 12. 17. 24. 25. „adeoque deprecatur bellum injustum *v.* 24. Cum „vero acquiescere noluerunt, Ammonitæ bello vi„cti sunt. *v. 28. seq.*

„*qq*) (NEQUE DAVID NISI ATROCIBUS INJU„RIIS LACESSITUS:) Is enim eos vicit & tributa„rios fecit, 2 *Sam. 8. v.* 2. quia rebelles sæpius fu„ere. 2 *paral.* 20. *v.* 1. Joram autem eos exstir„pavit

fitus. *rr* De focietate bellica quæftio fupereft.

6. *ss* Ante legem hanc quoque non illicitam fuiffe cum profanis gentibus, exemplo apparet *tt* Abrahami impios Sodomitas bello adjuvantis. Nec lege Mofis quicquam *uu* generaliter hac in re mutatum legitur. Atque ita videmus fenfiffe *vv* Asmonæos, legis & peritos & reverentes admodum, ut ex religiofa *ww* Sabbathi obfervatione, *xx* permiffa fola fui tutela non alio armorum ufu, apparet. *yy* Et hi tamen cum Lacedæmoniis & Romanis foedus pepigere, approbantibus facerdotibus & populo, *zz* imo pro eorum falute facra publice fecerunt. Quæ vero contra adferuntur, caufas habent peculiares.

Gen. 14.

1 *Macc.* 8 & 12.

7. *α* Nam fi quos reges aut populos, *β* extra eos qui in lege expreffi erant, exofos fibi & infortunio damnatos * per Prophetas Deus fignificaffet, eorum tutelam fufcipere aut cum iis arma fociare haud dubie nefas erat. Huc illud pertinet Prophetæ *γ* ad Jofaphatum

II Paralip. 19. 2.

„pavit. 2 *Reg.* 1. *v.* 1.

„*rr*) (DE SOCIETATE BELLICA:) Fœdera non „nocendi, & focietatem commerciorum licitam „fuiffe cum profanis gentibus, hactenus probavit „Author, *Vid. n.* 1. *& feq.* idem afferit de focietate „bellica, *n.* 6. *feq.*

„*ss*) (ANTE LEGEM:) Scilicet Mofis: Pro tuendo enim jure naturali ratione cum toto hu„mano genere pacta inire licet.

tt) (Grot.) (ABRAHAMI:) Idem cum Efcole & Anero fœdus fecit. (*Gen.* XIV. 13.) Sic & David cum Achi & Naafo, Solomon cum Ægyptiis, Afa cum Benadado. (Vide I. *Sam.* XXVII. II. *Sam.* X, 2. I. *Reg.* III. 1. & XV. 19.)

ADDITIO.

„Non apparet ex Sacris Abrahamum fœdus in„ivisse cum *impiis Sodomitis*, fed cum Aner & „Escol. Neque ea intentione arma fumfit ut So„domitas liberaret, fed fratrem: *Vid. Tesm. h.* „*Gen.* 14. *v.* 10. *feq.*

„*uu*) (GENERALITER:) Nam lex Mofis excipit „faltem feptem populos damnatos, & Amalecitas:

vv) (Grot.) (ASMONÆOS:) Laus eorum eft in *Thargumo Chaldaico*, in libris *Maccabaicis*, in epiftola ad *Hebræos*. Horum exemplum fecuti Imperatores & reges Chriftiani, fœdera aut cum non Chriftianis, aut cum non fane Chriftianis fecere; Conftantinus cum Gothis & Vandalis; Juftinianus cum Longobardis, cum Saracenis, Alanis, Gepidis, Francis, Suevis, Vandalis; Theodofius, Honorius, Leo, Heraclius, Bafilius, Ifaacius Angelus, Palæologus, cum Mauris; Reges Hifpaniæ Alfonfus Hifpalenfis, Ramirus, Alfonfus Caftus, Sanctius Caftellæ, Ferdinandus cognomine Sanctus, Petrus Legionis rex, Alfonfus Caftellæ rex prudentiffimus: cum Tartaris Rodolphus Habspurgenfis. Adi *Joannem de Carthagena* libro III. de jure belli Romani Pontificis, c. 1. Julius II. Pontifex Turcis ufus.

ADDITIO.

„Jofephus de Affamonæorum familia ait, *eam* „*illuftrem fuiffe, & celebratam propter continuatum* „*in ea gente honorem facerdotii, facinoraque majo*„*rum egregia, quibus propugnarunt judæorum rem*„*publicam: Antiq. l.* 14. *c. f.* Obtinuit autem prin„cipatum per 126 annos, *ibid. l.* 20. *c.* 18. at fub „Herode defiit. *d. c. f. d. c.* 18.

„*ww*) (SABBATHI OBSERVATIONE: 1. *Maccab.* 8

„*xx*) (PERMISSA SOLA SUI TUTELA:) Non „offenfione alterius, etfi hoftis: quod quatenus jure „naturæ procedat explicavimus fupra *l.* 1. *c.* 4 „§. 1.

„*yy*) (ET HI TAMEN CUM LACEDÆMONIIS &c.) „1. *Maccab. c.* 12. *& c.* 14. *v.* 18. *&* 20.

„*zz*) (IMO ET PRO EORUM SALUTE SACRA „PUBLICE FECERUNT:) *d. c.* 12. §. 11.

„*α*) (NAM SI QUOS REGES AUT POPULOS:) „Non quod fœdera cum illis contrahere non liceret, „fed quod fuerint exofi Deo, & perituri, id enim „in exemplo Jofaphat prædictum erat, caufa ergo „obftitit non jus.

„*β*) (EXTRANEOS:) Scl. feptem populos damna„tos.

„*) (PER PROPHETAS SIGNIFICASSET:) Vel „prohibendo, tunc enim prohibitio non eft a na„tura, fed ex lege particulari divina; vel prædi„cendo eos perituros, ut in allegatis Jofaphati & „Amafiæ exemplis: & tum temeritas erat iis affiftere.

γ) (Grot.) (AD JOSAPHATUM:) Jofephus ῃτιᾶτο τὸν πρὸς Ἄχαβον συμμαχίας ἄνθρωπον ἀσεβῆ

tum de rege Israëlis: *Te ne improbo opitulari, & eos diligere* [δ] *qui Deum oderunt? At ob hoc ipsum exarsit in te Dei ira.* Nam infelicem belli exitum Micheas propheta jam ante prædixerat. Et alte- *Ibid 25,7.* rius prophetæ ad Amasiam. *Ne ito tecum exercitus Israelitarum: nam non adest Deus Israelitis, ulli inquam Ephraimitarum* Hoc vero non venire [ε] ex natura foederis, sed ex personæ peculiari quadam *Ibid. 20, 37.* qualitate, vel hinc evincitur, quod graviter increpitus est Josaphatus, etiam diris additis, [ζ] eo nomine quod commercii causa societatem iniisset cum Ochozia rege Israëlitarum, similem ei, [η] quam David & Solomo inierant cum Hiramo, quos eo nomine partim non reprehensos, [θ] partim laudatos diximus. Nam quod additur Ochoziam impie egisse, debet ad totam ejus vitam referri; [ι] ob quam Deus ipsi omnibusque ejus conatibus infensus fuerit: quomodo hæc historia explicatur in libro, cui nomen Constitutiones Clementis VI, capite XVIII.

8. Notandum & hoc, [λ] pejorem fuisse causam eorum [μ] qui a Jacobo orti Deum bene cognitum deseruerant, quam populorum extraneorum. Nam in defectores illos cæteri populares armabantur, [ν] lege quæ exstat Deut. XIII, 13.

9. Est & ubi culpantur foedera [ξ] ob animi vitium unde procedebant: [ο] ita a Propheta reprehensus Asa, quod ad societatem Syri se contulisset Deo diffisus: quod ostenderat [π] cum res Deo sacra- *II Paral 16, 2. 7. Esai. 8, 6.*

tas

βῆ καὶ πονηρόν. *accusabat eum societatis inita cum Achabo homine impio ac scelerato.* (Antiq. Jud. IX. 1. § 1. *Edit. Huds.*)

δ) (Grot.) (QUI DEUM ODERUNT:) Gratianus Valenti patruo contra Scythas opem petenti scripsit, ὡς οὐ δεῖ τῷ ἐχθρῷ τοῦ Θεοῦ συμμαχεῖν *fas non esse socialia arma jungere cum eo qui Deo sit hostis.* Zonoras. (Lib. XIII. Cap. 17.)

„ε) (EX NATURA FOEDERIS:) Quasi illud inire cum profanis gentibus lege Mosis licitum non fuerit.

„ζ) (EO NOMINE QUOD COMMERCII CAUSA SOCIETATEM INIISSET CUM OCHOZIA:) Convenerunt enim de classe construenda, & naves quæ irent in Tharsis. 2 *Par.* 20, *v.* 37.

„η) (QUAM DAVID ET SOLOMO:) *Vid. supra* §. 9. *n.* 2.

„θ) (PARTIM LAUDATOS:) Fœdus enim illud a Solomone factum dicitur juxta sapientiam quam Deus ei dederat: *d. n.* 2.

„ι) (QUOD ADDITUR OCHOZIAM IMPIE EGISSE:) Unde concludunt quidam fœdus ideo improbatum fuisse quod cum impio contractum esset.

„κ) (OB QUAM DEUS IPSI OMNIBUSQUE EJUS CONATIBUS INFENSUS FUERIT:) Et ideo prædixerat Josaphat, Ochoziam periturum. *II. paral.* 18. *v.* 11. *seq.*

„λ) (PEJOREM FUISSE CAUSAM EORUM:) Cum his enim adeo jus fœderum non erat, ut potius ex præcepto divino arma in eos sumere tenebantur.

„μ) (QUI A JACOBO ORTI:) Exemplum est in decem tribubus revulsis a domo Davidica per Jeroboamum, qui & Idololatriæ illis Author fuerat, ne, si quotannis Hierosolymam proficiscerentur ad templum visendum, redirent ad reverentiam regum, a quibus desciverant. *Gron. b.*

ν) (Grot.) (LEGE QUÆ EXSTAT DEUT. XIII. 13.) Adde exemplum ex historia Josuæ *c.* 22.

„ξ) (OB ANIMI VITIUM:) Nimirum ex diffidentia erga Deum.

„ο) (ITA A PROPHETA REPREHENSUS ASA:) 2. *paral.* 16. *v.* 7. adeoque non improbatur fœdus sed diffidentia: Hinc Amasias qui Israelitas socios belli fecit, eos hortatu domini dimisit, non quod fœdus cum iis contrahere non liceret, sed ne in hominibus magis quam in Deo spem ponere videatur. 2. *Par.* 25. *v.* 7.

„π) (CUM RES DEO SACRATAS AD SYRUM MITTERET:) Hinc exprobat ei propheta, *quia habuisti fiduciam in rege Syriæ & non in domino Deo tuo, idcirco evasit Syriæ regis exercitus de manu tua:* 2. *paral.* 16. *v.* 7. & mox, *stulte igitur egisti, & propter hoc etiam ex præsenti tempore*

tas ad Syrum mitteret. Sed nempe Rex idem culpatus [ϱ] quod in medicis spem posuisset, non in Deo. Non ergo ex hac historia magis sequitur, per se aut generaliter malum esse societatem contrahere cum talibus quales erant Syri, quam medicos consulere. [σ] Multa enim non illicita vitiat animus; ut [τ] censum in Davide, [υ] thesaurorum ostensionem in Ezechia. Sic alibi [φ] fiducia in Ægyptio posita reprehenditur, cum tamen Solomoni cum Ægyptio [χ] affinitatem contrahere licuerit.

Ibid. 16, 12. Ambr. ad Rom. cap 3. Auctor. imperf. oper. ad Matth. c. 16. 2 Sam. 26. 2 Reg. 20, 13. Esa. 21, 1. 1 Reg. 3. 1.

10. Quibus & hoc addendum est, Hebræos sub statu legis veteris [ψ] disertas habuisse promissiones victoriæ si legem observarent, quo minus recurrendum habebant ad humana auxilia. Exstant quidem & apud Solomonem sententiæ non paucæ [ω] de vitandis consortiis impiorum: [αα] Sed hæc prudentiæ monita sunt, non legis præcepta: & illa ipsa monita, ut moralia pleraque, [ββ] plurimas habent exceptiones.

Deuter. 28, 7. Prov. 1, 15. 13, 20. 22, 24. 24, 1.

§. X.

1. [a] Lex autem Evangelii nihil [b] hac in parte mutavit: imo magis etiam favet foederibus, quibus hi, qui a religione alieni sunt [c] in causa justa sublevantur, quia beneficentiam in quosvis homines, data occasione, [d] non liberam modo reliquit & laudabilem, sed

Victoria de Indie relect. 1. n. 15. & 17. Franc. Arius de bello n. 192. Cajet. 2, 2. q. 10. art. 1. Molin. tract. 2. disp. 112.

„re adversum te bella consurgent. ibid. v. 9.

„ϱ) (QUOD IN MEDICIS SPEM POSUISSET NON „IN DEO:) 2. *paral.* 16. v. 12.

„σ) (MULTA ENIM NON ILLICITA VITIAT „ANIMUS:) Intentio enim sæpius ea quæ bona sunt „mala efficere potest.

„τ) (CENSUM IN DAVIDE:) 2. *Sam.* 24. quia „in numero populi fiduciam ponebat: Unde per„acto censu ipse asserit, *peccavi valde in hoc facto,* „*& stulte egi nimis. ibid. v.* 10.

„υ) (THESAURORUM OSTENSIONEM:) Ostenta„tio enim hæc potentiæ displicebat Deo, in quo „solo non in thesauris fiduciam ponere debuisset.

„φ) (FIDUCIA IN ÆGYPTIO POSITA:) Idque „ipsa verba innuunt: *Væ qui descendunt in Ægy*„*ptum ad auxilium, in equis sperantes, & haben*„*tes fiduciam super quadrigis &c. & non sunt con*„*fisi super sanctum Israel, & dominum non requisi*„*verunt. Esai.* 31. *v.* 1.

„χ) (AFFINITATEM CONTRAHERE:) Ducendo „filiam regis Pharaonis, 1. *Reg.* 3. 1.

„ψ) (DISERTAS HABUISE PROMISSIONES:) Au„thor diffidentiam in Deo, (quæ ex eo, quod „cum profanis gentibus fœdera inirent, & auxilia „ab ipsis peterent, satis probabatur,) eo magis „culposam esse ait, quo certior erat promissio di„vina, quod victores exstituri sint, si auxilium a „solo Deo exspectarent:

„ω) (DE VITANDIS CONSORTIIS IMPIORUM:) „Loquitur de popularibus, male moratis, horum „familiaritatem vitandam Salomo dixit adeoque „plane de fœderibus cum profanis gentibus non „agit.

„αα) (SED HÆC PRUDENTIÆ MONITA SUNT:) „Jure enim etiam impio familiariter uti licet, at „pugnat id non, uti Author putat, tam cum re„gulis prudentiæ, quam cum regulis perfectionis. „*Vid.* §. *seq. n.* 3.

„ββ) (PLURIMAS HABENT EXCEPTIONES:) Ea „quæ evitare prudentiæ est, sæpius ob utilitatem „vel necessitatem amplecti debemus:

„a) (LEX AUTEM EVANGELII:) Evangelium „jura & statuere, præcepta ejus pro lege in„ter homines haberi non possunt: Vid. *L.* 1. *c.* 1. §. 15. „& *Diss. prooem. II. per tot.*

„b) (HAC IN PARTE:) Scilicet ratione fœde„rum cum infidelibus contrahendorum.

„c) (IN CAUSA JUSTA SUBLEVANTUR:) Inde„que fœdera benefica, quæ lege Mosis prohibe„bantur, cum alienis a religione iniri posse sta„tuit. *Conf.* §. 9. *n.* 5.

„d) (NON LIBERAM MODO RELINQUIT ET LAU„DABILEM:) Secus ac in veteri testamento, ubi „damnatis populis ex hypothesi Authoris nec bene„facere licebat. §. 9. *n.* 3.

Matthæi 5 45. sed & sub præcepto posuit. Nam Dei exemplo, qui solem oriri facit bonis & malis, & pluvia utrosque humectat, *f* jubemur nullum hominum genus a beneficiis nostris excludere. Bene Tertullianus: Adv. Marcion. l. 4. c. 16. *Quamdiu g intra Israelem erat sacramentum, merito in solos fratres misericordiam mandabat. At ubi Christo dedit gentes, hæreditatem & possessionem terminos terræ, & cœpit expungi quod dictum est Oseæ: Non populus meus populus meus, & non misericordiam consecuta misericordiam consecuta: Natio scilicet, exinde Christus in omnes legem fraternæ benignitatis extendit, neminem excludens in miseratione sicut in vocatione.*

2, Quæ accipi oportet *h* salva gradus differentia, ut in omnes simus benefici, Gal. 6 10 præcipue tamen in religionis consortes. In *i* Clementis constitutionibus legimus: Lib. 8. cap. 11. πᾶσιν ἓν δίκαιον διδόναι ἐξ οἰκείων πόνων προτιμητέον δὲ τοὺς ἁγίους. *Omnibus largiendum de nostra opera: sed ita ut sanctorum potior habeatur ratio. Perfecta liberalitas*, inquit Ambrosius, Off. l. 1. c. 30. *fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei.* Simile est illud *k* Aristotelis: Nic. 4. 12. οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν: *Neque enim par est æqualem curam subiri pro externis & pro amicis.*

3. Convictus etiam familiaris hominibus qui alieni sunt a religione non prohibetur: ac ne cum illis quidem quorum pejor causa est, & qui a disciplinæ Christianæ regula deficiunt, omne interdicitur commercium, *l* sed familiare extra necessitatem, non etiam II Thess. 3 14 15. *m* quod emendandis ipsis spem præbet. Illud vero quod apud Paulum est, II Cor. 6. 14 & seqq. *Ne jugum ducite cum alienis a fide: quod enim consortium est justitiæ cum iniquitate, aut quæ commixtio est luci cum tenebris, aut quæ concordia est Christo cum Satana, aut quæ pars credenti cum non credente?* ad eos pertinet *n* qui in idoliis convivabantur, atque ita

aut

„e) (SED ET SUB PRÆCEPTO POSUIT:) Imo „evangelium non præcipit per modum legis, i. e. „nullam necessitatem juris infert; sed Servator „regulas saltem perfectionis inculcat, rem ipsam „autem quoad effectum juris nostro relinquit arbi- „trio.

„f) (JUBEMUR:) Potius, hortatur nos Evan- „gelium.

„g) (INTRA ISRAEL ERAT SACRAMENTUM:) „i. e. quamdiu penes solos Israelitas fœdus erat & „ecclesia *Gron. h.*

„h) (SALVA GRADUS DIFFERENTIA:) *Vid. l.* „1. *c.* 2. §. 8. *n.* 10.

„i) (CLEMENTIS CONSTITUTIONIBUS:) *Vid su-* „*pra* §. 9. *n.* 7. *in fin.*

„k) (ARISTOTELIS:) *Ad Nic. IV. c.* 12. Ter- „tullianus *adversus Martionem IV. secundus gra-* „*dus bonitatis est in extraneos; in proximos pri-* „*mus.*

„l) (SED FAMILIARE EXTRA NECESSITATEM:) „Nullum ergo malum actionis est conversari cum „impiis, sed eos socios & amicos deligere nec pru- „dentiæ est, *Vid. §. præced. n.* 10. nec perfectionis: „Sane cordatis viris nunquam probabitur qui cum „sceleratis versatur: Noscitur ex socio qui non „cognoscitur ex se: & bene Seneca *de tranq. c.* 7. „*serpunt vitia, & in proximum quemque transiliunt,* „*& contractu nocent.* Vid. *Id. l.* 2 *de ira cap.* 22. „*& Term. h.*

„m) (QUOD EMENDANDIS IPSIS:) Ex qua ra- „tione etiam conjugia cum infidelibus permitte- „bantur in prima ecclesia.

„n)

aut idololatriam committebant, aut arte committentium speciem præbebant. [o] Ostendunt sequentia: *Quæ consensio templo Dei cum idolis*? similia illis quæ in priore ad Corinthios eosdem: *Non potestis fieri participes mensæ Domini & mensæ dæmoniorum.* 1 Cor. 10, 21.

4. Neque ab eo [p] quod subeunda sponte non sunt profanorum imperia, [q] nec conjugia cum eis contrahenda, recte procedit argumentum. Nam in utroque hoc casu [r] apparet majus periculum, aut certe plus difficultatis injici veræ religionis usui. Adde [s] quod magis perpetua sunt ista vincula: & in matrimonio liberior electio, cum fœdera & temporum & locorum occasione sumenda sint. Sicut autem benefacere profanis malum non est, [t] ita nec opem eorum implorare, sicut Cæsaris & Tribuni auxilium [u] Paulus invocavit. Sylv. verb. bellum 1. n. 9. n. 9 concl. 3. Pan in c. quod super. de voto.

§. XI.

1 Nulla ergo hic intrinseca aut universalis est pravitas, [a] sed ex circumstantiis æstimanda. Cavendum enim ne nimia commixtio [b] contagium adferat [c] infirmis; quam ad rem utile erit sedes distingui,

„n) (QUI IN IDOLIIS CONVIVABANTUR:) Species enim religionis erat hostias in cultum idolorum comedere, & de reliquiis vocatis amicis epulari. *Gron. h.*

„o) (OSTENDUNT SEQUENTIA:) Scilicet Apostolum de tali convictu agere quo cultus idolorum continetur.

„p) (QUOD SUBEUNDA SPONTE NON SUNT PROFANORUM IMPERIA:) Non ergo sequitur ex hac prohibitione pacta & fœdera cum profanis gentibus illicita esse, sed ratio particularis hæc fuit, quod imperium Israelitarum proprium fuerit Deo; id enim sibi reservavit: adeoque Israelitæ de re aliena disponere, i. e. imperium in alium transferre non potuere.

„q) (NEC CONJUGIA CUM IIS CONTRAHENDA:) *Num. 25. 6. Deut. 7. 3. Conf. Pareus ad Gen. 6. 2.* Jure Naturæ conjugia cum infideli contrahi posse nemo dubitat. Lege civili seu forensi in republica Judæorum id prohibitum erat ob metum seductionis, quæ ratio, cum mere fuerit civilis, ad reges non pertinuit: unde Solomo Pharaonis filiam uxorem duxit.

„Apparet ergo nec ex hac prohibitione sequi pacta & fœdera cum gentibus profanis illicita esse: nam lex illa ad jura privata connubii pertinebat, ex singulari ratione: nec proinde ultra casum legis, nedum ad jura publica extendi potest.

„r) (APPARET MAJUS PERICULUM:) Ob seductionem: cujus exemplum in Solomone rege sapientissimo in sacra historia refertur.

„s) (QUOD MAGIS PERPETUA SUNT ISTA VINCULA: ET IN MATRIMONIO LIBERIOR ELECTIO:) Inanis hæc est ratio: fœdera enim quoque possunt esse perpetua, imperia autem temporaria, quin & conjugia ex levissima causa lege Mosis dissolvi poterant.

„t) (ITA NEC OPEM EORUM IMPLORARE:) Scilicet juris tuendi causa: idque etiam contra Christianos injuriam facientes verum esse diximus *supra §. 8. lit. a.* Hinc excusatur Fridericus Neapolitanus quod contra Gallum Turcam invocaverit, erat enim destitutus ab omnibus sociis. *Guicciard. l. 9. Leti in phil. 11. l. 5. apud Tesm. h.*

„u) (PAULUS:) *Vid. Act. 16. 37. & cap. 25. v. 10.*

a) (Grot.) (SED EX CIRCUMSTANTIIS ÆSTIMANDA:) Vide orationem Phartaxæ ad Lazos apud *Agathiam* III. (Cap. 5.) *Saxo* libro IX. in verbis Ludovici regis Francorum ad Haraldum: *Nullam posse animorum intervenire concordiam dissona sacra complexis. Quamobrem petitorem opis primum religionis contubernio opus habere, neque magnorum operum consortes existere posse, quos superna venerationis formula disparasset.* (Lib. IX. pag. 158. *Edit. Wech.* 1576.)

ADDITIO.

„Per se igitur convictus cum infidelibus illicitus non est, sed propter metum seductionis.

„b) (CONTAGIUM ADFERAT:) Atque hinc Deus in pœnam Israelitarum quosdam gentilium superstites esse voluit ut seductionis instrumenta.

„c) (INFIRMIS:) Religione non admodum imbutis, vel ingenii debilioris.

gui, [d] ficut Ifraëlitæ feorfim ab Ægyptis habitarunt. Neque enim ratione caret illud Anaxandridæ:

Apud Athenæum l. 13. p. 299. 300.

Οὐκ ἂν δυναίμην συμμαχεῖν ὑμῖν ἐγώ.
Οὔθ' οἱ τρόποι γαρ ὁμονοοῦσ' οὐθ' οἱ νόμοι
Ἡμῶν ἀπ' ἀλλήλων δὲ διέχουσι πολύ
Ego effe vefter non queam commilito
Quando nec leges, nec mores confentiunt,
Sed multis inter fe intervallis difcrepant.

Lib. 1. c. 2. §. 9. n. 3. Quo pertinent & ea quæ [e] alibi attulimus de religione Judæorum & Chriftianorum in commiítio cum paganis.

2. Sed etfi ex focietate tali profanæ opes magnum fint habituræ incrementum [f] abftinendum erit extra fummam necesfitatem: In qua locum habet, quod in fimili redixit [g] Thucydides: ἀνεπίφθονον δὲ ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπιβουλειόμεθα μὴ ἕλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους προσλαβόντας διασωθῆναι [h] *His qui infidiis impetuntur, ut nos ab Athenienfibus, invidia fieri non debet fi falutem quærunt non Graecorum modo, fed & Barbarorum auxiliis.* [i] Non enim jus quodvis fufficit ad id committendum, quod religioni, fi non directe, indirecte tamen nociturum putetur. [k] Quærendum enim primo loco eft regnum cœlefte, id eft Evangelii propagatio.

Sylveft. in verbo bellum. p. 1. n. 9. concl. 3. Libro 1. c. 82.

Matth. 6, 33.

3. Optandum effet, ut multi hodie Principes ac populi in animum admitterent liberam & [l] piam vocem Fulconis Archiepifcopi quondam Remenfis Carolum Simplicem fic admonentis: *Quis non expa-*

Frod. l. 4. hiftoria Remenfis. c. 6.

„d) (SICUTI ISRAELITÆ SEORSIM AB ÆGYPTIS HABITARUNT:) Imo hæc ratio allegari non poteft, nam Jofephus cum familia inter eos habitavit: Vera ratio eft, quod non potuerint cum Ægyptis habitare, qui deteftebantur omnes paftores ovium *Gen. 46. v. 34.*

„De caufa hujus odii variæ funt opiniones: Celeberrimus Cuperus fingularem fovet fententiam: Putat ille quosdam Arabes paftores ante adventum Ifraelitarum occupaffe inferiorem Ægyptum, & regnum Taniticum conftituiffe; memoriam autem horum paftorum, (quæ io Ifraelitis quafi revivifcebat,) ideo quia imperio vi adepto crudeliter ufi fuerunt, horrori fuiffe fubditis: *Alii* ftatunt Tanitis oves facras fuiffe, indeque deteftatos eos effe omnes qui oves interficerent, adeoque & Ifraelitas, qui oves facrificarent, iisque vefcerentur; Hinc Mofes ait, *non poteft ita fieri*, (fcilicet ut Deo facrificarent in Ægypto) *abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo noftro, quod fi mactaverimus ea quæ colunt Ægyptii coram eis, lapidibus nos obruent. Exod. 8. v. 26* Sane ab efu ovium abftinuiffe Ægyptios, Author eft *Diod. Sic. l. 1. Alii* denique cum Abelio fentiunt, odio fuiffe paftores propter fœdum caftrandi cadavera morem, quæ infamia hodieque huic negotio inhæret: *Vid. Abel. in Hift. monarch. f. 122. & fol.* 718. Mediæ fententiæ, cum ipfis facræ fcripturæ verbis probetur, noftrum addimus calculum.

„e) (ALIBI:) *L. 1. c. 2. §. 11.*

„f) (ABSTINENDUM ERIT EXTRA SUMMAM NECESSITATEM:) Non ex ratione juris, fed ex ratione honeftatis & perfectionis.

„g) (THUCYDIDES:) *L. 6. c. 3. n. 25.*

„h) (HIS QUI INSIDIIS PETUNTUR:) Adeoque ubi agitur de jure tuendo.

„i) (NON ENIM JUS QUODVIS SUFFICIT:) Pie faciunt qui a tali focietate abftinent; at jure fuo utuntur qui barbarorum & impiorum auxilio utuntur ad juris fui tuitionem neceffariam.

„k) (QUÆRENDUM ENIM PRIMO LOCO EST REGNUM COELESTE:) At non impeditur hæc acquifitio, neque negligitur Evangelii propagatio, fi fœdera cum infidelibus contrahuntur.

„l) (PIAM VOCEM:) Pie omnino facit fi is qui fubfidiis neceffariis inftructus eft, foli Deo fidet, eumque judicem fuæ caufæ conftituit, fed fi aliter „jus

expavescat vos [m] *inimicorum Dei amicitiam velle, ac in cladem & ruinam nominis Christiani pagana arma & foedera suscipere detestanda?* [n] *Nihil enim distat utrum quis se Paganis societ, an abnegato Deo idola colat.* Exstat apud Arrianum dictum Alexandri: ἀδικεῖν μεγάλα τοὺς στρατευομένους ἐναντία τῇ ἑλλάδι περὰ τοῖς βαρβάροις, περὰ τὰ δόγματα τὰ τῶν ἑλλήνων: *graviter eos delinquere, qui adversum Græcos Barbaris militarent,* [o] *contra Graecorum jura* Lib. I. Cap. 17.

[a] §. XII.

Illud hic addam, cum omnes Christi unius corporis membra sint, quæ jubentur alia aliorum dolores ac mala persentiscere, [b] sicut id ad singulos pertinet, ita & ad populos qua populi sunt, & ad reges qua reges pertinere. Neque enim pro se quisque tantum [c] sed & pro mandata sibi potestate servire Christo debet. Hoc autem præstare reges & populi non possunt grassante armis hoste impio, [d] nisi alii aliis auxilio sint [e] quod commode fieri nequit, nisi foedus eo nomine ineatur, [f] quod foedus jam olim initum fuit, & princeps ejus [g] creatus consensu communi Romanus Imperator. [h] Debent ergo Christiani omnes ad causam hanc communem pro virium modo viros aut pecunias conferre: quod quo minus faciant non video [i] quo-

I Cor. 12. 26.

„jus suum tueri nequit, media alia negligere non „tenetur. Vid. *supra proleg.* §.28.

m) (Grot.) (INIMICORUM DEI AMICITIAM VELLE :) Exemplum in Mancasa apud *Nicetam* rebus Isaaci Angeli lib. II. (cap. 3.) Prædicatur pietas Emanuelis ducis Sabaudiæ, qui Cyprum ope Turcæ recuperare cum posset, noluit.

ADDITIO.

Simile legimus de Venetorum Duce qui Henrico III. id exprobravit, *d'ou pensez vous que soyent decoulé tant de malheurs l'un sur l'autre en votre Royaume, & sur les personnes des Roys vos predecesseurs, si ce n'est de cette alliance contraitée avec l'ennemy de J. C.* Vid. *Tesm. h.*

„*n*) (NIHIL ENIM DISTAT UTRUM QUIS SE PAGANIS SOCIET, AN ABNEGATO DEO IDOLA CO„LAT:) Ex nimio religionis zelo hæc prolata sunt, „forte quod sciverit causam Caroli fuisse injustam.

„*o*) (CONTRA GRÆCORUM JURA:) Græciæ ci„vitates inter se pacta quædam habuerunt, unde „obligabantur non tanquam ex lege, sed tanquam „ex pacto: contra hæc jura peccabant illi qui bar„barorum auxilia implorabant.

„*a*) (AD §. XII.) Quæritur an Christianus „princeps teneatur assistere christiano bellum cum „infidelibus gerenti? Author id affirmat ob socie„tatem illam quæ inter Christianos intercedit, vi cujus „omnes unius corporis membra sunt: unde con„cludit, ad ea conservanda vires & pecuniam con„ferri debere: quæ omnia pie admodum dicuntur, „sed ex juris naturalis ratione nihil horum sequitur.

„*b*) (SICUT AD SINGULOS PERTINET ITA ET „AD POPULOS &c.) Sensus est, quod lex Evan„gelii, quæ sub præcepto posuit beneficentiam in „quosvis homines, (§. 10. *n. 1.*) & quæ nos jubet „aliena ferre mala tanquam membra unius cor„poris, sub eo præcepto comprehenderit etiam „reges & respublicas.

„*c*) (SED ET PRO MANDATA SIBI POTESTA„TE:) Reges igitur magis benefacere aliis debent, „quo major eorum est benefaciendi potestas.

d) (Grot.) (NISI ALII ALIIS AUXILIO SINT:) Ad hanc rem vide *Marianam* libro XXX. (Cap. 23.) *Parutam* libro IV. *Bizarum* VIII. & XII.

„*e*) (QUOD COMMODE FIERI NEQUIT NISI FOE„DUS EO NOMINE INEATUR:) Ut alii aliis auxi„lio sint.

„*f*) (QUOD FOEDUS JAM OLIM INITUM FUIT:) „Tempore expeditionum cruciatarum.

„*g*) (CREATUS CONSENSU COMMUNI ROMANUS „IMPERATOR:) Vid. *Maimbourg Histoire de la* „*croisade.*

„*h*) (DEBENT ERGO:) Omnia supposita Autho„ris referri debent ad perfectionis regulas, non „ad debitum juris.

„*i*) (QUOMODO POSSINT EXCUSARI:) Imo non „video rationem quomodo possint obligari; Nemo „jus in res & actiones alterius habet, & cessante

[i] quomodo possint excusari, [k] nisi qui bello inevitabili, aut non dissimili malo domi distinentur.

[a] §. XIII.

1. Solet sæpe & illa incidere quæstio, si plures bellum gerant utri potius opem

„fœdere illo communi, quod initum olim fuit, „nulla obligandi ratio hic concipi potest: inprimis „cum dictum sit, ex dogmatibus Evangelii nulla „præcepta juris inferri posse.

„*k*) (NISI QUI BELLO INEVITABILI &c.) Sane „perfectionis regula non admittit, ut quis cum „propriæ salutis dispendio socio auxilia mittat: „ordinata caritas a se ipso incipit:

a) (AD §. XIII.) Quæritur si Principi alicui plures sint fœderati, qui omnes bellum gerunt, utri potius opem ferre princeps debeat? Author distinguit an fœderati *cum extraneis* bellum gerant, an fœderati *inter se: Illo* casu utrique assistendum esse, ait, si justam bellandi causam habeant, & utrique auxilia mitti possint; uti si præsentia fœderati non requiritur, sed ei vel militibus aut pecunia assistere possit: si vero præsentia regis promissa est præferendum esse, ait, antiquiorem, nisi fœdus posterius contineat translationem dominii. *Hoc* casu assistendum esse ei qui justiorem causam habet, nisi posteriori promissum sit ne adversus eum auxilia mittantur.

Totum ergo decisionis fundamentum Authoris in eo consistit, quod si duo socii inter se bellum gerunt, socius teneatur assistere ei socio qui *justam vel justiorem causam habet*, quasi socii sit judicium ferre de justitia causæ, & quidem contra socium qui superiorem non habet. Sane quilibet fœderatus hoc modo eludere pactum, & prætextu injustitiæ causæ pro lubitu auxilia promissa negare posset: Et cum fœderis obligatio sit ex pacto & dispositione, non ex justitia causæ, socius non liberatur nisi promissis steterit.

Verius igitur est eum qui duobus fœderatus est, qui inter se bellum gerunt, operam promissam præstare debere antiquiori: Huic enim ex pacto semel jus auxilii contra quoscunque quæsitum est, quod ei per pactum cum futuro socio initum auferri nequit; Si proinde alii socio similia auxilia promisit, non potest id intelligi contra antiquiorem socium, quia disponeret extra fines facultatis & de jure alieno. Unde in omnibus fere fœderibus bellicis excipi solent antiquiores; uti plurima exempla Author hic refert. Atque ita res in jure quoque feudali decisa est, ubi vasallus jurat fidelitatem domino contra omnes, excepto domino antiquiore. *2. feud 32. in fin.*

Exc. (1) si utrique opera promissa præstari possit, uti si non personæ operam promisit, sed militem vel pecuniam, tunc enim utrique præstari debet; etsi fœderati inter se bellum gerant. *Vid. n. 2.* Nam hic duo sunt actus (1) promissio pecuniæ & auxilii, (2) usus & impensio illius auxilii, posterius factum non est factum promittentis; ejus non est inquirere in quem usum impendere velit, adeoque si contra antiquiorem socium impendit, paciscens nulla ratione inde tenetur.

Exc. (2) si unus fœderatorum causam defendat *notorie* injustam: tunc enim latrocinium est non bellum: Licet igitur fœderatus non sit judex socii injustam causam agentis, non tamen opus est judicio ubi res notoria est.

Exc. (3) si fœderatus in statum incidat ubi fœdus contrahere non potest, uti si alii populo se dedit, tunc enim nec novus Princeps tenetur, quia is non contraxit, nec populus, quia jus contrahendi nunc non habet.

ADDITIO.

„Nostram sententiam exposuimus in *Dissert.* „*prooem. XII. §. 409.* ubi in casu quo quis pluribus „est fœderatus distinximus, an hi fœderati *cum* „*extraneis* bellum gerant, an *inter se:* Et diximus „*priori* casu utrique auxilia mitti debere, quia dis„positio licita est, & ex quolibet fœdere jus oritur „juxta leges dispositionis: Nec distingui debet an „causa justa fuerit, an injusta, quia is qui auxilia „promisit judex non est, imo prætextu causæ no„torie injustæ semper se extricare & auxilia pro„missa negare posset. *Posteriori* casu soli anti„quiori fœderato auxilia debentur, adeo ut no„viori neque milite neque pecunia assistere possit. „*Vid. infra §. 13. n. 5. B. Par. Hypomn. jur. feud.* „*tit. 6. §. 37.* Auxilia enim cum effectu non præ„starentur antiquiori, si posterioris socii vires mi„lite sive pecunia augeret: adeoque jus quæsitum „antiquiori ex fœdere auferret.

„Senatus Romanus Campanis, sociis suis auxilia „contra Samnites petentibus, respondit: *Ita vobis* „*cum amicitiam institui par est, ne qua vetustior* „*amicitia ac societas violetur: Samnites nobiscum* „*fœdere juncti sunt: &c. Liv. l. 7. c. 31. Flor. l.* „*1. c. 16.*

„At, si non facta mentione vetustioris socii no„vam societatem contrahit, atque auxilia promittit, „tenetur noviori ad omne id quod interest, Conf. „*Burg. Lib. I. Obs. 11.*

„Denique quæsitum sæpius est, an pactum, quo „in genere auxilia promittuntur, contra omnes, „intelligi debeat, etiam si contra consortes religio„nis bellum geratur? Helvetiorum pars id nega„bat apud *Thuan. l. 2. p. 36.* indeque noluere signa „Protestantibus Germaniæ concessa revocare: etsi „& Cæsar & Pontifex id jure fœderis maxime ur„gerent: rationem allegabant, quoniam de reli„gione

opem ferre debeat qui utrique est foederatus. Hic primum sciendum est, quod & [b] supra diximus, [c] ad injusta bella nullam esse obligationem. Quare [d] qui foederatorum justam habet belli causam præferendus, [e] si cum extraneo res sit, etiam si cum alio foederato. Sic oratione de Megalopoli ostendit Demosthenes, Messeniis sociis *pag. 13. C.* contra Lacedæmonios item socios opem ferri ab Atheniensibus debere, [f] si ab his incipiat injuria. Sed id ita verum, [g] nisi convenerit hoc quoque ne adversus eum auxilia mittere liceat. *Polyb. l. 7. c 2.* In pactione Hannibalis cum Macedonibus erat: [h] *Hostium hostes erimus*, [i] *exceptis regibus, civitatibus, & portubus quibuscum foedus nobis & amicitia est.*

2. [k] Quod si foederati inter se committantur causis utrinque injustis, quod accidere potest, utraque parte abstinendum erit. Sic in Leuctrica Aristidis quinta dicitur, εἰ μὲν ἐπ' ἄλλους ἐκάλουν, ῥαδίως ἂν ἐπ' ἀλλήλους δὲ καλούντων οὐκ ἐθέλειν παρεῖναι: *si quidem in alios auxilium poscerent, facile*

„gione ageretur, quod hactenus dissimulatum, „nunc ex fœdere nuper cum Pontifice facto manifestum sit. *d. p. 36.* Econtrario Regina Angliæ „Elisabetha, cum ex ea quæreretur an mutua defensio contra omnes, etiam causam religionis comprehendat, respondit, *comprehendere, & se præsto „futurum ad mutuam defensionem contra omnes, „etiam in causa religionis, si ex lege fœderis requiratur. Camd. p. 2. f.* 263. Equidem si bellum a „socio meo ideo geritur ut religionem, cui ego „addictus sum exstirpet, nec aliam causam habeat, „non teneor ad auxilia, quia ipsa permissio injusta „esset, atque huc pertinet factum Helvetiorum.

„b) (SUPRA:) *L. 1. c. 3. §. 23. n.* 2. quod sæpius „repetit infra *l. 3. c. 10. §. 3. c. 6. §. 1. c. 16. §. 3. „c. 13. §. 3.* Add. *Lib. 2. c 15. §. 3. n. 1. c. 26. §. 3.*

„c) (AD INJUSTA BELLA NUNQUAM ESSE OBLIGATIONEM:) Adeo ut nec subditos tale bellum „sequi teneri statuat Author *d. §.* 23. quod refutavimus *ibid.*

d) (Grot.) (QUI FOEDERATORUM JUSTAM HABET BELLI CAUSAM PRÆFERENDUS:) Vide infra libro II, c. XXV. §. 4. In fidelitate Feudali dicitur: *Et si sciero velle te aliquem juste offendere, & inde generaliter vel specialiter fuero requisitus, meum tibi sicut potero præstabo auxilium.* (Feud. II. 7.)

ADDITIO.

„Idem quoque statuit *Burgers cent. 1. Obs. 9. ibique late allegati Dd.* At diximus promittentis „judicium non esse.

„e) (SI CUM EXTRANEO RES SIT, ETIAM SI „CUM ALIO FOEDERATO:) Imo, cum judex non „sit in causa quæ inter duas summas potestates „versatur, soli antiquiori auxilia promissa præstare „tenetur.

„f) (SI AD HIS INCIPIT INJURIA:) Oratorio „more hæc a Demosthene allegantur: & constat „eum causa cecidisse. *Ouvres de Torreil. part. 2. pag.* 337.

„g) (NISI CONVENERIT HOC QUOQUE, NE ADVERSUS EUM AUXILIA MITTERE LICEAT:) Imo „hoc ex natura prioris & antiquioris fœderis sequitur.

„Verior est exceptio, si cum fœderato antiquiori pactum est, ut jus auxilia mittendi ei quem „bello impeteret, salvum maneat: quale pactum „tempore Pyrrhi exstat inter Carthaginenses & „Romanos. *Vid. Grot. l. 2. c. 16. §. 13. n. 2.*

„h) (HOSTIUM HOSTES ERIMUS:) *Vid. supr. „§. 6. n. 3*

„i) (EXCEPTIS REGIBUS:) Diximus antiquiores „fœderatos semper & ex natura pacti excipi. Id „saltem interest, quod, si expresse excipiuntur, promissor non teneatur posteriori socio ad restitutionem damni, uti tenetur si non facta mentione „priorum fœderatorum novum fœdus sociale „contrahit.

„k) (QUOD SI FOEDERATI INTER SE COMMITTANTUR EX CAUSIS UTRINQUE INJUSTIS, &c. „UTRAQUE PARTE ABSTINENDUM EST:) Diximus „socium auxilia promissa semper mittere debere, „neque enim de justitia causæ judicare posse: At „mitti debere tantum antiquiori fœderato, si fœderati inter se committuntur.

„ Grotius in seq. n. 4. excipit casum „ si „fœderatus posterior se in ditionem ejus dat cujus „auxilia implorantur, quia tunc hic partem sui „imperii defendere videtur: exemplum in bello „Campanorum quod cum Samnitibus gessere exstat, „Erat Romanis fœdus cum utrisque percussum, antiquius cum Samnitis; Campani ad extrema redacti se se dederunt Romanis, qui cum antea

facile esse negotium: [l] *sin sociorum alter in alterum, nolle se misceri.*

3. [m] Quod si foederati in alios bellent [n] justa quisque de causa, [o] si utrique auxilia mitti possunt, puta in milite aut pecunia, mittenda erunt, [p] ut fit circa creditores persona'es. At si ipsius qui promisit [q] præsentia requiritur quæ [r] individua est, ratio postulat [s] ut præferatur cum quo antiquius est foedus; quod Acarnanes Spartanis dicunt [t] apud Polybium: eodemque pertinet [u] Consulis Romani responsum Campanis datum: *amicitias ita institui par est,* [x] *ne qua vetustior amicitia ac societas violetur.*

Lib. 9. c. 15. *Lib. 7.31.*

4. Sed addenda exceptio, nisi foedus posterius ultra promissionem aliquid habet, [y] quod quasi dominii translationem in se contineat,

Sylvest. in verb. bellum. p. 1. n. 7.

„violare amicitiam vetustiorem cum Samnitis nefas judicarent, nunc causam suam faciebant, Samnitibus nuntiabant *deditionem factam*, petebantque „*ut dediticiis suis parcerent, neque in eum agrum* „*qui populi Romani factus esset, hostilia arma inferrent.* &c. *Liv. L. 7. c. 31* Atque de hoc casu „Florus ait, *Campanorum fœdus* (etsi posterius) „*sanctius & prius, omnium suarum deditione factum esse. Et sic Romanos bellum Samniticum* „*tanquam suum gessisse. Lib. 1. c. 16*

„At si dicendum quod res est, exemplum hoc ad „calliditales pertinet quas Mithridates Romanis toties exprobavit: Sane summa injuria Romani causam „Campanorum in se suscipere, postquam iisdem „Campanis auxilium petentibus declaraverant nefas „esse vetustiorem societatem cum Samnitis initam „violare. *Liv. dict. c. 30.* Negari enim nequit, justissimam Samnitibus fuisse belli causam contra „Campanos, qui Sidicinis, cum quibus bellum gerebant Campani, auxilia præstiterunt: merito „igitur Samnites victis Sedicinis reparationem injuriæ a Campanis petierunt; a qua nullo jure liberare se potuerunt deditione suæ civitatis, cum „reparandi necessitas cum ipsa civitate ad Romanos „transiverit.

„*l*) (SIN SOCIORUM ALTER IN ALTERUM NOLLE SE MISCERI:) Hoc exemplum huc non pertinet: noluit enim Aristides se miscere, non quod „causa utriusque esset injusta, sed quia civitates „illæ eodem fœdere comprehendebantur, utrisque „enim eodem momento auxilia contra hostes promittebantur, quod non nisi contra extraneos intelligi potuit, cum de se cogitare non potuerint, „pace jam inita adeoque non agebatur de antiquiori „fœderato;

„*m*) (QUOD SI FOEDERATI IN ALIOS BELLENT:) „Adeoque ubi fœderati non inter se committuntur „*n. præced.*

„*n*) (JUSTA QUISQUE DE CAUSA:) Imo, etsi „promissor injustam judicet, utrique auxilia „mittere tenetur: ipsi enim judicium de justitia „causæ non competit.

„*o*) (SI UTRIQUE AUXILIA MITTI POSSUNT „MITTENDA ERUNT:) Quia utrique promisit, & „prout quisque de jure suo disponit ita jus est.

„*p*) (UT FIT CIRCA CREDITORES PERSONALES:) „Nam eadem res quidem pluribus dari non potest, sed eadem persona pluribus debere potest.

„*q*) (PRÆSENTIA REQUIRATUR:) Forte si utrique promisit se imperium exercitus ejus suscepturum, vel si certæ legiones nominatæ utrique promissæ fuerint.

„*r*) (QUÆ INDIVIDUA EST:) Nemo enim simul „in duobus locis esse potest. *Gron. h.*

s) (Grot.) (UT PRÆFERATUR CUM QUO ANTIQUIUS EST FOEDUS:) Vide de Feudis lib. IV, cap. 31. (Secundum divisionem *Cujacii:* at *Lib II. Tit. 28,* in fin. Ed. vulg.)

ADDITIO.

„Ei enim jus quæsitum jam fuit, antequam cum „altero pactum iniret.

„*t*) (APUD POLYBIUM:) *Lib. 9. c. 8.*

„*u*) (CONSULIS ROMANI RESPONSUM CAMPANIS „DATUM:) Apud *Livium l. 7. c. 31* Unde mirum „videtur fœdus quod Angliæ regina contraxit cum „clausula, *ut valeat contra omnia fœdera contracta* „*& contrahenda.* apud *Camd. l. 2. p. 235.*

x) (Grot.) (NE QUA VETUSTIOR AMICITIA AC SOCIETAS VIOLETUR:) Χρὴ φίλοις κατ' ἐχθρῶν συμμαχεῖν, οὐ κατὰ φίλων: *amicis auxilia ferenda contra hostes, non contra amicos*, dicit Ptolemæus Atheniensibus apud *Appianum* in legationum excerptis. (Sed alio pertinet hic locus, ut patet statim; nimirum ad casum, de quo supra, §. 13. n. 1. in fine. Cæterum verba ipsa non reperiu in *Exerptis* indicatis; & memoria heic videtur omnino fefellisse Anthorem. *J. B.*)

y) (Grot.) (QUOD QUASI DOMINII TRANSLATIONEM IN SE CONTINEAT:) Vide *Radevicum II. 7.*

ADDITIO.

„Imo, si populus alii se in subjectionem dat, fœdus

neat, puta ſubjectionis aliquid. [x] Nam & ſic in venditione dicimus priorem præferri, niſi poſterior dominium tranſtulerit. Sic [aa] Nepe-ſinis apud Livium [bb] deditionis, quam ſocietatis, fides ſanctior. Diſtinguunt hæc alii ſubtilius; ſed quæ dixi, ut ſimpliciora, ita veriora arbitror. *Lib. 6. c. 10.*

§. XIV.

[a] Finito tempore foedus tacite renovatum intelligi non debet, [b] niſi ex actibus qui nullam aliam interpretationem recipiunt; [c] non enim facile præſumitur nova obligatio. *De conſ. 497.*

§. XV.

„fœdus ab illo populo ante contractum non tollitur: Sed ſucceſſor, uti in omnia jura publica, „ita in fœdus illud, quod in utilitatem reipublicæ „contractum ſupponimus, ſuccedit: Sane uſurpatorem quoque ex fœderibus civitatis obligari alibi „vidimus.

„Sed & ratio, quod ſubjectio quaſi dominii „translationem contineat, vera non eſt: per talem „enim ſubjectionem imperium ſaltem transfertur, „adeoque jura publica, ſub quibus fœdera cum „vicinis contracta continentur.

x) (Grot.) (NAM ET SIC IN VENDITIONE:) Edicto Theodorici, c. 138.

ADDITIO.

Imo ex ratione juris gentium præfertur prior emtor, etſi venditor alteri rem tradiderit quia ex pacto de re jus in ipſam rem transfertur, indeque prior ſemper potior eſt: jure Romano id mutatum eſt, & jus demum in perſonam ex pacto de re datur.

ADDITIO.

„Paſſim jam demonſtravimus, jure naturæ ex „pacto de re nullum jus in re oriri, ſed ſolam „perſonam obligari; adeoque naturali quoque ratione præfertur poſterior emtor cui prius res tradita eſt: prior enim emtor nunquam jus in rem „ipſam habuit; ei igitur non fit injuria.

„At diſpar ratio eſt in eo cum quo fœdus initum eſt, ex hoc fœdere enim tota respublica „obligatur, quæ obligatio etiam tranſit ad eum „in quem jura publica reipublicæ transferuntur.

„aa) (NEPESINIS:) De civitate Nepeti, Nepet, „Nepi, & Nepa *Vid. Cluver. II. Ital. Antiq. c. 3.*

„bb) (DEDITIONIS QUAM SOCIETATIS FIDES „SANCTIOR:) Legati ab Nepete auxilium adverſus „Etruscos petentes Romam veniunt: Dum arma „parabantur, Etruſci, parte Nepenſorum prodente, civitatem eorum deditione occupant: Romani, quorum auxilium Nepeſini implorarunt, mittunt ad principes illius civitatis, *ut ſecernerent ſe „ab Etruſcis, fidemque, qui imploraſſent a Romanis, ipſi præſtarent.* At *deditionis quam ſocietatis „fidem ſanctiorem fuiſſe* ait Livius *l. 6. c. 9. & 10.*

„Equidem 1) exemplum hoc non probat exceptionem Authoris: Livius enim refert ſaltem id quod „factum eſt, non vero id pro jure habet: Nam „*fidem deditionis* hic injuria prælatam fuiſſe *fidei „ſocietatis* vel exinde patet, quia deditio civitatis „per proditionem quorundam facta eſt, & proditores occupata urbe capite puniti fuere *Liv. ibid.* „Sane 2) verum non eſſe diximus ſupra lit. k. quod, „ſi duo fœderati inter ſe committuntur, poſteriori „qui ſe dedidit, auxilia præſtari debeant: Neque „3) is caſus ibi proponitur: Sutrini enim & Nepeſini fœderati quidem erant Romanorum, at illi „inter ſe non litigabant, ſed Etruſci contra utrosque: hinc utraque civitas auxilia petiit a Romanis contra Etruſcos; *Liv. d. l.* Neque Nepeſini „ſe dediderunt Romanis ſed Etruſcis: adeoque „Romani non defendebant eorum cauſam *ob fidem „deditionis,* ſed *ob fidem ſocietatis.*

Magis huc pertinet exemplum belli inter duos populos Romanis fœderatos geſti, Campanos ſcil. & Samnites, quorum priores ſe Romanis dediderunt, & quorum cauſam Romani defenderunt contra Samnites, licet ſocios vetuſtiores. *Vid. ſupr. lit.* k.

a) (FINITO TEMPORE FOEDUS TACITE RENOVATUM INTELLIGI NON DEBET:) Finito enim tempore ceſſat diſpoſitio partium, adeoque & fœdus, nec renovatum videri poteſt, niſi nova diſpoſitio accedat, eaque ſive verbis ſive factis declaretur.

„b) (NISI EX ACTIBUS QUI NULLAM ALIAM „INTERPRETATIONEM RECIPIUNT:) Voluntatem „enim æque factis ac verbis declarari, paſſim probavimus. Facta autem talia eſſe debent ut pleniſſime inde de voluntate conſtet.

„c) (NON ENIM FACILE PRÆSUMITUR NOVA „OBLIGATIO:) Imo nulla præſumtio ſufficit ad „continuandum fœdus; prior obligatio eſt extincta, nova autem nulla apparet, cum non ex præſumtionibus ſed ex ſola diſpoſitione jus quæratur: „Cur vero in relocatione aliud obtinet jure Romano? Reſp. hoc ex mera diſpoſitione juris civilis „eſt. *l. 13 §. f. loc. cond.*

a) (AD §. XV.) Quæritur ſi pars fœdus violaverit, an altera quoque pars a fœdere recedere poſſit? Author id affirmat: Verior tamen eſt ſententia negantium

[a] §. XV.

Dec.conf 265. & Cep 451. 455. 461 L 1 c. 71. Si pars una foedus violaverit, poterit altera a foedere diſcedere [b] nam capita foederis ſingula conditionis vim habent. Exemplo ſit illud apud [c] Thucydidem λύϐσι τὰς σπονδὰς ϐχ οἱ δι ἐρημίας ἄλλοις προσιόντες ἀλλ' οἱ μὴ βοηθϐντες οἷς ἂν ξυνομόσωσι. *Soluti foederis culpam ſuſtinent* [d] *non qui deſerti ad alios ſe conferunt, ſed qui quam jurati promiſerant opem, re non praeſtant.* Alibi apud eundem ὅ, τι δ' ἂν τϐτων παραβαίνωσιν ἑκάτεροι καὶ ὅτιϐν τό τε λελύσθαι τὰς σπονδὰς : *Sed ſi vel tantillum ex dictis pars alterutra transgrederetur, rupta fore pacta.* Lib. 4. c. 23. Sed hoc ita verum eſt, [e] ni aliter convenerit. [f] quod fieri interdum ſolet, ne ob quasvis offenſas a foedere diſcedere liceat.

§. XVI.

gantium: Si enim alter contrarium aliquid fœderi agit, non tamen animo rumpendi fœdus in aliis articulis, compelli debet ad implendum, non vero ex perfidia alterius alter delinquendi licentiam arripere poteſt.

Secus ſi alter animo rumpendi totum fœdus ab eo discedat, tunc enim & ego recedere poſſum, & fœdus tunc ſolvitur mutuo conſenſu: Atque ita res jure Romano quoque deciditur in *l. 14. ff. transact.*

ADDITIO.

„Mentem Grotii explicavimus in *Diſſ. prooem.* „*IX. §. 124.* Noſtram ſententiam expoſuimus in „*Diſſert. prooem. XII. Lib. 6. §. 871. ſeq.* Conf. „infra *l. 3. c. 20. §. 35. ſeq.*

„*b*) (NAM CAPITA FOEDERIS SINGULA CON„DITIONIS VIM HABENT:) Vera ratio eſt quod „utrinsque conſenſu diſſolvi conventio videatur. „Conf. *jus meum controv. L. 2. tit. 15. §. 15.*

„*c*) (THUCYDIDEM:) *L. 1. p. 412.*

„*d*) (NON QUI DESERTI AD ALIOS SE CONFE„RUNT:) Adeoque qui tunc demum diſcedunt a „fœdere, ubi alter fidem feſellit:

e) (NI ALITER CONVENERIT:) Scilicet ut pacta non rumpantur, etſi alter diſceſſerit:

Superſunt adhuc quæſtiones tractandæ quas Author omiſit:

Primo quæritur, an ſubditi fœdera contrahere poſſint? Negatur: fœdera enim fiunt de jure publico, de quo privati diſponere non poſſunt: Unde etiam jus fœderum inter majora regalia referri ſolet. Exc. 1) ſi contra principem fœdera contrahunt qui egreſſus eſt notorie imperii ſui fines, uti ſi tyrannus eſt, vel acquiſitione, vel adminiſtratione; tunc enim redit ſumma poteſtas ad populum, ut pote qui in hunc caſum eam nunquam tranſtulit. Indeque populus tunc contra eum non agit tanquam principem, ſed tanquam hoſtem.

Exc. 2) jure neceſſariæ defenſionis: ſcl. princeps ſubditis aliquid injungit conſcientiæ contrarium, & quod ſine injuria in Deum facere non poſſet. Tunc enim contra hunc actum fœdera contrahere poſſunt, atque huc pertinet fœdus Schmalcaldicum a proteſtantibus anno 1530. initum, cujus caput fuit Elector Saxoniæ: *Vid. Sleid. l. 7.* improbatum a Melanchtone, defenſum a Hortledero aliisque. *Vid. jus publ. noſtrum c. 26. §. 21.* At eo minus improbari id poterat, quia expreſſe excipiebantur imperium & imperator. *d. §. 21* Sane ſtatus Pontificii, & Germaniæ Episcopi ſub Henrico IV. eodem principio nixi, declararunt, ſe Imperatori jurejurando obſtrictos eſſe cum ad ædificationem non ad deſtructionem eccleſiæ poteſtate uteretur: alias ſe quaſi cum hoſte barbaro, & oppreſſore chriſtianorum bellum geſturos, apud *Lambertum Schafnabrugenſem.* At hoc prætextu male uſi ſunt, cum non de religione ageretur, ſed de jure imperii circa beneficia eccleſiaſtica. Conf. *Limn. l. 8. n. 34.* Talis quoque fuit unio Evangelica Halæ Suevorum anno 1610. inita apud *Sleid. l. 8. Vid. J. publ noſtrum d. l.* Eadem quoque neceſſariæ defenſionis ratio fuit in fœdere illo Hanſeatico; Nam cum ea eſſet conditio imperii ut nulla ſecuritas civitatibus ſupereſſet, regno quippe inter civiles turbas diviſo, jure neceſſariæ defenſionis, pro ſecuritate commerciorum, fœdus, tam invicem, tum cum vicinis, contraxerunt, quod proinde licitum etiam in imperio habitum fuit: *Vid. dict. jus publ. d. l.* Sed & porro eadem ratione nititur fœdus illud Suevicum, quod anno 1401. inter ſtatus imperii pro defendenda pace publica initum eſt, cujus fœderis tres conſtituti fuere judices. *Jus publ. d. l.*

Exc. 3) ſi ſubditi certo reſpectu ſummam poteſtatem, adeoque majeſtatem ſecundum quid habeant: *Vid. L. 1. c. 3. §. 6. n 1. ſupr. not. in is.* Hac enim ratione ſtatus imperii Romano Germanici fœdera contrahere poſſunt: quia ſuperioritas territorialis nihil aliud eſt quam ſumma poteſtas ſecundum quid, ſeu reſpectu certorum jurium, de quibus proinde fœdera contrahere poſſunt: Equidem Fridericus III. in reformatione ſua de anno 1441. id prohibuit, ſed ſtatibus id non probatum, & contrarium in *R. I.* 1495. & in *A. B. tit. 15.* ſtatutum, tandem autem per *P. O. Art. VIII. §. gaudeant &c.* res deciſa & extra omne dubium poſita eſt.

Secundo quæritur, *an ſucceſſores teneantur ex fœdere*

fœdere a prædecessore inito? & affirmamus, si intra fines legitimæ administrationis contraxit antecessor, (de quo plenius *cap. seq.* §. *16.*) nam cum jure populi contrahat, & tanquam caput reipublicæ, idem est ac si ipsa respublica contraxisset, quæ, cum non moriatur, perpetuat obligationem etiam in successore: Atque id verum est etsi regnum sit electivum, quia & rex electus non nisi jure reipublicæ contrahit, adeoque & successor, qui ejusdem reipublicæ caput est, ex fœdere legitime contracto obligatur: Ex fœdere igitur jure imperii contracto omnes obligantur ad quos imperium illud devolvitur. *Vid. supr. c. 14.* §. *10. seq.* Idque firmatur exemplo status popularis, ubi fœdus a Senatu contractum perpetuo durat; Et summa æquitas subest, cum enim commodum illius fœderis ad rempublicam & successores pertineat, onus quoque ad eos pertinere debet. Accedit consensus gentium; Gilimer provocavit ad fœdus cum Zenone initum, idque agnovit Justinianus. *Procop. bell. Vandal. l. 1.* Fœderis conditio, qua Diocletianus limitem Romani imperii cum Parthis constituit Euphratem, duravit usque ad Constantium *Fest. in brev. p. 408.* Unde Carolus Galliæ rex male a divisionis pacto recessit, causatus se cum fratre pepigisse, non cum ejus liberis. *Regin. l. 2. ad ann. 886. Conf. J. publ.* nostrum *c. 5. §. 19. 22.* Hinc perfidiæ quoque pœnam passus est. *ibid.*

Excipe, si causa fœdere comprehensa sua natura personam paciscentis non egreditur: (de quo plenius *c. seq.* §. *16.*) Ex quo capite noluit Mauritius Elector Saxoniæ adhærere fœderi Schmalcaldico a patre inito. *Vid. Heig. 2. q. 11.* Idem quoque dicendum si rex in statu mixto absque consensu reipublicæ bellum gerat, & fœdera contrahat, tunc enim nec respublica obligatur nec successor;

ADDITIO.

„Quæstionem an successores ex contractu ante„cessoris teneantur? late Author tractavit supra *c.* „*14.* §. *10. seq.*

Tertio quæritur, an socius invito socio a fœdere recedere possit? & varii hic distinguendi sunt casus: VEL enim socius socio, de cujus causa agitur, saltem assistit, hoc casu unum tantum bellum est unius principis, qui solus injuriam passus est, solusque satisfactionem petit, socius nihil suo nomine agit, nec ei injuria facta est: Talis igitur socius deserere fœderatum nequit, si ad totum bellum auxilium promisit, oedum paciscí cum hoste nec quicquam de belli causa statuere potest. VEL quisque sociorum causam propriam defendit, armis saltem junctis, uti contigit duobus ultimis bellis in Germania gestis, ubi Germani, Angli, & Belgæ, suam quisque causam communibus armis defendebat. Hi pro lubitu causam deserere, indeque a fœdere discedere possunt, quia plura bella sunt, & tot bella quot causæ, indeque societas causæ hic nulla est. Nisi in specie id inter eos actum sit, ne discedant usque dum omnibus satisfactum sit, & ne pacem faciat absque omnium consensu: Si tamen æqua omnibus pax vel satisfactio offeratur & quidam tamen bellum continuare velint, vel res in eum statum devenerit ut fœdus fiat illicitum, i. e. conjunctum cum ruina reipublicæ, tunc causa fœderis cessat, indeque socius invito quoque socio pacem de sua causa statuere, eoque causam socii deserere potest. VEL causa omnium una & communis est, ut in causa Evangelicorum, tunc enim si dividi potest causa singuli de suo jure disponere, illudque remittere eoque a fœdere recedere possunt, & tunc eædem exceptiones quas in priori casu exposui, obtinent. *Si* causa est communis pro *indiviso*, tunc nemo potest deserere causam quæ omnibus communis est, adeoque de qua non nisi omnes disponere possunt.

ADDITIO.

„Præterea aliæ adhuc circa fœdera occurrunt „quæstiones, quas Author passim proposuit. 1) An „maneat fœdus cum republica initum mutato ejus „statu. *Vid. l. 2. c. 9.* §. *8.* Conf. *L. 1. c. 4.* §. *f.* „& infra *c. 16.* § 16. & 18. 2) An cum usurpato„re regni fœdera contrahere liceat *d. l. 1 c. 4.* §. „*f.* 3) An ejecto Usurpatore, rex rest tutus tali „fœdere obligetur *ibid.* 4) An cum rege ejecto, „pendente ejus exilio, fœdera contrahi possint. „*ibid* & infra *c. 16* §. *17.* & *c. 18.* §. *2. n. 2.* 5) „An nominatis in fœdere sociis etiam futuri veni„ant, *Vid. infr. c.* 16. §. *13.* 6) quomodo fœdera „in dubio sint interpretanda, *Vid. c. seq.* §. *13.* „*usque ad* 19. 7) Quando sit fœdus personale „quando reale. *c. seq.* §. 16.

„*f*) (QUOD FIERI INTERDUM SOLET:) *d. c. 20.* „§. *35.* Sed & generosi animi Author est ait, iis „stare etiam post acceptam aliquam injuriam, *l.* „*3 c.* 19. §. 19. *n.* 4.

a) (AD §. XVI.) Hactenus Author egit de fœderibus, sequitur nunc tractatio de Sponsionibus: Differentiam utrorumque in principio hujus capitis exposuimus: Diximus nimirum sponsiones esse ubi *privatus* de re publica disponit, quod contingit si dux belli pacem facit, ac spondet rempublicam ratihabituram: Tales sponsiones fuere 1) inter Posthumium consulem, Romanorum ducem, ac inter Samnites: *Liv. l. 9. c* 11. quæ Caudina vocatur. 2) Numantina inter Hostilium Mancinum consulem, & Numanciam orbem Africæ, qui Hostilius deditus fuit. *Pluth. in Tiber. Grach. c. 6. Flor. l. 2. c.* 18. Conf. *l.* 17. *in f. de legation.* 3) Corsica, qua Clodius deditus est. *Vid. Val. Max. l. 6. c. 4.* 4) Aulus a Jugurtha in angustias redactus itidem sponsionem fecit, & Senatus censuit non valere. *Sallust. in Jugurt. c. 38. & 39.* 5) Tremoslius, præfectus Diviotum, cum Helvetis quædam pactus est, quæ rex Galliæ postea improbavit apud *Masson. Ann. l. p. in Lud. XII. Guicciard. l. XII.*

Demonstravimus supra populum ex tali sponsione minime fuisse obligatum, sed solos sponsores, indeque nec obligatos fuisse causam in pristinum restituere statum, i. e. exercitum dimissum reddere, & liberatum fuisse dedendo sponsores.

§. XVI.

1. Sponsionum [b] tot esse materiæ possunt, quod foederum. [c] Distant enim hæc personarum facientium potestate. Sed duo sunt quæ de sponsionibus quæri solent; Primum si improbetur a rege aut civitate sponsio, in quid teneantur sponsores, [d] ad id quod interest, [e] an ad restituendam rem in eum statum in quo erat ante sponsionem, [f] an ad corpus dedendum. [g] Prima sententia videtur juri civili Romano congruere, [h] secunda æquitati, [i] quam in Caudina controversia tribuni plebis L. Livius & Q. Melius urgebant: [k] tertia usu probata est, ut exemplis sponsionum duarum nobilium [l] Caudinæ [m] & Numantinæ apparuit. Sed illud ante omnia tenendum, [n] eum qui summum imperium habet nullam in partem obligari. [o] Bene

Lib. 9 c. 9. enim Romanis Posthumius: *Hosti nihil spospondistis: civem neminem pro vobis spondere jussistis; nil ergo vobis nec nobiscum est, quibus*

Ibid. *nihil mandastis, nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis.* [p] Bene idem: *Injussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat:* & hoc non minus recte: *si quid est in quod obligari populus possit, in omnia potest.*

2. Ergo nec ad id quod interest, [*] nec ad restitutionem populus tenebatur; cum quo si negotium sibi esse voluissent Samnites, [r] retinere exercitum apud Furculas Caudinas debuerant, & Romam legatos

ADDITIO.

„Dixi supra *ad* §. *3.* Populum Romanum ex „pacto obligatum non fuisse, non ex suo, quia „nihil promisit, nec ex pactu ducis, qui de re pu„blica disponere non potuit:

„*b*) (TOT ESSE MATERIÆ POSSUNT QUOT „FOEDERUM:) Imo *sponsiones* proprie saltem in„telliguntur de pactis ducum belli quibus bellum „finitur: *publica enim conventio est quæ fit per* „*pacem, quotiens duces belli inter se quædam pro-* „*mittunt.* Ulpianus in *l. 5. ff. Pact.*

„*c*) (DISTANT ENIM HÆC PERSONARUM PA„CISCENTIUM POTESTATE:) Quia, ut dictum est, „fœdera a summa potestate contrahuntur, sponsio„nes a privatis, scilicet ducibus belli.

„*d*) (AD ID QUOD INTEREST:) i. e. æstima„tionem commodi quod ex effectu habuisset is cui „sponsio facta est, & pro ea satisfactionem. *Vid.* „*Gron. h.*

„*e*) (AN AD RESTITUENDAM REM IN EUM „STATUM IN QUO ERAT ANTE SPONSIONEM:) „Quod Pontius Samnitum dux prætendebat, ut le„giones in saltum restituerentur: de quo *num.* „*seq.*

„*f*) (AN AD CORPUS DEDENDUM:) Adeoque „an sponsor liberetur redeundo, & corpus suum „hosti, cui spopondit, tradendo:

„*g*) (PRIMA SENTENTIA VIDETUR JURI RO„MANO CONGRUERE:) Qui enim factum promit„tit, liberatur præstando id quod interest. *l. 13. in* „*fin. de re jud. l. 72. ff. V. O.*

„*h*) (SECUNDA ÆQUITATI:) Quia commodum „pacti videtur pervenisse ad populum, & exer„citus salvus ei ex huc pacto fuisse.

„*i*) (QUAM IN CAUDINA:) Apud Livium *L. 9* „*c.* 11. *Vid. lit. a.*

„*k*) (TERTIA USU PROBATA:) Scilicet ut cor„pus sponsorum dedatur:

„*l*) (CAUDINÆ:) *Liv. d. l. 9. c.* 11. *Flor. l. 1. c.* 16.

„*m*) (ET NUMANTINÆ:) *Flor. l. 2. c. 8.*

„*n*) (EUM QUI SUMMUM IMPERIUM HABET, „NULLAM IN PARTEM OBLIGARI:) Quia dispo„sitio intercessit inter solum sponsorem & hostem, „idque ipse Posthumius Samnitibus respondit:

„*o*) (BENE ENIM ROMANIS POSTHUMIUS:) „Apud Liv. *l.* 9. *c.* 8. *seq.*

„*p*) (BENE IDEM:) *L. 9. c. 5.*

„*q*) (ERGO NEC AD ID QUOD INTEREST:) „Quia populus nihil promisit, adeoque nulla in „eo est obligatio.

„*) (NEC AD RESTITUTIONEM:) Quia plus „suo non habebat, nec locupletior factus est ex „jure alieno.

„*r*) (RETINERE EXERCITUM APUD FURCULAS „CAU-

gatos mittere, qui cum Senatu ac populo de pace ac foedere agerent, ut quanti ipsis esset exercitus incolumitas id ipsi æstimarent. [s] Tum demum si pactis statum non esset, potuissent dicere, [t] quod & ab ipsis [u] & a Numantinis dictum ait Vellejus, publicæ violationem fidei non debere [x] unius sui sanguine.

Majori specie dici potest [y] milites omnes fuisse obligatos. [z] Et certe æquum id esset, si ipsorum jussu ac nomine contractum foret sponsoribus, [aa] ut in pacto quod Hannibal fecit cum Macedonibus factum videmus. Quod si [bb] fide sponsorum & [cc] sexcentorum, quos imperarunt, obsiduum fuerunt contenti Samnites, [dd] habent quod sibi imputent. Rursum [ee] si sponsores præ se tulerunt potestatem publico nomine contrahendi, [ff] ex damno per dolum dato ad restitutionem tenebantur. [gg] Si id non apparet, [hh] tenebantur ad id quod intererat ex vi negotii ratum haberi. [ii] Et hoc casu non corpora tantum [kk] sed & bona sponsorum fuissent obligata Samnitibus, [ll] nisi poenam

„CAUDINAS DEBUERANT:) Exercitus in potestate „erat Samnitum, deditione facta: Samnites certa „lege eum Duce inita dimiserunt exercitum, Ro„mani legem illam a Duce stipulatam implere no„luerunt, & exercitum retinuerunt, idque jure:

„s) (TUM DEMUM &c. POTUISSENT DICERE:) „Quia tunc ex suo pacto obligati fuissent.

„t) (QUOD ET AB IPSIS:) Samnitis,

„u) (ET A NUMANTINIS DICTUM AIT VELLEJUS:) *L.* 2. *c.* 1.

„x) (UNIUS &c.) Sponsoris.

y) (Grot.) (MILITES OMNES FUISSE OBLIGATOS.) Sic Numantini, si sponsio non probaretur, exercitum sibi dedendum censebant, ea sponsione liberatum. (Hoc habere videtur ex *Orosio*, Hist. *l.* 5. *c.* 5. Ceterum idem modo laudatus Clar. *Thomasius* de hac quoque *Sponsione Romanorum Numantina* Dissertationem scripsit, numero XIV. in eodem volumine *J. B.*)

„z) (ET CERTE ID ÆQUUM ESSET:) Quia tunc „ex sua dispositione tenerentur:

„aa) (UT IN PACTO QUOD HANNIBAL FECIT:) „Apud *Polyb. l.* 7. *c.* 2.

bb) (Grot.) (FIDE SPONSORUM:) Ii erant Consules duo, Quæstores duo, Præfecti IV, Tribuni XII, narrante Appiano. (Excerpt. Legat. *num.* 3. pag. 442. *Fulv. Ursin.*) Hi omnes dediti ex Caudino sponsu: ex Numantino Consul solus, cæteris parcitum ob Tiberium Gracchum, ut in Gracchorum vita narrat Plutarchus. (pag. 827. H.)

cc) (Grot.) (SEXCENTORUM QUOS IMPERARUNT:) Pontius filius apud Appianum: τῶν τε ἱππέων ἐπιλέξομαι τὲς ἐπιφανεςάτες, ὅμηρα τῶν δὲ τῶν συνθηκῶν, ἕως ἅπας ὁ δῆμος ἐπιψηφίζη: *equitum potissimos deligam, qui obsides sint, donec populus pacta firmet.* Satis esse obsides tenentis arbitrio relinqui censuere Lusitani in re simili. Mariana XXI, 12. qui deditos accipiunt, poenam remittere censentur. Polybius excerpto CXXII.

ADDITIO.

„Tot equites imperaverunt Samnites, qui capi„te luerent si pacto non staretur. *Liv.* 9. 5.

„dd) (HABENT QUOD SIBI IMPUTENT:) Ea „enim conditione dimiserunt exercitum:

„ee) (SI SPONSORES PRÆ SE TULERUNT POTESTATEM PUBLICO NOMINE CONTRAHENDI:) Ad„eoque si nomine totius exercitus, ejusque jussu „se spondere falso asseruerunt.

„ff) (EX DAMNO PER DOLUM DATO AD RESTITUTIONEM TENEBANTUR:) Ex assertione enim „dolosa sponsorum damnum datum fuisset Samni„tibus, qui non dimissuri fuissent exercitum, si „persuasum ipsis non fuisset, publico nomine to„tius exercitus contrahi.

„gg) (SI ID NON APPARET:) Sponsores scili„cet præ se tulisse potestatem publico nomine con„trahendi.

„hh) (TENEBANTUR AD ID QUOD INTERERAT „EX VI NEGOTII RATUM HABERI:) Id enim præ„esse promiserunt. *Vid. supr.* §. 3. *n.* 3.

„ii) (ET HOC CASU NON CORPORA TANTUM:) „Quia deficiente ratihabitione manent bello capti, & „jus victoris in vitam & bona eorum subsistit.

„kk) (SED ET BONA SPONSORUM:) Adeo ut „fide hosti data Ducis promittentis magistratus adi„gere eum debeat ut impleat. *Vid. l.* 2. *c.* 13. §. „14. & 15. *junct. l.* 3. *c.* 23. §. 10.

„ll) (NISI POENAM VICE EJUS QUOD INTER„EST EXPRESSISSENT:) Tunc enim liberantur spon„sores præstita pœna: ita enim partes disposue„runt.

„mm) (NAM DE OBSIDIBUS CONVENERANT „UT

poenam vice ejus quod interest expressissent. [mm] Nam de obsidibus convenerat, ut capite luerent si pacto non staretur. [nn] De sponsoribus an eadem dicta sit pœna in obscuro est. [oo] Poenæ autem stipulatio tali modo facta efficit, ut si factum præstari nequeat, nihil aliud sit in obligatione: [pp] Succedit enim certum loco incerti quod interest. Erat autem communis istorum temporum sententia, [qq] etiam vitam valide posse obligari.

4. [rr] Apud nos autem, qui aliter sentimus, existimo tali sponsione [ss] bona primum ad id quod interest, & si ea non sufficiant, [tt] corpus ad servitutem obligari. [uu] Fabius olim Maximus cum pactum quoddam ejus cum hostibus factum Senatus improbasset, fundum suum ducentis millibus vendidit, & fidei satisfecit. Samnites vero [vv] Brutulum Papium induciarum ruptorem simul cum bonis suis dedendum recte censuerunt.

Scriptor de Vir. Ill. c. 43.

Plut. Fabio Maximo, p. 178. Livius lib. 8. c. 39.

§. XVII.

1. Altera quæstio est, [a] an sponsio obliget summam potestatem ex no-

„UT CAPITE LUERENT:) Vid. *Liv. l. 9. c. 5.* Notandum autem est, obsides illos non tam in pœnam occidi potuisse, quam jure belli, deficiente „enim ratihabitione manebant hostes.

„nn) (DE SPONSORIBUS AN EADEM DICTA „SIT POENA IN OBSCURO EST:) Imo, de iis nihil „dictum erat, adeoque in sponsoribus idem obtinere „debuit quod in exercitu: Nam cum juxta conditiones sponsionis exercitus inermis dimitti debuit, „sexcentis saltem obsidibus reservatis, duces quoque, quæstores, ac Tribuni, sub exercitu comprehendebantur: Unde Livius tradit eos quoque „dimissos fuisse. *L. 9. c. 8.*

„oo) (POENA AUTEM TALI MODO FACTA EF„FICIT, UT SI FACTUM PRÆSTARI NEQUEAT, „NIHIL ALIUD SIT IN OBLIGATIONE:) Jure Romano quoque id ita statutum est. §. 18. *Inst. de inut. stip. l. 38. §. 17 ff. V. O.* At repetendum „est quod diximus, obsides non in pœnam, sed ut „hostes & servos jure belli occidi potuisse.

„pp) (SUCCEDIT ENIM CERTUM LOCO INCER„TI QUOD INTEREST:) Determinatio enim, & æstimatio ejus quod alterius interest admodum incerta est, quia & affectus &c. æstimari debet. „Adeoque in locum incertæ æstimationis, ex dispositione partium certum constituitur.

„qq) (ETIAM VITAM VALIDE OBLIGARI POS„SE:) De qua quæstione vide *l. 2. c. 21. §. 11. & „l. 3. c. 2. §. 6.* At dixi, frustraneam hanc esse „quæstionem in casu præsenti, ubi jure belli in „captos sævire licuit.

„rr) (APUD NOS AUTEM QUI ALITER SENTI„MUS:) i. e. apud Christianos, ubi nemo jus in „vitam suam habere creditur, & ubi jus vitæ & „necis in servos nefas habetur.

„ss) (BONA PRIMUM AD ID QUOD INTEREST:) „Tantundem enim debetur, scilicet ex bonis.

„tt) (CORPUS AD SERVITUTEM OBLIGARI:) „i. e. Ad operas perpetuas: Imo sponsores illi jam „erant servi, & sub jugum missi, adeoque non demum ex pacto tales fiebant.

uu) (Grot.) (FABIUS OLIM MAXIMUS:) Diodorus Siculus in exerptis Peirescianis, *Valerius Maximus* IV. c. 8. (Non *Diodorus Siculus*, sed *Dion Coccejanus* habet id, de quo Author noster loquitur. Vide *pag.* 597. Excerptorum illorum, ab *H. Valesio* editorum. *J. B.*)

ADDITIO.

„Senatus Romanus pactum Fabii Maximi pro „recipiendis ab Annibale captis ratum habere noluit, ideo Fabius fundum quem unicum habuit, „vendidit, & fidem datam liberavit. Conf. *Pluth. „in vita Q. Fabii. Valer.* Max. *4. 8 pr. Brun. ad „l. 5. ff. Pact. Puffend. l. 8. c. 9. §. 12.*

vv) (Grot.) (BRUTULUM PAPIUM:) *Dion* excerpto legationum IV.

ADDITIO.

„Uti pax non rumpitur facto privato *L. 3. c. „20. §. 30.* ita nec induciæ: *L. 2. c. 21. §. 13.* & „satisfactum hosti est si violans cum bonis dedatur. *d. §. 13.* At hoc exemplum huc, ubi de sponsore agitur, non quadrat.

a) (AN SPONSIO OBLIGET SUMMAM POTESTATEM EX NOTITIA ET SILENTIO?) Negatur: summa enim potestas tantum obligatur ex propria dispositione & declaratione voluntatis: talis autem non est

notitia & silentio. Hic distinguendum primum [b] an pure facta sit sponsio, [c] an sub conditione si rata haberetur a summa potestate. [d] Nam hæc conditio non impleta [e] (debent autem conditiones diserte impleri) nullam facit sponsionem. Quod recte convenit in sponsionem [f] Luctatii cum Pœnis: accedebat quod ea se populus, quia suo injussu facta erat, teneri negaverat: itaque publico consilio aliud de integro foedus factum erat.

Liv. l 21. c.19. Polyb. libro 3. c. 29.

2. Videndum deinde, an [g] præter silentium res aliqua accesserit, nam sine re aut facto aliquo silentium non satis probabilem voluntatis conjecturam suppeditat, [h] ut ex his, quæ de dominii derelictione supra diximus, intelligi potest. Sed si actus aliqui accesserint, qui ad aliam causam probabiliter referri nequeant, [i] tum recte intelligitur actus ratus esse habitus: quomodo probatum id quod cum Gaditanis convenerat, notat [k] Cicero pro Balbo.

cap 14. & seqq.

3. Silentium adversus Carthaginenses urgebant Romani, de pactione cum Asdrubale facta. Sed cum illa pactio verbis concepta esset negantibus, ne Poeni amnem Iberum transirent, [m] vix erat ut silen-

Polyb. & Liv. dictis locis.

est, nuda scientia & silentium *Vid. l 2. c. 4. §. 4. 5. 6. 7.* Nisi facta quædam accedant ex quibus necessario ratihabitio infertur. Tota ergo quæstio eo recidit, an summa potestas satis declaraverit voluntatem, quod æque verbis ac factis fieri potest.

„*b*) (AN PURE FACTA SIT SPONSIO:) v. g. Si „Dux promisit certas conditiones pacis, non ad„dita clausula, *si populus Romanus ratihabuerit*:

„*c*) (AN SUB CONDITIONE SI RATA HABERE„TUR A SUMMA POTESTATE:) Adeoque si Dux „non pure conditiones pacis promittit, sed sub „conditione si populus approbaverit.

„*d*) (NAM HÆC CONDITIO NON IMPLETA NUL„LAM FACIT SPONSIONEM:) In eum enim casum „Dux nihil promisit. *Vid. l 3. c. 19. §. 14.*

„*e*) (DEBENT AUTEM CONDITIONES DISERTE „IMPLERI:) Vide *L. 2. c. 11. §. 8. n. 2. & c seq §. 21.*

„*f*) (LUCTATII CUM POENIS:) Bello punico „primo: Pactus autem erat Luctatius *ut omnes „utriusque socii in genere tuti essent*, addita condi„tione *si populus Romanus ratum habuerit. Polyb. „Hist. 3. c. 27.* Cum vero populus noluerit rati„habere, aliud fœdus publice repetitum est. *d. c. „27.* Conf. *Liv. l. 30. c. 30. & seq.*

„*g*) (AN PRÆTER SILENTIUM RES ALIQUA „ACCESSERIT:) Quando silentium habeatur pro „consensu vidimus supra *l. 2. c. 4 §. 6. 7.*

„*h*) (UT EX HIS QUÆ DE DOMINII DERELICTI„ONE SUPRA DIXIMUS:) *L. 2. c. 4. §. 3. seq.* Ubi „simul demonstravimus ex præsumta derelictione „nullum jus oriri.

„*i*) (TUM RECTE INTELLIGITUR ACTUS RA„TUS HABITUS:) Quod verum est si ex illo facto „id necessario sequitur, & nulla alia ratio dari „potest;

„*k*) (CICERO PRO BALBO:) Verba hæc sunt: „*Nihil omnino nunquam de isto fœdere ad popu„lum, nihil ad plebem latum esse dico; de quibus „etiam si latum esset, neque legem neque pœnam „latam esse, ne quem civem reciperemus, tamen „id esset quod populus postea jussisset ratum. Cic. „Orat. 35. p m. 720* & tum porro probat, etsi in„jussu populi factum sit fœdus, indeque nullo pu„blico religionis vinculo obliget, tamen *ex vetu„state sua & autoritate senatus* vim habere.

„*l*) (DE PACTIONE CUM ASDRUBALE FACTA:) „Fœdus renovaverat Asdrubal Carthaginensis cum „populo Romano, *ut fines utriusque imperii esset „Amnis Iberus, Saguntinisque mediis inter imperia „duorum populorum libertas servaretur. Liv. l. 21. „c. 2.* Cum vero non obstante fœdere Annibal „Saguntum obsideret, legati missi sunt Carthaginem, „qui Ducem in pœnam rupti fœderis deposcebant: „Romani provocabant tum ad fœdus initum cum „Luctatio Consule, ubi omnes in genere socii com„prehensi fuere, tum ad fœdus initum cum As„drubale ubi in specie Saguntinorum mentio facta „fuit: Excipiebant Carthaginenses in priori fœ„dere nihil de Saguntinis dictum fuisse, nec socio„rum nomine futuros contineri: posterius „fœdus injussu populi initum fuisse, indeque „idem jus ibi esse quod Romani in pacto „Luctatii pro se allegarunt, dum noluere „illud ab initio ratihabere ob dissensum populi:

 „Repli-

ſilentium ſolum ad inducendam ratihabitionem facti alieni valeret, *n* quippe cum factum proprium nullum ſecutum eſſet, *o* niſi aliquando Poenus Iberum tranſire volens prohibitus a Romanis eſſet, eorumque dicto Poeni paruiſſent. *p* Talis enim actus vim habet actus poſitivi, nec manet intra fines nude abnutivos. *q* Quod ſi Luctatii pactio plures habuiſſet partes, & cæteras partes *r* a jure communi abeuntes obſervatas a Romanis ſemper appareret, jam ſatis firma eſſet conjectura probatæ pactionis.

4. Reſtabat hic dicere aliquid de pactionibus, quas duces & milites

„Replicabant Romani in priori fœdere non opus „fuiſſe Saguntinos nominare, quia ſub generali „ſociorum nomine omnes præſentes & futuri con- „tinerentur. In poſteriori fœdere ratihabitionem „ſubſecutam eſſe tanti temporis ſilentio; aliamque „rationem eſſe in fœdere Luctatii, quia ibi expreſſe „additum erat, ſi populus Romanus ratum habue- „rit. *Vid. Liv. l. 21. c. 19. ſeq. l. 30. pr. Polyb.* „*Hiſt. l. 3. c.* 21. 29. 30.

„Ex his argumentis ſatis apparet juſtiſſimum „fuiſſe bellum Punicum ſecundum ex parte Roma- „norum: Unde Hanno graviſſima oratione in „Senatu factum Annibalis improbat, *Saguntum,* „ait, *veſtri circumſedent exercitus, unde arcentur* „*fœdere: mox Carthaginem circumſedebunt Roma-* „*næ legiones, ducibus iisdem Diis per quos priore* „*bello rupta fœdera ſunt ulti &c. Sagunti ruinæ* „*noſtris capitibus incident: Suſceptumque cum Sa-* „*guntinis bellum, habendum cum Romanis eſt:* „*Dedemus ergo Annibalem? Non dedendum ſolum* „*ad piaculum rupti fœderis: Sed ſi nemo depoſcat,* „*devehendum in ultimas maris terrarumque oras:* „*&c. Liv. L. 21. c. 10.* Rationes pro juſtitia Roma- „norum nervoſe expoſuit Livius *L. 21. c. 19. Hæc* „*directa percunctatio ac denuntiatio belli magis ex* „*dignitate P. R. viſa eſt, quam de fœderum jure* „*verbis diſceptare; cum ante, tum maxime Sagun-* „*to exciſo. Nam ſi verborum diſceptationis res* „*eſſet, quod fœdus Asdrubalis cum Luctatii priore* „*fœdere commutatum eſt, comparandum non erat:* „*cum in Luctatii fœdere diſerte additum eſſet, ita* „*id ratum fore ſi populus cenſuiſſet; in Asdruba-* „*lis fœdere nec exceptum tale quidquam fuerit: &* „*tot annorum ſilentio ita vivo eo comprobatum ſit* „*fœdus, ut ne mortuo quidem authore quicquam* „*mutaretur; quanquam & ſi priori fœdere ſtaretur,* „*ſatis cautum erat Saguntis, ſociis utrorumque ex-* „*ceptis: nam neque additum erat iis qui tunc eſ-* „*ſent, nec qui poſtea aſſumerentur. Et cum aſſu-* „*mere liceret novos ſocios, quis æquum cenſeret* „*aut ob nulla quemquam merita in amicitiam reci-* „*pi? aut receptos in fidem non defendi? tantum* „*ne Carthaginenſium ſocii aut ſolicitarentur ad de-* „*fectum, aut ſua ſponte deſciſcentes reciperentur:* „Plenius hoc argumentum tractat Author *cap. ſeq.* „*§. 13.*

„*m*) (VIX ERAT UT SILENTIUM SOLUM AD IN- „DUCENDAM RATIHABITIONEM FACTI ALIENI „VALERET:) Imo publice & in conſpectu omni- „um fœdus illud ab Asdrubale initum fuit, civitas „conſcia fuit rei geſtæ, neque vivo Asdrubale ne- „que eo mortuo contradixit: adeoque conſenſus hic „eo magis eluceſcit, quod Idem cum aliis quoque „gentibus fœdera contraxerit, eoque magis conſi- „lio quam bello res Carthaginenſium auxiſſe di- „catur. *Liv. l. 21. c. 2.*

„*n*) (QUIPPE CUM FACTUM PROPRIUM NUL- „LUM SECUTUM ESSET.) Imo ſecutum eſt, dum „Duci ſuo facultatem fœdera pangendi permiſe- „runt. *Liv d. l. 21. c. 2.*

„*o*) (NISI ALIQANDO POENUS IBERUM TRANS- „IRE VOLENS PROHIBITUS A ROMANIS ESSET:) „In actibus negativis jus non acquiritur niſi præ- „ceſſerit prohibitio, adeoque ſilentium ſolum jus „non tribuit, ſed prohibitio: Atque hinc eſt quod „in rebus meræ facultatis non procedat præſcri- „ptio. Quatenus id naturali juri conveniat expli- „cabimus *c. ſeq. §.* 15.

„*p*) (TALIS ENIM ACTUS VIM HABET ACTUS „POSITIVI, NEC MANET INTRA FINES NUDE AB- „NUTIVOS:) Senſus eſt, quod accedente prohibi- „tione jus ſibi aſſerat prohibens, quod alter non „abnuendo concedit.

„*q*) (QUOD SI LUCTATII PACTIO HABUISSET „PARTES:) Author n. 1. recte aſſeruit pactum Lu- „ctatii irritum fuiſſe, quia conditio defecit. i. e. „populus ratum non habuit. Si vero populus lon- „go tempore ſiluiſſet, an ex hoc ſilentio conſen- „ſus inferri potuiſſet? Negat hoc Author, niſi fa- „ctum aliquod accedat quod conſenſum neceſſario „declaret: Atque inter hæc facta refert caſum, ſi „pactio illa plures articulos a jure communi ab- „euntes (ſi enim ex jure communi gentium actus „fit, non poteſt videri vi fœderis geſtus, eoque „fœdum approbatum eſſe,) habuiſſet, & Romani „cœteros articulos perpetuo obſervaſſent, neceſſa- „rio inde concludendum eſſet, reliquos articulos „approbatos fuiſſe, quia qui unum ex contentis in „inſtrumento approbat, alterum quoque approbare „cenſetur:

„*r*) (A JURE COMMUNI ABEUNTES:) Alias al- „legare poſſet ſe actum illum non vi fœderis, ſed „ex jure communi peregiſſe.

„*s*) (SEU

lites non de eo quod summi est imperii, sed de re privata sua aut sibi permissa faciunt: [s] sed de his agendi oportunior erit locus ubi ad ea quæ in bello accidunt perventum erit.

CAPUT XVI.

De interpretatione.

I. *Quomodo promissa obligent exterius.*
II. *Verba, si alia conjecturæ absint, intelligenda ex proprietate populari.*
III. *Verba artis ex arte.*
IV. *Conjecturis usum esse ex ambiguitate vocum,*
V. *Ut ex materia:*
VI. *Ex effectu:*
VII *Ex conjunctis: origine, aut etiam loco:*
VII. *Quo pertinet conjectura ex ratione movente, quæ quando & quomodo locum habeat.*
IX. *Distinctio significationum in laxas & strictas.*
X. *Distinctio promissorum in favorabilia, odiosa, mixta aut media.*
XI. *Rejecta circa actus populorum aut regum differentia contractuum bonæ fidei, aut stricti juris.*
XII. *Ex dictis distinctionibus significationum & promissorum regulæ formantur circa interpretationes.*
XIII. *An sociorum nomine futuri veniant, & quatenus: ubi de fœdere Romanorum cum Asdrubale, & similibus controversiis.*
XIV. *Quomodo interpretandum, Ne alter populus alterius injussu bellum gerat.*
XV. *De illis verbis, Liberam fore Carthaginem.*
XVI. *Quæ pacta personalia habenda, quæ realia, distinctionibus explicatur.*
XVII. *Fœdus cum Rege initum extendi ad Regem regno pulsum.*
XVIII. *Non ad regni invasorem.*
XIX. *Promissum ei qui primus hoc fecerit, si plures simul fecerint, cui debeatur.*
XX. *Conjectura se ultro offerens aut extendit, & quando id fiat.*
XXI. *Ubi & de mandato per aliud implendo.*
XXII. *Aut restringit: idque vel ex defectu originario voluntatis, qui colligitur ex absurdo.*
XXIII. *Ex cessatione rationis unica.*
XXIV. *Ex materia defectu.*
XXV. *Observatio circa conjecturas proxime dictas.*
XXVI. *Vel ex casu emergentis repugnantia cum voluntate: qui sumitur ex illicito.*
XXVII. *Ex onere nimium gravi, habita ratione actus.*
XXVIII. *Ex signis aliis, ut ubi partes scripti inter se committuntur.*
XXIX. *Quæ tum regulæ observandæ sint.*
XXX. *Scripturam in dubio ad contractus validitatem non requiri.*
XXXI. *Regum contractus interpretationem ex jure Romano non sumere.*
XXXII. *Verba conditionem acceptantis, an offerentis, magis spectanda, per distinctionem explicatur.*

§. I.

„s) (SED DE HIS OPPORTUNIOR ERIT AGEN„DI LOCUS &c.) *Vid. L. 3. c. 22.* At in genere „hic notandum, pacta illa non ad fœdera, nec ad „pacta privata pertinere, sed ad ea pacta publica „quæ vi mandati a ducibus belli fieri possunt, in„deque non a duce belli qua privato, sed qua in„strumento sommæ potestatis peraguntur.

(AD §. I.) Absolvimus materiam de *promissis, eorumque jure;* sequitur nunc tractatus *de interpretatione promissorum dubiorum:* Author admodum prolixus est in demonstrando hoc themate, ubi in genere notandum, plerasque regulas interpretationum, quas Author suppeditat, desumtas esse ex Rhetorica, adeoque non pertinere ad explicationem thematis; modos enim suppeditat, quibus thema ampliari potest. Vera ergo præmittemus principia, quæ in positione nostra IV. continentur.

PROPOSITIO I.

Dispositio non satis declarata non est dispositio, neque jus inde oritur: idemque de factis non probatis dicendum est.

DEMONSTRATIO.

Sæpius dictum est declarari voluntatem hominum per signa, quibus animi sensa experimuntur, & duplicia sunt, *verba*, vel *facta*: sub quibus continentur gestus, vultus, nutus, aliaque signa voluntatem declarantia. Si proinde talia signa voluntatis certa & evidentia non exstant, deficit dispositio, & nemo sibi jus ex tali voluntate arrogare potest.

PROPOSITIO II.

Verba dubia intelligi debent (1) ex usu loquentis (2) ex usu publico (3) ex proprietate vocis.

DEMONSTRATIO.

Sæpius contingit verba dubia esse, & ab altero hoc, ab altero alio sensu sumi, & utrumque sensum verbis convenire posse; tunc igitur ad interpretationis naturalis regulas recurrendum est: In-

terpretatio igitur est voluntatis dubiæ declaratio, & non tantum in *verbis*, sed & in *factis* necessaria est; de priori hic agimus.

Verba autem interpretationem recipiunt (1) *ex more loquentis:* Nam cum de ejus mente ac voluntate quæratur, imprimis videndum est quid ille solitus fuerit tali signo exprimere; quisquis enim mentem suam exprimere solet signis sibi familiaribus, indeque verba intelligi debent uti loquens ea intelligere solitus est, quod etiam jure Romano ita statutum est. *L. 50. §. fin. Legat. 1. L. 73. de Legat. 3. l. 69. Reg. jur.* Excipe, si inter duos res agitur, tunc enim verba explicari debent juxta id quod inter utrumque actum est. *dd. ll.* (II.) *Ex usu publico.* Si scilicet mos loquendi specialis ejus qui disposuit non apparet, id intelligendum est quod publice intelligi solet. *d. l. 50. §. f. d. l. 75.* Sermo enim ideo introductus est, ut homines se invicem intelligant. Unde Aristoteles definit verba, quod sint signa ex instituto hominum introducta *de interpr. c. 11.* Atque hinc proverbium illud: *Verba valere usu sicut nummi.* & Horatius de usu ait: *quem penes arbitrium est & norma loquendi.* Add. *Procop. Vandal. l. 1.* Quod adeo verum est, ut nec princeps nomina inter gentes recepta & usitata mutare possit. Vid. *Aut. in not. ad tb. 2. ibique Tesm.*

III.) *Ex proprietate vocis & natura negotiorum:* Si ergo nec publicus usus aliquid definit, ex natura vocum intentio elici debet. *L. 69. pr. §. 1. de legat. 3. l. 67. Reg. jur.* Tamdiu enim res manet in suo Statu naturali, donec inde appareat recessum. Unde quam maxime interest veram vocum significationem in singulis linguis addiscere. Atque in eo maxime operosi fuere JCti Romani *tot. tit. de verb. signif.*

PROPOSITIO III.

Facta explicanda sunt (1) ex ordine suo & statu naturali, (2) ex ratione, (3) ex circumstantiis: Quæ si deficiant nihil actum videtur:

DEMONSTRATIO.

Si proinde *facta* dubia sunt, ea itidem interpretationem recipiunt.

I, Ex more agentis, & inquiri quam maxime debet (1) quid ab eo actum sit, & (2) quomodo hic actus intentioni agentis conveniat. *L. 34. pr. Reg. juris l. 21. pr. Reb. dub.*

Excipe si inter duos res agitur, tunc inspicitur mos utriusque agentis, & quid proinde inter utrumque actum sit.

II. Si specialis mos agentis non appareret, id sequitur quod communiter per talem actum intelligitur. *d. l. 34. vs. aut si non &c.* Ita communis intentio est ut actus subsistat; *l. 12. l. 21. de Reb. dub. l. 34. §. 1. legat. 2.* Favere familiæ aut cognationi suæ; *l. 10. C. legat. l. 50. in fin. leg. 1.* considerare merita in liberalitate, *l. 13. §. 1. Reb. dub.*

III. Si nec publicus usus aliquid definit, decidenda res est ex ipsa natura actus, seu negotii: *l. 69. pr. & §. 1. de legat. 3. l. 67. Reg. jur.* Et in hac specie amplissima & varia est interpretationis materia: Unde videndum, ut partes negotii inter se, & cum toto, pro cujusque natura apte cohæreant, nec tantum cum ipsa substantia negotii, sed & cum antecedentibus & consequentibus, imo & cum ipso jure ac ratione, quin & voluntate disponentis: *Cic. l. 2. de invent. loco ex ambiguo.* Et hæc convenientia partium negotii inter se, & cum antecedentibus & consequentibus, & cum ipso toto, est præcipuum interpretationum fundamentum. Hinc si plures sint personæ, res, summæ; & altera non sit satis definita, definienda est ex altera quæ præcedit & sequitur. *l. 50. in. f. leg. 1.*

Quid vero si plures ejusdem verbi sunt significationes, & plures ejusdem actus fines? Sane jure naturæ hic omnis deficit dispositio: quia jus tantum oritur ex dispositione, adeoque ex declarata voluntate, ea autem non est declarata quamdiu est incerta.

Cum vero in negotiis privatorum intersit admodum præscindere controversias ex dispositione dubia oriundas, jure civili certæ interpretationum regulæ sunt inventæ, juxta quas judex decidere causas debet. Huc pertinet.

I. Quod in dubio valeat vel credatur id quod verosimilius est. *L. 114. Reg. jur. c. 54. Reg. jur. in 6.* Ita in naufragio verosimilius est prius periisse imbecilliorem: huc quoque pertinet regula, quod in dubio aliquid actum videatur.

II. Quod valeat negotium in favorem causæ v. g. dotis, ecclesiæ, testamenti, libertatis. Hæc interpretationum regula est meri juris civilis, nam jure naturæ non ex favore vel gratia, nec ex odio jus alii quæritur, sed ex sola voluntatis declaratione, ubi saltem quæritur, quid voluerit, non cui magis aut minus faverit

III. Quod aliquando interpretatio fiat in pœnam; *l. 39 ff. Pact.* uti si potuit disponens apertius legem dicere rei suæ: nam jure naturæ jus demum oritur ex voluntate satis declarata, non ex eo quod jus civile in pœnam demum statuit, id enim mere positivum est.

IV. Si plures conjecturæ concurrunt efficiunt vel semiplenam probationem, ad effectum juramenti suppletorii; vel indicia saltem, ad effectum juramenti purgatorii, idque itidem mere civile est; quia J. N. ex voluntate declarata jus oritur, non ex vagis conjecturis.

Not. Jus civile ex circumstantiis sæpius aliquid inducit & pro vero ponit, adeo ut nec probatio in contrarium admittatur, cujus exempla sunt in *l. 28 de V. S l. 2. C. R. V. l 10. C. jur. & fact. ign. Laut. compend. fol. 424.* quas conjecturas vocant juris & de jure.

Quæritur quis probet vel mentem, vel usum communem loquentis aut agentis, vel naturam verborum & actus! Resp. Videndum quæ propositionum invicem adversantium prima incerta sit, ita ut quæ eam præcedit quoad genus suum certa sit, pro illa enim præsumtio & altera probanda est: seu cum duo invicem contradicunt & contendunt agendo, excipiendo, replicando &c. videndum unde incipiat incertum: quod enim primum incertum esse incipit, id probandum: seu videndum quod ultimo

certum

§. I.

1. [a] Ipsum qui promisit solum si spectamus, [b] sponte id præstare obligatur [c] in quod obligari voluit. [d] *In fide quid senseris non quid dixeris cogitandum*, inquit [e] Cicero [f] Sed quia interni actus per se spectabiles non sunt, & certi aliquid statuendum est, [g] ne nulla sit obligatio, si quisque sensum quem vellet sibi affingendo liberare se posset; [h] ipsa dictante naturali ratione jus est ei, cui quid promissum est, promissorem cogere ad id quod recta interpretatio suggerit. [i] Nam alioqui res exitum non reperiret: [k] quod in moralibus pro impossibili habetur. [l] Hoc forte sensu, cum de pactis egisset *D. off. l. c. 13.*

certum est, id enim præsumitur, & quod sequitur ac incertum est, id probari debet. Si eo perveniri non possit, sed utrumque maneat incertum, videndum quid magis sit certum, idque tam diu præsumitur, donec contrarium probetur. Verum cum hoc exitum in vita civili vix habere possit, nec certa incertorum mensura dari possit, hinc JCti Romani merito id restrinxerunt ad præsumtionem juris, ut, si talis pro aliquo militet, ea transferat in alterum onus probandi.

ADDITIO.

„Hæc principia distincte exposuit B. Parens in „disputatione *de eo quod justum est in dubio: Sect. 1.* „*2. & 3.*

„Nos paucissimis regulis totam interpretationis „materiam absolvimus: Vel enim de interpretatione „verborum agitur, vel de interpretatione facto„rum.

„Si *verba* dubia sunt I. Regula generalis est, quod „in sensus verborum valeat, quem contrahens scit „alterum intelligere: Si proinde quis alio sensu „verba contractus accipi ac alterum intellexisse „scivit, fallaciam committit, nec est utriusque „consensus in idem placitum.

„II. Si contrahens neget sibi cognitum fuisse alte„rum tali sensu verba intellexisse, verba sumi debent „ex usu communi: adeoque interpretatio fit contra „eum qui usum illum communem scit, vel scire debet.

„III. Verba interpretationem recipiunt ex fine „negotii promissi: Sic qui iter permittit, reditum „quoque permittere videtur.

„IV. Denique interpretatio quoque fit ex medii „necessitate, si nimirum finis promissi aliter obti„neri nequit; qui enim vult finem, vult quoque „media.

„Si FACTA dubia sunt, interpretatio fieri de„bet (1) ex *usu communi*, quid nimirum commu„niter per talem actum intelligatur. (2) *ex actio„nis fine necessario:* Ita enim qui chirographum „reddit debitum remittere censetur: Secus si pignus „saltem reddit.

„(3.) In actibus omnis præcipue inspici solet, „quid agens per talem actum significare solitus „fuerit.

„His regulis deficientibus, negotium nullum „est, deficit enim dispositio.

„*a*) (IPSUM QUI PROMISIT SOLUM SI SPECTA„MUS:) i. e. Non habito respectu ad id quod in„ter utrumque actum est.

„*b*) (SPONTE ID PRÆSTARE OBLIGATUR:) i. e. „Exspectare non debet, ut is cui promissum est „cogat promissorem ad præstandum id quod pro„misit.

„*c*) (IN QUOD OBLIGARI VOLUIT:) *Consentien„tes enim in aliquam rem consensu obligari ex vo„luntate nostra videmur.* quæ sunt verba JCti in „*L. 52. §. 4. O. A.*

„*d*) (IN FIDE QUID SENSERIS NON QUID DI„XERIS COGITANDUM:) Cicero loquitur de reser„vatione mentali, non de interpretatione dubiæ „voluntatis:

„*e*) (CICERO:) *Lib. 1. de Offic. c. 13.*

„*f*) (SED QUIA INTERNI ACTUS PER SE SPE„CTABILES NON SUNT:) Adeoque non constat in „quid obligari voluerit.

„*g*) (NE NULLA SIT OBLIGATIO SI QUISQUE „SENSUM QUEM VELLET SIBI AFFINGENDO LIBE„RARE SE POSSET:) Si de intentione paciscentium „dubitatur, & alter hoc alter alio sensu volunta„tem explicat, nullus pacti effectus futurus esset, „si unicuique liceret, affingendo verbis sensum „quem vellet, liberare se ab obligatione.

„*h*) (IPSA DICTANTE RATIONE NATURALI JUS „EST &c. COGERE AD ID QUOD RECTA INTER„PRETATIO SUGGERIT:) Thesis vera est, at regulæ „pleræque quas Author suppeditat non sunt natu„rales, (compendium earum exhibuimus *in Diss.* „*proœm. VII. § 51. seq.*) quibus positis nulla pacta „dantur quæ ex illis infirmari vel in alium sensum „detorqueri non possint; Imo adeo obscuræ & „& tam longe petitæ sunt, ut vix persuadere mihi „possum Grotium serio putasse summas potestates „ex iis obligari Conf. quæ diximus in *dict. diss.* „*§. 58. n. 15.* Vera principia modo exposuimus.

„*i*) (NAM ALIOQUIN RES EXITUM NON REPE„RIET:) Obligatio enim dependeret ab arbitrio „cujusque paciscentium.

„*k*) (QUOD IN MORALIBUS PRO IMPOSSIBILE „HABETUR:) Paria ergo sunt impossibilem esse præsta„tionem ex pacto, & eam exitum habere non posse

 l) Hoc

Bar. 376. D. Ed H.Steph. ſet Iſocrates, [m] præſcriptione adverſus Callimachum, τϐτῳ, inquit, νόμῳ κοινῷ πάντες ἄνθρωποι διατελϐμεν χρώμενοι, [n] ut recte eum locum emendavit vir eminentiſſimæ eruditionis Petrus Faber, *hac lege communi homines inter nos perpetuo utimur*, nec Græci tantum, ſed & Barbari, [o] ut Paulo ante idem dixerat.

2. Huc illud pertinet in antiqua foederum formula [p] apud Livium: *Sine dolo malo [q] utique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt.* [r] Rectæ interpretationis menſura eſt collectio mentis ex ſignis maxime probabilibus. [s] Ea ſigna ſunt duum generum, verba & conjecturæ aliæ: quæ [t] aut ſeorſim conſiderantur, [u] aut conjunctim.

§. II.

[a] Si nulla ſit conjectura quæ ducat alio, [b] verba intelligenda ſunt ex proprietate, [c] non grammatice, quæ eſt ex origine, ſed [d] populari ex uſu,

[e] *Quem penes arbitrium eſt, & jus & norma loquendi.*

Stulto ergo perfidiæ effugio uſi ſunt [f] Locri, cum polliciti ſe pactis

„*l*) (HOC FORTE SENSU, CUM DE PACTIS EGISSET ISOCRATES:) Imo Iſocrates in genere commendat fœdera eſſe ſervanda, non vero de eorum interpretatione agit. *Iſocr. adv. Callimach, p. m 737.*

„*m*) (PRÆSCRIPTIONE ADVERSUS CALLIMACHUM:) Ita inſcribit diſcurſum Iſocrates.

„*n*) (UT RECTE EUM LOCUM EMENDAT:) Hyeronimus Wolfius, ita latine reddit: *hoc uno tanquam communi bono homines omnes uti non deſiſtimus:* Res ipſa cum emendatione Fabri convenit.

„*o*) (UT PAULO ANTE IDEM DIXERAT:) *In quibus* (fœderibus) *tanta vis eſt, ut pleraque res, tum Græcorum tum barbarorum, ex pactis & conventis tranſigantur. d. p. 737.*

„*p*) (APUD LIVIUM:) *Lib. 1, cap. 24.*

q) (Grot.) (UTIQUE EA HIC HODIE RECTISSIME INTELLECTA SUNT:) Vota interpretanda ut communiter ſumuntur, notant Hebræi ad *Num. XXX.*

„*r*) (RECTÆ INTERPRETATIONIS MENSURA EST COLLECTIO MENTIS EX SIGNIS MAXIME PROBABILIBUS:) Nam ſi inter partes de voluntate diſceptetur, regulam conſtitui neceſſe eſt, juxta quam voluntas illa explicari debet.

„*s*) (EA SIGNA SUNT DUUM GENERUM, VERBA ET CONJECTURÆ ALIÆ:) Nam voluntas verbis vel factis declaratur. Grotius aliquando conjecturas admittit quæ plane voluntatem non inferunt, uti in progreſſu videbimus.

„*t*) (AUT SEORSIM CONSIDERANTUR:) Si ſcilicet præter verba nulla ſit conjectura, quæ ducat alio. *Vid. §. ſeq.*

„*u*) (AUT CONJUNCTIM:) Si præter verba conjecturis aſſumtis opus eſt. *Vid. §. 4. n. 1.*

„*a*) (SI NULLA SIT CONJECTURA QUÆ DUCAT ALIO:) i. e. Si verba ſola conſiderantur, remotis aliis conjecturis. §. *præced. n. 2.*

„*b*) (VERBA INTELLIGENDA SUNT EX PROPRIETATE:) Imo antequam ad vocum proprietatem recurrere licet, inſpiciendus eſt ſenſus quo vel promittens vel acceptans alterum intellexiſſe ſcivit, ſi id probari nequit, recurrendum eſt ad morem loquendi communem, ſi & is dubius eſt, tunc demum interpretatio fieri debet ex proprietate vocis:

c) (Grot.) (NON GRAMMATICA QUÆ EST EX ORIGINE:) Bene *Procopius* Vandalicorum I. ubi de voce agit Fœderatorum: τϐ χρόνϐ τὰς προσηγορίας, ἐφ' ὧν τέθεινται, ἥκιστα ἀξιϐντος τηρεῖν. ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἀεὶ περιφερομένων ἧ ταῦτα ἄγειν ἐθέλϐσιν ἄνθρωποι, τῶν πρόσθεν ὀνομασμένων ὀλιγωρϐντες: *Longa dies non ſolet ſervare voces in quibus primum datæ ſunt; ſenſu vertuntur enim res ipſæ qua volunt homines, vocabula illa primitus impoſita rebus nihil curantes.* (Cap. II.)

ADDITIO.

„Certum eſt pleraſque voces alium ex uſu ſenſum accipiſſe ac originarie illis tributus eſt. *Gell. 12. 13. & c. 13. §. 20. Quintil. Inſt. 1. c. 6. Sen. ep. 81. & 114.*

„*d*) (POPULARI EX USU:) Quintilianus ait, *conſuetudo certiſſima loquendi magiſtra eſt, utendumque plane ſermone eſt ut nummo, cui publica forma eſt.*

„*e*) (QUEM PENES ARBITRIUM EST:) Apud *Horat. De art. poet. v. 73.*

f) (Grot.) (LOCRI:) *Polybius* lib. XII. (c. 4.) Simu-

ctis staturos quamdiu terram hanc insisterent, & capita humeris gestarent, terram calceamentis injectam, & aliorum capita humeris imposita abjecerunt, quasi eo modo religione se possent exsolvere, quæ historia apud [g] Polybium exstat: ac [h] similis perfidiæ exempla aliquot apud [i] Polyænum, quæ transscribere nihil opus est, [k] quia controversiam non habent. Ejusmodi fraudibus recte dixit [l] Cicero *De Off. 3. c. 32.* [m] adstringi, non dissolvi perjurium.

§. III.

[a] In artium autem vocabulis, quæ populus vix capit, adhibenda erit [b] artis cujusque prudentum definito, ut [c] quid sit majestas, [d] quid parricidium, [e] quæ ad finitivum statum referunt oratoriæ artis magistri. Vere enim dictum a Cicerone Academicarum primo. *Cap. 7.* [f] *Dialecticorum verba nulla sunt publica, suis utuntur: & id quidem commune omnium fere est artium.* Sic si in pactis de exercitu dictum fuerit, definiemus [g] exercitum esse eam militum multitudinem, quæ

Simile quod Bœoti urbem polliciti reddere, non stantem sed eversam reddidere. *Thucyd. V.* (*Cap.* 42.) & quod Mahumetes Sultanus, Eubœa capta, eum dissecuit cui caput incolume fore promiserat. (Vide J. CUSPINIAN *de Turcarum orig.* in *Mahumete II.* pag. 132. *Edit. Lugd. B.* 1654. J. B.)

ADDITIO.

Hæ mere cavillationes fuerunt non interpretationes: Mens & verba disponentium clara erant, per calumniam sensus detorquebatur: Sane terræ insistere ex proprietate vocis non denotat insistere arenæ quam promittens, altero ignorante, in calceis habet, & capita quæ imposita humeris habebant, non erant capita loquentium, sed cadaverum. Accedit quod illi quibus promittebant, rem ex sensu naturali acceperint, promittentes sciebant alteros eo sensu intelligere, utrinque igitur de voluntate certa constabat; ut proinde hic interpretatio contra proprietatem vocum, mentemque disponentium fieri non potuerit.

„g) (POLYBIUM:) *L. 12. c. 4.*

„h) (SIMILIS PERFIDIÆ:) Boëti, urbem polli„citi reddere, non stantem sed eversam reddide„runt, quæ nuda cavillatio erat: eversa enim ci„vitas non est civitas, nec ea mens utriusque di„sponentis fuit. Mahumedes Sultanus Eubœa „capta eum dissecuit, cui caput incolume fore „promiserat, quasi secato homine caput incolume „dici possit. Conf. *Puffend. l. 5. c. 12. §. 2. & 3.*

„i) (POLIÆNUM:) *De Stratag. l. 6. c. 15.*

„k) (QUIA CONTROVERSIAM NON HABENT:) i. e. „dubia non est dispositio, adeoque nec interpretatio„ne opus est. Conf. *Puffend. de J. N. l. 5. c. 12. §. 2. 3.*

„l) (CICERO:) *L. 3. de offic. c 32.*

„m) (ADSTRINGI NON DISSOLVI PERJURIUM:) „i. e. Gravius fieri perjurium: non enim tantum „peccat promissor perfidiam committendo, sed „magis peccat, quod specie juris illam committat.

a) (Grot.) (IN ARTIUM AUTEM VOCABULIS:) *Augustinus* in rhetoricis: *Ut multa nova tam a technicis & mathematicis, quam a philosophis cognominantur, accipere debemus non tam pro solito usu consuetudinis, quam pro conditione præcepti.* (Cap. 9. *princ. Rhetoric.* falso illi doctori tributorum.)

b) (ARTIS CUJUSQUE PRUDENTUM DEFINITIO:) Nam ab arte sensus inditus est, ergo certus & communis loquendi modus is demum est qui ab artis peritis adhiberi solet.

„c) (QUID SIT MAJESTAS:) Majestas enim ar„tis vocabulum est, & denotat imperium quod „proprio jure defertur.

„d) (QUID PARRICIDIUM:) Quod ex proprie„tate vocis saltem est si filius vel filia parentes oc„cidunt: at in doctrina juris etiam ad eos pertinet „qui liberos suos interimunt.

„Exemplum, quod magis ad rem facit, allegat „Author infra *l. 3. c. 20. §. 23.* ubi ait nomina „regionum accipienda esse ex usu præsentis tem„poris, non tam vulgi sed peritorum: Agitata olim fuit „hæc quæstio, facta divisione regni Neapolitani in„ter Gallum & Hispanum: hic capitanatum ut „partem Apuliæ vindicabat, Gallus vero accessio„nem Apratii esse putabat, seque in nominibus „antiquis fundabat, ille in recentioribus & usu „moderno. Vid. Henning. *in not. ad d. §. 23.*

„e) (QUÆ AD FINITIVUM STATUM REFERUNT:) „Finitionem vocat Quintilianus. *7. Inst. 3.* quum „in controversia est quo nomine factum „appelletur. *Cic. 1. de invent. 8. ad Heren. 1. 12.* „*Gron. b.*

„f) (DIALECTICORUM VERBA NULLA SUNT, „PUBLICA,:) i. e. Communi & populari usu re„cepta.

„g) (EXERCITUM EAM ESSE MILITUM MULTI„TU-

quæ palam fines hoſticos auſit invadere. Nam paſſim opponunt hiſtorici id [b] quod furtim fit aut latrocinantium more, & quod juſto fit exercitu. Quare [i] pro viribus hoſtium æſtimandum, quæ copiæ exercitum faciant. [k] Cicero exercitum vocat ſex legiones & auxilia. [l] Polybius Romanum exercitum [m] plerumque ait conſtitiſſe Sexdecim millibus Romanorum, viginti ſociorum. At minor quoque numerus implere poteſt ejus nominis menſuram. Nam Ulpianus exercitui præeſſe eum ait, [n] qui vel uni legioni cum auxiliis præeſt; id eſt, ut [o] Vegetius exponit, decem millibus peditum, duobus millibus equitum. Et Livius in octo millibus ſpeciem ponit juſti exercitus. [p] Pari modo de claſſe erit æſtimandum. Sic [q] arx eſt locus, qui arcere hoſtilem exercitum ad tempus poſſit.

Parad. VI.

L. 2. D de his qui not. infamia.

Libro 3 cap. 1. De Re Milit.

Lib. 35, 6.

§. IV.

1. [a] Conjecturis aſſumtis opus eſt, ubi verba aut verborum complexio ſunt πολύσημα, id eſt, [b] *plures ſignificationes recipiunt.* Hunc locum Rhetores vocant [c] ἐξ ἀμφιβολίας: Dialecti ſubtilius, ſi in una voce ſenſus eſſe plures poſſent, [d] ὁμωνυμίαν, ſi in complexione, ἀμφιβολίαν. [e] Similiter conjecturis opus eſt, quoties in pactis eſt ἐναντιοφανεία, *ſpecies quædam repugnantiæ.* Tunc enim conjecturæ quærendæ ſunt, quæ partes alias aliis conciliient, ſi fieri poteſt. [f] Nam

„TUDINEM:) Omittit Author eſſentiale requiſitum: „nimirum ut autoritate ſummæ poteſtatis conſcriptus ſit, neque numero is definiri debet, ſed „ſufficit contra hoſtes conſcriptum eſſe.

„*b*) (QUOD FURTIM FIT AUT LATROCINANTIUM MORE:) Hinc exercitus non eſt, licet prædo maximam prædonum multitudinem colligat.

„*i*) (PRO VIRIBUS HOSTIUM:) Imo id æſtimandum ex arbitrio ſummæ poteſtatis exercitum „conſcribentis.

„*k*) (CICERO:) *Paradox. VI.*

„*l*) (POLYBIUS:) *L. 1. c. 1. 6. ibique Caſſaub.*

„*m*) (PLERUMQUE AIT CONSTITISSE:) Non „quaſi id neceſſarium, ſed quod moris fuerit.

„*n*) (QUI VEL UNI LEGIONI:) *L. 2. §. 1. ff. His „qui not.* Legio plerumque conſtabat 4000. ped. „& 300. ſeq. *Polyb. 1. c. 16.* Plena legio erat in „qua ſex millia centum pedites, equites IↃCCXXVI. „militabant. *Veget. l 2. c. 2. & c. 6. Gron. h.*

„*o*) (VEGETIUS:) *De re militari l. 3. c. 1.*

„*p*) (PARI MODO DE CLASSE ERIT ÆSTIMANDUM:) Si in aliquo fœdere poſitum ſit ne quis „in certa maris parte cum claſſe naviget, aut alienum navigare patiatur. Nam hic non ſolum navium numerus conſideratur, ſed quomodo inſtructæ ſunt naves &c. *Puffend. l. 5. c. 12. §. 4.* „adeoque hic definitio eorum requirenda qui arti „militari operam dant: Hinc Florus claſſem vocat, „quæ ſex roſtratis conſtabat, addens *ſed hic nume„rus illis initiis navale bellum fuit. L. 1. c. 11.*

q) (Grot.) (ARX EST LOCUS QUI ARCERE HOSTILEM EXERCITUM AD TEMPUS POSSIT:) *Servius* ad 1. Æneidos: *Arces dictæ ab eo quod eſt arceo, quod inde hoſtes arceantur, hoc eſt prohibentur.* (Ad verſ. 20.)

ADDITIO.

„Arx igitur ab arcendo dicitur, eodem modo „uti ager arcifinius dicitur, qui arcendis aliis eſt „idoneus.

a) (CONJECTURIS ASSUMTIS OPUS EST:) Si ſcilicet præter verba aliæ conjecturæ adſunt, & ſic ſigna illa non ſeorſim ſed conjunctim conſiderantur. *Vid. §. 1. n. 2.* Cæterum diximus jam conjecturas non quaslibet probare voluntatem, ſed talia demum ſigna & facta unde neceſſario voluntas infertur.

„*b*) (PLURES SIGNIFICATIONES RECIPIUNT:) „Si utraque ſignificatio æque communis eſt, re„curritur ad proprietatem vocis.

„*c*) (Ἐξ ἀμφιβολίας:) Ex ambiguo. *Cic. ad „Heren. 1. 12.* Ambiguum vel Amphiboliam „*Quint. 7. 9. Gron. h.*

„*d*) (ὁμωνυμίαν:) A verbo ὁμόω aſſimilo, vel „ὁμόω, unio:

„*e*) (SIMILITER CONJECTURIS OPUS EST, QUOTIES IN PACTIS SPECIES QUÆDAM EST REPU„GNANTIÆ:) *Vid. infra §. 26.*

f) (NAM

[f] Nam si certa sit pugna, quod posterius inter contrahentes placuit prioribus derogabit: quia uno tempore nemo contraria potuit voluisse; & ea natura est actuum qui a voluntate pendent, [g] ut novo actu voluntatis discedi inde possit, [h] sive μονομερῶς *ex parte una* ut in lege & testamento, sive conjunctim, ut in contractibus & pactis. Hunc locum Rhetores vocant [i] ἐξ ἀντινομίας. Et his quidem casibus verborum evidens obscuritas [k] cogit recurrere ad conjecturas.

2. Interdum vero ipsæ conjecturæ ita evidentes sunt, [l] ut sponte se ingerant, etiam contra receptiorem verborum significatum. Hunc locum Græci Rhetores vocant περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας: Latini [m] ex scripto & sententia scripti. [n] Loci autem, ex quibus voluntatis conjecturæ promuntur, præcipui sunt [o] ex materia, [p] ex effectu, [q] ex conjunctis.

§. V.

[a] Ex materia, [b] ut vox diei, si trigenta dierum pactæ sint induciæ *Everb in loco a subjecta materia.*

,,*f*) (NAM SI CERTA SIT POGNA &c.) Si in ,,eodem iostrumento repugnantia invenitur, ,,neutra dispositio valet, quia in eodem instru- ,,mento nun est prius nec posterius, adeoque eum ,,ob repugnantiam de voluntate disponentium non ,,constet, dispositio nulla est.

,,*g*) (UT NOVO ACTU VOLUNTATIS DISCEDI ,,INDE POSSIT:) At oon est novus actus, si negotio ,,quod uno eodemque tempore contrahitur repu- ,,gnantia inest.

,,*h*) (SIVE EX PARTE ONA OT IN LEGE ET ,,TESTAMENTO:) Equidem certum est & leges, ,,& edicta, & testamenta, seu actus unilaterales, ,,æque mutari novo actu voluntatis posse, ac con- ,,tractus aliique actus bilaterales. At de eo non ,,quæritur: sed quæstio hæc est, an si in eadem ,,lege, in eodem contractu, in eodem testamento, ,,repugnantia inveniatur, id valeat quod scriptura ,,est posterius? ego nihil valere dixi, quia in his ,,actibus nihil est prius nihil posterius, sed omnia ,,vim accipiunt ex eodem momento quo negotium ,,perfectum est: at in hoc est repugnantia.

,,*i*) (Ἐξ ἀντινομίας:) Ex arbitrariis legibus ,,*Cic. ad Heren. 1. 11.* Antiuomiam. *Quintil.* 7. 7. ,,*Gron. b.*

,,*k*) (COGIT RECURRERE AD CONJECTURAS:) ,,Imo negotium propter repugnantiam nullum est.

,,*l*) (UT SPONTE SE INGERANT, ETIAM CON- ,,TRA RECEPTIOREM VERBORUM SIGNIFICATUM:) ,,Si scilicet mens, ratio, intentio agentium, & fi- ,,nis actionis proprietati verborum repugnant. ,,Sic ascendere mœnia capitale olim erat, hæc lex ,,cessabat in obsidione repentina. *Vid.* §. 8.

,,*m*) (EX SCRIPTO ET SENTENTIA SCRIPTI:) ,,*Cic. l. 1. ad Heren. 11.* ex scripto & voluntate. ,,*Quintil. 7. 6. Vid Gron. b.*

,,*n*) (LOCI AUTEM EX QUIBOS VOLUNTATIS ,,CONJECTURÆ SUMUNTUR:) In genere jam nota- ,,vimus conjecturas voluntatis pugnare cum volun- ,,tate, quæ non est nisi rite declarata, nec aliter ,,obligat.

,,*o*) (EX MATERIA:) *Vid.* §. *seq.*

,,*p*) (EX EFFECTU:) Si vox proprie sumta ab- ,,surditatem involveret. §. 6.

,,*q*) (EX CONJUNCTIS:) Si v. g. alia occasione ,,vel alio loco ita locutus est is qui disponit. §. 7. ,,& 8.

a) (Grot.) (EX MATERIA:) *Tertullianus* de pudicitia: *ex materia dicti dirigendus est sermo.* Idem habet libro de resurrectione carnis. (In hoc opere leguntur verba ab Authore adlata, nisi quod pro voce *sensus* male scripserit *Sermo.* Cap. 37. In libro autem *de Pudicitia* Cap. 8, & *seq.* ex hac regula nonnulla loca Scripturæ interpretari conatur *Tertullianus*; verba autem ipsa regulæ non reperio. *J. B.*)

AODITIO.

,,*Materia* igitur ex hypothesi Authoris aliquan- ,,do ita evidentes reddit conjecturas voluntatis, ut ,,sponte se ingerant etiam contra receptiorem ver- ,,borum significatum. *Vid.* §. *praced. n.* 2. & *infr.* ,,§. 24. Hinc regula celebris est apud JCtos Ro- ,,manos, quod verba accipi debeant secundum sub- ,,stratam materiam, & exempla sunt in *l.* 15. §. 4. ,,*ff. Locat. in l.* 34. *ff. damn. inf. Vid. Eberhard.* ,,*loc. legal.* 40.

b) (UT VOX DIEI, SI TRIGINTA DIERUM PACTÆ SUNT INDUCIÆ, NON OEBET DE NATURA-

ciæ, non debet de diebus naturalibus, fed civilibus intelligi: [c] id enim materiæ congruit. [d] Ita verbum donare fumitur pro tranfigere ex qualitate. [e] Sic armorum vox, quæ modo belli inftrumenta, modo milites armatos fignificat, pro materia aut hunc aut illum in modum erit interpretanda. Ita homines qui reddere promifit, vivos non mortuos reddere debet, [f] contra quam cavillati funt Platæenfes. Et ferrum deponere juffi, fatisfecerunt [g] fi gladium deponant, [h] non & fibulas, quod Pericles argutabatur: & exitus ex urbe liber intelligi debet, ita ut & iter tutum fit, [i] contra quam fecit Alexander. Et pars dimidia navium in divifione integrarum intelligi debet, [k] non fectarum, contra quam Romani Antiocho fecerunt. [l] De fimilibus idem efto judicium.

L. 15. § 4 D. lo cat. con duct.

§. VI.

LIBUS, SED DE CIVILIBUS INTELLIGI:) Diem *naturalem* Author intelligit, quamdiu fol eft fupra hemifphærium noftrum, *civilem* vero qui conftat fpatio 24 horarum, adeoque & noctem continet. *Gron. h.* Quæritur igitur quis nam dies computetur pactis induciis? Refp. *civilis*, ita ut nox quoque contineatur: Nam materia de qua agitur eft fecuritas, quam partes durante fpatio 30 dierum pacti funt, adeoque æque nocte ac die: Hinc perfidia non carent qui pactis 30 dierum induciis noctu hoftium terras populantur: *Vid. Cic. 1. off. 10.*

At alia quæftio eft, quo modo fpatium 30 dierum pactis induciis computetur? an *naturaliter*, i. e. ut de momento quo partes pacti funt incipiat, & eodem momento triginta diebus elapfis finiatur, an *civiliter* ita ut demum finiatur toto die elapfo? de qua quæftione agemus infra *l. 3. c. 21. §. 4*

„c) (ID ENIM MATERIÆ CONVENIT:) Verâ „ratio eft quod omnes regulæ interpretandi na„turales fallaciæ huic obftent: Nam 1) pacifcens „fcit alterum eo fenfu *diem* intellexiffe: 2) ufus „communis loquendi eft, ut per diem intelligatur „fpacium 24 horarum: 3) finis unicus & neceffarius „hujus pacti eft *fecuritas*, hæc autem non obti„netur fi noctu lædere liceret.

„d) (ITA VERBUM DONARE SUMITUR PRO „TRANSIGERE EX NEGOTII QUALITATE:) Imo „nullibi *donatio* pro *transactione* fumitur, nam hæc „eft de re dubia, ubi aliquid datur aliquid retine„tur: donatio vero fupponit rem certam & indu„bitatam, quæ ex mera liberalitate in alium trans„fertur: *Laut comp. p. 44.*

„e) (SIC ARMORUM VOX:) Si quis promittit „fe nulle arma alicui fuppeditare, intelliguntur „inftrumenta militaria: Si promittit fe nulle alii „arma inferre, promittit fe nolle militibus arma„tis eum infeftare.

„f) (CONTRA QUAM CAVILLATI SUNT PLA„TÆENSES:) Hiftoriam refert *Thucyd. l. 2. pr p. „m 61.* Thebani Plataeam urbem dolo occupa„runt: a Platæis iterum ejecti Thebanorum qui„dam capti in urbe remanfere: Pro his liberandis „confilium capiebatur de invadendis Platæenfibus „qui extra urbem agebant. Sufpicati id Platæen„fes, jurato promiferunt Thebanis fe redituros „captivos fi receffer nt, alias fe eos intereinturos: „Poftquam fidem Platæenfium fecuti receffere The„bani, illi omnia ex agris in urbem comportant, „captivos interimunt, & interemtos remittunt. „At peffime, mortui enim non funt homines, nec „captivi; Sane utriusque mens & intentio erat ut „redderentur vivi, ideo enim ne interficerentur „captivi receffere, idque inter utrumque actum „erat.

„g) (SI GLADIUM DEPONANT:) Ex natura ne„gotii de quo agebatur, nimirum ut lædendi in„ftrumenta deponerent, nihil aliud intelligi potuit, „quam gladius:

„h) (NON ET FIBULAS, QUOD PERICLES AR„GUTABATUR:) Pericles cum quibusdam hoftibus „ita pactus eft ut ferrum deponerent, poftea eos„dem pacti violati infimulavit, argutatus, eos non „depofuiffe fibulas ferreas, quibus adftringebant „pallia *Puffend. l. 5. c. 12. § 7.*

„i) (CONTRA QUAM FECIT ALEXANDER:) „Barbari duces pactum iniverunt cum Alexandro „ut mercenarii milites urbe exirent: cum ad „ftadia octoginta caftra pofuiffent Alexander in„ftructo exercitu eos invafit, multosque interfecit. „Illis exclamantibus vim fibi fieri contra jusjuran„dum, ac violatos Deos implorantibus, alta voce „Alexander regeffit, fe non impediviffe quin urbe „exirent. *Diod. Sic l. 17. p. m. 564. Polian. Strat. „4. 20.* Merito Author factum hoc improbat, quia„dum eis excedendi ex urbe libertatem dedit Ale„xander, ea mens & intentio fuit ut alibi fedes „quærerent; non ergo in itinere occidi poterant: „Unde etiam aliam jungit rationem: *fe eos non „veros macedonum amicos effe cognitum habere: „Diod. Sic. d. l.*

„k) (NON SECTARUM:) Quia fectæ naves non „funt naves, ut bene ait *Macrob. l. 2. c. 6* Sed ta„bulæ: præterea conftabat inter partes de totis „actum fuiffe, non de fectis.

AD-

§. VI.

[a] Ex effectu, in quo præcipuum est [b] si vox ex usu receptiore sumta effectum post se traheret a ratione alienum. In ambigua enim voce ea potius accipienda est interpretatio [c] quæ vitio caret. [d] Itaque non admittenda Brasidæ cavillatio, qui pollicitus agro Bœoto se decessurum, negabat agrum Bœotum esse quem exercitu insideret, [e] quasi de bellica possessione non de finibus antiquis ea vox intelligenda esset: [f] quo sensu inanis fuerat pactio.

Everb. in loco ab absurdo. L. In ambigua. D. de legibus. Thuc. 4. c. 92.

§. VII.

[a] Conjuncta sunt aut origine, [b] aut etiam loco. Conjuncta origi-

Everb. in loco a conjunct. duarum leg.

ADDITIO.

„Historia exstat apud Valerium Max. *l. 7. c. 3.* & *Liv.* „*38. 38.* qui vero de sectiooe navium nihil refert.

„*l*) (NE SIMILIBUS IDEM ESTO JUDICIUM:) „Campani fœdus cum hostibus pepigerunt ea lege „ut eis dimidiam armorum partem traderent, & „dissectis armis dimidium eos recipere jusserunt. „*Polyan. l. 6. c. 15.* Apud Xiphilinum, *Epit. Dionis.* „*in Caracalla*, cum duo milites otrem vino plenum, „quem inter prædandum rapuerant, jussi essent di„videre, stricto gladio eum secuerunt. Sic Rha„damistus Mithridati jurat oec veneno nec ferro „se vim ei allaturum, mox eum injecta multa ve„ste necat. *Tacit. Ann. XII.* Vid. *Puffend. l. 5.* „*c. 12. §. 7.*

„*a*) (EX EFFECTU) Examinavimus con„jecturas voluntatis quæ promuntur ex *materia*, „sequuntur nunc illæ quæ ex *effectu* desumuntur, „& ita evidentes suot, ut sponte se ingerant etiam „contra receptiorem verborum significatum. *Vid.* „§. *4. n. 2.*

b) (SI VOX EX USU RECEPTIORE SUMTA EFFECTUM POST SE TRAHERET A RATIONE ALIENUM:) Imo si recepta vox est ex usu communi, nec specialis loquendi usus ejus qui disponit apparet, mensuram interpretatio accipere debet ex communi usu.

ADDITIO.

„Author hanc regulam repetit *L. 3. c. 21. §.* „*14. rejicienda igitur est stricta interpretatio, etiam* „*quam ferunt verba, nisi alioquin absurdum ali*„*quod sequeretur, aut eo ducant probabiles ndmo*„*dum voluntatis conjectura:* exemplum Author ibi „affert de eo qui de itu cavit, is enim de reditu „quoque cavisse censetur, ut vitetur absurdum. *d. 1.* „*§. 16.* Verior ratio hujus rei est, quod finis nullus „alius fuerit cautioois quam ut tuto ire & redire „posset. Conf. *l. 3. c. 23. §. 11. & 13.*

„*c*) (QUÆ VITIO CARET:) Imo si recepta vox „est ex usu communi, valet dispositio inter partes „prout disposuere, etsi interpretatio vitio non ca„reat, modo ipsa dispositio non sit vitiosa.

d) (ITAQUE NON ADMITTENDA BRASIDÆ CAVILLATIO:) Non ideo improbatur exceptio Brasidæ, quia effectum post se traheret a ratione alieoum, sed quia dubia noo erant verba: nam ex more communi *ager Boetus*, territorium Boetum denotat, sub quo omnino etiam continetur para illa exercitus obsessa, quia per occopationem bellicam, quamdiu finitum non est bellum, jus Boetum in illum agrum nondum desiit.

Sed & utriusque paciscentis intentio erat de discessu ex agro Boeto occupato contrahendi, de hoc ioter utrumque actum erat.

ADDITIO.

„Aliud exemplum refert *Puffend. l. 5. c. 12.* „*§. 8.* in fœdere quo protectionem urbis Bononiæ, „ejusdemque reguli Bentivoglii, Ludovicus XII. re„ceperat, salvis Papæ juribus, quem paulo post „alio modo cavillatur Ludovicus. *Guicciard. Hist.* „*l. V. p. m. 134. 136. Henning. in not. b. §.*

„*e*) (QUASI DE BELLICA POSSESSIONE NON DE „FINIBUS ANTIQUIS EA VOX INTELLIGENDA ES„SET:) Bellica enim possessio non tollit jus, nisi „bellum finitum sit: adeoque ex usu vocis com„muni hic ager occupatus quoque sub promisso „continebatur.

„*f*) (QUO SENSU INANIS FUERAT PACTIO:) „Imo non inanis erat, nam ratione reliquorum „agrorum, quos infestare quotidie potuit, effectum „habere potuisset: sed vera ratio est, quod dubia „promissio non fuerit.

a) (Grot.) (CONJUNCTA SUNT AUT ORIGINE, AUT ETIAM LOCO:) Bene *Augustinus* contra Adimantum c. 14. *Particulas quasdam de scripturis eligunt quibus decipiant imperitos, non connectentes quæ supra & infra scripta sunt, ex quibus voluntas & intentio scriptoris possit intelligi.* (§. 2. Cap. XIV. *Edit. Benedictin.*)

ADDITIO.

„Explicatis conjecturis voluntatis quæ ex *mate*„*ria & effectu* promuntur, sequuntur nunc illæ „quæ

ciæ, non debet de diebus naturalibus, sed civilibus intelligi: [c] id enim materiæ congruit. [d] Ita verbum donare sumitur pro transigere ex qualitate. [e] Sic armorum vox, quæ modo belli instrumenta, modo milites armatos significat, pro materia aut hunc aut illum in modum erit interpretanda. Ita homines qui reddere promisit, vivos non mortuos reddere debet, [f] contra quam cavillati sunt Platæenses. Et ferrum deponere jussi, satisfecerunt [g] si gladium deponant, [h] non & fibulas, quod Pericles argutabatur: & exitus ex urbe liber intelligi debet, ita ut & iter tutum sit, [i] contra quam fecit Alexander. Et pars dimidia navium in divisione integrarum intelligi debet, [k] non sectarum, contra quam Romani Antiocho fecerunt. [l] De similibus idem esto judicium.

L. 15. § 4 D Locat. cond.

§. VI.

LIBUS, SED DE CIVILIBUS INTELLIGI:) Diem *naturalem* Author intelligit, quamdiu sol est supra hemisphærium nostrum, *civilem* vero qui constat spatio 24 horarum, adeoque & noctem continet. *Gron. h.* Quæritur igitur quis nam dies computetur pactis induciis? Resp. *Civilis*, ita ut nox quoque contineatur: Nam in materia de qua agitur est securitas, quam partes durante spatio 30 dierum pacti sunt, adeoque æque nocte ac die: Hinc perfidia non carent qui pactis 30 dierum induciis noctu hostium terras populantur: *Vid. Cic. 1. off. 10.*

At alia quæstio est, quo modo spatium 30 dierum pactis induciis computetur? an *naturaliter*, i. e. ut de momento quo partes pacti sunt incipiat, & eodem momento triginta diebus elapsis finiatur, an *civiliter* ita ut demum finiatur toto die elapso? de qua quæstione agemus infra *l. 3. c. 21. §. 4*

„c) (IN ENIM MATERIÆ CONVENIT:) Vera „ratio est quod omnes regulæ interpretandi na„turales fallaciæ huic obstent: Nam 1) paciscens „scit alterum eo sensu *diem* intellexisse: 2) usus „communis loquendi est, ut per diem intelligatur „spacium 24 horarum: 3) finis unicus & necessarius „hujus pacti est *securitas*, hæc autem non obti„netur si noctu lædere liceret.

„d) (ITA VERBUM DONARE SUMITUR PRO „TRANSIGERE EX NEGOTII QUALITATE:) Imo „nullibi *donatio* pro *transactione* sumitur, nam hæc „est de re dubia, ubi aliquid datur aliquid retine„tur: donatio vero supponit rem certam & indu„bitatam, quæ ex mera liberalitate in alium trans„fertur: *Laut comp p. 44.*

„e) (SIC ARMORUM VOX:) Si quis promittit „se nolle arma alicui suppeditare, intelliguntur „instrumenta militaria. Si promittit se nolle alii „arma inferre, promittit se nolle militibus arma„tis eum infestare.

„f) (CONTRA QUAM CAVILLATI SUNT PLA„TÆENSES:) Historiam refert *Thucyd. l. 2. pr p. „m 61.* Thebani Platæam urbem dolo occupa„runt: a Platæis iterum ejecti Thebanorum qui„dam capti in urbe remansere: Pro his liberandis „consilium capiebatur de invadendis Platæensibus „qui extra urbem agebant. Subpicati id Platæen„ses, jurato promiserunt Thebanis se reddituros „captivos si recessissent, alias se eos interemturos: „Postquam fidem Platæensium secuti recessere The„bani, illi omnia ex agris in urbem comportant, „captivos interimunt, & interemtos remittunt. „At pessime, mortui enim non sunt homines, nec „captivi; Sane utriusque mens & intentio erat ut „redderentur vivi, ideo enim ne interficerentur „captivi recessere, idque inter utrumque actum „erat.

„g) (SI GLADIUM DEPONANT:) Ex natura ne„gotii de quo agebatur, nimirum ut lædendi in„strumenta deponerent, nihil aliud intelligi potuit, „quam gladius:

„h) (NON ET FIBULAS, QUOD PERICLES AR„GUTABATUR:) Pericles cum quibusdam hostibus „ita pactus est ut ferrum deponerent, postea eos„dem pacti violati insimulavit, argutatus, eos non „deposuisse fibulas ferreas, quibus adstringebant „pallia *Puffend. l. 5. c. 12. § 7.*

„i) (CONTRA QUAM FECIT ALEXANDER:) „Barbari duces pactum inierunt cum Alexandro „ut mercenarii milites urbe exirent: cum ad „stadia octoginta castra posuissent Alexander in„structo exercitu eos invasit, multosque interfecit. „Illis exclamantibus vim sibi fieri contra jusjuran„dum, ac violatos Deos implorantibus, alta voce „Alexander regessit, se non impedivisse quin urbe „exirent. *Diod. Sic l. 17. p. m. 564. Polian. Strat. 4. 20.* Merito Author factum hoc improbat, quia „dum eis excedendi ex urbe libertatem dedit Ale„xander, ea mens & intentio fuit ut alibi sedes „quærerent; non ergo in itinere occidi poterant: „Unde etiam aliam jungit rationem: *se eos non „veros macedonum amicos esse cognitum habere: „Diod. Sic. d. l.*

„k) (NON SECTARUM:) Quia sectæ naves non „sunt naves, ut bene ait *Macrob. l. 2. c. 6* Sed ta„bulæ: præterea constabat inter partes de totis „actum fuisse, non de sectis.

AD-

§. VI.

[a] Ex effectu, in quo præcipuum est [b] si vox ex usu receptiore sumta effectum post se traheret a ratione alienum. In ambigua enim voce ea potius accipienda est interpretatio [c] quæ vitio caret. [d] Itaque non admittenda Brasidæ cavillatio, qui pollicitus agro Bœoto se decessurum, negabat agrum Bœotum esse quem exercitu insideret, [e] quasi de bellica possessione non de finibus antiquis ea vox intelligenda esset: [f] quo sensu inanis fuerat pactio.

Everh. in loco ab absurdo. L. In ambigua. D. de legibus Thuc. 4. c. 92.

§. VII.

[a] Conjuncta sunt aut origine, [b] aut etiam loco. Conjuncta origi-

Everh. in loco a conjunct. duarum leg.

ADDITIO.

„Historia exstat apud Valerium Max. *l. 7. c. 3.* & *Liv.* „*38. 38.* qui vero de sectiooe naviuin oihil refert.

„*b*) (NE SIMILIBUS IDEM ESTO JUDICIUM:) „Campani fœdus cum hostibus pepigerunt ea lege „ut eis dimidiam armorum partem traderent, & „dissectis armis dimidium eos recipere jusserunt. „*Polyæn. l. 6. c. 15.* Apud Xiphilinum, *Epit. Dionis.* „*in Caracalla*, cum duo milites utrem vino plenum, „quem inter prædandum rapuerant, jussi essent di„videre, stricto gladio eum secuerunt. Sic Rhadamistus Mithridati jurat nec veneno nec ferro „se vim ei allaturum, mox eum injecta multa ve„ste necat. *Tacit. Ann. XII.* Vid. *Puffend. l. 5.* „*c. 12. §. 7.*

„*a*) (EX EFFECTU) Examinavimus con„jecturas voluntatis quæ promuntur ex *materia*, „sequuntur nunc illæ quæ ex *effectu* desumuntur, „& ita evidentes sunt, ut sponte se ingeraot etiam „contra receptiorem verborum significatum. *Vid.* „§. *4. n. 2.*

b) (SI VOX EX USU RECEPTIORE SUMTA EFFECTUM POST SE TRAHERET A RATIONE ALIENUM:) Imo si recepta vox est ex usu communi, nec specialis loquendi usus ejus qui disponit apparet, mensuram interpretatio accipere debet ex communi usu.

ADDITIO.

„Author hanc regulam repetit *L. 3. c. 21. §.* „*14. rejicienda igitur est stricta interpretatio, etiam* „*quam ferunt verba, nisi alioquin absurdum ali„quod sequeretur, aut eo ducant probabiles admo„dum voluntatis conjecturæ:* exemplum Author ibi „affert de eo qui de itu cavit, is enim de reditu „quoque cavisse censetur, ut vitetur absurdum. *d. 1.* „*§. 16.* Verior ratio hujus rei est, quod finis nullus „alius fuerit cautionis quam ut tuto ire & redire „possit. Conf. *l. 3. c. 23. §. 11. & 13.*

„*c*) (QUÆ VITIO CARET:) Imo si recepta vox „est ex usu communi, valet dispositio ioter partes „prout disposuere, etsi ioterpretatio vitio non ca„reat, modo ipsa dispositio non sit vitiosa.

d) (ITAQUE NON ADMITTENDA BRASIDÆ CAVILLATIO:) Non ideo improbatur exceptio Brasidæ, quia effectum post se traheret a ratione alienum, sed quia dubia non erant verba: nam ex more communi *ager Boetus*, territorium Boetum denotat, sub quo omnino etiam continetur pars illa exercitus obsessa, quia per occupationem bellicam, quamdiu finitum non est bellum, jus Boetum in illum agrum nondum desiit.

Sed & utriusque paciscentis intentio erat de discessu ex agro Boeto occupato contrahendi, de hoc ioter utrumque actum erat.

ADDITIO.

„Aliud exemplum refert *Puffend. l. 5. c. 12.* „*§. 8.* in fœdere quo protectionem urbis Bononiæ, „ejusdemque reguli Bentivoglii, Ludovicus XII. re„ceperat, salvis Papæ juribus, quem paulo post „alio modo cavillatur Ludovicus, *Guicciard. Hist.* „*l. V. p. m. 134. 136. Henning. in not. b. §.*

„*e*) (QUASI DE BELLICA POSSESSIONE NON DE „FINIBUS ANTIQUIS EA VOX INTELLIGENDA ES„SET:) Bellica enim possessio oon tollit jus, nisi „bellum finitum sit: adeoque ex usu vocis com„muni hic ager occupatus quoque sub promisso „continebatur.

„*f*) (QUO SENSU INANIS FUERAT PACTIO:) „Imo noo inanis erat, oam ratione reliquorum „agrorum, quos infestare quotidie potuit, effectum „habere potuisset: sed vera ratio est, quod dubia „promissio non fuerit.

a) (Grot.) (CONJUNCTA SUNT AUT ORIGINE, AUT ETIAM LOCO:) Bene *Augustinus* contra Adimantum c. 14. *Particulas quasdam de scripturis eligunt quibus decipiant imperitos, non connectentes quæ supra & infra scripta sunt, ex quibus voluntas & intentio scriptoris possit intelligi.* (§. 2. Cap. XIV. *Edit. Benedictin.*)

ADDITIO.

„Explicatis conjecturis voluntatis quæ ex *mate„ria & effectu* promuntur, sequuntur nunc illæ

origine sunt, quæ ex eadem voluntate proficiscuntur, etiamsi alio loco & occasione dicta, [c] unde conjectura nascitur, quia in dubio voluntas creditur sibi fuisse consentiens. Sic apud Homerum quod
Iliad III. 92. 93. dictum erat inter Paridem & Menelaum [d] ut victori Helena cederet,
Ibid. vers. 318 309 ex posterioribus ita erit exponendum, ut victor is demum intelligatur qui alterum occiderit. [e] Rationem reddit Plutarchus: οἱ
Plut. symp. 9. 13. δικασαὶ τῷ μνδὲν ἀμφισβητήσιμον ἔχοντι προςίθενται, τὸ ἀσαφέςερον ἐάσαντες *judices accedunt ei quod minus ambiguum est, omisso eo quod est obscurius*

§. VIII.

Inter ea [a] quæ & loco conjuncta sunt, vim præcipuam [b] habet ratio legis, quam cum mente multi confundunt, [c] cum unum sit ex indiciis

„quæ ex *conjunctis* desumi solent. *Vid.* §. 4. *n.* 2. „*in fin.*

„*b*) (AUT ETIAM LOCO:) De quibus §. *seq.*

„*c*) (UNDE CONJECTURA NASCITUR QUIA IN „DUBIO VOLUNTAS CREDITUR SIBI FUISSE CONSENTIENS:) Hoc casu non ex conjectura aliqua „fit interpretatio, sed voluntas alio loco & alia „occasione declarata confirmatur: Idque apparet „exemplo stipulationis de tritico factæ, quæ sine „adjectione mensuræ imperfecta est. *l.* 115. *V. O.* „Si vero ex præcedente negotio appareat de certi ge„neris certæque quantitatis tritico cogitatum & „actum esse, id pro expresso etiam in ipsa stipu„latione est habendum. *l.* 94. *ff. Eod.* Hic ergo „non est interpretatio voluntatis, sed ipsa voluntas „declarata.

d) (UT VICTOR IS DEMUM INTELLIGATUR QUI ALTERUM OCCIDERET:) Imo id non sequitur: Vincere enim utramque speciem sua natura comprehendit, sive occidat alterum sive capiat; Vincere enim in genere omnem actum quo alter altero superior est, significat: ut proinde hic dubium non sit, indeque nec interpretatione res indigeat.

ADDITIO.

„Recte B. Parens Authorem hic notat. Nam „pugna hac conditione proponebatur ut NB. *vin*„*centem* mulier & opes sequerentur;

„*Sed Alexander & bellicosus Menelaus*
„*Longis lanceis pugnabant propter mulierem,*
„*Ut vincentem mulier & opes sequentur.*

„Græci acceptabant eam conditionem his verbis:

„*Si quidem Menelaus Alexandrum interfecerit,*
„*ipse postea Helenam habeat, & opes omnes;*
„*Si autem Alexandrum interfecerit, Flavius*
„*Menelaus:*
„*Trojani postea Helenam & omnes opes reddant.*

„Alexandro igitur victo, at furori Menelai a Ve„nere erepto, pactis stare Trojani debuissent, etsi „Alexander interfectus non fuerit: Nam victori„am indubie reportavit Menelaus, fatentibus He„lena & ipso Alexandro: Unde Agamemnon merito „ad implendum pactum agebat, ac Helenæ tra„ditionem vi juramenti petebat.

„*Victoria quidem videtur bellicosi Menelai.*
„*Vos autem candidam Helenam, & opes cum ipsa*
„*extra date, & honorem reddite quem decet.*
„*Sic dixit Atrides.*

„Jupiter de victoria hac Deos consulans, & ad „amicitiam componendam pronus, ita concludit.

„*Omnino quidem habitetur civitas Priami Regis*
„*retro autem Argivam Helenam Menelaus ab*„*ducat.*

„At Juno irata rumpi fœdus voluit, tandemque „eo induxit Jovem ut jusserit Minervam.

„*Tentare ut Trojani inclytos Agivos*
„*incipiant priores super juramenta lædere.*

„Apparet ergo ex his pactum non de interfectione „sed de victoria initum esse, adeoque interpreta„tione hic opus non fuisse, cum & ipsi dii contra „juramentum fieri declarent, si Trojani Græcos „læserint, Unde Agamemnon Menelaum con„consolaturus ait.

„*Sic te percusserunt Trojani, & juramenta fidelia*
„*conculcaverunt.*

„*e*) (RATIONEM REDDIT PLUTARCHUS:) Quo „quæso modo applicari hæc ratio potest ad sum„mas potestates quæ judicem non agnoscunt: Ra„tio ergo Plutharchi est meri juris positivi, & in„ter solos privatos obtinet.

„*a*) (QUÆ ET LOCO CONJUNCTA SUNT:) Si„gna enim conjuncta esse dixit, aut origine aut „etiam loco. §. *præced.*

b) (Grot.) (HABET RATIO LEGIS:) Cicero pro A. Cæcina: *Non alia est ratio juris in hoc genere duntaxat, utrumne tuus procurator dejecerit, is qui legitime procurator dicitur omnium rerum ejus qui in Italia non sit, absitve reipublica causa, quasi quidam pæne dominus, hoc est, alieni juris vicarius: an tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quivis, qui illam vim dejectionemve tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit.* (Cap. 20.)

ADDI-

diciis quibus mentem venamur. [d] Est tamen inter conjecturas hæc validissima, [e] si certo constet aliqua ratione tanquam causa unica voluntatem fuisse motam, [f] nam sæpe rationes sunt plures: [g] interdum & præter rationem voluntas semet ex vi libertatis suæ determinat, [h] quod ad obligationem producendam sufficit. [i] Hoc modo donatio ob nuptias facta vim non habebit, si nuptiæ secutæ non sint.

§. IX.

Cæterum sciendum est, [a] voces multas habere significationes plures, alteram strictiorem, alteram laxiorem: quod multis ex causis evenit, [b] aut quia specierum uni nomen generis adhæret, ut in vocibus cognationis & adoptionis, [c] item in nominibus masculinis, quæ etiam pro communibus sumi solent ubi desunt communia: [d] aut quia usus artis latius patet quam usus popularis, [e] ut mors in jure civili ad deportationem producitur, cum apud populum aliud significet.

§. X.

Simul notandum est [a] eorum quæ promittuntur alia esse favorabilia *Alc. 5. resp. 17.*

ADDITIO.

„Ratio legis est causa quæ legislatorem movit ut legem statueret. *Gron. h.*

c) (CUM UNUM SIT EX INDICIIS QUIBUS MENTEM VENAMUR:) Ratio est causa legis & id quod mentem movit, vel quod idem est mens a ratione mota. Atque ita promiscue *mens* accipitur pro *ratione* unde mens apparet, vel *ratio* pro mente quæ ex illa colligitur.

„*d*) (EST TAMEN INTER CONJECTURAS HÆC „VALIDISSIMA:) Ratio male inter *conjecturas* re„fertur, nam ea est præcipua & certissima mentis „& sententiæ regula, ac anima dispositionis. *l. 29.* „*l. 30. Legib.*

„*e*) (SI CERTO CONSTET ALIQUA RATIONE „TANQUAM CAUSA UNICA VOLUNTATEM FUISSE „MOTAM:) Etsi enim verba sint dubia, ratio certa „est, & ex ea de intentione agentis constet.

f) (NAM SÆPE RATIONES SUNT PLURES:) Hoc casu, cum verba sint dubia, nec de certa agentis intentione constat, (quia plures sunt rationes moventes) nihil actum videtur.

„*g*) (INTERDUM ET PRÆTER RATIONEM VO„LUNTAS SEMET EX VI LIBERTATIS SUÆ DETER„MINAT:) Adeoque tunc ratio illa pro indicio „voluntatis sumi non potest, quia fortuito motu „ad consensum fertur is qui disponit.

„*h*) (QUOD AD PRODUCENDAM OBLIGATIONEM „SUFFICIT:) Nam si de voluntate disponentium „constet, sive ratione, sive libidine, sive fortuito „animi motu consentiant, partes obligantur, quia „ita disponunt.

i) (HOC MODO DONATIO OB NUPTIAS FACTA VIM NON HABET:) Qui enim donat propter nuptias futuras, non donat nisi sub conditione si nuptiæ secutæ fuerint, qua deficiente cessat donatio.

a) (VOCES MULTAS HABERE SIGNIFICATIONES PLURES, ALTERAM STRICTIOREM ALTERAM LAXIOREM:) Sic *filius* non tantum dicitur qui natura talis est, sed & qui adoptione: & *mortuus* non tantum qui vita decessit sed & qui deportatus est:

„*b*) (AUT QUIA SPECIERUM UNI NOMEN GE„NERIS ADHÆRET:) Ita *cognati* in genere dicuntur, „sive cognati sint, sive agnati; in specie autem „*cognati* dicuntur qui non sunt agnati: ita *adoptio* „est vox generis, & continet arrogationem & ad„optionem in specie. *Gron. h.*

„*c*) (ITEM IN NOMINIBUS MASCULINIS:) Ver„bum enim *si quis* tam masculos quam fœminas „complectitur. *l. 1. ff. V. S.*

„*d*) (AUT QUIA USUS ARTIS LATIUS PATET „QUAM USUS POPULARIS:) Nam voces artis non „ex more loquendi communi, sed peritorum ex„plicandas esse dixit *supr. §. 3.*"

e) (Grot.) (UT MORS IN JURE CIVILI AD DEPORTATIONEM PRODUCITUR:) Vide *Guicciardinum* libro XVI. ubi de pactis Carolo V. ad Mediolanensem ducatum pertinentibus sermo. (*pag. 341. Ed. Genevens.* 1645.)

ADDITIO.

„Mors enim vel naturalis est, vel civilis. *165. ff.*

bilia, alia odiosa, alia mixta, aut media. Favorabilia sunt quæ [b] æqualitatem in se habent, [c] & quæ communem spectant utilitatem, quæ quo major est atque latius patet, eo major est promissi favor, ut [d] eorum quæ ad pacem faciunt major quam ad bellum, [e] & belli ob tuitionem suscepti major quam aliis de causis. [f] Odiosa sunt quæ partem alteram tantum, aut plus altera onerant, & [g] quæ pœnam in se continent, [h] & quæ actus faciunt irritos, [i] & quæ de prioribus aliquid immutant. [k] Quod si mixtum sit aliquid, [l] ut mutans quidem priora, [m] sed pacis causa, id pro magnitudine boni aut mutationis [n] modo favorabile, modo odiosum censebitur, [o] ita tamen ut, cæteris paribus, favor censeatur potior.

§. XI.

„*pro soc. l. 4. §. 2. ff. bon. libert.*

a) (EORUM QUÆ PROMITTUNTUR ALIA ESSE FAVORABILIA &C. ALIA ODIOSA,:) Hæ regulæ jure naturæ nullum effectum habent: quia ibi omnia valent ex dispositione, non ex favore vel odio: At jure civili ad decidendas lites in causis dubiis necessariæ fuere interpretationum regulæ, inter quas præcipuæ sunt illæ quæ de odio & favore proponuntur:

ADDITIO.

„Sæpius Author ad hanc regulam provocat „*Vid. infr.* §. 12. & 13. *l. 3. c.* 21. §. 4. & 5. 14. „*L. 3. c. 13. §. 2. l. 2. c. 20.* §. 11. *L. 2. c.* 11. §. 15. „& §. 17. *n.* 2.

„*b*) (QUÆ ÆQUALITATEM IN SE HABENT:) „*Add. l. 2. c. 2. §. 6. n. 1.* æqualitas, si dispositio „vere dubia est, nullum jus alteri tribuit, sed sola „dispositio.

„*c*) (ET QUÆ COMMUNEM SPECTANT UTILITATEM:) Si dispositio dubia est, nec hæc regula „interpretationem facit, sed dispositio nulla est, quia „jus non oritur nisi ex voluntate satis declarata;

„*d*) (EORUM QUÆ AD PACEM FACIUNT MAJOR QUAM AD BELLUM:) Si dispositio dubia est „ex ea neuter obligatur, etsi forte bellum inde sit „oriturum, quia alter injuria bellum moveret. Si certa „est dispositio, valet non quia ad pacem tendit, „sed quia partes ita voluerunt:

„*e*) (ET BELLI OB TUITIONEM SUCEPTI MAJOR QUAM EX ALIIS CAUSIS:) Sensus est quod „major sit favor belli defensivi quam offensivi.

„*f*) (ODIOSA SUNT QUÆ PARTEM ALTERAM „TANTUM AUT PLUS ALTERA ONERANT:) Adeoque ubi non est æqualitas inter contrahentes.

„*g*) (QUÆ POENAM IN SE CONTINENT:) Quod „pœnæ sint strictæ interpretationis, id ex lege „civili est.

„*h*) (ET QUÆ ACTUS FACIUNT IRRITOS:) Regula, quod in dubio aliquid actum videri debet, „itidem ex jure civili est.

„*i*) (ET QUÆ DE PRIORIBUS ALIQUID IMMUTANT:) In dubio res præsumitur in eodem statu „manere, donec mutatio probetur. Hæc regula naturalis est.

„*k*) (QUOD SI MIXTUM SIT ALIQUID:) Ex „odiosis & favorabilibus.

„*l*) (UT MUTANS QUIDEM PRIORA:) Hactenus „enim est odiosa dispositio.

„*m*) (SED PACIS CAUSA:) Hactenus est favorabilis.

„*n*) (MODO FAVORABILE MODO ODIOSUM CENSEBITUR:) Diximus omnia dependere a dispositione, si ea certa est, semper valet sive favorabilis sit sive odiosa; si dubia, nunquam valet, nec „ob favorem causæ, quia non constat de voluntate.

„*o*) (ITA TAMEN UT CÆTERIS PARIBUS FAVOR CENSEATUR POTIOR:) Imo id solum valet „de quo inter utrumque actum esse certo constat.

„(AD §. XI.) Quærit Author, *an distinctio inter contractus bonæ fidei & stricti juris sit ex jure gentium?* Recte id negatur.

Distinctio inter contractus bonæ fidei, stricti juris, & arbitrarios, ex solo jure civili orta est, quanquam æquitate naturali nitatur; quam late exposuimus in jure nostro controverso, *tit. de oblig. & act. quæst.* 13.

Jure naturali ex contractu actio non datur nisi ad petendum id quod in contractu promissum est: adeoque si res mihi vendita est, agere tantum possum actione emti contra venditorem, ut rem mihi præstet: si vero venditor dolum adhibuit, de hoc dolo non agere possum actione ex emto, nihil enim de eo in contractu dictum est: Sed & porro, si venditor rem & pretium penes se habet, actio emti non datur ad usuras seu fructus, &c. sed emtor separatis actionibus de dolo, & ad id quod interest, agere tenetur:

Cum autem jure Romano iniquum visum fuerit paciscentem in varia distrahere judicia, constituit, ut actione ex ipso contractu agi possit ad omne id quod æquum & bonum est: atque ex hoc capite emtor actione ex empto petere potest & rem venditam, & id quod dolo venditoris ei abest, & fructus, et in genere omne id quod ejus interest: Atque hæc negotia dixere BONÆ FIDEI.

Leges Romanæ ab hac regula nullos contractus exceperunt, nisi illos ubi partes vel verbis vel literis per solennes formulas, per interrogationem & responsionem &c. aliquid promittunt: In his enim negotiis

§. XI.

[a] Discrimen actuum bonæ fidei & ftricti juris, [b] quatenus ex jure eft Romano, ad jus gentium non pertinet Poteft tamen aliquo fenfu huc aptari, [c] ut fcilicet fi quibus in regionibus actus aliqui formam quandam habeant communem, ea [d] quatenus immutata non eft, [e] actui ineffe intelligatur: [f] in aliis autem actibus, qui per fe funt indefiniti, [g] qualis eft donatio, & liberalis promiffio, magis ftetur dictis.

Gl. in l. non poffunt. D. de legibus.

§. XII.

negotiis JCti Romani crediderunt partes magis fecuritatem in verbis & literis quam in bona fide debitoris quæfiviffe. Indeque ex his negotiis actio tantum datur ad id quod verbis vel literis expreffum eft. Indeque fi dolus intervenit, vel alias alterius contrahentium interfit, id feparatis actionibus peti debet. Hos contractus vocabant STRICTI JURIS. Conf. *Diff. prooem. XII.* §. 461. & 462.

„STRICTI JURIS negotia igitur funt *quoties ver-* „*bis vel literis folennibus contrahitur obligatio:* „Unde Cicero notanter ait, *fi verbis & literis con-* „*tenditur, ei opponi folere æqui & boni nomen &* „*dignitatem;*

„Hinc jam apparet, cur JCti paffim declarent, „tantum in *bonæ fidei judiciis* officium judicis vale- „re, quantum in ftipulatione nominatim ejus rei „facta interrogatio. *L. 7. ff. Neg. geft. l. 24. ff.* „*depof. l. 5. pr. & §. f. ædil. edict.* Quia nimirum „omnia negotia, ubi de *fide* agitur, funt *bonæ fidei*, „nifi *ftipulatio* (vel literarum obligatio) accedat.

„Sane in vaftiffimo illo Digeftorum opere nul- „lum veftigium invenietur, unde conftet, extra „*ftipulationem & literarum obligationem*, dari „contractum ftricti juris.

Cum autem hæc diftinctio tantum in *contractibus* locum habeat, JCti Romani omnia reliqua negotia (indeque defcendentes actiones) vocant ARBITRARIA, quia, fi reus ad juffum judicis non reftituit, judex pro fuo arbitrio in contumaciam condemnare reum poteft ad omne id quod ex natura negotii æquum & bonum eft. *dict. jus controv. q.* 14. Conf. §. 31. *Inft. de act.*

„*a*) (DISCRIMEN ACTUUM BONÆ FIDEI ET „STRICTI JURIS:) Dictum eft difcrimen in eo „confiftere, quod ex negotiis *bonæ fidei* promittens „non tantum ad promiffa obligetur, fed præterea „ad omne id quod ex natura negotii æquum „& bonum eft: ex negotiis *ftricti juris* autem promittens teneatur tantum ad id quod promiffum „eft rebis vel literis.

„*b*) (QUATENUS EX JURE ROMANO EST, AD „JUS GENTIUM NON PERTINET:) Totum hoc „difcrimen eft ex jure Romano, jure Gentium id „plane incognitum eft.

„*c*) (UT SCILICET SI QUIBUS IN REGIONIBUS „ACTUS ALIQUI FORMAM HABENT COMMUNEM, „EA ACTUI INESSE INTELLIGATUR:) Sic v. g. „emtionis forma communis eft, ut in actionem „emti non tantum veniat quod promiffum eft, fed „præterea ufuræ, fructus, & omne id quod intereft, „imo dolus & culpa &c. (quæ capita feparatis actio- „nibus jure naturæ peti deberent.)

„Si proinde extraneus aliquid emit, Grotius ait „huic actui formam illam communem ineffe, atque „hactenus illum actum etiam *jure Gentium* effe „*bonæ fidei:*

„*Not.* Quod actus ille fit bonæ fidei, i. e. quod „actus ille formam communem habeat, id ex mero „jure Romano ortum habet: quod vero forma illa „actui ineffe intelligatur, i. e. quod emtor agere „poffit non tantum ad id quod promiffum eft, fed „& præterea ad id quod æquum & bonum eft, ex „alio capite fequitur, quia nimirum jure Gentium „contrahentes in aliquo loco fe fe ftatutis & legi- „bus illius loci fubmittere tenentur.

„*d*) (QUATENUS IMMUTATA NON EST:) For- „ma enim negotiorum legibus mutari poteft: ade- „oque ea demum forma communis actibus ineffe „intelligitur, quæ obtinet tempore contractus:

„*e*) (ACTUI INESSE INTELLIGATUR:) Ad eum „effectum ut juxta illam formam non tantum ad „id quod dictum eft agi poffit, fed ad id quod for- „ma illa communi definitum eft, i. e. quod ex „natura negotii præftari æquum & bonum eft.

„*f*) (IN ALIIS AUTEM ACTIBUS QUI PER SE „SUNT INDEFINITI:) Adeoque qui formam talem „communem non habent.

„*g*) (QUALIS EST DONATIO ET LIBERALIS PRO- „MISSIO:) Errat Grotius (1) quod donationem & „liberalem promiffionem ad contractus ftricti ju- „ris referat, cum *donatio* plane non fit contractus, „fed modus transferendi dominii; *pactum de do-* „*nando* autem fit pactum nudum, unde actio jure „Digeftorum non oriebatur; adeoque fruftra ibi „quæritur an actio fit bonæ fidei an ftricti juris. „Hinc recte modeftinus ait in *l. 22. ff. Donat.* „*quod in bonæ fidei contractibus donatio non conti-* „*neatur:* Nec inde fequitur effe *contractum ftri-* „*cti juris*, quia plane non eft contractus; Errat „(2) quod exiftimet promiffiones liberales effe „actus per fe indefinitos; Nam hi quoque „actus formam habent communem, certum enim „eft donationes ultra 500. folidos non valere abs- „que infinuatione judiciali. Hæc forma igitur omni- „no ineft actui. *Vid. Goth. ad l. 34. ff. donat. lit. l.*

„*h*) (MAGIS STETUR DICTIS:) Adeoque non

§. XII.

1. [a] His positis hæ tenendæ sunt regulæ. [b] In non odiosis sumenda verba secundum totam proprietatem usus popularis, [c] & si plures sint, eam quæ latissima est; [d] quale est ut masculinum sumatur pro genere communi, [e] & indefinita locutio pro universali. Sic verba hæc, [f] *Unde quis dejectus est*, etiam ad eum restituendum pertinebunt [g] qui vi vetitus est ad suum accedere, [h] nam vox laxius sumta fert eam significationem, ut recte [i] Cicero pro A Cæcina disputat.

Bart. in l. Si is qui pro emptore, D. de usur. Covar. III Var. c. 5. n. 5. Tiraq. in leg. connub. Glos. 5. 115.

2. In [k] favorabilioribus [l] si is qui loquitur jus intelligat, aut peritorum juris consilio utatur, verba laxius sumenda, [m] ut etiam includant significationem artis, [n] aut quam lex dedit. [o] Ad significationes

,,petantur ea quæ æquitati præterea conveniunt. At dictum modo est ideo actum non fieri stricti juris:

,,a) (HIS POSITIS HÆ TENENDÆ SUNT REGULÆ:) Uti præmissa sunt obscura admodum, vaga, & plerumque falsa, ita & conclusiones quoque fallere necesse est.

,,b) (IN NON ODIOSIS SUMENDA VERBA SECUNDUM TOTAM PROPRIETATEM USUS POPULARIS:) Dixi sæpius, interpretationem ex odio vel favore natura cognitam non esse. Unde usus popularis verborum in utrisque inspici debet; nam voluntas per verba explicatur, verba autem valent ex usu communi.

,,c) (ET SI PLURES SUNT EAM QUÆ LATISSIMA EST:) Si vox ex usu populari plures habet significationes, Author eam in favorabilibus intelligi putat quæ latissima est; At in casu quo vox ex usu communi plures significationes patitur, & alter hanc alter alteram significationem intellexerit, nihil actum esse supra diximus quia deficit dispositio utriusque.

,,d) (QUALE EST UT MASCULINUM SUMATUR PRO GENERE COMMUNI:) Masculinum enim etiam fœminas complectitur, uti in formula *si quis* &c. *L.* 1. *V. S.* Unde voce fratrum etiam sorores continentur: *L.* 35. *pact. l.* 92. §. 3 *legat.* 3. At hæc interpretatio non est ex jure naturæ, sed civili, adeoque inter Principes non obtinet: certum igitur est nihil actum videri si alter contendat de genere communi se sensisse, alter de solis masculis.

,,e) (ET INDEFINITA LOCUTIO PRO UNIVERSALI:) Ex hac regula Author §. *seq.* decidit quæstionem, *an sociorum nomine etiam veniant futuri?* Sed hic quoque dicendum est, si alter indefinitam illam vocem pro universali, alter pro particulari sumat, nihil actum videri, quia cessat dispositio utriusque.

,,f) (UNDE QUIS DEJECTUS:) Quod dicitur interdictum unde vi. *Vid.* §. 6. *Inst. de interd.* tot. *tit. ff. Eod.*

,,g) (QUI VI VETITUS EST AD SUUM ACCEDERE:) *Vid. l.* 1. §. 47 *ff. Unde vi.* Exemplum hoc non pertinet ad interpretationem pactorum & fœderum, de qua hic agitur, sed ad interpretationem legis, quæ doctrinalis vocatur, ubi ob idenditatem rationis lex extenditur ad eos qui verbis legis non continentur.

,,h) (NAM VOX LATIUS SUMTA FERT EAM SIGNIFICATIONEM:) Imo id non sequitur ex usu vocis, sed ex idenditate rationis: Conf. *l. non possunt ff. de Legib. ibique Goth.*

,,i) (CICERO PRO A. COCCINNA:) Imo Cicero in allegato loco *p. m.* 323. non disputat an dejectus sit qui vetitus est ad suum accedere; sed an vis ei fiat, hoc affirmat, & ex ipsa proprietate vocis id demonstrat; at ex proprietate vocis non sequitur eum dejectum esse, sed id demum ex idenditate rationis sequitur.

,,k) (IN FAVORABILIORIBUS VERBA LAXIUS SUMENDA:) Jure naturæ nec favor nec odium jus dat, sed sola dispositio partium sufficienter declarata, si proinde dubia est, nihil actum censetur.

,,l) (SI IS QUI LOQUITUR JUS INTELLIGAT, AUT PERITORUM JURIS CONSILIO UTATUR:) in vocabulis artis cujusque prudentum definitionem adhibendam esse dixit supra §. 3. & c. 7. §. 30. *n.* 3. Ea autem adhibita, laxiorem significationem sumi in favorabilioribus contendit: At in utrisque dicendum, eam significationem obtinere quæ artis peritis communis est; quia inter peritos vocabula artis usum aliquem communem obtinent.

,,m) (UT ETIAM INCLUDANT SIGNIFICATIONEM ARTIS:) Dixi enim significationem artis inferre usum communem inter peritos.

,,n) (AUT QUAM LEX DEDIT:) Vocabula enim legis etiam sunt verba artis.

o) (Grot.) (AD SIGNIFICATIONES AUTEM PLANE IMPROPRIAS NON RECURRENDUM, NISI ALIOQUI ABSURDUM ALIQUID, AUT PACTI INUTILITAS SEQUERETUR:) Vide exemplum in l. cum virum, 16. C. *de Fideicommissis.*

ADDI-

tiones autem plane improprias non recurrendum, p nisi alioqui absurdum aliquid, aut pacti inutilitas sequeretur. Ex contrario verba etiam strictius quam fert proprietas sumenda erunt q si id necessarium erit ad vitandam iniquitatem vel absurditatem: at si non talis est necessitas, r sed manifesta æquitas vel utilitas in restrictione, subsistendum erit intra arctissimos terminos proprietatis, s nisi circumstantiæ aliud suadeant.

3. In odiosis vero t etiam sermo figuratus aliquantulum admittitur, quo onus vitetur. Itaque in donatione & juris sui remissione verba, quantumvis generalia, u restringi solent ad ea, de quibus verisimiliter est cogitatum. v Et in hoc rerum genere w occupatum nonnunquam id demum intelligetur, quod spes sit posse retineri. Sic x auxilia promissa ab una tantum parte intelligentur deberi impendiis ejus qui postulabit. *Barb IV. conf. 92.*

§. XIII.

1. a Illustris est quæstio, sociorum nomine veniant tantum qui erant

ADDITIO.

„Deficit enim ille usus communis, qui solus „valorem dat verbis.

„p) (NISI ALIOQUI ABSURDUM ALIQUID AUT „PACTI INUTILITAS SEQUERETUR:) Si dubia est „dispositio, nihil actum est; adeoque nunquam „recurri debet ad improprias significationes, sive ab„surdi aliquid inde sequeretur, sive inutile foret pa„ctum. Si vero de voluntate utriusque circa vo„cem proprie sumtam constat, ea valet etsi absur„di aliquid sequatur, vel licet pactum inutile sit, „nam partes ita disposuere. Cæterum hanc limi„tationem passim commendat Author. *Vid. supr.* „*§. 6. & l. 3. c. 21. §. 14.*

„q) (SI IN NECESSARIUM ERIT AD VITAN„DAM INIQUITATEM VEL ABSURDITATEM:) Si „*certa* est dispositio, & uterque vocem juxta pro„prietatem usus popularis intellexit, ea valet, ut „ut absurda; si *dubia* sit, non valet dispositio, non „ut evitetur iniquitas, sed quia deficit consensus, „adeoque & obligatio.

„r) (SED MANIFESTA ÆQUITAS VEL UTILI„TAS IN RESTRICTIONE, SUBSISTENDUM ERIT „INTRA &c.) Diximus hoc verum non esse si „de voluntate, ut ut absurda, disponentium constat.

„s) (NISI CIRCUMSTANTIÆ ALIUD SUADEANT:) „Imo regula in contrarium statuenda, ut dispositio talis semper subsistat si de voluntate utriusque constat.

„t) (ETIAM SERMO FIGURATUS ALIQUANTU„LUM ADMITTITUR QUO ONUS VITETUR:) Imo „si sermo ille figuratus (i. e. discedens a proprie„tate verborum) non nititur utriusque partis con„sensu, nec in odiosis effectum habet.

„u) (RESTRINGI SOLENT AD EA DE QUIBUS „VERISIMILITER EST AGITATUM:) Si verba gene„ralia sunt, etiam in genere intelligenda sunt, quia „partes in genere disposuerunt: quod vero in do„nationibus restringantur ad ea de quibus verisi„militer est cogitatum, id meri juris civilis est.

„v) (ET IN HOC RERUM GENERE:) Si scilicet „de odiosis agitur, & ubi de onere vitando quæritur.

„w) (OCCUPATUM NONNUNQUAM ID DEMUM „INTELLIGETUR, QUOD SPES SIT RETINERI POSSE:) „Videtur hic Author respicere ad doctrinam JCto„rum, qui feram occupatam i. e. nostram esse tra„dunt etsi evaserit, quamdiu in conspectu est nec „difficilis ejus persecutio. §. 12. *Inst. de Rer. div.* „At hoc plane non pertinet ad interpretationem „pactorum, nedum ex aliqua interpretatione odi„osa oritur, ut onus vitetur : Sed obtinet id ex „certa juris naturæ ratione, quia quamdiu spes est „retinendi, nondum asseri potest feram extra „potestatem nostram esse.

„x) (AUXILIA PROMISSA AB UNA TANTUM „PARTE INTELLIGENTUR DEBERI IMPENDIIS EJUS „QUI POSTULABIT:) Hoc itidem non est ex inter„pretatione aliqua odiosa, ut onus vitetur, sed „quia ratione impensarum deficit dispositio. Duæ „enim diversæ sunt quæstiones, (1) an auxilia sint „præstanda? (2) cujus sumtibus? Prius solum inter „partes actum est, de posteriori nihil dictum est, „adeoque hactenus deficit dispositio; proinde alter „liberatur præstando auxilium, quo si alter uti ve„lit necessario impensas exhibere debet. Cæterum „Romanos ante C. Posthumium suis sumtibus So„cios adjuvisse testis est Livius *libr. 42.* apud *Grot.* „*l. 1. c. 3. §. 21. n. 9.*

„a) (ILLUSTRIS EST QUÆSTIO:) Ex cujus de„cisione

erant foederis tempore, an & futuri, [b] ut in foedere facto inter populum Romanum & Carthaginensem post bellum de Sicilia. *Lib. 21, c. 19.* [c] *Utriusque populi socii ab utroque populo tuti sunto.* Hinc Romani inferebant, [d] etiamsi foedus cum Asdrubale ictum, de Ibero amne non transeundo, nihil ipsis prodesset, [e] quod Carthaginenses id ratum non habuissent, tamen si Carthaginenses factum Annibalis oppugnantis Saguntinos, quos post foedus Romani socios adsciverant, probarent, bellum indici ipsis posse tanqnam foedere violato. Rationes ita [f] Livius exponit: *Satis cautum erat Saguntinis, sociis utrorumque exceptis; nam neque additum erat iis qui tunc essent, [g] nec ne qui postea assumerentur, & cum assumere novos liceret socios, quis aequum censeret, aut ob nulla quenquam merita in amicitiam recipi, aut receptos in fidem non defendi, tantum ne Carthaginensium socii aut sollicitarentur ad defectionem, aut sua sponte desciscentes reciperentur?* Quae ferme ad verbum de [h] Polybio sumta apparet. [i] Quid dice-
Hist. l. 3, c. 29 mus? Quin verbum sociorum & strictam illam de iis qui erant foederis

„cisione justitiam belli Punici secundi definire so„lent. *Vid. Tesm. h.*

„*b*) (UT IN FOEDERE FACTO INTER POPULUM „ROMANUM ET CARTHAGINENSEM:) Historiam „hujus foederis late explicavi *cap. praeced.* §. *17.*

„*c*) (UTRIUSQUE POPULI SOCII AB UTROQUE „POPULO TUTI SUNTO:) Apud *Liv. l. 21. c. 19.* & „*Polyb. l. 3. c. 27.*

„*d*) (ETIAMSI FOEDUS CUM ASDRUBALE:) Qui „post illud generale foedus speciatim addidit Sa„guntinos. *Vid. c. praeced.* §. 17.

„*e*) (QUOD CARTHAGINENSES ID RATUM NON „HABUISSENT:) At tacite eos foedus ratihabuisse „alibi demonstravi.

„*f*) (LIVIUS:) *dict. l. 21. c. 19.*

g) (Grot.) (NEC, NE QUI POSTEA ASSUMERENTUR:) Quod additum in pace Peloponnesiaca inter Lacedaemonios & Athenienses. *Thuc.* lib. V. (c. 18.)

„*h*) (POLYBIO:) *D. l. 3. c. 27.*

i) (QUID DICEMUS:) Author (1) male statuit „futurus socios non comprehendi sociorum no„mine, cum tamen ipse fateatur, salva ratione recti sermonis etiam futuros comprehendi posse. (2) Male allegat rationem quod odiosa haec sit materia, eoque restringenda, cum saepius jam dictum sit odium & favorem nullum jus natura tribuere: Praeterea (3) verum non est causam hic esse odiosam, sed potius est favorabilis, quia ad pacem facit. *Vid.* §. *10.*

Dicimus igitur hoc pacto non tantum socios qui tempore foederos fuere, sed & futuros comprehendi, quia vox *sociorum* generaliter posita ex natura sermonis & communi loquendi more ad omnes etiam futuros pertinere, fatente ipso Authore, potest: Huic igitur generali significationi insistendum omnino est.

ADDITIO.

„In genere sententiam Grotii veram esse puto, „*quod sociorum nomine tantum veniant qui fuere* „*foederis tempore:* Nam Saguntini tunc socii non „fuerunt, adeque de futuris contrahentes cogitare „non poterant; accedit, quod Romani cum „omnibus vicinis societatem contrahere, eoque „Carthaginenses privare potuissent libertate eos, „qui injuriam ipsis fecisse crederentur, armis co„gendi. *Vid. Grot. h.* §. *n. 1. in fin.*

„At in casu proposito aliae rationes accedunt: „Nam Asdrubal postea speciali pacto Saguntinos „comprehendit: Carthaginenses tanto tempore si„luerunt scientes pacem factam fuisse, & amici„tiam cessante bello invicem coluerunt; adeoque facto ipso pacis conditiones ratihabuerunt:

„Sane Hanno Carthaginensis, vir probus & „summae autoritatis, ipse Annibalem foedifragii „accusavit, eumque dedi Romanis voluit: *Liv. l.* „*21. c. 19.* Polybius quoque tradit nemini proce„rum probatum fuisse quod Annibal contra Sagun„tinos egisset: *l. 3. c. 8.* Et eventus quoque belli „satis probat justitiam causae Romanae. Sane An„nibalem ipsum hoc praetextu usum esse ut reno„varet bellum cum Romanis patet ex Livio *d. l.* „adeoque cognitum ipsi fuit Romanos inde cau„sam bellum renovandi jure sumere potuisse.

„Sed & ponamus Saguntinos socios non fuisse „Romanorum, nihilominus Romanis liberum fuis„set assistere Saguntinis causamque eorum defen„dere; *Grot. h. n. 2.* Sane eorum maxime inte„rerat, quia ipsis certe constabat Annibalem victis „Saguntinis bellum meditari Romanis inferen„dum: His igitur positis foedus violatum dici non „potuit.

„k)

deris tempore, & ampliorem alteram significationem quæ ad futuros quoque porrigitur, recipere possit [k] salva ratione recti sermonis, dubitandum non est. Utra ergo præferenda sit interpretatio ex regulis ante traditis erit videndum: secundum quas dicimus, [l] futuros non comprehendi, [m] quia agitur de foedere rumpendo, [n] quæ odiosa est materia, [o] & de adimenda Carthaginiensibus libertate eos qui injuriam ipsis fecisse crederentur armis cogendi, [p] quæ libertas est naturalis, nec temere abdicata censetur.

2. Ergo Romanis adsciscere in societatem Saguntinos, aut adscitos defendere non licuit? Imo vero licuit, [q] non ex vi foederis, sed ex jure naturali, quod foedere non erat abdicatum: ita ut Saguntini apud utrosque eo essent loco, quasi nihil de sociis convenisset: quo casu [r] nec Carthaginienses contra foedus erant facturi, si in Saguntinos arma moverent quæ justa arbitrarentur, [s] nec Romani si eos defenderent. [t] Plane sicut Pyrrhi tempore inter Carthaginienes & Romanos convenerat, ut si eorum populorum alter cum Pyrrho foedus faceret, ita faceret ut jus auxilia mittendi ei quem Pyrrhus bello impeteret, salvum maneret. * Non dico justum utrinque bellum Polyb. hist. l. 3. c. 25.

„k) (SALVA RATIONE RECTI SERMONIS:) Inprimis cum indefinita locutio haberi soleat pro „universali. *Vid.* §. 12. *n.* 1.

„l) (FUTUROS NON COMPREHENDI:) Adeoque „nec Saguntinos sub primo fœdere comprehensos „fuisse.

„m) (QUIA AGITUR DE FOEDERE RUMPENDO:) „Imo agebatur de fœdere conservando, in id enim „Romani omni ope laborabant; Annibal autem de „fœdere rumpendo cogitabat: adeoque hæc ratio „admitti non potest.

„n) (QUÆ ODIOSA EST MATERIA:) Diximus „(1) naturali jure *favorem* jus non tribuere, nec „*odium* id quod quæsitum est tollere. (2) verum „non esse odiosam hic esse materiam.

„o) (ET DE ADIMENDA CARTHAGINENSIBUS „LIBERTATE EOS QUI INJURIAM IPSIS FECISSE „CREDERENTUR ARMIS COGENDI:) Quod sana ra„tione Cartaginenses nunquam cogitasse præsumen„dum est.

p) (Grot.) (QUÆ LIBERTAS EST NATURALIS NEC TEMERE ABDICATA CENSETUR:) Romani Samnitibus Sidicinos bello petere volentibus, petentibusque ut id per Romanos fieri liceret, responderunt, *nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium sit.* Livius lib. VIII. (c. 2.) In Antiochi fœdere est: *Si qui sociorum populi Romani ultro bellum inferrent Antiocho, vim ei arcendi jus esto: dum ne quam urbem aut belli jure teneat, aut in amicitiam accipiat.* Livius XXXVIII. (c. 38) *Polybius* in excerptis legationum 35. (*Sidicini* nequaquam socii erant *Romanorum*, ut patet ex fine *Cap.* 1. præcedentis apud *Livium*. In fœdere autem cum *Antiocho* agitur tantum de jure defensionis, quod in omni pacto tacite exceptum censeri debet. *J. B.*)

ADDITIO.

„Imo & pactum generale & speciale intercessit, „adeoque dispositio clara fuit.

„q) (NON EX VI FOEDERIS:) Imo licuit vi fœ„deris specialis, quod cum Saguntinis contractum „fuit.

„r) (NEC CARTHAGINENSES CONTRA FOEDUS „ERANT FACTURI:) Quia jure belli injurias sibi „illatas vindicare potuissent.

„s) (NEC ROMANI SI EOS DEFENDERENT:) „Quia jure naturæ aliis, quibus a fœderatis injuriam „censemus, assistere bellum licet.

„t) (PLANE SICUT PYRRHI TEMPORE:) Hic eo „magis fœderato etiam contra fœderatum Pyr„rhum jure naturali auxilia ferre licuit, quia id „non tantum fœdere non abdicatum, sed & in „specie cautum erat:

„*) (NON DICO JUSTUM UTRINQUE BELLUM „ESSE POTUISSE:) Cur non? potest omnino ju„stum utrinque esse bellum si scilicet mutuæ sunt „injuriæ: At ratione ejusdem causæ verum est „bellum non posse esse utrinque justum. Conf. „*L.* 2. *c.* 23. §. 13. *c.* 17 §. 19. *l.* 1. *c.* 3. §. 4. *l.* 2. *c.* „26. §. 4. *n.* 3. & §. 6. *n.* 2.

bellum esse potuisse: u sed nego pertinuisse hoc ad foederis violationem: quomodo in quæstione de auxilio Mamertinis misso a Ramanis v distinguit Polybius, an justum id fuerit, & an per foedus licuerit. *Lib. 3. c. 26.*

3. Et hoc ipsum est quod Corcyrenses apud Thucydidem dicunt Atheniensibus, w licere ipsis sibi auxilia mittere, nec obstare quod Athenienses habebant cum Lacedæmoniis foedus, quando per id foedus novos socios adsciscere liceret. *Lib. 1. c. 35.* Atque eam sententiam secuti sunt Athenienses postea, imperato suis ne in Corinthios pugnarent, nisi ubi ii descendere pararent hostiliter in Corcyram, aut in aliquod solum ditionis Corcyrensium, ne scilicet foedus rumperent. *Ibid. c. 45.* Non pugnat autem cum foedere, ut quos alii offenderent, hi defenderentur ab aliis x manente de cætero pace. y Justinus de his temporibus agens, *Inducias, quas proprio nomine condixerant,* z *ex sociorum persona rumpebant, quippe* aa *quasi minus perjurii contraherent, si ferentes sociis auxilia potius quam si aperto prælio dimicassent.* *Libro 3. c. 7.* Sic & in oratione de Halonesο, quæ inter Demosthenicas legitur, apparet pace quadam Atheniensium cum Philippo cautum *Pag. 33. A.*

u) (Grot.) (NEGO PERTINUISSE HOC AD FOEDERIS VIOLATIONEM:) *Procopius* Persicorum II. ἔφασκέ τε ὡς αὐτὸς οὐ λύει τὰς Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων σπονδὰς, ἐπεὶ αὐτὸν εἰς ταύτας οὐδέτεροι ἐσεγράψαντο: *dicebat Alamundarus rex Saracenorum, non violari a se quæ inter Persas Romanosque convenerant, quandoquidem ipse a neutra parte conventis inscriptus esset.* (Cap. 1.)

ADDITIO.

„Imo pertinuit: Violatum enim erat fœdus posterius speciale.

„v) (DISTINGUIT POLYBIUS AN JUSTUM ID „FUERIT, ET AN PER FOEDUS LICUERIT:) Historiam vide apud *Polyb. l. 1. c. 2. & 3.* At non „invenio distinctionem quam ex eo allegat Author. „Nam dubium non fuit quin licuerit Messanis auxilium præstare; neque enim justitia causæ obsta„bat, neque fœdus, quod cum Carthaginensibus „non fuit: Quod vero Senatus hæsitaverit causa „hæc affertur, quod nefas crederent Mammertinis, „(qui scelere Messaniam occuparant, & ejectis ac „trucidatis civibus agros & uxores inter se divi„serunt) subsidium etiam contra alios hostes præ„stare, inprimis cum Romani quidam milites si„mile scelus in urbe Rhegio perpetrassent, inde„que merito metueret Senatus, ne assistendo Mam„mertinis factum suorum militum probare censere „videantur.

„w) (LICERE IPSIS SIBI AUXILIA MITTERE:) „Hic itidem fœderi clausula addita fuit, *ut, si qua „Græcarum civitatum ex socialibus non sit, eis ad „utros libuerit, accedere licere. Thucyd. p. m. 14:* „Athenienses vi hujus clausulæ Corcyrensibus auxilia promiserunt; non ad aggrediendos Corin„thios, sed ad defendendum Corcyram, & Corcy„rensium terras, simulque injunxere præfectis ne „fœdera rumperent. Unde exercitus Atheniensis „pugnam quæ inter Corcyrenses&Corinthios inter„cessit non capessebat. *fol. 21. & 22. quippe vere„bantur præfecti Atheniensium preceptum:* At in „fugam versis Corcyrensibus, eos tutabant. *fol. 21.* „Corinthi Romanos rupti fœderis reos accusabant, „at merito regerebant Romani, *Neque bellum inci„pimus, neque fœdera rumpimus, sociis Corcyrensi„bus auxilio venimus. fol. 23.* Interim hæc causa „belli fuit enim Corinthiis, quod contra se fœde„ratos pro Corcyrensibus pugnassent. *fol. 24.*

x) (Grot.) (MANENTE DE CÆTERO PACE:) Sic post tempora memorata Corcyrenses decrevere, Ἀθηναίοις μὲν ξύμμαχοι εἶναι κατὰ τὰ ξυγκείμενα, Πελοποννησίοις δὲ φίλοι: *Velle se Atheniensibus ex pactis societatem armorum præstare, & cum Peloponnesiis servare amicitiæ jura.* (THUCYDID. III. 70.)

ADDITIO.

„Hoc casu facultas assistendi sociis non fuit con„tra fœdus, sed in ipso fœdere permissa.

„y) (JUSTINUS:) *L. 3. c. 7.* Conf. *Albric. Gent. „de Jur. bell. l. 3 c. 18.*

„z) (EX SOCIORUM PERSONA RUMPEBANT:) „Dum Corcyrensibus auxilia miserunt contra „Corinthios fœderatos.

„aa) (QUASI MINUS PERJURII CONTRAHERENT:) „Imo

tum, ut quæ ea pace non comprehenderentur Græciæ civitates liberæ essent: si quis vim inferret, [bb] defendere eas in pace comprehensis liceret. Et hoc quidem exemplum est in foedere æquali.

§. XIV.

1. In foedere [a] inæquali ponemus alterum, si convenerit [b] ne alter foederatorum injussu alterius bellum gerere possit; quod positum fuisse [c] in foedere Romanorum & Carthaginiensium post bellum Punicum secundum [d] supra memoravimus: sicut & positum fuit [e] in foedere Macedonico cum Romanis ante Perseum regem. Livius, lib. 42. c. 25. Cum belli gerendi nomen & ad [f] omne bellum pertinere possit, [g] & ad id quod infertur, non quod repellitur: [h] in dubio arctiorem hic significatum sumemus, ne nimium coarctetur libertas.

§. XV.

„Imo perjurium non erat, quia vi fœderis id ipsis „licebat.

„bb) (DEFENDERE EAS IN PACE COMPREHEN„SIS LICERET:) His ergo auxilium ferri potuit ex „ipso fœdere contra fœderatum.

„cc) (IN FOEDERE ÆQUALI:) Quid sit fœdus „æquale vide *c. praced. §. 6.*

„a) (INÆQUALI:) Quid sit fœdus inæquale vide „*c. praced.* §. 7. *n.* 2.

„b) (NE ALTER FOEDERATORUM INJUSSU AL„TERIUS:) De qua formula egimus supra *c.16.§.7.*

„c) (IN FOEDERE ROMANORUM:) *Liv. 30. 37.* „*ibi: bellum neve in Africam neve extra Africam in„jussu P. R. gererent.*

„d) (SUPRA:) *c. 15.* §. *7. n. 2.*

„e) (IN FOEDERE MACEDONICO:) *Liv. l. 33. c.* „*30.* & in alio cum Antiocho inito *l. 42. c. 25.*

„f) (AD OMNE BELLUM PERTINERE POSSIT:) „adeoque indefinita locutio videtur haberi pro „universali. *Vid. supr.* §. *13. n. 1.*

„g) (ET AD ID QUOD INFERTUR, NON QUOD „REPELLITUR:) Bellum enim est vel offensivum vel „defensivum, & specialiter sumtum posterius denotat.

h) (IN DUBIO ARCTIOREM HIC SIGNIFICATUM SUMEMUS:) Quæstio hic occurrit, *an, posita tali formula, etiam contineatur ne armis se defendere possint inæquali fœdere juncti?* Recte huc affirmat Author, sed ex falsa ratione: vera ratio est quod usu communi loquendi bellum inferre dicitur qui ultro bellum movet non qui se contra illatum defendit. Accedit, quod illicitum foret pactum, si de prohibita defensione necessaria intelligendum esset, quia huic renunciare absque crimine non posset.

ADDITIO.

„Non ergo admitti potest ratio interpretationis „quam Author affert, quasi odiosa hic sit materia „ubi de restringenda libertate agitur: Nam odium „vel favor libertatis nullum jus natura tribuit. „Veras rationes allegavit Perseus, *nam*, ait, *si est* „*in fœdere scriptum, ut ne si bellum quidem quis in„ferat, tueri me regnumque meum liceat, mihi fa„tendum, est quod me armis adversum Abripolim „socium populi Romani defenderim fœdus violatum „esse. Sin autem hoc & ex fœdere licuit, & jure „gentium ita comparatum est, ut arma armis pro„pulsentur, quid tandem facere me decuit? Quie„scerem, & paterer donec Pellam & in regiam meam „armatus venires? Liv. L. 42. c. 42.* Equidem „in alia causa oratores Latinorum a Romanis pe„tierunt *ut aut mitterent subsidium, aut se ipsos „tuendorum finium causa arma capere sinerent: „Liv. l. 2. c. 30.* & tutius visum fuit *defendere in„ermes Latinos, quam pati retractare arma. ibid.* „At casus ibi erat ubi Latini victi a Romanis, (*Liv. „l. 1. c. 52. & l. 2. c. 20.*) inæquali fœdere ita „juncti fuerunt, ut non nisi armis populi Rom. tueri se „possent; idque ob ferocitatem & potentiam Lati„norum caute statuisse videntur Romani: Atque „hinc cum iidem Latini assumtis Hernicis sine „Romano aut duce aut auxilio Volscos, Æquosve, „qui fines eorum populabantur, castris exuissent, „& bellum finitum fere esset, Romani tamen con„sulem contra Volscos misere, & addit Livius *l. „2. c. 53. mos credo non placebat, sine Romano duce „exercituque sociis propriis viribus consiliisque „bella gerere:* Conf *Liv. l. 3. c.* [illegible]. Neque sine „causa providos fuisse Romanos vel ex eo apparet, „quod postea Samnitibus Romanorum sociis bel„lum ultro intulerint; Sane eo potentia eorum cre„vit, ut Samnitibus querentibus & rogantibus *La„tinos campanosque, si sub ditione populi Romani „essent, pro imperio arcerent Samnitium agro &c.* an„ceps a Senatu responsum datum fuerit, *quia fa„teri pigebat in potestate sua latinos jam non esse „Liv. l. 8. c. 2.* Tandem, cum socios imperii se „fieri insolenter postularent, bello a Romanis victi „& fere deleti sunt. *Liv. L. 8. c. 10.*

tum quod civibus magis quam urbi convenit) Nam in voce, liberam relinqui, αὐτόνομον ut Appianus ait, [k] manifesta erat captio. Pag. 48. Ed. H. Steph.

§. XVI.

I. [a] Huc & illa frequens quæstio referenda est [b] de pactis personalibus ac realibus. Et siquidem cum populo libero actum sit, dubium non est, [c] quin quod ei promittitur sui natura reale sit, [d] quia subjectum est res permanens. Imo [e] etiamsi status civitatis in regnum mutetur manebit foedus, [f] quia manet idem corpus etsi mutato capite, &, ut [g] supra diximus, imperium quod per Regem exercetur non desinit imperium esse populi. Excipiendum erit, si appareat

„k) (MANIFESTA ERAT CAPTIO:) Eo magis „improbanda, quod Carthaginienses de libertate „quoque urbis agerent, idque Romanis cognitum „esset: adeoque inspiciendum hic fuit quod inter „utrumque actum, non quod a Romanis mente re„servatum erat. Ut proinde mera hæc captio ver„borum fuerit: Conf. *Puffend. de J. N. & G. l.* „*5. c.* 12. §. 16.

„a) (HUC:) Scilicet ad interpretationum mate„riam.

„b) (DE PACTIS PERSONALIBUS AC REALIBUS:) „Author pactum *reale* esse, ait, quod cum *populo* „pactum est; cum *rege*, tunc si vel clausula adjecta est „fœderi ut perpetuum sit, aut factum in utilitatem „regni, aut si cum rege & successoribus contractum „est: aut si ex verbis, vel ipsa interdum materia ea „voluntas appareat. *Personale* vero, quod cum rege „absque his circumstantiis initum est.

„Addit, pacta in *dubio* magis credi esse realia, quia „hæc sunt favorabilia; personalia vero odiosa. *n.* 3. „hinc fœdera belli causa inita videri personalia, „pacis causa contracta realia. *d. n.* 3. Atque ex „his concludit, cum rege initum fœdus reale ma„nere, etsi regno pulsus sit. §. 17. neque contra fœ„dus cum populo initum agi, si invasor bello pe„tatur. §. 18.

„Præmittendum autem hic est, *personale* pactum „in jure dici quod ad personas paciscentium re„stringitur, nec ad hæredes aut successores perti„net. *l.* 17. §. 3. *l.* 21. *pr. l.* 25. §. 1. *ff. pact. Reale* „quod non restringitur ad personas paciscentium „sed ad illorum quoque hæredes & successores tran„sit *l.* 16. *l.* 17. §. 5 *l.* 40. *pr.* & §. *f. ff. de pact.*

c) (QUIN QUOD EI PROMITTITUR SUI NATURA REALE SIT:) Fœdus sua natura est reale, & ad successores in electivo quoque regno pertinet: 1) quia princeps fœdus non ut persona privata, sed ut caput reipubl. contraxit, Respublica autem non interit: *c.* 5. *de rescr. in* 6. ipsa igitur respublica per regem pepigit, qui eam repræsentat: 2) quia non est causa principis, sed reipublicæ: 3) probatur id exemplo fœderum in statu populari vel aristocratico a populo & optimatibus contracto, quæ iis mortuis non tolluntur. Idque 4) extra omne dubium est in pacto liberatorio, quo pax, remissio, aut transactio facta est, qua jus exstinctum reviviscere non potest: Hinc 5) Gilimer rex Vandalorum provocat in literis ad Justinianum datis ad fœdus cum Zenone initum, *cui Tu*, ait, *successisti*. Et Justinus ipse ad idem fœdus provocat, sed se id soluturum minatur nisi satisfaceret monitis. *Procop. l.* 1. *de bell. Vand.* Equidem Carolus Rex Galliæ contra defuncti fratris filios, rupto divisionis pacto cum fratre inito, bellum movit, monitus de pactis, dixit cum fratre non cum filiis pepigisse: sed fusus victusque est. *Regin. l.* 2. *an.* 886. Hinc cum Luxemburgo a Gallis obsesso Carolus V. auxilium ab Eduardo III. peteret, vi fœderis cum hujus patre anno 1542. initi, male Eduardus respondit fœdus cum persona exstinctum esse, *Gentil. l.* 3.

Multo magis autem reale est fœdus, si additur ut sit perpetuum: uti in Pace Osnabrugensi *in pr.* vel si Successorum fit mentio. &c. *Vid. Camd. p.* 2. *p.* 225.

Excipe, nisi in genere aliud appareat ex causa, verbis, negotio &c. Uti 1) si rex sui causa, adeoque de jure privato contraxit, hoc enim pactum non ad successores sed ad solos hæredes transit. 2) Si ad certum actum auxilium promissum, isque finitus sit. 3) Si causa personam non egrediatur, aut circumscripta sit sua natura.

ADDITIO.

„Hanc quæstionem late examinavimus supra *c.* „14. §. 11. & in *differt. prooem. XII.* §. 409.

„d) (QUIA SUBJECTUM EST RES PERMANENS:) „Populus enim, cum quo fœdus initum est, nun„quam moritur: *L.* 2. *c.* 9. §. 3. *n.* 2.

„e) (ETIAMSI STATUS CIVITATIS IN REGNUM „MUTETUR MANEBIT FOEDUS:) Idem enim ma„net populus sub quacunque forma regiminis. *Vid.* „*L.* 2. *c.* 9. §. 8.

„f) (QUIA MANET IDEM CORPUS ETSI MU„TATO CAPITE:) Caput enim non nisi jure cor„poris agit; Et Rex non suo jure contrahit, sed „jure populi.

„g) (SUPRA:) *d. l.* 2. *c.* 9. §. 8. & 9.

pareat causam fuisse propriam ei statui [h] ut si liberæ civitates libertatis tutandæ causa foedus contrahant.

L. jure gentium, 7. §. pactum 8. D. de pactis.

2. At si cum Rege contractum sit, non statim personale erit censendum foedus: nam ut recte dictum est [k] a Pedio & Ulpiano, plerumque persona pacta inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur cum quo pactum factum est. Quod si adjectum sit foederi [l] ut perpetuum sit, [m] aut factum in bonum regni, [n] aut cum ipso & successoribus, sicut solere adjici in foederibus, καὶ τοῖς ἐκγόνοις, & posteris, ait Libanius in defensione Demosthenis, [o] aut ad tempus definitum, jam satis apparebit reale esse. Tale videtur fuisse [p] foedus Romanorum cum Philippo Macedonum Rege, quod cum Perseus, ejus filius, ad se pertinere negaret, bellum eo nomine exortum est: [q] Sed & alia verba, & ipsa interdum materia, [r] conjecturam suppeditabunt non improbabilem.

3. Quod si pares sint in utrumque conjecturæ, supererit [s] ut favorabilia credantur esse realia, odiosa vero personalia. [t] Foedera pacis

„h) (UT SI LIBERÆ CIVITATES LIBERTATIS „TUTANDÆ CAUSA:) i. e. pro tuendo statu po„pulari: Si enim populus postea jus imperii sui „in regem transfert, tollitur hoc ipso fœdus ini„tum, quia tota ejus ratio cessat. Sic Etrusci Ve„jentibus, cum hi bello adversus Romanos regem „creassent, negarunt auxilia, quamdiu sub rege „essent. *Liv. 5. 1. Gron. h.*

„i) (SI CUM REGE CONTRACTUM SIT, NON „STATIM PERSONALE ERIT CENSENDUM FOEDUS:) „Quia rex qui de republica contrahit non ut pri„vatus, sed ut caput reipublicæ contrahit, quæ „nunquam interit.

„k) (A PEDIO ET ULPIANO:) In *l. §. 8. ff. de* „*pact.* Sane quod JCti hi de pactis privatis tra„dunt, multo magis obtinet in pactis publicis.

„l) (UT PERPETUUM SIT:) Vid. *Pac. Osn. pr.* „& fœdus inter regem Galliæ, & pontificem &c. „apud *Thuan. l. 16. p. m.* 323.

„m) (AUT FACTUM IN BONUM REGNI:) Tunc „respublica tenetur, quia rex intra fines legitimæ „administrationis, quam popolus totam in regem „contulit, contraxit.

„n) (AUT CUM IPSO ET SUCCESSORIBUS:) Tunc „enim constat noluisse alterum eum sola persona „regis contrahere.

„o) (AUT AD TEMPUS DEFINITUM:) Apud „Thucydidem *l 5. p. m.* 292. statuitur, *esse porro* „*fœdera annos quinquaginta Atheniensibus ac La*„*cedæmoniis, & utrorumque sociis.* Apud Thuanum „*l.* 6. *p. m.* 116. *ut fœdus cum Francisco initum quam*„*diu Henricus viveret, & in quinquennium post* „*ejus mortem cum Henrici heredibus servaretur,* „*mutua auxilia utrimque præstarentur:* Conf. *Puff.* „*l. 8. c.* 9. §. *6. & 7. & Tesm. h.*

p) (Grot.) (FOEDUS ROMANORUM CUM PHILIPPO MACEDONUM REGE:) Livius lib. XLII. (c. 25.)

ADDITIO.

„Imo renuvavit Perseus fœdus cum patre ini„tum, & tamen se ex eo non obligari injuria su„stinuit. Verba Persei apud *Liv. l. 42. c. 25.* hæc „sunt: *Fœdus cum patre ictum* (quo prohibebatur „rex Macedoniæ extra fines arma efferre, & populi „Romani socios lacessere bello, *d. c. 25.*) *id se re*„*novare, non quia probaret, sed quia in nova pos*„*sessione regni patienda omnia essent, passuris &c.*

„q) (SED ET ALIA VERBA:) In genere dicen„dum, omnia pacta regulariter esse realia, donec „aliud ex verbis, causa, vel natura negotii probe„tur.

„r) (CONJECTURAM SUPPEDITABUNT:) Imo „conjecturæ non sufficiunt, sed certo de intentione „paciscentium constare debet.

„s) (UT FAVORABILIA CREDANTUR ESSE REA„LIA, ODIOSA VERO PERSONALIA:) Sæpius jam „dictum est in dispositionibus nec favorem nec „odium aliquid operari, sed jus ibi tantum oriri „ex voluntate declarata.

„t) (FOEDERA PACIS CAUSA PACTA. &c.) Imo „etiam fœdera belli causa inita favorabilia esse pos„sunt, si ad pacem aut quærendam aut firmandam „tendunt. Sed & ratio, cur hæc fœdera ad suc„cessores transeant, hæc est, quia rex jus fœderis „non habet nisi jure reipublicæ, cujus nomine „& jure contrahit, respublica autem non moritur:

„u) (NON ODIOSA OMNIA UT QUIDAM CEN„SENT:) Ex his apparet quam maxime incerta „sit illa interpretatio ab odio vel favore desumta, „quilibet enim ita prolubitu vel favorem vel odi-

„um

cis causa facta, aut commerciorum, favorabilia sunt. Quæ belli causa [u] non odiosa omnia ut quidam censent, sed [v] ἐπιμαχίαι, id est foedera tuendi se causa propius ad favorem accedunt; [w] ξυμμαχίαι [x] magis ad onera. Ad quæ [y] accedit, quod in foedere ad bellum quodvis præsumitur ratio habita prudentiæ & pietatis ejus qui cum agitur, ut qui non modo non injuste, sed nec temere bellum suscepturus videretur.

4. Quod vero dici solet societates morte finiri, huc non adfero: Decius.
[z] pertinet enim hoc ad societates privatas, [aa] & juris est civilis. Jure lib. I. Conf. 21.
ergo an injuria [bb] Fidenates, [cc] Latini, Etrusci, Sabini a foedere discesserint mortuis Romulo, Tullo, Anco, Prisco, Servio [dd] dijudicari a nobis recte non potest, cum non exstent foederum verba. Cui non dissimilis est illa apud Justinum controversia, [ee] an civitates quæ Me- Lib. I. c.
dorum tributariæ fuerant, mutato imperio conditionem mutassent? 7.
Spectandum enim an in conventione [ff] fidem Medorum elegissent.
[gg] Minime vero admittenda est Bodini argumentatio, foedera ad Re- Lib. 5. c.
gum ult.

„um fingere posset.

„v) (ἐπιμαχίαι:) *Vid. l. 2. c. 15. §. 6. n. 3.*

„w) (ξυμμαχίαι:) Quæ sunt fœdera quibus „auxilium promittitur ad omne bellum, etiam of„fensivum. *d. c. 15. §. 6. n. 3.*

„x) (MAGIS AD ONERA:) Imo hæc quoque „fœdera favorabilem causam habent, nam offensi„va quoque bella juris tuendi causa ineuntur.

„y) (ACCEDIT RATIO QUOD IN FOEDERE AD „BELLUM QUODVIS PRÆSUMITUR RATIO HABITA „&c.) Ex hac ratione necessario sequitur omnia „fœdera belli causa inita esse favorabilia, quia „semper præsumtio est, eum cui auxilia ad quod„vis bellum promittuntur pie suscepturum id esse: „adeoque ejusmodi pacta semper erunt realia, non „vero personalia.

„z) (PERTINET ENIM HOC AD SOCIETATES „PRIVATAS:) Non ad publicas, publicæ enim so„cietates morte non finiuntur. *Vid. l. 2. c. 9. §. 8. &* „*9. c. 6. §. 4.*

„aa) (ET JURIS EST CIVILIS:) Refutavimus „hoc alibi, & demonstravimus ex ipsa naturæ ra„tione id sequi. *Vid. Dissert. proem. XII. §. 353.* „*n. 5.*

bb) (Grot.) (FIDENATES:) Vide *Dionysium Ha*„*licarnassensem* libro III. (c. 6.)

cc) (Grot.) (LATINI:) De Appulis, (Immo *Apiolanis*, DION. HALICARN. *Antiq. Rom.* III, 42) & Latinis, idem eodem libro III. de Turno Herdonio & Latinis, idem libro IV. (c. 46.) *Ammianus* libro XXVI., *Persarum rex manus Armeniis injectabat, eos ad suam ditionem ex integro vocare vi nimia properans, sed injuste; causando quod post Joviani excessum, cum quo fœdus firmaverat & pacem, nihilo (stare debeat, quo minus ea recuperaret quæ ante ad majores suos pertinuisse monstrabat.* (Cap. 4) Similia de Justiniani pactis cum Saracenis vide apud *Menandrum Protectorem.* (Cap. 12.) Adde quæ Helvetii causantur post mortem Henrici III. apud *Thuanum* libro XCVII, in anno CIↃ IↃ LXXXIX. Vide & insignem locum apud *Camdenum* in anno CIↃ IↃ LXXII, ubi de fœdere antiquo Gallorum cum Scotis.

ADDITIO.

„De Latinis vide *Liv. l. 1. c. 32.* Adde *not. ad* „*§. 14. in fin.*

„*dd*) (DIJUDICARI A NOBIS NON POTEST:) „Imo satis ex ipsa historia apparet fœdera fuisse „cum republica inita eoque perpetua, & eventus „quoque pro Romanis stetit.

„*ee*) (AN CIVITATES QUÆ MEDORUM TRIBUTARIÆ FUERANT, MUTATO IMPERIO CONDITIO„NEM MUTASSENT:) Sublato Medorum imperio „eoque post mortem Ciaxaris in Cyrum translato, „civitates a Medis olim devictæ liberas se esse assere„bant: at Cyrus eas tanquam rebelles vi & armis „subjecit. *Justin. l. 1. c. 7.* Idem contigit in regno „Germaniæ, ubi Carolingis exstinctis provinciæ „devictæ suo sibi juri restitutas esse putabant, at„que ex eo capite Bavari & Saxones libertatem sibi „vindicabant contra Francos. *B. Parens in J. publ.* „*C. 3. Sect. 1. §. 9. & sect.* 6. §. *86. & 87.* Sed & „Francica familia exstincta Bavari, Franci, ac Lo„tharingi, Saxonum se imperio, ex eadem ratione, „subjicere noluerunt. *dd. ll.*

„*ff*) (FIDEM MEDORUM ELEGISSENT:) Imo id „spectandum non est, nam cum a regibus Medis „jure belli victæ & tributariæ factæ sint, certum „est sub Medorum potestate eas fuisse, quia Rex „non suo jure jus belli habet, sed jure populi: quie„quid ergo acquirit non sibi acquirit, sed regno; „adeoque & Persis, qui in regno hoc successerunt.

gum ſucceſſores non tranſire, quia juramenti vis perſonam non exeat. [hh] Poteſt quippe juramenti obligatio perſonam tantum obſtringere, & ipſa promiſſio obligare hæredem.

5. Neque enim verum eſt quod ſumit, [ii] foedera jurejurando veluti firmamento inniti, cum plerumque in ipſa promiſſione ſatis ſit efficaciæ, cui majoris religionis cauſa jusjurandum additur. P. Valerio Conſule juraverat plebs Romana conventuros ſe juſſu Conſulis Mortuo illi ſuccedit L. Quintinus Cincinatus. [kk] Cavillantur
Lib. 3. c. 20. Tribuni quidam, quaſi non teneretur religione populus. Sequitur [ll] Livii judicium: *Nondum hæc quæ hoc tenet ſæculum negligentia Deum venerat: nec interpretando ſibi quisque jusjurandum & leges aptas faciebant; ſed ſuos potius mores ad ea accommodabant.*

§. XVII.

Sane [a] cum Rege initum, foedus manet, etiamſi Rex idem aut ſucceſſor regno [b] a ſubditis ſit pulſus. [c] Jus enim regni penesipſum manet, [d] utcunque poſſeſſionem amiſerit: quo pertinet [e] Lucani illud de Senatu Romano.

Non unquam perdidit ordo
Mutato ſua jura loco.

§. XVIII.

Contra, [a] ſi alieni regni invaſor volente vero Rege, [b] aut oppreſſor

„gg) (MINIME VERO ADMITTENDA EST HODI„NI ARGUMENTATIO:) Qui confundit promiſſio„nem cum juramento, unde diverſæ oriuntur obli„gationes.

„hh) (POTEST QUIPPE JURAMENTI OBLIGATIO „PERSONAM TANTUM OBSTRINGERE, ET IPSA PRO„MISSIO OBLIGARE HÆREDEM:) Jurans enim ſo„lus teſtem Deum invocavit, & in caſum perjurii „ejus vindictam imploravit, quæ vindicta ad hæ„redem tranſire nequit, qui non juravit: At obli„gatio ex promiſſo patrimonio jurantis inhæret, „quæ proinde cum ipſo patrimonio ad hæredes „transmittitur.

„ii) (FOEDERA JURIJURANDO VELUTI FIRMA„MENTO INNITI:) Recte Author ad hanc objecti„onem reſpondet, omnem vim obligandi conſiſte„re in pacto, in illa diſpoſitione qua jus in alte„rum transfertur, juramentum enim ſaltem majoris „ſecuritatis cauſa accedit.

„kk) (CAVILLANTUR TRIBUNI QUIDAM QUASI „NON TENERETUR RELIGIONE POPULUS:) Recte „Author cavillationem vocat factum Tribunorum: „Valerius enim non qua privatus jusjurandum exe„git, ſed ut Conſul, jure & nomine Senatus popu„lique Romani, qui nunquam moritur: idque ju„dicium fuit & populi & Livii.

„ll) (LIVII:) *L. 3. c. 20.*

a) (CUM REGE INITUM FODUS MANET, ETIAMSI REX &c. SIT PULSUS:) Hinc male Hernici fœdus cum Tarquinio ictum eo ejecto exſtinctum eſſe dixere. *D. Halic. l. 8. c. 23.*

ADDITIO.

„Merito notantur Hernici, quod Tarquinio „ejecto fœdus cum populo Romano finitum credi„derint: Fœdus enim initum erat cum rege ut „capite reipublicæ, adeoque cum rege & republica „ſimul: ſi proinde inter ſe diſſident, neutri aſſi„ſtere tenetur fœderatus, quia utrique auxilium „conjunctim promiſit. Eodem modo uti in caſu „quo pluribus civitatibus conjunctim auxilium pro„mittitur, omnibus id jure negatur ſi inter ſe diſ„ſentiunt. *Vid. ſupra c. 15. §. 13. n. 2.*

„b) (A SUBDITIS SIT PULSUS:) Quid ſi ab ex„traneo hoſte? *Vid. §. ſeq.*

„c) (JUS ENIM REGNI PENES IPSUM MANET:) „De quo *Vide ſupra l. 1 c. 4. §. 15.*

„d) (UT CUNQUE POSSESSIONEM AMISERIT:) „Aliud enim eſt jus habere, aliud poſſidere. *d. c. 4* „*§. 15.*

„e) (LUCANI:) *L. 3. v. 30.*

a) (SI ALIENI REGNI INVASOR VOLENTE REGE &c. BELLO IMPETATUR:) Fœderatus hoc caſu

pressor populi liberi, antequam sufficens populi consensus accedat, bello impetatur, nihil eo fiet contra foedus: [c] quia hi possessionem habent, jus non habent. [d] Et hoc est quod Nabidi dicebat T. Quintinus: *Amicitia & societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope rege Lacedæmoniorum justo ac legitimo facta est.* [e] Qualitates autem istæ in foederibus Regis, successoris, & similes, [f] jus proprie significant, [g] & odiosa est invasorum causa. *Livius lib. 34. c. 32.*

§. XIX.

su ex pacto & fœdere ejecto regi assistere potest, imo tenetur: nec invasor allegare fœdus potest, quia ad eum non pertinet, contractum enim cum eo est qui jus imperii habet: Nisi iovasor ex post-facto jus acquisiverit.

„*b*) (AUT OPPRESSOR POPULI LIBERI BELLO „IMPETATUR:) Fœdus enim cum popu-„lo initum est; adeoque si subditus vel extra-„neus populum illum liberum opprimit, tantum „abest ut fœderatus contra fœdus agat, ut potius vi „fœderis assistere populo teneatur.

c) (Grot.) (QUIA HI POSSESSIONEM HABENT JUS NON HABENT:) Sic Valens non accepit excusationem Gotthorum regis, qui *Procopio* purpuræ invasori auxilia se misisse dicebat: excusationem vanissimam dicit *Ammianus* libro XXVII (c. 5.) Apud Græcos scriptores eadem historia, sed sub Scytharum nomines ita enim Gotthos vocabant. Sic Justinianus negabat fœdus se rupturum cum Gizericho factum, si Gelimerem bello impeteret, qui justo regi Ilderícho cum regno libertatem eripuerat. (Apud PROCOPIUM, *Vandalic.* 1. 9.) Vide *Cardinalem Tuschum* pp. verbo Tyrannus, concl. 309, num. 6. *Cacheranum* decis. LXXIX. num 35.

„*d*) (ET HOC EST QUOD NABIDI DICEBAT T. „QUINTIUS:) *Liv. l. 34. c. 32.* Nabis erat Lace-„dæmoniensium tyrannus, cujus antecessores inju-„ria regnum occupaverunt, & Pelosgum ejecerunt: „*Liv. l. 34. c. 23.* Romani pro libertate Græcarum „civitatum bellum suscepturi, Lacedæmooem quo-„que liberam esse voluerunt; Nabis colloquio in-„stituto cum Quintio ad fœdus cum Lacedæmoniis „initum provocabat: *Cum me ipse respexi* (ait) „*eum esse spero cui & publice, sicut cæteris Lacedæ-„moniis, vobiscum vetustissimum fœdus sit: & meo „nomine privatim amicitia ac societas nuper Philip-„pi bello renovata* & mox. *Tempus autem eo me „liberabit, quod cum jam Argos haberem societas „mihi vobiscum convenit, & ut vobis mitterem „auxilia ad bellum.* Addit, *de nomine hoc respon-„dere possum. me qualiscunque sum, eundem esse „qui fui, cum tu ipse mecum Quinti societatem pe-„pegisti, tunc me regem appellari a vobis memini, „nunc tyrannum vocari video.* Denique allegat, „*jam feceram hæc qualiacunque sunt, quum socie-„tatem mecum pepegistis, & auxilia in bello adver-„sus Philippum accepistis. Liv. l. 34. c. 30.*

„Nabis igitur provocabat 1) ad fœdus antiquissi-„mum quod inter Romanos & Lacedæmonienses „intercessit: 2) ad fœdus amicitiæ cum ipso Nabide „initum: ad utrumque respondet Quintius: *Amicitia „& societas nulla tecum, sed cum Pelope Lacedæmo-„niorum rege justo ac legitimo facta est, cujus jus „tyranni quoque, qui postea per vim tenuerunt La-„cedæmone imperium, usurparunt, sicut tu quoque „fecisti &c. Nam quid minus conveniret, quam nos „qui pro libertate Græciæ adversus Philippum gere-„remus bellum, cum tyranno instituere amicitiam „&c.*

„Equidem hæc responsio ad prius quidem mem-„brum objectionis quadrat, sed nondum tollit „dubium, quod Romani cum ipso Nabide fœdus „amicitiæ contraxerint, adeoque eum legitimum „regem agnoverint: Nam responderi debuisset, Ro-„manos aliis bellis tunc districtos (*Vid. d. l. 34. „c. 32. pr.*) secutos esse possessionem, idque jure „gentium fieri potuisse *Vid. supr. l. 1. c. 4. §. pen.* „Hoc autem facto tyrannum non fieri regem legi-„timum, neque jus imperii regi exuli adimi: Si „igitur rex exul auxilium fœderati inprimis anti-„quioris, implorat, agnitio fœderati, qui solam pos-„sessionem sequitur, non impedit quo minus vero „regi contra tyrannum assistere possit: nec contra „fœdus cum tyranno initum hactenus aliquid egisse „videtur, quia alia causa est: Exemplum recens „exstat in Carolo IX. qui Pisanos, in quos Floren-„tini imperium usurparunt, liberos esse jussit, non „obstante fœdere cum Florentinis inito. *Belcar. „rer. Gall. l. 5. Commina. l. 7. c. 7.*

„*e*) (QUALITATES AUTEM ISTÆ:) Nimirum „amicitia & societas.

„*f*) (JUS PROPRIE SIGNIFICANT:) Nam amici-„tiam & societatem cum vicinis gentibus contra-„here ad jus imperii pertinet.

„*g*) (ET ODIOSA EST INVASORUM CAUSA:) Au-„ctor fœdus cum Usurpatore initum ideo non esse „reale ait, quia causa invasorum est odiosa; Eo „autem casu fœdera esse personalia dixit supra §. 16. „*n.* 3. Vera ratio cur fœdus tale deficiat cum ipso „invasore hæc est, quia deficit facultas moralis „contrahendi: actus enim ejus non valent nisi qua-„tenus in possessione est; cessante igitur possessio-„ne omnis ejus facultas desinit.

(AD §. XIX.) Quæritur si præmium promissum sit ei qui primus mœnia ascenderit, & duo simul

ascen-

§. XIX.

Apud Plutarch. De Stoic repugn. p 1045. D.

Tractaverat olim Chryſippus hanc quæſtionem, an præmium promiſſum ei qui primus ad metam perveniſſet, debeatur utrique ſi ſimul pervenerint, [a] an neutri. [b] Et ſane vox primi ambigua eſt, nam aut eum ſignificat [c] qui omnes antecedit, [d] aut quem nemo. Sed [e] quia virtutum præmia favorabilia ſunt, verius eſt concurſuros ad præmium, quamquam liberalius [f] Scipio, Cæſar, Julianus, his qui pariter muros aſcenderant [g] ſolida præmia tribuerunt. Et hæc quidem dicta ſunto de interpretatione ea, quæ [h] verborum ſignificationi proprie vel improprie aptatur.

§. XX.

Everb in loco a ratione legis ad reſtrictionem, & in loco a ratione legis ad extenſionem.

1. Eſt & aliud interpretandi genus [a] ex conjecturis, extra ſignificatio-

ascendunt, cui debeatur præmium? Quidam putant unicuique in ſolidum deberi Conſ. *Puffend. l.* 5. *c.* 12. §. 14. At rectius dicendum dividi debere inter utrumque: quia jam duo primi ſunt: Nam primus non tantum eſt is qui omnibus aliis prior eſt, ſed & quo nemo alius eſt prior, licet par: & hoc ſenſu plures poſſunt eſſe primi, & illis ſimul idem præmium debetur: Eodem modo uti ſumma poteſtas pluribus ſimul competere poteſt; quia ſumma dicitur non tantum quæ omnibus aliis ſuperior, ſed & qua nulla alia eſt ſuperior, etſi æqualis adſit. *Vid. L.* 1. *c.* 3. §. 7.

„*a*) (AN NEUTRI:) Quod Carolus V. fecit „apud *Jov. Hiſt.* 44. *p. m.* 512. Ne odium ſimulta„tes, & ſeditionem excitet:

b) (Grot.) (ET SANE VOX PRIMI AMBIGUA EST:) Vide *Alber cum de Roſato* de ſtatutis qu 106. & 107

„*c*) (QUI OMNES ANTECEDIT:) Adeoque qui „nec ſuperiorem nec æqualem habet.

„*d*) (AUT QUEM NEMO:) Adeoque qui ſupe„riorem non habet, licet æqualis adſit.

„*e*) (QUIA VIRTUTUM PRÆMIA FAVORABILIA „SUNT, VERIUS EST CONCURSUROS AD PRÆMI„UM:) Interpretatio hæc non oritur ex favore „virtutis, ſed ex communi loquendi more, quia „omnibus qui primi ſunt idem præmium debetur: „Hinc corona quam uterque meruiſſe videtur „utriusque nomine Deo conſecrari ſolebat. *Sen.* „*ep.* 83. *Ovid.* 13. *Met.* 381. *Gron. h.*

f) (Grot.) (SCIPIO:) Capta Carthagine nova in Hiſpania. (Refert id *Livius*, XXVI, 48. Adde *Excerpta* ex *Dione Caſſio*, pag. 602. inter *Exc. Valeſ.* J. B.)

„*g*) (SOLIDA PRÆMIA:) Id virtutis eſt non juris.

„*h*) (QUÆ VERBOROM SIGNIFICATIONI APTA„TUR:) Nam ſigna ex quibus mens colligitur Au„thori ſunt duum generum, *verba & conjecturæ* „*alıæ ſupr.* §. 1. *n.* 2. Hactenus egit de verbis, „quæ aut ſcorſim conſiderantur non aſſumtis con„jecturis, *d.* §. 1, *n.* 2. & §. 2. vel aſſumtis conje„cturis §. 3. *ſeq.* Jam ſequitur interpretatio quæ „fit extra verborum ſignificationem *ex aliis conje*„*cturis: d.* §. 1. *n.* 2. *junct.* §. *ſeq.*

a) (EX CONJECTURIS EXTRA SIGNIFICATIONEM VERBORUM:) Extenſio diſpoſitionis fit aliquando ad non dicta, ſi voluntas aliter quam ex verbis appareat: nam extenſio diſpoſitionis eſt alia diſpoſitio, quæ non obligat niſi ſuis ſignis declarata: Equidem interpretatio hic non fit ex favore vel odio, ſed 1) ex ratione totali quæ movet voluntatem, hæc autem non vult niſi quatenus mota: 2) ex materia propoſita, quia de eo negotio non alio eos agere patet: 3) ex aliis circumſtantiis, factis &c. *Vid.* §. 22. *ſeq.*

Hinc quæritur an ſilentium ſit pro conſenſu? Negatur: (1) quia ex nudo ſilentio non fit clara voluntas: (2) quia ſilentium non eſt diſpoſitio, ſed ejus negatio. (3) Hinc qui tacet nec negare nec affirmare dicitur. *Leg.* 142. *ff. Reg. jur. c.* 44. *Eod. in* 6 Apud Curtium *l.* 10. *c.* 8. ſilentium opponitur aſſenſui: Rex enim Philippus Alexandri M. ſucceſſor, cum Perdiccas 300. milites Elephantis objeciſſet, tacendo dicitur nec prohibuiſſe nec autorem facti fuiſſe. *d. l.* 10. *c.* 9. *in f.*

Exc. (1) ſi factum vel circumſtantia acceſſerit unde conſtet de conſenſu, quia tunc non ex ſilentio, ſed ex natura facti vel circumſtantiarum de voluntate conſtat. Sub facto autem continetur quoque non factum, quod fieri debuit, vel cujus agendi cauſa fuit: Ex eo igitur ſequitur conſenſus vel diſſenſus, ſi alia cauſa probabilis non apparet. *l.* 2. *pr. ad Municip. l.* 16. *Sc.* Maced. *l.* 28. *V. S. Curt. l.* 10. *c.* 9. *in f.*

Meleager ſilentium regis, Perdicca capto, pro imperio accepit: *Curt. d. l.* 10. *c.* 8. Rex ipſe ſe juſſiſſe fatetur, ſed inductum a Meleagro eſſe dixit Romani Pœnis, cauſantibus fœdus cum Aſdrubale initum privato conſilio non obligare, opponunt tot annorum ſilentio id probatum fuiſſe, & ne mortuo quidem Aſdrubale quicquam mutatum. *Liv. l.* 21.

„*l.* 21. *c.* 19. *Conf. Caf. bell. civ. l. 1. c.* 1.

Exc (a) si agitur de præjudicio ejus qui filet, tunc enim alius finis filentii non est nisi assensus, habet enim causam loqnendi. *Cnnf. l.* 2. *pr. ad Munic.* Naturale quippe est ut quisque quod præsenti nocet prohibeat, & contradicat: unde si potest prohibere nec facit hoc ipso permittit.

ADDITIO.

„Materiam de filentio, & quatenus ex eo infe„ratur voluntas, uberius explicavit B. Parens in *Disput.* „*de filentio:* Cujus verba hæc sunt:

„Silentii in se nulla vis est aut efficacia, nul„lumque sive in natura sive in jure effectum habet, „cum mera negatio sit, qua quis dicitur non loqui; „tantum abest, ut ex eo solo consensus vel dissen„sus, tantumque præjudicium inferri possit.

„Quin contraria potius in utroque jure regula, „& merito, posita est; *Quod qui tacet,* „*neque consentire, neque dissentire videatur.* „*l.* 142 *ff. de Reg. Jur. c.* 44. *eod. in* 6. „Nam & consensus & dissensus animi externis „signis declarari debent, qualia nulla sunt in muto „filentio.

„At accedunt quædam nonnunquam filentio ex „quibus consensus vel dissensus colligitur; uti in„primis, quando factum aliquod seu actio cum „filentio concurrit, eique conjuncta est; facta „enim & actiones non minus quam sermo ipse „agentium vel consensum vel dissensum explicant; „*nihilque interest, expresse suffragio quis, an re*„*bus ipsis & factis voluntatem suam declaret:* quæ „sunt verba *l.* 32. *§.* 1. *ff. de legib.* Quæ quidem „vel sola sanæ rationationi sufficere possunt, sed „paulo plenius tamen explicanda.

„Vix vero est ut noceam, consensum non „magis ex facto, quam ex verbis ipsis ostendi posse, „nisi necessaria & ad substantiam omnis veri con„sensus, (qualis etiam tacitus est, seu qui ex facto „infertur) pertinentia requisita adfuerint, quæ im„primis sunt *scientia* & *voluntas.*

„Primum igitur velle non potest, qui nescit; „*l.* 76. *ff. de Reg. Jur. l.* 48. *§.* 3. *Furt. l.* 2. *in* „*fin. ff. sol. matr.* nec proinde pro consensu haberi „filentium ignorantis rem suam geri, etsi præsens „sit; atque adeo, si quis quidem te præsente & „tacente negotia tua gerat, sed vel ignores geri „negotia, vel id quidem videas at nescias ad „ te ea pertinere, filentium hoc pro consensu „non erit, nedum pro mandato, quod consensu „constat. Unde etsi te præsente, sciente ac ta„cente transigatur, vel sententia inter alios feratur, „non tamen id tibi præjudicat, si nesciveris rem „ad te pertinere. *Covarr. Pract. quæst. cap.* 13. *n.* „7. *§. Ex quibus vers. Tandem in summa Gail. t.* „*Obs.* 12. *n* 26. Quodsi ergo id quoque haud la„teat, & taceas, in negotium ipsum quidem con„sentire videris, sed si error tamen in negotio „ejusve circumstantiis inciderit, non magis ille hic, „quam in verbali consensu præjudicat. Hinc, si „cognatus cognato, qui jus retractus habebat, sci„ente & patiente fundum vendiderit vilissimo „pretio, & ille tanti venditum iri nesciverit, ad „huc retrahere potest, uti in collegio facultatis „respondimus anno 1679. in causa H. uxorio no„mine contra L. Idemque est, si alia damni peri„culive circumstantia adfuerit, quam is, qui tacet, „sciebat, ceu non semel respondi de facto consultus.

„Alterum, quod requiritur, est *voluntas,* quip„pe quæ consensum constituit. Ea autem quo„modo ex facto, quod filentio conjunctum est, „eliciatur, præcipuæ nunc quæstionis est. Et pri„mo quidem certum est, hoc ipso dum agimus „ultro, velle nos id ipsum quod agimus, & quic„quid actui illi necessario cohærere novimus: cum „illud, quod ita igitur, nihil aliud sit, quam actio, „quæ a voluntate nostra proficiscitur. Hinc in „criminalibus quoque, etsi ea probationes certissi„mas desiderent, sufficit tamen probari saltem fa„ctum, quo ipso etiam probatur dolus seu vitiosi„tas, quæ facto illi necessario inest atque cohæret: „v. g. si patet ultro occisum a privato hominem, „necessario etiam patet animus occidendi, & do„lus inde non præsumitur, sed demonstratur. Idem„que est in aliis factis sua natura criminosis, uti „quod injuriam necessario infert: eo enim proba„to, adeo voluntas injuriandi simul probatur, ut „nec valeat protestatio in contrarium; ceo deci„sum refert *Guid. Pap. decis.* 465. *n* 1.

„Non tantum autem id volumus quod absolute „actui, quem gerimus, cohæret, sed & quod fa„cile accidere inde posse omnino novimus in „eventum si id accidat: ita in duellis non quidem „necessario cædes alterutrius sequitur; at constat „sequi posse, adeo ut nemo suscipere duellum „queat, quin hunc quoque casum cogitet; In il„lam cædem igitur, si secuta fuerit, consensit „qui in duellum consensit, & sufficit hoc solum „probari, non animum. Sunt vero & tales actus, „in quibus contingere quidem cædes v. g. potest, „sed adeo indirecte nec ex intentione actus, ut „dubitari saltem possit an percussor de cæde co„gitaverit: Uti si invento forte instrumento, eum „percutere vellet, in eam partem ictus incidit qua „facile vita solvitur, & homo periit: Certum est „enim fieri id posse citra ullam intentionem feri„entis, ac proinde probato tali facto animus occi„dendi non probatur, præsumtio autem in crimi„nalibus non sufficit. Necessum ergo & tutius „mihi videtur in re tanti præjudicii extraordina„riam pœnam statuere. *per l.* 1. *§.* 3. *vers. Quodsi* „*clavi. l. ult. vers. Quod si validis. ff. ad l. de Sicar.* „Sane si quis rei licitæ operam dederit, & v. g. sclo„peto ludens astantem forte trajecerit, constat de„lictum non esse, sed culpam, cui carceris vel tem„porariæ relegationis pœnam in collegio facultatis „decretam memini.

„Atque ita consensus non ex filentio, sed ex „ipsius facti evidentia certius longe quam ex ullo „verborum apparatu constat. Præterea vero in„notescit quoque consensus ex facti cujusque fine, „quippe qui est ipsa intentio & voluntas agentis: „Quod in duobus actuum generibus tractari pot„est: Aut enim ipsi id agimus, aut alius in re „nostra nobis contradicentibus; & utroque casu, „si finis nostræ actionis vel omissæ contradictionis „certus ac necessarius est, certa quoque est volun-

ficationem verborum, [b] eorum scilicet quibus promissio continetur: idque duplex, [c] vel extendens vel coarctans. [d] Sed quæ extendit interpretatio difficilius procedit, facilius quæ arctat. Nam sicut in rebus omnibus, ut effectus non sequatur [e] satis est unam deesse causarum, ut nascatur omnes convenire oportet; [f] ita & in obligatione conjectura extendens obligationem non temere admittenda est: [g] multoque hic difficilius quam in casu de quo supra dicebamus, etsi minus receptam admittunt. Nam hic extra verba promittentia conjecturam quærimus, [h] quæ valde certa esse debet ut obligationem inducat, [i] nec ratio similis sufficit, [k] sed oportet eadem sit; [l] nec id semper satis est, ut diceamus, ex ratione faciendam extensionem quia & modo dicebamus [m] sæpe ratio ita movet, ut voluntas tamen

„tas. Si vero probabilis tantum, & plures dari si„nes possint, præfertur probabilior & regularior, „& verosimilis saltem est voluntas.

„B. Parens exemplis hoc illustrat tum in pro„priis actionibus, *dict. diss.* §. 9. *seq.* tum quando „alius agit in re nostra, vel nostro nomine. *ibid.* „§. 13. *seq.* Exceptiones autem proponit *ibid.* §. „16. *seq.*

„Regula igitur generalis est, *silentium jure na„turæ non inferre consensum.* Idque verum esse „existimamus, etsi signa quædam accedant, quæ „conjecturam voluntatis faciunt, imo etsi de præ„judicio silentis agatur: Si enim alter negat se si„lendo consensisse, quis judex erit inter duas gen„tes? Jus meum non desinit, nisi certa voluntas „deserendi appareat: non autem apparet si alia „silentii ratio dari potest, forte quod tuto contra„dicere non potuerint, quod ignoraverint jus meum „&c. Illustre exemplum allegavimus in causa Bra„gantina *supra l. 2. c. 4. pag. 519.* Et in causa Lingensi „*supra l. 2. c. 4. §. 1. pag. 508 & l. 1. c. 4* §. 15. *pag. 368.*

„Excipe si ex actionis fine necessario de con„sensu constet: Si proinde Princeps vicino par„tem territorii cedit, & agnatus, qui jus succedendi „habet, guarantiam promittit, ipse quoque juri suo „renunciasse censetur. Pari ratione is qui reddit „chirographum creditori, ipsum debitum remisisse „censetur. Conf. *l. 2. c. 4.* §

„*b*) (EORUM SCILICET QUIBUS PROMISSIO CON„TINETUR:) Imo si significatio verborum, quibus „promissio continetur, dubia est, nullus interpreta„tioni superest locus: Non enim ex verbis constat „de consensu, neque ex conjecturis, quæ fallere „possunt.

„*c*) (VEL EXTENDENS VEL COARCTANS:) Neu„tra voluntatem infert;

„*d*) (SED QUÆ EXTENDIT INTERPRETATIO DIF„FICILIUS PROCEDIT:) Imo plane non procedit, „sive extendat sive arctet.

„*e*) (SATIS EST UNAM DEESSE CAUSARUM:) „Sensus est, quod ideo obligatio in dubio non sit „extendenda, quia ut effectus nascatur plures cau„sæ convenire debent, cum, ut non nascatur, una „sufficiat. At dictum jam est obligationem nun„quam extendi vel coarctari si de verbis vel mente „disponentium non constet adeoque si dubia est, nihil „actum videtur. Sed & ratio illa vera non est, „*plures causas convenire debere ut effectus nascatur:* „Nam una sufficit, scilicet voluntas disponentium, „qua non probata, uti non probatur ex conjectu„ris, deficit dispositio, nec interpretatio, sive ex„tensiva sive coarctans, hic locum habet.

„*f*) (ITA ET IN OBLIGATIONE CONJECTURA „EXTENDENS NON TEMERE ADMITTENDA EST:) „Author id deducit ex præcedenti ratione, quia ut „effectus non sequatur sufficit unam deesse causa„rum: quæ consequentia?

„*g*) (MULTOQUE HIC DIFFICILIUS QUAM IN „CASU DE QUO SUPRA DICEBAMUS &c.) Scilicet „§. 4. *n. 2.* ibi enim verba ipsa ex conjecturis as„sumtis interpretationem recipere fingit, quam ra„tionem hic cessare putat, ubi extra verba ex meris „conjecturis interpretatio fit: At dictum jam est „hæc omnia gratis dici.

„*h*) (QUÆ VALDE CERTA ESSE DEBET UT OB„LIGATIONEM INDUCAT:) Sed tunc non est con„jectura, verum declaratio ipsa voluntatis certa.

„*i*) (NEC RATIO SIMILIS SUFFICIT:) Quia de „simili casu dispositum non est, eoque cessat vo„luntas: Hinc si quis militi, qui brachium bello „amiserit, 100 promisit, miles altero postea brachio „amisso, alia 100. petere non potest, etsi ratio si„milis sit.

„*k*) (SED OPORTET EADEM SIT:) Hinc regula, „*ubi eadem est ratio ibi idem jus*, naturalis est.

„*l*) (NEC ID SEMPER SATIS EST UT DICAMUS „EX RATIONE FACIENDAM EXTENSIONEM:) Va„rias enim limitationes hujus regulæ, etiam jure „civili dari, patet ex traditis a Barbosa *loc. com* „*voce, ratio.*

„*m*) (SÆPE RATIO ITA MOVET UT VO„LUNTAS TAMEN SIT CAUSA PER SE SUFFICI„ENS &c.) sic causa, cur fœminæ postulare pro„hibebantur, erat Carsania fœmina improbissima:

„at

tamen sit causa per se sufficiens, etiam sine ratione illa.

2. Ut ergo talis extensio recte fiat, opus est ut constet rationem, sub quam venit casus quem volumus comprehendere, *n* esse causam unicam & efficacem qnæ promittentem moverit, *o* eamque rationem ab eo consideratam in sua generalitate, *p* quia alioqui promissio futura fuisset iniqua aut inutilis Hæc quoque pars tractari solet *q* a Rhetoribus in loco περὶ ῥητȣ̃ καὶ διανοίας, cujus speciem unam ponunt, quoties semper eandem sententiam dicimus; sed & alter locus *r* κατὰ συλλογισμὸν *per ratiocinationem* huc pertinet: nimirum *s* ubi ex scripto ducimus quod scriptum non est, ut loquitur Quintilianus. Et quæ a jurisconsultis traduntur *t* de his quæ in fraudem fiunt.

3. Exemplum sit *u* in pactione, ne quis locus muris cingatur, facta eo tempore cum non aliud esset muniendi genus. Is locus ne aggere quidem cingi poterit, *v* si satis constet prohibendi muros unicam fuisse causam ne muniretur is locus. Vulgo solet exemplum adferri

„at licet fœmina quædam sit non improba, tamen „ratio prohibitionis durat:

„*n*) (ESSE CAUSAM ONICAM ET EFFICACEM „QUÆ PROMITTENTEM MOVERIT:) At tunc non „est extensio voluntatis ex conjecturis, sed ipsa vo„luntas declarata per rationem.

„*o*) (EAMQUE RATIONEM AB EO CONSIDERA„TAM IN SUA GENERALITATE:) Ita ut licet ver„bis certa species promissa sit, tamen ex ratione „movente unica genus ipsum comprehendatur.

„*p*) (QUIA ALIOQUI PROMISSIO FUTURA FUIS„SET INIQOA AUT INUTILIS:) Illustratur mens „Grotii n. seq. exemplo eius cujus interest ne vici„nus locus muniatur, atque ideo cum domino „loci convenit: *ne muris cingatur*. Hoc casu lo„cus ille oec aggere, nec fossis, muniri potest, si „enim alio modo muniretur, inutilis foret pro„missio:

„*q*) (A RHETORIBUS:) Vid. *Quintil. l. 3. 6.*

„*r*) (κατὰ συλλογισμὸν:) *Quintil. Inst. 7. 8.*

„*s*) (UBI EX SCRIPTO DUCIMUS QUOD SCRI„PTUM NON EST:) i. e. ubi ex idenditate ratioois „certa voluntas disponentium eliciter.

t) (Grot.) (DE HIS QUÆ IN FRAUDEM FIUNT:) Bene *Seneca* excerptis controversiarum VI, 3. *Circumscriptio semper crimen sub specie legis involvit: quod apparet in illa, legitimum est: quod latet, insidiosum. Quintilianus* cootroversia (immo *Declamat.*) CCCXLIII. *Neque enim unquam decurritur ad hanc legem* (nempe de circumscriptione) *nisi cum rectum jus nequitia exclusum est.* Exemplum habes apud *Plinium* historiæ naturalis libro XVIII. *Quippe etiam lege Stolonis Licinii incluso modo* ɔ *jugerum & ipso sua lege damnato, cum substituta filii persona amplius possideret.* (Cap. 3.) Est eadem historia apud *Valerium Maximum* VIII, c. VI, 3. Vide aliud exemplum apud *Tacitum* aonalium XV. (Cap. 19.) de fictis adoptionibus. Aliud in novella Emanuelis Comneni, quæ est in jure Græco-Romano.

ADDITIO.

„Juxta principia Authoris promissio dolo elicita „nulla est, quia causa unica quæ promittentem „movit, propter dolum alterius cessat, adeoque „promissio hoc ipso fit illicita & iniqua: Idque „Author deducit ex conjectura extendente quæ ex„tra verborum significationem obtinet: At obscura „hæc admodum sunt, nec rem explicant.

„Promissio dolo elicita semper valet, consen„sus enim adest: Quod vero deceptus separata „actione de dolo agere possit, id non oritur *ex in„terpretatione extensiva, quæ ex conjectura extra „verborum significationem continetur*, sed quia de„cipiens jus alterius læsit, quod reparare tenetur. „*Vid. Cap. seq.*

u) (Grot.) (IN PACTIONE NE QUIS LOCUS MURIS:) Fuscus *Arellius* in controversia, quæ est apud *Senecam* decima libro II. *Hunc enim annuum fuisse sine dubio jurantium, ut vi non deducerentur, cum illud quoque caverint, ne morte dividerentur.*

*) (IS LOCUS NE AGGERE QUIDEM CINGI POTEST:) Unica enim & sola pacti ratio est ne muniatur locus; etsi igitur una saltem munimenti species sit expressa, intentio tamen efficax hæc est, ne impetus fiat ex loco firmo ac periculoso. Idem autem impetus fieri potest sive aggere cingatur, vel alio modo muniatur:

„*v*) (SI SATIS CONSTET PROHIBENDI MUROS „UNICAM FUISSE CAUSAM &c.) Secus igitur si „partes de certa saltem munimenti specie cogita„verunt, & de eo constet.

adferri de conditione, ſi poſthumus ſit mortuus, ab eo ſcripta qui poſthumum omnino exſpectabat, ut [w] ſententia diſpoſitionis producatur ad eum caſum, ſi poſthumus natus non eſſet, quia conſtet voluntatem loquentis motam fuiſſe conſideratione non exſtituræ prolis: quod ipſum non [x] apud juriſconſultos tantum, ſed & [y] apud

Lib. 1 c. 39. & II. c. 32. de Orat. Bruto: c. 52. 53. Ciceronem, & Valerium Maximum invenire eſt.

4. Cicero cauſam hanc adfert [z] oratione pro Cæcinna: *Quid? verbis ſatis hoc cautum erat?* [aa] *minime. Quæ res igitur valuit?* Cap. 20. [bb] *voluntas: quæ ſi tacitis nobis intelligi poſſet verbis omnino non uteremur: quia non poteſt, verba reperta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntatem.* Mox in eadem oratione dicit idem jus eſſe, ubi perſpicitur [cc] una atque eadem cauſa æquitatis, id eſt rationis quæ ſola moverat: [dd] Ita interdictum, *unde tu me vi dejeceris hominibus coactis armatisve*: locum habere adverſus omnem vim quæ ad caput & vitam pertineat. Cap. 20 *Ea enim*, inquit, *plerumque fit per homines coactos armatosque:* [ee] *quæ ſi alio conſilio, eodem jure eſſe voluerunt.* In declamatione patris [ff] Quintiliani exemplum hoc eſt. Decl. 350. [gg] *Cædes videtur ſignificare ſanguinem & ferrum: ſi quis alio genere homo fuerit occiſus, ad illam legem revertemur. Si inciderit in latrones,* [hh] *aut in aquas præcipitatus, ſi in aliquam immenſam altitudinem dejectus fuerit, eadem lege vindicabitur qua ille qui ferro percuſſus ſit.* [ii] Similis

„w) (UT SENTENTIA DISPOSITIONIS PRODUCA„TUR AD EUM CASUM &c.) Introducto jure ci„vili teſtamentorum uſu, verum eſt eum qui hæ„redem ſub conditione inſtituit, *ſi poſthumus*, quem „ſperat, *morietur:* eundem quoque inſtituiſſe vi„deri in caſum, *ſi non naſcetur poſthumus.* Quia „finis & intentio teſtatoris eſt ſibi hæredem facere „in caſum non exſtituræ prolis.

„x) (APUD JCTOS:) §. 1. *Inſt. de exhær. lib.*

y) (Grot.) (APUD CICERONEM:) Etiam de inventione II. (c. 42.)

„z) (ORATIONE PRO CÆCINNA:) *Add. Cic. l.* „*2. de orat. 16.*

„aa) (MINIME:) Nam de caſu, ſi poſthumus „natus non eſſet, nihil dixit teſtator.

„bb) (VOLUNTAS:) Quia loquentis voluntas mo„ta fuit conſideratione non exſtituræ prolis. *Vid.* „*n. 3.*

cc) (Grot.) (UNA ATQUE EADEM CAUSA ÆQUITATIS:) Sic in ſponſam alterius adulterium committi probat *Philo* de ſpecialibus legibus, addita cauſa: *αἱ γὰρ ὁμολογίαι τοῖς γάμοις ἰσοδυναμοῦσι* (Pag. 788. A.) *Idem valent ſponſalia quod nuptiæ.* Sic in lege per Moſem data ſub bovis nomine intelliguntur omnia animantia manſueta: ſub nomine putei foſſa quævis, *Exodi* XXI, 28. & 35. *Chaſſanæus* Catalogo Gloriæ mundi V. parte, conſid. 49.

„dd) (ITA INTERDICTUM:) Deſumtum hoc „eſt ex eadem oratione pro Cæcinna: quærebatur „nimirum an Cæcinna ex interdicto *unde vi* ſit „reſtituendus? Negabat Æbutus, adverſarius, ſe „vi Cæcinnam dejeciſſe, ſed coadunatis hominibus „ſaltem obſtitiſſe ne ingrediatur: Cicero autem „probat rationem legis quoque obtinere in eo qui „repellit dominum fundum ſuum ingredi volen„tem: *Quid ergo*, ait, *hoc interdictum putamus* „*eorum eſſe cauſa compoſitum qui ſe præcipitatos ex* „*loco ſuperiori dicerent? eos enim vere poſſumus* „*dicere dejectos: an non eum voluntas & conſilium* „*& ſententia interdicti intelligatur:* Conf. *ſupr.* „*§. 12. n. 1.*

„ee) (QUÆ SI ALIO CONSILIO EODEM PERICU„LO FACTA SIT, EODEM ESSE JURE VOLUERUNT:) „Nam vis quoque eſt, cum vi impeditur fundum „ſuum ingredi.

„ff) (QUINTILIANI:) *Declam.* 274.

„gg) (CÆDES VIDETUR SIGNIFICARE SANGUI„NEM ET FERRUM:) Cædes enim dicitur a Cæ„dendo, quod ferrum ſupponit & ſanguinis effuſio„nem.

„hh) (AUT IN AQUAS PRÆCIPITATUS:) Ratio „enim pœnæ eſt interfectio hominis, adeoque hæc „ratio conſideratur quocunque modo homo interficiatur:

„ii)

ii Similis est argumentatio Isæi oratione de Pyrrhi hæreditate, cum ex eo quod testamentum Attica lege vetitum esset fieri filia invita, infert, ne adoptionem quidem ea invita permitti.

§. XXI.

Atque hinc solvenda est celebris illa quæstio, quæ & apud Gellium est, a de mandato, an impleri possit non per idem, sed per aliud æque utile, aut utilius quam erat id quod mandator præscripserat. Id enim ita demum licet, si constet quod præscriptum erat b non præscriptum fuisse sub speciali sua forma, c sed sub consideratione generaliore quæ aliter quoque obtineri possit: quomodo eum d qui fidejubere erat jussus, mandare posse creditori ut tertio pecuniam numeret, a Scævola responsum est. Cæterum ubi de eo non satis constat, retinendum est quod apud Gellium eo loco legitur, e dissolvi imperantis officium, si quis ad id quod facere jussus est non obsequio debito, sed consilio non considerato respondeat.

Lib. 1. c. 13.

L. ult. D. Mandati.

§. XXII.

„ii) (SIMILIS EST ARGUMENTATIO:) Nam „mens, ratio & intentio legis est ne filiæ invitæ „auferatur hæreditas, auferretur autem æque per „adoptionem ac per hæreditatem. Lucianus in „declamatione quæ inscribitur *tyrannicida*, hunc „casum defendit. *Lex est, Tyrannicida præmio afficiatur: est qui in arcem ascenderit ut tyrannum „necaret; Ast tyrannum non reperit sed filium ejus, „quem etiam interemit relicto in vulnere gladio. „Adveniens mox tyrannus, ut filium vidit occisum „præ dolore animi eodem se gladio occidit. Is qui „filium tyranni sustulerat præmium petit tanquam „tyrannicida.* At hæc magis oratorio modo quam „vere proponuntur.

a) (DE MANDATO AN IMPLERI POSSIT, NON PER IDEM SED PER ALIUD ÆQUE UTILE:) Celebris hæc est quæstio, an mandatum per æquipollens impleri possit? Negatur: quia omnis actio ejus cui mandatur dependet a vi mandati, quicquid igitur verbis mandati expressum non est, non est mandatum, & mandans, talia agens, excederet terminos mandati sibi positos.

Excipe si ex ratione mandati, vel ex intentione mandantis, appareat eum non certo modo mandatum impleri voluisse: Ita qui ex hostili territorio monstrata certa via prædam capere jussus est, potest breviori commodiori & tutiori via oti, nec tum violasse mandatum censetur: Qui enim majus vult, etiam vult minus. Ita implevit mandatum qui pro 100 emere jussus, emit pro 50.

ADDITIO.

a „In dubio tutius est verbis mandati inhærere, „speciatim ubi de causis maximi momenti agitur. „*Thuanus l. 16. p. m. 329.* ait, *ne ulterius nostri eas „insequerentur, causa fuit regis mandatum, cui „dum obsequitur Nivernius tam pulchram occasionem elabi passus est.* Alia exempla vide apud eundem Thuanum *l. 12. p. 238. l. 49. p. 1015. Grot. „l. 7. c. 10. l. 8. c. 35. Puff. l. 5. c. 4. §. 5.*

„b) (NON PRÆSCRIPTUM FUISSE SUB SPECIALI „SUA FORMA:) Adeoque ubi modus quidem ex„primitur, sed magis in vicem consilii. & quod „mandans putat rem commodissime ita posse ex„pediri, ot tamen mandatario non sit prohibitum „sua uti dexteritate, si commodior apparuerit mo„dus ubi in rem præsentem fuerit perventum. *Puff. „d. §. 5.*

c) (Grot.) (SED SUB CONSIDERATIONE GENERALIORE:) *Quintilianus* cootroverf. (Immo *Declam.* CCLVII.) *Servi quadam liberius ex bona mente faciunt, & aliquando indicium fidei putant pretio emta mancipia, non paruisse.* Exemplum habes in excerptis legationum in illa parte, quomodo legationes obeundæ accipiendæque sint; & in iis quæ Johannes Justinianeorum ducum unus fecit contra Belisarii verba, Gothicorum II, & IV. (Scilicet apud PROCOP. L. II. c. 10. & *Hist. Misc.* c. 23)

„d) (QUI FIDEJUBERE ERAT JUSSUS MANDA„RE POSSE CREDITORI:) Nam ratio iotentio & „finis Lucii Titii mandantis erat, ut Gajus Publio „Mevio pecuoiam procuraret a Sempronio, sive „Gajus fidejussorem det Sempronio, sive pro Me„vio ipse caveat apud creditorem, sive creditori „Mandet ut Publio Mevio solvat. *l. f. §. f. Mand.*

„e) (DISSOLVI IMPERANTIS OFFICIUM:) In du„bio consultum magis erit mandatario verba man„dati sequi, idque prudentia suadet: Tunc enim nul„la contra mandatarium actio est mandati qui fines

 „non

§. XXII.

[a] Restringens interpretatio extra significationem verborum quæ promissionem continent, [b] ut ex defectu petitur originario voluntatis, [c] aut ex casus emergentis repugnantia cum voluntate. Defectus voluntatis originarius intelligitur [d] ex absurdo, quod alioque evidenter sequeretur; ex cessatione rationis [e] quæ sola plene & efficaciter movit voluntatem; [f] & ex materiæ defectu. [g] Primum in eo fundamentum habet, [h] quod nemo credendus est velle absurda.

§. XXIII.

[a] Secundum, ex eo [b] quod contentum in promissione, ubi ratio talis additur, aut de ea constat, non consideratur nude, sed quatenus sub ea ratione venit.

§. XXIV.

[a] Tertium, in eo [b] quod materia de qua agitur semper intelligen-

„non excedit, cum econtrario is qui per æquipollens implet, mandanti ansam præbeat improbandi factum, inprimis si minus felix exitus fuerit: „Exemplum est apud Gellium *l. 1. c. 13.*

„a) (RESTRINGENS INTERPRETATIO:) Author „enim interpretationem ex conjecturis extra verborum significationem duplicem facit, vel extendentem vel coarctantem. §. *20. n. 1.* De priori hactenus, nunc de posteriori: ubi repetenda sunt „ea quæ ad initium §. 20. diximus.

„b) (AUT EX DEFECTU PETITUR ORIGINARIO „VOLUNTATIS:) Uti si absurda est voluntas, si „cessat ratio, vel si subjecta materia aliam voluntatem infert.

„c) (AUT EX CASUS EMERGENTIS REPUGNAN„TIA:) De quo §. 26. agetur.

d) (EX ABSURDO QUOD ALIOQUI EVIDENTER SEQUERETUR:) Si verba generalia sunt in genere intelligi debent, nisi aliunde constet quod plus dixerit quam voluerit, uti si absurda esset voluntas. Nam is status naturæ est, quo ponitur, quod homo sanus sana loquatur. *Vid. tamen §. 6. & §. 12.*

e) (Grot.) (QUÆ SOLA PLENE ET EFFICACITER MOVIT VOLUNTATEM:) Exemplum in l. *Adigere 6, §. quamvis. 2. D. de jure patronatus.*

ADDITIO.

„In dispositionibus enim intentio agentium „inspicitur, quæ ex causa & ratione apparet: „cessante igitur ratione, deficit intentio disponentium. *Vid supr. §. 8.*

„f) (ET EX MATERIÆ DEFECTU:) Quoties igitur verba generalia non possunt applicari subjectæ materiæ, restringitur dispositio ad materiam „specialem. *Vid. supr. §. 5.*

„g) (PRIMUM:) Scilicet defectus voluntatis ori„ginarius ex absurdo:

„h) (QUOD NEMO CREDENDUS EST VELLE AB„SURDA:) Homo enim sanus non nisi sane dispo„nere voluisse videtur. *Vid. tamen d. §. 6. & 12.*

„a) (SECUNDUM:) Defectus scilicet originarius „ex cessatione rationis. *Vid. §. 12.*

b) (QUOD CONTENTUM IN PROMISSIONE &c. NON CONSIDERATUR NUDE SED QUATENUS SUB EA RATIONE VENIT:) Si proinde verba generalia sunt, mens agentis intelligi debet ex ratione quæ movet voluntatem; voluntas enim tantum vult id ad quod movetur, adeoque ubi de ratione actionis constat frustranea sunt verba. *Vid. Cic. pro Cacin.* cujus verba exhibuit Author *supra §. 20. n. 4.*

ADDITIO.

„Exemplum ponit Puffendorfius *l. 5. c. 4. §. 19.* „in patrono qui probibetur adigere libertum ne „uxorem ducat, aut liberos tollat, *Vid. l. 6. §. 2.* „*de jur. patron.* & tum additur, *quamvis in lege* „*nulla persona excipiatur, tamen intelligendum est* „*de his legem sentire qui liberos tollere possunt. Ita*„*que si castratum libertum quis jurejurando ade*„*gerit, dicendum non est puniri patronum hac lege.* „Nam ratio legis erat, ne, dum patronus avaritiæ „suæ velificatur, sobolis multiplicatio impediretur, „quæ a castrato nulla potest exspectari.

„a) (TERTIUM:) Defectus scilicet originarius „voluntatis ex materiæ defectu.

b) (QUOD MATERIA DE QUA AGITUR SEMPER INTEL-

genda eſt obverſari animo loquentis, etiamſi verba latius pateant. Hæc quoque interpretandi ratio a Rhetoribus tractatur in loco παρὰ ῥητὸν καὶ διάνοιας, & titulum habet, ᶜ cum dicitur non ſemper eadem ſententia.

§. XXV.

1. Sed de ratione notandum eſt, ſub ea ᵃ comprehendi ſæpe quasdam res non ſecundum exiſtentiam ſed ſecundum potentiam moraliter conſideratam, quæ ubi locum habet reſtrictio facienda non eſt. Sic ſi cautum ſit, ne exercitus aut claſſis aliquo ducatur, non poterit duci, ᵇ etiam animo non nocendi. Quia in pactione non certum damnum ᶜ ſed periculum qualecunque ſpectatum eſt.

2. Solet & hoc diſputari, ᵈ an promiſſa in ſe habeant tacitam conditionem ſi res maneant quo ſunt loco: ᵉ quod negandum eſt, niſi apertiſſime pateat ᶠ ſtatum rerum præſentem in unica illa quam diximus ratione incluſum eſſe. Sic paſſim in hiſtoriis legimus ᵍ legatos a ſuſcepto itinere domum rediiſſe deſerta legatione, quod res ita mutatas intelligerent, ut tota legationis materia aut cauſa ceſſaret. *Paſchal. Legato. c. 57.*

§. XXVI.

1. ᵃ Repugnantia caſus emergentis cum voluntate ſolet & ipſa ab orato-

INTELLIGENDA EST OBVERSARI ANIMO LOQUENTIS:) Etſi igitur diſponens in genere loquatur, tamen materia, de qua agitur, obverſari videtur animo loquentis, adeoque ad eam reſtringenda ſunt verba. Is qui in genere feudum concedit hæredibus maſculis, ex natura materiæ de qua agitur, excludit maſculos ex filia, quia hic ſenſus extra materiam feudorum eſt, ideoque animo concedentis obverſatus non videtur. Atque hæc eſt illa regula, quod verba intelligi debeant pro ſubſtrata materia. *Vid. ſupr. §. 5. pr.*

„c) (CUM DICITUR NON SEMPER EADEM SENTENTIA:) De loco Rhetorum ubi ſemper eadem dicimus ſententiam egimus ſupra §. *20. n. 2.* „ibi enim Author locum habere dixit conjecturam „& interpretationem extenſivam. *ibid.*

(AD §. XXV.) Verba Authoris ex ſcholis ſunt deſumta, & obſcura admodum: Res eo redit; diſpoſitionem generalem in genere eſſe intelligendam, donec ex factis de alia voluntate certo conſtet.

„a) (COMPREHENDI SÆPE RES NON SECUNDUM EXISTENTIAM, SED SECUNDUM POTENTIAM MORALITER CONSIDERATAM:) Conventio „in qua rationem aliquam reſpexerunt paciſcentes, „puta ut periculum aut incommodum evitarent, „non ſolum in iis caſibus valet quando iſtud re„vera erat ſecuturum, ſed in illis quoque ex quibus „probabiliter, aut ſaltem non adeo difficulter, exi„ſtere poſſe creditur; *Puffend. d. l. §. 20.*

„b) (ETIAM ANIMO NON NOCENDI:) Nam licet „actu non noceat, poteſt tamen nocere, adeoque „metus quoque tolli debet, idque pacto contine„tur.

„c) (SED PERICULUM QUALECUNQUE:) Nec non „incommodum quod ex tranſitu exercitus ſequi „ſolet.

d) (AN PROMISSA IN SE HABEANT TACITAM CONDITIONEM SI RES MANEANT QUO SUNT LOCO:) Diximus ſupra, omnibus negotiis ineſſe clauſulam *ſi res in eodem ſtatu maneat.* Modo ille ſtatus pertineat ad ſubſtantiam negotii, hoc enim mutato omnino diſpoſitio deficit.

„e) (QUOD NEGANDUM EST:) Hanc negati„vam veram eſſe ſi ſtatus mutetur accidentalis, „ſupra *c. 14. §. pen.* probavimus.

„f) (STATUM RERUM PRÆSENTEM IN UNICA „ILLA QUAM DIXIMUS RATIONE INCLUSUM ESSE:) „rectius; niſi ſtatus pertineat ad ſubſtantiam nego„tii, iſque mutetur.

„g) (LEGATOS A SUSCEPTO ITINERE DOMUM „REDIISSE DESERTA LEGATIONE:) Uti ſi negoti„um jam peractum, vel impoſſibile factum eſt. „Ita Titus a patre miſſus Gratulaturus Galbæ, qui „interim occiſus erat, non perfecit iter. *Tacit. 1.* „*Hiſt. 1. Gron. b.*

„a) (REPUGNANTIA CASUS EMERGENTIS:) Re„ſtringens interpretatio extra verborum ſignifica„tionem

oratoriæ artis magiſtris referri [b] ad eum quem dixi locum περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας. * Eſt autem duplex: nam aut voluntas colligitur ex naturali ratione, [c] aut ex alio ſigno voluntatis. Dijudicandæ voluntati [d] ex naturali ratione Ariſtoteles, qui hanc partem accuratiſſime tractavit, [e] propriam virtutem tribuit in intellectu γνώμεν, ſive εὐγνωμοςύνην, id eſt, *æquiprudentiam*, in voluntate vero ἐπιείκειαν id eſt, [f] *æquitatem*, quam ſapienter definit, correctionem ejus [g] in quo lex deficit ob univerſalitatem: [h] quod ad teſtamenta quoque & pacta ſua modo referri debet. Nam [i] quia caſus nec prævideri omnes poſſunt nec exprimi, ideo libertate quadam opus eſt eximendi caſus, [k] quos qui locutus eſt ſi adeſſet eximeret; [l] non tamen temere, [m] id enim eſſet dominum ſe facere actus alieni; [n] ſed ex ſufficientibus indiciis.

2. [o] Certiſſimum indicium eſt, ſi quo caſu ſequi verba illicitum eſſet, id eſt pugnans cum naturalibus aut divinis præceptis. Talia enim

„tionem, juxta ſententiam Authoris, petitur aut ex „defectu originario voluntatis, aut ex caſus emer„gentis repugnantia cum voluntate: *Vid.* §. 22. „de priori hactenus, nunc de poſteriori.

„b) (AD EUM QUEM DIXI LOCUM:) *Vid.* §. 24.

*) (EST AUTEM DUPLEX:) Author repugnare ait voluntatem duobus ex indiciis, 1) ſi illicitum eſt verba ſequi; At id non pertinet ad interpretationis regulas, nec quæſtio hic voluntatis eſt ſed juris, nec verba hic ſequi ideo licet quia partes nolunt, ſed quia partes non poſſunt. 2) Si verba ſequi grave & intolerabile eſt: Uti ſi de eo caſu non cogitavit, &, ſi cogitaſſet, facturus non fuiſſet, vel facere non potuiſſet: de quo §. *ſeq.*

„c) (AUT EX NATURALI RATIONE:) Quæ ſcilicet „diſponentem movit.

„d) (AUT EX ALIO SIGNO VOLUNTATIS:) „v. g. ex fine actionis, aut ex medii neceſſitate „&c.

„e) (PROPRIAM VIRTUTEM TRIBUIT IN IN„TELLECTU:) Senſus eſt quod is qui aliquid vult, „æquitatem & æqui prudentiam præ oculis habuiſſe „videatur:

„f) (ÆQUITATEM:) Quæ opponitur verbis le„gis ſeu juri ſtricto: apud Donatum legitur: *jus* „*eſt quod omnia recta & inflexibilia exigit: æqui*„*tas eſt quæ de jure multum remittit. Terent.* b. Ori„ginem differentiæ æquitatis a ſtricto jure ſolide „demonſtravit B. Parens *in Diſp. de lubrico ætatis*, „quæ exſtat *Vol. II. pag. 884.*

g) (Grot.) (IN QUO LEX DEFICIT OB UNIVERSALITATEM:) *Seneca* IV, controverſia 27. *In lege, inquis, nihil excipitur, ſed multa quamvis non excipiantur intelliguntur: & ſcriptum legis anguſtum eſt, interpretatio diffuſa: quædam vero tam manifeſta ſunt ut nullam cautionem deſiderent.*

ADDITIO.

„Adeo, ut licet lex generaliter loquatur, tamen „ob æquitatem quidam inde excipiantur caſus. *Vid.* „*Quintil. D. 252. & 331.*

„h) (QUOD AD TESTAMENTA ET PACTA SUO „MODO REFERRI DEBET:) Nimirum ut diſponens „ſive pacto, ſive teſtamento, etſi in genere loqua„tur, varios tamen caſus ob illam æquitatem exce„piſſe cenſeatur:

„i) (QUIA CASUS NEC PRÆVIDERI OMNES POS„SUNT:) De legibus id ita traditur *l. 3. 4. 8. 10.* „*11. 12. & 13. ff de legib.*

k) (QUOS QUI LOCUTUS EST, SI ADESSET, EXIMERET:) Scilicet ſi de eo caſu non cogitavit, & ſi cogitaſſet, facturus non fuiſſet, vel facere non potuiſſet: Nam ſi cogitavit, & tamen non excepit, continetur pacto; ſi non cogitavit, ſed apparet non excepturum fuiſſe, itidem.

ADDITIO.

„Hæc interpretatio non eſt ex jure naturæ, nam „qui in genere diſpoſuit, etiam in genere voluit „obligari: quod vero caſus quoſdam excepturus „fuiſſet ſi de iis cogitaſſet, hoc dubium eſt, adeo„que de ea voluntate non conſtat: Sane ſemper „hoc modo excogitari quid poſſet ob quod rum„perentur pacta. *Conf. Liv. 9. 11.*

„l) (NON TAMEN TEMERE:) Quis inter gentes „judex erit? Verius igitur eſt generalem diſpoſi„tionem etiam in genere obligare.

„m) (ID ENIM ESSET DOMINUM SE FACERE „ACTUS ALIENI:) Cum potius quilibet ſuorum „verborum ſit interpres: Vera ratio eſt quod in„ter utrumque in genere diſpoſitum ſit, quod jus „alter ſua interpretatione alteri auferre nequit.

„n) (SED EX SUFFICIENTIBUS INDICIIS:) Varia „indicia Author jam ſuppeditavit, et ulterius ſup„peditat:

o) (CERTISSIMUM INDICIUM EST, SI QUO CASU SEQUI VERBA ILLICITUM ESSET:) Imo tunc non quæritur an voluerit diſponens ſed an potuerit, adeoque voluntas ibi reſtringitur non ex caſu aliquo emergenti, quaſi ipſe exemturus hunc caſum fuiſſet,

enim cum obligationis capacia non sint *p* eximenda sunt necessario. *Quædam*, ait Quintilianus pater, *etiamsi nulla significatione legis comprehensa sint, natura tamen excipiuntur.* Ita qui promisit depositum gladium reddere, *q* non reddet furenti, ne aut ipsi periculum creet, aut aliis innocentibus. ** Sic nec reddetur res deposita ei qui deposuit, si dominus eam repetat. *Probo*, inquit *r* Triphoninus, *hanc esse justitiam, quæ suum cuique ita tribuit*, *s* *ut non distrahatur ab ullius personæ justiore repetitione.* Ratio est quia, *t* ut alibi notavimus, introducti semel dominii ea vis est, ut rem domino cognito non reddere omnino injustum sit.

Decl.315.
L. bona fides 31. D. depo-siti.

§. XXVII.

I. Secundum erit indicium, si verba sequi *a* non quidem per se & omnino illicitum sit, sed æque rem æstimanti nimis grave atque intolerabile: *b* sive absolute spectata conditione humanæ naturæ, *c* sive comparando personam & rem de qua agitur cum ipso fine actus. Sic

Molin. disp.294. Sylv. verb. commo-datum n 4.Less. l.11. c. 27.dub.5.

set, sed quia nnn potest de re illicita disponere.

„*p*) (EXIMENDA SUNT NECESSARIO:) At non „ex interpreatione voluntatis, sed quia defeit fa„cultas dispnuendi, i. e. quia non potest velle. *Vid.* „*supr.c.11.§. 8.seq.*

„*q*) (NON REDDET FURENTI:) Nam cum hoc „nihil agi potest: & hine si damnum inde oria„tur, reddens tenetur ex culpa:

„**) (SIC NEC REDDETUR RES DEPOSITA EI „QUI DEPOSUIT:) Imo jure gentium deponenti „reddi omnino debet; quod vero dominus præfe„ratur id meri juris civilis est; uti vidimus supra *c.* „*10. §. 1. n. 4.*

„*r*) (TYRPHONIUS:) In *l. 31. ff. depos.*

„*s*) (UT NON DISTRAHATUR AB ULLIUS PER„SONÆ JUSTIORE REPETITIUNE:) Justiur autem „est repetitio domini quam prædonis: At id de„num ratione habita *totius negotii*, adeoque ex ju„re positivo esse ipse JCtus ait. *d. l. 31.*

„*t*) (UT ALIBI NOTAVIMUS:) Author supra *c.* „*10. §. 1. n. 4.* suppnsuit introducto dominio inter „dominos societatem quandam esse contractam, „ut qui rem alienam in sua potestate habet eam „domino reddere debeat: At *ibidem* jam notavi„mus, verum non esse talem societatem inter ho„mines introducto dominio, contractam unquam „fuisse: restituendi necessitas non oritur ex aliquo „pacto dnminorum, sed ex voluntate ereatoris, „qua unicuique hnminum facultatem occupandi „res nullius dedit: quod ergo homo ex concessio„ne divina tenet id auferri ab aliis nequit, & si „aufertur, restitui debet ex regula naturali „quod suum cuique tribui debeat.

„Apparet ergo & sententiam ipsam & rationem „Authoris veram non esse:

(AD §. XXVII.) Alterum indieium voluntatis repugnantis Author statuit, *si gravis & intolerabilis est dispositio:* Sed nec hoc ita generaliter admitti debet, quia potest esse gravitas quam dominus curaturus non fuisset: Adeoque tale incommodum requiritur, ex quo certo apparet dominum in hunc casum dispositurum non fuisse, uti in exemplo allegato ab Authore, ubi quis alii eummodat equum quo postea ipse utitur, hoc casu dominus etiam oondum finito usu repetere equum potest, quia certum est in præsenti statu dominum eommodaturum equum non fuisse *l. 3. c. Locat.* Ita qui promisit auxilium non tenetur si ipse periclitetur, quia suam rempublicam deserere & aliam defendere non potest.

ADDITIO.

„Imo dispositio clara & perspicua nullam inter„pretationem patitur, etsi aliquid grave aut into„lerabile inde sequatur: neque enim ideo, quod „illa dispositio sit absurda aut gravis, alii jus inde „quæsitum auferri potest; Quod ab initio est vo„luntatis postea fit necessitatis. Quod ergo com„modans rem ante finitum usum repetere possit, „si ipse indigeat, id meri juris eivilis est. *Adde lit f.*

„*a*) (NON QUIDEM PER SE ET OMNINO ILLI„CITUM:) Quo casu oon cessat voluntas sed fa„cultas, uti vidimus *§. præced.*

„*b*) (SIVE ABSOLUTE SPECTATA CONDITIONE „HUMANÆ NATURÆ:) Adeoque quæ sua natura „hominibus gravia & intolerabilia sunt, quædam „enim talia saltem esse videntur.

„*c*) (SIVE COMPARANDO REM ET PERSONAM „DE QUA AGITUR CUM IPSO FINE ACTUS:) Uti „si ex fine negotii appareat disponentem sibi in„commodum creare noluisse.

Sic qui rem ad dies aliquot commodavit, [d] intra eos dies repetere eam poterit si ipse valde egeat: quia actus tam benefici ea est natura, [e] ut non credendus sit quisquam ad magnum suum incommodum se voluisse obligare. Sic qui auxilium foederato promisit, [f] excusabitur quamdiu ipse domi periclitatur, in quantum copiis opus habet. *Ang. ad l. 7. ad l. Rhod. Vasq. contr. Ill. c. 31.* Et * concessio immunitatis vectigalium & tributorum [g] intelligetur de quotidianis & anniversariis, non de iis quæ summa necessitas exigit, & quibus carere respublica non potest.

De Offic 1. 10. Ex quibus apparet nimis laxe dictum a Cicerone, [h] non servanda promissa quæ sint iis quibus promiseris inutilia, [i] nec si plus tibi noceant quam illi prosint cui promiseris. Nam an res utilis sit futura ei cui promissa est, judicare promissor non debet, [k] nisi forte in casu furoris, de quo supra diximus; & ut promissum promissorem non obliget, non satis est quodlibet nocumentum in promissorem, sed tale oportet sit [l] quod pro natura actus credi debeat exceptum. Sic qui

„*d*) (INTRA EOS DIES REPETERE EAM POTE„RIT, SI IPSE VALDE EGEAT:) Non enim cogi„tavit de propria necessitate, & non dedisset si præ„videre egestatem potuisset.

ADDITIO.

„Diximus commodantem, etsi ipse egeat, rem „commodatam repetere non posse nisi finito usu, „Sane is, qui ad certum usum alii rem suam com„modat, nihil excipit, adeoque sine conditione jus „utendi in alterum transfert, & de hac volunta„te certo constat: de propria egestate nihil dictum „inter partes est, adeoque exceptio hæc dubia est, „& incerta plane, unde nullum jus oritur: hinc „dispositio *l. 3 c. Locat.* est meri juris civilis.

„*e*) (UT NON CREDENDUS SIT QUISQUAM AD „MAGNUM SUUM INCOMMODUM SE VOLUISSE OB„LIGARE:) Jus oritur ex dispositione, i. e, ex vo„luntate declarata, non vero ex vagis ejusmodi „conjecturis: quid quæso non inde inferri posset?

„*f*) (EXCUSABITUR, QUAMDIU IPSE DOMI PERI„CLITATUR:) Hoc non inde est quia ipsi grave ac „intolerabile est, sed quia facultas disponendi in „talem casum cessat, agitur enim de jure suæ rei„publicæ, adeoque de jure alieno, cujus defensio„nem deserere nequit:

*) (Grot.) (CONCESSIO IMMUNITATIS VECTIGALIUM:) Vide *Rosenthalium* de Feudis cap. V. concl. LXXXVI. num. 2. *Heig.* Illustrium XVIII, num. 16. parte 1. *Cothmannum* consf. XI, 32. *Clarum* §. feudum. XXIX, 2. *Andream Knich* de Vestitis Pactis, parte II, c. 5. num. 20. *Henricum Bocer.* de Collectis cap. IV, 12.

„*g*) (INTELLIGETUR DE QUOTIDIANIS:) Imo „tota dispositio nulla est, quia illicita est hæc con„cessio, est enim de jure reipublicæ, adeoque de re „aliena: Unde supra jam dictum est, principem „jure naturæ reditus ad defensionem reipublicæ „destinatos ad alios usus expendere non posse, sed „ideo rationes reddere teneri. Adeoque frustra „quæritur an concessio immunitatis ad extraordi„narias collectas extendenda sit, & frustra id ex „restringente aliqua interpretatione vel ex conje„ctura aliqua deducitur, cum concessio immuni„tatis nec in ordinariis valeat, sed ab ipso conce„dente pro lubitu revocari possit.

„*h*) (NON SERVANDA PROMISSA QUÆ SUNT „IIS QUIBUS PROMISERIS INUTILIA:) Locum „hunc Ciceronis examinavimus supra *L. 2. c. 11. §.* „*1. n. 2.* Sane ex dispositione jus oritur, sive id utile „sit disponenti sive non, sufficit enim ita inter „partes convenisse:

„*i*) (NEC SI PLUS TIBI NOCEANT QUAM ILLI „PROSINT CUI PROMISERIS:) Hanc quoque sen„tentiam & juri & æquitati repugnare diximus „*dict. cap. 11. §. 1. n. 2.*

„**) (JUDICARE PROMISSOR NON DEBET:) Sa„ne si damnum in se recipere velit alterius non „interest, qui obligatur ex suo consensu.

„*k*) (NISI FORTE IN CASU FURORIS:) Author „respicit ad id quod *§. præced. n. 2.* dixit, gladi„um deponi promissum non debere dari furen„ti:

l) (Grot.) (QUOD PRO NATURA ACTUS CREDI DEBET EXCEPTUM:) Vide *Carolum Molinæum* ad consuetudines Parisienses tit. 1. §. 2. gl. IV n. 3. *Ferd. Vasquium* de successionum creatione, libro II, §. XVIII. num. 80. *Antonium Fabrum* rerum in Sabaudis judicatarum, libro IV, tit. 30. *Zasium* in l. stipulatio hoc modo. 61. num. 3. de verborum obligationibus. Adde c. quemadmodum. 25. *de jurejurando*, & *Alicatum* ad c. *cum contingat*, eodem titulo.

AD-

qui operas vicino ad dies aliquot promisit [m] non tenebitur, si eum morbus sonticus patris aut filii detineat. Et hoc recte Cicero de Officiis primo: *Si constitueris te cuipiam advocatum* [n] *in rem præsentem esse venturum, atque interim graviter ægrotare filius cœperit,* [o] *non sit contra officium non facere quod dixeris.* Cap. 10.

3. In eundem sensum accipiendum, nec ultra trahendum est, [p] quod apud Senecam legimus: [q] *Tunc fidem fallam tunc inconstantiæ crimen audiam,* [r] *si cum omnia eadem sint, quæ erant promittente me, non præstitero promissum, alioqui quicquid mutatur libertatem facit de integro consulendi, & meam fidem liberat.* [s] *Promisi advocationem: postea apparuit per illam causam* [t] *præjudicium in patrem meum quæri. Promisi me peregre una iturum:* [u] *sed iter infestari latrociniis nuntiatur. In rem præsentem venturus fui: sed æger filius, sed puerpera uxor tenet. Omnia esse debent eadem quæ fuerint cum promitterem, ut promittentis fidem teneas.* [v] Omnia intellige, pro actus ejus de quo quæritur natura, ut jam modo exposuimus. De Benef. l. 4. c. 35.

§. XXVIII.

[a] Diximus alia quoque esse posse signa voluntatis [b] quæ ostendant

ADDITIO.

„At nec hæc exceptio admitti debet, quis enim „judex erit inter duas gentes, altera affirmante al„tera negante? Sane hoc effugio omnis dispositio „everti ab alterutra partium posset? Rectius ergo „dicimus omne pactum valere, & nullum damnum „exceptum videri, nisi pactio ipsa sit illicita vel „impossibilis.

„m) (NON TENEBITUR SI EUM MORBUS SON„TICUS PATRIS AUT FILII DETINEAT:) Nam pactio „in hunc casum illicita foret, quia jure naturæ quo„que ægrotorum parentum & filiorum curam ha„bere debemus.

„n) (IN REM PRÆSENTEM ESSE VENTURUM:) „i. e. in foro & judicio præsto fore *Gron b.*

„o) (NON SIT CONTRA OFFICIUM:) Fidem da„tam non violari.

p) (Grot.) (QUOD APUD SENECAM:) Ejusdem hæc sunt, capite XXXIX, lib. IV. de beneficiis: *Ad cœnam quia promisi ibo, etiamsi frigus erit, non quidem si nives cadent. Surgam ad sponsalia, quia promisi, quamvis non concoxerim, sed non si febricitavero. Sponsum descendam, quia promisi: sed non si spondere in incertum jubebis, si fisco obligabis. Subest, inquam, tacita exceptio, si potero, si debeo, si hæc ita erunt. Effice ut idem status sit cum exigitur, qui fuit cum promitterem. destituere levitas non erit, si aliquid intervenit novi; quid miraris, cum conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? eadem mihi omnia præsta & idem sum. Vadimonium promittimus, tamen deseretur. Non in omnes datur actio, deferentem vis major excusat.* Usi sæpè hoc effugio Angli, vide *Camdenum* in anno cIɔ Iɔ XCV. tum in controversia cum Batavis, tum in altera cum Anseaticis.

„q) (TUNC FIDEM FALLAM:) Judicabor fidem „fefellisse, & levitatis infamiam subiisse. *Gron. b.*

„r) (SI CUM OMNIA EADEM SINT:) i. e. quo„ties status substantialis non mutatur *Vid. supr. c.* „14. §. *pen.*

„s) (PROMISI ADVOCATIONEM:) i. e. me alicui „advocatum fore:

„t) (PRÆJUDICIUM IN PATREM MEUM QUÆRI:) „Forte quod in contumaciam processus instituebа„tur.

„u) (SED ITER INFESTARI LATROCINIIS NUN„TIATUR:) Modo periculum certum sit: Pactum „enim foret de re illicita, quia nemo se exponere „periculo potest, nisi pro defensione alterius iter „se suscepturum promiserit.

„v) (OMNIA INTELLIGE PRO ACTUS EJUS DE „QUO QUÆRITUR NATURA:) Imo hæc omnia flu„unt non ex interpretatione aliqua restringente, „neque ex indicio quod disponentes non credantur „aliquid grave & intolerabile voluisse, sed quia „de tali casu disponere non possunt, adeoque quia „facultas, non quia voluntas deficit.

(AD §. XXVIII.) Si duæ sunt dispositiones, & posterior ex post fiat contraria priori, non valent quia contraria subsistere nequeunt.

„a) (DIXIMUS:) Supra §. 26. n. 1. junct. §. 4.

dant casum eximendum. Inter ea signa nihil validius est [c] quam verba alio loco posita, non ubi directe pugnant, quæ est ἀντινομία, [d] cujus supra meminimus, [e] sed cum velut insperato ex ipso rerum eventu inter se committuntur, quam [f] Rhethores Græci vocant τὴν ἐκ περιστάσεως μάχην.

§. XXIX.

1. In hac disceptatione, [a] utra pars scripti cum ex casu sit collisio prævalere debeat, regulas quasdam ex antiquis auctoribus [b] Cicero po-

„b) (QUÆ OSTENDANT CASUM EXIMENDUM:) „Quia is qui locutus est, si adesset, ipse excepturus „fuisset. *Vid.* §. *27. n.* 1.

„c) (QUAM VERBA ALIO LOCO POSITA:) Non „conjuncta & proxima illis, quibus cum pugnant. „*Gron. b.*

„d) (cujus SUPRA:) *§. IV. n.* 1. ubi dixit, quod „si certa sit pugna, deroget prioribus id quod po„sterius inter contrahentes placuit: At notavimus „ibidem tunc dispositionem nullam esse:

e) (SED CUM VELUT INSPERATO EX IPSO RERUM EVENTU INTER SE COMMITTUNTUR:) Quando igitur duæ exstant dispositiones quæ sua natura non pugnant, at ex casu inopinato stare simul nequeunt, tunc is casus exceptus videtur salvis reliquis: quod ex regulis §. seq. positis magis illustrabitur:

„f) (RHETORES GRÆCI:) Vid. *Quintil. Inst.* „*5. c.* 10. *pag. 384.*

„a) (UTRA PARS SCRIPTI CUM EX CASU SIT „COLLISIO:) Adeoque cum sua natura non pug„nant dispositiones, sed ex eventu dubiæ reddun„tur:

b) (Grot.) (CICERO POSUIT:) De Inventione secundo, (*Cap.* 49.) & ibi *Marius Victorinus.*

ADDITIO.

Regulæ Ciceronis vix usum aliquem habent; In singulis enim par potestas est, adeoque vel prius valebit si jus natum, vel posterius si res adhuc in potestate promittentium est: Si utrumque aliquo modo fieri potest, eo modo præstari debet.

ADDITIO.

„In genere notandum est Ciceronem non agere „de interpretatione *pactorum* sed de interpretatio„ne *legis*, vel *ultimæ voluntatis* dubiæ: Si nimi„rum ex scriptionis ratione aliquid dubii nascitur; „*De invent. l. 2. c. 26. p. m.* 138. *seq.*

„Dubium autem oriri posse ait vel ex *ambiguo*, „vel ex *scripto & sententia*, vel ex *contrariis legi„bus*, vel ex *ratiocinatione*, vel ex *definitione: Cic.* „*d. l. c. 26. p. m.* 38.

„Ex *ambiguo* nasci controversiam, ait, cum quid „senserit Author obscurum est; v. g. Si testator di„xit: *hæres meus uxori meæ vasorum argenteorum* „*pondo* 10, *NB. quæ volet, dato.* Dubium enim „hic est, quæ pondo debeantur, an quæ hæres *vo„let*, an quæ uxor, quæ vasa magnifica petebat. *d.* „*l. c. 27.*

„Ex *scripto & sententia* nasci controversiam ait, „si alter ad verba scripti, alter ad mentem loquen„tis provocat: eo autem casu dispiciendum esse „putat an sententia semper idem velle demonstret, „an saltem ad certum tempus aut eventum voluisse „censeatur: *d. l. c. 28.*

„Ex *contrariis legibus* dubium nasci, ait, cum in„ter se duæ videntur leges, aut plures discrepare: „Exemplum ponit duarum legum quarum altera „promittit præmium interficienti tyrannum, altera „jubet cognatos tyranni occidi; & tunc supponit „casum ubi uxor maritum tyrannum interficit, & „præmii loco vitam expetit filii, qui mori ex al„tera lege debuit. *d. l. c. 29.*

„Ex *ratiocinatione*, cum ex eo quod uspiam est, „ad id quod nunquam scriptum pervenitur. *d. l.* „*c.* 30.

„Ex *definitione*, cum in scripto verbum aliquod „est positum, de cujus vi quæritur. *d. l. c. 31.*

„Apparet ergo luculentissime (1) regulas has „non pertinere ad interpretationem *pactorum*, seu „dispositionum quæ *inter duos* fiunt, sed ad dispo„sitiones *unius*, nimirum vel *legis*, vel *testatoris*. „Sed & (2) ex ipsa inspectione constat, regulas „illas plane non pertinere ad casum quem Autor „supponit: is enim ponit casum ubi (a) *verba in* „*eodem scripto alio loco sunt posita, quæ* (b) *velut* „*insperato ex ipso rerum eventu inter se committun„tur*; & de hoc casu (c) quærit, *utra pars scri„pti, cum ex casu sit collisio, prævalere debeat?* „At Cicero (3) supponit casum ubi *non verba alio* „*loco posita committuntur*, sed ubi mens scribentis „dubia est, *vel* ubi alter ad verba alter ad mentem „scribentis provocat; *vel* ubi duæ leges contrariæ „exstant; *vel* ubi de vi verbi in scripto positi quæ„stio est: Sed & (4) nulla harum regularum re„ferri potest ad casum *ubi velut insperato ex ipso* „*rerum eventu verba alio loco posita inter se com„mittuntur*; quia in exemplis Ciceronis non casu „vel insperatu eventu sit collisio, sed vel quia in„tentio scribentis, vel contrarietas legum, vel „verba ipsa dubium efficiunt: Repetendum igitur „(5)

posuit, quæ ut spernendæ neutiquam sunt, ita mihi non suo ordine videntur collocatæ. Nos eas hunc in modum digeremus. [c] ut quod permittit cedat ei quod jubet: [d] quia qui permittit aliquid ita permittere videtur, nisi aliud quid obstet quam de quo ibi agitur; ideoque, ut ait [e] Scriptor ad Herennium, plus valet sanctio permissione. Lib. II. c. 10. [f] Ut quod faciendum est certo tempore, ei præferatur quod quovis tempore fieri potest: unde sequitur, ut plerumque [g] pactio vetans vincat jubentem, quia pactio vetans obligat ad quodvis tempus, jubens non item, nisi aut tempus sit expressum, aut iussio tacitam prohibitionem contineat. Inter eas pactiones, quæ supradictis qualitatibus pares sunt, [h] ut præferatur quod magis est peculiare, & ad rem

pro

„(5) est quod antea diximus, si pacta contrarietatem inferunt nihil actum videri:

c) (Grot.) (UT QUOD PERMITTIT, CEDAT EI QUOD JUBET:) *Quintilianus* declamatione CCC. LXXIV. *Semper potentior lex est quæ vetat, quam quæ permittit.* *Donatus* Phormione actu 1. scen. 2. (*vers. 76.*) *Bene jubet: majorem enim vim habet ea lex quæ aliquid jubet.* Vide *Ciceronem* Verrina II. (Cap. 51.) & quæ habet *Connanus* libro 1, c. 9.

ADDITIO.

Jussus omnino tollit permissionem, facultatemque restringit si posterior sit, pugnat igitur permissum esse quod vetitum est:

ADDITIO.

„Cicero (si ex contrariis legibus controversia „nascitur,) considerandum esse, ait, *utra lex jubeat* „*aliquid, utra permittat. nam id quod imperatur* „*necessarium, illud quod permittitur voluntarium* „*esse. d. l. c. 29. p. m. 144.* Sed hoc casu porro „distinguendum est an lex permittens sit prior an „posterior, nam si permittens est posterior ea ne„cessario tollit anteriorem jubentem: Iterum igi„tur ex his constat, (1) Ciceronem non loqui de „interpretatione pactorum, quæ duorum consensu „constant, sed de interpretatione dispositionis unius, „scilicet legislatoris: (2) neque regulas interpre„tationum naturales ab eo tradi, sed suppeditari ora„toribus causarum inventiones defendendi causas „sibi commissas, per explicationem & amplifica„tionem thematis: quod ad Rhetoricam pertinet: „(3) nec Ciceronem loqui de casu ubi verba *in* „*eodem scripta* alibi posita dubiam dispositionem „reddunt, sed ubi *dua scripta* contraria exstant: „quod ex singulis regulis magis perspicuum fiet.

„d) (QUIA QUI PERMITTIT ALIQUID:) Rem „ita explicat Puffend. *d. l.* §. *23. permissioni tan*„*tum inest libertas faciendi vel omittendi, jussum* „*involvit necessitatem faciendi, & in præsenti casu* „*libertatem omittendi tollit.*

„e) (SCRIPTOR AD HERENNIUM:) Apud Cice„ronem *ad Heren. l. 2. c. 14.*

f) (UT QUOD FACIENDUM EST CERTO TEMPORE, EI PRÆFERATUR QUOD QUOVIS TEMPORE FIERI POTEST:) Si utrumque aliquo modo fieri potest, eo modo fieri debet.

ADDITIO.

„Puffendorfius mentem Grotii hoc modo ex„plicat, *ubi in unum tempus incipit obligationum* „*duarum impletio, quarum uni non nisi certo eo*„*que præsenti tempore recte satisfieri potest; alte*„*ram autem quovis alio tempore impleri nihil in*„*terest; hac in aliud tempus dilata, ista stato tem*„*pore erit implenda. d. l.* §. *23.*

„Cicero (quoties ex contrarietate legum con„troversia oritur) considerandum esse ait, *utrum* „*ex lege statim fieri necesse sit, utrum habeat ali*„*quam moram & sustentationem: nam id quod sta*„*tim faciendum sit, perfici prius oportere. d. l. c.* „*29. p. m.* 144. Certissimo indicio Ciceronem plane „non cogitasse de interpretatione dubia *pactorum.*

g) (PACTIO VETANS VINCAT JUBENTEM:) Hæc pugnant: posterius ergo valet sublato priore, cum simul stare non possint, secus si possunt aliquo modo, tunc enim utrumque expediendum.

ADDITIO.

„Sensum Authoris explicat Puffendorfius *L. V.* „*cap. XII.* §. *23.* At res ita se habet: Cicero (ubi con„troversia nascitur ex legum contrarietate) conside„randum esse ait, *utra lex jubeat utra vetet, nam* „*sæpe eam quæ vetat, quasi exceptione quadam vi*„*deri corrigere illam quæ jubet:* Apparet ergo „hanc quoque regulam non pertinere ad pacta sed „ad leges, neque hic agi de controversia quæ ex „verbis alibi in eodem scripto positis, sed quæ ex „duabus legibus contrariis oritur: Ubi certum „est legem posteriorem derogare priori; hæc regu„la naturalis est, nec ulla interpretatione res indiget.

h) (UT PRÆFERATUR QUOD MAGIS EST PECULIARE:) Specialia derogant generi, quia inde exemta sunt, & in iis aliud dispositum est: manet ergo prior dispositio in reliquis.

ADDITIO.

„Puffendorfius eodem loco §. 23. mentem

„Autho-

propius accedit: *i* nam solent specialia efficaciora esse generalibus; & in prohibitionibus, *k* ut quæ pœnam adjunctam habet ei quæ pœna vacat, *l* & quæ majorem pœnam minatur ei quæ minorem præferatur. Tum vero, *m* ut superet quod causas habet aut magis honestas, aut magis utiles. *n* Extremo loco, ut quod postremo dictum est vincat.

2. Illud ex superioribus hic repetendum est, *o* pactorum juratorum esse vim, ut intelligi debeant secundum receptissimam proprietatem, & *p* ut omnes restrictiones tacitas, & ex natura rei non omnino necessarias, quam maxime repudient. Quare & si juratum pactum cum non jurato pugnet certo eventu, *q* præferendum erit cui adest jurisjurandi religio.

§. XXX.

„Authoris explicat! At hic quoque Cicero non „de interpretatione pactorum sed legum agit: „Nam in controversia quæ ex legibus contrariis „oritur considerandum esse ait, *utra lex de genere „omni, utra de parte quadam, utra communiter in „plures, utra in certam aliquam rem scripta videa„tur: Nam quæ in partem aliquam & quæ in cer„tam quandam rem scripta est promitus ad cau„sam accedere videri & ad judicium magis perti„nere. d. l. c. 29. p. m. 144.*

i) (NAM SOLENT SPECIALIA ESSE EFFICACIORA:) Imo hoc non est ob efficaciam, sed quia naturale est specialia derogare generi, uti regulæ exceptio: sic naturæ regula est ne homo hominem occidat, sed exceptio est in magistratu.

k) (UT QUÆ POENAM ADJUNCTAM HABET EI QUI POENA VACAT:) Imo ex utraque æque tenetur abstinere, sed si caveri nequit, minus malum eligetur, quia quatenus majus malum eligit, ultro peccat.

ADDITIO.

„Pussendorfius sensum Authoris clarius exprimit. *d. l. §. 23.* At hæc quoque regula ad pacto„rum interpretationem non pertinet. Nam Ci„cero (qui de controversia quæ ex legibus con„trariis oritur, inventiones continuat) consideran„dum esse ait, *in utra lege, si non obtemperatum „sit, pœna afficiatur, aut in utra major pœna sta„tuatur: Nam maxime conservandum esse eam quæ „diligentissima & sancta est. d. l. c. 29. p. m. 144.*

„*l*) (ET QUÆ MAJOREM POENAM MINATUR „EI QUÆ MINOREM:) Regula generalis est, lex posterior derogat priori.

m) (UT SUPERET QUOD CAUSAS HABET AUT MAGIS HONESTAS, AUT MAGIS UTILES:) Si utrumque potest, præstari debet, alias ipsius electio est, quo casu laudabilius est facere id quod honestius.

ADDITIO.

„Pussendorfius lucem affundit huic regulæ *d. l. „§.* 23 Verum nec hæc regula ad interpretationem „pactorum referri potest: Cicero enim in omni „scripto dubio, (sive ex *ambiguo* dubium nascatur, „*c. 27. p. m. 139.* sive ex *dicto & sententia, c. 28. „p. m. 142.* sive ex *legibus contrariis, c. 29 p. m. „144.* Sive ex *ratiocinatione, c. 30. p. m. 145.*) exa„minandum esse ait quid utilius, quid honestius, „aut quid magis necessarium sit, id enim scriben„tem magis voluisse: *dd. ll.*

„*n*) (EXTREMO LOCO, UT QUOD POSTREMO „LOCO DICTUM EST VINCAT:) Cicero, si ex le„gibus contrariis controversia oritur, consideran„dum ait, *utra lex posterius lata sit, postremam „enim quamquam gravissimam esse: d. l. c.* 29. *p.* „144. Diximus hanc regulam naturalem esse, sed „eam non ad pacta dubia pertinere, sed ad leges „contrarias.

„*o*) (PACTORUM JURATORUM EAM ESSE VIM:) „Pacta jurata intelligi debent juxta id quod „inter utrumque actum apparet, quod ex ratione „& fide agentium constat: si id quoque dubium „sit, interpretatio fit ex communi loquendi usu.

„*p*) (UT OMNES RESTRICTIONES TACITAS „REPUDIET:) Adeoque & reservationes menta„les. *Vid. l. 2. c. 13. §. 3.*

q) Grot.) (PRÆFERENDUM ERIT CUI ADEST JURISJURANDI RELIGIO:) Acontius apud *Ovidium*:

Promisit pater hanc: hæc & juravit amanti:
Ille homines, hæc est testificata Deam.
Hic metuit mendax, hæc & perjura vocari:
Num dubitas, hic sit major, an ille metus?

(Epist. Heroid. XX. 159. *& seq.*)

ADDITIO.

„His sequentes regulas jungit Pussendorfius „*d. l. §. 23.* (1) Obligationi perfectæ mutuæ cedit obli„gatio imperfecte mutua. (2) Lex beneficentiæ ce„dit legi gratitudinis, cæteris paribus. (3) Quo arcti„ori vinculo aliqua persona nobis conjungitur, eo „præstationes quæ ipsi debentur aliis præponderant, „cæteris paribus. &c. At hæ interpretationum

„regulæ

§. XXX.

Solet & hoc quæri, [a] an in dubio contractus perfectus cenſeri debeat antequam ſcriptura confecta ſit, & tradita. Nam id Murena cauſabatur [b] adverſus ea quæ inter Syllam & Mithridatem convenerant. Appian. Mithr. pag. 214. Ed. H. Steph. Mihi apertum videtur, ni aliud convenerit, [c] credendum, ſcripturam adhiberi ut monumentum contractus, non ut ſubſtantiæ ejus partem. [d] Alioqui exprimi id ſolet, ut in induciis cum Nabide: *Ex qua die deſcriptæ conditiones editæ Nabidi forent.* Livius lib. 34. c. 35.

§. XXXI.

Illud vero non admittam [a] quod quibusdam placuit, contractus Regum & populorum quantum fieri poteſt [b] interpretandos ex jure Romano: niſi appareat inter quosdam populos jus iſtud civile in his quæ juris ſunt gentium, [c] etiam pro jure gentium receptum eſſe: [d] quod temere præſumendum non eſt. Alc. ſ. conſ 17.

§. XXXII.

,,regulæ nulla ratione ad pacta dubia applicari ,,poſſuot. Nam (1) obligatio imperfecte mutua ,,non eſt obligatio: (2) leges beneficentiæ & grati-,,tudiois ad jus oaturæ, quod homines ioter ſe ,,obligat, plane non pertinent, adeoque fruſtra ,,quæritur quarum altera alteri cedat: (3) graduum ,,proximitas in pactis nullum effectum habet, ſed ,,omnia ibi valent ex diſpoſitione partium, & ex ,,voluotate ſufficienter declarata:

a) (AN IN DUBIO CONTRACTUS PERFECTUS CENSERI DEBEAT ANTEQUAM SCRIPTURA CONFECTA SIT:) Affirmatur: quia contractus natura eſt ne opus ſit ſcriptura: conſiſtit enim in diſpoſitione partium, quæ effectum habuit antequam ſcriptura cognita fuerit; Ea igitur ſaltem ad faciliorem adhibetur probationem.

Excipe, ſi partes non niſi in ſcriptis contrahere voluerunt, tunc enim nihil valet niſi ſcriptura perfecta: quia ita diſpoſuere partes ut non niſi ſcriptura obligari velint.

,,b) (AOVERSUS EA QUÆ INTER SYLLAM ET ,,MITHRIOATEM CONVENERANT:) *Vid. Appian.* ,,*de bell. Mithr. n.* 214. *&* *n.* 218.

c) (Grot.) (CREDENDUM SCRIPTURAM ADHIBERI, UT MONUMENTUM CONTRACTUS, NON UT SUBSTANTIÆ EJUS PARTEM:) L. in re. 4. & l. ſi res geſta. 5. D. *de fide inſtrumentorum.* l. pactum quod bona fide, 17. C. de pactis. ſic legem *contractus* quæ eſt 17. C. *de fide inſtrumentorum*, interpretantur *Bartolus* & *Johannes Faber*, *Salicetus*, quorum ſententia io judiciis contra *Baldum* & *Caſtrenſem* prævaluit. *Mynſingerus* decade x, conſ. xci, *Neoſtadius* de pactis antenuptialibus, obſervatione xviii. Quare non ſatis probabile eſt, quod *Lignæus* adfert de ioſtrumento a rege ſubſcripto, ſed nondum addito ſigillo & ſecretarii manu, libro II. rerum Italicarum *Guicciardini.*

ADDITIO.

,,Senſus eſt, ſcripturam adhiberi ut probari faci-,,lius poſſit diſpoſitio, non ut ex ea demum valeat.

,,d) (ALIOQUI EXPRIMI ID SOLET.) Si igitur ,,iuter partes expreſſe actum eſt ut in ſcriptis con-,,trahatur, non valet niſi ſcriptura perfecta ſit: ,,ita enim partes voluerunt.

,,a) (QUOD QUIBUSDAM:) Quos allegat Ar-,,thurus. Duck *de auth. jur. civ. l.* 1. *c.* 2. *n.* 6.

b) (INTERPRETANDOS EX JURE ROMANO:) Norma interpretandi cootractus naturales eſt jus naturæ, non jus civile.

ADDITIO.

,,Interpretatio pactorum regiorum deſumi ,,non poteſt ex jure Romano qua tali, quia Roma-,,ni jus in gentes oon habent; at quatenus prin-,,cipia ioterpretandi oaturalia eo jure continentur, ,,hactenus allegari jus Romanum poteſt; nec tunc ,,jus illud autoritatem habet niſi ut teſtimonium ,,de jure naturæ.

,,c) (ETIAM PRO JURE GENTIUM RECEPTUM ,,ESSE:) Jus gentium voluntarium non dari ſupra ,,probatum eſt: Sane ſi plures geotes idem forte ,,jus ſuis ſubditis ſtatuunt, id non eſt jus gentium, ,,ſed jus civile, quod non inter civitates obtinet ,,ſed in ſingulis ſaltem civitatibus: Quin etſi gen-,,tes inter ſe ſæpius idem jus ſecuti ſint, inde nulla ,,eſt obligatio ratione futuri.

,,d) (QUOD TEMERE PRÆSUMENDUM NON EST:) ,,Tota exceptio inanis eſt: jus gentium nullum ,,exiſtit, adeoque nunquam receptum præſumi poteſt.

e) (CONDITIONEM OFFERENTIS, AN ACCIPIENTIS VERBA ATTENDI MAGIS DEBEANT:) Jure naturæ non magis unius quam alterius verba inſpiciuntur, ſed utriusque: Si dubia ſunt, neutrius, & de-

§. XXXII.

1 Symp. 13.

De eo vero quod Plutarchus in Sympofiacis movet, [a] conditionem offerentis, an accipientis verba attendi magis debeant, ita videtur, cum accipiens hic fit qui promittit, [b] ejus verba formam dare negotio, fi abfoluta & in fe perfecta fint. Nam [c] fi per affirmationem refpiciant verba offerentis, tunc ea ipfa ex natura vocum relativarum repetita in promiffione videbuntur. [d] Antequam vero accepta fit conditio, ne eum quidem teneri qui obtulit certum eft, [e] nullum enim adhuc jus quæfitum eft, ut ex his quæ de promiffione [f] fupra diximus apparet: Et hæc oblatio conditionis [g] minus eft promiffione.

CAPUT XVII.

De damno per injuriam dato, & obligatione quæ inde oritur.

I. *Culpam obligare ad reftitutionem damni.*
II. *Damnum intelligi quod pugnat cum jure ftricte dicto.*
III. *Accurate diftinguendam aptitudinem a jure ftricte dicto, ubi concurrunt:*
IV. *Damnum & ad fructus pertinere.*
V. *Ad lucrum ceffans quomodo?*
VI. *Damnum dare facientes primario:*
VII. *Et fecundario:*
VIII. *Item non facientes quod debent: primario,*
IX. *Et fecundario:*
X. *Qualis efficacia circa actum ad hoc requiratur.*
XI. *Quo ordine teneantur.*
XII. *Obligationem extendi etiam ad damnum confequens.*
XIII. *Exemplum in homicida:*
XIV. *In eo qui alteri vim intulit:*
XV. *In adultero & ftupratore:*
XVI. *In fure, raptore, & aliis:*
XVII. *In eo qui caufam promiffioni dedit per dolum aut metum injuftum.*
XVIII. *Quid fi metu jufto naturaliter?*
XIX. *Quid de metu quem jus gentium pro jufto habet?*
XX. *Poteftates civiles quatenus teneantur ex damno per fubditos dato: ubi quæftio de prædis in mari actis in focios, contra imperium publicum:*
XXI. *Naturaliter ex animalis fui aut navis fua facto fine culpa neminem teneri.*
XXII. *Damnum dari, & adverfus famam & honorem, & quomodo reparetur.*

§. I.

& difpofitio ceffat: Uode regula, quod interpretatio fiat contra eum qui apertius loqui potuit, & quæ habetur in *l. 39. ff. de pact.* eft pœnalis, adeo, que mere civilis. Conf. *infr. l. 3. c. 20. §. 26.*

b) (EJUS VERBA FORMAM DARE NEGOTIO, SI ABSOLUTA ET IN SE PERFECTA SINT:) Quia ex illa promiffione demum utriusque confenfus fequitur; adeoque forma negotii ex eo incipere videtur: At verum id non eft, fed infpiciendum eft id quod inter utrumque actum eft. Si id dubium fit, nulla eft difpofitio.

„*c*) (SI PER AFFIRMATIONEM RESPICIANT „VERBA OFFERENTIS, TUNC &C. REPETITA IN PRO„MISSIONE VIDENTUR:) v. g. Aliquis ex alio quærit „*decem & domum tuam dare fpondes*? alter in ge„nere ait, *fpondeo*: utrumque promittit, & decem „& domum: fi vero domum folam fpondet, di„fpofitio faltem de domo valet, id enim folum „inter utrumque actum eft.

„*d*) (ANTEQUAM ACCEPTA SIT CONDITIONE „QUIDEM EUM TENERI QUI OBTULIT:) Quia pa„ctum definitur *duorum* in idem placitum con„fenfus.

„*e*) (NULLUM ENIM ADHUC JUS QUÆSITUM „EST:) Jus enim in alterum transfertur non ex „fula oblatione, fed tunc demum fi alter oblatas „conditiones acceptat.

„*f*) SUPRA:) *l. 2. c. 11.* §. 15 feq.

„g) (MINUS EST PROMISSIONE:) Imo ejus„dem valoris eft, uti enim oblatio non valet fine „acceptatione, ita nec acceptatio fine oblatione „effectum habet.

(AD §. 1.) Antequam ad interpretationem Grotii accedamus, vera fundamenta totius materiæ DE DELICTIS præmittere neceffarium duximus.

PROPOSITIO I.

Omnis obligatio oritur vel ex eo quod quis rem alienam

alienam tenet, vel quod quis ex alieno aliquid habet, vel in alieno quid facit: Vid. supr. l. 2. c. 10. §. 1. & c. 11. §. 1.

PROPOSITIO II.

Factum circa rem alienam vel LICITUM *est, cum quis vel domini voluntate, vel ejus causa licite agit: Hoc casu si quid inde ad agnemem pervenit, illud restituere domino tenetur, eoque referuntur quasi contractus. dict. loc.*

VEL ILLICITUM, *quo pertinent delictum & quasi delictum: de quibus nunc agemus.*

PROPOSITIO III.

Delictum est omne factum illicitum quo quis excedit fines facultatis a natura concessæ:

DEMONSTRATIO.

Homo enim totus est in potestate creatoris sui, & a se nihil, ab illo omnia habet: Nulla ergo homini est potestas agendi nisi ex arbitrio ac norma voluntatis conditricis; quæ homini jus facit: Quicquid ergo homo ultra facultatem a natura concessam agit, illicitum est, eoque delictum.

PROPOSITIO IV.

Sub facto illicito etiam continetur non factum, quod fieri debuit.

DEMONSTRATIO.

Equidem agere in alieno nemo tenetur, adeoque omissio in re aliena regulariter pro facto illicito non habetur: (1) quia alteri in meas actiones nullum jus competit, cum unicuique tantum in suas res & actiones jus a rerum creatore concessum sit; si autem ego in re aliena quædam agere deberem, dicendum esset, alteri jus aliquod in mea facta competere, quod verum non est. (2) Quia non agendo in alieno nemo excedit fines juris sui, ergo nulla est obligatio, quæ non est nisi ex alieno. (3) Unicuique natura competit facultas non agendi, hæc libertas durat, donec appareat prohibitio:

At aliud est si res in mea custodia est, vel esse debet: Quod fit vel ex mea vel ex legis dispositione, prius fit in commodatu, negotiorum gestione, pignore &c. posterius in eo qui rem alienam invenit, cùm enim domino id nunciare, & tum restituere debeat, interim custodire necessario debet: Vid. *supr. c. 10. §. 1. n. 2.*

Si proinde ex negligentia vel ignorantia ejus qui rem alienam in custodia habet, alii aliquid abest quod caveri humanis viribus potest, id delictum est.

PROPOSITIO V.

Ex eo nascitur obligatio ad reparandum damnum eo facto datum.

DEMONSTRATIO.

Nam (1) cessat facultas id agendi, unde necessario infertur omittendum id esse, quæ est obligatio: & cum (2) factum illud illicitum contrarietur voluntati divinæ, injuria est, & manet injuria donec reparetur.

PROPOSITIO VI.

Damnum facto eo datum dicitur etiam ab eo qui causa est facti.

DEMONSTRATIO.

Etsi igitur quis factum non committat, sed tamen causa est ut ab alio committatur, id factum æque est illicitum, eoque delictum: Unde Cicero *Philip. 9. in f.* de Sulpitio ab Antonio occiso ait: *Is ei profecto mortem intulit, quia mortis causa fuit:* Et huc pertinent quæstiones, an mandans, an is qui consilium dedit, &c. tanquam ex facto illicito teneatur.

PROPOSITIO VII.

Idque verum est sive sciens & cum proposito aliquid illiciti feceris, qui DOLUS *dicitur, sive ignorans, modo scire vel impedire adhibita omni diligentia potuis, quod* CULPA *dicitur.*

DEMONSTRATIO.

Delinquitur ergo duplici modo, vel dolo vel culpa: *Dolo*, si quis cum proposito, & sciens alium inde lædi, in alieno quid agit. *Culpa*, cum quis aliquid in alieno agit sine proposito lædendi, unde tamen scit vel scire debet alium lædi posse: Nam (1) nullum jus habet agendi in re aliena, adeoque adhuc injuria est. (2) Quia facultate intelligendi a natura instructus est, quam si non adhibet, vitium est agentis, adeoque impotentia illa a vitio & defectu hominis est, quæ non excusat.

Hactenus igitur jus naturæ non distinguit dolum & culpam: Utrumque verum delictum est, illud ex proposito, hoc ex culpa, & ex utroque æque oritur reparandi necessitas:

Equidem triplex homini beneficium jure Romano datum est ob imbecillitatem. (1) Quod ignorantia seu culpa non sit verum delictum, sed quasi: (2) quod ignorantia illa culposa non juxta rigorem naturalem (ubi damnum levissima quoque culpa datum præstatur) sed juxta imbecillitatem humanam æstimetur; adeoque diligentia sufficiat media, seu quæ a diligente patre familias, i. e. ex usu eorum qui hodie diligentes sunt, adhiberi solet: sed & (3) nec hujus omissio semper delictum est, sed aliquando tunc demum, si culpa crassissima, i. e. lata id fiat.

ADDITIO.

„Compendio originem obligationis quæ ex *de-„lictis* oritur exposuit *B. parens in posit. VII.* Vid. „*Diss. proœm. X.* §. 10. & prolixius in collationi-„bus ad Struvium, quas invenies in *Vol. 1. Dissert.* „*Coccej. pag.* 132. ubi eleganter demonstrat quid „jure Romano circa materiam, *de Culpa* muta-„tum sit.

PROPOSITIO VIII.

Cessat ergo delictum, si sciri vel impediri vi intellectus in præsenti hominum statu non potest.

DEMONSTRATIO.

Tota ergo obligationis ratio in delicto, quod per ignorantiam committitur, hæc est, quod scire possit illicitum esse: Si proinde viribus humanis id sciri vel impediri non possit, cessat omne delictum, eoque & reparandi necessitas. Idque

§. I.

1. [a] Supra diximus ejus quod nobis debetur [b] fontes esse tres, [c] pactionem, [d] maleficium, [e] legem. [f] De pactionibus satis tractatum.

probatur (1) quia obligatio nulla esse potest ad agendum aliquid, ubi deficit agendi facultas, deficit autem si sciri, factum illicitum esse, non possit: (2) factum nihil aliud est quam ipsa faciendi facultas in actum deducta, quæ nulla hic est; ergo nec obligatio ad factum seu ad id quod non est. (3) Obligatio oritur ex naturæ jussu quæ fieri vult, at natura non vult fieri quæ sciri non possunt. Atque hinc infans & furiosus nunquam delictum committunt, quia nec sciunt, nec scire possunt illicitum esse quod agunt.

PROPOSITIO IX.

Jure naturæ alia actio est qua ex negotio agitur, alia qua ex damno occasione illius negotii dato agitur, at compendium juris civilis est quod ex omnibus his causis, uno judicio quasi ex facto licito agi possit.

DEMONSTRATIO.

Si quis v. g. contra mandatarium, qui aliquid dolose in re mandata omisit, agere velit, jure naturæ duplicem intentare debet actionem: *alteram* ex negotio mandati, seu facto illo licito, quo mandatarius voluntate & consensu mandantis rem alienam gessit, unde tenetur actione mandati, ad id quod ex facto hoc licito accepit, & plus suo habet. *Alterum* ex facto illicito, quo mandatarius, cui custodia rei commissa est, rem negligit, adeoque aliquid omittit, cum scire potuit alii damnum inde oriturum: hæc actio ex delicto est:

Ut vero hæ ambages evitentur, JCti Romani constituerunt, ut etiam actione ex negotiis damnum dolo vel culpa datum, adeoque & id quod licite & quod illicite egit, una actione vindicari possit: Atque talia negotia in quibus JCti Romani id constituerunt, dicuntur bonæ fidei.

PROPOSITIO X.

Etsi jure naturæ non intersit ratione disponentium inter dolum & culpam interest tamen ratione pœnæ.

DEMONSTRATIO.

Jure naturæ ex dispositione dolosa oritur obligatio ad reparandum, & restituendum id quod alteri ex facto meo abest: Neque hactenus interest an damnum dolo an culpa datum sit; Ex utroque enim eadem est præstatio.

Insto ita nullam esse differentiam inter delicta culposa: Resp. hoc verum est ratione partium inter quos negotium geritur, at differunt in eo quod magistratus in eum qui dolo aliquid in alieno agit pœnam statuere possit, non vero in eum qui citra propositum, ex sola culpa peccat: Nam *dolo*, & si quis sciens contra leges agit, inest contemtus legislatoris, & manifesta ultroneaque aspernatio, unde fisco quoque reparatio fieri debet. At in *culpa* cessat ille contemtus, quia ignorat se contra legem agere, neque propositum habet leges aspernandi: cum igitur injuria non fiat legislatori nec reparatio ei fieri debet: Sed & dolus solus statuta pœna caveri potest, culpa non item. In illo solo pœna addi potest, ne quid sciens illicitum faciat, quod omittere possit: at in culpa cessat hic effectus pœnæ, quia agens nescit contra legem se quid agere, adeoque nec cogitatione pœnæ inde abstrahi potest, quam nescit locum habere: Quanquam ob crassiorem ignorantiam leges aliquando pœnam constituere soleant, ut vel depravationem corrigant, vel industriam exerceant.

ADDITIO.

„Nostram sententiam de origine obligationum „ex delicto, & quasi delicto exposuimus in *Differt.* „*proem. XII.* §. *520. seq.* & §. *578. seq.* quo remittimus lectorem.

a) (SUPRA:) *L. 2. c. 1. §. 2. n. 1.*

b) (FONTES ESSE TRES:) Nos duos saltem fecimus; quando quis ultra suum vel aliquid habet, vel aliquid agit; id enim ex regula naturali ei cui inde aliquid abest, tribuere tenetur.

c) (PACTIONEM:) Quæ pertinet ad prius membrum quo quis aliquid ultra suum habet ex dispositione vel propria vel superioris.

d) ((MALEFICIUM:) Quod pertinet ad alterum membrum, quo quis ultra suum agit: si enim inde damnum alteri contingit obligatur agens ad restitutionem & injuriæ reparationem.

ADDITIO.

„Author postquam exposuit id quod debetur ex „*pactione* (*vid. cap. XI. & seq.*) transitad id quod de„betur ex *maleficio*. Ex quo actionem dari dixit, vel „*ad reparandum* vel *ad puniendum*. *Vid. supr. c. 2.* „§. 1. De *priori* membro, *hoc capite XVII.* agit, de „*posteriori*, *capite XX.* Principia Autoris expsui „*in Differtatione Proemiali VII. §. 91. seq.*

„Duo autem in genere circa hæc principia notan„da sunt: (1) quod nullibi originem & rationem obli„gationis quæ ex delictis oritur explicet: (2.) Quod „naturam quasi delictorum, & quæ inde ori„tur obligationis nullibi demonstret, imo præcipuas „hujus obligationis species ad jus civile referat. „*Diff. proem. VII. §. 92. §. 94.*

„*e*) (LEGEM:) Author ad obligationes quæ ex le„ge oriuntur, refert obligationes quasdam ex qua„si contractu, nec non eam quæ oritur ex quasi „delicto. *d. c. 1. §. 2.* At alibi demonstravimus „utramque hanc speciem ex ratione naturali sui „Nam in quasi contractu supponitur eum qui obliga-

ctatum. [g] Veniamus ad id quod ex maleficio naturaliter debetur. [h] Maleficium hic appellamus culpam omnem, sive in faciendo, [i] sive in non faciendo, pugnantem cum eo [k] quod aut homines communiter, [l] aut pro ratione certæ qualitatis, facere debent. [m] Ex tali culpa obligatio naturaliter oritur si damnum datum est, [n] nempe ut id resarciatur.

§. II.

I. [a] Damnum forte a demendo dictum est τὸ ἔλαττον, cum quis minus habet suo, [b] sive illud suum ipsi competit ex mera natura, [c] sive accedente facto humano, [d] puta dominio [e] aut pacto, [f] sive ex lege

„obligatur ex facto licito, aliquid alieni, seu ex re „aliena penes se habere, quod ei cujus est restitui debet: In *quasi delicto* autem supponitur eum „qui obligatur ultra suum agendo damnum alii „dare, cum scire debeat ex tali facto alterum lædi „posse: Hic ergo agens peccat non ex proposito „sed culpa, quia damnum qood ex facto tali oriri „potest providere potuit & debuit: & hanc culpam jure naturæ verum delictum esse diximus. „Jus Romanum ad imbecillitatem humanam „respiciens eos demum actus inter DELICTA retulit, quibus jus alterius *ex proposito* læditur: Si vero *culpa* damnum quis dedit, eos actus *quasi delicta* vocat; & unus saltem excipitur casus, quoties damnum corpore in corpus, etiam culpa levissima datur; Hunc enim solum casum Prætor „Aquilius inter *vera delicta* recenset.

„f) (DE PACTIS SATIS TRACTATUM:) Nam „de pactis in genere actum est capite 11. de contractibus c. 12. de promissis principum privatis „c. 14. de pactis publicis seu fœderibus c. 15. de „cautionibus, promissis adjectis, nimirum de jurejurando c. 13. de interpretatione pactorum dubiorum c. 16.

„g) (VENIAMUS AD ID:) Adeoque hactenus „Author egit de obligatione quæ ex factis licitis „oritur, sequitur jam obligatio quæ oritur ex factis illicitis.

„h) (MALEFICIUM HIC APPELLAMUS CULPAM OMNEM:). Adeoque omne factum illicitum, „sive cum proposito sive sine proposito admissum, „modo agens scire potuit damnum inde alteri „oriturum esse.

„i) (SIVE IN NON FACIENDO:) i. e. omittendo. *Vid. supra prop. 7. & 8.*

„k) (QUOD AUT HOMINES COMMUNITER:) „Adeoque quod fieri ratio naturæ universalis dictitat, uti, quod in re aliena nihil fieri debeat, „unde quis scit l. scire debet damnum oriri posse.

„l) (AUT PRO RATIONE CERTÆ QUALITATIS:) „Uti si quis profitetur peritiam: *Omnes artes*, ait „Cicero, *in iis reprehenduntur quod cum professi fuerint satis facere non possunt, non in iis qui „ab his studiis abfuisse confitentur. Orat. pro Planc.*

Pars II.

m) (Grot.) (EX TALI CULPA NATURALITER OBLIGATIO ORITUR:) Ἀμελὴς δίκη Græcis. (Apud HESYCHIUM, qui exponit, ζημίας δίκην. *J. B.*) Vide in decretalibus titulum *de injuria & damno dato:* & Digestis *ad l. Aquiliam* & vicinas rubricas.

ADDITIO.

„Nam ex hoc facto illicito alii aliquid abest, quod ei cui deest restitui debet.

„n) (NEMPE UT ID RESARCIATUR:) Injuria „enim est alii damnum dare; tamdiu ergo injuria „manet donec damnum datum reparetur.

a) (Grot.) (DAMNUM FORTE A DEMENDO DICTUM:) Ita *Varro* libro IV. *Damnum a demtione, cum minus re factum quam quanti constat.* (Pag. 41. *Ed. H. Steph.*) Alii magis probant derivari a græco δαπάνη, ut sit *dapnum*, deinde *damnum*, ut ὕπνος, *sopnus, somnum.* Nec absurde deducas a græco δάμνω, quod est βιάζω, aut ex ζημίας, *damia, damnum*, ut *regia, regnum.*

ADDITIO.

Quia scilicet alii aliquid demitur unde pauperior fit: Damnum igitur est cum quis minus suo habet, adeoque ubi alicui aliquid facto alterius abest.

„b) (SIVE ILLUD SUUM COMPETIT EX MERA „NATURA:) i. e. ante introductum dominium.

„c) (SIVE ACCEDENTE FACTO HUMANO:) Adeoque non ex mera natura, sed post introductum „dominium; Conf. *l.* 2. *c.* 1. *§.* 2. *n.* 1.

„d) (PUTA DOMINIO:) Hic est error Authoris perpetuus; quod dominium originem cepisse putet ex facto hominum, quod verum non „esse alibi demonstravimus. *Vid. dissert. proœm I. „cap. fin.*

„e) (AUT PACTO:) i. e. Ex promisso: Nam „ante introductum dominium homines jus de rebus terræ communibus disponendi non habuisse, „docuit supra. *c.* 7. *§.* 2. Adeoque apparet Authorem hic intelligere pacta quæ fiunt *de re*: alia „enim pacta, v. g. de actionibus nostris, ex mera „natura oriri ipse fatetur. Conf. *l.* 1. *c.* 2. §. 1. & „*Proleg.* §. 15.

„f)

lege. [g] Natura homini fuum eft vita, [h] non quidem ad perdendum fed ad cuftodiendum, corpus, [i] membra, [k] fama, honor, [l] actiones propriæ. Dominio & pacto quomodo fuum quid cuique fit, [m] fuperior tractatio docuit, [n] tum quoad res; [o] tum quoad jus in actiones alienas. [p] Simili modo ex lege jus fuum cuique oritur, [q] quia idem aut plus lex poteft quam in fe ac fua finguli. Sic pupillus jus habet [r] exactam quandam diligentiam exigendi a tutore, [s] refpublica a magiftratu; nec refpublica tantum, [t] fed & cives finguli, [u] quoties lex id expreffe aut per fufficientem confequentiam fignificat.

2 [v] At ex fola aptitudine, [w] quod jus minus proprie dicitur, [*] & ab affignatrice juftitia fpectatur, non oritur verum dominium, [x] ac pro-

„f) (SIVE EX LEGE:) Quo male refert quafi „contractus quosdam, & quafi maleficia *L.* 2. *c.* 1. „*n.* 1.

„g) (NATURA HOMINI SUUM EST VITA:) „Vitam enim, membra, libertatem &c. naturali ra„tione cuique propria effe dixit, etfi dominium „introductum non effet. *l.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 5.

„h) (NON QUIDEM AD PERDENDUM SED AD „CUSTODIENDUM CORPUS:) Quod late probavimus „fupra *L.* 2. *c.* 1. §. 3. *feq.*

„i) (MEMBRA:) Vide *d. c.* 1. §. 6.

„k) (FAMA, HONOR:) Vid. *d. c.* 1. § 10. item „pudicitia. *ibid.* §. 7.

„l) (ACTIONES PROPRIÆ:) Nam in meas actio„nes jus alii non competit, adeoque ad jus no„ftrum etiam actiones propriæ pertinent, in quas „proinde fi alius vel dolo vel culpa jus fibi arro„gat, indeque damnum oritur, id maleficium di„citur.

„m) (SUPERIOR TRACTATIO DOCUIT:) De do„minio egimus *c.* 2. *usque ad c.* 11. De pactis *c.* „11. *usque ad c.* 17.

„n) (TUM QUOAD RES:) Quod jus rerum vo„catur.

„o) (TUM QUOAD JUS IN ACTIONES ALIE„NAS:) v. g. Uxoris, liberorum, fervorum, &c. „de quibus fupra c. 5. egit; quod jus perfonarum di„citur.

p) (SIMILI MODO EX LEGE JUS SUUM CUIQUE ORITUR:) Quando lex nobis jus aliquod tribuit, id ex naturæ quoque ratione noftrum eft, quia ea fuperiori obedire jubet.

ADDITIO.

„Author fupra dixit acquifitione derivativa NO„STRUM aliquid fieri aut facto hominis, aut LEGE; „vid. *cap.* 6. §. 1. & *Diff. proœm. VI.* §. 6. §. 32. „De acquifitione derivativa quæ fit LEGE NATURÆ „*Vide d. differt.* §. 37. *feq.* de ea quæ fit JURE „GENTIUM, VOLUNTARIO *Vide ibid.* §. 47: *feq.* „& de ea quæ fit LEGE CIVILI *Vide ibid.* §. 49. „*feq.* Nos alibi demonftravimus obligationes, quæ „ex quafi contractu & quafi delicto oriuntur, non „pertinere ad acquifitiones legis civilis. *Diff. proœm.* „*XII.* §. 562 *feqq.*

„q) (QUIA IDEM AUT PLUS LEX POTEST „QUAM IN SE AC SUA SINGULI:) Jus enim fin„gulorum dependet ab arbitrio fuperioris. *Vid.* „*infr. c.* 21. §. 11. *n.* 3. Nimirum a dominio emi„nenti, feu potius ab arbitrio imperantis fi utilitas „reipublicæ id exigit. *ibid.* Conf. *fupr. c.* 14. §. 3.

r) (EXACTAM QUANDAM DILIGENTIAM EXIGENDI A TUTORE:) Tutor tenetur (1) ex facto licito ad rationes & reliqua, quia hactenus ultra fuum aliquid habet: (2) ex facto fuo illicito, fi quid omifit, vel fecit minus diligenter: Nam cuftodia & cura tutori a fuperiore demandata eft: Jure Romano non ex quavis culpa tenetur, fed ex levi, quia non ultro fed neceffario fufcepit, unde liberatur mediam diligentiam præftando.

s) (RESPUBLICA A MAGISTRATU:) Hoc admittendum non eft in magiftratu qui proprio jure imperium tenet: in hunc enim refpublica omne jus fuum tranftulit: Nifi ubi definit effe Princeps.

„t) (SED ET CIVES SINGULI QUOTIES LEX: &c.) „Nec refpublica nec finguli jus habent exigendi a „principe diligentiam, arbitrium enim omne in „Principem contulerunt.

„u) (QUOTIES LEX ID EXPRESSE &C. SIGNIFI„CAT:) At vix exemplum ejusmodi legis dari pot„erit. Conferantur ea quæ fupra differuimus *ad* „*l.* 1. *c.* 4. §. 8. §. 12. §. 13. §. 14.

v) (AT EX SOLA APTITUDINE &C. NON ORITUR VERUM DOMINIUM:) Ex eo enim quod convenit & quod virtutis eft plane nullum jus inter homines oritur, nedum dominium.

„w) (QUOD JUS MINUS PROPRIE DICITUR:) „Quia homines inter fe inde non obligantur, fed „faltem intuitu Dei. Vid. *Differt. proœm.* II. §. 10.

„*) (ET AB ASSIGNATRICE JUSTITIA SPECTA„TUR:) Quia juxta proportionem Geometricam ea „quæ nobis propria funt elargiuntur. *Vid. prol.* „§. 10. *L.* 1. *c.* 1. §. 8. ibique notata.

„x) (AC PROINDE RESTITUTIONIS OBLIGATIO:) „Jus enim meum non eft, nec damnum mihi da„tum

proinde restitutionis obligatio, [y] quia non id alicui suum est ad quod Nic. 5.
aptus est: σπλεονεκτεῖ ὐδὲν ait Aristoteles, ὁ ὐ βοηθήσας χρήμασι δι ἀνε- c. 4.
λευθερίαν. [z] *Contra proprie dictam justitiam nihil committit, qui pecunia sua alteri non succurrit, præ tenacitate.* Cicero pro Cn. Plancio.
Est hæc condititio liberorum populorum, [aa] *posse suffragiis vel dare,* Cap. 4.
vel detrahere quod velit cuique, & tamen mox subdit, accidere [bb] ut populus faciat quod velit, non quod debeat, [cc] voce debendi sumta in laxiore significatu.

§. III.

Sed cavendum hic, [a] ne confundantur quæ diversi generis sunt.
Nam cui magistratus collatio mandata est, is reipublicæ tenetur [b] ad *Thom. & Cajet. 2.*
eligendum eum qui dignus sit, & ad hoc exigendum respublica jus *q. 62.*
habet proprium; quare si ex indigni electione [c] damnum fecerit *art. 2. Soto, lib.*
respublica, ille resarcire tenebitur. Sic etiam civis aliquis non in- *4. q. 6. Lessius.*
dignus, [d] etsi jus proprium ad officium aliquod non habeat, habet *lib. 2. c. 12. dub.*
tamen [e] verum jus petendi juxta alios: [f] in quo jure si per vim aut *18 & Covar.*
dolum impediatur, jam non totius rei expetitæ sed [g] incerti illius *ad c. peccatum. p.*
damni æstimationem exigere poterit. Simile erit in eo qui [h] ne quid *2. §. 7.*
lega-

„tum dici potest: ubi autem damnum non est „ibi non est injuria, nec ejus reparatio.

„y) (QUIA NON ID ALICUI SUUM EST, AD „QUOD APTUS EST:) Seu quod alicui convenit: „Vid. *Prol. §. 9. & 10. l. 1. c. 1. §. 10.*

„z) (CONTRA PROPRIE DICTAM JUSTITIAM „NIHIL COMMITTIT:) i. e. Contra justitiam quæ „homines inter se obligat: justitia enim de qua „hic agitur obligat saltem intuitu Dei:

„aa) (POSSE SUFFRAGIIS VEL DARE VEL DE- „TRAHERE CUIQUE:) Facultas enim disponendi „de dignitatibus reipublicæ populo competit.

„bb) (UT POPULUS FACIAT QUOD VELIT NON „QUOD DEBET:) *Cic orat. 1. p. m.* 622. Loquitur „autem de populo qui in comitiis plerumque di- „gnitates confert iodignis, adeoque qui potuit eas „conferre, at qui debuit conferre dignis.

„cc) (VOCE DEBENDI SUMTA IN LATIORE SI- „GNIFICATU:) Scilicet inspecta sola aptitudine: „quis debuisset bene meritis conferre.

„a) (NE CONFUNDANTUR QUÆ DIVERSI SUNT „GENERIS:) Nam ea quæ ex aptitudine debentur, „aliquando jure proprio & stricte sic dicto peti „possunt, certo modo.

„b) (AD ELIGENDUM EUM QUI DIGNUS EST:) „Verum hoc est de magistratu ioferiore, vel tali „qui non jure proprio imperium tenet: Princeps „autem, cui imperium plene delatum est, pro suo „arbitrio dignitates confert, populus enim omne „jus suum in eum transtulit: Hinc sacrilegium „esse dicitur de meritis ejus dubitare quem Princeps „dignum existimavit. *l. 2. C. Crim. Saccul.*

„c) (DAMNUM FECERIT RESPUBLICA, &c.) Di- „ximus id verum non esse in Principe, cui jure „proprio imperium est delatum.

„d) (ETSI JUS PROPRIUM AD OFFICIUM ALI- „QUOD NON HABEAT:) Collatio enim dignitatum „dependet ab arbitrio eligentium

„e) (VERUM JUS PETENDI JUXTA ALIOS:) Sin- „guli enim cives, jus habent capessendi dignitates „reipublicæ suæ quatenus capaces sunt.

„f) (IN QUO JURE SI PER VIM AUT DOLUM „IMPEDIATUR &c.) v. g. Si quis vinculis detine- „atur ne tempore electionis postulare dignitatem „possit; vel si per calumniam concivium excludi- „tur, vel si dolose mortuus asseritur,

„g) (INCERTI ILLIUS DAMNI ÆSTIMATIONEM „EXIGERE POTERIT:) Cum iocertum sit num offi- „cium obtenturus fuisset, vix est ut hujus incer- „ti damni æstimationem exigere possit, nisi pro- „bet incertitudinem illam causam fuisse prætertio- „nis: at si vi vel dolo alterius impeditus fuit, ve- „ra injuria est, cujus reparationem petere potest.

h) (NE QUID LEGARET TESTATOR VI VEL DOLO FUIT IMPEDITUS:) Imo nec hoc damnum est, quia qui legatum speravit legatum numquam habuit, adeoque nihil ei ademtum est; nisi constet testatorem ei legaturum fuisse si mortuum non credidisset: At semper injuria est si quis vi vel dolosis persuasionibus testatorem impediverit ne legata relinquat, eodem modo uti injuria est, quod quis domino invito fundum ejus ingrediatur, etsi damnum non det

ADDITIO.

„Si quis *vi* testatorem impedit quo minus mihi „ali-

Soto, lib. 4. q. 7. Less. lib. 2. c. 12. dub. 16. n. 3.

legaret testator, vi vel dolo fuit impeditus; [i] nam capacitas legati jus quoddam est, cui id est consequens, [k] ut libertatem testatoris in eo impedire injuria sit.

§. IV.

Minus autem quis habere, ac proinde damnum fecisse intelligetur, non in re tantum, sed & in fructibus [a] qui proprie rei fructus sunt, [b] sive illi percepti sunt [c] sive non, [d] si tamen ipse eos percepturus fuerat, [e] deductis impensis quibus res melior facta est, aut quæ ad fructus percipiendos fuerunt necessariæ, [f] ex regula quæ nos vetat locupletiores fieri cum aliena jactura.

§. V.

„aliquid relinquat, vel mentitus est me decessisse, „hæc injuria est, quæ reparari debet præstando „omne id quod mea inter est testatorem impeditum noo fuisse: Jure Romano distinguitur an hæres institutus prohibeat, an tertius: *priori* casu „hæres tenetur ad omne id quod interest *l. 88. §. „4. leg. 2. Laut. comp. pag. 509. pr.* & portio hæ„redis fisco cedit. *l. 1. pr. Si quis aliquem test. „prohib. posteriori* casu actione io factum tenetur is „qui prohibuit. §. *fin. Inst. ad. L. Aquil.*

„*i*) (NAM CAPACITAS LEGATI JUS QNODDAM „EST:) Jus *capacitatis legati* io eo consistit, quod „legatum accepturus fuisset nisi testator dolo al„terius impeditus fuisset.

„*k*) (UT LIBERTATEM TESTATORIS IN EO IM„PEDIRE AIT INJURIA:) Modo satis probetur „facto hæredis vel tertii testatorem impedi„tum fuisse ne leget.

(AO §. IV.) Recte Author ait damnum quoque datum in fructibus resarcieodum esse, adeo ut si facto alterius illicito fructus mihi absint, is hos quoque restituere teneatur; Saoe totum factum injuria est, quia non debuit id facere „quicquid ergo ex hac injuria damni alteri contingit id reparandum erit, quo pertinent exempla Authoris in §. 12. *seq.* Neque id verum saltem est de fructibus perceptis, quia hi etiam ex facto licito restitui debent; Sed & de percipiendis, quia jure naturæ exactissima diligeotia io re aliena adhiberi debet, si igitur dominus adhibita exactissima diligentia fructus ex re illa percipere potuisset, illos omnino percipiens restituere tenetur.

JCti Romani duo hic mutarunt 1) quod possessor, si io bona fide sit, percipiendos fructus onnquam restituat, sed tuoc demum si in mala fide sit: *l. 62. §. 1. R. V. l. 48. pr. A. R. D.* 2) quod si bonæ fidei possessor justam opinandi causam habuerit se domioum esse, nec perceptos restituat; quia talem possessorem domini loco habuerunt. *d. l. 48. A. R. D. & §. 35. Inst. R. D.*

ADDITIO.

„Nos ratiooibus naturæ demonstravimus in *Diss. „prooem. XII. §. 267.* fructus ex re aliena perce„ptos acquiri percipienti, quia fructus separati de„sinunt esse pars arboris, cujus solius alter domi„nus est: idque verum est licet percipiens sit *in* „mala fide: Præter mutationes allegatas, idquoque „jure codicis mutatum est, ut bonæ fidei possessor „non lucretur fructus si adhuc exstaot. *l. 22. C. „R. V.*

„Atalia quæstio est, an percipiens teoeatur ad „æstimatiooem fructunm, quod merito affirma„mus, quia facto percipentis domino arboris ali„quid deest, adeoque percipiens locupletior fieret „cum alterius iactura. *Diss. prooem. XII. §. 277.*

a) (QUI PROPRIE REI FRUCTUS AUNT:) Sive naturales sint sive civiles, i. e. Sive ex re oriantur, sive occasione rei, ut merces locationis &c. *d. l. 62. pr. Rei vind.*

„*b*) (SIVE ILLI PERCEPTI;) Etsi eoim perce„ptione dominus fiat ille qui percipit, vere tamen „plus suo habet.

„*c*) (SIVE NON:) i. e. etiamsi exstent: quod „jure codicis mutatum est. *l. 22. C. R. V.*

„*d*) (SI TAMEN IPSE EOS PERCEPTUROS FUE„RAT:) Imo sufficit dominum jus percipiendi ha„buisse, etsi forte percepturus oon fuisset; id enim „alteri jus noo dat in rem alienam: dominus ne„gligere jus percipiendi potuit, tertio autem qui „oullum jus in re aliena habet, id non licet.

„*e*) (DEDUCTIS IMPENSIS:) Dominus, æstima„tionem fructuum ab alio perceptorum petens, pati „tenetur ut ab illa æstimatione deducantur melio„rationes in rem, vel expensæ oecessariæ ad fru„ctus percipiendos factæ.

„*f*) (EX REGULA QUÆ NOS VETAT LOCUPLE„TIORES FIERI:) De qua regula, ejusque effectu „circa fructus late egimus supra *L. 2. c. 10. §. 4. „seq.*

e) (AED

§. V.

[a] Sed & spes lucri ex nostro æstimabitur, [b] non ut illud ipsum, [c] sed secundum propinquitatem ad actum, [d] ut in semente spes messis. *L. in quantitates 73. § magno 1 D ad legem Falcid.*

§. VI.

Tenentur autem, præter ipsum qui per se & ἀμέσως damnum dat, [a] alii quoque faciendo aut [b] non faciendo: Faciendo alii primario, alii secundario: primario, [c] qui jubet, [d] qui consensum requisitum adhibet, [e] qui adjuvat, [f] qui receptum præstat, [g] aut qui alio modo in ipso crimine participat. *Thom. 2. 62.3.art. 4 Soto. lib 4 q. 6. art. 5.*

§. VII.

Secundario, [a] qui consilium dat, [b] laudat, assentatur. *Quid enim interest [c] inter suasorem facti & probatorem?* ait Cicero Philippica secunda. *Cap. 12*

§. VIII.

a) (SED ET SPES LUCRI EX NOSTRO ÆSTIMABITUR:) Spes enim lucri nihil aliud est quam „bonum speratum, quod ob incertitudinem even„tus æstimatur minori precio, & incertus ille even„tus multum detrahit vero rei pretio, adeo ut quo „major est incertitudo eo minor quoque sit æsti„matio: Hæc igitur æstimatio, quantula sit, resti„tui debet: de quo plenius supra *L. 2. c. 12.* §. 5. „& 23. egimus.

„*b*) (NON UT ILLUD IPSUM:) i. e. non quanti „lucrum solidum foret si id percepissem: *Gron.* „*h.*

„*c*) (SED SECUNDUM PROXIMITATEM AD ACTUM:) i. e. ut eo minor sit æstimatio, quo ma„jor est incertitudo, & contra:

„*d*) (UT IN SEMENTE SPES MESSIS:) Alia exem„pla vidimus *d. c.* 12. §. 5.

(AD §. VI) Facto illicito damnum dari tunc dicitur quando faciens causa est damni: Hinc si plures concurrunt, omnes tenentur quorum actio est causa damni seu injuriæ: Si proinde aliquis consilium dat, laudat propositum, & alter alias facturus non fuisset, omnino participat de delicto, quia causa est damni, adeoque tenetur ad ejus reparationem.

Notanter diximus, damnum oriri debere *ex facto illicito*, si enim actio agentis non est injusta, sed is suo jure utitur, & casu saltem damnum inde oritur, tunc agens non potest dici causa damni dati, cujus rei exempla refert Author infra §. 20.

„*a*) (ALII QUOQUE FACIENDO:) Si hoc facto „suo causa sunt damni dati.

„*b*) (NON FACIENDO:) De quo §. 8.

„*c*) (QUI JUBET:) Nam tunc tota actio unde „damnum oritur est jubentis, adeoque is principa„liter tenetur.

„*d*) (QUI CONSENSUM ADHIBET:) Modo alter „sine hoc consensu facturus non fuisset.

„*e*) (QUI ADJUVAT:) Auxilio enim suo causa „est damni dati.

„*f*) (QUI RECEPTUM PRÆSTAT:) Adeoque qui „celat v. g. furtivas res, nam hoc quoque factum „causa est damni dati.

„*g*) (AUT QUI ALIO MODO IN IPSO CRIMINE „PARTICIPAT:) De quo late agit *Math. de Crim.* „*proleg. c. 1. n. 7. Binsfeld ad tit.* 10. *de injur* „*& damn. dat. quæst.* 1. 2. 3. *seq.* Vid. *Disp. B* „*par. de sociis delicti.*

a) (QUI CONSILIUM DAT, LAUDAT, ASSENTATUR:) Verum hoc est si absque consilio, laude & assentatione facturus non fuisset; tunc enim laudans vera causa damni est: Si autem æque facturus alter fuisset, pro causa damni haberi indeque ad reparationem obligari nequit: Equidem male agit consilium &c. dando, sed eo damnum alteri non dat: neque huic jus aliquod inde aufertur: Eodem modo uti is qui rem alii aufert volenti, vitiose quidem agit, quia nescit dominum consentire, sed inde non tenetur ad reparationem damni, quod non fit volenti.

b) (Grot.) (LAUDAT:) Totilas in oratione ad Gotthos, apud *Procopium* Gotthicorum III. *ὁ γὰρ ἐπαινέσας τὸν δεδρακότα, οὐδέν τι ἧσσον τῶν πεπραγμένων αὐτουργὸς γίνεται. Nam qui facientem aliquid laudas, & ipse rei factæ auctor habendus est.* (Cap. 25.) *Ulpianus* in L. 1. C. de servo corrupto: *Et si erat servus omnimodo fugiturus vel furtum facturus, hic vero laudator ejus propositi fuerit, tenetur: non enim oportet laudando augeri malum.*

§. VIII.

[a] Non faciendo, item primario aut secundario: primario, qui cum [b] ex jure proprie dicto [c] debeat vetare præcepto, [d] aut opem ferri ei cui fit injuria, id non facit. Is Chaldæo Paraphrastæ Levit. XX, 5. בער [e] obfirmator dicitur.

§. IX.

I ff. lib. II. cap 13. dub. 10. Secundario, [a] qui aut non dissuadet cum debeat, [b] aut factum reticet quod notum facere debebat. Illud autem debere in his omnibus referimus [c] ad jus proprium quod justitia expletrix respicit, [d] sive illud ex lege sive ex qualitate exoritur. [e] Nam si debeat ex caritatis norma, peccabit quidem omittendo, non tamen ad repara-

c) (Grot.) (INTER SUASOREM FACTI ET PROBATOREM:) Applicat hoc dictum Probo præfecto *Ammianus* libro XXVII. (*Cap.* II.) *Lege Longobardica* lib. I, tit. IV. etiam consulens ad compositionem vocatur. Vide *Rom.* I. in fine, & ibi veteres scriptores.

ADDITIO.

„Duo hic notanda sunt 1) quod neuter ad damni reparationem teneatur, si alter æque facturus fuisset, quia non sunt causa damni æque secuturi. 2) Quod probator nunquam teneatur, si probat factum jam commissum, quia non potest dici causa esse damni ante probationem dati.

a) (NON FACIENDO:) Regula generalis est: Quod omissio toties sit injusta, quoties quis tenetur aliquid agere: id enim omittit ultra terminos facultatis a natura restrictæ: Vid. *l.* 31. §. 3. *ff. de pet. hered.*

„b) (EX JURE PROPRIE DICTO:) Non ex aptitudine. *Vid.* §. 2.

„c) (DEBEAT VETARE PRÆCEPTO:) Uti si custodes domus vident noctu intrare vel egredi furem, nec impediunt: tunc enim causa sunt damni. Secus si vicinus aliquis videat ingredi fures, hic enim vetare non tenetur, quia rei dominus in actiones vicini nullum jus habet, nec custodiæ vicini res vicinorum sunt commissæ: Atque ita intelligendum est quod ait Seneca. *Qui non vetat, cum possit, peccat*, scilicet ubi vetare tenetur: Recte igitur infamia notantur parentes qui liberos patiuntur bina sponsalia contrahere, quia impedire possunt & tenentur. *l.* 13. §. *ff. His qui not.* Hinc magistratus qui non punit malos, causa est damni quod inde oritur: Vid. *Agapetum ad Iustin.* 27. *Cicero in Pisone n.* 5. *Corinthii apud Thucyd.* 1 *Arnob. adv. gent.* 4. 28. & alia apud *Tesm. b.*

d) (Grot.) (AUT OPEM FERRE:) *Nicetas Choniates* Michaële Comneno: *ὁ ἐμπρησμὸς, οὐ μόνον τοῦ ἀνάψαντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ κατασβέσαι δυναμένου, δρᾶσαι δέ τι τοιοῦτον ὅλως μὴ βουληθέντος· Incendium non ei tantum imputatur qui facem intulit, sed & ei, qui probibere cum posset, omnino noluit.* (Lib. I. c. 3.)

ADDITIO.

„Si illi qui securitati publicæ tuendæ constituti sunt vident hominem spoliari, nec auxilium ferunt, causa sunt damni.

„e) (OBFIRMATOR:) Deus allegato loco *Lev.* 18. *v.* 5. minatur se puniturum & eum qui fornicatur cum Moloch, & eum qui consentit ut fornicaretur, i. e. qui non impedit cum potuisset & debuisset.

a) (QUI AUT NON DISSUADET CUM DEBEAT:) Ergo regulariter non tenetur dissuadere, tum quia nemo jus in alterius actiones habet, tum quia nemo tenetur curam habere rerum alterius quas in custodia sua non habet; Secus igitur si dissuadere tenetur, ut judex, custodes publici, parentes &c.

„b) (AUT FACTUM RETICET, QUOD NOTUM FACERE DEBEBAT:) Ita is qui scit aliquid in rem publicam machinari, id notum facere, vel eandem cum reu poenam subire debet. *L.* 5. *C. L. jul. Maj.*

„c) (AD JUS PROPRIUM QUOD JUSTITIAM EXPLETRICEM RESPICIT:) De quo late actum est. *L.* 1. *c.* 1. §. 8.

„d) (SIVE ILLUD EX LEGE SIVE EX QUALITATE ORITUR:) Nam Author jus, quatenus pro *qualitate* sumitur, distinguit a jure, quatenus pro *lege* sumitur. *illud* jus laxius, *hoc* jus stricte sic dictum, seu sociale, vocat.

„e) (NAM SI DEBEAT EX CHARITATIS NORMA, PECCABIT QUIDEM OMITTENDO, NON TAMEN AD REPARATIONEM TENEBITUR:) Ea enim est natura juris laxioris, ut necessitas quidem moralis inde oriatur, at tantum intuitu Dei; aliis enim hominibus jus proprium inde non nascitur: *Diss. proœm. II.* §. 10. *seq.*

„f) (CU-

parationem tenebitur, [f] cujus origo est jus aliquod proprium [g] ut ante diximus.

§. X.

Sciendum quoque hos omnes quos diximus ita teneri, [a] si vere causa fuerint damni, id est [b] momentum attulerint aut ad totum damnum, [c] aut ad partem damni. Nam sæpe accidit in agentibus vel negligentibus [d] secundarii ordinis, interdum etiam in quibusdam qui sunt [e] ordinis primarii, ut etiam sine eorum actu aut neglectu is qui damnum dedit [f] certus fuerit id ipsum dare: quo casu illi quos dixi [g] non tenebuntur. Quod tamen non ita intelligendum est, [h] ut si alii defuturi non fuerint, puta qui suaderent, aut juvarent, non teneantur qui suaserint, aut juverint, si absque ope consilio qui dedit damnum daturus id non fuisset: [i] Nam & illi alii si suasissent aut adjuvissent, tenerentur.

Th. 2, 2. 62. art. 6. Soto. lib. 4. q. 7. art. 3.

Cajetan. ad q. 62. art. 6. Medin. q. 7.

§. XI.

Tenentur autem primo loco ii [a] qui imperio aut alio modo aliquem impulerunt ad factum: [b] his deficientibus patrator facinoris: [c] & post eum cæteri: [d] in solidum singuli qui ad actum causam dederunt, [e] si totus actus ab ipsis quamquam non solis processit.

Less lib. 2. cap. 13. dub. 5 ib. dub. 4.

§. XII.

„f) (CUJUS ORIGO EST JUS ALIQUOD PROPRIUM:) Sensus est, quod ad reparandi damni „necessitatem requirutur ut jus mihi proprium de„matur, quale non est si ex sola aptitudine seu vir„tute debetur. *Vid supra §. 2.*

„g) (UT ANTE:) *d. §. 2.* Conf. *Diss. proœm. I. §. 13.*

a) (SI VERE CAUSA FUERINT DAMNI:) Sunt autem causa si aliter facturus noo fuisset is cui coosilium datum est, vel is qui laudatur, & cui assentimus.

„b) (MOMENTUM ATTULERINT AUT AD TOTUM DAMNUM:) Uti si absque hoc consilio al„ter plane facturus non fuisset.

„c) (AUT AD PARTEM:) Si v. g. necem dissua„sit, rapinam probavit, saltem de rapina tenetur.

„d) (SECUNOARII ORDINIS:) *Vid. §. 7. & 9.*

„e) (ORDINIS PRIMARII:) *Vid. §. 6. & 8.*

„f) (CERTUS FUERIT IO IPSUM OARE:) Adeo„que non possunt causa dici damni, quod alter „æque daturus fuisset.

„g) (NON TENEBUNTUR:) Quia damnum datum „ab illis non est nulla quoque est reparandi uecessitas.

„h) (UT SI ALII DEFUTURI NON FUISSENT:) „Vel enim non petitur ab illis aliis consilium, vel „petitur & illi quoque probant: Priori casu noo „teneutur, etsi forte quæsiti probaturi fuissent: „saoe asseri oequit eorum consilio damnum da„tum esse, quia consilium non dederuut, adeoque „pro causa damni haberi ooo possuot. Posteriori casu „illi alii æque ut priores tenentur, quia omnes con„silium dando & probando causam dedere damno.

„i) (NAM ET ILLI ALII:) Quia tunc causa „damni dati fuissent.

„a) (QUI IMPERIO AUT ALIO MOOO ALIQUEM „IMPULERUNT AO FACTUM:) Nam illi sunt vera „causa damni, patrator enim saltem est causa in„strumentalis, actio autem non est agentis sed in„strumenti.

„b) (HIS OEFICIENTIBUS PATRATOR FACINORIS:) Nam absque jussu superioris maleficium „ultro committit, & sic causa est damni dati.

„c) (ET POST EUM CÆTERI:) Scilicet qui hor„tati sunt, consilium dederunt, laudarunt: &c. „positis scl. terminis habilibus.

„d) (IN SOLIDUM SINOULI QUI AO ACTUM „CAUSAM OEDERE:) Si scilicet plures simul faci„nus commiserunt, unus auferendo, alter scalam po„nendo, tertius recipiendo, &c. singuli tenentur „in solidum, quia unusquisque facto suo causam „dedit damno. At unius præstatione omnes reli„qui liberantur, quia damnum amplius non est; „pœnam autem singuli pati debent.

e) (Grot.) (SI TOTUS ACTUS AB IPSIS, QUANQUAM NON SOLIS, PROCESSIT:) *Lex Longobardica* lib. I. tit. IX, 5.

ADDITIO.

„Nam in solidum causam damno dedit unus„quisque agentium.

§. XII.

Qui vero de actu tenentur, [a] simul tenentur de his quæ illum ex *Excerpt. Contr. 5. 5.* actus vi sunt consecuta. [b] In Senecæ controversia quadam hoc tractatur in specie platani incensæ ex qua domus arserat, ubi hanc ponit sententiam: *Etiamsi partem damni dare noluisti,* [c] *in totum quasi prudens dederis tenendus es; ex toto enim noluisse debet qui imprudentia defenditur.* *Strabo 12. pag. 539.* Ariarathes Cappadocum Rex eo quod Melani amni exitum per lasciviam obstruxerat, cum ejus perrumpentis impetu elatus Euphrates rapta parte Cappadocum terræ, magna [d] & Galatis & Phrygibus damna intulisset, permisso Romanis judicio, [e] talentis trecentis dispendium sarcivit.

§. XIII.

Less. lib. 2. c. 9. dub. 19. Exemplo hæc sint. [a] Homicida injustus teneatur solvere impensas, si quæ factæ sunt in Medicos, [b] & iis quos occisus alere ex officio solebat, puta parentibus, uxoribus, liberis dare tantum quantum illa spes alimentorum, [c] ratione habita ætatis occisi, valebat: [d] sicuti *Diod. l. 34. c. 1. cap. 2.* Hercules legitur Iphiti a se occisi liberis mulctam pependisse, quo facilius expiaretur. [e] Michaël Ephesius ad quintum Nicomachiorum Aristotelis:

a) (Grot.) (SIMUL TENETUR DE HIS, QUÆ ILLUM EX ACTUS VI SUNT CONSECUTA:) Vide *Thomam* prima secundæ quæst. XX. art. 5. & l. si servus servum. 27. §. si quis insulam 8. D. *ad l. Aquiliam.*

ADDITIO.

Qui mandat alii factum illicitum tenetur etiam ad damnum quod ex eo facto (non ex alia causa) sequitur: quia hujus quoque damni author & causa est, utpote cum secutum non fuisset nisi mandasset: Atque huc pertinent casus ex Seneca & Strabone allegati.

b) (Grot.) (IN SENECÆ CONTROVERSIA:) *Excerptis V. 5.*

„*c*) (IN TOTUM QUASI PRUDENS DEDERIS TE„NENDUS ES:) Quia ejus vera causa es. *Conf. §. 13.*

„*d*) (TALENTIS TRECENTIS DISPENDIUM SAR„CIVIT:) *Strab l. 12. p. m.* 517.

„*e*) (ET GALATIS ET PHRYGIBUS:) Adde & Cilicibus: *d. pag.* 517. Nam Carmalæ exitu obstructo, ore deinde rupto aqua quædam Cilicum loca devastavit: Hic igitur pœnas quoque dedit eis qui injuria affecti sunt.

„*a*) (HOMICIDA INJUSTUS TENETUR SOLVERE „IMPENSAS:) Sine facto enim illo illicito medico „opus non habuisset, hoc ergo damnum hæredi„bus occisi resarcire tenetur.

b) (ET IIS QUOS OCCISUS ALERE EX OFFICIO SOLEBAT:) Imo damnum hoc vere non est, quia alimenta morte parentis exstinguuntur, parentes enim non nisi vivi alunt, cum ergo liberi jus in hunc casum nullum habeant, non potest dici aliquid iis demtum fuisse. Sed & æstimari damnum id nequit, quia pater alias mori vel impediri potuit. Nec spes æstimatur, ubi nihil deberi certum est: At jus Romanum, & usus ex summa æquitate liberis aliquid concessere, ejusque definitionem arbitrio judicis reliquere. *Berl. p. 4. concl. 19. n. 20. Myns. Resp. 59. decad. 6. Puffend. l. 3. c. 1 §. 7.* Conf. *Exod. 21. 22. Anth Matth. tit de Sicar. c. 9. n. 11.*

ADDITIO.

„Si defunctus opera sua liberos aluit, certum est „occisorem in causa esse ne liberi defuncti ex illa „opera alantur: hoc igitur damnum est injuria „datum, quod reparari debet: equidem quantitas in„certa est, hinc inter privatos ex arbitrio judicis res „decidi debet. Sed & præterea injuria fit familiæ, „dum caput vel membrum ei aufertur: hæc inju„ria æstimari quoque potest.

„*c*) (RATIONE HABITA ÆTATIS OCCISI:) Ut „scilicet plus solvatur si vir juvenis & robustus in„terficiatur, quam si decrepitus. *Tesm. h.*

d) (SICUTI HERCULES LEGITUR:) At id ultro fecit, quod crimen eo facilius expiari putaverit.

ADDITIO.

„Imo consilio Apollinis Iphiti, (non Iphicli) li„beris pretium, quo se venundari passus est, dedit. „Vid *Diod. Siculus p. m. 111.*

„*e*) (MICHAEL EPHESIUS:) Hic loquitur non „de

Ariſtotelis: ἀλλὰ καὶ ὁ φονευθεὶς ἔλαβε τρόπον τινὰ, ὃ γὰρ ἡ γυνὴ ἢ οἱ παῖδες, ἢ οἱ συγγενεῖς τοῦ φονευθέντος ἔλαβον τρόπον τινὰ ἐκείνῳ δέδοδε: *Sed & qui occiſus eſt accipit aliquomodo. Quæ enim uxor ejus & liberi & cognati accipiunt, ipſe quodammodo accipit.* Loquitur de homicida injuſto, id eſt qui non habuit jus id faciendi unde mors ſequitur. Quare ſi quis jus habuerit, [f] ſed in caritatem peccaverit, [g] ut qui fugere noluit, non tenebitur. [h] Vitæ autem in libero homine æſtimatio non fit; [i] ſecus in ſervo qui vendi potuit. *Leſſ. dub. 21. Navarr. c. 15 num. 22.*

§. XIV.

[a] Qui mutilavit ſimiliter tenebitur ad impenſas & ad æſtimationem ejus quod jam qui mutilatus eſt [b] minus poterit lucrari. Sed [c] ſicut ibi vitæ, [d] ita & hic cicatricis in libero homine æſtimatio non fit. [e] De conjectione in carcerem idem dicendum. *L. ult. D. De his qui eff. jud vel dej.*

§. XV.

Sic adulter & adultera tenentur non tantum [a] indemnem præſtare maritum ab alenda prole, [b] ſed & legitimis liberis rependere, ſi quod damnum *Leſſ. lib. 2. c. 10. dub. 6.*

„de eo quod juris naturæ, ſed quod apud Græcos „receptum; idque vel inde apparet, quia etiam „*cognati* aliquid accipiunt, quibus tamen alimenta „non debentur.

„*f*) (SED IN CARITATEM PECCAVERIT:) i. e. „contra regulas perfectionis egit.

„*g*) (UT QUI FUGERE NOLUIT:) enim tuto „poſſit: Nam fugere nullo jure tenetur. *Vid. ſupr.* „*l. 1. c. 1. §. 10.*

„*h*) (VITÆ AUTEM IN LIBERO HOMINE ÆSTIMATIO NON FIT:) Nam vita jus erat ſoli defuncto proprium, huic autem æſtimatio reddi non „poteſt, quia omne jus ejus morte eſt exſtinctum, „liberis autem & agnatis nullum jus in illam vitam „competiit, adeoque illis nihil hactenus demtum „eſt, quod æſtimando reparari deberet.

ADDITIO.

„Noſtram ſententiam modo explicavimus. *Vid. lit. b.*

„*i*) (SECUS IN SERVO QUI VENDI POTUIT:) „Nam cum domino verum jus in ſervum ejusque „vitam competat, hoc demi domino non poteſt; „& ſi demitur, omnis utilitas quæ ex vita illa redundare poteſt, æſtimatur.

a) (Grot. (QUI MUTILAVIT SIMILITER TENEBITUR AD IMPENSAS &c.) Idem apud Hebræos ſervatum, *Baba Kama* cap. VIII. §. 1. & apud Anglos & Danos, quorum fœdus vide apud doctiſſimum *Pontanum* diſſertatione de mari. (*Diſcuſſ. Hiſtoric.* &c. Lib. II. Cap. 21. ubi tamen nil legitur, quod ad rem faciat. Eſt tantum aliquid de mulcta ab homicida heredibus occiſi pendenda, *pag.* 143. J. B.)

ADDITIO.

„Nam ex hoc facto illicito alteri aliquid abeſt, „eique aliquid demitur, quod reparari debet.

„*b*) (MINUS POTERIT LUCRARI:) Nam hoc „quoque demitur facto alterius illicito.

„*c*) (ET SICUT IBI VITÆ:) *Vid §. præced.*

d) (ITA ET HIC CICATRICIS IN LIBERO HOMINE ÆSTIMATIO NON FIT:) Cicatrix enim, dolorque non ſunt pars damni, neque enim ideo minus in bonis habet is qui mutilatus eſt: ubi ergo damnum non eſt ibi nec æſtimatio obtineri poteſt.

At quia injuria egit is qui mutilavit, ultra fines facultatis ſuæ in corpus meum ſæviendo; hæc injuria æſtimari poterit, & cum ea per reſtitutionem reparari nequeat, per tantundem reparari debet, de quo jure *infra c.* 20. agetur: Idque etiam præceptis divinis convenit. *Lev.* 24. *v.* 17. *ſeq. Math. V. v.* 38. *Exod.* 21. *v.* 23.

„*e*) (DE CONJECTIONE IN CARCEREM:) Per „hanc injuriam itidem damnum non datur, adeo„que ejus nulla eſt æſtimatio: at quia jus alterius „lædit is qui inſontem in carcerem con„jicit, reparari hæc injuria debet per tantundem, „i. e. agens ſimile malum pati debet: quod ple„rumque fit per pecuniariam æſtimationem

„*a*) (INDEMNEM PRÆSTARE MARITUM AB A„LENDA PROLE:) Nam maritus non tenetur alere „niſi ſuos liberos, adeoque neceſſitas alendi liberos „alienos ei obtrudi nequit.

„*b*) (SED ET LEGITIMIS LIBERIS REPENDERE:) „Si ſcilicet adulterinus filius patri putativo ſucceſ„ſit, poſtea vero appareat partum adulterinum „eſſe; tunc omnino reſtitui debet quicquid ex fa„cto hoc illicito penes filium eſt, adeoque portio „hæreditatis cum fructibus: Neque adulter vel „adultera ſaltem ad id obligantur qui cauſa ſunt &

damnum patiuntur ex concurſu ita ſuſceptæ ſobolis ad hæreditatem. *Leſſ lib. 2. c. 10. dub. 2. & 3.* Qui virginem imminuit [c] vi, aut fraude, tenetur ei rependere [d] quanti minoris ipſi valet ſpes nuptiarum: [e] imo & ducere tenetur, ſi ea promiſſione corporis uſuram impetraverit.

§. XVI.

Ib c 11. dub 17. [a] Fur & raptor tenentur rem ſubtractam reddere [b] cum ſuo incremento naturali, [c] & cum ſequente damno [d] aut ceſſante lucro: [e] & ſi res perierit, æſtimationem non ſummam, non infimam, ſed mediam. *Leſſ. lib. 2. c. 33. dub. 8.* In hac claſſe ponendi & illi [f] qui legitima vectigalia fraudant. Similiter tenentur [g] qui judicio injuſto, [h] accuſatione injuſta, *Covar c. peccat. p 2. §. 5.* [i] teſtimonio injuſto damnum dederunt.

§. XVII.

Sed & [a] qui contractui aut promiſſioni cauſam dedit [b] dolo, vi, aut metu injuſto, [c] tenetur eum qui cum actum eſt in integrum reſtituere, [d] quia ille jus habuit, tum ne deciperetur, [e] tum ne cogeretur

„partum ſuppoſuere, ſed præcipue partus ipſe, ex „regula illa quod nemo locupletior fieri debeat ex „re aliena invito domino.

c) (VI AUT FRAUDE:) Non ergo ſi volentem „imminuit; nam volenti nec damnum datur, nec „injuria fit.

d) (QUANTI MINORIS IPSI VALET SPES NUPTIARUM:) Alius enim ſtupratam non eſt ducturus, hoc ergo damnum eſt, quod æſtimari poteſt, & a ſuperiore definiri debet.

„e) (IMO ET DUCERE TENETUR SI EA PRO„MISSIONE CORPORIS USURAM IMPETRAVERIT:) „Hoc caſu non tenetur ducere, ſed jam duxit; „Mutuus enim conſenſus de cohabitando nuptias „facit, & cum id verum ſit etiamſi concubitus non „acceſſerit, multo magis id verum erit, ſi uſuram „corporis impetraverit promittens.

„a) (FUR ET RAPTOR TENENTUR REM SUB„TRACTAM REDDERE:) Quia facto eorum illicito „domino aliquid abeſt, & damnum datum eſt, „quod reparari debet.

„b) (CUM SUO INCREMENTO NATURALI:) Nam hoc „incrementum alteri abeſt, ut partus ancillæ furtivæ.

„c) (ET CUM SEQUENTE DAMNO:) Uti ſi an„cilla interim vitiata fuit.

„d) (AUT CESSANTE LUCRO:) Si forte inte„rim ancillam vendere magno pretio dominus „potuiſſet.

„e) (ET SI RES PERIIT, ÆSTIMATIONEM NON „SUMMAM:) Imo veram debet præſtare æſtimatio„nem, quæ autem ſemper eſt cum aliqua latitudine „*Vid. Diſſ. B. Parens de vero rerum pretio.*

„f) (QUI LEGITIMA VECTIGALIA FRAUDANT:) „Nam hi quoque fures ſunt, jus principi quæſitum au„ferunt, adeoque damnum facto ſuo illicito da„tum reparare tenentur.

„g) (QUI JUDICIO INJUSTO:) Ut judex qui „injuria ſententiam dicit, eoque mihi damnum „dat, hoc igitur damnum facto ſuo illicito datum „reparare tenetur.

„h) (ACCUSATIONE INJUSTA:) Si quis injuria „me defert judici, & criminis reum facere vult, „hic omnes expenſas, & quicquid inde damni mi„hi datur, reſtituere tenetur.

„i) (TESTIMONIO INJUSTO:) Nam cauſa eſt „quod res mihi auferatur, adeoque damnum facto „ſuo illicito infert.

„a) (QUI CONTRACTUI AUT PROMISSIONI „CAUSAM DEDIT:) De quibus late actum eſt ſu„pra *L. 2. c. 11. §. 7. & c. 13. §. 6 ſeq.*

„b) (DOLO VI AUT METU INJUSTO:) Alii di„ſtinguunt inter dolum & metum, ac illum, ſi „cauſam dedit negotio, ipſo jure nullum reddere „negotium aiunt quia conſenſus deficit, ſecus ac in „vi & metu: Nos utroque caſu negotium ex con„ſenſu ſubſiſtere alibi diximus. *Diſſ. proœm. XII.* „§. 384 418. *ſeq.* Conf. *l. 2. c. 11. §. 6. 7.*

„c) (TENETUR EUM QUI CUM ACTUM EST „IN INTEGRUM RESTITUERE:) i. e. tenetur eum „liberare a promiſſo; adeo ut Author nec ex tali „promiſſione jurata jus ei acquiri putet. *Vid. l. 2.* „*c. 13. §. 14.* Nos alibi demonſtravimus vim & „metum non impedire conſenſum, adeoque ve„rum jus prædoni acquiri ex tali diſpoſitione: at „eundem prædonem ſeparata actione de injuria „illata teneri: *d. §. 14. Conf. l. 2 cap. 11. §. 7. n. 2.* „*& 3. cap. 19. §. 4. & infra cap. 23. § 2.*

„d) (QUIA ILLE JUS HABET, TUM NE DECI„PERETUR:) Ideo injuriarum tenetur is qui dolo „alterius decipitur, at negotium ſubſiſtit.

„e) (TUM

tur; *f* illud ex natura contractus, *g* hoc ex naturali etiam libertate. His annumerandi sunt qui id quod ex officio facere tenebantur *h* facere noluerunt, nisi pecunia accepta. *Covar. c. pe.cat. p. 2. §. 3.*

§. XVIII.

a At qui causam dedit cur vim pati, aut metu cogi debeat, habet quod sibi imputet: *b* nam involuntarium ex voluntario ortum habens moraliter pro voluntario habetur. *Less. lib. 2. c. 17. dub. 6.*

§. XIX.

a At gentium consensu sicut introductum est, ut bella omnia summæ potestatis auctoritate utrinque gesta & indicta pro justis habeantur, *b* quoad effectus externos, qua de re *c* infra dicemus: ita & hoc, ut talis belli metus *d* hactenus pro justo habeatur ne quod ita obtentum est repeti possit. *e* Atque hoc sensu admitti potest distinctio *f* Ciceronis, inter hostem *g* quicum multa jura habemus, ut ait, *Bodin. l. 5. De Republ. c. 6. De off. 3. c. 29.*

„*e*) (TUM NE COGERETUR:) Nemo enim jus „in alterius actiones habet, si quis igitur alterum „cogit ut promittat, injuriam committit, ad eu„jus reparationem tenetur, salvo cæterum negotio.

„*f*) (ILLOD EX NATURA CONTRACTUS:) Imo ex „natura contractus non decipitur, quia ita consensit,

„*g*) (HOC EX NATURALI ETIAM LIBERTATE:) „Libertatem enim naturalem promittendi vel non „promittendi a natura habet, quæ si restringitur, „injuria est quæ reparari debet.

„*h*) (FACERE NOLUERONT NISI PECUNIA AC„CEPTA:) Acceptum ergo restituere tenentur, quia „facto hoc illicito aliquid abest ei qui pecuniam „dedit, non daturus si alter fecisset id quod facere „debebat.

a) (AT QUI CAUSAM DEDIT COR VIM PATI, AUT COGI DEBEAT:) Ut si quis a superiore cogitur qui jus cogendi habet, tunc non fit injuria ei qui cogitur.

„*b*) (NAM INVOLUNTARIUM EX VOLUNTARIO „ORTUM HABENS:) Sensus est, quod is qui volens „aliquid promisit, si postea recedere velit, jure „ad id cogi possit, quia quod ab initio est volun„tatis postea incipit esse necessitatis: rem ita ex„plicat Lessius ab Authore allegatus. *in L. 2. c. 17.* „*dub. 6. n. 43. Moraliter loquendo is qui juste co„gitur non censetur involuntarie consentire, quia vo„luntarie causam metus & coactionis dedit, unde ti„mor ille mali non censetur extrinsecus inferri, sed ab „illomet nasci, ac proinde consensus inde secutus non „censetur involuntarius, cum sit omnino voluntarius „in sua causa.*

a) (AT GENTIUM CONSENSU SICUT INTRODUCTUM EST, UT BELLA OMNIA &c.) Quod bella utrinque justa sint ratione modi procedendi, id non est ex jure aliquo Gentium voluntario, sed ex ipso jure naturæ: Neutra enim partium judicem habet, utraque contendit se jure agere: Tamdiu ergo utrinque justum est bellum donec per ultimam victoriam lis decidatur de quo latius egimus *supr. l. 2. c. 15. §. 13. n. 1. & infra agemus l. 2. c. 23. §. 13.* Conf. *l. 1. c 3. §. 4.*

„*b*) (QUOAD EFFECTOS EXTERNOS:) Quid Au„thor per effectus externos intelligat explicavimus „& examinavimus supra *in Prol.* §. 17. Nos alibi „demonstravimus bellum nec quoad modum pro„cedendi utrinque justum dari, sed suspendi debere „judicium de justitia causæ inter duas summas pot„estates, quæ judicem non habent qui de causa de„cidat, & quarum quisque suam causam justam „esse asserit, donec Deus, bellorum arbiter, per „ultimam victoriam sententiam quasi pronunciet. „*Vid. diss. proœm. IX. §. 65.* 168. *n.* 4.

„*c*) (INFRA:) *L. 3. c. 2. §. 1. c. 3. §. 1. c. 4. §.* „*2. 3. & 4. c. 5. §. 1. c. 6. §. 2. c. 7. §. 1. & 2. c.* „10. *§. 1. c. 13. §. 1.*

„*d*) (HACTENUS PRO JOSTO HABEATUR NE „QUOD ITA OBTENTUM EST, REPETI POSSIT:) „Talis enim possessor ex sententia Authoris apud „omnes gentes in possessione tuendus est: *L. 3. c.* „*6. §.* 3. neque pro fure haberi potest. *L. 3. c.* 4. „*§. 3.* At demonstrabimus ibidem, id non ex ficto „jure Gentium secundario, sed ex ipso jure natu„ræ sequi. *Conf. dict. diss. proœm. IX. §.* 168.

„*e*) (ATQUE HOC SENSU ADMITTI POTEST:) „Imo Cicero non loquitur de jure Gentium, nec „de effectibus exterois, sed de ipso jure naturæ.

„*f*) (CICERONIS:) *L. 3. de offic. c.* 29.

„*g*) (QUI CUM MULTA JURA HABE„MUS COMMUNIA:) Inter hæc jura Author quoque re„censet quod fides hosti sit servanda: *L. 2. c.* 11. „*§. 7. n.* 2. item quod arma illicita contra eum „non sint adhibenda, &c. de quo late agemus *L. 3.* „*c. 4. §.* 15. *& seq.*

 b) (EX

ut ait, communia, [b] ex gentium consensu scilicet, [i] & piratas ac latrones. [k] Nam hi si quid metu expresserunt repeti potest, [l] nisi jusjurandum intercesserit: [m] quod illi non item. Quare quod [n] Polybio videtur [o] justam fuisse Carthaginiensibus causam belli Punici secundi, quod Romani ab ipsis mercenariorum seditione occupatis bello denuntiato Sardiniam insulam & pecuniam expressissent, [p] habet naturalis æquitatis aliquam speciem, [q] sed a jure gentium abit, [r] ut alibi explicabitur.

Lib. 3. c. 13. & seqq.

§. XX.

I. [a] Ex neglectu tenentur Reges ac magistratus, qui ad inhibende latrocinia & piraticam non adhibent ea quæ possunt, ac debent remedia; quo nomine damnati olim ab Amphictyonibus Scyrii. Quæsitum memini ex facto, cum patriæ nostræ rectores potestatem prædarum in mari ex hoste agendarum per codicillos plurimis dedissent, & eorum nonnulli res amicorum rapuissent, desertaque patria mari vagarentur, ac ne revocati quidem redirent, an rectores eo nomine tenerentur, aut quod malorum hominum usi essent opera,

Plutarch in Cimon. p. 483. C.

„b) (EX GENTIUM CONSENSU SCILICET:) Imo „ex ipso jure naturæ.

„i) (ET PIRATAS AC LATRONES:) Nam his „quoque fides data servanda est. *Vid. l. 3. c.* 19. §. „3. & 6.

„k) (NAM HI SI QUID METU EXPRESSERUNT „REPETI POTEST:) Imo repeti non potest quod „piratæ & latrones vi exigunt, *Vid. L. 2, c. 11. §.* „7. quia partes ita disposuere. At ob violentiam „ac injuriam illatam agitur ad id quod alterius „interest vim factam non esse. *Vid. §. 17. lit c.*

„l) (NISI JUSJURANDUM ACCESSERIT:) Imo „ex tali juramento Deo quidem obligatur, non „autem prædoni; adeoque prædo non consequitur „jus agendi, sed jurans Deo tenetur de perjurio, quæ „perpetuo confundit Author: Cæterum, quia pro„missio hæc jurata injuria extorta est, prædo te„netur ad reparationem. *Conf. L. 2. c.* 11. §. 7. *c.* „*13. §. 14.*

„m) (QUOD ILLI NON ITEM:) Adeoque quod „hostes vi exigunt, repeti non potest; idque jure „naturæ quoque verum esse probabimus suo loco. „Equidem Grotius jure naturæ licentiam exigendi „aliquid ab hoste tantum restringit ad bellum ju„stum, vel, si justum est, intra fines quantitatis „debitæ. *L. 3. c.* 1. *§.* 2. *c.* 11. *§. 2. c. 3. §.* 5. *l.* 13. „§. 1. *c.* 14. *§.* 1. *c.* 15. §. 1. *c.* 12. *§.* 1. Unde jure „gentium demum impunitatem concedi ait ei qui „ex injusta causa bellum gerit, vel qui in justo quo„que bello plus exigit: *L. 3. c.* 4. §. 3. & *c.* 6. §. 2. „Adeoque tutum eum esse putat solo consensu „gentium, & quoad effectus externos. &c. At ibi„dem videbimus tale jus gentium non existere, & „possessorem rei hostilis tutum esse ipso naturæ „jure, sive bellum justum sit sive injustum, donec „lis per ultimam victoriam decidatur.

„n) (POLYBIO:) *L. 3. c. 31.*

o) (JUSTAM FUISSE CARTHAGINENSIBUS BELLI PUNICI SECUNDI CAUSAM:) Sententia Polybii vera non est. Nam in eo bello tantum quærebatur an Romani justam habuerint causam Sardiniam insulam repetendi? Hac posita, non tenebantur Romani exspectare tempus quo hostium vires invalescerent, quin contra officium facit Princeps, qui præsente occasione, qua jus reipublicæ facillime recuperari potest, non utitur: & morando eam in majus periculum, damnum, diffidentiamque conjicit, & plus sanguinis fundi oportet; & vana gloria est vincere majori difficultate.

„p) (HABET NATURALIS ÆQUITATIS ALIQUAM „SPECIEM:) Imo nullam:

„q) (SED A JURE GENTIUM ABIT:) Quasi jus „gentium voluntarium id quod jure naturæ illici„tum est, licitum facere possit? sed & dictum jam „sæpius est, tale jus gentium non dari.

„r) (UT ALIBI:) Vide omnia loca supra § 17. „lit. c. allegata.

„a) (EX NEGLECTU TENENTUR REGES AC MA„GISTRATUS:) Ideo enim solvuntur vectigalia ut „iter securum reddat Princeps: Atque ideo maxi„me laudatur Cyrus apud Xenophontem *l. 1. p. 287.* „quod unicuique sive Græco sive Barbaro secure „liceret iter facere quo vellet, & quicquid secum „gestare commodum esset: *Vid. supra l. 2. c. 21.* „*§. 2.* Modo spoliatio facta fuerit in via regia, non „in diverticulo *Cz. p. 2. Crim. q. 91. n. 60.* seq.

b)

ra, aut quod cautionem non exegiſſent. [b] Dixi eos in nihil amplius teneri, quam ut noxios, ſi reperiri poſſent, [c] punirent aut [d] dederent: [e] præterea in bona raptorum jus reddi curarent. Nam ipſos injuſtæ prædationis [f] cauſam non fuiſſe, [g] nec quicquam de ea participaſſe, [h] prohibuiſſe etiam legibus ne amicis noceretur, [i] cautionem ut exigerent nullo jure fuiſſe obligatos, [k] cum poſſent, etiam ſine codicillis, omnibus ſubditis hoſtem ſpoliandi poteſtatem facere, quod & factum olim eſſet: neque talem permiſſionem cauſam eſſe cur damnum datum eſſet ſociis, [l] cum poſſent privati etiam ſine permiſſu tali naves armare, & in mare progredi. [m] Mali vero an futuri illi eſſent provideri non potuiſſe; [n] neque vero vitari poſſe quo minus & malorum opera utamur, alioqui nullum colligi poſſe exercitum.

2. Neque vero, [o] ſi quid milites aut terreſtes aut nautici contra imperium amicis nocuiſſent, Reges teneri: quod [p] Galliæ & [q] Angliæ teſtimoniis probatum. [r] Ut vero ſine culpa ſua ex miniſtrorum facto quisquam teneatur, non eſſe juris gentium ex quo dijudicanda.

Conſt. Galliæ tom 3. tit. 3. conſtitution. ann 1583. c. 44.

b) (DIXI EOS IN NIHIL AMPLIUS TENERI:) Nam duo bene hic diſtinguenda ſunt facta: *Alterum* rectorum reipublicæ, qui ſuo jure commiſerunt privatis ut prædam agerent, qui *Capers* vocantur: Hoc factum juſtum eſt, utpote cum in hoſtes prædam agere liceat: *Alterum* privatorum poteſtatem ſibi datam excedentium & ſociorum res rapientium: hoc factum illicitum eſt, unde vel puniendi vel dedendi ſunt, vel, ſi nullius imperio parent, a quolibet oppugnari & puniri poſſunt.

„c) (PUNIRENT:) Tanquam ſubditos delin-„quentes.

„d) (VEL DEDERENT:) Ut ipſi læſi puniant „*Vid. l. 3. c. 20. §. 41.*

„e) (PRÆTEREA IN BONA RAPTORUM JUS RED-„DI CURARENT:) Nam damnum datum reparari „debet ex bonis, quia æs alienum bonis inhæret.

„f) (CAUSAM NON FUISSE:) Factum enim eo-„rum licitum erat, quia jure belli prædas agere ex „hoſte per ſuos ſubditos poſſunt: quod vero ex-„ceſſerint, hoc eſt factum privatorum, & illicitum.

„g) (NEC QUICQUAM DE EO PARTICIPASSE:) „Si enim decimam partem, uti plerumque caveri „ſolet, accepiſſet reſpublica, approbaſſet factum, „& ſic obligaretur ex ſua approbatione: Sed & ſi „neſcit prædam a ſociis captam eſſe, tamen tene-„tur quatenus locupletior facta eſt.

„h) (PROHIBUISSE ETIAM LEGIBUS NE AMICIS „NOCERETUR:) Adeoque cauſa damni dati non „ſunt, cum prohibuerint.

i) (CAUTIONEM UT EXIGERENT:) Nam ratione damni futuri nemini natura actio datur: Cautiones omnes ſunt inventum juris civilis.

„k) (CUM POSSENT ETIAM SINE CODICILLIS „&c.) Author ſupponit caſum ubi Princeps omni-„bus ſubditis in genere poteſtatem dedit invadendi „hoſtem, quo caſu vi hujus generalis conceſſioni-„ſubditi etiam ſine codicillis prædam ex hoſte age-„re poſſunt.

„l) (CUM POSSENT PRIVATI ETIAM SINE PER-„MISSU:) Hoc non admittimus: privati jus infe-„rendi vim non habent, ſed ſummus princeps, & „cui is conceſſit: Privati igitur prædam ex hoſte „agere ſine conceſſione non poſſunt. *vid l 3. c. 18.* § 1

„m) (MALI VERO AN FUTURI ILLI ESSENT:) „Adeoque imputari non poteſt rectoribus quod „malorum hominum opera uſi ſint, quia credunt bonos.

„n) (NEQUE VERO VITARI POSSE:) Adeoque „nec mala electio delictum eſt, ſi meliores haberi „non poſſunt.

„o) (SI QUID MILITES CONTRA IMPERIUM AMICIS „NOCUISSENT REGES TENERI:) Eadem autem ra-„tio eſt in republica: Conf. *l. 3. c. 20. §. 30. & 31.*

p) (Grot.) (GALLIÆ:) Vide etiam tomo *conſtitutionum* III, tit. II. conſtitutione anni cIↄ Iↄ XLIII. cap. 44.

„q) (ANGLIÆ:) *Camd. p. 2. Hiſt. Eliſab. p. 245.* „Gallicus apud Reginam legatus conquerebatur, „Mongomerium Anglorum auxiliis contra fœdus „ad Rupellam navigationem ſuſcepiſſe, & mercato-„res Anglos Rupellanis obſeſſis rem annonariam „ſubminiſtraſſe. Cui illa ſe fidem fœdere inter-„poſitam ſancte ſervare & ſervaturam reſpondit, „auxiliares illos piratas eſſe & extorres, injuſſu „ſuo ſolviſſe, ſigna ementita prætuliſſe, atque ut in „eos animadverteretur, peroptavit.

„r) (UT VERO SINE CULPA SUA EX MINI-STRO-

da esset hæc controversia, sed [s] juris civilis, [t] nec generalis, [u] sed adversus nautas & alios quosdam [v] ex rationibus peculiaribus introductam. Atque in eam partem a [w] supremi auditorii judicibus [x] contra Pomeranos quosdam pronuntiatum est, idque ad exemplum rerum in causa non dispari ante duo secula judicatarum.

§. XXI.

Illud quoque notandum est, [a] ut mancipium aut animal quod damnum [b] aut pauperiem fecit [c] noxæ dedatur, [d] itidem ex jure civili esse. Nam dominus [e] qui in culpa non est natura ad nihil tenetur: ut nec is [f] cujus navis sine ipsius culpa navi alterius damnum dedit, quamquam multorum populorum legibus, [g] ut & nostra, damnum tale [h] dividi solet ob culpæ probandæ difficultatem.

§. XXII.

Sed damnum, [a] ut diximus, [b] etiam adversus honorem & famam datur,

„STRORUM FACTO QUISQUAM TENEATUR, NON „ESSE JURIS GENTIUM:) Non enim possunt diei „causa damni dati cum culpa careant:

„s) (SED JURIS CIVILIS;) Imo nec jure Romano ex ministrorum facto teneur negotii dominus, „nisi culpa ejus concurrat:

„t) (NEC GENERALIS:) i. e. ut non ex omni „facto ministrorum quisque teneatur: nos jam di„ximus ex nullo teneri si culpa caret.

„u) (SED ADVERSUS NAUTAS ET ALIOS QUOS„DAM &c.) Respicit ad edictum prætoris, quo „nautæ caupones & stabularii tenentur ad restitutionem damni, ab illis dati quorum opera in „cauponum navi & stabulo utuntur: *tot. tit. Naut. „Caup.* At negamus hanc actionem esse ex jure civili, „oritur illa ex vero naturæ jure, quia nauta & caupo „profitentur securitatem, & in eum finem servos „eligunt, si igitur malorum hominum opera utun„tur revera causa sunt illius damni, indeque ob „factum hoc, quod præcavere potuerunt fideles „ministros eligendo, culpa non carent:

„v) (EX RATIONIBUS PARTICULARIBUS INTRO„DUCTUM:) Ratio consistit in mala electione, *l. f. „pr. Naut. caup. &c.* quæ hic culpa non caret, ubi „recipiens profitetur securitatem:

„w) (CONTRA POMERANOS:) Qui damnum ab „ejusmodi militibus ex codicillis prædam agentibus „acceperé:

„x) (SUPREMI AUDITORII JUDICIBUS &c.) Bel„gice den hoogen Raed. *Gron. h. l.*

„a) (UT MANCIPIUM AUT ANIMAL:) Exstant „enim duo Tituli in Digestis, alter *de noxalibus actio„nibus*, si servus damnum dederit; alter *si quadru„pes pauperiem fecisse dicatur*, si animal damnum „det.

„b) (AUT PAUPERIEM:) i. e. si animal aliquid „facit quo alter pauperior fit.

„c) (NOXÆ DEDATUR:) Vid. *l. 2. c. 5. §. 32.*

d) (ITIDEM EX JURE CIVILI ESSE:) Jure enim naturæ ex tali facto non obligatur dominus; 1) quia unus quisque tantum ex suo facto obligatur non ex facto alterius, nedum ex facto animalis. 2) Ipsæ leges Romanæ fatentur pauperiem esse damnum sine injuria datum, ubi autem injuria non est ibi non est reparandi necessitas: Sane 3) ratio meri juris civilis est, quod magis imputari soleat in pensatione damni ei qui talem servum ac animal habet, quam ei qui damnum passus est.

ADDITIO.

Materiam hanc late explicavi in *Dissert. prooem. XII.* §. 585.

„e) (QUI IN CULPA NON EST:) Natura enim „servos & animalia habere licet.

„f) (CUJUS NAVIS SINE IPSIUS CULPA NAVI „ALTERIUS DAMNUM DEDIT:) si forte duæ naves „exorta tempestate collidunt.

„g) (UT ET NOSTRA:) Ita enim judicatum in „suprema curia Hollandiæ referunt *Neostad. Dec. „48. & 49. Groenw. ad l. 29. ff. Leg. Aquil. Vid. „Tesm. h.*

„h) (DIVIDI SOLET:) Par enim utriusque cau„sa est.

„a) (UT DIXIMUS:) *supra* §. 1.

b) (ETIAM ADVERSUS HONOREM ET FAMAM DATUR:) Proprie hæc ad *damnum* non pertinent, utpote quod a demendo dicitur; sed ad injurias seu juris nostri læsionem, quæ reparari debet etsi damnum datum non sit: Cæterum hic factum aliquod illicitum est, quo jus nostrum non quidem ratione patrimonii, sed ratione societatis in qua

datur, [c] puta verberibus, contumeliis, maledictis, calumniis, irrisu, aliisque similibus modis. In quibus non minus, quam in furto atque aliis criminibus [d] vitiositas actus ab effectu discernenda est. [e] Nam illi pœna respondet, [f] huic damni reparatio, quæ fit [g] culpæ confessione, [h] exhibitione honoris, [i] testimonio innocentiæ, & per ea quæ his similia sint: [k] quanquam & pecuniæ tale damnum rependi poterit si læsus velit, quia pecunia communis est rerum utilium mensura.

Less. lib. 2 c. 2. dub. 19. 25. 27. Soto lib. 4. q. 6. art. 3.

CAPUT XVIII.

De legationum jure.

I. *Obligationes quasdam ex jure gentium nasci, ut jus legationum.*
II. *Inter quos locum habeat.*
III. *An semper admittenda legatio.*
IV. *Adversus legatos periculosa molientes defensionem licitam, non exactionem pœnæ.*
V. *Legationis jure non teneri eum ad quem legatus missus non est.*
VI. *Hostem ad quem missus est legatus teneri:*
VII. *Nec opponi posse jus talionis.*
VIII. *Jus hoc & ad comites legatorum porrigi: si legati voluerint.*
IX. *Et ad bona mobilia.*
X. *Exempla obligationis, sine cogendi jure.*
XI. *Quanti sit hoc jus legationis.*

§. I.

[a] Hactenus ea memoravimus, quæ ex jure naturæ debentur nobis, [b] paucis duntaxat additis de gentium jure voluntario, quatenus ab eo aliquid erat juri naturæ superadditum. Restat veniamus ad obliga-

qua vivimus læditur. Quando igitur jura per quæ homines digni redduntur ad honores petendos nobis auferuntur, hæc quoque injuria reparanda est.

ADDITIO.

„Potest damnum proprie quoque sensu vocari, „quia jus aliquod demitur: Rationes juris naturæ, „cur injuria talis verum delictum sit, explicavi in „*Diss. proœm.* XII. §. 525.

„c) (PUTA VERBERIBUS:) Quoties aliquid fit „quo alter contemtior redditur: idque declaratur „omnibus modis quo alium ludere vel contemnere „solemus, ut risu, calumniis, gestus mores squalores alterius imitando, de quo vide *tot. tit. ff.* „*de injur.*

„d) (VITIOSITAS ACTUS AB EFFECTU DISCERNENDA EST:) i. e. culpa seu injuria a damno in„juria dato. *Gron. b.*

„e) (NAM ILLI POENA RESPONDET:) i. e. vitio„sitati, quia poena non est nisi ubi vitium adest.

„f) (HUIC:) Scilicet effectui, seu damno dato.

„g) (CULPÆ CONFESSIONE:) Hinc deprecatio„ni addi solet formula, daß er ihm daran zu viel „und unrecht gethan.

h) (Grot.) (EXHIBITIONE HONORIS:) Vide exemplum Viviani, qui accusationis injustæ pœnitentia ductus est, apud *Cassiodorum* IV, 41.

ADDITIO.

„Aliquando etiam in genua se demittere is qui „injuriam fecit, tenetur.

„i) (TESTIMONIO INNOCENTIÆ:) Per declara„tionem honoris, daß er nichts als alles „liebes und gutes von ihm wisse, quæ inesse etiam „solet deprecationi.

„k) (QUANQUAM ET PECUNIA:) Imo fama & „honestas non possunt pecunia mensurari naturali„ter, quia non sunt res æstimabilis, nec patrimo„nii nostri pars: Sed id jure civile in pœnam in„juriæ statutum est: Hinc Quintilianus, *decl.* 279. „ait, *Majoribus non est nefas visum accipere pecu„niam, sed etiam hac poena animadverti putarunt,* „*sicut pleraque delicta puniuntur.*

„a) (HACTENUS EA MEMORAVIMUS QUÆ EX „JURE NATURÆ NOBIS DEBENTUR:) Nimirum ex „promissis; *Cap. 11. & seq.* & ex maleficio *Cap. 17.* vel, „ut Romani JCti loquuntur, ex contractu & delicto.

„b) (PAUCIS DUNTAXAT ADDITIS DE GENTIUM „JURE VOLUNTARIO, QUATENUS AB EO ERAT „ALIQUID JURI NATURÆ ADDITUM:) Auctor enim „supponit existere jus aliquod gentium volunta-

 „rium

obligationes [c] quas ipsum per se jus illud gentium, quod voluntarium dicimus, induxit, [d] quo in genere præcipuum est caput de jure legationum. Passim enim legimus [e] sacra legationum, sanctimoniam lega-

„rium, quo juri naturæ aliquid additum fuisse fio„git. Ita enim *jure gentium* inæqualitatem, quæ „infra dimidium veri pretii est, pro æqualitate ha„beri statuit, cum *jure naturæ* qualibet inæqualitas „in pretio corrigi debeat. *L. 2. c. 12. §. 26. n. 1. L. „3. c. 19. §. 6.* Porro *jure naturæ*, ait, statutum „esse ut fides etiam prædoni servari debeat; *jure* „autem *gentium* placuisse, quæ adversus prædones „etiam vitiose committuntur, dissimulare. *L. 3. c. „19. §. 5. L. 3. c. 4. §. 18. n. 6.* Conf. *Diff. proœm. „II*. *§. 20. n. 4.* quæ suis locis refutavimus.

„c) (QUAS IPSUM PER SE JUS GENTIUM, ILLUD „QUOD VOLUNTARIUM DIXIMUS, INDUXIT:) Quo„modo inducere jus gentium obligationes potuit, „cum tale jus inter gentes nunquam sit constitu„tum, uti probavimus in *Diff. proœm. IV. §. 29. „seq.* & supra *L. 1. c. 1. §. 14.*

d) (QUO IN GENERE PRÆCIPUUM EST CAPUT DE JURE LEGATIONUM:) Jus legatorum, & sanctitas ac inviolabilitas eorum, non est ex *jure gentium voluntario*, sed ex ipso *jure naturæ*: Jure naturali enim si inter duas gentes pro defensione juris bellum exarsit, id bellum finiri & componi debet, vel quod læsus credat sibi satisfactum jam esse, vel quod cedere velit, vel denique quod lædens paratus sit satisfacere, nam his casibus cessat injuria ob quam solam bellum natura licitum est: At nihil horum fieri potest nisi per legatos, mitti autem legati non possent si ab hoste ut hostes haberi, adeoque occidi vel alio modo lædi possent: Ex medii igitur necessitate apparet ipso jure naturæ vetitum esse legatos pro hostibus habere. Romani id responderunt Cosroi Persarum regi: *Si certantes nunquam convenirent, infinitum omnino bellum foret, quod si finem habiturum non est, eo occupatos de statu hominum ac naturæ dejicere aptum est. Procop. bell. Pers. l. 2. f. 283.*

e) (Grot.) (SACRA LEGATIONUM SANCTIMONIAMQUE LEGATORUM:) Pomponius l. *si quis*. ult. D. de legationibus: *Si quis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur legati: & ideo si cum legati apud nos essent gentis alicujus, bellum cum eis indictum sit liberos eos manere. Id enim juri gentium conveniens esse. Itaque eum, qui legatum pulsasset, Quintus Mucius dedi hostibus quorum erant legati solitus est respondere.* Lege Julia de vi publica tenetur, quod ad legatos, oratores, comitesve attinebit, si quis eorum quem pulsasse sive injuriam fecisse arguetur, *Ulpiano* respondente in *l. lege Iulia. 7. D. ad legem Iuliam de vi publica. Josephus* antiquæ historiæ libro XV. (*Cap. 8.*) multum prædicat legatorum sanctimoniam, quibus ait commune cum angelis Dei nuntiis nomen. *Varro* lib. III. de Lingua Latina: *Sancta sunt corpora legatorum. Cicero* Verrina III. *Legatorum jus divino humanoque vallatum præsidio, cujus tam sanctum & venerabile nomen esse debet, ut non modo inter sociorum jura, sed & hostium tela incolume versetur.* Scriptor vitæ Epaminondæ: (Immo *Pelopidæ*. CORN. NEPOS, c. 5. n. 1.) *Cum legationis jure se tectum arbitraretur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset. Diodorus Siculus* in excerptis Peiresianis, *pag.* 349. τὴν ἄδειαν vocat τῆς τῶν πρεσβευτῶν ἀσυλίας· *securitatem a legatorum sanctimonia.* Apud *Papinium* lib. II. (*Theb.* verf. 373.)

tutique regressus
Legato.

item:

& sanctam populis per sæcula nomen
Legatum, (ibid. v. 5. 486.)

Chrysostomus: καὶ οὐδὲ τὸν κοινὸν νόμον ᾐδέσθησαν, ὅτι ὁ πρεσβεύων οὐδέποτε πάσχει τι κακόν. *ne commune quidem fas hominum reveriti sunt, quod tutos præstat legatos ab omni malo.* Servius ad XI. Æneidos: (*verf.* 101.) *ab omni injuria tectis jure gentium.* Ne omnia loca enotem adde *Livium* lib. 1. de Laurentibus, (cap. 14.) *Dionem Chrysostomum* de lege & consuetudine, *Vellejum Paterculum* initio lib. II. *Menandrum Protectorem*, (Exe. Legat. 19.) Epistolam *Felicis* ad *Zenonem* in appendice *codicis Theodosiani* data a *Sirmundo*. Totilas apud *Procopium* Gotthicorum III. πᾶσι μὲν, ὡς ἐπὶ πλεῖστον εἰπεῖν, νόμος βαρβάροις, τὸ χρῆμα τῶν πρέσβεων σέβειν· *omnibus, ut generatim loquar, barbaris mos legatos venerari.* (Cap. 16.) Idem de barbaris dixit *Scafnabrugensis*. *Aimonius* regi Clodovæo hæc dicta tribuit: *Ad extremum pro divinis simul humanisque legibus, quæ injuriarum immunes sanciunt, debere esse eos qui mediatores hostilium efficiuntur armorum. Inter arma namque sola legatio pacis sequestra est. Exuit hostem qui legatione fungitur.* Vide & *Radevicum* in appendice. De Polonis vide *Cromerum* libro XX. de Turcis *Leunclavium* libro VIII. & libro XVII. de Mauris *Marianam* libro XII. c. 14. (Apud *Varronem* non exstant verba, quæ tamquam ex illo adfert Auctor, circa initium Notæ istius. Errorem hausit e nota *Dionys. Gothofredi* in *L.* 17. D. *De Legation.* ubi hic pro verbis *Varronis* laudat, quod *Cujacius* dicit *Observ.* XII. post indicatum *Varronis* fragmentum e *Lib.* III. *De Vita populi Rom.* quod servavit NONIUS MARCELLUS, p. 529. *Edit. Mercer.* Apud *Vellejum Paterculum* etiam, Lib. II. Cap. 2. initio, nihil est quod huc faciat; & Auctor ipse locum illum, juxta verum sensum, supra adtulit, *Cap.* XV. §. 16. *num.* 2. in fine. Locus *Ciceronis* non est ex *Verr.* III. sed e *Lib.* I. *in Verr.* c. 33. & prima etiam ejus verba petita sunt ex Orat. *De Haruspic. Respons.* Cap. 16. *J. B.*)

ADDITIO.

„De Sanctimonia legatorum varia loca collegit „*Tesm. in not. h.* Conf. *Liv. l. 1. c. 14. lib. 2. c. 4. „l. 4. c. 32. l. 5. c. 4. l. 8. c. 5. l. 30. c. 25. Cic. 1. in „Verr.*

legatorum, *f* jus gentium illis debitum, jus divinum humanumque, ſanctum inter gentes jus legationum, fœdera ſancta gentibus, fœdus humanum: ſancta corpora legatorum *g* Papinio,

Sanctum populis per ſæcula nomen.

h Cicero de Haruſpicum reſponſis: *Sic enim ſentio, jus legatorum cum hominum præſidio munitum, tum etiam divino jure eſſe vallatum.* Cap. 10.
i Itaque hoc violare non injuſtum tantum eſſe *k* ſed & impium omnium confeſſione, ait Philippus in epiſtola ad Athenienſes. Apud Demoſt. d. 62. A.

§. II.

„*Verr.* 33. *Iuſtin.* 21. 2. & 34. 1. *Herodian.* 6. 4. & 7. 7. *Quintil. decl.* 12. *Appian. Punic.* 19. & 53. *Arrian.* 3. *p.* 220. *Nepos in Pelopid.* 5. *Thuan.* 38. *p.* 759. *Busbeq. ep.* 3. *p.* 187. Hanc legem omnium ſanctiſſimam ait *Dion. Halic. l.* 2. *c.* 53. *Ioſeph. in Ant. jud. l.* 15. Hinc legatum violare nefarium vocatur facinus. *Appian. de bell. pun.* 29. & violatio omnis humani juris apud *Tac. ann.* 1. 14.

f) (JUS GENTIUM ILLIS DEBITUM, JUS DIVINUM HUMANUMQUE:) Ex his ipſis formulis apparet jus legationum non demum ex jure gentium voluntario, ſed ex ipſo jure gentium primævo originem trahere. Sanctum enim inter gentes dicitur quod inviolabile & ſanctione quadam naturæ hominum injuriis exemtum eſt. Hinc parentes magiſtratus &c. nobis ſancti dicuntur, adeoque, eodem modo legati.

„*g*) (PAPINIO:) *Lib. II. Theb. v.* 3. 373.

„*h*) (CICERO:) Vœrrina III.

„*i*) (ITAQUE HOC VIOLARE NON INJUSTUM TANTUM ESSE:) Dixi enim legatos neceſſarios eſſe ad componenda bella, quæ nec debent nec poſſunt eſſe perpetua: Sane injuria eſt ſi quis, altero ad ſatisfaciendum parato, vi uti pergat. Quid ergo magis impium eſt quam legatos occidere pro pace loquentes.

k) (Grot.) (SED ET IMPIUM:) Ἔργον ἀσεβὲς, ait *Plutarchus* in vita Æmilii, narrans Gentii factum, (p. 261.) *Ioſephus* libro XV. hiſtoriæ antiquæ: τῦτο τὸ ὄνομα καὶ πολεμίυς πολεμίοις διαλλάττειν δύναται· ποῖον οὖν μεῖζον ἂν γένοιτο ἀσέβημα ἢ πρέσβεις ἀποκτεῖναι, τὺς ὑπὲρ τῦ δικαίυ διαλεγομένυς; *Hoc nomen & hoſtes hoſtibus valet reconciliare; quid ergo fieri magis impium poteſt, quam legatos occidere pro æquitate loquentes?* (Cap. V. §. 3. pag. 753. *Edit. Hudſon.*)

ADDITIO.

„B. Parens peculiari diſſertatione ſanctimoniam & inviolabilitatem legatorum ex juris naturæ principiis demonſtravit, eamque inſcripſit *de legato ſancto, non impuni:* Sanctimoniam autem illam in *cap.* 1. §. 1. *ſeq.* hoc modo probat.

„Sanctimonia ab eo quod ſanctum eſt dicitur: ſanctum autem eſt quicquid ita præ cæteris venerabile & carum eſt, ut ejus violatio vel non facile metuatur, vel inſigniore poena vindicetur. Equidem nulla lex violari poteſt, eoque ſenſu omne jus ſanctum eſt. *vid. præfat.* §. 1. & inde in genere leges iſtæ, quæ poenam in violatores ſtatuunt, ſpecialiter ſanctiones appellantur. *L.* 9. §. 3. *ff. de Rer. div. L.* 41. *ff. de Poen.* Verum hic gradus inſignior ſanctitudinis eo denotatur; quo ſenſu accipiendum eſt quod *in l.* 8. *princ. ff de Rer div.* dicitur, *ſanctum eſſe quod ab injuria hominum defenſum atque munitum eſt.* Scil. inſigniore poena; mox enim additur ibi exemplum poenæ capitalis. Sic & Auguſti nomen, quod Octavio Cæſari tributum eſt, idem quod ſanctum, maxime venerabile, ſeu σεβαςὸν ſignificat. Quod Dion docet *d. lib.* 50. *Auguſta dicuntur, quæ ſanctiſſima & veneratione digniſſima ſunt: ideoque Auguſtum Græci σεβαςὸν interpretati ſunt*, quaſi maxime venerabilem.

„Nam & eminentior iſta ſanctimonia in ſuos iterum diſpeſcitur gradus, & quædam præ aliis ſacroſancta habentur. De his Cicero *pro Cornel. Balb. circa med. Sacroſanctum eſſe nihil poteſt niſi quod populus plebsve ſanxiſſet: deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis aut poena, cum caput ejus qui contra facit conſecratur.* His legibus igitur violator ſacer fit cum omnia familia pecuniaque ſua, prout ex Feſto refert Briſſon. *d. tract. voc. ſancta.* Ita legibus Romanis ſacro-ſancti fuere tribuni plebis, Cic. *pro P. Roſc. poſt med. Liv. lib.* 9. *cap.* 8. *in fin.* & *cap.* 9. Val. Max. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 3. adeo ut nec hoſtibus dedi, nec alias ullo modo violari potuerint; Liv. *d. c.* 8. *in fin.* ſed qui vel verbulo eos violaſſet, ſacer fieret, & absque alio judicio quoque occidi ab iis poſſet. Dion. Caſſ. *Hiſt. lib.* 53. *Tribunitia poteſtas facit ut ſacroſancti ſint, ita ut qui quocunque facto, & vel verbo eos læſiſſe viſus fuiſſet, eum ut ſacrum ſeu piaculo obnoxium, etiam indicta cauſa interficere licuerit.*

„Ex his omnibus apparet omnem ſanctitatis rationem in eo conſiſtere, quod violari nullatenus debeat: Unde *ſanctum eſſe, & violari*, tanquam contraria invicem opponuntur, & ſanctum dicitur quod violari non debet. Cic *pro Arch. prope fin. Sit igitur ſanctum apud vos nomen quod nulla unquam Barbaria violavit.* Et *pro M. Fontey circa med. His quicquam ſanctum & religioſum videri poteſt, qui ne religionem quidem colere poſſunt, niſi eam ipſam prius ſcelere violarint.* Gell. *Noct. Att.* 17. *c.* 2. *Tanta* SANCTITUDO *fani eſt, ut nunquam quisquam*

„*quisquam violare sit ausus.* Cæsar *de bell. Gall. lib.*
„*6. c. 5.* de Germanis: *Hospites violare fas non pu-*
„*tant,* SANCTOSQUE *habent.* Cicero *Orat. II. in Catil.*
„*cap. 8. An in vastatione omnium, tuas possessiones*
„SACROSANCTAS *futuras putas?* Cum Dux Alba-
„norum, Metius, fœdus cum Romanis sanctissime
„initum fœdissima proditione violasset, indeque bel-
„lo victus atrocissimo supplicio a Tullo Rege
„Romano destinatus esset, *Doce,* inquit ei Rex,
„*humanum genus ea sancta credere, quæ a te violata*
„*sunt, Liv. lib. 1. c. 28.* Pariter, cum Appius Clau-
„dius Virginiæ pudicitiam juxta ac libertatem inva-
„sisset, eaque de causa a plebe foro pulsus esset,
„plebs vero urbe in sacrum montem secederet, li-
„beri & conjuges rogarunt *Cuinam se relinquerent*
„*in ea urbe, in qua nec pudicitia nec libertas san-*
„*cta esset. Liv. lib. 3. cap. 25.*

„Pariter omnibus Legatis commune est quod
„sint sancti & inviolabiles, sed ii maxime qui pacis
„aut fœderis, aliusve negotii publici causa specialiter
„& cum charactere, ut ajunt, missi sunt: Alii enim
„sunt talium negotiorum causa quæ per privatos
„quoque expedire possunt, adeoque tanquam meri
„negotiorum gestores, vel procuratores, vulgo
„Agenten: neque hi semper mittuntur, sed nego-
„tia hujus modi committi sæpius iis solent qui in
„loco commorantur, sub nomine agentium.

„Cæterum tota hæc quæstio proprie ad eos
„legatos pertinet qui ad hostes mittuntur, &
„proinde jure hostium haberi ac violari possent:
„nam qui ad amicos mittuntur, jure communi
„per quem ut privati quoque homines tuti sunt, nec
„hoc singulari gentium jure ac privilegio, ne lædi
„queant, opus habent. Hi igitur majori quidem
„cum dignitate ac privati ibi vivunt, at jus secu-
„ritatis ipsis cum omnibus aliis commune est: ea
„enim beneficio pacis omnibus perinde debetur.

„In genere igitur legati, etiam ad hostes missi,
„inter omnes gentes, etsi barbaras, sancti sunt,
„seu inviolabiles, nec in id cumulabimus quæ pas-
„sim frequentissime occurrunt authoritates; cum
„& nemini id dubium, & plane decisum sit in *l.*
„*fin. ff. de Legation. si quis legatum hostium pul-*
„*sasset, contra jus gentium id commissum esse existi-*
„*matur; quia sancti habentur legati.* Et mox:
„*Itaque cum, qui legatum pulsasset,* L. Mucius dedi
„*hostibus, quorum erant Legati, solitus est respon-*
„*dere.* Eamque in rem authorum testimonia
„longo ordine recenset Grotius *de Jur. Bell. &*
„*Pac. lib* 2. *cap.* 18. §. 1. *& in not. ad d.* §. 1.
„Quibus addi potest Jul. Cæsar *l. 3. de Bell. Gall.*
„*cap.* 2. Dionys. Halic. *Antiq. Rom. 5. cap. 53.*
„ubi invehitur in Tarquinios, *quod sacrosancta ob-*
„*sidium & legatorum Romanorum corpora violare*
„*conati essent.*

„Verum ex quo jure fit illud jus Legatorum,
„ne ab hostibus lædi possint, disquiritur. Et Grotius
„*d. c.* 18. §. 1. id tribuit juri gentium voluntario,
„quod secundarium vulgo vocant. Atqui parum
„præsidii habituri sunt Legati ab eo jure, quo li-
„beri populi & summi principes non obligantur:
„atque ita frustra Legati apud hujusmodi Principes
„ad hujus juris authoritatem provocarent. Cum
„enim illi neminem in terris superiorem, sed so-
„lum Deum recognoscant, non possint humana-
„rum gentium leges eos tenere, nec adeo gentes,
„quæ superiores non sunt, jus ipsis dare, vel dice-
„re. Quin summi Principes hujus secundarii gen-
„tium juris capita in suis terris mutare, iisque uti
„aliis juribus positivis, ut vocant, derogare pos-
„sunt, & derogant quotidie in illis articulis, de
„quibus in *tot. tit. Inst. de Rer. div.* agitur.

„Itaque ab alterius augustioris juris reverentia
„petenda est Legatorum inter hostes securitas; ab
„eo nimirum, quod ab ipsa natura, ejusque autho-
„re sancitum est. Dissidentibus namque bello po-
„pulis, cuique parti natura permissum est oblata
„satisfactione bellum finire, ergo & eadem naturæ
„lege cum securitate Legatos mittere sine quibus
„offerri satisdatio nequit. Quin hoc ipso, dum
„offertur satisfactio, desinit injuria, desinit hostis
„& bellum, quod justum non est nisi ad repara-
„tionem injuriæ geratur: Belli autem jure cessante,
„cessat lædendi licentia, & jus hostis in Legatum
„pacis causa missum. Et licet forte non illico de
„conditionibus pacis conveniant, tamen, dum in
„suspenso est transactio, suspendi interim quoque
„jus belli in Legatum de transactione agentem,
„necesse est; nam alias adhuc omnis componen-
„dæ pacis ratio tolleretur, si hic ipse tractatus non
„esset in tuto: semper vero ea ratio, sine qua id
„quod natura concessum vel constitutum est ex-
„pediri nequit, a natura & ipsa sit necesse est.
„Optime Legati Romani ad Cosröem, Regem
„Persarum: Si, inquiunt, *certantes nunquam con-*
„*venirent, infinitum omnino bellum esset; id vero,*
„*si finem habiturum non est, eo occupatus de statu*
„*hominum ac naturæ dejicere aptum est.* Procop.
„*lib. 2. de Bell. Pers.* Nam & directo equidem ad
„humanæ societatis destructionem pertinet, eam
„rebus humanis imponi necessitatem, ut cum dis-
„sensio aliqua inter duos populos oritur, nunquam
„debellatum videri posset, nisi cum internecione
„alterius, vel utriusque partis. Atque ita veteres
„quoque divino juri id adscripsere; uti Cic. *Orat.*
„*de Harusp. resp. circa med. Jus Legatorum,* ait,
„*cum hominum præsidio munitum, tum etiam* NB.
„*divino jure esse vallatum.*

„Hinc Romani, ipsos Deos immortales hujus
„sanctissimæ legis suæ & violatorum Legatorum
„vindices acerrimos esse crediderunt. Vid. Arum.
„*Discurs. Acad. 29. concl. 12.* Kirchner *de Legat.*
„*lib. 2. c. 1. n. 52.* Qua fiducia erectus Cossus, Tri-
„bunus militum, conspectu Larte Tolumnio, Re-
„ge Veientum, Romanos, quorum Legati occisi
„ejus jussu fuerant, in prælio acriter urgente, Hic-
„cine, inquit, *est ruptor fœderis humani violator-*
„*que Gentium juris? jam ego hanc mactatam vi-*
„*ctimam (si modo sancti quicquam in terris esse Dii*
„*volunt:) Legatorum manibus dabo.* Nec fefellit
„eventus, sed cæso Rege altera a Romulo opima
„spolia Jovio Feretrio tulit. Liv. *lib. 4. cap.*
„*19. & 20.* Nec aliam ob causam eversas esse Athe-
„nas, quam quia se inpiaverant nece Legatorum
„Persicorum, creditum tum fuisse apparet ex He-
„rod. *Lib. 7. n,* 185. Ita plerumque videmus inau-
„spicato

§. II.

1. Sed primum sciendum est, [a] qualecunque est hoc jus gentium de quo videbimus, ad eos legatos pertinere, [b] quos mittunt qui summi imperii sunt compotes inter se: nam qui extra hos legati sunt [c] provinciales, [d] munipales, atque alii, non jure gentium, quod inter gentes est diversas, sed [e] jure civili reguntur. Legatus apud [f] Livium publicum se nuntium populi Romani vocat. Apud eundem Livium [g] alibi Senatus Romanus jus legationis [h] externo, non civi comparatum ait: & Cicero ut ostendat non esse legatos mittendos ad Antonium: *Non enim*, inquit, *cum Annibale res est, hoste reipublicæ sed cum cive.* [i] Qui autem externi habendi sunt ita clare exposuit Virgilius, ut nemo Jurisconsultorum possit clarius: Lib. 1. c. 32. Lib. 6. c. 17. Philipp. 5. c. 10.

Omnem equidem sceptris terram quæ libera nostris
[k] *Dissidet, externam reor.* Æn. 7. 369.

2. [l] Qui ergo impari junguntur fœdere, cum sui juris esse non desinant

„spicato prælii exitu, stragibus, excidiis litatum „fuisse legatorum manibus. Haud levi indicio, „ab ipso Deo, cui adeo res ea curæ est, sancitam „esse, & tot tricissimis eventibus sanciri securitatem „legatorum. Uti ex hac causa Thebani ab Ale„xandro Magno; *Curt. Lib.* 4. *cap.* 2. Veneti a „Cæsare; *Cæs. de Bell. Gall. Lib.* 3. *cap.* 3. Ammo„nitæ & Syri a Davide; 2 *Sam* 10. & 11. Arabes „ab Herode; *Joseph. Antiq. Lib.* 15. *c.* 7. & 8. „Alexandri Severi exercitus a Persis; Herodian. „lib. 6. cap. 4. Sveones oppresso Resone, Legato „Danico, a Gotrico seu Gothefredo Rege Daniæ „victi & cæsi sunt. *Sax. Gramm. Hist. Dan. lib.* 8 „*in fin.* Etsi Loccen. *Histor. Suec. lib.* 2. *in princ.* „Suecones variata facti specie defendat; qui dein„de addit, *non esse consentaneum, adeo juris Gen„tium & naturæ, vel oblitos, vel negligentes fuisse.* „*Suedos, ut Legatum ex solo contemtu per insidias* „*trucidarent.* Sed & alia passim tristissimi exi„tus exempla, Conf Plut. *in Pelop. c. pen.* & *ult,* „&s Corn. Nep. *in Pelop. c.* 5. & vix ulla occur„runt, quibus a violatorum partibus steterit prælii „ex hac causa inti victoria. Juri igitur Gentium „primævo tribuimus merito Legatorum sancti„moniam, atque ideo summos quoque Principes „ea lege teneri, metuendamque ipsis esse „eius violatæ vindictam ultricesque diras asseri„mus.

„*a*) (QUALECUNQUE EST HOC JUS GENTIUM:) „Imo est ipsum jus naturæ.

b) (QUOS MITTUNT QUI SUMMI IMPERII SUNT COMPOTES INTER SE:) Legatus ergo est persona publica quæ mittitur a libero populo ad liberum populum ad negotium aliquod reipublicæ curandum: *Alius* est legatus qui ad amicos, socios, & confœderatos mittitur, qui jure naturæ communi utitur, quo omnes homines ab invicem tuti sunt, nedum illi qui principis personam repræsentant. *Alius* qui ad hostes mittitur, qui jure naturæ communi tutus non est, sed ex speciali demum privilegio juris naturalis, quod ex medii necessitate fluit, quia pax sine legatis componi nequit: *Vid. Author des memoires touchant les Ambassadeurs. p.* 68.

„*c*) (PROVINCIALES:) A diœcesibus, satrapiis, „statibus provincialibus.

„*d*) (MUNICIPALES:) Ab oppidis.

„*e*) (SED JURE CIVILI REGUNTUR:) Hi enim „undi sunt mandatarii a subditis missi, & ipsi sub„diti, eoque ex jure civili æstimandi, *tot. tit. ff.* „*de Legatis*: Legati quos subditi extra„nei mittunt, itidem non gaudent hac sanctimo„nia, quia jus belli non habent, adeoque nec jus le„gatorum, sed tuti sunt jure naturæ communi.

„*f*) (LIVIUM:) *L.* 1. *c.* 24. & 31.

„*g*) (ALIBI:) *L.* 6. *c.* 17.

„*h*) (EXTERNO NON CIVI:) Hinc Senatus Pa„risiensis Fecialem Gallum admittere noluit, *quod* „*supremarum potestatum sit inter se feciales mittere* „& *accipere,* & tum addit: *si nos iis inferis aut* „*annumeras, gloriam indebitam merito asperna„mur, sola fide & decore obsequii contenti. Priol. Hist. Gall. L.* 3. *p.* 160.

„*i*) (QUI AUTEM EXTERNI HABENDI SINT:) „Externi sunt omnes qui summam potestatem non „habent, sive cives nostri sive externi sint.

„*k*) (DISSIDET) i. e. quæ separata est a nostro „regno sive territorio. *Gron. h.*

l) (Grot.) (QUI ERGO IMPARI JUNGUNTUR FOEDERE:) *Cromerus XXX.*

ADDITIO.

Nam inæquali fœdere juncti non desinunt esse summæ potestates: Conf. *L.* 1. *c.* 3. §. 21. *n.* 1. & *L.* 2. *c.* 15. §. 7.

 m) (IMO

finant, jus habebunt legationis: *m* imo & hi qui ex parte fubditi funt, ex parte non funt, pro ea parte qua non funt fubditi. *n* At Reges qui bello folenni victi regnoque exuti funt, *o* cum aliis regni bonis & jus legandi perdiderunt. *p* Ideo Perfei a fe victi caduceatores retinuit P. Æmilius.

3. *q* In bellis vero civilibus neceffitas interdum locum huic juri facit extra regulam, *r* puta cum ita divifus eft populus in partes quafi æquales, *s* ut dubium fit ab utra parte ftet jus imperii; aut cum jure admodum controverfo *t* de regni fucceffione duo decertant. Nam hoc eventu *u* gens una pro tempore quafi duæ gentes habetur. *v* Ita
Hift. 3. c. 20. Flavianos accufat Tacitus, quod facrum etiam inter exteras gentes lega-

m) (IMO ET HI QUI EX PARTE SUBDITI SUNT:) Atque hinc ftatus Imperii Romano Germanici habent jus legatorum, quia certo refpectu fummam poteftatem habent. *Vid. Jus publ. noftrum c.* 23. §. 23.

„*n*) (AT REGES QUI BELLO SOLENNI VICTI, „REGNOQUE EXUTI SUNT:) Secus fi non bello „publico, fed a fubditis orta rebellione expulfi funt; „tunc enim jus regni retinent: exempla vidimus „fupra *L.* 1. *c.* 4. §. 15 Miniftri Angliæ diftinxere, „an jure fint expulfi an injuria, *Camd. in vit.* „*Elif. p.* 2. *p.* 208. & illo cafu ceffare jus legandi „dixere.

„*o*) (CUM ALIIS REGNI BONIS &c.:) Nam per ul„timam victoriam omne eorum jus imperii tolli„tur. *Vid. L.* 3. *c.* 8 *per tot.* Exemplum eft in Crœfo „devicto: Secus fi bellum finitum non eft; non „autem eft finitum quamdiu ejectus fpem habet „recuperandi: hinc Carolum II. exulem legatos „mififfe vidimus fupra *L.* 1. *c.* 4. §. *p.* Cæterum „vicinus non peccare fequendo poffeffionem de„monftravimus *ibidem:* ubi exempla recenfuimus „legatorum ad ufurpatores miflorum.

„*p*) (IDEO PERSEI A SE VICTI &c.) *Liv. L.* „*44. c. 45. & 46. Conf. id. L.* 32 n. *& L.* 6. *c.* 37. „45. Perfeus enim jam in poteftate populi Roma„ni erat.

q) (IN BELLIS VERO CIVILIBUS NECESSITAS INTERDUM LOCUM HUIC JURI FACIT:) Imo cum neutra pars habeat fummam poteftatem fed totus populus, neuter quoque legatos mittere poteft. Hinc Cæfar noluit ad Pompejum legatos mittere, fed voce præconis e longinquo fcrutatus eft, an velit nuncium accipere, & fecuritate promiffa demum mifit: At cum nec hic tutus fuerit, Cæfar non de violata fanctimonia juris gentium, fed de perfidia queftus eft: *Cæf. bell. civ. l.* 3. *c.*

ADDITIO.

„In præmiffo exemplo potiores fuere partes „ejus quem Senatus approbavit: Atque ex hoc capite „Pompejus fibi majeftatem vindicabat: *Lucan.* 5. *pr.* „& hæc ratio fuit, cur Cæfar privatus, & a Senatu „damnatus, legatos mittere ad Pompejum aufus „non fuerit.

r) (Grot.) (PUTA CUM ITA DIVISUS EST POPULUS:) Vide de legatis civitatis Toleti ad regem Johannem, *Marianam* libro XX, 8. de Flandris *Crantzium* Saxanicis XII, 33.

„*s*) (UT DUBIUM SIT AB UTRA PARTE:) Non „autem eft dubium fi alter Senatus autoritate ar„ma cepit.

„*t*) (DE REGNI SUCCESSIONE DUO DECERTANT:) „Imo duæ tunc funt fummæ poteftates inter quas „jus belli omnino obtinet. *Vid. fupr. l.* 2. *c.* 7. §. „17. Exempla autem Galbæ, Vitellii &c. ad bella „civilia pertinent.

„*u*) (GENS UNA PRO TEMPORE QUASI DUÆ „GENTES HABENTUR:) Revera & naturaliter una „gens eft, unum imperium, & una fumma pote„ftas; At quia hæc pluribus in folidum compe„tere poteft, hi inter fe diffentientes nullum jus „nifi belli habent, adeoque utrinque jus legatio„num competit.

v) (Grot.) (ITA FLAVIANOS ACCUSAT TACITUS:) Et Magnentium *Zofimus* libro II. Μαγνέντιος δὲ καθ' ἑαυτὸν ἔστρεφε γνώμην, πότερον χρὴ Φίλιππον ἄπρακτον ἀποπέμπειν, ἢ κατέχειν παρ' ἑαυτῷ τὸν ἐπὶ τοῖς πρέσβεσι πατοῦντι θεσμόν. *Magnentius apud animum fuum volvebat, deberetne Philippum irritum dimittere, an apud fe retinere calcato iure legationum.* Is Philippus a Conftantio venerat. (*Cap.* 47. *Ed. Cellar*)

ADDITIO.

„Vellejus Paterculus accufat quoque L. Opimi„mium, quod Fulvii Flacci filium, quem pater „legatum de conditionibus miferat, interfecerit: „*Tac. l.* 2. *c.* 7. *Gron. h.* Utrumque factum me„rito improbatur: Nam Vitellius a Senatu „confirmatus fuit. *Suet. in Vitell. c.* 9 & legati „autoritate Senatus ad pacem faciendam mitteban„tur, *ibid. c.* 16. unde merito legatorum jura eum „ipfis obfervari debuiffent. Ubi tamen notan„dum, factum hoc non Ducis, fed infolentis mul„titudinis fuiffe, Dux enim præfidio dato eos defendit

legatorum jus in Vitellianis civili rabie temerassent. [w] Piratæ & latrones, qui civitatem non faciunt, jure gentium niti non possunt. Tiberius cum ad eum Tacfarinas legatos misisset indoluit, quod desertor & prædo [x] hostium more ageret, quæ verba sunt Taciti. Sed interdum tales qui sunt jus legationis [y] nanciscuntur fide data, ut olim [z] fugitivi in saltu Pyrenæo.

Ann. 3. c. 37.

Cæs. l. 3. de bello civ. c. 19.

§. III.

1. Duo autem sunt de legatis [a] quæ ad jus gentium referri passim videmus, [b] prius ut admittantur, deinde ne violentur. De priore locus est [c] Livii ubi Hanno Senator Carthaginiensis in Annibalem sic invehitur: *Legatos ab sociis & pro sociis venientes bonus Imperator noster in castra non admisit:* [d] *jus gentium sustulit*: Quod tamen non ita crude intelligendum est: [e] non enim omnes admitti præcipit gentium jus: [f] sed vetat sine causa rejici. Causa esse potest ex eo qui mittit, ex eo qui mittitur, ex eo ob quod mittitur.

Lib. 21. cap. 10.

2. Melesippus Lacedæmoniorum legatus auctore Pericle, dimissus est extra fines agri Attici [g] quod ab hoste armato veniret. Sic [h] Senatus

Thuc. l. 2. c. 12.

„fendit *Tac. d. l.* Factum Opimii improbandum „est non ideo quod Flaccus legatos mittere potuerit, rebellis enim fuit,& Opimius autoritate Senatus arma contra eum sumsit: Flor. *L. 3. c. 15.* Sed „*quod filius hic immunis esset paternorum delictorum*, quæ sunt verba Velleji paterculi *d. L. 2. c. 7.* „adeoque ipse pro crimine patris puniri non pot„uit.

w) (PIRATÆ ET LATRONES QUI CIVITATEM NON FACIUNT, JURE GENTIUM NITI NON POSSUNT:) Nam cum his bellum non est, adeoque nec hostium locum haberi possunt, uti late probavimus supra *L. 1. c. 1. §. 1.* Unde hi jure imperii puniuntur.

„x) (HOSTIUM MORE AGERET:) i. e. Jure belli „uteretur: quod saltem inter summas potestates „obtinet.

„y) (NASCISCUNTUR FIDE DATA:) Tunc le„gatis competit securitas non speciali illo jure na„turæ, sed ex pacto.

„z) (FUGITIVI IN SALTO PYRENÆO:) Ad hoc „exemplum provocat Cæsar *de bell. Gall. L. 3. c. 4.* „Exemplum latronum admissorum per legatos re„fert *Curt. L. 7. c. 6.*

„a) (QUÆ AD JUS GENTIUM REFERT:) Utrum„que sequitur ex jure naturæ:

b) (Grot.) (PRIOS UT ADMITTANTUR:) *Donatus* ad prologum Hecyræ: *Oratorem audire oportere jus gentium est.* (Ad vers. 1.)

ADDITIO.

Recte Autor ait legatum admitti præcise non teneri: Nam Princeps etiam amicos potest summovere ab ingressu territorii, solo transitu excepto, nedum hostem. At aliud est (1) si in contumeliam fiat ejus qui mittit, tunc enim hæc nova injuria est, quæ bello vindicari potest. Sed & (2) si pacem offerat legatus rejici nequit, quia sine ejusmodi admissione bellum componi non posset; Denique & (3) si sine justa causa rejiciuntur, queri de injuria possunt: Hinc merito questus est Mauriti[us] Elector quod legati exterorum contra morem Imperii dimittantur. *Sleid. L. 24. p.* 755. & Hanno in Annibale improbat, quod sociorum legatos, qui de injuria sociis illata querebantur, in castra non admiserit. *Liv. L. 21. c.* 10. Et scelere impiatos vocat qui caducatores ad tollenda cadavera missos non admiserunt, & mittendis internecionem minabantur: *Polyb. L. 1. c. 81.* Conf. *Liv. L. 2. c. 39 L. 24. c. 33. l. 10. c. 10.*

„c) (LIVII:) *L.* 21. *c.* 10.

„d) (JUS GENTIUM SUSTULIT:) Quod vetat „legatum sine causa rejici.

e) (Grot.) (NON ENIM OMNES ADMITTI PRÆCIPIT JUS GENTIUM:) Vide *Camdenum* in anno CIƆ IƆ LXXI. quæstionem ibi propositarum quarta.

ADDITIO.

„Quia occupato territorio quosvis alios inde „arcere, salvo cæterum jure transitus, possumus, „cur non & hostes.

„f) (SED VETAT SINE CAUSA REJICI:) Non „ergo rejici possunt qui ad satis faciendum mittun„tur, vel ad petendam satisfactionem, vel ad tol„lendos mortuos

„g) (QUOD AB HOSTE ARMATO VENIRET:) „Qui non tam pacis causa mittebatur, quam *ut ex*„*periatur num quid jam humilius sentirent Athe*„*nienses, cum in itinere viderent exercitum Sparta*„*norum. Thucyd. l. 2. p. 64.*

[b] Senatus Romanus negavit se Carthaginensium legationem admittere posse, quorum exercitus esset in Italia. [i] Persei adversus Romanos bellum molientis legatos non admiserunt Achæi. Sic [k] Totilæ legationem reiecit Justianus [l] & Gothi, qui Urbini erant, Belisarii oratores. Cynethensium quoque, ut gentis sceleratæ, legatos undique pulsos narrat [m] POLYBIUS. Secundi exemplum est in Theodoro, [n] qui ἄθεος vocabatur, quem a PTOLOMÆO ad se missum [o] audire Lysimachus noluit: [p] idemque aliis evenit peculiaris odii causa. [q] Tertium quod diximus locum habet [r] ubi causa mittendi aut suspecta est, ut Rhabsacis Assyrii legatio ad populum concitandum [s] merito suspecta

Zonar. Tom. 2. (Lib. 9. Cap. 13. Ed Reg.) Liv. lib. 41 c. 19. Procop l. 3. c. 37. & L. 2. c. 19. Libro 4. c. 11. Diog. Laert. 2. 102.

b) (Grot.) (SENATUS ROMANUS NEGAVIT SE CARTHAGINENSIUM LEGATIONEM ADMITTERE POSSE, QUORUM EXERCITUS ESSET IN ITALIA:) De hoc Romanorum more vide *Servium* ad VII. Æneidos, (vers. 168.)

„i) (PERSEI ADVERSUS ROMANOS BELLUM MO-„LIENTIS LEGATOS NON ADMISERE ACHÆI:) „Potuisset enim suspecta inde Romanis fieri Achæ-„orum fides: Sane hanc rationem non admitten-„di fuisse patet ex Livio. *l. 41. c. 35.* ibi *da-„taque opera est ab iis qui offensionem apud Ro-„manos timebant, ne admitterentur.*

„k) (TOTILÆ LEGATIONEM REJECIT JUSTINI-„ANUS:) Apud *Procop. L. 2. c. 19.*

„l) (ET GOTHI BELISARII ORATORES:) *Pro-„cop. l. 3. cap. 37.*

„m) (POLYBIUS:) Alia exempla sunt apud *Liv. „l. 2. pr. & c. 39. l. 9. c. 4. l. 22. c. [illegible] l. 25. c. 7. „l. 30. c. 23. & 26. p. 1005. l. 51. p. 1[illegible]. & l. 54. „p. 1115. l. 55. p. 21.* Cosroes Persa rejecit legatos „apud *Evagr.* 5. 14. Fridericus Daniæ rex noluit „legatos Pontificis recipere, quia non veniebant „pacis causa, utpote cum bellum cum Friderico „non esset, amicitiam autem specialem cum inimi-„co communi protestantium nolebat. *Thuan. l. 28. „p.* 571. Sed & in Anglia lege antiqua cautum „erat ne Pontificis nuntii (nisi prius venia impe-„trata) ingrederentur, juramento etiam præstito „nequid in Anglia molirentur, quod fraudi sit „regi, aut regni libertati. *Camd. p. 1. p. 59. & „146.* Justa quoque causa est, si constet conditio-„nes a legatis offerendas acceptari non posse: ita „cum deliberaretur num Jugurthæ legati recipi „deberent, Senatus decrevit, ni regnum ipsumque „deditum venissent, ut in diebus proximis 10. „Italia excederent. *Salust. Jug. c.* 28. Alia exem-„pla vide apud *Wikef. L'Ambassadeur l. 1. sect.* 3. „Rex Scutiæ, cujus mater ab Elisabetha erat capi-„tis damnata non admisit hujus legatum, qui non „satisfaciendi sed excusandi causa missus erat: „*Camd. l. 3. p.* 502. Non rejiciuntur legati si „extra urbem aut castra saltem recipiuntur, uti „exempla sunt apud *Liv L. 24. c. 33. & L. 3. c.* 25.

„n) (QUI ἄθεος VOCABATUR:) De quo vide „*proleg.* §.3. pag. 4. 5. vitam ejus describit *Stanlejus „Hist. Phil. p. 3. c. 2. p.* 257.

„o) (AUDIRE LYSIMACHUS NOLUIT:) Imo au-„divit, & admisit, sed quod impio ore quædam „effutiisset, *cavere eum voluit ne in posterum ad „eum accedat:* Sed merito reponebat Theodorus: „*Cavebo quamdiu Ptolomæus non miserit. Laert. „Lib. 2. n.* 102.

„p) (IDEMQUE ALIIS EVENIT PECULIARIS ODII „CAUSA:) Qui forte in injuriam & contemtum „alterius mittuntur: uti si rebelles mittuntur. *Vid. „Thuan. L. 36. post pr. Appian de bell. Mithr. n.* 176. „Aliquando tamen ob potentiam mittentis recipi de-„bent: ita Laurentius Medicæus recepit legatum „a Bagazethe missum, Bernardo dictum, qui fra-„trem Laurentii Julium occidit, & vitæ ipsius „Laurentii insidiatus est: Author *des memoires „touchant les Ambassadeurs p.* 51. notanter addit, „*Laurens ne laissa pas d'avoir toute la considera-„tion que l'on peut avoir pour un Ministre public, „non obstant qu'il fut ne sujet de la republique de „Florence. Il faut demeurer d'accord, que Baja-„zeth en usa un peu à la Turque, qu'un prince „Chretien ne l'auroit voulu faire, & que peut etre „Laurent n'auroit pas eu le meme respet pour un „autre prince.*

„Rationem hujus juris exposuit B. Parens in „*Disput. de Legato sancto non impuni. Cap. fin.* §. „14. Non enim permissum esse ulli Principum, ait, il-„los legatos mittere, ac ire jubere ad Principes qui „jure legitimi magistratus eos perduellionis reos „judicarunt, aut alia ex causa in exilium pepule-„runt, eo ipso enim qui mittit legitimi magistra-„tus autoritati detrahit, gravissimamque injuriam „infert. Idque exemplo Cardinalis Poli probat. „Perseus civem proscriptum, & a Gentio rege Il-„lyriæ legatione missum punivit. *Albr. Gent. l. „2. c. 10. Zoucha* 24. 19.

„q) (TERTIUM:) Ubi causa rejiciendi est ex eo „ob quod mittitur.

r) (Grot.) (UBI CAUSA MITTENDI AUT SU-SPECTA EST:) Sic Andreas Burgus, Cæsaris legatus in Hispaniam, non admissus: *Mariana* libro XXIX. (*Cap.* 15.) Simile apud *Cromerum* libro XX.

„s) (MERITO SUSPECTA EST EZECHIÆ:) Imo „hic non rejecit legatos, sed saltem extra urbem „eorum desideria excepit, quod passim factum le-„gimus.

ſpecta erat Ezechiæ, [t] aut non ex dignitate [u] aut temporibus conve- s Regum
niens. Sic Ætolis denunciarunt Romani ne quam legationem 18, 36.
mitterent [v] niſi permiſſo Imperatoris: Perſeo ne Romam mitteret ſed Livius l.
ad Dicinium: [w] & Jugurthæ legatis edictum [x] intra decem dies Ita- 37. c 49.
lia excederent, ni regnum & Regem deditum veniſſent. Optimo Lib. 32. c 36.
autem jure rejici poſſunt quæ nunc in uſu ſunt [y] legationes aſſiduæ, Salluſt. Bell. Jug.
quibus quam non ſit opus [z] docet mos antiquus, cui illæ ignoratæ. c. 30.

§. IV.

„gimus. *Liv.* 2. 39. & *L.* 24. 33. & pro arbitrio „ejus ad quem legati mittuntur, fieri poteſt.

„t) (AUT NON EX DIGNITATE CONVENIENS:) „Romani noluere hoſtem armatum quamdiu in „Italia eſſet audire: de quo more in præcedenti- „bus quædam diximus.

„u) (AUT TEMPORIBUS:) Uti ſi forte ſocii ſu- „ſpicari inde ſidem poſſent, quod Achæorum ex- „emplo conſtat. *Liv.* 31. 35. Græcorum duces ſub „Cyro militantes non admittere volebant legatos „Perſarum, quod militum animos corrumperent, „& ad deſerendum inſtigarent. *Xenoph.* 3. *p.* 329

„v) (PERSEO NE ROMAM MITTERET:) Dixi „jam in arbitrio Principis eſſe quo loco velit lega- „tionem recipere, & per quem conditiones ab iis „proponendas excipere velit.

„w) (ET JUGURTHÆ LEGATIS EDICTUM:) „Quia conditiones, quas proponere in commiſſis „erat, non ſufficiebant: Senatus enim decrevit „regnum, ipſumque Jugurtham dedi debere. *Salluſt.* „*Jug. c.* 28.

x) (Grot.) (INTRA DECEM DIES ITALIA EXCEDERENT:) Carolus Quintus Imperator legatos Galliæ, Venetorum, & Florentinorum ad bellum ſibi indicendum miſſos deduci juſſit in locum, qui a comitatu ſuo abeſſet triginta milliaria. *Guicciardinus* libro XVIII. (pag. 472. *Ed. Genev.* 1645.) *Bellajus* libro III. (fol. 103. *Edit. Pariſ.* 1573.)

ADDITIO.

„Exemplum Caroli V. huc non pertinet: Nam (1) „legati non excedere finibus, ſed intra fines manere „juſſi ſunt. (2) Deduci eo juſſit non animo læ- „dendi, vel carceri includendi, ſed ut ſuos legatos „apud Gallos in tuto conſtitueret, quia deſperata „pace bellum indictum erat; Atque hanc poſte- „riorem rationem diſertis verbis affert *Guicciard.* „*alleg. loc. p. m.* 679.

„y) (LEGATIONES ASSIDUÆ:) Nam in his ra- „tio illa neceſſitatis ceſſat, neque enim hic de „pace conciliand, aut bello componendo agitur: „Idque hodie quinque fieri poſſe certum eſt, nec „alter quaſi injuria ſibi fiat, queri, nedum cau- „ſam belli inde deſumere poteſt, ſed ſolo jure ta- „lionis uti, & viciſſim alterius legatos repudiare „poteſt.

„z) (DOCET MOS ANTIQUUS, CUI ILLÆ IGNORATÆ:) Hinc Wikefort *des Ambaſſadeurs p.* 2. *p.* „193. ait *Il n'y a pas encor deux cens ans que les prin-* „*ces font reſider leurs miniſtres pluſieures années de* „*ſuite, & qu'ils entretiennent un commerce dans les* „*cours etrangeres, tant pour la conſervation de la bon-* „*ne correſpondence entre les princes, que pour y tenir* „*des eſpions, qui obſervent leurs actions.*

(AD §. IV.) Gravis, & in curiis Principum frequenter agitata quæſtio eſt, an legati ex delicto ſuo forum ſortiantur vel ex contractu ſuo conveniri poſſint coram Principe ad quem miſſi ſunt? Quatuor Author hic refert opiniones: *Alii* in genere quæſtionem affirmant, ac legatos ex omni delicto & contractu in foro delicti vel contractus conveniri poſſe aiunt: *Alii* in genere id negant, cum quibus ſentit Author: *Alii* tunc demum forum ſortiri in loco delicti ſtatuunt, ſi aliquid contra ſtatum publicum regni commiſiſſet: *Alii* putant extraneos reges conſulendos eſſe.

Agitata fuit hæc quæſtio (1) in legato Mariæ Reginæ Scotiæ: (2) in legato Hiſpano Mendoza: (3) in legato Luſatico: (4) nuper in legato Suecico. Nos primam amplectimur opinionem, legatos ob delicta puniri & ex contractu ſuo conveniri poſſe coram Principe ad quem miſſi ſunt: Nam (1) in genere fundata eſt jurisdictio ſummæ poteſtatis in toto territorio, in omnes res, & in omnes perſonas quæ eo continentur: quæ regula tamdiu in legatis obtinet donec appareant excepti: At (2) talis exceptio adeo in legatis non apparet, ut nec ipſi reges, ſi in alieno territorio commorantur, exempti ſint ab ejus jurisdictione: Sane in territorio una tantum eſt ſumma poteſtas; ſi autem rex extraneus alieno territorio non ſubeſſet duæ forent ſummæ poteſtates in eodem territorio. Accedit (3) quod natura inviolabilitatis in eo conſiſtat ut jus hoſtium ceſſaret, adeoque ut vis ipſis inferri non poſſit; reſtituitur ſaltem id quod pace rupta & bello exſtinctum erat, nimirum ne violetur, i. e. ne vis ipſi fiat, non vero ut executio juſtitiæ impediatur nam id bello non erat exſtinctum: Sane natura non vult ſuccurrere criminibus & delinquentibus, ſed officio ſancti legati fungentibus ſecuritatem dare: Princeps (4) tenetur ſubditis jus dicere, reparare damna ipſis illata, & punire delicta quibus ſocietas & ſecuritas publica turbatur: ceſſaret autem hoc officium ſi legatis alios impune lædere liceret, & ſi jus eos puniendi non competeret: Certum (5) eſt jus delinquendi legatis non competere, & ſecuritatem iis tantum competere intuitu officii, cujus pars non eſt delinquere: optime Juſtinus legatis ſuis Bizantinis reſcripſit *Tamdiu jus non violandi legatos ſervandum eſſe, quoad ipſi jus legationis*

 hone-

honestatemque servarent: Extra hoc officium, adeoque in delictis legatus ille privatus est, quia id mandatum non est, nec mandari potest: Idque confirmatur exemplo Tribunorum plebis, qui sacrosancti sunt quamdiu ut Tribuni se gerunt: Unde saepe eos criminis reos factos esse legimus. *Liv. l. 9. c. 8. & 9. Val. Max. 5. c. 1. n. 7. & l. 4. c. 7. n. 3. Cic. Catil. II. c. 8 Pluth. in Gracho c. 29.* Sed & (6) tota ratio inviolabilitatis hic cessat, quae nititur necessitate illa quod alias pax coire nunquam possit, nisi nuncii hostiles securi essent ab injuria: at potest pax conciliari etsi delinquentes puniantur. (7) Legati non possunt plus in bello obtinere quam tempore pacis, non plus apud hostes quam apud amicos. Nulla autem ratio est quae eximat tempore pacis extraneos legitimae jurisdictioni, ergo minus in bello. Adeoque hoc jus puniendi non est ex jure belli, sed ex jure communi pacis. Imo (8) contradictoria sunt legatum sanctum esse, & eum delinquere impune posse: inviolabilitas ex delicto nasci non potest, nec sanctimonia tribui delicto: Atque haec (9) communis fuit veterum sententia: Legatus Justiniani ad Gothorum regem adulterii accusatus litem contestatus est, de foro autem non excepit. *Procop. bell. Goth. l. 1.* Spartae legati causam suam egerunt, & absoluti sunt apud *Xenoph. rer. Graec. l. 1 c. 5.* De legato Reginae Scotiae, qui tumultum excitabat, ita consuluerunt JCti Angliae apud *Camd.* ad an. 1571. Cum Mendoza Hispaniae legatus proditionis reus accusaretur, conclusum antiqua severitate igne & ferro persequendum, *Camd. ad an.* 1584. Et licet Regina utrumque casu perpecerit legatis, id ex humanitate vel saltem politicis rationibus factum est: Sane Cromwelius judicio statuto legatum Lusitanum capite plecti jussit: d. 22. Nov. 1653, qua occasione integrum tractatum scripsit Zouchaeus *de foro competente legatorum.* Denique & (10) Doctores plerumque ita statuunt. *Vid. Arumae. disc. 29. th. 12. & ad A. B. c. 1. q. 7. Kircher de legat. l. 2. c. 1. n. 116.* ubi exempla refert. Conf. *Serran. in Francisco I. ad an.* 1553.

ADDITIO.

„Legatos ob delictum puniri ab eo ad quem „missus est, non posse cum Grotio statuunt *Kul„pis de legat, stat. imp. & in Colleg. Grot. p.* 170. „*Stranch. differt. jur. publ.* 171. 8. *Iunkh. in disp. „de legat. th.* 146. *Colleg. iur. Arg. tit de legatis. „th. 6. Furften. de Suprem. c. 6. Vitriar. Inst. I. „N. l. 2. c.* 18. *Zouchaus de foro compet. legati „delinquentis. Stephanus Cassius in diatribe de iure „& iudice legatorum:* At cum B. Parente puniri „legatum delinquentem posse defendunt Cammer„rich Von der Unverletzlichkeit der gesandten. „*§.* 14. *&* 27. *Huber. J. Civ. l. 2 §.* 4. §. 21. *seq.*

„Minus recte quidam distinguunt inter crimina „majora vel minora, ut ex iis saltem puniri possit „legatus, non ex his. *Thomas de jur. div. l. 3. c. 9.* „§. 56. Majora autem esse dicunt quae contra „jus gentium, non quae contra jus civile commit„tuntur. *Perez. C. de legat. n. 6. Grot. h.* Alii per „majora crimina intelligunt ea quae contra statum „committuntur: Vid. Cammerich d. l. § 15. *seq.* „*Ioh.* Presbeut. *de Legat. stat. §. 96.* Le parfait „Ambassadeur, *tom.* 1. §. 45. *f.* 120. Atque „huc referunt exempla Brugmanni legati „Holsatici ad Persas, qui plura delicta privata „commisit impune. &c. Verum eadem utrobique „ratio est, & sanctimonia nec ratione delictorum „minorum competit.

„Vera igitur omnino est sententia B. Paren„tis, inprimis ex ea ratione, quod uti legati perso„na sancta & inviolabilis esse debet ei ad quem „mittitur, ita vicissim & magis hujus persona san„cta esse debet legato: & summa iniquitas foret si „legatus principem ad quem missus est impune „laedere posset, princeps legatum sontem jure non „posset. Ineptissimum esset vindictam commit„tere mittenti, qui forte conscius criminis in se „ipsum animadvertere deberet: Sane legatus Fran„cisci I. de Merveilles, Mediolani capite plexus est. „*Iean de Serre in Franc. I. ad an.* 1553. Legatus „Poloniae ob adulterium punitus est apud *Kircher.* „*l. 2. c. 1. n.* 116. Thessali Pelopidam in vincula „conjecerunt. *Plutb. in Pelop. c.* 48. Antonius le„gatum cum Cleopatra impudenter ludentem „punivit.

„At inter gentes res haec ex politicis magis ra„tionibus decidi solet; si Principi majus malum „& forte bellum, ut ut injuria, inde metuendum „esset: si forte commercia interrumperentur: si ta„lionem in suae reipublicae legatus alter minaretur: „vel si singularem erga mittentem foveat amiciti„am, &c. justitiae mittentis committi solet crimi„nis & inquisitio & poena: Atque huc pertinent „omnia quae in contrarium allegari solent exempla: „Sane Romani legatos Tarquinii, rebellionem „molientes, inde exire jusserunt, poenam autem „ab iis non sumserunt. Atque ex eadem ratione „nuper Angliae Rex legatum Sueciae seditionem „moventem carceri tradidit, at impunem dimisit.

„Quaestionem hanc gravissimam more suo so„lide pertractavit B. Parens in *Diss. De legato „sancto non impuni: cap. 2. & cap* 3 Verba ejus „haec sunt: Haec quaestio, inprimis ratione deli„ctorum & poenarum, recentioribus seculis accer„rime agitata fuit: adeo, ut illi sententiae, quod „legati in loco ubi degunt forum sortiantur, quae „apud veteres extra controversiam fuit, prolixus „tractatus nostra memoria oppositus sit sub titulo: „*Memoires touchant les Ambassadeurs & les Mi„nistres publices, par L. M. P. avec des reflexions „faites sur eux &c.* In quam varias vero senten„tias iverunt Autures, pluribus referunt Grot. *de „Iur. Bell. & Pac. cap. 18. §. 4.* Zouchaeus *tract. de „Legat. delinq. jud. c.* 11. 12. 13. Perez. *C. de Le„gation n.* 11. *&c.*

„In hac vero quaestione inprimis discernendum „est id quod generositatis, humanitatis, aut pru„dentiae, & id quod juris est. Generosi se ma„gnanimi Principis indicium est, si is legatum, „qui faciem sui Principis velut imago quaedam „ejus refert, cum ipse eum punire possit, ad Prin„cipem ac Dominum ejus remittit, atque ita in „causa vindictae jure ac potestate sua cedit: Eteo „magis laudandum est hoc consilium, quod eo „Principes ad mutua humanitatum officia cultum„que provocantur; magisque adeo animi modera„tione

„tione, quam jure & armis certant. Sed & prudentiæ „quoque id est sæpissime, si potentissimi hostis, cam-„sam invadendi circumspicientis, legatus sit, ut vindi-„ctam potius dissimulet, vel ad dominum legati „rejiciat, quam Rempublicam in discrimen addu-„cat. Atque ita plurima sunt exempla Regum ac „Principum, qui legatos a publicis atrocibusque „delictis impunes dimiserunt ad eorum Principem; „ut Elisabethæ Reginæ Angliæ, &c. Zouch. *de* „*tract. cap.* 5. Arum. *ad Aur. Bull. disc.* 1. *th.* 21. „Inde vero nullatenus efficitur, eos ad dimittendos „hos legatos jure obligatos fuisse. *Vid. cap. seq.*

„De jure vero Gentium, primario, inquam, ejus-„que ratione si quæratur, existimamus omnino, „legatos non esse exemtos a jurisdictione ac pote-„state ejus principis ad quem missi sunt; adeoque, „si ibi vel delinquunt vel contrahunt, ibi eu in „loco delicti vel contractus forum eos nancisci, „nec huc jus illud Gentium, & legatorum sancti-„moniam pertinere posse. Quod & inprimis de „delictis paulo plenius nunc ostendemus.

„Primum igitur pro certo indubitatoque tenen-„dum, quod jure naturæ summa cujusque territo-„rii potestas se extendat ad omnia quæ sunt, & „quæ fiunt in eo territorio.

„Constat enim, summam illam & absolutam „humani generis potestatem in hanc terram, unde „nihil quod non excedit modum humanum ex-„ceptum est, non numero hominum sed terrarum „finibus in plures civitates ita divisam esse, ut non „certis hominum capitibus, sed unice territorii „regionibus definiatur, nec aliter definiri possit. „Hæc igitur summa civitatis potestas tantundem „intra ejus fines valet, ac totius humani generis „in universam terram: quin, nihil aliud illa est „quam ipsa illa humani generis summa potestas „in plures civitates distincta, & cujusque civitatis „finibus circumscripta.

„Hac igitur naturali ratione hoc plane evi-„ctum est pro summa civitatis potestate, quod, ut „loquuntur, fundata indubie sit intentio ejus in „omnia quæ territorio continentur, eoque & in „legatos, nisi hos alio jure naturali inde exemtos „ex adverso probetur. Non ergo probandum „nunc est, legatos quoque subesse potestati „ejus territorii, ubi legationis causa morantur; „(id enim in ipsa certissima ratione naturali satis „fundatum est,) sed è contrario, legatorum ex-„emptio probanda venit, & quidem ex jure Gen-„tium primario, quo solo summi Principes obli-„gantur.

„Ad hujus autem rei probationem nihil aliud „affertur, quam illa Legatorum sanctimonia ha-„ctenus exposita. Ex qua tamen nihil minus se-„quitur quam exemptio a jurisdictione loci ubi „sunt: Nam & Tribuni plebis, aliique Romæ „Magistratus, sed & sacerdotes fuere sancti, nec „tamen ideo exempti imperio, nec quicquam „commune habet sanctimonia rei, & exemptio „a summa potestate.

„Nec sancti dicuntur qui a juris executione „immunes sunt, sed qui ab injuriis defensi. *l.* 8. *princ. ff. de Rer. Div.* Et præstat iis hæc sanctimo-„nia præsidium contra injurias, non contra jus: „neque enim sanctimonia delictis tribui, neque ex „delicto jus sacrosanctum, ex impuro sacrum nasci „potest.

„Sed nec Jus Gentium hoc agit ut Legatis fa-„cinorum licentia detur, verum ne aliis in ipsos, „ut sanctitate sua securi sint non ut impunes: „quæ adeo invicem pugnant, ut impunitatem scé-„lerum facere non sit sanctimonia, sed summa „profanitas.

„Idem ostenditur ex eo, quod sanctum idem „sit ac inviolabile, *sup. c.* 2. *§.* 4. violat autem qui „injuriam & contra jus facit, non qui jus ipsum „pœnamque eo debitam exequitur: juris enim exe-„cutio nullam injuriam habet. *l.* 13. *§.* 1. *ff. de Iniur.* „Et qui criminis aliquem postulat, & condemnat, „quin & qui exequitur, lege agit: *l.* 2 *l.* 6. *ff. de* „*Orig. jur.* Liv. *lib.* 26 *c* 16. *Lictor viro forti virgas* „*adde, & in eum primum lege age*: directo autem, „& quam maxime pugnant, lege agere, & jus „violare; legis actio, & ejus violatio. Violare „a vi & violentia dicitur, uti Græcis βιάζειν ἀπὸ „τῆς βίας, unde βίαιος violentum significat. Igi-„tur Jus Gentium, dum tantum violari legatos „prohibet, vim injustam, injurias, ac violentias a „capitibus eorum amolitur, non autem juris exe-„cutiones pœnasque lege debitas impedit.

„Neque vero sanctitatem hujus juris, ejusque au-„toris Dei, mens atque sententia fuit sceleribus „patrocinari, præsidium dare in ... nandi in Prin-„cipem & Rempublicam, lædendi ac violandi cives, „eorumque conjuges, liberos &c. denique ita in-„violabiles Legatos præstare, ut omnia ipsi viola-„re possint, sublato in terris illis pœnæ metu; & „nemini permisso in eos judicio quam ipsi par-„tis læsæ hosti.

„Sed & tota ratio, qua constitutum est iure na-„turæ hoc munimentum legatis, de quo *cap.* 1. „in universum penitus cessat in delictis: neque „enim paci faciendæ, foederibus pangendis, aliis-„que negotiis interventu legatorum gerendis, quic-„quam officit quod ipsi impune delinquere ne-„queant, uti officeret si hostium loco essent: „nam hic metus, ne ut hostes hostilia patiantur, „excluderet omnem commeandi facultatem, non „vero metus delicta haud impune ferendi: flagi-„tia enim evitare eorum arbitrii est, vim hosti-„lem, non est, nisi lege naturæ illa sancte probi-„bita sit. Igitur cessante in delictis universaliter „hujus Juris Gentium ratione, jus ipsum plane „cessat. *per vulg.*

„Et cum hæc securitas in bello & inter hostes „legatis ut singulare beneficium jure naturæ da-„tum sit, constat beneficia delinquentibus non da-„ri; ea enim est natura beneficiorum ut pro „meritis dentur; & proinde cum eis pugnat deberi „delinquentibus. *L.* 2. *§.* 3. *ff. ad SCt. Vellej* Be-„neficii ergo hujus ratio in eo est, ut de publica „salute tractantens tuti, non ut delinquentes impu-„nes sint.

„Sed nec plus legatis ex hoc singulari jure Gen-„tium in bello inter hostes tribui potest, quam „jure communi in pace inter amicos ipsos compe-

„tit. Atqui in pace & inter amicos nihil jure „naturæ specialiter de legatis constitutum apparet, „nec constitui aliquid necesse fuit, cum jure communi omnes homines, privati quoque, tunc tuti „& inviolabiles sint; legatis vero eodem jure ipsa „quæ iis cohæret dignitas, susceptique muneris ratio, absque speciali privilegio naturæ, uti aliis in „dignitate constitutis, pro ejus modo securitatem „majorem magisque inviolabilem præstet. Quod „igitur legatis in pace apud amicos non conceditur, multo minus iis in bello apud hostes deberi potest: hac enim naturæ lege id ipsum agitur, ut legatis inter hostes jura pacis restituantur, uti arguit Cic. *Orat. 3. in Verr.* ubi ait: tam „venerabile, & sanctum esse legatorum nomen, „*ut non modo inter sociorum jura, sed & inter hostium tela incolume versetur.* Ergo iis tantum „incolumitas & securitas eadem in bello competit, ac inter socios & amicos in pace: non vero „impunitas, quæ ne quidem in pace.

„Porro jus puniendi delicta ac flagitia non est „proprium vel bello vel paci, sed utrique tempori commune. At hoc jus Gentium singulare, „quo de legatorum sanctimonia agitur, bellis specialiter prospexit, ne effrenis illa lædendi hostis „licentia, quæ rupto armis societatis vinculo invaluit, ad legatos extendatur. De aliis vero „quæ bello pacique communia sunt, singulare aliquid in personis legatorum naturæ legibus constitutum esse ostendi nequit.

„Qui vero fieret, ut Principis summa potestas, „cui ante adventum legati nihil in territorio ejus „exemtum fuit, imminui posset ingressu extranei, „cui nihil in eo juris est. Qua item ratione illa „lex, quæ legatos non nisi ad pacem fœderaque „faciendia sanctos fecit, ad flagitiorum licentiam „pertinere potest? Delinquendo enim, nec intra „mandati fines, nec legatus est.

„Quin ipsi Principes, quos legati repræsentant, „si extra suum in alieno territorio morantur, non „effugiunt plane autoritatem territorii in quo sunt, „(etsi si irreverenter Princeps territorii tanti hospitis majestatem haberet, suæ detraheret,) nedum „legati. Quod vero Albericus Gentilis & Zouchæus „*de tract. cap. 4.* plus tribuunt legato quam ipsi Principi manenti, imagini ac umbræ quam corpori, „eo nihil plane absurdius videri potest; cum legatus nihil juris, dignitatis, sanctimoniæque habeat, nisi a concessione sui Principis.

„Neque vero potest in eodem territorio nisi „una esse summa potestas, sive uni personæ, sive „pluribus inhærens. Igitur Rex qui in alieno „territorio moratur, vel ibi est ut Rex eum summa potestate, vel ut privatus. Non illud, quia „præter summam ejus territorii potestatem alia „adhuc in eo esset summa potestas quæ secum „pugnant: hoc magis quod naturali ratione civitates, earumque summas potestates finibus territorii conclusas esse ostensum sit *supr. §. 4.* Quæ „vero Zoucheus d. cap. 4. de Proconsule, qui „urbe egressus ea quæ voluntariæ jurisdictionis „sunt statim exercere potest, prolixe differit, nihil equidem huc faciunt; præterquam enim, „quod juris illa civilis capita sint, & Proconsul „hæc jura inter fines Imperii & ejus nomine peregerit; ex eo quoque, quod tantum in causis „voluntariæ jurisdictionis, & soli Proconsuli, non „aliis, permissa fuerint, singulariter ita arbitrio „legum civilium statuta ea esse, facile apparet.

„Neque unquam de eo apud veteres dubitatum „fuisse ullibi invenitur: Equidem cum Theudahatus, Gothorum Rex, increpationibus legatorum Justiniani offensus, in faciem iis diceret: „*Tamdiu legatos dignitatem suam retinere, quoad „ipsi suæ legationis officia observaverint, at, si Regem „contumelia affecerint, vel adulterium commiserint, occidi posse:* Legatus nihil excepit ratione „fori, sed *negavit, legatis per custodias, quibus „septi sint, relinqui peccandi occasionem*, apud Procop. *de Bell. Goth. lib. 1. fol. m. 15.*

„Et legati Atheniensium, cum a Lacedæmoniis, „quasi consciî invasionis quam Sphodrias fecerat, „comprehensi in vincula conjicerentur, nihil „conquesti sunt de privilegio legatorum, sed de „causa ipsi responderunt, & se omnium ignaros „esse testati atque ita dimissi sunt: Xenoph. „*Rer. Græcar. lib. 5. fol. m. 388.* Et frustra est „quod Zouchæus ait, videri eos non ad Lacedæmonios sed ad alios ablegatos fuisse: nam nec „quidquam hujus ibi dicitur, & apud Lacedæmonios commorati sunt: & licet id ita esset, si tamen in loco, ubi transeunt, conveniri possint, „cum ubique apud amicos æqui sancti sint, (*vid. „supr. cap. 4.*) nedum apud hostes poterunt. *de quo „supra* Denique non modo custodia detenti, sed „in vincula conjecti dicuntur.

„Ita Lampsaceni, cum Verres Legatus Romanorum primarii civis filiam ad stuprum vi abducere tentaret, concione habita consenserunt sibi „jus esse legati capiendi, ac puniendi, nec Romanus id improbaturos esse. Ita enim refert Cic. „I. *Verrin. cap. 33.* conclusum ab omnibus fuisse: „*Non esse metuendum, si legati nefarium scelus „Lampsaceni ulti vi manuque essent, ne Senatus „Populusque R. in eam civitatem animadvertendum „putaret: Quod si hoc jure Legati P. R. in socios „nationesque exteras uterentur, ut pudicitiam liberorum servare ab eorum libidine tutam non liceret, quidvis esse perpeti satius, quam in tanta vi „atque acerbitate versari.* Adeo vero id non improbarunt Romani, ut Cicero de hoc quoque crimine Verrem deinde accusaverit, & Lampsacenos, „qui precibus Romanorum civium victi, eum dimiserant, publice deprædicaverit.

„Maximis quoque studiis agitata est lis illa in „Anglia, ubi Scotorum Reginæ legatus, Rossensis Episcopus, in Reginam Elisabetham impie „machinatus, rebellionique nefariis consiliis immixtus, indeque interrogatus, etsi satis impudenter contenderet, *rationes non alteri quam suo „Principi reddendas esse*; Cambd. *Hist. Elis. part. „2. an. 1571. pag. 217.* tamen captus, & in insulam „Eliam devectus est: tum vero Consilio JCtorum publice habito, ac re perpensa, ex eorum „sententia ei, acriter ante objurgato, responsum „est: *Non amplius eum pro Legato agnoscendum, „sed*

„*sed ut perniciose meritum male mulctandum esse.* „Inde in arce Londinensi arctissime custodiius ad- „eo judicium Reginæ subiit, ut ad articulos quo- „que, & omnia quæ rogatus fuit responderit. „Cambden. *d. loc. p.* 220. 221. 222. ut frustra omni- „no hic sint effugia Zouchæi dict. tract. cap. 7.

„Idem Zouchæus fatetur Hispani Legatum in „Anglia, Episcopum Aquilanum, eo quod Itali- „um, qui in alterum bumbardulam disploserat, in „ædes ipsius fugientem clam emisisset, domo con- „clusum, & interrogationibus subditum, atque ad- „eo judicio subjectum fuisse *d. cap.* 7.

„Id quoque Bernardino Mendozæ, uti antea „Despesio, utrique Hispaniæ Legis Legato in An- „glia accidit, qui ejusdem flagitii postulati, re de- „prehensa regno exire jussi sunt. Cambden. *d.* „*tract. part. 3. ad an. 1584. p 404.* ut appareret „judicio eos subjectos, sed pœnæ meritæ atrocita- „tem pro temporum rationibus remissam fuisse. „Quod & Cambdenus de Mendoza addit, *Eum sa-* „*crosancto legationis jure ad proditionem abusum,* „*antiqua severitate igne & ferro (ut multis visum)* „*persequendum fuisse.* Unde miratur quod hic „homo, post tantam Reginæ clementiam fremens „furensque, quasi violato legationis jure in Galli- „am pervenerit. Quasi vero Legatus, proditor „Majestatis, sanctior sit in alieno, quam ipsa sa- „cratissima & Dei vicaria Majestas in suo; & il- „le plus juris in alieno habeat ad violandam ip- „sam Majestatem, quam hæc in suo ad se tuendam, „proditionemque persequendam.

„Quanquam vero ea res male habuerit Philip- „pum Hispaniæ Regem, idem tamen & ipse pro- „bavit in Legato Veneto, ad cujus domum cum „quidam prufugeret, ac Marchallus capiendi ejus „causa domum Legati ingressus, at a satellitibus ma- „le tractatus esset, Præpositi justitiæ, præsente Le- „gato, in aliam domum interim transire coacto, „delinquentes apprehensos, alios capitis, alios fu- „stigatione, alios ad triremes damnarunt, & ipse „Rex Hispaniæ Philippus literas ad Principes Chri- „stianos dedit, *se nolle Legatos suos immunitate* „*muneris justitia sanctiores esse, quin legibus Re-* „*gni conveniri & damnari possint, si quando faci-* „*nus ab officio, aut mandato sibi imposito alienum* „*commisissent,*

„Equidem Zoucheus mirum in modum se tor- „quet, ut hujus exempli vim effugiat, indeque „gratis fingit, non Legati satellites, sed hospites „famulos tantum condemnatos fuisse, & quod „Rex promiserit aliis Regibus vindictam in Lega- „tos suos ibi delinquentes, id non factum esse „quasi agnuvisset jus Gentium, sed arbitraria ces- „sione juris sui, &c. eaquidem satis vana videntur. „Nam autor ille, quem cap. 6. allegat, Maersellar, „expresse refert, per familiam Legati vim factam „fuisse, nec alter autor, in quem incidisse se adeo „gaudet cap. 7. id negat, sed e contrario ait, fe- „nestras famulis vim minitantibus oppletas fuisse; „Nec vero credibile est hospitem Legati tantam „manum famulorum aluisse, quorum alii ad mor- „tis, alii ad fustigationis, alii ad triremium pœ- „nam damnati dicuntur. At veroomnes, qui de- „liquerant, excepto solo Legato, prehensos dam- „natosque fuisse, idem tradidit. Gratis igitur „fingit Zoucheus nullum e famulis Legati inter „eos fuisse. Equidem contrarium quoque appa- „ret ex allegatis literis Philippi, quæ de Legato, „qui facinus admisit, & ideo judicium pati cogi- „gitur, ad Principes scripsit, idemque de suis Le- „gatis permisit, quam inepte, si neque Legatus nec „famuli Legati tale quid passi fuissent? Quis ve- „ro crederet tantum Regem tam temere jus suum „adeo eminens, (ne Legati ipsius alibi puniri ob „delictum possent:) sine causa repudiasse, & se „suosque Legatos in tanto deteriorem præ cæte- „ris Regibus (qui id non remiserant,) conditio- „nem abjecisse, quinimo circularibus literis, ne- „mine petente, & cum nulla esset causa, (uti nulla „est si nihil vel in Legatum, vel in ministros „ejus statutum fuit:) hanc tanti juris prufusionem „significasse? Certum itaque est Regem literis his „facti hujus, ne alii id calumniarentur, justitiam „ex jure Gentium defendere, atque ut appareret „hanc vere ejus sententiam esse, paria in suos Le- „gatos delinquentes permittere voluisse.

„Sed & Henricus IV. Galliarum Rex in Lega- „ti Hispanici Ministrum, qui Secretarium Regis ad „proditionem oppidi corrumpere conatus fuerat, „judicium exercuit, eumque carceri inclusit, & „Legatum Hispanicum eo nomine conquerentem, „mascule refellit. Et frivolum est quod repo- „nitur, non in Legatum sed ejus ministrum, nec „in hunc graviorem pœnam statutam fuisse: Nam „Legati comites æque ac Legatum sanctos esse „constat, nec quæritur quam poenam, (quæ arbi- „trio judicis vel infligitur vel remittitur) sed an „judicium pati eogantur.

„Nec illud evitari potest quod ex Warsevicio „affert Kirchnerus (*de Legat. lib. 2. cap. 1. n. 116.*) „de Legato, qui ob adulteria & condemnatus, & „ultimo supplicio affectus fuit, sive a Lusitanis ut „Warsevjcius refert, sive a Taneiensibus ut Zu- „cheus ex Hortomanno conjicit. *dict. tract. cap. 7.* „*in fin,*

„Ipse Paulus IV, Papa, cum Vogam Legatum „Regis Hispaniæ in carcerem misisset, eoque no- „mine Dux Albanus querelam moveret, respondit: „*Vegam fines mandati egressum, & muneris sui* „*oblitum esse, quippe seditionum, machinationum,* „*consiliorum, clam in S. S. & se initorum parti-* „*cipem; ob id jus illud inviolabile, quod ad defensio-* „*nem obtendat, culpa sua amisisse, ut meruerit sic* „*habitum esse, & nunc etiam haberi. &c. Thuan.* „*lib. 17. ad ann. 1556. p. m. 791.*

„Quibus in cumulum accedit, nec parum mo- „menti affert sapientissimorum Germaniæ Princi- „pum Johannis Friderici Electoris Saxoniæ, & „Philippi Landgravii Hessiæ autoritas & testimo- „nium, qui scripto publice edito ad Henricum Du- „cem Brunsuicensem Ann. 1539. ita rescripse- „runt: Haben aber solche Legaten in Zeit ihrer „Legation etwas verwürcket, betrügliche Sa- „chen gebraucht oder gehandelt, so man sie oh- „ne Unterscheidt angegriffen, gefänglich ange- „halten, ihre Briefe erbrochen, und zu Zeiten

„gestraft,

„gestraft, apud Arum. *ad Aur. Bull. Disc. 1, th. 21.* „*p. 43.*

„Alia exempla autoritatesque videri possunt apud „Arumæum *d. thes. 21. & de Jur. publ. Disc. 14. quæst.* „*16. & Disc. 29. Concl. 12.* Kirchner. *de Legat.* „*lib. 2. cap. 1. num. 107, & seqq.* Bodin. *de* „*Republ. lib. 5. cap. 6. in fin.* Zouch. *dict. tract. c. 6.* „*§. 12. Peretz C. de Legatione n. 11.* Quanquam „non omnia quæ allegant exempla rei quæ in„tenditur probandæ satis conveniant. Quo & „pertinet factum Pauli IV. Papæ, prout Thuanus „*d. lib. 17. pag. 790.* id refert: Nam Regis Hispa„niæ Legatum, qui nihil deliquerat, ideo carceri „inclusisse dicitur, quod, cum bellum inter ipsum „& Regem ortum esset, Dux belli Hispanicus in „ipsum duceret: unde Thuanus, *Legatum, ait,* „*nulla juris Gentium habita ratione in carcerem* „*conjici jussit: ex quo non prius dimissus est, quam* „*pax anno sequenti convenit.*

„Adversus doctrinam tam evidentem ac certam, „& tot juris naturalis momentis, gentiumque au„toritatibus subnixam, quæ afferri solent, mirum „equidem est, quam fatiscant & langueant. Gro„tius, qui *tract. de Jur. Bell. & Pac lib. 2. cap. 18.* „*§. 4.* causam hanc totam ad Jus Gentium volunta„rium refert, & proinde unice quousque Gentes „consenserint spectandum esse putat, (quod re„futatum est cap. 1.) in id duo maxime laudat „judicia, Livii & Salustii. Livius *lib. 2. c. 4.* re„fert, *Legatos Tarquiniorum conspirasse cum ado„lescentibus nobilibus Romæ, & adolescentes in vin„cula conjectos, de Legatis paulo addubitatum* „*fuisse:* Tum, quid decreverint Consules de Le„gatis, ita addit: *Quanquam visi sunt commisisse* „*ut hostium loco essent, Jus tamen Gentium valuit.*

„Verum ille locus magis adversatur haud ob„scure Grotio, & qui eum sequuntur. Duo enim „sunt decreti hujus membra: in priore refertur, „quid de jure visum fuerit consulibus, seu, quid „senserint jure fieri potuisse; scil. *Visi sunt com„misisse, ut hostium loco essent;* adeoque iis Jus „gentium non prodesse. In altero vero, quod „tamen jus Gentium, remisso eo jure in hostes „quo uti potuissent, valuerit. Igitur mitiore via „ultro usi sunt Consules, & Jus Gentium, quod „alias legatis competit, in hunc quoque casum, „quo ut hostes haberi damnarique jure potuis„sent, extendi ac valere placuit. Atque hæc „ergo est vera loci hujus sententia, quod legati „rigido jure amiserint quidem Jus Gentium, sed „nihilominus tamen, id ipsum indultum fuerit. „Nam quod consulibus visum fuerit Legatos sub„esse judicio populi Romani, vel inde quoque pa„tet, quia absque hæsitatione profecti dicuntur ad „eos comprehendendos. Liv. *d. c. 4.* quod fieri „non potuisset si exemti eorum jurisdictioni „fuissent.

„Ita & alterius loci, qui est Salustii *de Bell.* „*Jug. cap. 35.* sententia plane invertitur ab iis „qui dissentiunt. Jugurtha Rex Romam venerat, „& una Bomilcar Comes ejus; adeoque hic pro„prie nec legatus nec legati comes fuit, sed fide „publica, adeoque data securitate adiit Romam, „quod perinde est: nihil enim refert jure Gen„tium, an pacto publico detur alicui securitas. Hic „Bomilcar instinctu Jugurthæ obtruncaverat Mas„sivam, Massinissæ nepotem, quæsiumque, an „non obstante securitate publice data in eum „statui potuerit. Et ait Salustius: *Fit reus magis* „*ex æquo & bono, quam ex jure Gentium Bomil„car.* Ergo constat reum esse factum; non pot„uisset autem reus fieri Romæ nisi forum ibi com„petens fuisset. Quin factus est reus ex æquo & „bono, non igitur contra Jus Gentium. Certum „ergo est non hanc esse sententiam, Bomilcarem „non potuisse Jure Gentium reum fieri; sed con„tra, non tantum potuisse reum fieri, sed & in „vincula conjici, graviusque in eum, facto jam „judicio, pro rei atrocitate statui. Hoc autem, „quod Jure Gentium fieri poterat, factum non „est, sed mitius cum eo actum, & dies tantum di„cta, cæterum ipse nec vinctus nec comprehen„sus fuit; quæ res deinde quoque viam ipsi effu„giendi fecit.

„Hoc ergo voluit Salustius, Bomilcarem reum „factum fuisse non juxta rigorem *juris Gentium,* „sed mitius, & magis ex æquo & bono. Hæc „enim verba, juri opposita, significant rigidi „juris mitigationem. Græcis, ἐπιείκειαν, ut in *L.* „*17. de Injust. rupt. irr. Licet* subtilitas juris *refragari* „*videtur, attamen voluntas* ex æquo & bono *tuebi„tur.* Et in *l. 16. ff. de Cond. & dem.* dicitur: *In* „*his possunt res ex æquo & bono interpretationem* „*capere; ea vero quæ ex testamento orirentur, necesse* „*est secundum scripti juris rationem expediri.* Add. „*l. 8. C. de Iudic.* & Cicer. *lib. 7. ad Attic. ep. 7.* „Inde natum, æqui bonique facere, consulere &c. „id est, in mitiorem clementioremque partem fa„cere. Idem Cic. *late in Orat. pro A. Cæcin.* „*circa fin. Tum,* ait, *ad istam orationem decurrunt,* „*cum se in causa putant habere æquum & bonum,* „*quod defendant; si contra verbis & literis, &, ut* „*dici solet, summo jure contenditur, solent isti ini„quitati, & boni & æqui nomen, dignitatemque* „*opponere: tum vociferantur, ex bono & æquo, non* „*ex callido versutoque jure rem judicari oportere.* „Intelligitur ergo his verbis ratio mitior, juri du„riori opposita.

„Quin ex hoc ipso exemplo evidentissime sen„tentia, quam defendimus, confirmatur. Refert „enim Salustius, *d. l.* Jugurtham hunc reum, ne „supplicium de eo sumeretur, clam dimisisse in „Numidiam. Atque adeo non tantum actu reus „factus fuit ille, sed & agnovit Jugurtha, suppli„cium de eo Romæ non obstante data securita„te, sumi potuisse.

„Cætera, quæ adducit Grotius *d. l.* ipse conje„cturas esse ait, ex quibus colligere intendit, pla„cuisse Gentibus ut legati videantur extra terri„torium esse. Verum in genere primum nota„mus, nec ex conjecturis jus naturæ oriri, sed id „probandum esse: nec, etsi probaretur Gentibus „ita placuisse, exinde obligarentur summi Princi„pes, qui non tenentur placitis Gentium, sed solo „jure naturæ. Nec esset id jus naturæ, sed jus „Gentium saltem secundarium, de quo hic non quæritur.

„quæritur. *Vid. supr. cap.* I. Denique nec ex singulis quæ adducit quicquam inferri potest, ut jam apparebit.

„Primum enim ait, *Privilegia ita intelligenda ut aliquid tribuant ultra jus commune. Quod, si legati ab injusta tantummodo tuti essent, nihil in eo magni esset, nihil præcipui.* Resp. (1) Hoc equidem insigne satisque eximium est, quod legati, qui hostes sunt, & ab hostium partibus veniunt, & qui proinde jure belli ut hostes haberi, occidi, spoliari, lædique possent, non modo æque tuti sint ac amici, sed & apud hostes ipsos sancti & inviolabiles. Tanta itaque, tamque eximia hujus privilegii vis est, ut juri belli non modo deroget, sed illud quoque in universum in personis legatorum aboleat, atque cum inviolabili sanctimonia commutet, cum alias hæc duo invicem contraria fuerint, hostem, & sanctum esse; ut apud Virgil. Ænæid. *Lib. 3. vers. 406.*

„*Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum*
„*Hostilis facies occurret, & omnia turbet.*

„(2) Sed nec id adeo efflagitamus, ut jus legatorum pro privilegio habeatur: cum sufficiat jure naturæ communi Legatorum securitati, non flagitiis cautum esse.

„Deinde ait: *Securitas Legatorum utilitati quæ ex pœna est, præponderat: nam pœna haberi potest per eum qui misit: qui si punire nolit, bello exigi ab ipso potest: nec bello nos eximet legati pœna, si factum ejus probet qui misit.* Resp. (1) securitati legatorum nihil decedit etsi impune delinquere non ausint, ut probatum *cap. 2.* Nec (2) naturæ jure quæritur quid parti alteri utile, sed quid justum sit. (3) Mirum vero, si quis collata securitate legati cum securitate Principis ac Reipublicæ, illam huic præferre haud erubuerit, & magis prospectum vellet personæ legati, quam toti civitati, ejusque Principi apud quem degit. Quid enim non metuendum Principi ab hostis ministro, qui legati jure prope domesticus est; animo, quem hostilem retinet, hostis; impunitatis fiducia ferox & tumidus? Quid non ausurus est legatus in Principem ac Rempublicam hostilem, cui occasio & impunitas audaciam accendunt, & spes promerendæ Principis sui gratiæ animum, studiumque machinandi grassandique acuunt? Hoc exempla Legatorum in Reginam Angliæ Elisabetham conspirantium docuerunt; quam ipsa quotidie prope in discrimen vitæ Regnique adducta, ipsique quotidie in propriis prope Laribus, cum tot periculis de omnibus fortunis dimicandum fuerit; uti ex Camdeno expositum est, uberiusque videri potest. Cui igitur utilius est prospici, Principi totique Reipublicæ ut tuti, an personæ legati ut impunis sit? Denique (4) quis probet consilium Grotii, bello potius pœnam a Principe, qui legatum non punit, exigere, quia, si is factum probet, pœna Legati bello nos non sit exemtura? Id enim negari plane nequit, satius utique esse pœnam jure Imperii a legato quam bello a Principe adversario cum summo discrimine Reipublicæ exigere. Quodsi hic vindictam bello moliatur, injuria molitur, quæ alteri jus puniendi auferre nequit: exspectandusque est, cæteris paribus, belli eventus mala causa dignus.

„Porro addit Grotius: *Parte altera valde in lubrico locatur salus Legatorum, si actuum suorum rationem alii reddere debeant quam a quo mittuntur: nam cum plerumque diversa, sæpe & adversa sint utriusque partis consilia, vix est ut non semper aliquid in Legatum dici possit, quod criminis accipiat speciem.* Resp. Uti idem prope est cum præcedente argumento, ita eadem responsio: Magis utique in lubrico locatur salus Principis & totius Reipublicæ, si in ejus quasi sinu Legatus hostis impune delinquere, machinari in rempublicam &c. potest. Quid igitur potius, Legati persona an reipublicæ? Cæterum nec saluti Legatorum insidias lex naturæ, sed flagitiis pœnas statuit. Nec videndum quid utile, sed quid justum sit, quæritur. Sed nec in lubrico locatur salus Legatorum, si jure agunt. Quin etsi in eos quid ita statuatur, id per injuriam fiet, quæ fieri posset sive jus puniendi sit Principi, sive non sit. Si igitur salus Legati in lubrico est apud Principem ad quem mittitur, id non est ex jure puniendi, sed ex injuria. In eo vero maxime fallitur Grotius, quod ait, *semper aliquid in Legatum dici posset quod criminis accipiat speciem.* Potest enim Legatus causam Principis sui apud eum ad quem mittitur palam omni studio & contentione agere, quod in speciem criminis verti neutiquam potest; at vero, clam machinando in Principem, vel alios lædendo, omnino delinquit, neque id speciem delicti habet, sed verum omnino delictum est.

„Quod præterea Grotius *d. l.* concedit, non modo Legatum juberi posse, ut e territorio abeat, sed & si necesse sit, capi & interrogari; eo agnoscit, Legatum subjectum esse Jurisdictioni Principis ad quem mittitur. Alioquin enim, si exemtus esset ei Jurisdictioni, nec capi, nec interrogari posset: quippe qui sunt actus Judicis & Jurisdictionis.

„Afferuntur quoque plurima exempla eorum, qui Legatos delinquentes remisere ad Principem suum: de quibus Zouch. *d. tract. cap. 5.* Verum ex talibus exemplis nihil concluditur: ex eo enim, quod plurimi Principes dimiserint Legatos delinquentes, non sequitur quod jure ad id obligati fuerint, vel obligatos se crediderint, cum vel ex gratia ac clementia, vel ex animi magnitudine & generositate, vel pro Reipublicæ suæ temporumque rationibus ita egisse potuerunt. Non enim magni Principes semper attendunt quid facere jure possint, sed & quid consultius sit sibi ac Reipubl. suæ, quid generosius, quid decentius &c. At ex eo, quod populi ac Principes in Legatorum delicta inquisiverunt, & animadverterunt, sequitur id jure naturæ sibi licitum permissumque sensisse. Itaque ex his affirmative, ut loquuntur scholæ, inferri potest, ex illis negative non potest.

„Etsi igitur, hoc præsertim seculo, Principes ac populi Europæ vix vel rarissime in Legatos, si

§. IV.

1. a De non violandis legatis difficilior est quæstio, & varie a claris hujus seculi ingeniis tractata. Videndum autem habemus b de legatorum personis, c deinde de comitibus eorum ac bonis. De personis alii ita sentiunt, jure gentium d vim duntaxat injustam a legatorum corporibus arceri: e censent enim privilegia ex jure communi interpretanda. Alii non omnibus de causis putant legato vim inferri posse, f sed ita demum si jus gentium ab eo læsum sit, quod satis late patet; g nam in jure gentium jus naturæ includitur, h ita ut ex omnibus delictis puniri jam legatus possit, i nisi quæ ex mero jure civili oriuntur. k Restringunt hoc alii ad ea l quæ contra statum reipublicæ, aut dignitatem ejus ad quem legatus mittitur, fiunt: m quod ipsum sunt qui periculosum putant, n & querelas exponendas ei qui misit, ejusque arbitrio permittendum legatum. Sunt & qui putant o consulendos Reges, aut gentes quarum nihil interest: p quod prudentiæ esse potest, juris non est.

2. Ra-

„quid admiserint, statuere, sed vel illud dissimulare, vel Principi ipsorum denunciare soleant; „non tamen inde concludi potest, quod jure non „possint in eos statuere; sed, quod vel id præsenti „rerum statui non conducere, vel quod generosius „id esse existiment ita agere; vel denique si id juris esse velint, non esse hoc nisi jus Gentium „secundarium, quod summos Principes, qui non „nisi Deum superiorem agnoscunt, non obligat, „*ut supra dictum*.

a) (Grot.) (DE NON VIOLANDIS LEGATIS:) *Menander Protector* de Justino II. Imperatore: ὁ δὲ παρὰ τὸν καλὸν τῶν πρεσβυτέρων θεσμὸν ἐν δεσμοῖς· *Ille Avarorum legatos contra jus legationum in vinculis habuit.* Vide *Ern. Cothmannum* responso XXXII, num. 29. & sequentibus, volumine V. (Non *Justinus II.* legatos *Avarorum*, sed *Bajanus*, horum Rex, *Justini* legatos in vincula conjecit: *Excerpt. Legat.* Cap. 9. J. B.)

(b (DE LEGATORUM PERSONIS:) An hæ ex de„licto conveniri possint? nam quod violari, i. e. „vis injusta eis inferri non possit, certum est.

„c) (DEINDE ET COMITIBUS EORUM AC BONIS:) „de quibus infra §. 8 & seq. agemus.

„d) (VIM DUNTAXAT INJUSTAM A LEGATO„RUM CORPORIBUS ARCERI:) Quam sententiam „post B. Parentem etiam nos defendimus.

e) (CENSENT ENIM PRIVILEGIA EX JURE COM„MUNI INTERPRETANDA:) Ita ut non dentur de„linquentibus: quod verum omnino esse rationi„bus naturæ demonstratum est.

f) (SED ITA DEMUM SI JUS GENTIUM AB EO „LÆSUM SIT:) *Perez C. de legat. n. 10.* Imo ju„re naturæ eadem ratio est in delictis civilibus, „nam cum legatus sub jurisdictione illius terri„torii sit, omnes ejus actus quoque subsunt legibus „illius territorii: Quanquam Principes non so„leant minima ejusmodi curare in exterorum le„gatis.

„g) (NAM IN JURE GENTIUM JUS NATURÆ „INCLUDITUR:) Imo jus gentium est ipsum jus „naturæ, nec aliud jus gentium, quod non sit si„mul jus naturæ, datur.

„h) (ITA UT EX OMNIBUS DELICTIS PUNIRI „JAM LEGATUS POSSIT:) Quia violans jus gen„tium ipsum jus naturæ violat.

„i) (NISI QUÆ EX MERO JURE CIVILI:) Imo „& ex his puniri potest. *Vid. lit. f.*

„k) (RESTRINGUNT HOC:) Quod scilicet ex „omnibus delictis juris gentium puniri possit.

„l) (QUÆ CONTRA STATUM REIPUBLICÆ AUT „DIGNITATEM EJUS:) Non ergo quæ contra pri„vatos fiunt, quo pertinent homicidia, adulteria „&c.

„m) (QUOD IPSUM SUNT QUI PERICULOSUM „PUTANT:) Adeoque tutius esse ajunt hanc quo„que causam committere mittenti: At nos non „quærimus quid tutum, sed quid justum sit; & di„ximus, omnia legati delicta judicio ejus ad quem „mittitur subesse.

„n) (ET QUERELAS EXPONENDAS EI QUI MI„SIT:) At hic plerumque consors, imo auctor cri„minis esse solet: vix enim legatus conspirare abs„que prælcitu mittentis contra eum ad quem mit„titur solet

„o) (CONSULENDOS REGES:) At hi judicium „in neutrum habent, adeoque effectum ejusmodi „consultatio nullum haberet:

„p) (QUOD PRUDENTIÆ EST:) Quæ jus non ef„ficit.

„q)

2. Rationes quas pro se quisque afferunt nihil definite concludunt: q quia jus hoc non ut jus naturale ex certis rationibus certo oritur, sed ex voluntate gentium modum accipit. r Potuerunt autem gentes aut omnino cavere legatis, aut cum certis exceptionibus: s nam & hinc utilitas stat poenæ in gravia delinquentes; t & inde utilitas legationum, quarum mittendarum facilitas securitate quanta potest esse maxima optime promovetur. u Spectandum ergo quousque gentes consenserint: v quod ex solis exemplis evinci non potest. w Exstant enim satis multa in partem utramque. x Recurrendum igitur tum ad sapientum judicia, y tum ad conjecturas.

3. z Judicia duo habeo maxime illustria; Livii alterum, alterum Sallustii. aa Livii hoc est de legatis Tarquinii qui proditionem concitaverant Romæ: bb *Quanquam visi sunt commisisse ut hostium loco essent, jus tamen gentium valuit.* Videmus hic etiam ad eos qui hostilia patrant cc jus gentium extendi. dd Salustii dictum ad comites lega-

„q) QUIA JUS HOC NON UT JUS NATURALE EX „CERTIS RATIONIBUS, URITUR SEDEX VOLUNTATE „GENTIUM &c.) Imo jus non violandi legatos ex „ipso jure naturæ sequi probavimus; sed eo non „contineri facultatem delinquendi, ex eodem naturæ „jure demonstravimus.

„r) (POTUERUNT AUTEM GENTES AUT OMNI„NO CAVERE &c.) Adeoque omnia a consensu, „voluntate & arbitrio gentium dependere „putat; At sæpius jam dictum est, tale jus gen„tium non dari; adeoque jura legatorum exinde „modum accipere non possunt.

„s) (NAM ET HINC:) Sensus est, pro jure punendi „delinquentes militare rationem, quod nemo impu„ne delinquere debeat.

„t) (ET INDE UTILITAS LEGATIONUM:) Pro „immunitate a poenis militare rationem, quod sub eo „prætextu nullus legatus securitatem in alieno ter„ritorio haberet.

„u) (SPECTANDUM ERGO QUOUSQUE GENTES „CONSENSERINT?) Frustra id spectaretur, cum (1) „talis consensus universalis non detur, nunquam „enim gentes omnes inter se convenerunt, (2) sed „& si moratiores quædam ita convenerint id va„lebit ex pacto, adeoque hactenus ex ipso jure natu„ræ. At (3) id tum ad alios, quam inter quos ita con„venit, extendi non potest: neque enim paciscentes a„liis gentibus jus hoc obtrudere possunt. Sane (4) „res hæc innumeris difficultatibus subjecta esset, „quis enim probare poterit gentes ita convenisse: „pacta expressa non exstant, adeoque ex factis id „dijudicandum esset, facta autem utrinque affer„ri solent & possunt: præterea negari nequit, facta „illa ex humanitate & prudentiæ regulis illo tem„pore admissa esse, non ex obligatione ulla &c.

„v) (QUOD EX SOLIS EXEMPLIS EVINCI NON „POTEST:) Imo ex exemplis punitorum legato„rum evinci potest jure id fieri potuisse, cum „rationem juris naturæ pro se habeant: Ex„empla autem remissorum legatorum nihil pro„bant, quia ex humanitate & rationibus politicis „id factum esse potest.

„w) (EXSTANT ENIM SATIS MULTA IN „UTRAMQUE PARTEM:) Vidimus enim aliquan„do legatos delinquentes punitos, aliquando dimis„sos fuisse. *Vid. supr. pag. 409.*

„x) (RECURRENDUM IGITUR EST TUM AD SA„PIENTUM JUDICIA:) Ex his enim jus gentium „secundarium probari dixit Author *proleg.* §. 46 & „*L. 1. c.* 1. §. 14. At sapientes illi, eorumque con„sensus, jus obtrudere gentibus nequit, accedit quod „judicia sapientum admodum differant:

„y) (TUM AD CONJECTURAS:) Conjecturæ „nullum jus probant, nedum jus gentium volun„tarium: quale plane non existit.

„z) (JUDICIA DUO HABEO:) Utrumque con„trarium esse Authori demonstratum est *supra* „*pag. 408.*

„aa) (LIVII:) *L. 2. c. 4. in fin.*

„bb) (QUANQUAM VISI SUNT COMMISISSE UT „HOSTIUM LOCO ESSENT:) Adeoque de jure na„turæ, & quod jure occidi potuerint, dubium non „erat; sed eo non obstante, utile pro præsenti re„rum statu visum fuit securitatem juris gentium „ipsis indulgere, valuit igitur privilegium „juris naturæ & gentium ex mera humanitate.

„cc) (JUS GENTIUM EXTENDI:) Imo *jus gen„tium voluntarium* non extenditur, sed ipsum jus „naturæ: hujus juris privilegium indultum injuje„ritis fuit ex mera ratione prudentiæ;

„dd) (SALUSTII:) *In Jugurth. c. 35.*

gationis [ee] de quibus mox dicemus, non ad legatos ipsos pertinet: [ff] sed recte a majori, id est minus credibili, ad minus, id est magis credibile procedet argumentatio. Is ita ait [gg] *Fit reus magis ex æquo* *Bello Jug. c. 39. Ed. Wass.* *bonoque, quam ex jure gentium Bomilcar comes ejus, qui Romam fide publica venerat.* [hh] Bonum & æquum, id est merum naturæ jus, patitur [ii] poenas exigi ubi reperitur qui deliquit: [kk] at jus gentium legatos, [ll] & qui his similes fide publica veniunt, excipit. Quare ut rei fiant legati [mm] contra jus est gentium, [nn] quo vetari multa solent quæ jus naturæ permittit.

4. [oo] Conjectura quoque hinc stat. [pp] Verius enim est privilegia ita intelligenda, ut aliquid tribuant ultra jus commune [qq] Quod si legati ab injusta tantum vi tuti essent nihil in eo magni esset, nihil præcipui. Adde [rr] quod securitas legatorum utilitati quæ ex pœna est, præponderat. [ss] Nam pœna haberi potest per eum qui legatum

„*ee*) DE QUIBUS MOX:) §. 8.

„*ff*) (SEU RECTE A MAJORI:) Quod nimi„rum in comites legati jus gentium statuit, id ma„gis in ipso legato obtinere debet.

gg) (FIT REUS MAGIS EX ÆQUO ET BONO:) Verum hujus effati sensum explicavimus in *Disp. de legato sancto non impuni cap. 3. §. 3.*

ADDITIO.

„Verus horum verborum sensus hic est: Bomilca„rem potuisse reum fieri *jure gentium*, adeoque „puniri *jure naturæ* potuisse ob cædem Massivæ: „At magis obtinuisse ut mitius cum eo ageretur, „nam nec vinctus nec comprehensus, sed saltem „dies ei dictus, eoque aufugiendi tempus datum „fuit: Hic igitur *reus factus est magis ex æquo & „bono*, (noluere enim Romani suo jure uti,) *quam „ex jure gentium*, quod permittit in reos tales ani„madvertere.

„*hh*) (BONUM ET ÆQUUM, I. E. MERUM JUS „NATURÆ:) Imo bonum & æquum opponitur ri„gori juris gentium seu naturæ. *Vid. supr. c. 16 §. „11. ibique not.*

„*ii*) (POENAS EXIGI UBI REPERITUR QUI DE„LIQUIT:) Fatetur ergo Author jure naturæ lega„tum delinquentem puniri posse, at id jure gen„tium voluntario mutatum esse: cum vero tale jus „Gentium voluntarium non existat, certum est so„lum jus naturæ in legatis obtinere.

„*kk*) (AT JUS GENTIUM LEGATOS &c. EXCI„PIUNT:) Hoc verum non esse modo diximus.

„*ll*) (ET QUI HIS SIMILES FIDE PUBLICA VE„NIUNT:) Exemplum quod Salustius propoluitlo„quitur de Jugurtha, qui non fuit legatus, sed rex, „qui causæ suæ dicendæ causa Romam fide publi„ca venerat. *Vid. supr. pag. 408.*

„*mm*) (CONTRA JUS EST GENTIUM:) Imo „non est, nam tale jus gentium non existere sæ„pius dictum est.

„*nn*) (QUOD VETARE MULTA SOLET QUÆ JUS „NATURÆ PERMITTIT:) Late hoc refutavimus „supra *l. 1. c. 1. c. 1. §. 14. n. Conf. Differt. prooem. „IV. §. 15.*

oo) (CONJECTURA QUOQUE:) Author enim supposuit supra *n. 2. in fin.* si exempla dubia sunt, recurrendum esse ad sapientum judicia, & ad conjecturas.

„*pp*) (VERIUS ENIM EST PRIVILEGIA ITA IN„TELLIGENDA, UT TRIBUANT ALIQUID ULTRA „JUS COMMUNE:) Privilegium enim est quasi „priva lex, i. e. lex singularis, adeoque quæ dero„gat juri communi.

qq) (QUOD SI LEGATI AB INJUSTA TANTUM VI TUTI ESSENT, NIHIL IN EO MAGNI ESSET:) Imo magni hoc est, quod cum communi naturæ jure ut hostes (nam de ejus modi legatis agimus) violari & occidi possint, etiam inter hostes sancti, eoque tuti ex speciali naturæ privilegio sint.

rr) (QUOD SECURITAS LEGATORUM UTILITATI QUÆ EX POENA EST PRÆPONDERAT &c.) Imo utilius est prospicere securitati reipublicæ & principis, quam legato delinquenti. *Vid sup. pag. 409.*

ss) (NAM POENA HABERI POTEST PER EUM QUI LEGATUM MISIT:) Idem dici de omnibus extraneis in territorio degentibus posset: Id saltem quæritur, an mittenti legatum jus puniendi in alieno territorio competat? hoc negamus, injuria enim facta est Principi ad quem mittitur, vel ejus subdito: testes sunt in eodem territorio &c. adeoque ineptum esset demere huic principi potestatem cognoscendi de tali injuria, eamque concedendi extraneo, cum facultate evocandi testes &c. Accedit quod in iis delictis quæ statum concernunt, ipse mittens plerumque complex delicti sit, adeoque ei judicium committi non possit.

„*tt*)

gatum misit *tt* volentem: & si nolit ab ipso exigi bello, * tanquam criminis approbatore. Objiciunt aliqui *uu* satius unum plecti quam bello multos involvi; atqui si is qui legatum misit factum ejus probet, *vv* legati pœna bello nos non eximet. *ww* Parte vero altera valde in lubrico locatur salus legatorum si actuum suorum rationem alii reddere debeant, quam a quo mittantur. Nam cum plerumque diversa, sæpe & adversa sint consilia eorum qui mittunt legatos, & qui accipiunt, *xx* vix est ut non semper aliquid in legatum dici possit quod criminis accipiat speciem. Et *yy* quanquam quædam sunt ita manifesta, ut dubitationem non habeant, *zz* sufficit tamen ad æquitatem & utilitatem legis universalis periculum universale.

5. Quare omnino ita censeo, *α* placuisse gentibus ut communis mos, qui quemvis in alieno territorio existentem ejus loci territorio subjicit, exceptionem pateretur in legatis, *β* ut qui sicut fictione

„*tt*) (VOLENTEM:) i. e. Qui promittit se pœnam a suo legato sumturum.

„*) (TANQUAM CRIMINIS APPROBATORE:) Diximus jus puniendi nimoino domino territorii competere, adeoque jure naturæ his ambagibus opus non esse:

„*uu*) (SATIS UNUM PLECTI:) Hæc non est ratio juris, sed æquitatis & prudentiæ.

„*vv*) (LEGATI POENA BELLO NOS NON EXIMET:) At tunc injuria est penes eum qui bellum movet, quam Deus, bellorum arbiter & judex, vindicaturus erit. *Vid. supr. pag. 409.*

„*ww*) (PARTE VERO ALTERA VALDE IN LUBRICO LOCATUR SALUS LEGATORUM:) Si legatus agit id quod justum est, non erit in lubrico posita ejus securitas.

„*xx*) (VIX EST UT NON SEMPER ALIQUID IN LEGATUM DICI POSSIT:) Sed tunc injuria est a parte ejus qui crimina legato imputat ubi non sunt, & ideo bello petendus, quia injuriam fecit subdito mittentis. *Vid. dict. pag.* 409.

„*yy*) (ET QUANQUAM QUÆDAM SUNT ITA MANIFESTA &c.) i. e. Quanquam certo de crimine commisso constet.

„*zz*) (SUFFICIT TAMEN AD ÆQUITATEM ET UTILITATEM LEGIS UNIVERSALIS, PERICULUM UNIVERSALE:) At (1) verum non est talem legem universalem, qua legati delinquentes puniri a domino territorii prohibentur, existere: (2) negamus periculum universale esse si puniretur: (3) puniens suo jure utitur: & ob metum injuriæ accipiendæ jus suum remittere nemo tenetur.

„*α*) (PLACUISSE GENTIBUS UT COMMUNIS MOS ETC. PATERETUR EXCEPTIONEM IN LEGATIS:) Fabula hæc est: Gentes nunquam convenerunt, nec commune tale placitum statuerunt; nedum id universale erit, sed si de tali pacto constat, id inter illas saltem obtinebit gentes, inter quas vel verbis vel factis reiteratis de tali placito constat.

„*β*) (UT QUI SICUT FICTIONE QUADAM HABENTUR PRO PERSONIS MITTENTIUM:) Imo repræsentativa illa qualitas non ex fictione est, sed ex ipsa naturali ratione sequitur: quod ita probat B. Parens *in diss. de repræsent. leg. qual. §. 5. seq.*

„Præter illud, (scl. quod legati sint inviolabilis) duo adhuc spectantur in legatis: scl. (1) vis & autoritas tractandi & negotiandi nomine mittentis, quam ex mandato, quo ipsi id committitur, habet. (2) Dignitas quædam, qua repræsentat ipsum principem mittentem, quam consequitur tali charactere a mittente sibi concesso. Hæc duo scite conjunxit Cicero *Orat. 50.* seu *Philip. 8.* ubi Legato P. R. tribuit *author tatem Reip. & faciem senatus*, ita enim de C. Popilio P. R. legato loquitur: *Senatus faciem secum attulerat autoritatem Reipubl.* Per *faciem* enim intelligit illam imaginem, seu qualitatem repræsentatitiam, qua legati referunt personam & faciem quasi mittentis, qui tunc erat Senatus, quippe qui vice populi consulebat Reipubl. & Legatos mittebat: per *authoritatem* autem intelligit ipsam potestatem agendi nomine totius populi seu Reip. Rom. Eodem fere modo Tacitus illa duo conjungit *lib. 1. hist.* ubi de Legatis Galbæ, inter quos debebat esse Piso, ait: *Quod Legati authoritatem senatus, Piso dignationem Cæsaris referre debuerit*; a Senatu enim missi & mandatis instructi videbantur; Piso autem ideo additus, ut ipsius Imperatoris personam referret.

„Prius illud, *mandatum* scl. itidem omnibus nunciis publicis commune est, sine quo nemo quicquam in publicis agere potest: etsi enim in privatis negotiorum gestores admittuntur sine mandato, publicis tamen nemini sua sponte immiscere se permittitur. Solent autem illa mandata hodie vulgo *instructiones* dici, de quibus nunc non agimus.

„Alterum autem, scil. *repræsentativa illa quali-*

ne ... „*tas*,

„*tas*, quam nunc folam tractamus, non omnibus nunciis competit, fed iis tantum qui fub hoc charactere in fpecie mittuntur; Etfi enim alii quoque fint nuncii publici, qui honeftiore funt conditione ac loco, (prout fcil. digniore titulo atque officio mittuntur, cum officiis publicis honeftioribus alias quoque dignitas annexa effe foleat) oon tamen facile ad id faftigii evehuntur, ut principem ejusve dignitatem repræfentent.

„Hæc igitur repreſeotatio non eft ipfa dignitas Principis, fed ejus quædam imago & umbra; qua Legatus non fit princeps, fed aliquam principis ideam ac formam refert. Neque proinde dignitas Legati par eft dignitati Principali, fed ita ei fimilis ut imago rei, idea veritati, umbra corpori: ex qua ratione jura & dignitas Legatorum facile reftringi, & a juribus ac ordine verorum principum fecerni poffunt.

„Nam I, non valet illa repræfentatio, quando Legatus concurrit feu comparatur cum alio vero Principe; hic enim etfi domino Legati inferior fit, Legato tamen præfertur, cum imago & veluti umbra rei non fit potior ipfa re, fictio veritate. Quam rationem, ceu naturalem, allegat quoque JCtus *in l. 23. princ. Lib. & pofthum.* indeque concludit filium, qui a patre emancipatus iterum arrogatur, potius tamen pro naturali habendum; addita ratione: *ne imagine veritas natura adumbretur*; licet alias adoptio idem valeat, quod generatio. Sic bonæ fidei poffeffor habetur pro domino, *L. 146. R. I.* & perinde rem vindicat; *tot. tit. dict. Publ. in rem act.* at verus tamen dominus, fi concurrit cum poffeffore, omnino præfertur, oppofita exceptione jufti domini. *l. pen. dict. tit.* Jus ex præfumtionibus & conjecturis fæpius inducitur, ac fi vere effet, & eadem eft vis taciti & expreffi: fi tamen collidunt conjecturæ & rei evidentia, tacitum & expreffum, omnino potior eft evidentia & expreffum. *L. 25. §. 1. Legat. 3. l. 137. §. 2. in fin. V. O.* Eodem modo Legatus, tanquam imaginarius & fictitius Princeps, dignitatem veri quidem Principis refert, at huic, fi concurrat, omnino ratione quoque naturali concedit.

„Cum igitur non concurrant Legatus & Princeps quando in diverfis funt collegiis, legatus in fuperiore collegio locum retinebit fi princeps ipfius membrum fit illius collegii, licet in inferiore collegio fint veri principes: non enim hoc cafu perfonæ collegiorum, fed collegia & corpora conferuntur, & quæque perfona ratione fui tantum collegii aut confeffus priorem vel inferiorem locum obtinet, non vero ratione alterius, in quo nullum locum, adeoque nec priorem, nec deteriorem habet: qui in omnibus imperii conftitutionibus perpetuus eft fubfcriptionum ordo: cujus vigore 1. Electores, 2. Horum legati, 3. Principes Ecclefiaftici, 4. Horum legati, 5. Principes feculares, 6. Horum legati & fic deinceps collocantur, ut femper legati veris dignitatibus in eodem collegio cedant, in alio inferiore autem præcedant. Unde quoties more receptum, ut in proceffu publico finguli tantum ordines feu membra inter fe conferantur, legatus fi cum principe concurrat, ejusdem duntaxat ordinis honeftiore latere, non autem ipfo ordine Principi cedit.

„Falluntur igitur omnino *Pafcalius*, *Zouchæus*, aliique, qui legatos alteras feu geminas Principum perfonas ita effe ftatuunt, ut idem omnino qui Principi honor iis debeatur; excepto faltem principe, ad quem miffa eft legatio, quippe qui in proprio territorio potior fit, & aliud fpecialiter moribus germanorum faltem invaluiffe. Hæc & fententia, & argumentatio multa peccat, ut partim ex jam tradita ipfius repræfentationis natura patet.

„II. Ex eadem repræfentationis figura fequitur, quod hæc legatorum dignitas tantum obtineat quatenus & quamdiu Principem repræfentant; nimirum in negotio ipfis commiffo; quo peracto, licet adhuc fubfiftant in eodem loco, definat dignitas repræfentativa, etfi inviolabilitatis jus nondum ceffet; quippe quo continetur, ut toto itinere & donec reverfi fuerint fecuritate ifta, quæ alias fine effectu effet, gaudeant. Durante autem negotiatione, omnia legatorum jura, & ipfa quoque dignitas repræfentativa, non in actibus modo ad legationis negotium pertinentibus, fed aliis quoque obfervanda funt, quippe quæ legatis toto illo tempore fine interruptione cohærent. Suntque hæc fere quotidiana.

„III. Sequitur inde, quod legati non poffint fibi arrogare ea quæ vel fua natura, vel moribus & jure gentium ipfis perfonis verorum Principum funt propria, & quafi refervata. Ita legati non utuntur titulis ipforum Regum ac Principum, *v. g. Invictiffimi, fereniffimi &c.* neque ornatu eorum proprio, aliisve vero Principi refervatis infignibus: unde nec menfæ, quæ in folennibus Curiis Imperatoris cuique Electorum parata eft, legatis affidere licet. *per Aur. Bull. tit. 24. §. Quandocunque.*

„Hanc qualitatem feu dignitatem repræfentativam tantum concedere poffunt illi, qui habent veram: qua is demum alii poteftatem aliquam committere poteft, qui ipfe eam jure proprio non alieno beneficio habet: *per l. 5. Jurisd. l. 5. Off. ejus, cui mand. text. eleg. in c. 1. de Ordin. in 6.* id enim aliis demum concedere poffumus quod noftrum, non quod alienum eft; & ille demum alii quid committit, qui ipfe negotii dominus eft. *l. 1. l. 33. §. 3. l. 67. & poff. ff. Procurat.*

„Unde efficitur, quod legati aliis hanc qualitatem concedere non poffint, qui eam non fuo, fed vicario jure habent, quo alium repræfentant, *per §. praeced.* neque legatus per alium repræfentari poteft, quia imago non eft imaginis, fed rei, nec fictio fictionis, aut umbra umbræ, fed corporis fcilicet ipfius Principis, cujus dignitatem legatus alii committere nequit. Delegatus quidem Principis fubdelegare poteft. *tot. tit. paff. X. de Off. deleg.* fed id inde eft, quia negotium delegati, quod eft jurisdictio, non eft ita proprium Principi quin alii quoque ejus fint capaces, & committere aliis quoque poffint.

„Aliud

ne quadam habentur pro personis mittentium γ (*Senatus faciem secum attulerat, auctoritatem reipublicæ*, ait de legato quodam M. Tullius) δ ita etiam fictione simili constituerentur quasi extra territorium, ε unde & civili juri populi apud quem vivunt non tenentur. Quare si tale sit delictum quod contemni posse videatur, aut dissimulandum erit, η aut e finibus jubendus excedere legatus, quod θ Polybius ei factum narrat qui Romæ obsidibus fugiendi causam præbuerat. Unde obiter datur intelligi, quod alio tempore legatus Taren- *Phil. 8. c. 8.*

„Aliud statuendum de tutoribus & curatoribus Principum, quippe qui domini loco sunt, neque alicujus negotii, sed universi territorii ejusque jurium regalium, inter quæ est jus mittendi legatos, administrationem gerunt; adeoque eadem qualitate qua domini legatos mittere possunt: uti quotidie fit.

„Committi vero hanc qualitatem omnibus posse, nihil videtur impedire, si absolute de jure mittentis quæras, cum in potestate Principis sit dignitates, cui velit, conferre; & mendicos quoque legatos egisse, & Ludovicum XI. Galliarum Regem tonsorem suum legatum ad Aurelianensem, & Galeacium Mediolani Ducem obscurum hominem ad Regem Galliæ misisse Comminæus refert; & occurrunt hujus rei exempla passim alia. Convenientius tamen est, si imprimis rationes Politicas species, ut persona respondeat muneri injuncto, tum ratione generis, tum rationæ doctrinæ; nec desunt exempla eorum legatorum, qui propter obscuritatem non admissi sunt; & tonsor ille, quem antea diximus, legatus Regis Galliæ, ab iis ad quos mittebatur fere trucidatus fuit; cum ad contemtum ejus, cui legatio mittitur, pertinere videatur si nimis viles & obscuri mittuntur.

„Eo autem fine illa repræsentatio inventa videtur, ut negotia majori autoritate & efficacia explicare, & facilius in præsentiam Principis ac colloquendi familiaritatem admitti possint legati; quibus autoritas & dignitas facilem cum ipso Principe consuetudinem conciliat.

„Effectus ejus sunt, ut iidem qui Principi honores legato exhibeantur, juxta proportionem & limites, quos antea monstravimus. In quibus spectandum tum officium ipsius legati, tum Principis ad quem mittitur. Ipse legatus non tantum potest, sed & tenetur ordinem dignitatis domini sui religiosissime servare, cum nihil ipse possit de Majestate ac juribus domini sui remittere.

„Unde Arsaces, Rex Persarum, legatum suum Orobazum, quod Syllæ ad quem missus fuit loco cessisset, reversum capite punivit: trahi enim id quodammodo ad crimen vulgare violatæ Majestatis potest, si quis, inprimis legatus, dignitatem Principis sui ita profanet, eique in loco, ubi de ipsius præjudicio agitur, detrahat, *arg. l. 4. §. ult. l. 6. ff Ad l. Jul. Maj.* Princeps vero, ad quem mittitur legatus, honores solitos, de quibus nihil nunc dicimus, ei denegare non potest: unde sæpius iis non exhibitis legati re infecta discesserunt.

„γ) (SENATUS FACIEM SECUM ATTULERAT:) Sensum hujus locutionis modo expusuimus.

„δ (ITA ETIAM FICTIONE SIMILI CONSTITUERENTUR QUASI EXTRA TERRITORIUM:) Quid non quæso ex ejusmodi fictionibus inferri posset? Sane rex ipse in alieno territorio degens subjectus est legibus ejus territorii, neque hic extra territorium esse fingitur, nedum igitur id de ejus legato dici potest. Sed & contrariatur sibi ipsi Author: si enim fictione quadam extra territorium constituuntur nullus actus jurisdictionis in eum exerceri potest; at ipse Author asserit, capi eum, interrogari, scripta examinari, &, ut e territorio decedat juberi posse, si necessitas id exigat. *Vid. n. seq.*

„ε) (UNDE ET CIVILI JURI POPULI:) Imo tenentur, quia territorii jurisdictio fundata est in omnes qui in territorio sunt; idque experientia quotidiana docet, nam & accisas solvere, & visitationibus res suas subjicere tenentur: Etsi verum sit in levioribus, & ubi de lucro principis non agitur, id negligi solere:

„ζ) (AUT DISSIMULANDUM ERIT:) Quod in levioribus quoque fieri solet.

η) (Grot.) (AUT E FINIBUS JUBENDOS EXCEDERE LEGATUS:) Fecit id Stephanus Poloniæ rex Moscis. *Thuanus* libro LXXIII, in anno CIƆ IƆ LXXXI. Elisabetha Scoto, & Hispano. Utrumque habes apud *Camdenum* in an. CIƆ IƆ LXXI, & CIƆ IƆ LXXXIV. (Quod Author hic in contextu quasi ex *Polybio* refert, nullibi apud hunc Auctorem reperio. Et videtur omnino deceptus ab *Alberico Gentili* De Legat. II. 21. qui ait: *ut in* Selectis *habet Polybius*. Ibi autem certe nihil tale. *J. B.*)

ADDITIO.

„Adeoque agnoscit Author posito quoque ficto illo jure Gentium legatum subjectum esse jurisdictioni territorii, quia alias nec jubere posset, ut e finibus excedat.

„θ) (POLYBIUS:) Similia exempla sunt apud *Thucyd. l. 2.* De legatis Campanorum vide *Liv.*

rentinorum, ι qui idem deliquerat, virgis cæsus est, id eo evenisse κ quod Tarentini victi sub Romanis esse coepissent. Si crimen sit atrocius, & ad publicum malum spectans, λ mittendus erit legatus ad eum qui misit, cum postulato ut eum puniat aut dedat, μ quomodo Liv. 5. c. 36. Gallos postulasse legimus ut sibi dederentur Fabii.

6. Sed, quod ν supra diximus aliquoties, ξ humana jura omnia ita esse comparata ut non obligent in summa necessitate, id ο de hoc quoque præcepto sanctimoniæ legatorum obtinebit. Verum φ is apex necessitatis non est in sumptione pœnæ, χ quam & aliis in casibus tolli jure gentium infra apparebit, cum de solennis belli effectibus

„23. c. 6. De legato Hispaniæ Fuensaldagnin, *Priol „de Reb. Gall. l. 12. p. 502.* Legimus tamen ali„quando legatos noluisse excedere nisi prius man„datum id a mittente esset: exemplum vidimus „*supra n.* 2. in Theudorn Atheu. Addatur *Wicke„fort. p. 1. p. 37.*

„ι) (QUI IDEM DELIQUERAT:) i. e. Obsidibus „fugæ occasionem dederat. *Liv. 25. 7.*

κ) (Grot.) (QUOD TARENTINI VICTI SUB ROMANIS ESSE COEPISSENT:) Sic Carolus V. legato ducis Mediolanensis, ut subditi sui, imperavit ne a comitatu suo abscederet. *Guicciardinus* (libro XVIII. *pag.* 472.) indicato jam loco.

ADDITIO.

„Tarentini victi quidem, at non subditi Roma„nis fuerunt: Nam libertatem ipsis datam esse ait *Liv. „l. 15. epit.* Unde & legatum Romæ habebant. „*Liv. l. 25. c. 7.* Sane ipse Author passim inculca„vit, fœdus inæquale non minuere summam pote„statem: Hoc ergo exemplum probat diserte, lega„tos delinquentes puniri posse.

λ) (Grot.) (MITTENDUS ERIT LEGATUS AD EUM QUI MISIT:) *Dion* in excerptis legationum: *ὅτι νεανίσκοι τινὲς καρχηδονίων πρέσβεις τε εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθόντες, ὑβρίσαντες, ἀπέμφθησαν μεν εἰς τὴν καρχηδόνα, καὶ ἐξεδόθησαν σφίσιν, οὐκ ἔπαθον δὲ ὑπὲρ αὐτῶν δεινὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἀφείθησαν·* *Cum juvenes quidam legati a Carthagine Romam venissent, ibique contumeliose quædam fecissent, missi sunt Carthaginem, traditique Carthaginensibus, ab his vero nihil illis nocitum est, sed dimissi sunt incolumes.* (Exc. *Fulv. Ursin.* num. 18. ubi ex incogitantia Author noster postrema verba male vertit, pro: *Traditique illis,* scilicet. *Romanis,* non *Carthaginiensibus,* a quibus contra Legati dediti sunt. J. B.)

ADDITIO.

„Diximus jam jus puniendi omnino competere „ei ad quem legatus mittitur, adeoque necessitatem „remittendi legatum nullam esse.

„μ) (QUOMODO GALLOS POSTULASSE LEGIMUS:) „Apud *Liv. l. 5. c. 36.*

„ν) (SUPRA:) Vide *indicem,* voce *necessitas.*

„ξ) (HUMANA JURA OMNIA ITA ESSE COM„PARATA UT NON OBLIGENT IN SUMMA NECES„SITATE:) At ibidem notavimus necessitatem jus „nec dare nec mutare.

„ο) (DE HOC QUOQUE PRÆCEPTO SANCTIMO„NIÆ:) Author, qui jure gentium voluntario non „animadverti in legatos delinquentes posse statuit, „excipit casum necessitatis, ad eum effectum ut tunc „capi & retineri possit legatus: At si jure gentium „plane non subjacent jurisdictioni territorii, & im„munitatem ab omni delicto habent, nec capi nec „retineri, nedum interrogari possent: Quin, cum „semper talis necessitas allegari posset, hoc peri„culum universale sufficeret ad æquitatem legis, „uti Author supra n. 3. statuit.

„φ) (IS APEX NECESSITATIS NON EST IN „SUMTIONE POENÆ:) Imo summa hic subest ne„cessitas, ut alii deterreantur metu pœnæ: Sed & „diximus (1) necessitatem nec constituere nec minu„ere jus naturæ, nedum jus gentium, quod pla„ne non agnoscimus. Diximus (2) si legatus jure „Gentium a jurisdictione territorii exemtus est, „nec ex necessitate actus jurisdictionis in eum exer„ceri, eoque nec capi, nec interrogari posset: „Sed & (3) si necessitas tale jus tribueret, etiam „pœna ab ipso sumi posset, quia interrogatio sine „effectu esset, nisi metu pœnæ ad veritatem di„cendam cogi posset.

„χ) (QUAM ET ALIIS IN CASIBUS TOLLI JU„RE GENTIUM INFRA APPAREBIT CUM DE SO„LENNIS BELLI EFFECTIBUS AGEMUS:) Ex hypo„thesi Authoris is qui interficit hostem ul„tra delicti modum, injuriam ei infert. Et „qui rapit res hostiles ultra debiti quantitatem, jure „naturæ furtum committit. *L. 3. c. 1. §. 2. c. 11. §. „2. c. 3. §. 5. c.* 13. *§. 1. c. 14. §. 1. c. 15.* §. 1. *c. „*12. §. 1. At jure gentium voluntario, observatis „certis solennibus, pœnam hanc ait sublatam esse, „adeo nec ut homicidia nec ut fur puniri possit. „*l. 3. c. 4. §. 3. l. 3. c. 6. §. 2.* Quanquam ex hoc „jure non jus, sed saltem impunitatem oriri putet. „*L. 3. c. 2. §. 1. c. 3. §. 1. c. 4: §. 1. 2. 3. & 4. c. „5. §.* 1. *c. 6. §.* 1. *&* 2. *c. 7. §. 1. &* 2. *c. 10.* §. 1. „*c.* 13. §. 1. Novum hoc systema Grotii exposui„mus in *Dissert. proœm. VIII. 48. & §. 63. seq.* „illudque refutavimus *ibid.* §. 168.

„ψ) (MULTO MINUS IN LOCO TEMPORE AC

MODO

ctibus agemus, ψ multo minus in loco, tempore, ac modo sumendæ pœnæ, ω sed in præcautione gravis mali, præsertim publici. Quare ut obviam eatur imminenti periculo, αα si alia nulla est ratio idonea, & retineri & interrogari legati poterunt. Ita Consules Romani Tarquinii ββ legatos deprehenderunt, γγ literarum inprimis habita cura, ut Livius loquitur, ne interciderent.

7. δδ Quod si vim armatam intentet legatus, sane occidi poterit, εε non per modum pœnæ, sed per modum ζζ naturalis defensionis ηη Sic Fabios, quos violatores juris humani Livius vocat, Galli occidere potuerunt. Itaque apud Euripidem Heraclis Demophon fecialem ab Eurystheo missum, & vi supplices abripere conantem, vi prohibuit, & cum ille diceret. Liv. 5. c. 36.

Tun' fecialem cædere huc missum audeas?

respondet,

θθ *Ni fecialis dexteram a vi temperet.*

Huic feciali nomen fuisse ιι Copreo, κκ & quia vi ageret a populo Athe-

„MODO SUMENDÆ POENÆ:) Sensus est, quod necessitas non exigat ut in sordidiori loco custodiatur, ut in æternum retineatur, & ut publice „pœna ab eo sumatur.

„ω) (SED IN PRÆCAUTIONE GRAVIS MALI- „PRÆSERTIM PUBLICI:) i. e. ad sui defensionem „*l.* 2. *c.* 2. *§.* 10.

„αα) (SI ALIA NULLA EST RATIO, ET RETI- „NERI ET INTERROGARI LEGATI POTERUNT:) „Diximus (1) hinc inferri necessario, legatum sub- „esse jurisdictioni territorii; alias nec hi actus fie- „ri possent. (2) Diximus interrogationem plane „non esse necessitatis, quia legatus, si respondere „detrectat, puniri ex hypothesi Authoris non pos- „set: adeoque hæc interrogatio sine effectu esset: „Verius igitur (3) est, jure naturæ, quod quemvis „in alieno territorio existentem ejus jurisdictioni „subjicit, legatum delinquentem puniri omnino „posse.

ββ) (Grot.) (LEGATOS DEPREHENDERUNT:) Pelopidas in vincula conjectus ab Alexandro Pheræo, quod, legatus cum esset, Thessalos ad libertatem concitaret;„ Plutarchus, & latinus scriptor vitæ Pelopidæ.

ADDITIO.

„Diximus in notis *ad h. §. n. 2.* publice judicatum fuisse, eos hostium loco haberi potuisse, at „ob politicas rationes privilegia juris gentium etiam immeritis indulta fuisse.

γγ) (Grot.) (LITERARUM IMPRIMIS HABITA CURA:) Vide Serranum in Henrico IV.

ADDITIO.

„Ut status conspirationis, nec non complices „inde cognosci possint: idque in Hispaniæ legato factum legimus apud *Cambd. l.* 1. *p.* 60. Idem „in Anglia contra legatum Suecicum observatum „fuisse constat: Atqui hic est actus jurisdictionis, „adeoque ei subest legatus delinquens:

„δδ) (QUOD SI VIM ARMATAM INTENTET „LEGATUS SANE OCCIDI POTERIT:) Imo in genere „hoc verum esse dixi, quoties delictum aliquod committit quod poenam capitis meretur.

„εε) (NON PER MODUM POENÆ,) i. e. Non „vi jurisdictionis, quam nullam in legatos esse „statuit.

„ζζ) (NATURALIS DEFENSIONIS:) Quæ vim vi „repellere, & vitam defendere jubet: At præterea, „legatum puniri ex omni delicto posse, probavimus:

„ηη) (SIC FABIOS &C. GALLI OCCIDERE POTUERUNT:) Quia ad quos missi fuerant de pace „legati, adversus eos sine auctoritate publica sumtibus armis pugnaverunt. *Liv.* 5. 36. ideo a Gallis „accusati, *ibid.* & tanquam legatione violenter functi a Cajo Martio Tribuno plebis damnati sunt. „*Liv. l.* 6. *pr. Vid. Gron. & Tesm. in not. h.* §.

„θθ) (NI FECIALIS DEXTRAM A VI TEMPERET:) Indicans vim vi repellere etiam contra „legatum licere:

ιι) (Grot.) (COPREO:) *Vide Iliados O.*

κκ) (Grot.) (ET QUIA VI AGERET:) Sic interpretandum, quod Theodahatus Gothus Justiniani legatis dicit apud *Procopium* Gotthicorum 1. (*Cap.* 7.) σεμνὸν μὲν τὸ χρῆμα τῶν πρέσβεων καὶ ἄλλως ἔντιμον καθέστηκεν ἐς πάντας ἀνθρώπους. τοῦτο δὲ τὸ γέρας ἐς τόδε οἱ πρέσβεις ἐν σφίσιν αὐτοῖς διασώζουσιν, ὅσοτε σφετέρᾳ ἐπιεικείᾳ φυλάξαι

thenienſe interfectum narrat Philoſtratus vita Herodis. Diſtinctione non diſſimili ſolvit λλ Cicero quæſitum illud, μμ an patrem patriæ proditorem filius accuſare debeat. Vult enim debere ad avertendam periculum imminens, non autem vitato jam periculo in facti pœnam.

§. V.

1. Ea vero quam dixi lex, de vi legatis non inferenda, intelligenda eſt [a] cum obligare ad quem miſſa eſt legatio, [b] atque ita demum ſi admiſit, [c] quaſi ſcilicet ab eo tempore tacita pactio interceſſerit. [d] Cæterum denuntiari & poteſt & ſolet, ne mittantur legati,
Liv. 37. c. 49. alioqui pro hoſtibus fore: [e] ut Ætolis a Romanis eſt denunciatum,
Idem l. 4. c. 58. [f] & olim a Romanis Vejentibus edictum, ni faceſſerent urbe [g] da-
Livius, 10, 12. turos quod Lars Tolumnius dediſſet: [h] & Romanis a Samnitibus, ſi quod adiiſſent in Samnio concilium haud inviolatos abituros. [i] Non perti-

λαίζωσι τὸ τῆς πρεσβείας ἀξίωμα. κ'τ εἶναι γὰρ ἄνδρα πρεσβευτὴν ἐνδίκως νενομίκασιν ἄνθρωποι, ὅταν ἢ εἰς βασιλέα ὑβρίσας φαίνηται, ἢ γυναικὸς ἄλλῳ ζηνομένης εἰς εὐνὴν ἔλθοι· Sanctum apud homines legatorum nomen, plerumque honoris. Sed hoc jus legati ſibi tamdiu ſervant, quamdiu ſua modeſtia legationis dignitatem tuentur. Ita enim exiſtimant homines, fas eſſe vel interficere legatum, ſi is in principem ad quem mittitur ſit injurioſus, aut alienum matrimonium violet. Legati vero, cum oſtendiſſent longiſſime ſe abeſſe ab adulterii ſuſpicione, quorum ne exitus quidem ſine cuſtode eſſent, addunt prudenter: Τὰς λόγους δὲ ὅσους ἂν ἐκ τοῦ πέμψαντος ἀκηκοὼς εἴπῃ, οὐκ αὐτὸς τὴν ἐντεῦθεν αἰτίαν, ἤνγε οὐκ ἀγαθοὶ τύχωσιν ὄντες, εἰκότως ἂν λάβοι. ἀλλ' ὁ μὲν κελεύσας φέροιτο δικαίως τὸ ἔγκλημα τοῦτο. τῷ δὲ πρεσβευτῇ ! τὸ τὴν ὑπουργίαν ἐκτελέσαι περίεστι μόνον *Si legatus ea dixerit qua audivit a principe qui ipſum miſit, ea ſi non ſint commoda, præſtare non ipſe debet culpam, ſed qui eum miſit: ipſi quippe nihil aliud conceſſum eſt, quam miniſterio mandato fungi.* Vide & *Camdenum* indicato jam loco anni CIↃ IↃLXXI.

„λλ) (CICERO:) *De Offic. l. 3. c. 25.*

μμ) (AN PATREM PATRIÆ PRODITOREM FILIUS ACCUSARE DEBEAT:) Male (1) dubitatur, an filius patrem, vitato periculo, proditionis reum accuſare debeat? eum vinculum, quo patriæ obligatur, longe fortius ſit eo quo patri tenetur (2) Male Author id jus deducit ex capite neceſſitatis.

ADDITIO.

„Jure naturæ filius patrem perduellem accuſare „tenetur: Nam defendere filii rempublicam de„bent etiam contra patrem, adeo ut quamdiu „imminet periculum filius occidere patrem per„duellem poſſit. *Cic. d. l. l. 35. ff. Relig.* cujus rei „exemplum refert *Goth. ad d. l. 35.* in fratribus „de Falkenſtein, qui olim tale quid in patrem „ſuum deſignarunt: Accuſare autem tenentur etiam „vitato periculo: *l. 5. C. Leg. Jul. Maj.* Tum quia „non conſtare poteſt filio num vitatum ſit, tum quia „intereſt reipublicæ conatum quoque puniri, ſi „aliquatenus in actum eſt deductus. Nititur autem „hæc lex illa æquitate naturali, quæ majorem „longe rationem habet patriæ quam parentum: „*Vid, Juſtin. 41. 5. Vopiſcus c. 6. Cic. l. 1. de re„publ. apud Nonium & 1. in Catil. Salluſt. in 1. „Catil. Plato l. 5. de LL. & in Critone &c.* Conf. „*Manut. ad Cic, l. 1. de off. c. 45.*

„a) (EUM OBLIGARE AD QUEM MISSA EST:) „Non ergo alios ad quos miſſa non eſt, & quo„rum forte fines tangit. *de quo mox.*

„b) (ATQUE ITA DEMUM SI ADMISIT:) Nam „repudiare eam ex juſta cauſa poteſt. *vid.* §. 3.

„c) (QUIA SCILICET EX EO TEMPORE TACITA „PACTIO INTERVENIT:) Imo nec ante admiſſio„nem vis legatis, qui pacis cauſa mittuntur, in„ferri poteſt, ſed remitti ſalvi & incolumes debent.

„d) (CÆTERUM DENUNTIARI ET POTEST ET SO„LET NE MITTANTUR LEGATI:) Imo denuntiari „id jure non poteſt: ſi enim legati plenariam of„ferunt ſatisfactionem, reiici non poſſunt, nedum „talem ſatisfactionem offerentes violari poterunt. „*Vid. §. 3.*

„e) (UT ÆTOLIS A ROMANIS:) *Vid. ſupr. §. 3.*

„f) (ET OLIM A ROMANIS VEJENTIBUS:) Imo „a Vejentibus legatis Romanis. *Liv. 4. 58. Gron. „h.*

„g) (DATUROS QUOD LARS TOLUMNIUS DEDISSET:) „Qui legatos Romanos ad ſe miſſos interfecerat. „*Gron. h.*

„h) (ET ROMANIS A SAMNITIBUS:) *Liv. 10. c. 12.*

„i) (NON PERTINET ERGO HÆC LEX AD EOS

„PER

pertinet ergo hæc lex ad eos per quorum fines, [k] non accepta venia, transeuntlegati, nam [l] si quidem ad hostes eorum eunt,. autab hostibus veniunt, [m] aut alioqui hostilia moliuntur, interfici etiam poterunt, [n] quod Athenienses fecerunt legatis inter Persas & Spartanos, [o] Illyrii legatis inter Essios & Romanos, multoque magis vinciri, [p] quod constituit Xenophon in quosdam: [q] Alexander in eos qui Thebis & Lacedæmone ad Darium missi erant, Romani in legatos [r] Philippi ad Annibalem, & Latoni in legatos Volscorum.

2. [s] Tale si nihil fit, & male tractentur legati, [t] non illud jus gentium

Thuc. l. 2. c. 67. App. de bello Ill. p. 760. Lib. 6. de exp. Cyri, c 3 §. 7. Ar. lib. 2. c 15. Livius lib. 23. c. 33. Dion. Halic. 6, 25.

„PER QUORUM FINES &c. TRANSEUNT LEGATI:) „Quia, ex hypothesi Authoris, lex de vi legatis non „inferenda obligat saltem eos ad quos missa est „legatio, atque ita demum si admissa est. *Vid.* „*pr. h.* §.

k) (NON ACCEPTA VENIA:) Accepta enim venia ex pacto tuti sunt.

l) (Grot.) (SIQUIDEM AD HOSTES EORUM EUNT, AUT AB HOSTIBUS VENIUNT:) Siculi Atheniensium socii legatos Syracusanorum missos ad civitates alias cepere; *Thucydides* lib. VII. (*c.* 32.) Sic & Argivi cepere legatos Athenis a factione paucorum missos, & Argos perduxere. Idem *Thucydides* libro VIII. (c. 86.) Legatos Ætolorum ad Romanos intercepere & pretium eis extorsere Epirotæ, horum unus literis Romanorum liberatus. *Polybius* in excerptis legationum num. 27. De Gallorum ad Turcam legatis quos in Pado Hispani cepere & occiderunt, vide judicia *Paruta* libro XI. *Bizari* libro XXI. De Flandriæ civitatum legatis ad Gallum captis a Maximiliano, *Crantzium* Saxonicorum XII, 33. Laudatur Belisarii clementia, quod Gelimeris legatis in Hispaniam missis & ab Hispania reversis Carthaginem, quæ jam facta erat Romanorum, pepercerit. *Procopius* Vandalicorum I. (c. 24. Secundum exemplum, e *Thucydide* petitum, non accurate refertur. Legati enim per proditionem traditi fuere *Argivis* a Paraliis. *J. B.*)

ADDITIO.

„Grotius non satis distinguit casus: *vel* enim loqui„tur de casu, ubi legatus *principis pacati* per nostrus „fines transit: *vel* ubi legatus *principis cum quo bel*„*lum nobis est* transit: *priori* casu semper jure „communi tutus apud nos est legatus, sive ad ho„stes nostros eat, sive ab hostibus nostris veniat; „adeoque hoc casu verum non est legatum capi „vel interfici posse, nisi ex contractu vel ex delicto „debeat, nam his casibus etiam legatus ad nos mis„sus reus fit: *posteriori* casu legatus capi & occidi „potest, etiamsi ad pacatos nobis mittatur, vel a „pacatis veniat, intra fines enim nostræ civitatis „hostis est, causam hostis sequitur & defendit, ad„eoque hostis loco haberi potest. Conf. *B. Par.* „*disput. de legato sancto c. 4. §. 10. seq.*

„*m*) (AUT ALIOQUI HOSTILIA MOLIUNTUR:) „Quia tunc hostis partes sequuntur: Hinc jam „constat comitem Dumontium, Legatum a Gal„lis ad rempublicam Polonicam missum, jure ca„ptum fuisse occupata a Russis urbe Dantisco: cum „enim respublica in partes iverit, ac quæque pars „proprium sibi elegerit regem, nec superior judex „fuerit, armis lis hæc decidi debuit: jus belli igi„tur inter duas has partes obtinuit, qui proinde „unius partes secuti sunt, in eos alteri parti jus bel„li competiit: At legatus ille partes Stanislai se„cutus est, opera & consilio ei adstitit, pecunias „ad animandos cives erogavit &c. adeoque jure „pro hoste haberi potuit. *Vid. §. præced.*

„*n*) (QUOD ATHENIENSES FECERE LEGATIS IN„TER PERSAS ET SPARTANOS:) Legati enim Spar„tanorum a Regis Thraciæ, Sitaleis, filio, cum fi„nes Thraciæ egressi essent, capti, & Atheniensi„bus dediti sunt, qui eos Athenis interfecerunt: „*Thucyd. l. 2. p. m. 85.* At bene notandum jure „talionis id fecisse Athenienses, quia Lacedæmo„nii ante legatos Athenienses, quos circa Pelopon„nesum onerariis navibus cursum tenentes nacti „sunt, trucidarant. *ibid.*

„*o*) (ILLYRII LEGATIS INTER ESSIOS ET RO„MANOS:) *Appian. bell. Illyr. l. 6.*

„*p*) (QUOD CONSTITUIT XENOPHON IN QUOS„DAM:) *Lib. 6. de exped. Cyr. c. 3. §. 3.*

„*q*) (ALEXANDER IN EOS:) Apud *Arrian. l. 2.* „*p. m. 123.* ita Alexander excisa Tyro pepercit le„gatis Atheniensium: Sed quia suspicabatur hosti„lia quædam machinatos esse, ipsis Atheniensibus „bellum denunciavit. *Curt. l. 4. c. 4.*

r) (Grot.) (PHILIPPI AD ANNIBALEM:) Vide *Appianum* in excerptis legationum num. 19.

ADDITIO.

„*Optimum visum est captivos comitesque eorum* „*Romam ad Senatum, aut ad Consules, ubicunque* „*essent, quam primum deportare. Liv. 23 24.*

„*s*) (TALE SI NIHIL SIT:) i. e. Si neque ad „hostes eorum eunt, nec ab hostibus veniunt; nec „alioqui hostilia moliuntur.

t) (Grot.) (NON ILLUD JUS GENTIUM DE QUO AGIMUS:) Aliud sit si quis extra fines suos insidias ponat legatis alienis: eo enim jus gentium violaretur. Et hoc continetur in Thessalorum oratione

 contra

tium de quo agimus, [u] sed amicitia & dignitas aut ejus qui misit,
Lib. 29. c. 4. aut ejus ad quem eunt violata censebitur, [v] Justinus de Philippo posteriore Macedonum rege: *Legatum deinde ad Annibalem jungendæ societatis gratia cum epistolis mittit: qui comprehensus & ad Senatum* (Romanum) *perductus incolumis dimissus est, non in honorem Regis,* [w] *sed ne dubius adhuc, indubitatus hostis redderetur.*

§. VI.

Cæterum admissa legatio [a] etiam apud hostes, [b] tanto magis apud inimicos, [c] præsidium habet juris gentium. Caduceatoribus
Lib. 5. c. 75. in bello pacem esse dixit Diodorus Siculus. [d] Lacedæmonii, qui
Herodot 8. 137. Persarum feciales interfecerant, eo dicuntur συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, *confudisse omnium hominum jura; Si quis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur legati,* inquit [e] Pomponius. Et Tacitus hoc jus de
L. ult. D. de legat. An. 1. c. 42. quo agimus vocat *hostium jus, & sacra legationis, & [f] fas gentium.*
Cap. 33. Cicero prima Verrina: *Nonne legati inter hostes incolumes esse debent?* Seneca de ira: *Violavit legationes rupto gentium jure.* Li-
Lib. 3. c. 2. Lib. 4. c. 17. vio cædes ruptura jus gentium scelus, causa nefanda, cædes impia
Ibid. c. 32. dicitur in historia legatorum quos Fidenates occiderant. Et alibi:
Lib. 24 c. 33. *Legatis in periculum adductis: ne belli quidem jura relicta erant.*
Lib. 4. c. 2. Curtius: *Caduceatores qui ad pacem eos compellerent misit, quos Tyrii contra jus gentium occisos præcipitaverunt in altum.* [g] Merito sane; [h] nam & in bello plurima incidunt negotia, quæ nisi per legatos transigi non possunt, [i] & ipsa pax vix est ut aliter coeat.

§. VII.

contra Philippum, apud *Livium.* (XXXIX. 25.)

ADDITIO.

„Nam jus illud gentium ex sententia Authoris „saltem obligat eum ad quem missa est legatio. „*Vid. pr. h. §.*

„u) (SED AMICITIA ET DIGNITAS AUT EJUS „QUI MISIT, AUT EJUS AD QUEM EUNT, VIO„LATA CENSETUR:) Rectius, jus transitus, quod na„tura humano generi competit, violatum censebitur.

„v) (JUSTINUS:) *l. 29. c. 4.*

„w) (SED NE DUBIUS ADHUC, INDUBITATUS „HOSTIS REDDATUR:) Potuisset pro hoste haberi „hic legatus, quia hostilia moliebatur, at ex poli„ticis rationibus dimissus est.

a) (Grot.) (ETIAM APUD HOSTES:) Vide loca modo producta ad §. 1. *Donatus* ad illud Eunuchi: CONVENIRE ET COLLOQUI. *Sic pronunciandum est, ut quasi dicat, liceat per te, miles, quod etiam inter hostes & in bello licet.* (In Act. III. Scen. 2. vers. 14.)

„b) (TANTO MAGIS APUD INIMICOS:) Hostes „dicuntur inter quos bellum declaratum est, ini„mici, inter quos non est, etsi simultas quædam „inter eos intercedat.

„c) (PRÆSIDIUM HABET JURIS GENTIUM:) Ex „admissione, adeoque ex tacito pacto uti Author „putat. §. *praced. n. 1.* Nos tales legatos ex jure „singulari naturæ tutos esse diximus.

„d) (LACEDÆMONII QUI PERSARUM LEGATOS „INTERFECERANT:) *Herodot. l. 7. p. m. 185.*

„e) (POMPONIUS:) *L. fin. ff. de legat.*

„) (FAS GENTIUM:) Per fas autem indigitatur „jus naturæ Conf. *Index* voce *fas.*

„g) (MERITO SANE:) Rationes, cur legatio ab „hoste missa jure gentium tuta sit, exposuimus su„pra §. 1.

„h) (NAM ET IN BELLO PLURIMA INCIDUNT „NEGOTIA:) v. g. Si induciæ faciendæ, si contra „jus belli quædam a privatis committuntur, & „ideo satisfactio petitur, uti si armis illicitis pugna„tur &c.

„i) (ET IPSA PAX VIX EST UT ALITER CO-

„EAT

§. VII.

Solet & illud quæri, [a] an jure talionis interfici, aut male tractari legatus poſſit ab eo veniens qui tale quid patraverit. Et ſunt quidem [b] ultionis talis exempla in hiſtoriis ſatis multa; ſed nimirum [c] hiſtoriæ non tantum quæ juſte; ſed & quæ inique, iracunde, impotenter facta ſunt memorant. [d] Jus gentium non tantum mittentis cavet dignitati, [e] ſed & ejus qui mittitur ſecuritati, [f] quare cum hoc quo-

„CAT:) Ex medii igitur neceſſitate legati tuti eſſe „debent. *Vid.* §. *1.*

a) (AD §. VII) (AN JURE TALIONIS INTERFICI AUT MALE TRACTARI LEGATUS POSSIT:) Negat hoc Grotius; Nos quæſtionem hanc examinavimus in Diſp. de legato ſancto *c. 4. §. 12. & ſeq.* verbis ſequentibus: Anceps magis quæſtio eſt, an, ſi legatus noller ab eo, ad quem miſſus eſt violetur, hujus legatus ex lege talionis iterum violari poſſit? Negat hoc Grotius *d. cap. 18.* §. 7. Et ſane, perquam durum videtur, innocentem legatum luere furias principis in legatum contra jus gentium ſævientis: ſemperque generoſiures principes ac belli duces abominati ſunt talionem, uti notiſſimo Scipionis exemplo, aliisque in *d.* §. 7. oſtenditur.

Verum enim vero, eſt ea jure quoque naturæ ſors ſubditorum, ut teneantur præſtare factum principis, ejusque judicium ſequi: Obligantur ergo ex ejus facto, quaſi ex proprio. Cum Senatus Carthaginienſis Regulum, fortiſſimum Romanorum ducem, bello captum, per varios cruciatus occidiſſent, (Valer. Maxim. *lib. 1. cap.* 1. §. *13.* Pulyen. *Stratag. l. 8. cap.* 12.) Romani deinde nobiliſſimos Poenorum, bello viciſſim captos, liberis Reguli excoriandos necandosque tradiderunt: Val. M. *lib. 6. cap. 4.* ita infuntes atrociſſimis cruciatibus ſævitiam procerum ſuorum pendere coacti ſunt. Hac ratione igitur legati quoque præduram hanc talionis legem, ſi pars læſa ea uti velit, jure quoque ſubire compellentur; idque non exemplis modo, ſed perpetuo gentium ipſorumque legatorum judicio apparet. Ita cum Poeni legatum Romanorum male tractaſſent, Amilcar, Poenus, noluit legatus Romam ire, metu talionis; Hanno autem ideo ſuſcepit, quia magnitudinem animi in Senatu Romano perſpectam habuit. Valer. Max. *lib. 6. cap. 4.* §. 2. Alii deinde legati Poenorum audito ſcelere in legatos Romanos a ſuis admiſſo, ne dubitandum quidem putabant, in ſe Romanos ultionem ſumturos eſſe: Polyb. *lib. 5. Hiſt. 4.* ubi hic ipſe Author deinde ſentit, potuiſſe hoc Romanos jure facere. Themiſtocles veritus ne ipſe legatus a Spartanis, ob conſilium Athenas muris cingendi civibus ſuis datum, male haberetur, monuit Athenienſes, ut legatos Spartanorum, quaſi pignus retinerent, ſi quid in ipſum forte molirentur, & in Senatu Spartanorum ipſe profeſſus eſt, legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos, ſi quid de ſe crudelius ſtatuerint. Juſtin. *l. 2. c.* 15. Aliud exemplum talionis eſt apud Joſeph. Antiqu. *lib.* 15. *cap.* 7. §. 8. & Herodot. *lib.* 7. *cap.* 185. Quo tamen talionis jure tunc indubie abſtinendum videtur, cum princeps manifeſta injuſtitia, ultra fines notorios poteſtatis ſuæ, legatos alterius male habuit, ipſiusque legati plane innocentes ſint: tale enim factum non tenentur præſtare, aut probare.

Ceterum hoc jus gentium non poſſunt ſibi arrogare perduelles, aliique ob flagitia ſua pulſi & ejecti, ſi legati ad locum illum, unde excedere coacti ſunt, veniant: Non enim illo jure permiſſum eſt ulli principum illos legatos mittere, atque ire jubere ad principes, qui jure legitimi magiſtratus eos perduellionis reos judicarunt, aut alia ex cauſa in exilium pepulerunt: eo ipſo enim is, qui mittit, legitimi magiſtratus authoritati detrahit, graviſſimamque injuriam infert, nec proinde qui mittitur, ullo legati jure frui, ſed ut hoſtis ac perduellis haberi poteſt. Et, cum principes extraneum delinquentem punire poſſint, *ſupr. cap.* 2. nedum perduellem ſubditum ſuum. Ita cum Reginaldus Polus, Cardinalis, ab Henrico VIII. Angliæ Rege perduellionis damnatus, a Papa deinde ad Mariam Angliæ Reginam legatus mitteretur, etſi illa Poli ſtudioſiſſima eſſet, adeo, ut deinde publice inter illam & maritum ejus Philippum, Regem Hiſpaniæ, medius iret, non tamen admitti eum ante in Regnum voluit, quam proſcriptionis damnatio publica authoritate remiſſa fuiſſet. Quin antea, cum Polus ad Regem Galliæ a Papa miſſus eſſet, Henricus VIII. eum ſibi a Rege dedi petiit: prout late rem exponit Gratianus *de Caſib. Illuſtr. rubr. de Reginaldo Polo pag.* 209.

b) (TALIONIS TALIS EXEMPLA:) Sic Athenienſes interfecere Spartanorum legatos, eorumque corpora in foſſas dejecerunt, quia Spartani idem fecere legatis Athenienſium. *Thucyd. l. 2 p. m. 85.*

„*c*) (HISTORIÆ NON TANTUM QUÆ JUSTE, „SED ET QUÆ INIQUE &c.) Atque hinc jus gentium „voluntarium ex hiſtoriis non ſimpliciter inferri „dixit in *proleg.* §. *40.* & *L. 1. c.* 1. §. 14.

„*d*) (JUS GENTIUM NON TANTUM MITTEN„TIS CAVET DIGNITATI:) Utpote quæ læditur „violato eo qui repræſentat ejus perſonam.

e) (SED ET EJUS QUI MITTITUR SECURITATI:) At deſinit hæc ſecuritas ſi injuriam facit legatus, facere autem videtur cum mittens injuriam

quoque tacite contrahitur. [g] Huic ergo fit injuria, etiam si ei qui misit nulla fiat. Non igitur magnanime tantum, sed & ex jure gentium Scipio, qui postquam legati Romanorum a Carthaginiensibus male essent habiti, ductis ad se Carthaginiensium legatis, & quid fieri deberet interrogatus respondit, [h] nihil tale quale factum esset a Carthaginiensibus. Addit Livius dixisse eum nihil se facturum institutis populi Romani indignum. Valerius Maximus Consulibus Romanis [k] in facto simili, sed antiquiore hanc tribuit vocem. *Isto te metu, Hanno, fides civitatis nostræ liberat.* Nam tunc quoque Cornelio Asinæ, contra jus legationis [l] injectæ a Poenis catenæ fuerant.

App. de bello Pun. p. 19. Ed. H.Steph. Lib. 30. c. 25. Lib. 6. c. 6. n. 3.

§. VIII.

insert, cujus factum subditi, eoque & legati præstant, de quo plenius infra *l. 3. c. 2.*

Neque *obstat* talionis poenam saltem obtinere in persona quæ injuriam facit. Resp. exceptio est in personis publicis, quarum factum etiam præstant subditi, dum illarum judicium sequuntur:

„*f*) (QUARE CUM HOC QUOQUE TACITE CONTRAHITUR:) Nam cum eo qui mittit tacitum pa„ctum intercedere dixit supra §. 5. *n.* 1. Neutrum ve„rum est: Sane inviolabilitas non ex tacito contra„ctu, sed ex ipso jure naturæ infertur. Sed & si „tale pactum intercessisset, id non impedit quo „minus talio, ob novam injuriam a mittente illatam, „in ejus legatum statui possit, dum enim legatus „injuriam illam probat & defendit, ipse reus fit „intuitu principis ad quem missus est, adeoque pri„vilegium juris gentium cessat.

„*g*) (HUIC ERGO FIT INJURIA:) Imo non fit, „nam securitas ei non datur contra injuriam, quam, „etsi princeps committat, suam tamen facit sequen„do principis judicium:

h) (Grot.) NIHIL TALE QUALE FACTUM ESSET A CARTHAGINENSIBUS:) *Diodorus Siculus* in excerptis Peirescianis: *Σκιπίων οὐκ ἔφη δεῖν πράττειν ὃ τοῖς Καρχηδονίοις ἐγκαλοῦσιν. Dixit Scipio, non esse id faciendum quod ipsi in Carthaginiensibus accusarent.* (Pag. 290.) & Romani ipsi legatos, jam comperto Carthaginiensium facto, dimiserunt. Vide *Appianum*. Constantius Titianum a Magnentio ad se missum remisit, quanquam Philippum a Constantio missum ad se retinebat Magnentius. *Zosimus* libro II. (*Cap.* 49. *Ed. Cellar.*) Vide & historias apud *Cromerum* libris XIX. & XXI. & *Parutam* de legatis Venetis in itinere in Galliam retentis, lib. VII.

ADDITIO.

„Exempla hæc non probant Romanos talionem in le„gatos statuere jure non potuisse: Sed eos ex rationi„bus politicis vel ex humanitate jure usos non esse.

„*i*) (NIHIL SE FACTURUM INSTITUTIS POPULI „INDIGNUM:) Adeoque cum institutis populi Ro„mani pugnabat, talionem exercere in legatos.

k) (IN FACTO SIMILI:) Ubi Amilcar Romam ire noluit quod legatus Romanorum, Cornelius Asina, male Athenis habitus fuerit, cum igitur Hanno ad colloquium veniret, & Tribunus militum minaretur idem illi Romæ accidere posse, Consules eum tacere jusserunt, addentes, *isto te metu, Hanno, fides civitatis nostra liberat. Val. Max. c. 6. §. 6.*

„*l*) (INJECTÆ A POENIS CATENÆ FUERANT:) „*Flor. l. 2. c. 2.*

(AD §.) VIII.) Quam hactenus legatis asseruimus, inter hostes quoque, securitatem sacrosanctam & inviolabilem, eadem comites quoque & famulos eorum, quin vasa & sarcinas contineri dubium esse nequit. Eadem enim necessitatis ratio ipsos ipsorumque sarcinas perinde defendit ac legatos: quippe non magis legati sine comitibus ac sarcinis iter facere, & ea, quæ gravissimi muneris sui sunt, obire possunt, quam pax & fœdera absque legatorum interventu fieri. Quod, cum omnium quoque gentium suffragiis comprobatum sit, nec in disceptationem publicam veniat, exempla & authoritates in id afferre prorsus supervacaneum est. vid. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. lib. 2 c. 18. §. 8. & 9. & ibi interpp.*

Etsi autem negandum non sit, majoris sanctimoniæ ac venerationis gradu legatos ipsos, quam ministros eorum habendos esse, perperam tamen inde differentiam fori infert Zouch. *d. tract. cap. ult.* ubi legatum non posse in loco delicti conveniri, ministros & comites posse, tradit. Cum enim omnes sancti sint & inviolabiles, & sanctimoniæ tantum gradu in loco legationis distinguantur, id saltem inde sequitur, quod mitius puniendi sint ministrorum quam legatorum violatores. Sed, quid inde ad forum ipsum? Ad poenas violantium legatos id pertinet, non ad forum legatorum & comitum delinquentium. Si sanctimonia legatos foro delicti eximit, eadem & comites ipsorum eidem foro subtrahet. Et, si poenam personis sanctis ob delictum infligi violatio est, non magis comites, quam legati jure gentium violari possunt; sin non est, (uti non esse demonstratum est *cap.* 2.) in utrosque poena perinde statui potest, quia jure gentium sola violatio eorum interdicta est: *Vid. disp. nostram de legato sancto c. 4. §. 1. seq.*

„*a*)

§. VIII.

1 Comites quoque [b] & vasa legatorum [c] sui generis sanctimoniam habent; unde in antiquo fecialium carmine erat: *Rex, facisne me tu regium nuntium populi Romani Quiritum?* [d] *Vasa comitesque meos?* Et [e] lege Julia de vi publica teneri pronuntiantur non modo qui legatos, sed & qui comites eorum injuria afficerunt. [f] Sed hæc sancta sunt accessorie, & proinde quatenus legato videtur. Itaque si quid comites gravius deliquerint, [g] postulari a legato poterit ut eos dedat. [h] Vi enim abstrahendi non sunt: quod cum factum esset ab Achæis in Lacedæmonios quosdam, qui cum legatis Romanis erant, [i] vociferati sunt Romani jus gentium lædi; quo referri etiam potest [k] Salustii judicium de Bomilcare, quo [l] supra usi sumus. Quod si dedere eos nolit legatus, [m] eadem scilicet facienda erunt quæ modo de legato diximus.

Livius, l. 4. *Lege Jul.* *D. ad L. Jul. de vi publ.* *Pausan. lib. 8. [illegible] Achaic. c. 14 [illegible] Ed. Kuhn.*

2. Ipse autem legatus an jurisdictionem habeat in familiam suam, & [n] an jus asyli in domo sua pro quibusvis eo confugientibus, [o] ex concessione pendet ejus apud quem agit. [p] Istud enim juris gentium non est.

§. IX.

„a) (COMITES QUOQUE:) Quia & persona & „dignitas legati salva esse debet, dignitas autem „in comitatu quoque consistit: Atque id edicto „publico d. 29. Mart. an. 1651. apud Belgas statu„tum esse docet *Tesm. h.* Add. *Author des me„moires touchant les ambassadeurs p. 6. & p. 328.* „*Wikefort des ambassadeurs p. 1. p. 358.* & *in li„bello de legat. ejusque ministris l. 1. sect. 28. p. 610.*

„b) (ET VASA LEGATORUM:) Suppellex, sar„cinæ, &c. nam hæ quoque ad sustinendum legati „dignitatem pertineot.

„c) (SUI GENERIS:) Non tantam quantam le„gati, sed aliquam tamen. *Gron. h.*

„d) (VASA COMITESQUE MEOS:) Quasi diceret, „facisne sarcinas meas & comites, sarcinas & co„mites nuntii publici; & propterea eodem jure im„munitatis & securitatis gaudentes. *Gron. h.*

„e) (LEGE JULIA DE VI PUBLICA:) *L. 7. ff.* „*de vi publica.*

f) (Grot.) (SED HÆC SANCTA SUNT ACCESSORIE, ET QUATENUS LEGATO VIDETUR:) Vide *Fraxini Canai* epistolas, paginis 75. & 279.

ADDITIO.

„Adeoque si legatus dimittit famulum, ces„sat illa sanctimonia: & si vasa vendit, in iis „obtinet jus commune.

„g) (POSTULARI A LEGATO POTERIT UT EOS „DEDAT:) Id humanitatis est non juris.

h) (Grot.) (VI ENIM ABSTRAHENDI NON SUNT:) *Serranus* Henrico IV. (Aut potius Auctor Supplementi, eodem loco, quem indicavimus, in §. 4. Not. *q. I. B.*)

ADDITIO.

Jure naturæ uti jus cognoscendi de delictis legati competit domino territorii, ita & magis jus puniendi comites; processus naturalis est, ut legitime citetur reus, si non comparet, vi quoque abstrahi potest; etsi moribus ex humanitate requisiti soleant legati, ut dedant:

i) (VOCIFERATI SUNT ROMANI JUS GENTIUM LÆDI:) Qui Romani? commilitones rei, at non videmus populum Romanum id fecisse:

„k) (SALUSTII JUDICIUM:) At contrarium ex„inde probari vidimus.

„l) (SUPRA:) §. 4. *n.* 4.

„m) (EADEM SCILICET FACIENDA ERUNT QUÆ „MODO DE LEGATO DIXIMUS:) Ut scilicet vel dis„simulandum sit delictum, aut e finibus excedere „jubendus legatus, §. 4. *n.* 4. in summa tamen ne„cessitate capiendus, & interrogandus sit, §. 4 *n.* 5. „& si vim armatam intentet jure necessariæ defen„sionis occidendus. *ibid. n.* 7. At omnibus his am„bagibus opus non esse jam vidimus.

n) (EX CONCESSIONE PENDET EJUS APUD QUEM AGIT:) Recte Author statuit jure gentium jurisdictionem legato noo competere, quia est privatus, neque enim ipse mittens eam in alieno territorio habet, adeoque eam legato tribuere nequit:

o) (Grot.) (AN JUS ASYLI IN DOMO SUA:) Distingui ferme hae in re solent crimina. Vide *Parutam* libro X. ubi rex Galliæ hanc ob causam iratus pacatur. Vide eundem libro IX.

ADDITIO.

Jus Asyli non competit legato in domo sua

§. IX.

Bona quoque legati mobilia, & quæ proinde habentur personæ accessio, [b] pignoris causa, [c] aut ad solutionem debiti [d] capi non posse, [e] nec per judiciorum ordinem, nec, quod quidem volunt, [f] manu regia, verius est: [g] nam omnis coactio abesse a legato debet, tam quæ res ei necessarias quam quæ personam tangit; [h] quo soli

sua 1) quia privilegium legatorum tantum in eo consistit ut ipsi cum familia tuti sint, non ut & alios qui ad familiam non pertinent sanctos faciat: 2) Asylum non est nisi ex lege & privilegio superioris, legatus autem superioritatem nullam in alieno territorio, adeoque nec jus privilegia concedendi habet. Sed & 3) Asylum locum demum habet in factis quæ sine proposito procedunt, non vero in delictis, idque apud Romanos indubium est: Tacitus ait, hominem in Capitolium aliave urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur. *Annal.* 3. *c.* 36. Unde *Dio* ait, *Romani nulli Deo tribuerunt, ut criminis causa ad ejus aram confugere liceret:* Conf. *Heig. p.* 2. *q.* 24. *n.* 55. & infra *c.* 21. §. 5. Sane 4) legatus ipse impunis non est a pœna, nedum aliis impunitatem præstare potest. Hinc 5) Veneti ex ædibus legati Galli proditores bannitos vi eximerunt. *Heig. d. l. n.* 29. *Pascal de legat. c.* 76. *Zouch. de legat.* 2. 4. 21. Celerem & rigorosam executionem in nobilem Hispanum domesticum legati Hispani vide apud *Leti in vita Philippi II. p.* 2. *l.* 10. Eaque 6) communis est sententia. *Wikef. de l'ambassadeur p.* 1. *p.* 328. *Peretz. tit. C. de legat. n.* 10. Hinc in omnibus fere conventibus, ubi de tractanda pace agitur, cognitio de famulorum delictis judici ordinario loci concedi solet: idque Monasterii & Nimwegii factum esse tradit *Wikef. de legato & ejus functione l.* 1. *S.* 28. *& Tesm. h.*

„*p*) (ISTUD ENIM JURIS GENTIUM NON EST:) „Jus gentium enim securitatem legatis & comitibus eorum præstat, quæ salva est, etsi extraneis „delinquentibus asylum denegetur:

(AD §. IX.) Quæritur an legati ex contractu suo conveniri, ac executio in eos fieri possit? Equidem Iure naturæ legatos subesse jurisdictioni territorii ubi degunt, vidimus supra *lib.* 1. *c.* 3. *pag* 224. Atque hinc tam ex delicto, quam ex debito ibi conveniri posse, probavimus supra §. 8. quo lectorem remittimus. At alia quæstio est, an legati ratione eorum quæ alibi, vel in loco quidem legationis sed ante legationem contraxerunt, ibi conveniri possint, an vero jus revocandi domum habeant? Equidem cum jure civili beneficium hoc datum sit legatis, ne ratione eorum, quæ alibi, vel in loco quidem legationis, sed ante legationem contraxerunt, ibi conveniri possint, sed jus domum revocandi habeant, *l.* 2. § 3. *seq. l* 23. *de jud.* dubitari potest, jurisne civilis ac positivi id sit, an juris gentium. Equidem si rationem juris gentium inspicimus, indistincte legatos ex contractibus suis in loco legationis, quoad ibi degunt, conveniri posse dicendum est. Quicunque enim intra fines territorii, eoque ipso sub ejus potestate existunt, in eos naturali ratione jus dici a magistratu loci, ubi sunt, adeoque ex omnibus causis ibi rei fieri possunt: uti pluribus exposui in *Disput. de Fundata in territor. pot. tit* 4. §. 11. *seq.* & ejus juris vestigia hodie inter gentes apparent in jure arrestorum, quo ubicunque reperiuntur personæ & res sisti possunt. *Peck. de jur. sistend. c.* 2. Quare & legati, quos juribus loci illius non esse exemtos docuimus *cap.* 2, ut ex delictis, ita & ex contractibus suis, aliisque causis legitimis ibi conveniri poterunt, cum jus gentium ipsis tantum securitatem a vi hostili, non autem immunitatem ab executione juris præstet, ut pariter probatum dedimus *d. cap.* 2. Non differunt ergo legati in causis juris gentium ratione fori ab aliis, qui sub potestate territorii sunt. Idque inde confirmatur, quia jure civili jus revocandi domum, tanquam singulare beneficium civile, & tanquam privilegium legatis concessum est: *dd ll.* inde enim colligitur jure gentium communi id secus esse: Vid. *Disput. nostram de legato sancto c.* 4. §. 4.

„*a*) (ET QUÆ PROINDE HABENTUR PERSONÆ „ACCESSIO:) Mobilia personam sequi, & ossibus „ac personis inhærere communiter traditur. Vid. „*Stryk. de Success. ab intest. Diss. I. c.* 4. §. 3. *ibi-* „*que late Dd. Carpzov. p.* 3. *c.* 12. *def.* 14. *& Resp.* „38. *&* 39. Atque ex eo capite in successione re- „rum mobilium forum domicilii defuncti inspici „putant. *ibid.* Sed ratio illa fallit, mobilia non „sunt accessio personæ, non magis quam immo- „bilia, neque ulla conjunctionis ratio hic subest: „Unde alibi demonstravi forum domicilii ex pla- „ne alia ratione in mobilibus inspici; non quia „mobilia sunt accessio personæ, sed quia in loco „domicilii sita videntur, persona enim defuncti „ibi consistit, isque rebus ibi utitur. *Vid. Jus meum* „*controv. Tit. de jurisdict. quæst.* 25.

„*b*) (PIGNORIS CAUSA:) Per impositionem arresti.

„*c*) (AUT AD SOLUTIONEM DEBITI:) Per ven- „ditionem publicam.

„*d*) (CAPI NON POSSE:) Contrarium jam de- „monstravimus.

„*e*) (NEC PER JUDICIORUM ORDINEM:) i. e. „Per ordinarios judices. *Gron. h.*

„*f*) (MANU REGIA:) Ex decreto principis.

„*g*) (NAM OMNIS COACTIO ABESSE A LEGA- „TO DEBET:) Injuria cogi non potest, at jure „potest,

„*h*)

plena ei fit ſecuritas. Si quid ergo debiti contraxit, [i] &, ut fit, res ſoli eo loco nullas poſſideat, ipſe compellandus erit amice, [k] & ſi detrectet is qui miſit, ita ut ad poſtremum [l] uſurpentur ea quæ adverſus debitores extra territorium poſitos uſurpari ſolent.

§. X.

1. [a] Nec metuendum eſt quod quidam putant, ne ſi id juris ſit nemo inveniatur qui cum legato contrahere velit. Nam & regibus [b] qui cogi nequeunt non deſunt creditores, & apud quoſdam populos moris fuiſſe docet Nicolaus Damaſcenus, [c] ut de contractibus *Excerpt. Peiresc.* qui in creditum iiſſent jus nullum redderetur, [d] non magis ſcilicet *p. 512.* quam adverſus ingratos; ita ut cogerentur homines [e] aut pariter *Stob. Serm.* implere contractum, [f] aut contenti eſſe nuda fide debitoris. Et optat hunc rerum ſtatum [g] Seneca: *Utinam quidem perſuadere poſſemus, ut pecunias creditas tantum a volentibus acciperent, utinam nulla ſtipulatio emtorem venditori obligaret: nec pacta conventaque impreſſis ſignis cuſtodirentur. Fides potius illa ſervaret, & æquum colens animus.* Perſis quoque Appianus ait diſplicuiſſe: [h] τὸ κιχρᾶσθαι ὡς ἀπατηλόν τε καὶ φιλοψειδὲς [i] *pecuniam creditam ſumere, ut quæ res fraudibus & mendaciis eſſet obnoxia.* *Civil. 1. p. 381. Ed. H. Steph.*

2. De Indis idem narrat Ælianus: cui conſentit Strabo his verbis: Δίκην δὲ μὴ εἶναι πλὴν φόνου καὶ ὕβρεως· οὐκ ἐπ' αὐτοῦ γὰρ τὸ μὴ παθεῖν ταῦτα *Var. Hiſt. lib. 4. c. 1.*

„*h*) (QUO PLENA EI FIT SECURITAS:) Hæc „nunquam dari debet niſi contra injuriam, & ne „lædatur; non autem læditur qui ex facto ſuo il„licito patitur.

„*i*) (ET, UT FIT, RES SOLI EO LOCO NULLAS „POSSIDEAT:) Nam ſi poſſidet, executio fit in res „illas, quæ indubie juriſdictioni territorii ſubſunt.

„*k*) (ET SI DETRECTET IS QUI MISIT:) Huic „in alieno territorio, actusque ibi geſtos, nulla com„petit juriſdictio.

„*l*) (USURPENTUR EA, QUÆ ADVERSUS DEBI„TORES EXTRA TERRITORIUM POSITOS USURPARI „SOLENT:) Ex ſententia enim auctoris legati fi„ctione quadam conſtituuntur quaſi extra territo„rium. *Vid. ſupra §. 4. n. 5.* contra debitores au„tem extraneos, quorum magiſtratus denegat ju„ſtitiam, locum habet jus repreſſaliarum. *Vid. l.* „*3. c. 2. §. 4.* At ejuſmodi ambagibus opus non „eſſe jam vidimus.

a) (NEC METUENDUM EST:) Ob hunc metum legatorum bona capi non poſſunt pignori, ſed ex aliis rationibus, quas late *ſupra* §. *1.* expoſuimus.

„*b*) (QUI COGI NEQUEUNT:) Subditus enim „cum principe ſuo contrahens, cogere eum ad præ„ſtanda promiſſa nequit.

„*c*) (UT DE CONTRACTIBUS, QUI IN CREDITUM „IISSENT, JUS NULLUM REDDERETUR:) Nam tra„ditione demum contractus fieri voluerunt. *Vid. ſupr.* „*l. 2. c. 12. §. 15. n. 1.* Sed & jure Romano ex nudo „pacto actio non dabatur. Sic apud Judæos ex „pacto uſurarum nullum jus agendi oriebatur.

„*d*) (NON MAGIS SCILICET QUAM ADVERSUS „INGRATOS:) Adverſus ingratos natura actionem „non competere videbimus *inf. c. 22. §. 16. &* „*c. 25. §. 3. Add. c. 20. §. 20.*

„*e*) (AUT PARITER IMPLERE CONTRACTUM:) „Si ſcilicet ex alio contractu alteri viciſſim aliquid „deberent.

„*f*) (AUT CONTENTI ESSE NUDA FIDE DEBI„TORIS:) Quia ſibi imputare debent, quod bona „fide debitoris contenti fuerint.

g) (Grot.) (SENECA:) *De benef. lib. 3. c. 15.*

ADDITIO.

„Seneca optat, ut contractus in creditum eant „citra ſtipulationem, & remotis cautionibus; adeoque „pacta vult impleri non ob cautelas adjectas, ſed „ex ſola fide.

h) (Grot.) (Τὸ κιχρᾶσθαι:) Τὸ ὀφείλειν χρέος pro eodem dixit *Herodotus Clio*, (ſeu *Lib. 1. c.* 138.)

„*i*) (PECUNIAM CREDITAM SUMERE:) Uſuras „apud plures gentes illicitas fuiſſe, ſupra *l. 2. c. 12.* „*§. 20.*

τα τὰ δὲ ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐπ' αὐτῷ ἑκάςῳ ὥς τε ἀνέχεσθαι δεῖ ἐάν τις παβραβῇ τὴν πίςιν. ἀλλὰ καὶ προσέχειν ὅτῳ πιςειτέον καὶ μὴ δικῶν πληρῦν τὴν πόλιν. *Judicia non esse nisi de cæde & injuria: quia homo præstare non possit ne in ea incidat. At contractus in cujusque esse potestate: ideo ferendum si quis fidem violet: & ante videndum cui quisque credat, non autem litibus implendam civitatem.* A Charonda quoque constitutum fuit, Stob. de leg Tit. 44. [k] ne quis actionem haberet qui de pretio habuisset fidem: [l] quod & Platoni placuit. Notatum & Aristoteli: παρ' ἐνίοις δὲ τούτων οὐκ εἰσὶ Ethic. Nic. 8, 35. δίκαι, ἀλλ' οἴον δὲ δεῖν στέργειν κατὰ πίςιν συναλλάξαντας: *apud quosdam de his rebus judicia non sunt,* [m] *existimant enim homines contentos esse de-* Ibid. 9, 1. *bere fide quam sunt secuti*: Et alibi: ἐνιαχοῦ τ' εἰσὶν νόμοι τῶν ἑκουσίων συμβολαίων δίκας μὴ εἶναι, ὡς δέον ᾧ ἐπίςευσε διαλυθῆναι πρὸς τοῦτον καθάπερ ἐκοινώνησεν: *Est ubi leges de credito jus reddi vetant, quasi privatim tantum cum eo agendum sit, cum quo quis contraxit, & cujus fidem secutus est.* [n] Quæ contra hanc sententiam adferuntur ex jure Romano, non ad nostros legatos, [o] sed ad provinciales aut municipales pertinent.

§. XI.

„§. 20. vidimus.

„k) (NE QUIS ACTIONEM HABERET QUI DE „PRETIO HABUISSET FIDEM:) Idque in his quo„que oris, edictis publicis tum ratione studioso„rum, tum ratione militum cautum est.

l) (Grot.) (QUOD ET PLATONI:) L. VIII. de Legibus, (*pag.* 849. 850. *Tom. II. Ed. H. Steph.*)

„*m*) (EXISTIMANT ENIM HOMINES CONTEN„TOS ESSE DEBERE FIDE QUAM SUNT SECUTI:) „Adeoque imputare sibi debent, quod non præ„sente pecunia vendiderint.

„*n*) (QUÆ CONTRA HANC SENTENTIAM AD„FERUNTUR EX JURE ROMANO:) Quo legati ex „debito conveniri possunt.

„*o*) (SED AD PROVINCIALES:) Quos impera„tores in provincias mittebant & proconsulibus „iungebant: de quibus *tot. tit. ff.* & *C. de legatis.*

„(AD §. XI.) Quæritur an legatorum violatio „sit justa belli causa? Affirmatur si injuria illis „fit, (non ergo si vel ob delictum puniuntur, vel „ob debita arrestantur) injuria enim fit principi „mittenti, cujus reparationem armis petere potest: „Exempla Author recenset h. Ita Genuenses ob „legatos violatos classe regnum Cypri invadunt, „& Petrinum regem cogunt, ut quotannis 40 m. „promitteret. *Platina in Gregor. XI.* Romani Co„rinthum ideo exscindunt. Liv. *l.* 52. *epit.* Belli „Achaici semina referuntur, quod legati populi „Romani ab Achaicis pulsati sint. *Liv. l.* 51. *epit,* „Teuca Illyriorum regina legatum Romanorum „alterum occidere in itinere jussit, ideo bellum „contra eam decretum est. *Polyb. l.* 2. *c.* 2. & 3. „Cæsar ideo Venedis bellum intulit. *Cæs de bell.* „*Gall. l.* 2. *c.* 2. §. 4. De pœna legatorum viola„latorum sequentia addit B. Parens *in disp. de le*„*gato sanct. non imp. c. f.* §. §. *f.* Jure communi „notum est, eos hostibus dedi *l. fin. ff. de legation.* „Quod satis grave est, ipsius hostis irati partis„que læsæ judicio, libidini, atque arbitrio pœ„nam committere, etsi extent varia deditorum „exempla. *Valer. Max. lib. 6, c. 6* §. 3. & §. 5. *Dion.* „*Halicarn. Antiq. lib.* 2. *c.* 53. *Ayal. de jur. bell.* „*lib.* 1. *c.* 9. *n.* 2. *Bodin. de republ. lib.* 2. *c.* 6. *in* „*fin.* Verum jure gentium non tenetur princeps „violatorem hosti dedere, cum ipsius sit legitimum „forum, atque adeo ipse pœnam arbitraria seve„ritate statuere potest. At cogitabit, non modo „violati juris gentium, sed & neglectæ in violato„res pœnæ vindicem acerrimum esse Deum, ejus „juris latorem, vel exemplo urbis Romæ, quæ „cum in legatos suos juria gentium violatores non „animadvertisset, antea Gallis, qui læsi erant, di„ruta ac destructa est quam sentiret eos hostes „esse: Hinc cum Camillus, exul apud Ardeam, „eo audito *senesceret, indignando mirandoque, ubi* „*illi viri essent qui secum Vejos, Faliscosque ce*„*pissent.* &c. *Liv. l.* 5. c. 43. deinde agnoscit ideo „id contigisse Romanis, *quia gentium jus a legatis* „*eorum violatum & ab ipsis, cum vindicari debe*„*ret, eadem negligentia Deorum prætermissum fue*„*rat. Liv. dict. lib. 5. c. 51.*

Supersunt adhuc quæstiones quædam circa legatos.

Quær. I. Quinam legati mitti possint? Resp. dependet hoc arbitrio mittentis, modo naturæ defectus non sit impedimento. Ita legati juribus nihil derogatur, etsi quis fœminas, vel clericos, vel vilis conditionis, aut negotiorum imperitos mittat; nam & omnium horum generum legatos nostra quoque memoria missos esse constat, & Ludovici XI. legatus tonsor fuit. Vid. *disp. nostra de legato sancto c.* 4. §. 8. Alia quæstio est, quid magis decorum, congruum, & e republica videatur:

§. XI.

Bellorum quæ ob male habitos legatos suscepta sunt, plenæ sunt a profanæ historiæ. Exstat & b in sacris libris memoria belli quod eo

videatur: quod ipsum quoque a principis judicio pendet, an satis decorum, aut e re sit, virilia & publica negotia fœminis, secularia & civilia clericis, gravissima tonsoribus, & momenta reipublicæ imperitis committere. Principi enim liberum est eligere per quos negotia sua explicari velit. Neque minus ideo illi, qui ab eo ita missi sunt, juribus ac beneficiis legatorum utuntur. *ibid.* §. *9*.

ADDITIO.

„Sabinæ fœminæ pacem cum Romanis conciliarunt. Idem fecit Corialani mater & uxor: „Porthsmuuia oostro ævo legati partes obiit inter „Galliæ & Angliæ reges; ita Judæos, imo cœcos „ac surdos missos legimus, apud *Kirch. de Legat.* „*lib.* 2. *c.* 1.

Quær. 2. An illi qui speculandi causa sub specie legationis mittuntur, jure gentium gaudere possint? nam ipse Scipio Africanus suscepit legationem ad Antiochum speculandi causa, apud *Appian. de bell. Syr.* Quod paucis ita decidimus. Cum in hostem dolo æque, ac vi uti licitum sit, potest quidem hostis specie quoque legationis decipere hostem, quanquam Romani veteres non adeo hunc morem in hostem probaverint apud *Liv. l.* 42. *c.* 47. Sed cum hic actus hostilis tamen sit, poterit si detectus & deprehensus ille animus speculandi fuerit, perinde, ac si vi usus fuisset, pro hoste haberi; desinit enim hoc facto esse legatus, quia id est extra fines mandati quod exhibuit. Exemplum memorabile de Stephano rege Poloniæ & legatis Moscorum est apud *Thuanum Hist. lib.* 73.

Quær. 3. An si legatus negotii contrahendi causa missus fines mandati excedat, princeps teneatur ex contractu legati? Affirmatur, quia mittens legatum per litteras, quas vocant credentiales, promittit se omnia ratihabiturum quicquid legatus in tali negotiorum genere fecerit: Si ergo legatus ille mandatum suum excedit, valet contractus, & mittens regressum contra legatum excedentem habet. *Vid. sup. c.* 11. §. 12.

Quær. 4. An pluribus legatis missis, & uno impedito aut mortuo, reliqui negotium expedire possint? Sane Justiniani legatus ad Chosroem Persarum regem missus, altero Constantioo ægrotaote noluit perficere iter: Contra Diæus Rhodiorum ad Romanos legatus, mortuo socio iter continuavit. *Posterius* factum probat *Pascal. de legatis cap.* 31. At *prius* rationi magis consentaneum est, (1) quia non uni sed duobus negotium commissum est, adeoque unius facultas est restricta: (2) nondum constat, an is ad quem legatus mittitur, cum uno solo acturus sit, adeoque tutius est rem nunciare mittenti, novaque mandata expetere. Sed & (3) dubium est an mittens velit negotium per unum expediri, adeoque legatus ex dubia voluntate mittentis jus agendi sibi solus arrogare nequit.

Quær. 5. Quando finiatur securitas legati? Resp. (1) Quamdiu in hostili territorio est, quia non esset tutus si ante excessum ex illo territorio violari posset. Neque dici potest peracto negotio officium cessare: nam potestas quidem agendi cessat, at non ejus dignitas, nedum securitas illa, sine qua negotium peragi non potest. (2) Si desinit esse legatus, uti si mittens eum dimittat: (3) Si ipse renunciat re integra: *Quintil. decl.* 366. (4) Si injuriam committit: de quo *sup.* §. *4.* Non vero (5) morte, nam corpus quoque mortui violari nequit.

ADDITIO.

„*Quær.* 6. An jura, privilegia, & prærogativæ, „quæ personis ejusmodi publicis vulgo tribui so„lent, ut jurisdictio in domesticos, signa reveren„tiæ v. g. daß die Wache das Gewehr præsen„tiren muß, nec non honores per ceremoniale „(quod vocant) ejusmodi personis destinati, deoe„gari legato possint? Equidem in singulis fere curiis „legatis varia privilegia, pro variis legatorum gra„dibus, tribui solent. Qui proinde legatum certi „ordinis admittit, ei quoque honores gradui illi „annexos tribuere tenetur, tum ex tacito pacto, „quia qui vult antecedens (i. e. qui recipit lega„tum cum caractere, cui usus communis, vel cu„ria illa ad quam legatus mittitur, certa privilegia „tribuit) vult etiam consequens. Tum quia io„juria esset uni oegare privilegia, quæ omnibus „ejusdem dignitatis principibus tribuuntur. Id„que extra omne dubium est, si ipse qui denegat, „eodem privilegio apud eum, cui denegat, utitur. „Aliud igitur dicendum si Princeps qui talem prærogativam prætendit, ipse eam deoegat aliis, tunc ju„re talionis merito excluditur ejus legatus ab ejus„modi privilegiis.

„Hujusmodi privilegia, quæ legati longo usu „obtinerunt, mutari quidem generali lege principis „possunt, nullum enim jus lege oaturæ legatis, „& qui eos mittunt, quæsitum est, at non temere „nec tumultuarie id fieri debet: Si tamen ob ab„usum mutare princeps velit, reliquis principibus „quoque liberum est vel tollere privilegia legatis „in suo territorio concessa; vel plane non mit„tere legatum; at causa belli justa inde oon erit.

a) (Grot.) (PROFANÆ HISTORIÆ:) Romani ob id bellum suscepere in Senonas. *Appianus* excerpto legationum 4. & 10. In Illyrios & Ligures. *Polybius* excerpto legationum 125. & 134. In Istios. *Dion*, Exc. legationum II. In Corinthios. *Livius* libro

1 *Sam.* 10. *Pro leg. Man. c.* 5. eo nomine David gessit adversus Ammonitas. Nec aliam causam justiorem existimat Cicero adversus Mithridatem.

CAPUT XIX.

De Jure Sepulturæ.

I. *Ex eodem jure gentium nasci jus humandi mortuos.*
II. *Unde ortum?*
III. *Deberi & hostibus.*
IV. *An & insigniter facinorosis?*
V. *An & his qui se interfecerint?*
VI. *Quæ alia ex jure gentium debeantur.*

§. I.

I. [a]Ex jure gentium, quod ex voluntate ortum habet, debetur & corporum mortuorum sepultura. Dion Chrysostomus [b]inter

libro LII. Epitom. In Tarentinos. *Dionysius Halicarnassensis* excerpto legationum 4. (p. 709, 710. *Ed. Oxon.*) Francorum & Germanorum exempla habes apud *Aimonium* libro III, cap. LXI. & LXXXVIII. & *Withikindum* libro II.

b) (Grot.) (IN SACRIS LIBRIS:) Vide *Chrysostomum* ad Stagirium libro III. (Tom. VI. pag. 129. *Ed. Eton. Savil.*)

a) (EX JVRE GENTIUM QUOD EX VOLUNTATE ORTOM HABET, DEBETOR CORPORUM MORTUORUM SEPULTURA:) Imo sepeliendi necessitas non est ex jure Gentium voluntario, sed ex ipso jure naturæ: (1) quia humanæ naturæ ioest dignitas præcipua, & veneratio ab eo quod Creatoris sui imaginem & quasi speciem gerat io anima, cujus domicilium & organum est corpus; ejusque memoria & ratio durat post mortem: Nihil autem indignius, adeoque magis isti dignitati corporis humani contrarium est, quam proteri illud publice & cooculcari pedibus hominum, bestiarum, curribus &c. laniari avium ferarumque pastu, expositum esse cœli omniumque iojuriis, & mutari in pastuo ac corpus feræ, idque inspici: Sed & (2) io præcedentibus demonstratum est, pudorem quendam naturalem inesse membris genitalibus, eaque communi gentium consensu pro turpibus haberi; indeque ioter ferocissimas quoque gentes tegi: huic pudori naturali repugnat obscœna hæc ioembra omnium exponere oculis. Cum igitur (3) id tribuantur hoori & venerationi divinæ, sanctimoniæ ac dignitati naturæ humanæ, ac denique pudori naturali, & cootra Deum & contra genus humanum peccari videtur cum homo sepultura privatur: Indeque non est jus hominis mortui, sed omnium commune, quia dignitas communis læditur, quin ipse Deus: Atque hæc ratio est cur sepultura officium & negotium humanitatis dicatur in *L. 14. §. 7. Religios.* Quibus adde loca ab Authore h. §. & Tesmaro ibidem allegata: Idque (4) coofirmatur consensu omnium fere gentium: in Lucullo improbatur quod cadavera militum qui infeliciter cum Mithridate pugnaverant, inhumata reliquisset; & laudatur Pompejus qui id postea executus est. *Plutb. in Pomp. c.* 63. Cleopatra arguitur quod nec templa, oec sepulchra, nec asyla violare dubitaverit; idque pro sacrilegio habet Josephus, *Antiq. Jud. l.* 15. *c.* 4. Palinuri inhumati umbra apparuit Æneæ apud inferos, conquesta corpus inhumatum jacere. *Virg. Æneid* 6. Elpenor apud Homerum XI. petit humari, ne Deo indignatio fieret; Athenienses, cum eorum duces magna victoria adepta occisos insepultos reliquissent, eos capitis damnaverunt, & bona eorum publicarunt. *Diod. Sic. l.* 13. *c.* 100. & 101. Antigone cum periculo vitæ fratrem sepelivit, queio Creon tyrannus sepeliri prohibuit. *Sophocl. in Antig.* Richterus plurimis exemplis probat violata & aperta sepulchra secutam esse fortunæ mutationem: *Axiom. Pol.* 313.

Equidem hic oon præcise intelligimus sepulturam qua corpus mortuum terra tegitur, sed omnem modum quo impeditur illa iojuria, adeoque si igne quoque comburitur: (quem modom Persæ injungebant Poenis apud Justinum *Lib.* 19. *c.* 1. & *Diog. Laert. l.* 1. *pr.*) idem quoque est si corpora conduntur, & condita asservantur certo loco, uti apud Ægyptios. Modus omnium maxime conveniens est ut terræ mandetur corpus, quia corpus ad suam originem redit, quanquam negari non possit per concremationem idem fieri:

ADDITIO.

„Quæstio ab Authore hic proposita eo redit, an „homo oecessario sepeliri debeat, & an hæc ne„cessitas ex jure naturæ oriatur? Sane quam plu„rimi suot, qui necessitatem sepulturæ *ex ipsa na„turali ratione* deducunt: in quorum numero sunt „Philo, Josephus, Chrysostomus, Ælianus, Papi„nianus, Claudianus, Leo Imperator, Sophocles &c.

„Apud

„apud *Grot. h. §. 1.* Atque hinc tanquam impios
„damnant eos qui hoc officium humanitatis ne-
„gligant; Quin & bello sæpius hanc injuriam vin-
„dicatam esse legimus: *d. §. 1. §. 3. & §. 6.*

„*Alii* necessitatem illam non juri naturæ,
„sed *juri gentium voluntario* tribuunt: *Vid. Gro-*
„*tius h. §. 1.* Etsi enim debitum hoc ex jure natu-
„ræ ortum habere asserat, tamen quia conjecturis
„incertis nititur, aut ratio naturalis quasdam in
„contrarium rationes suggerit, ex humana demum
„lege firmitatem accepisse ait. *d. §. 6.* Originis hu-
„jus *juris gentium* varias allegare solent causas:
„Morem enim hunc *quidam* ortum putant ex gi-
„gantea feritate mandendi homines *Vid. Grot. §.*
„*2. h. n. 1. Alii* resurrectionis spem a primis hu-
„mani generis parentibus hoc veluti monumento
„posteris consignatam putant. *d. §. 2. n. 3. Alii*
„ob præstantiam hominis id factum esse statuunt,
„ut ob memoriam domicilii animæ & rationis
„custodiantur corpora ab incursu avium, fera-
„rumque, namque indignum esse putant hominis
„corpore alia animantia nutriri, *d. §. 2. n. 4.* &
„alienum ab humanæ naturæ dignitate videri, cor-
„pus illud proteri ac laniari. *d. §. 2. n. 5.* Conf.
„*Lactant. l. 6. Inst. c. 12. Alii* votum defunctorum
„allegant; munitum cordibus hominum deside-
„rium inditum esse, ne illæ ipsæ exuviæ, quas de-
„ponunt, exponantur omnium oculis, viventes
„autem studium hoc hominum promovere debere:
„*Hoffman. Disp. de cœmiter. pag. 6. seq. Alii* pu-
„tant non defunctorum sed viventium causa inven-
„tam esse sepulturam, ut nimirum corpora visu &
„odore fœdata amoveantur, inprimis cum certum
„sit putrefactionem cadaverum exitiosas generare
„exhalationes. *dict. disp. pag. 6. seq. Alii* sunt qui
„homines velut sponte solvisse debitum ajunt, quod
„alioqui vel ab invitis natura repetit, cum ea sit
„conditio hominum ut in terram redire debeat
„*Grot. h. §. 2. n. 2.* Sed *nec desunt*, qui memo-
„riam suorum conservandi studium occasionem
„huic mori dedisse ajunt; Denique nuditati turpi-
„tudinem naturalem inesse ajunt *alii*, adeoque eam
„conspectui omnium exponere, projiciendo, ca-
„davera, pro turpi habent:

„Si dicendum quod res est, sepulturam nec jure
„naturali, nec jure gentium voluntario præceptam
„esse puto: Non enim ex JURE NATURÆ sepultu-
„ræ necessitas inferri potest. 1) Quia ea neglecta
„nemini fit injuria: non *mortuo*, quia omnia ejus
„jura morte pereunt, nec *viventibus* quia nullum
„jus eis in corpus defuncti competit. Sane 2) fi-
„nis naturæ est ut corpus exanimatum iterum in
„pulverem redigatur: hic finis obtinetur etiamsi
„corpus terra non tegatur: *Vid. Lact. l. 6. Inst. c.*
„*12. Minut. Fel. in Octav. p. m. 11.* Atque hinc 3)
„plures sunt gentes quæ vel comedere mortuos,
„vel publice exponere solent: *Justin. l. 19. c. 1.*
„*Cæsarin. dialog. 2 inter. 109. Rhoding. l. 18. c. 30.*
„*Quenstedt de sepult. vet. c. 15. & 17. Justin. l. 19.*
„*c. 1.*

„Eaque 4) est doctrina plurimorum philoso-
„phorum: Conf. *Suet. in Vesp. c. 19. Sallust. in*
„*Catil. c. 51.* Lucanus 7. *v. 818.* canit:

„Capit omnia tellus.
„Quæ genuit, cœloque tegitur quæ non habet urnam.

„Sane Diogenes & Demostenes sepulturam pro
„re necessaria non habuerunt: teste Stobæo & Lu-
„ciano apud *Goth. ad l. 28. ff. Religios.*

„Neque *obstat* 1) debitum videri naturæ, ut terræ
„reddatur quod a terra desumtum est, unde pro
„præcepto, non pro prædictione rei futuræ sumi
„solet quod Deus Adamo edixit, hominis corpus
„ex terra ortum terræ deberi. *Groe. d. §. 2. n. 2.*
„Resp. Effatum divinum saltem indigitat corpus
„humanum ex terra desumtum, iterum in terram
„conversum iri, at hic naturæ finis etiam citra se-
„pulturam obtineri potest.

„*Obstat* 2) Authoritas Græcorum & Romano-
„rum quin mos fere omnium gentium: At bene
„notandum est Romanos & Græcos ex falso reli-
„gionis pricipio sepulturam ad jus naturæ retulisse.

„Illi enim supponunt, animas a corpore sepa-
„ratas non cum ipso corpore mori, sed superstites
„manere. *Guther. de jure manium l. 1. c. 27. Pro-*
„*pert. l. 4.*

„Sunt aliquid manes, letum non omnia finit,
„Lucidos evictos effugit umbra rogos.

„Has animas vocant manes, a *mani*, vel *ma-*
„*num*, quod bonum significat; vel quod per omnia
„*manare* credantur; *Vid. Festus, voce, manes.* vel
„a *manendo* quod superstites maneant: Hos ma-
„nes autem Deos esse crediderunt. *Fest. d. l. Apul.*
„*de Deo Socratis. Guther. d. l. 1. c. 27. & l. 2. c.*
„*9* Unde formula *Diis manibus.*

„Obambulare autem credebant manes illos circa
„corpus defuncturum; imo tutores illorum cor-
„porum esse fingebant. *Tomasinus de donariis ve-*
„*terum c. 23. & c. 37. Guther. d. l. 2. c. 36.* Un-
„de nec quiescere putabant illos manes, nec ab in-
„feris recipi nisi sepulto corpore: *Guther de jur.*
„*man. l. 2. c. 10. 16. & 17. Quintil. declam. 10.*
„*Augustin. de Civ. Dei l. 1. c. 12. Valentinianus le-*
„*gum novel. tit. 5. Tesm ad Grot. l. 2. c. 19. §. 2.*
„*sit. 7.*

„Æneas postquam ad undas Acherontis perve-
„nit, ingentem vidit animarum concursum, oran-
„tes primi transmittere cursum: Charon alios ac-
„cipit, alios arcet arena: Miratus Æneas causam
„hujus rei ex conductrice percontabatur, illa ita
„respondet

„Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est
„Portitor ille, Charon, hi, quos vehit unda, sepulti
„Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
„Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt:

„*Virgil. Æneid. l. 6. v. 830.*

„Sed & porro cum Palinuri manes ibidem ob-
„errantes invenisset, rogabatur a Palinuro ut ter-
„ram ipsi injiceret, aut secum per undas tollat, ubi
„rationem addit

Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

„Hinc Author dialogi, qui *Palinurus* inscribi-
„tur, tradit Charontem insepultos ultra Acheron-

[b] inter mores sive ἔθη, quæ τοῖς ἐγγράφοις, id est *scripto juri* opponit, [c] post legatorum jura commemorat μὴ κωλύειν τοὺς νεκροὺς θάπτειν, *non prohibere quo minus sepeliantur mortui*: Et Seneca pater inter jura non scripta, [d] sed omnibus scriptis certiora ponit humum porrigere cadaveri. [e] Naturæ id jus appellant Hebræi Philo ac [f] Josephus; & [g] φύσεως θεσμοὺς, Isidorus Pelusiota: [h] ut solere sub naturæ nomine compre-

Περὶ ἔθους. Orat. 76. pag. 649 C. *Libro* 1. *contr.* 1. *Jud. Bell. lib.* 4. *Cap.* 6. §. 3. *Ed. Hudson. Epist. ult. edit.* 491.

„tem fluvium minime trajicere. *Goth. ad l.* 28. *ff.* „*Religios.* Denique insepultos ab aliarum anima„rum consortio repelli, Patroclus indicat apud „Homerum *Illiad.* ψ.

„Atque ex hac ratione (1) manes salutabantur „a viatoribus, ut bene ipsis sit, ut bene quiescant, &c. „& maoes gratias reddere credebant. *Guth. de ju„re man. l.* 2. *c.* 13. (2) Inferiæ manibus daban„tur, *Guth. l.* 2. *c.* 11. cœnæque in rogo paraban„tur. *Id. l.* 1. *c.* 25. (3) Superstites amici nihil „solennius habebant quam manes defuncti votis „prosequi, ut defuncti inferos Deos pacatiores „redderent. *Tomasin. de donar. vet. c.* 23. & 37. „*Guther. l.* 2. *c.* 36. (4) Persuadebant sibi violan„tes hos manes insomniis torqueri, *Guther. l.* 2. *c.* „16. indeque expiari eos necesse esse. *Id. l.* 2. *c.* „14. quod in servorum quoque manibus ubserva„bant *Id. l.* 2. *c.* 36. Maxime autem credebant „hostium occisorum manes expiaodos esse, quod quiescere ante non possent. *d. l.* 2. *c.* 14.

„His ita positis, mirum jam non est, Romanos „æque ac Græcos sepulturam necessitatis esse du„xisse, non corporis ipsius intoitu, sed ut manes „quiescere possint, adeoque ne dii manes viodi„ctam a superstitibus sumerent: Erat igitur reli„gioois pars *Deos manes colere*, hinc decretum „Antigoni, qui Polenicen sepeliri prohibuit, *contra* „*jus Deorum manium* emanasse ait Sophocles in „Antigone. Plinius, postquam ossa hominis, cu„jus spectrum domum infestabat, effossa & publi„ce sepulta ac rite condita fuisse narravit, addit, „*Domum postea rite conditis manibus eo caruisse. L.* „1. *ep.* 27.

„Hinc quoque constat ratio (1) cur jura sepul„turæ ad jus pontificium pertinuerint. (2) Cur „seculchra divini juris dicantur, & ad res religio„sas referantur; *L.* 6. §. 2. *ff. Per. div.* §. 7. *Inst.* „*Eod.* Cur (3) servi quoque, qui omnium jurium „iocapaces erant, sepliri debuerint, & cur locus „per illationem servi mortui religiosus factus fuerit, „*L.* 2. *ff. de Religios.*

„Quod vero gentes fere omnes mortuos sepelire „soleant, id non ex ratione quadam morali, sed „politica ortum esse mox demonstrabo:

„*Obstat* (3) Maledictionis divinæ signum esse „carere sepultura: *Ælian. l.* 6. *Var. c.* 12. Saoe „in ipsa sacra historia Deus eam minatur regibus „tyrannis: *Grot. L.* 2. *c.* 9. §. 4. Imo lex etiam „de cæsis bostibus sepeliendis exstat apud Jose„phum *adv. Appion. L.* 4. *c.* 8. Resp. Inde non „sequitur jus hoc naturali jore corporibus hoioi„num deberi: Nam ea qnoque quæ motibus po„puli pro debito habentur, in pœnam auferri pos„sunt:

„Verior igitur est opinio, sepeliendi officium „ex rationibus mere politicis introductum, & „plerarumque gentium legibus civilibus munitum „esse; quo spectant omnes illæ causæ occasiona„les quas supra recensuimus; quæ ratiooes cum „pleræque in omnium hominum sensum cadant, „mirum non est omnes gentes demurtuos sepul„turæ tradidisse: Movent igitur hæ causæ, sed „oullam necessitatem imponunt: Unde etiam hu„manitati, misericordiæ &c. tribui solet sepultu„ræ officium.

„Cum igitur moribus populorum pro turpi ha„beatur, corpora visu & odore fœdata conspectui „omnium, nec non injuriis tempestatum ac fera„rum exponi; merito pœnæ loco haberi debet, si „corpori mortuo ob delicta a vivo commissa hæc „turpitudinis nota infligitur. Exempla vide apud „*Quintil. declam.* 274. & *Declam.* 4. Addatur „*Sophocles in Ajace v.* 5. 1080. & *in Antigon. v.* 27. „*Lamprid. in Commodo. c.* 20. *Liv. l.* 24. *c.* 21. & „*l.* 29. *c.* 9. *Com. Nep. in Themistocle c.* 10. & *in* „*Phocion. in fin. Thuan. l.* 17. *p. m.* 343.

„Sed nec ex JURE GENTIOM VOLUNTARIO se„peliendi jus deduci potest, quia tale jus non ex„istit. *Vid. lit. d.*

„*b*) (INTER MORES:) Mores aliquando pro ipso „jure naturæ sumi alibi demoostravimus: *Vide dis„sert. proœm. XI.* §. 39. & *supr. l.* 1. *c.* 3. §. 10. Mores ideo „vocari diximus, quia jus illud inter gentes obser„vatur citra scripturam.

„*c*) (POST LEGATORUM JURA:) Philosophi „veteres deduxere jura legatorum & sepulturæ ex „eodem fonte: quod concedi nequit, quia jura lega„turum ex jure naturæ originem ducunt, jus se„pulturæ ex legibus civitatum.

„*d*) (SED OMNIBUS SCRIPTIS CERTIORA:) Hæc „descriptio non pertinet ad jus gentium volunta„rium, utpote quod incertissimum, imo nullum „est; sed ad jus naturæ:

„*e*) (NATURÆ ID JUS:) Non ergo ex jure gen„tium voluntario jus sepeliendi oritur.

„*f*) (JOSEPHUS:) *Bell. Iud. lib.* 5. *c.* 2.

„*g*) (φύσεως θεσμοὺς:) Naturæ leges.

„*h*) (UT SOLERE SUB NATURÆ NOMINE COM„PREHENDI MORES COMMUNES &c.) Aliquando „enim confundi hæc jura Grotius passim monuit. „*Vid. Diss. Proœm. IV.* §. 8. At *mores* ipsum jus „natu-

prehendi mores communes naturali rationi consentaneos [i] alibi diximus. Lib. 12.
Apud Ælianum est: τῆς φύσεως τῆς κοινῆς ἀπαιτούσης μηκέτι ζῶντα c. 64.
καταχρύψαι: *Cum mortuum condi ipsa imperet communis natura.* Idem
alibi: τὰ κοινὰ καὶ ἴσα πᾶσιν ἀνθρώποις vocat γῆν καὶ ταφὴν *terram ac sepul-* Lib. 13.
turam hominibus cunctis communia & ex æquo debita. [k]Leges hominum c. 30.
νόμους βροτῶν dixit Euripides Supplicibus, κοινὸν νόμον [l] Aristides, Luca-
nus hominum ritus, terrarum leges & mundi fœdera [m] Papinius, for- Verf. 378
tis humanæ commercium Tacitus, spem communem [n] orator Lysias. Panath. Tom I.
Qui impedit hominem exuere Claudiano dicitur; [o] naturæ dedecus p. 202. B.
facere Leoni Imperatori τὴν ὁσίαν ὑβρίζειν; [p] *fas violare* Isidoro Pelusiotæ, Pharf. 7, 801.

2. Et quia veteres jura hæc [q] hominibus bene moratis communia, Theb 12. 642.
[r] quo sanctiora viderentur, ad Deos referebant auctores, [s] ut legatio- Ann. 6. c. 19.
nis, ita & hoc jus Diis asscribi passim videmus. Itaque in dicta Orat. funebr. seu
Tragœdia Supplicibus [t] νόμον δαιμόνων Deorum legem dictam invenies, 31. c. 3.
& apud Sophoclem Antigone Creonti, qui Polynicem humari ve- Bello Gild.
tuerat, ita respondit. verf. 397. Nov. 53. d. loco. verf. 563

Decreta quippe hæc nec supremus Jupiter
Nec fas Deorum Manium dictaverat,
Queis alia jura debet humanum genus:
Nec id valere credidi jussus tuos
Ut jura non conscripta, sed nutu Deum
Concessa, sempiterna, mortalis fatus
Violare posses, non enim nuper vigent,
Sed ævo ab omni: initia in occulto latent.
Nonne ergo forti corde, seposito metu
Mortalis iræ, par Deis magnis fuit
Me gerere morem?

3. Isocrates de bello agens Theseos adversus Creontem ita lo- Panathenaica. p.
quitur. *Quis nescit, quis non didicit, vel in* [u] *Dionysiis ex tragoedia-* 268 Ed.
rum H. Steph.

„naturæ defigoare jam vidimus.

„i) (ALIBI:) *Vid. l. 2. c. 20. §. 41.* Conf. *l. 2. c.* „5. §. 12.

k) (Grot.) (LEGES HOMINUM:) Φύσεως θεσμὲς, naturæ leges. *Euf.* hist. VIII, 19. (*De Martyrib. Palæstin.* Cap. 9. pag. 425 *Edit. Canthabrig. Valef.* 1720.)

„l)(ARISTIDES:) In panathenaico. Vid. *infra* n. 6.

„m) (PAPINIUS:) Vid. infr. n. 6.

„n) (ORATOR LYSIAS:) In oratione quæ est in „honorem sepultorum *Vid. infr. n. 6.*

„o) (NATURÆ DEDECUS FACERE:) Tarquinio „superbo nomen facla indiderunt, quod socerum „gener sepultura prohibuit. *Liv.* 1. 49. Superbum „autem vocari, gravissimum erat cootumeliæ genus. „*Sen. Herc. fur. v.* 385. *Tesm. b.*

„p) (FAS VIOLARE:) Fas est ipsum jus naturæ. „Vide iodicem voce *fas* & *L. 3. c. 4. §. 2. n. 3.* „ac *Differt. proœm. XII.* § 39.

„q) (HOMINIBUS BENE MORATIS COMMUNIA:) „Apud quasdam enim gentes minus moratas, non „sepeliuotur homines.

„r) (QUO SANCTIORA VIDERENTUR, AD DEOS „REFEREBANT AUTHORES:) Legislatores enim „Gentilium, ut concilient legibus suis autoritatem, „Deos earum autores facere solebaot. Conf. *Flor.* „*l.* 1. 2. *Iustin. l.* 3. *c.* 3. Atque huc quoque referunt „legem sepulturæ.

„s) UT LEGATIONIS:) Imo sanctitatem legato„rum a natura esse capite præcedenti probavious.

t) (Grot.) (Νόμον δαιμόνων:) *Sophocles* Ajace (*verf.* 1149.) idem θεῶν νόμους dixit in Antigone. (*verf.* 462.)

„u) (IN DYONISIIS:) Liberalibus sive Bacha-

„nalibus,

rum auctoribus, quæ Adrasto mala circa Thebas contigerint, cum reducere volens Oedipodis filium, generum autem suum, Argivorum plurimos perdidit, ipsosque ductores vidit interemtos: ipse vero cum decore superstes, cum inducias adhumandos mortuos obtinere non potuisset, supplex Athenas venit, quam tunc civitatem Thesëus regebat, eumque oravit ne viros tales insepultos jacere pro nihilo duceret, neve pateretur proculcari antiquum morem, & jus patrium quo omnes homines inter se utuntur, non quasi ab humana natura condito, sed tanquam imperato a divina potentia: quæ cum ille audiisset, sine mora legationem Thebas decernit. Idem mox [v] Thebanos reprehendit quod civitatis suæ decreta legibus divinis ante habuissent: ejusdemque historiæ & alibi meminit, Panegyrico, Helenæ Encomio, Plataica oratione: Herodotus quoque Calliope, Diodorus Siculus historiarum quarto, Xenophon historiæ Græcæ sexto, & Lysias ea quæ est in honorem sepultorum: postremo Aristides in Panathenaico, qui bellum hoc susceptum ait [w] pro communi natura hominum.

4. Et passim apud laudatos auctores videmus egregia virtutum nomina huic officio tribui. Nam [x] humanitatem ac mansuetudinem Valerius Maximus, misericordiam [z] & religionem Quintilianus, misericordiam & humanitatem Seneca, οἶκτον τῆς κοινῆς φύσεως *miserationem communis naturæ* Philo, [aa] fortis humanæ commercium Tacitus, misericordiam & pietatem Ulpianus, Modestinus memoriam humanæ conditionis, clementiam Capitolinus, δίκην sive justitiam Euripides & Lactantius, opus benignum Prudentius. Contra Donatistas, [bb] qui Catholicorum corpora sepeliri vetabant, impietatis accusat Optatus Milevitanus. Apud Papininum.

Bello cogendus & armis
[cc] In mores hominemque Creon.

Spartianus tales ait esse sine humanitatis reverentia: Livius sævitiam vocat [dd] ultra humanarum irarum fidem. [ee] Homerus dixerat ἀεικέα ἔργα

Pag. 52. Pag. 214. Pag. 306 Lib 9. c. 27. Cap. 67. Cap. 5. §. 38. Ed. Oxon. Cap. 3. Cic. Orat. pro Quintio. Lact l. 6. inst c. 12. Val. Max. l. 5 c 1. Quint. lib. 12. c. ult. inst. orat. Sen de benef. lib 5. c. 20. Lib. de Joseph. p 530 B Annal. 6, 19. L 14. § 7. D. de relig. L. 27. ff. de cond. inst. Capitol in M. Anton. Philos. c. 13. Supplic. vers. 379. 526. 530. Lact. 6. 12 n 31. Cathem. Hymn. 10, 63. Opt l. 6. Spart. vita Caracallæ, c. 4. Lib. 8 c. 24. Lib. 6. c. 12.

„nalibus, quibus agebantur tragœdiæ, imo & in„ventæ putantur &c. *Gron. h.*

v) (Grot.) (THEBANOS REPREHENDIT:) Pacto, non prælio, obtentum a Thebanis jus sepeliendi vult *Plutarchus* Theseo. (pag. 14.) At prælio *Pausanias* Atticis (c. 39.)

„w) (PRO COMMUNI NATURA HOMINUM:) „Quasi ea violata esset.

„x) (HUMANITATEM:) Non quatenus pro per„fectione sumitur, sed pro officio humanitatis, pro „jure humano generi debito.

y) (Grot.) (ET LACTANTIUS:) Cujus & hoc est lib. VI, c. 12. *Ultimum illud & maximum pietatis officium est, peregrinorum & pauperum sepultura.*

„z) (ET RELIGIONEM:) Partem enim religio„nis fuisse probavimus:

„aa) (SORTIS HUMANÆ:) i. e. Conditionis „humanæ.

„bb) (QUI CATHOLICORUM CORPORA:) Idem exem„plum sequuntur Catholici pontificii, qui protestan„tium corpora in locis ad id destinatis sepeliri vetant.

„cc) (IN MORES HOMINEMQUE:) At mores „communi omnium hominum sensu receptos. „*Gron. h.*

„dd) (ULTRA HUMANARUM IRARUM FIDEM:) „Ad quas credibile non est quenquam hominem „iratum procedere. *Gron. h.*

ee) (Grot.) (HOMERUS DIXERAT ἀεικέα ἔργα:) Idem

ἔργα. Eorum qui ſupervacaneam facerent ſepulturam, Lactantius impiam vocat ſapientiam. Eandem ob cauſam impius Eteocles Papinio. *Lib. 6. Cap. 10.* *Theb. 1. verſ. 98.*

§. II.

1. [a] Quæ primum cauſa moris hujus introducendi fuerit [b] ut corpora humo tegerentur, ſive [c] condita prius ut apud Ægyptios, ſive [d] cremata, ut apud Græcos pleroſque, [e] ſive ita uti ſunt, quem morem eſſe antiquiſſimum notavit Cicero & poſt eum [f] Plinius, de eo non idem omnibus videtur. Nam Moſchion exiſtimat occaſionem datam [g] ex gigantea feritate mandendi homines, cujus abolitæ ſignum ſepulturam: ita enim ait: *Geneſ. I. 2. Tacit. Hiſt. 5.5.* *De Legib. 2, 22.* *Apud Stob. Eclog. Phyſ. Tit. 11*

Tunc morte raptos imperatum legibus
Mandare terræ, pulveremve inſpargere.
Necdum ſepultis, ne darentur conſpici.
Abominanda ſigna paſtus priſtini.

2. Aliis videntur hoc modo homines velut ſponte ſolviſſe debitum, [h] quod alioqui vel ab invitis repetit natura. Nam hominis corpus [i] ex terra ortum terræ deberi, non Deus tantum [k] Adamo edixit,

Idem, Iliados Ω, Jovem & Deos Achilli iratos fuiſſe dicit, ob male tractatum corpus Hectoris, (*verſ.* 113, *& ſeqq.* Locus autem in contextu laudatus eſt *Iliad.* XXII, 395. & XXIII, 24. J. B.)

a) (QUÆ PRIMUM CAUSA MORIS HUJUS INTRODUCENDI FUERIT:) Non non moribus demum gentium id introductum eſt, ſed ex ipſa naturæ ratione: Dixi enim totum hominem animal ſanctum eſſe propter animam, adeoque & corpus ut ejus pars, & animæ domicilium: Dixi in cadavere humano manere memoriam ac dignitatem hominis, adeoque & ſanctimoniam quandam: eoque ſummam injuriam eſſe id non ſepeliri, ſed projici injuriis cœli, hominum, ferarum &c. quin exponi membra quæ natura voluit velari: Ea & natura & judicio gentium horrorem & abominationem habent, unde natura fit injuria humanitati. *L.* 14. §. 7. *ff. Relig.*

ADDITIO.

„Noſtram de ſepultura ſententiam modo explicavimus.

„*b*) (UT CORPORA HUMO TEGANTUR:) Author cauſas affert quæ gentes humanas moverunt „ut humarent mortuorum corpora: (1) ut aboleatur feritas illa gigantea, ubi homines corpora „mortuorum devorabant. (2) ut præſtent officium „quod ipſa natura exigit ſcilicet ut reddatur terræ: (3) ad ſpem reſurrectionis: (4) ne a beſtiis „devorentur: quibus quidam (5) addunt fœtorem „qui facile aerem inficere poteſt, ex quo capite „etiam majorum animalium corpora condi ſolent. „*Vid. Teſm. h. lit. b.*

„*c*) (CONDITA:) Vid. *Kirchm de funer.* 1. 8.

„*d*) (CREMATA APUD GRÆCOS:) Quibus Xerxes Perſarum rex id prohibuit *Iuſtin.*

„*e*) (SIVE ITA UTI SUNT:) i. e. nec condita „nec cremata.

f) (Grot.) (PLINIUS:) Hiſtoriæ naturalis VII, 54. ubi & hoc: *Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humatus vero, humo contectus.*

„*g*) (EX GIGANTEA FERITATE MANDENDI HOMINES:) Talem giganteam feritatem univerſalem nunquam fuiſſe, omnium minime eam in „veſcenda carne mortuorum conſtitiſſe, alibi demonſtravimus:

„*h*) (QUOD ALIOQUI VEL AB INVITIS REPETIT NATURA:) Nam tandem mortui corpus in „cineres redigitur, etſi non ſepeliatur, adeoque „homines ſaltem præveniunt naturam.

i) (Grot.) (EX TERRA ORTUM TERRÆ DEBERI:) *Iob.* X, 9. *Philo* in Flaccum: ἀνθρώποις ἡ φύσις οἰκειότερον χωρίον ἀπένειμε γῆν, οὐ μόνον ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἀποθανοῦσιν, ἵν' ἡ αὐτὴ καὶ τὴν πρώτην ὑποδέχηται γένεσιν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ βίου τελευταίαν ἀνάλυσιν. *Proprium hominibus locum natura terram tribuit, nec vivis tantum, ſed & mortuis, ut eadem quæ primos ſuſcepit natales, ſuſcipiat & ex hac vita exitum.* (Pag. 991. C.) Attamen, ſicut nullum eſt in homine factum laudabile; cujus non veſtigium in alio aliquo animantium genere Deus poſuerit, ita & in hac re evenit. de Formicis *Plinius* libro XI, 30. *Sepelium-*

Tusc.qu. 3, 25. xit, * sed & Græci Latinique passim agnoscunt. Cicero ex Euripidis Hypsipyle.

Reddenda terræ terra.

Eccl. 12. 9. Et quod apud Solomonem legimus pulverem quidem ad terram redire [l] quale fuerat, [m] spiritum autem ad Deum qui dederat; Euripides hoc ipsum argumentum ex persona Thesei in supplicibus tractans sic ait:

Jam sinite terræ mortuos gremio tegi.
Res unde quæque sumpserat primordium
Eo recipitur: spiritus coelo redit,
Corpusque terræ: jure nec enim mancupi,
Sed brevis ad ævi tempus utendum datur.
Mox terra repetit ipsa quod nutriverat.

[n] Lucretius similiter de terra:

Omniparens eadem rerum est commune sepulchrum.

Cap. 22. Cicero de legibus II ex Xenophonte: *redditur terræ corpus, & ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur.* Plinius quoque Hist nat. c. 63. scripsit terram nos nascentes excipere, natos alere, semelque editos sustinere semper, novissime complexam gremio jam a reliqua natura abdicatos ut matrem operire.

3. Sunt qui resurrectionis spem a primis humani generis parentibus, [o] hoc veluti monumento, posteris consignatam putant. Nam & ob revivíscendi promissum adservanda corpora [p] docuisse Democritum [q] Plinius testis est, libro septimo, capite quinquagesimo quinto: [r] Christiani autem sæpe morem honeste condendi corpora ad hanc spem referunt. Prudentius,

Hymn. 10, 53. & seqq.

Quid-

liuntur inter se viventium sola, præter hominem. At is ipse de Delphinis lib. IX, 8. *conspectique jam defunctum portantes ne laceraretur a belluis.* Et de Apibus *Virgilius* (*Georg.* IV. 256.)

Tum corpora luce carentum,

Exportant tectis, & tristia funera ducunt.

Servius: *cum exsequiali scilicet pompa.*

„*k*) (ADAMO EDIXIT:) *Genes. c. 3. v.* 19.

„*)(SED ET GRÆCI LATINIQUE:) Inprimis eorum „philosophorum, qui UNIVERSUM esse Deum, & „hominem universi portionem statuebant; Hi „enim mortuo homine partem universi redintegrari „cum toto putabant: *Vide Differt. proæm. I. §. 19. seq.*

„*l*) (QUALE FUERAT:) Vulgata, unde erat. „LXX. *ὡς ἦν Gron. h.*

„*m*) (SPIRITUM AUTEM AD DEUM QUI DEDERAT:) Unde apparet, verum non esse Solomonem de immortalitate animæ dubitasse, uti qui„dam nugantur.

„*n*) (LUCRETIUM:) *L. 3. v. 1022.*

„*o*) (HOC VELUTI MONUMENTO:) Totum cor„pus custodiri ideo visum fuit, ne mancum re„surgat:

„*p*) (DOCUISSE DEMOCRITUM:) De vita & do„ctrina Democriti *Vid. Stanlej. hist. vet. philosoph.* „*pag. 885.*

„*q*) (PLINIUS TESTIS EST:) Qui eum ridet „*L. 7. hist. c. 55.*

„*r*) (CHRISTIANI AUTEM:) Quasi Deus eadem „potentia, qua corpora reviviscere voluit, non „possit idem operari in corporibus non conditis.

„*s*)

Quidnam sibi saxa cavata,
Quid pulchra volunt monumenta,
Nisi quod eos creditur illis
Non mortua, sed data somno?

4. Simplicius est, cum homo cæteris animantibus præstet, ˢ indignum visum si ejus corpore alia animantia pascerentur: quare inventam sepulturam ut id quantum posset caveretur. Miseratione hominum custodiri corpora ᵗ ab incursu avium ferarumque dixit ᵘ Quintilianus: Apud Ciceronem de Inventione primo *a feris vexatus*, ᵛ *communi bonore in morte caruit.* Et apud Virgilium legimus Decl. 6. p. 95 Ed. Obrecht. Cap. 55.

non optima mater
Condet humo, patriove onerabit membra sepulchro:
Alitibus liquere feris

Et Deus invisis sibi regibus minatur apud ʷ Prophetas, futurum ut Jer. 22, 19. 1 Reg. 21, 19.
asini sepulturam habeant, ut canes eorum sanguinem lingant. Nec aliud in sepultura considerat ˣ Lactantius, cum ait: Non enim patiemur figuram & figmentum Dei feris ac *volucribus in prædam jacere;* Lib. 6. c. 12.
& Ambrosius, cujus hæc verba sunt: *Nihil hoc officio præstantius ei conferre, qui jam tibi non potest reddere: vindicare a volatilibus, vindicare a bestiis consortem naturæ.* De Tob. 1.

5. ʸ Sed etsi tali abessent injuriæ, proteri tamen ac laniari corpus humanum, alienum merito videtur ᶻ ab istius naturæ dignitate

„s) (INDIGNUM VISUM SI EJUS CORPORE ALIA „ANIMANTIA PASCERENTUR:) Inde non sequitur „peccare contra jus naturæ qui id non impediunt.

t) (Grot.) (AB INCURSU AVIUM FERARUMQUE:) Vide vaticinium de Jeroboami posteritate, in pœnam peccatorum ejus, 1 Regum XIV, 11. Et *Tertullianum* de Resurrectione. De Ægistho Homerus Odysseæ I. (*vers. 258.*)

Τῷ καὶ ἐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευον
Ἀλλ' ἄρα τόνγε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν.

Ergo nec leviter glebam injecere peremto,
Illius ut volucres lacerarent ossa canesque.

De Ægistho loquitur, quem ut adulterum & regni invasorem Argivi insepultum abjecerant, (immo abjecturi fuissent, si *Argis* fuisset. Inspice locum. *J. B.*) cujus tamen reliquias humanior terræ dedit Orestes, ut mox dicetur. Menelaus de Ajace in *Sophocle*, (*Ajac.* vers. 1083.)

Ἀλλ' ἀμφὶ χλωρὰν ψάμαθον ἐκβεβλημένος
Ὄρνισι φορβὴ παραλίοις γενήσεται.

Sed ille arenis jactus in pallentibus,
Gratum marinis pabulum alitibus dabit.

Sed hoc quoque ibi prohibet Ulysses, prudentiæ exemplar. *Sophocles* Antigone in ipsius Antigones laudem, (*vers.* 711, & seqq.)

Ἥτις τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον ἐν φοναῖς
Πεπτῶτ' ἄθαπτον, μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν
Εἴασ' ὀλέσθαι, μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινος.

Illa obsitum cruore germanum suum
Non insepultum sivit alitibus feris,
Canibusque fieri pabulum mordacibus.

Appianus civilium I. de interfectis jussu Marii: ταφήν τε οὐδενὶ ἐξῆν ἐπενεγκεῖν εἰς οὐδένα τῶν ἀναιρουμένων ἀλλ' οἰωνοὶ καὶ κύνες ἄνδρας τοιούσδε διεσπάσαντο· *Nec cuiquam licebat quenquam interfectorum sepelire, sed viros tam egregios lacerabant aves & canes*, (pag. 394. *Ed. Steph.*) *Ammianus Marcellinus* principio libri XVII. de Juliano: *Sollicitusque ne dira volucres consumerent corpora peremtorum, sine discretione cunctos humari mandavit*, (Cap. 1.)

„u) (QUINTILIANUS:) *Decl.* 6. & 274.

„v) (COMMUNI HONORE:) Qui omnibus mor„tuis debetur: *Gron. b.*

„w) (PROPHETAS:) *Jerem. XXII. v.* 19.

„x) (LACTANTIUS:) *Lib.* 6. *c.* 12.

„y) (SED ETSI TALES ABESSENT INJURIÆ:) „i. e. Etsi alia animantia corpore mortui non pa„scerentur:

„z)

tate. Unde non abit illud in Sopatri controversiis: ὅτι τὸ θάπτειν καλὸν, καὶ ὅτι τοιοῦτον ἡ φύσις ἐξεῖρε τοις σώμασιν, ἵνα μή διαλυόμενα μετὰ θάνατον γυμνά καθάσπερ αἰχύνη δε τοῦτο τὸ φύσει καλὸν, τοῦτο φιλάνθρωπον. τοῦτο τοῖς ὅλοις δοκεῖ, εἴτε θεοὶ εἴτε τινὲς ἥρωοες ταυτην μετὰ θάνατον τοις ἀνθρώποις τὴν τιμὴν κατεςήσαντο. ἐπειδὰν καὶ ὐκ εἴλογον τα τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα μετὰ τὴν τελειτὴν ἅπασι δείκνυσθαι, γῇ κρύπτειν τὸν ἄνθρωπον νενομίκαμεν ἄνωθεν, ἵνα τῷ καλύπτεσθαι μνήματι ἐλάνθανε τὸ σῶμα διαλυόμενον: *Honestum esse humare mortuos, & ab ipsa natura quasi concessum corporibus, ne velut probro afficiantur post mortem si nuda diffluant, placere id omnibus, sive Dei fuerint sive semidei, qui hunc functis vita corporibus honorem indulserunt. Quia enim a ratione alienum est* [aa] *naturæ humanæ arcana post mortem omnibus conspicua exponi, morem inde ab antiquo accepimus humana corpora sepeliendi, ut monumento condita clam & procul a conspectu tebescant.* Quo & illud pertinet Gregorii Nysseni in epistola ad Letoium: ὡς μὴ ἀναδειχθῆναι τῷ ἡλίῳ [bb] τὴν αἰχημοσύνην τῆς φύσεως, *ne soli ostendatur id quod dedecori est humanae naturae.*

6. Hinc est quod officium sepeliendi [cc] non tam homini, id est personæ, quam [dd] humanitati, id est naturæ humanæ præstari dicitur: unde [ee] publicam hanc humanitatem dixerunt Seneca & Quintilianus, tralatitiam Petronius. Cui consequens est, ut [ff] nec inimicis nec hostibus invideri sepultura debeat. De inimicis egregia est apud Sophoclem dissertatio Ulyssis pro humando Ajace, ubi hoc est inter cætera.

De bene. lib. 5. c. 10. Quint. Decl. 6 Satyric. c. 114.

> *Menelæ, post tot dicta sapienter, cave*
> *Injuriosus sis in hominem mortuum.*

Fragm. vers. 39. 40. Rationem reddit Euripides Antigone:

> *Mors jurgiorum finis est mortalibus:*
> *Num majus alind quid potest letho dari*

Idem Supplicibus:

Fece-

„z) (AB ISTIUS NATURÆ DIGNITATE:) Cum „corpus illud fuerit domicilium animæ rationalis.

„aa) (NATURÆ HUMANÆ ARCANA:) Illud se„cretum, quam vilibus elementis constet, quod „tam speciosum in vivo corpore apparet. *Gron. h.*

bb) (Grot.) (Τὴν αἰχημοσύνην τῆς φύσεως:) Simili modo *Agathias* dicit moris esse τὰ αἰχυντηλὰ τῶν αἰδιων ἐπικαλύπτειν· *Obtegere puerperii pudorem.* (Lib. v. e. 6.) Ita quam nihil natura simus apparet in ortu & interitu. Quod ut significarent Sapientes Hebræi, vetuere, ne plebejæ aut summæ fortunæ qui essent, aliusmodi fasciis involverentur, aut modo nati aut mortui.

„cc) (NON TAM HOMINI, ID EST, PERSONÆ:) „Defuncto enim exhiberi non potest, quia omniu „sensus expers est, omniaque eju jura expirant „morte:

dd) (Grot.) (HUMANITATI i. e. NATURÆ HUMANÆ PRÆSTARI DICITUR:) *Servius ad XI. Æneidos: Sepulturæ enim beneficium generaliter debetur universis.* (ad vers. 106.)

ADDITIO.

„Conf. loca ab Autore supra §. *1. n. f.* allegata.

„ee) (PUBLICAM:) i. e. communem omnibus „hominibus.

„ff) (NEC INIMICIS NEC HOSTIBUS:) Mortuus „enim desinit esse inimicus & hostis. Accedit „quod

Fecere vobis ſiquid Argivi male,
Cecidere; in hoſtes iſta vindicta, eſt ſatis,

Et Virgilius

Nullum cum victis certamen & æthere caſſis

Quam ſententiam citans ſcriptor ad Herennium addit: *Nam quod malorum extremum, accidit illis jam.* Papinius.

bellavimus: eſto: Theb. 12, 573.
Sed cecidere odia, & triſtes mors obruit iras

Et eandem cauſam reddit gg Optatus Milevitanus: Si inter viventes fuerat certamen, odia veſtra vel mors aliena compeſcat; jam tacet cum quo ante litigabas.

§. III.

1. [a] Quare & hoſtibus publicis deberi ſepulturam omnes ſentiunt. Belli hoc jus κοινὸν ἐν τοῖς πολέμοις vocat [b] Appianus; belli commercia Philo. [c] Tacitus: *Ne hoſtes quidem ſepulturam invident.* Dio Chryſoſtomus ſervari hoc jus ait etiam ἐν τοις πολεμίοις, apud hoſtes: addit, κἂν εις ἐχάτην ἔχθραν προέλθωσι: *etiamſi ad ſummum odia proceſſerint.* De eadem re agens Lucanus hominum ritus in hoſte ſervandos dixit. [d] Sopater idem qui ſupra; τίσ πόλεμος ταύτης τῆς τιμῆς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένός ἐσέρησε, τίς ἔχθρα μνησικακήσασα πρὸς τὰ πλημμελήματα παραβῆναι τὸν θεσμὸν τῦτον ἠνέχετο: *Quod bellum hoc ultimo honore humanum privavit genus; quæ inimicitia eo uſque extendit malefactorum memoriam, ut hanc legem violare auderet.* Is quem dixi Dio Chryſoſtomus oratione de lege: διὰ τῦτὸν τὺς ἀποθανόντας ὐδεὶς ἔτι κρίνει πολεμίυς, ὐδὲ τὴν ἔχθραν καὶ τὴν ὕβριν εἰς τὰ σώματα αὐτῶν ἐπιδείκνυ δὲ: *propter hanc mortuos nemo hoſtes judicat, neque ira & contumelia in eorum corpora extenditur.*

Pag. 63. In Flacc. p. 974 A. Annal. 1. 22. Orat de conſuet. pag 694. Pharſ. 7. 801. Pag. 647. D.

2. [e] Et

„quod jus hoc ſit non mortuorum, ſed manium „qui ſuperſtites eſſe finguntur.

„gg) (OPTATUS MILEVITANUS:) *Lib.* 6. Conſ. „*ſupra n. 4.*

a) (Grot.) (QUARE ET HOSTIBUS PUBLICIS DEBERI SEPULTURAM OMNES SENTIUNT:) *Philo* in Flaccum: ἤδη δὲ καὶ τὺς πεσόντας ἐν τῷ πελέμῳ τῶν ἐχθρῶν ταφῆς ἀξιῦσιν, οἱ μὲν ἐπιεικεῖς καὶ φιλάνθρωποι ταῖς οἴκοθεν δαπάναις, οἱ δὲ τὴν ἔχθραν καὶ πρὸς τὺς νεκρὺς ἀποτείνοντες, ὑπόσπονδα τὰ σώματα διδόντες ὑπὲρ τῦ μὴ τῆς τελευταίας χάριτ(ος) ἀμοιρῆσαι τῶν νομιζομένων. *Etiam qui in bello occubuerunt eos homines ſolent ad ſepulturam dare, illi quidem quibus bonitatis & humanitatis plus eſt, ſuopte impendio, alii vero qui odia & in mortuos extendunt, ſub pactis dantes corpora, ne careant eorum quæ mos imperat honore ultimo,* (*pag 974. A. Ed. Pariſ.*)

ADDITIO.

Nam nec hoſtibus jus natura quæſitum auferri poteſt, diximus autem jus ſepulturæ eſſe jus humanitatis eoque & hoſtium. Accedit quod denegatione ſepulturæ hoſtium vires nec minuuntur, nec noſtræ augeantur, adeoque ad ſolam vindictam ſpectet, eoque illicita ſit. *Vid. l. 3. c. 4. ſeq.*

ADDITIO.

„Sepulturæ neceſſitatem non eſſe a natura pro„bavimus ſupra §. 1.

„b) (APPIANUS:) *Bell. Pun. n.* 63. & *bell.* „*Mithr. n.* 250.

„c) (TACITUS:) *Annal. l.* 1. *c.* 22.

„d) (SOPATER IDEM QUI SUPRA:) §. *præced,* „*n. 5.*

e) Grot)

Ælian. 5. Hist. 12, 27 Diod. Sic. 17. 40. Val. Max. 1, 1 2. App. Alex. p. 250. Vid Plut. in ejus Vit. p 896. A. Idem, Vit. Ant p. 917. B. Lib. 1. c. 32. Levit. 21, 1. & seqq Ambros. Offic. 2, 61.

2. [e] Et passim exstant exempla. Sic Hercules suos hostes, Alexander victos ad Issum, Hannibal C. Flaminium, P. Æmilium, Tiberium Gracchum, [f] Marcellum, Romanos quæsivit ad sepulturam. *Credas*, inquit Silius Italicus, [g] *Sidonium cecidisse ducem.* Idem Hannoni a Romanis præstitum: Mithridati a Pompejo, a Demetrio multis, Archelao regi ab Antonio. In Græcorum adversus Persas militantium juramento erat: *Socios omnes sepeliam: bello victor etiam barbaros*: & passim in historiis legas impetratam νεκρῶν ἀναίρεσιν [h] *facultatem tollendi mortuos*. Apud Pausaniam in Atticis exemplum est: τοὺς δὲ Μήδους Ἀθηναῖοι μὲν θάψαι λέγουσιν, ὡς πάντως ὅσιον ἀνθρώπου νεκρὸν γῇ κρύψαι; *Medos Athenienses a se sepultos ajunt, quia qualemcunque mortuum terra condi fas sit.*

3. Quare Hebræorum veterum interpretatione Pontifex Maximus, cum [i] alioqui rei ulli funebri interesse vetaretur, repertum tamen hominem [k] insepultum sepelire etiam jubebatur. Christiani vero tanti fecerunt sepulturam, ut ejus causa, sicut [l] ad pauperes alendos, ad captivos redimendos vasa Ecclesiæ etiam [m] initiata conflari aut [n] vendi licite existimaverint.

4. [o] Sunt quidem & exempla in contrarium, sed communi judicio damnata.

Hunc oro [p] *defende furorem*

est apud Virgilium

[q] *hominemque cruentus*
Exuit, & tenuem cæsis invidit arenam

apud

e) (Grot.) (ET PASSIM EXSTANT EXEMPLA:) *Iosephus* in legibus: θαπτέσθωσαν δὲ καὶ οἱ πολέμιοι. *Sepeliantur & mortui* (*hostes*. Ant. Jud. IV, 8. §. 24. *Edit. Hudson.*) Agamemnon Trojanos sepelit. *Iliados* H. (vers. 396. & seqq.) Antigonus Pyrrhum apud *Plutarchum*, (pag. 406.) Vide eundem in vita Thesei, (*pag.* 14. A.)

ADDITIO.

„Philippus bello consumtorum corpora sepul-„turæ tradidit, reliquiasque funerum ut ad sepul-„chra majorum deferrent ultro hortatus; *Iust. l.* „*9. c. 4.* idem *l. 6. c. 6. Sen. Thyest. v.* 10. 24. „*Marcellin.* 17. 1. *Thuan.* 36. *p.* 727. *Curt.* 5. 13. „*Liv.* 22. 7. *&* 25. 17. *Coquei ad Augustin. de Civit.* „*Dei c.* 13.

f) (Grot.) (MARCELLUM:) *Plutarchus* Marcello, (pag. 316. Adde CICERONEM *De Senect.* c. 20.)

„g) (SIDONIUM:) Aliquem de Pœnis aut sociis, „non Romanum, hostem. *Gron. b.*

h) (Grot.) (FACULTATEM TOLLENDI MORTUOS:) Vide *infra l. 3. c.* 20. §. 45.

„i) (ALIOQUI REI ULLI FUNEBRI:) *Levit.* 21. „1. & 11. qui mos etiam transiit ad Romanos „*Tacit.* 1. *An.* 62. *Vid. Gron. b.* Adde *Gellium l.* „10. *c.* 15. qui de Flamine diali loquitur: *mortuum* „*nunquam attingit funus, tamen exequi non est* „*religio.*

k) (Grot.) (INSEPULTUM SEPELIRE ETIAM JUBEBATUR:) Idem ex jure pontificio Romano *Servius* notat (ad *Æneid.* VI, 176.)

„l) (AD PAUPERES ALENDOS AUT AD CAPTI-„VOS REDIMENDOS &c.) Vid. *Socrat.* 7. 21. *& So-*„*zom.* 4. 27. *&* 8. 12. *Nov.* 7. *c.* 8.

„m) (INITIATA:) i. e. Deo consecrata.

„n) (VENDI LICITE EXISTIMAVERINT:) Quod „retulit Pontifex *in c. Aurum. q. 2. c. 12.*

„o) (SUNT QUIDEM EXEMPLA IN CONTRA-„RIUM:) Apud *Joseph. Bell. Jud. l. 5. c. 2.*

p) (Grot.) (DEFENDE FUROREM:) Interpretatur Servius, *inimicorum iram & post fata sævire cupientem.*

q) (DE

apud Claudianum. Diodorus Siculus: τὸ πολεμεῖν τῶν ὁμοφύλων τοῖς τεθνηκόσι θηριῶδες: *ferinum est bellum gerere cum mortuis qui ejusdem naturæ fuerint.* *De Bell. Gild 397. Biblioth. v. 29.*

§. IV.

1. [a] De insigniter tamen facinorosis video esse dubitandi causas. [b] Lex divina Hebræis data, ut omnis virtutis ita & humanitatis magistra, illos ipsos qui suspensi patibulo erant (quod [c] valde ignominiosum censebatur, Num. XXV, 4. Deut. XXI, 23. 2 Sam. XXI, 26.) [d] eodem die sepeliri jubet. Hinc Josephus tantum judæis ait esse curam sepulturæ, ut eos etiam quorum corpora ad publicum supplicium damnata sunt, ante Solis occasum tollant & humo mandent: *Bell. Jud. l. 4. Cap. 5. §. 2 Ed. Hudson.* & alii Hebræorum interpretes addant [e] exhibitam hanc reverentiam divinæ imagini ad quam homo sit conditus. Ægisthum, qui adulterium cæde regis cumulaverat, a regis interfecti filio Oreste humo mandatum [f] Homerus memorat Odysseæ tertio. Sed & apud Romanos [g] Ulpianus corpora eorum qui capitis damnantur cognatis ait neganda non esse: imo & quibuslibet petentibus danda censuit [h] Paulus Jurisconsultus [i] Et Diocletianus ac Maximianus Imperatores ita responderunt: *obnoxios criminum digno supplicio affectos* [k] *sepulturæ tradi non vetamus.* *Vers. 309. 310. leg. 1. ff. de cad. punit. L. 3 ib. L. 2. C. de relig.*

2. Legimus quidem in historiis exempla eorum [l] qui insepulti abjecti sunt, [m] frequentiora civilibus quam externis bellis: & hodie videmus quorundam damnatorum corpora [n] diu in publico conspectu relinqui: qui tamen mos an laudandus sit disputant, non Politici *Rochus de consuetud. fol. 12. Abb in ex parte. de sepult. Sylvest. in verb. sepultur. quæst. 13.*

a) (DE INSIGNITER FACINOROSIS:) Jure naturæ uti quodlibet jus hominis, ita hoc quoque in pœnam auferri, & corpus mortuum vel ad anatomen concedi, vel furcæ affigi potest. inprimis si exemplo aliis esse debet: Totum ergo hoc ad definitionem pœnæ spectat, eoque est juris civilis: Unde & hoc civile est, quod honesta aliquando sepultura in pœnam auferri soleat:

„b) (LEX DIVINA:) *Deut. 21. 23.*

„c) (VALDE IGNOMINIOSUM ERAT:) Maledicti „enim erant suspensi.

„d) (EODEM DIE SEPELIRI JUBET:) Fuit enim „hæc lex typus futuræ sepulturæ Servatoris. *Vid.* „*Gal. 3. v. 13.*

„e) (EXHIBITAM HANC REVERENTIAM DIVI„NÆ IMAGINI:) Adeoque lex hæc videtur mora„lis & perpetua, (cum habeat moralem causam & „perpetuam,) eoque immutabilis: Resp. etiam jus „morale in pœnam auferri potest. Sed & legem „hanc mere ceremonialem fuisse probat Osiander „*in not. ad h. §.*

„f) (HOMERUS ODYSSEÆ TERTIO:) Agame„mnon Patrueleio & Mycenarum seu Argivorum „regem occiderat, quum uxorem ejus Clytemne„stram pellexisset ad adulterium. *Gron. b.*

„g) (ULPIANUS:) *L. 1. de Cad. pun.*

„h) (PAULUS:) *L. 3. Eod.*

„i) (ET DIOCLETIANUS:) *L. 2. C. de relig.*

k) (Grot.) (SEPULTURÆ TRADI NON VETAMUS:) Hujus Romanorum moris mentio est apud *Philonem* contra Flaccum, (*pag.* 977. A.)

l) (Grot.) (QUI INSEPULTI ABJECTI SUNT:) Id ἀταφίᾳ ὑβρίζειν τὸν νεκρὸν dixit *Iosephus* in morte Judæorum regis Alexandri, (*Ant. Iud.* l. XIII. c. XV. §. 4. *Ed. Hudson.*) Adde Quintilianum declamatione quarta, (Cap. 9. *Ed. Burman.*)

„m) (FREQUENTIORA CIVILIBUS:) Ubi omnia „vi non jure agi solent.

„n) (DIU IN PUBLICO CONSPECTU RELINQUI:) „Ut nimirum aliis exemplo sint, quæ est secunda„ria pœnarum ratio:

litici tantum, [o] sed & Theologi.

3. Contra, laudatos videmus qui sepeliri jusserunt corpora eorum, qui id ipsum aliis non permiserant, ut [p] Pausaniam Lacedæmoniorum regem, qui incitatus ad Æginetis ut Persarum factum [q] in Leonidem simili facto ulcisceretur, consilium ut se ac Græco nomine indignum rejecit. Apud Papinium Theseus [r] Creontem sic alloquitur.

vade atra daturus
Supplicia, extremique tamen secure sepulchri.

Jos. Ant. Alexandrum quoque Jannæum Regem, qui in mortuos populares
13. c. 16. & Cori- valde contumeliosus fuerat, sepelierunt Pharisæi. Quod si Deus in-
on. terdum sepulturæ jactura quosdam puniit, [s] fecit hoc suo jure supra leges constitutus. Et quod Goliathi caput David servavit ostentui, [t] factum scilicet in alienigenam, Dei contemtorem, [u] & sub ea lege quæ proximi nomen ad solos Hebræos porrigebat.

§. V.

1. Unum tamen notatu non indignum de sepeliendis mortuis regulam apud ipsos Hebræos habuisse exceptionem eorum [a] qui ipsi sibi

„o) (SED ET THEOLOGI:) Vid. Osiander. *in* „*not. h. §.*

„p) (PAUSANIAM:) *Corn. Nep. in Paus. sub fin.*

„q) (IN LEONIDEM:) Xerxes ad Thermopylas „summa cum gloria mortui cadaver capite abscisso „in crucem sustulit. *Herod. l. 7. Gron. h.*

„r) (CREONTEM:) Qui Argivos victos & cæsos „in obsidione Thebarum sepultura prohibebat: „*Gron. h.*

„s) (FECIT HOC SUO JURE SUPRA LEGES CON-„STITUTUS:) Sensus est, quod Deus, etsi voluerit „ut homines inter se obligentur, sibi ipsi tamen „legem hanc non dixerit, sed arbitrium sibi in vi-„tam, corpus, bonaque hominum reservaverit. „*Vid. sup. l. 1. c. 1. §. 10. n. 6.* Conf. *indicem*, vo-„ce *Dei jus in hominem.*

„Exempla autem abjectorum corporum in sa-„cris Vide *Jos. 10. v. 27. 1. Reg. 17. 4 Reg. 4. & 24.*

„t) (FACTUM SCILICET IN ALIENIGENAM, DEI „CONTEMTOREM:) Et in terrorem hostium, sci-„licet Jebusæorum, qui adhuc arcem tenebant. „*Vid. Osiand. h.* adeoque ex utilitate publica.

„u) (ET SUB EA LEGE QUÆ PROXIMI NOMEN „AD SOLOS HEBRÆOS PORRIGEBAT:) De qua lege „vide *indicem* voce *proximus*: At verius est Davi-„dem id fecisse in terrorem hostium, adeoque li-„cite:

a) (QUI SIBI IPSI MORTEM CONSCIVERANT:) Autocheiria est verum homicidium, nec enim interest an quis alium an se interficiat, quia nec jus in se habet magis quam in alium. In poenam igitur sepultura his auferri potest, tum quia alia in defunctum poena statui nequit, tum ut eo exemplo alii ei simili facinore deterreantur: de quo late egimus supra *l. 2. c. 1. §. 8 & 9.*

Desinit vero Autocheiria 1) si majus inde bonum oriturum est, ut si quis ad defensionem patriæ, si ad servandum principem, ad salutem humani generis, mortem appetit. 2) Si æque periturus est, vel majori dolore, & infamia quo pertinet factum Raziæ *2 Macc. XIV.* 3) Pro conservando jure quod absque internecione sui servari nequit, ut pro pudicitia, honore &c. *Vid. l. 2. c. 1. §. 7.*

Exempla legum quibus insepulte abjiciebantur illi qui sibi manus inferebant vide apud *Quintil. decl. 4. & 335.* & late *apud Authorem h. §.*

ADDITIO.

„Quæritur, An poenam mereantur illi qui mor-„tem sibi ipsi consciverunt? Affirmatur: ejusque „rationes late exposuit B. Parens supra *L. 2. c. 1.* „§. 8.

„Equidem mirum est plerasque gentes, auto-„cheiriam non tantum pro licita habere, sed & „plurimos sapientissimorum philosophorum ipsos „in corpus suum sæviise: Stoici acerrime auto-„cheiriam defendisse late demonstravit Lipsius *in* „*Manud. ad philos. Stoic. 22.* quos solidissimis ra-„tionibus refutat *dissert. 23.* quanquam ipse *in epist.* „*22. cent. 2.* eam non improbare videatur: Exem-„pla Cleanthis, Chrysippi, Zenonis, Empedoclis, „Democriti, mortem sibi inferentium, exhibet „*Lactant. de falsa sap. c. 18.* Indorum philosophi „summæ

fibi mortem confciverant; quod [b] Iofephus nos docet. Nec id mirum, [c] cum in hos aliud fupplicium conftitui non poffit qui mortem pro fupplicio non habent. Sic [d] Milefiæ virgines a voluntaria morte abfterritæ, [e] & plebs olim Romana, quanquam improbante Plinio. Sic & [f] Cleomenis corpus, qui fe interfecerat Ptolomæus

Lib. 3. c. 8. §. 5. Ed. Hudf. de Bell. Jud. Hegef. libro 3. c. 17. Gel. l. 15. cap. 10. P.ut de mulier virt T. II. pag. 249. Plinius lib. 36. c. 15. Plutar. Ag. & Cleom. vit. pag. 823.

„fummæ fibi gloriæ duxere publice mori, *Plutb. in vit. Alex. M.* quo pertinet exemplum Calani „& Zamari, quorum prius recenfet *Ælianus Var.* „2. 41. 5. 6. pofterius *Dio. Hift. l. 54. p. 527.*

„Relationes & itineraria Indica fidem faciunt „autocheiriam apud Indos & Americæ populos „partem religionis effe; Ibi enim uxores & fervi „fibi ipfis mortem inferunt in funere mariti vel „heri: Gentiles coram idolo ventrem fibi cultro „aperiunt &c. *Vid. le voyage de Loubere t. 1. p.* 384.

„Sed & exempla Lucretii, Titi Pomponii, Attici, Cleombroti, Catunis, exftant *apud Aug. de* „*civ. Dei l. 7. c. 22. Senec. ep. XIII.* De Bruto, „Peregrino, Demonaxe, *Vid. Plutarchum in vit. Brut.* „*p.* 1002. *Lucianum,* aliusque apud *Gothofr. ad L.* „*3. §. 6. ff. de bon. eor.*

„Mirum denique inter Chriftianos quoque inveniri qui crimen hoc defendunt, quo pertinet Donnius &c. *Vid. Act. erud. Lipf. Menf Maj.* 1701. *p.*234.

„Caufam hujus opinionis nullam aliam fuiffe „puto quam dogma de transmigratione animarum, „ex ea enim doctrina inferri poteft, hominem qui „ob perpetuos dolores, vel alias ob caufas tædio „vitæ captus finem vitæ fuæ imponit, fuo bono „confulere, quia fperat animam mox in aliud „robuftius corpus transituram, & feliciorem con„ditionem obtenturam effe. Hanc enim ratio„nem allegare folent ipfi gentiles, & præcipue In„diæ philofophi; Ita enim Xaverio rem explicat „facerdos Japonenfis, apud *P. Bouchet. p. 98. Les* „*hommes a proprement parler ne meurent point,* „*l'ame fe degage feulement du corp ou elle etoit en*„*fermè, & tandis que ce corps pourrit dans la terre,* „*elle en cherche un autre frais & vigoureux, ou* „*nous renaiffons tantot avec le fexe le plus noble,* „*tantot avec le fexe imparfait:* Servi in Infula Bar„badum commorantes præcipitare mortem folent „ob fpem redeundi poft mortem in patriam. *Hift.* „*des isles des Barbades pag. 86.*

„Injurii autem admodum funt in legislatores „Romanos qui afferunt eos autocheiriam licitam fta„tuiffe: Contrarium diferte traditur in *L. 13. ff.* „*ad Leg. Aquil.* ubi afferitur neminem effe „membrorum fuorum dominum: Neque contra„rium ex eo probatur quod bona illorum, qui „tædio vitæ, vel impatientia doloris, vel ob filii „obitum, fibi mortem confcivetunt, publicari non „debeant: *L. 3. § 4. & 6. ff. de bon. eor. L. 34. ff.* „*de teft. mil. l. 6. §. 7. injuft. teftam.* nam hoc „ideo merito ftatutum eft, quia publicatio bono„rum magis pœna effet intuitu fucceflorum, quibus „fine eorum culpa bona aufferrentur: Sane hodie „omnes publicationes bonorum, paucis criminibus „exceptis, fublatæ funt, *O. Cr. art.* 135. quis vero „inde concludet omnia illa crimina hodie licita „effe? Alia igitur quæftio eft an autocheiria „licita fit, quod adeo non ftatuerunt JCti Romani, „ut potius paffim id apud eos improbetur: alia „an bona eorum publicentur; hoc negant JCti, „& merito, quia magis fucceffores punirentur:

„Equidem allegari in contrarium folet *L. 9. §.* „*7. ff. de pecul.* ubi diferte traditur fervum natu„raliter in corpus fuum fævire poffe. At alibi di„ximus quæftionem ibi proponi an dominus da„mnum a peculio fervi deducere poffit, fi ipfe „in corpus fuum fævit. Refpondet JCtus, dedu„cere eum in præjudicium creditorum id non pof„fe; additque rationem *quia fervo naturaliter in* „*corpus fuum fævire licet;* naturaliter igitur i. „e. juxta facultatem mere naturalem id fervo „licet, non jure: Nam ea quæ facti funt „fervus retinet, adeoque & facultatem illam „naturalem in corpus fuum fæviendi: Cum ergo „huc factum fervus fibi refervaverit, illudque per „naturam in domini poteftatem transferre non po„tuerit, neceffario inde fequitur, dominum damnum „quod ex illo facto procedit ex peculio fervi, in „præiudicium reliquorum creditorum fervi, dedu„cere non poffe: jus enim dominii non impedit „quo minus de facto fævire in corpus fuum poffit: „fenfum hujus legis latius explicavi in jure meo „controverfo *Tit. De Pecul. quæft. 14.*

„*Infta* Servus eft in patrimonio domini, adeoque „dum fe occidit, bonis ejus aliquid decedere videtur, „i. e. damnum ei facto fervi datur: Refp. Servus qui „facultate naturali utitur, non intelligitur damnum „dare, etfi conditio alterius inde deterior fiat, *arg.* „*l. 24. §. f. ff. Damn. infr.*

„*b*) (JOSEPHUS:) *De bell. jud. 3 14.*

„*c*) (CUM IN HOS ALIUD SUPPLICIUM CONSTI„TUI NON POSSIT:) Vera ratio eft, ut alii inde de„terreantur:

„*d*) (MILESIÆ VIRGINES:) *Vid. fupr. Lib. 2,* „*c. 1. §. 8.*

e) (Grot.) (ET PLEBS OLIM ROMANA:) *Servius* ad 12. Æneidus: *Sane fciendum quod cautum fuerat in Pontificalibus libris, ut qui laqueo vitam finiffet infepultus abjiceretur. Unde merito ait* INFORMIS LETHI, *quafi mortis infamiffime. Ergo cum nihil fit hac morte deformius, Poëtam etiam pro Reginæ dignitate dixiffe accipiamus. Caffius autem Hemina ait Tarquinium Superbum, cum cloacas facere populum coëgiffet, & ob hanc injuriam multi fe fufpendio necarent, juffiffe corpora eorum cruci affigi. Tunc primum turpe habitum eft mortem fibi confcifcere,* (ad verf 603.)

„*f*) (CLEOMENIS CORPUS:) At non id ideo fa„ctum quod in fe fæviffet, verum ex odio quod

Nic 5. 15. us suspendi jussit. g Et passim receptum, ait Aristoteles, ut ignominia aliqua afficiantur qui sibi mortem consciverunt: ubi Andro- Pag 351. nicus Rhodius id exponens ait, sepultura eorum corpora prohiberi, Orat 61. pag. 592. D. quod inter alia Demonassæ Cypri Reginæ scita laudat Dion Chrysostomus. Neque huic mori obstat quod Homerus, Æschylus, Sopho- Vide Stob. tit 116. & Soph. Ajace. cles, Noschio, & alii monent h nihil sentire mortuos: quare nec damno nec pudore affici. i Satis enim est id quod mortuis accidit a vivis metui, ut hoc pacto a peccato retrahantur.

2. Optime enim k Platonici contra Stoicos, & si qui alii servitutis & morbi fugam, imo & spem gloriæ pro justa causa mortis voluntariæ admittebant, sentiunt retinendum animum in custodia corporis, l nec injussu ejus a quo ille nobis est datus ex hac vita dimigrandum, quam in rem m multa videre est apud Plotinum, Olympiodorum, & Macrobium ad somnium Scipionis. Hanc sententiam secutus Brutus olim Catonis factum, quod imitatus postea est, n damna- Plut. Vit Brut. p. p 1002. E. verat ὡς οὐχ ὅσιον οὐδ' ἀνδρὸς ἔργον ὑποχωρεῖν τῷ δαίμονι, καὶ μὴ δέχεσθαι τὸ συμπίπτον ἀδεῶς, ἀλλ' ὑποδιδράσκειν: *quippe nec pium censens nec virile cedere fortunæ, & imminentia adversa, quæ ferenda fortiter erant, subter-* Strab. 15. p. 718. *fugere.* Et Megasthenes notabat ab Indorum sapientibus reprehensum o Calani factum, neque enim eorum placitis probari p talem exitum hominum vitæ impatientium. Nec aliena Persarum ut videtur Lib. 5. c. 12. sententia, quorum rex Darius apud q Curtium: *alieno scelere, quam meo mori malo.*

3. Ideo

„rex Spartanus exul, & se non dimitti videns, con„spirationem contra Philopatora fecerat, & sedi„tionem cœptaverat. *Gron. h.*

g) (Grot.) (ET PASSIM RECEPTUM:) Athenis *Æschinis* tempore ejus qui se interfecisset manus seorsim a corpore sepeliebatur. *Æschines* in Ctesiphontem, (*pag.* 309. E.) Adde *Hegesippum* lib. III, cap. 17.

„h) (NIHIL SENTIRE MORTUOS:) Nec mor„tuorum causa pœna hæc statuta est, sed vivorum, „ut illi deterreantur:

„i) (SATIS ENIM EST:) Nam secundaria pœnæ „ratio est, exemplum. *Cap. seq.* §. 9.

„k) (PLATONICI CONTRA STOICOS:) Late id „probat Lipsius *in Manud. ad Stoic. phil. l. 3. dis„sert. 22. & 23.*

„l) (NEC IN JUSSU EJUS:) Nam homo non „sibi nec sui causa est creatus sed in gloriam sui „Creatoris: injussu igitur hujus stationem deserere „nequit.

„m) (MULTA VIDERE EST:) Quæ late cumu„lavit *Lipsius d. differt.* 23.

n) (Grot.) (DAMNAVERAT:) Et Philosophorum non pauci extra Stoicos. *Seneca* epist. LXX. *Invenies etiam professos sapientiam, qui vim afferendam vitæ suæ negent, & nefas judicent ipsum interemtorem sui fieri. Expectandum esse exitum quem natura decrevit.* Procopius Gothicorum IV. βίαιος καταστροφὴ αἰσχυντὸς καὶ ἄνοια προπετὴς, τὸ δὲ εἰς θάνατον θρασὺς, αἰόντεν τοῦτο δραστηρίου πρόχημα οὐκ εὐπρεπὲς τοῖς γε σώφροσιν εἶναι δοκεῖ. καί τοι καὶ τοῦτο ἐκλογίζεσθαι χρὴ, μή τι δόξητε εἰς τὸ θεῖον ἀγνωμονεῖν, *Violentus vitæ exitus res inutilis & plena insipientis impetus, & illa in mortem fervens audacia, consilio cum careat, prudentibus judicatur immerito sibi fortitudinis nomen usurpare. Tum vero & illud cogitandum ne in Deum sitis ingrati.* (Hist. [illegible] Cap. 12.)

„o) (CALANI FACTUM:) Qui præsente Alexan„dro ejusque exercitu, ut ostenderet contemptum do„loris & mortis, vivus ultro in rogo se cremari„dum præstitit: *Ælian. Var.* 2. 41. 5. 6 *Qu. Curce „de Vaugelas p.* 564.

p) (Grot.) (TALEM EXITUM HOMINUM VITÆ IMPATIENTIUM:) Idem Arabibus visum, non minus quam Indis & Persis, ex *Jobo* discas 3, 21.

„q) (CURTIUM:) *L.* 5. *c.* 11.

3. Ideo Hebræi mori vocabant ἀπολύεσθαι, id est *dimitti*, ut videre est non tantum Luc. II, 29; sed & in Græca versione, Gen. XV, 2. & Num. XX. in fine; quod genus loquendi & Græcis usitatum. Themistius de anima: ἀπολύεσθαι τὸν ἀποθνήσκοντα, καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν: *cum qui moritur ajunt dimitti, & mortem dimissionem vocant.* Apud Plutarchum in consolatione legimus hoc sensu: ἕως ἂν [d] ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς: *donec Deus ipse nos dimittat.* Pag. 108, C. Tom. II Ed. Wech.

4. [s] Nonnulli tamen Hebræorum de lege se non interficiendi unam causam excipiunt, tanquam εὔλογον ἐξαγωγὴν, [t] si quis videat se deinceps victurum in probrum ipsius Dei. Nam [u] quia non nobis sed Deo in vitam nostram jus esse statuunt, (ut recte Josephus suos Bell. Jud. lib. 3. c. 8. §. edocet) existimant præsumtam Dei voluntatem solam esse quæ mortis anticipandæ consilium obsolvat. [v] Atque huc referunt Samsonis exemplum, qui in suo corpore veram religionem videbat esse derisui, & [w] Saulis qui gladio incubuit, ne a Dei suisque hostibus illuderetur; [x] nam hunc resipuisse volunt postquam Samuelis umbra mortem ipsi prædixerat, quam gnarus sibi imminere si pugnaret, prælium pro patria & Dei lege non detrectavit, æternam inde laudem meritus Davidis etiam præconio: a quo & ii qui Saulem cum honore sepelierant, recte facti testimonium retulerunt. Tertium est exemplum [y] Razis Hierosolymitani senatoris, in historia Maccabaica. Sed & in Christiana historia exempla legimus similia eorum qui mortem sibi intulerunt [z] ne tormentis adacti Christi religionem ejurarent,

(Margin: c. Ed. Iudic. — 1 Sam. 31, 4. — 2 Macc. 15, 37.)

[aa] &

„r) (DIMITTI:) Scilicet ab eo qui Author vitæ „est, at non dimittitur qui vitæ suæ vim infert.

s) (Grot.) (NONNULLI TAMEN HEBRÆORUM:) Variasse Hebræorum super hac quæstione sententias, cognoscas ex Josepho, ubi (*De Bell. Jud.* 1, 11. p. 732.) de morte Phasaëlis & de deliberatione Herodis (*Ant. Iud.* XVII. 9. p 599. B.) agitur. Judæi ad Petronium, Philone recitante: ἀνακερασόμεθα τὸ ἴδιον αἷμα κατασφάξαντες ἑαυτοὺς. ἀποθανόντων τὸ ἐπίταγμα γενέσθω. Μέμψαιτ' ἂν οὐδὲ θεὸς ἡμᾶς, ἀμφοτέρων στοχαζομένους, καὶ τῆς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα εὐλαβείας, καὶ τῆς πρὸς τοὺς καθωσιωμένους νόμους ἀποδοχῆς· γενήσεται δὲ τοῦτο, ἐὰν ὑπεξστῶμεν ἀβιώτου βίου καταφρονήσαντες: *miscebimus inter nos sanguinem, morte sponte sumta. tum mortuis ista imperentur. Ne Deus quidem nos culpet in duo intentos, ut & Imperatorem revereamur & sacratas leges custodiamus. Id autem ita demum efficere dabitur, si abeamus hinc contemta vita minime vitali.* (De Legat. ad Cajum, pag. 1026. B. C.)

„t) (SI QUIS VIDEAT DEINCEPS SE VICTURUM „IN PROBRUM DEI:) Imo nunquam in opprobrium Dei vivit, qui innocens infamiam patitur; „adeoque hæc ratio non sufficit, neque eo referri „exempla allegata possunt.

„u) (QUIA NON NOBIS SED DEO IN VITAM „NOSTRAM JUS ESSE:) Hoc thema passim tractat „Author. *Vid. L.* 2. *c.* 21. §. 11. *n.* 2. & §. 14. *n.* 1. „*L.* 3. *c.* 11. §. 6. & *L.* 2. *c.* 20. §. 43. *n.* 2. *L* 1. *c.* 3. „§. 3. *n.* 1.

v) (ATQUE HUC REFERUNT SAMSONIS EXEMPLUM:) Justitia hujus facti non in eo consistit quod Samson in probrum Dei victurus fuisset, sed quod obeundo mortem & patriæ prodesset, & ulcisceretur inimicos. Fecit ergo Samson quod Decii, quod Scævola &c. fecerunt, & quod omnes milites, qui in hostium tela ruunt, iisque se suamque vitam exponunt, dum patriam defendunt: Ad. *Iudic.* 16. 30.

w) (SAULIS:) Hoc factum ideo licitum erat, quia majori dolore ac infamia periturus erat:

„x) (NAM HUNC RESIPUISSE VOLUNT:) Alii „negant ex 1 *Paralip.* 11. *v.* 12. &. 13. *Tesm. h.* „Quicquid sit factum hoc ex alio capite defendi„tur:

y) (RAZIS:) Hic æque periturus erat, adeoque licite prævenit: accedit quod exemplum hoc desumtum sit ex Apocrypho. 2 *Macc.* 14. *f.*

z) (Grot) (NE TORMENTIS ADACTI CHRISTI RELI-

[aa] & virginum quæ [bb] ne pudicitiam amitterent in flamen se jecerunt, quas & [cc] in martyrum censum Ecclesia retulit. Sed de his tamen [dd] quid Augustinus sentiat videre est operæ pretium.

Lib. 1. de Civit. Dei, cap. 26. Epist. 61. ad Dulc. & l. 2. c. 23. contra secund. Gaud. epist. Diod. lib. 16. c. 25. Pag. 318. C.

5. Alteram quoque exceptionem apud Græcos obtinuisse video, quam Locri opponebant Phocensibus ὅτι παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι κοινὸς νόμος ἐςὶν ἀτάφυς ῥίπτεϑαι τὼς ἱεροσύλυς *communem Græcis omnibus morem esse* [ee] *ut sacrilegi insepulti abjiciantur.* Sic & Dion Prusaensis Rhodiaca [ff] τῦς ἀσεβεῖς καὶ ἀνοσίυς ait sepultura orbari. Idem Athenis [gg] in proditores constitutum narrat Plutarchus Antiphonte. Sed ut

RELIGIONEM EJURARENT:) Vide *Eusebium*, (Hist. Eccl. Lib. VIII. Cap. 12.)

ADDITIO.

„Adeoque æque, quin gravius perituri fu ssent, „si ejurassent.

aa) (ET VIRGINUM:) Merito laudanda est virgo quæ se puram integramque tuetur morte, uti „enim alium ita & se occidere potest si aliter tueri se nequit: Nec obstat quod oemo sit membrorum dominus: Resp. Hactenus est dominus ut illud conservare possit etiam a fœditatibus.

Atque hac ratione factum Lucretiæ probari posset, si violationem prævenisset, at violatione peracta & re patrata difficilior decisio videtur:

ADDITIO.

„Si dicendum quod res est, ante patratum cri- „men arma se se interficiendi deficiebant :re patrata „vivere absque infamiæ nota non poterat, vix „fidem inventura fuisset si allegasset se vi metu- „que infamiæ a Sexto violatam fuisse, ad famæ „igitur defensionem se ipsam interfecit.

bb) (Grot.) (NE PUDICITIAM AMITTERENT:) Narrat *Cicero* nobilissimas virgines se in puteos abjecisse, & morte voluntaria nefariam turpitudinem depulisse, oratione de provinciis consularibus, (*Cap.* 3.) Tale est & quod de Milesiis virginibus memorat *Hieronymus* adversus Jovinianum, (*Lib.* I. pag. 48. Tom. II. *Ed. Basil*) & epigramma vetus *Anthologiæ* lib, III. 29. tit. de juvenibus, incipiens ᾠχόμεθ' ὦ Μίλητε. Narrant & Judæi feminam in navi ad stuprum expetitam, cum a marito quæsisset an & mari mersa corpora essent resurrectura, isque id affirmasset, jecisse se in mare. Christianarum autem mulierum plurima sane habemus exempla. Feminarum Antiochenarum sub Diocletiano: Sophroniæ sub Maxentio, in *Martyrologiis*, *Zonara*, (Lib. XII. Cap. 33.) *Sexto Aurelio.* Alias Antiochenas sub Chosroë addit *Procopius* Persicorum II. (*Cap.* 8) Laudat virgines, quæ morte pudorem servarent, *Ambrosius* (*de Virginib.* Lib. III. p. 97. *Edit. Paris.* 1566.) *Hieronymus* in commentariis ad finem capitis primi Jonæ: *Unde & in persecutionibus non licet mihi propria perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur.* (Vide quæ diximus in Libro Gallico *De doctrina Morali Patrum Eccl.* Cap. XV. §. 7, & seq. *J. B.*)

„*cc*) (IN MARTYRUM CENSUM:) De Pelagia „vide *Ambros. l. 3. de Virgin. Euseb.* 8. 24. de no- „bili quadam Vidua Antiochiæ *Cedren. f.* 210. *n.* „t. *Niceph. l. 7. c.* 21. *Tom. L.*

dd) (Grot.) (QUID AUGUSTINUS SENTIAT:) Cui addere licet *Chrysostomum* in Gal. 1, 4. (Tom. III. pag. 714.) & *Concilium Aurelianense III. Oblationes defunctorum qui in aliquo crimine fuerint interemti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse.* Et tamen is ipse *Augustinus* lib. 1, de Civitate Dei c. 16: *At per hoc & quæ se occiderunt ne quicquam hujusmodi paterentur, quis humanus affectus eis nollet ignosci? Capitulare* autem *Francicum* libro VI. 70. *De eo qui semet ipsum occidit aut laqueo se suspendit, consideratum est, ut siquis compatiens velit eleemosynam dare, tribuat, & orationes in psalmodiis faciat: oblationibus tamen & missis ipsi careant: quia incomprehensibilia sunt judicia Dei, & profunditatem consilii ejus nemo potest investigare.* Vide & ibidem VII, 344.

ADDITIO.

„Verba Augustini hæc sunt, *de his nihil temere* „*audeo judicare. Utrum enim ecclesiæ aliquibus* „*fide dignis testimoniis, ut eorum memoriam sic ho-* „*noret, divina persuaserit autoritas, nescio, & fie-* „*ri potest ut ita sit.* Conf. *Augustin. de Civ. Dei.* „*l. 19. 26. & 27. & c 9. caus. 23. q. 5.*

„*ee*) (UT SACRILEGI:) In pœnam jura naturæ „auferri posse, nedum jus sepulturæ, diximus „supra:

„*ff*) (τὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀνοσίυς:) Impios & „profanos.

gg) (Grot.) (IN PRODITORES:) At *Nicetas* libro III, vitæ Alexii fratris Isaaci, (*Cap.* 7.) cum narrasset mortem Johannis Comneni Crassi, qui per seditionem imperium affectaverat, sic loquitur: μετὰ δὲ τὸ σῶμα ἐκεῖθεν ἀρθὲν, κυσὶ καὶ ὄρνισι βορὰ παρατίθεται· ὃ καὶ θηριῶδες μακρῷ καὶ ἀπαν-

ut ad institutum me recipiam [hh] ob negatam sepulturam bellum juste suscipi censuerunt veteres consensu magno, ut [ii] ex illa Thesei historia apparet; quam tractant Eripides dicta tragoedia Supplicibus, [kk] & Isocrates eo quem adduximus loco. *Tom II. p. 834. A.*

§. VI.

[a] Sunt & alia quædam [b] quæ ex jure gentium voluntario debentur, [c] ut longo tempore possessa, [d] successiones ab intestato, [e] & quæ ex contractu quantumvis inæquali veniunt: [f] Nam hæc omnia, quanquam ex jure naturæ ortum aliquatenus habeant, [g] accipiunt tamen ex humana lege firmitatem quandam [h] sive adversus conjectura incertas, [i] sive adversus exceptiones quasdam quas alioqui ratio natu-

ἀπάνθρωπον ἅπασιν ἐδόκει· *Post corpus inde ablatum, canibus & avibus esca ponitur: quod ab humanitate alienum ac pene ferinum omnibus videbatur.*

hh) (OB NEGATAM SEPULTURAM BELLUM JUSTE SUSCIPI: &c.) Hoc necessario infertur ex illo principio, quod sepultura sit jus humanitatis, quo violato cuique genti jus sit injuriam vindicandi.

„*ii*) (EX ILLA THESEI HISTORIA:) Thebani „inducias ad humandos mortuos concedere no„luerunt.

„*kk*) (ET ISOCRATES EO QUEM ADDUXIMUS „LOCO:) *Supra.* §. 1. *n.*3.

„*a*) (SUNT ET ALIA QUÆDAM:) Præter secu„ritatem quæ jure Gentium *Legatis* debetur. *vid.* „*cap.* 18. & præter *sepulturam* quæ mortuis debe„tur. *vid. supr.* §. 1. *seq.*.

„*b*) (QUÆ EX JURE GENTIUM VOLUNTARIO „DEBENTUR:) Adeoque non ex jure naturæ sive „sociali sive laxiuri, sed ex placitu gentium: At „diximus tale placitum non existere:

„*c*) (LONGO TEMPORE POSSESSA:) Author „enim supra dixit jure gentium voluntario indu„ctam esse hanc legem, ut possessio memoriam „excedens non interrupta, nec provocatione ab ar„bitrium interpellata, dominium transferret *L.* 2. „*c.* 4. §. 9. At ibidem demonstravi præscriptio„nem immemorialem nec jure naturæ, nec jure „illo ficto gentium cognitam esse:

„*d*) (Grotius) (SUCCESSIONES AB INTESTATO:) „jure naturæ liberis deberi successionem paren„tum statuit, idque ex jure alendi deducit *l.* 2. *c.* „7. §. 3. & 8. at omnes reliquas successionum spe„cies officiu quidem congruere ait, at non esse ne„cessarias: *d. c.* 7. §. 3 & §. *11. n.* 1. sed jure Gen„tium demum introductas esse, indeque ex diver„sis causis voluntatem humanam moventibus va„riare. *L.* 2. *c.* 7. §. *11. n.* 1.

„*e*) (ET QUÆ EX CONTRACTU QUANTUMVIS IN„ÆQUALI:) Jure naturæ enim ex omni inæquali„tate reparandi necessitatem oriri putat, at jure „Gentium exceptum esse casum si inæqualitas non „est magna, & hoc casu inæqualitatem, ubi nec „mendacium intercessit, nec ejus quod dictum „oportuit reticentia, in actionibus exterioribus „pro æqualitate haberi, *L.* 2. *c.* 12. §. 26.

„*f*) (NAM HÆC OMNIA QUANQUAM EX JURE „NATURÆ ORTUM ALIQUATENUS HABEANT:)(1) Præ„scriptionem enim immemorialem deduxit ex illa „præsumtione, quod ille qui longo tempore rem „suam non repetit, eam derelinquere videatur. „*d. l. c.* 4. §. 9. (2) Successiones collateralium ex „alia præsumtione firmat, quod defunctus, qui cum „potuit voluntatis suæ testationem vivus non edi„dit, videatur voluisse relinquere bona ei quem „magis amavit. *L.* 2. *c.* 7. §. 3. *seq.* (3) Debitum „ex inæqualitate leviori etiam ex naturali æqui„tate posse subsistere putat, ob incerta rerum pre„tia, & ut evitentur controversiæ inexplicabiles „inter eos qui communem judicem non habent. „*L.* 2 *c.* 12. §. 26. *n.* 3.

„Verum hæc gratis finguntur: alibi enim de„monstravimus (1) longi temporis possessionem „nullum jus in re aliena tribuere: (2) Successiones „collateralium jure naturæ incognitas esse: (3) „Quod ex contractu inæquali promissum est de„beri ipsu jure naturæ, nec demum ex jure Gen„tium firmitatem accipere.

„*g*) (ACCIPIUNT TAMEN EX HUMANA LEGE „FIRMITATEM QUANDAM:) Ita ut jam lege quo„que inducta sit obligatio. *L.* 2. *c.* 4. §. 9 Atque „hoc est quod Author alibi dixit, jus gentium ali„quid super addere juri naturæ: quod examinavi„mus *supra c.* 18. §. 1.

„*h*) (SIVE ADVERSUS CONJECTURAS INCER„TAS:) Quibus juxta hypothesin Authoris nititur „& longa possessio, & successio ab intestato: prius „late explicavit *d. l.* 2. *c.* 4. §. 5. *n. f.* §. 6. & 7. „*junct.* §. 9. posterius in *L.* 2 *c.* 7. §. 3. §. 9. *junct.* „§. 11. Quæ in allegatis locis satis refutata sunt.

„*i*) (SIVE ADVERSUS EXCEPTIONES QUASDAM) „Quas contra contractum inæqualem ratio natura„lis suggerit; In genere enim *omnem inæqualita„tem* in contractibus jure naturæ resarciendam esse „statuit

naturalis videtur fuggerere: ut [k] fupra obiter a nobis de jure naturæ agentibus oftenfum eft.

CAPUT XX.

De Pœnis.

I. *Pœna definitio & origo.*
II. *Spectare pœnam ad juftitiam expletricem & quomodo.*
III. *Pœnam certæ perfonæ naturaliter non deberi, fed exigi pœnam licite, quoad jus naturæ, ab eo qui paria non deliquerit.*
IV. *Pœnam utilitatis alicujus caufa exigendam inter homines aliter quam apud Deum, & quare.*
V. *Quo fenfu ultio naturaliter fit illicita.*
VI. *Utilitas pœnæ triplex.*
VII. *Pœna ad utilitatem ejus qui deliquit: eamque a quolibet exigi naturaliter, cum diftinctione tamen:*
VIII. *Item ad utilitatem ejus in quem peccatum eft; ubi de ultione licita jure gentium:*
IX. *Item ad utilitatem quorumlibet.*
X. *Quid lex Evangelica circa hanc materiam conftituerit.*
XI. *Solvitur argumentum fumtum a Dei mifericordia in Euangelio patefacta.*
XII. *Et a præcifione pœnitentiæ.*
XIII. *Rejiciuntur imperfectæ divifiones pœnarum.*
XIV. *Chriftianis privatis non effe tutum pœnam exigere, etiam ubi jure gentium id liceat:*
XV. *Aut fponte ad accufationem profilire:*
XVI. *Aut judicia capitalia affectare.*
XVII. *Leges humanæ quæ interfectionem ad pœnam permittunt an jus dent, an impunitatem folam diftinctione explicatur.*
XVIII. *Actus internos non effe punibiles inter homines.*
XIX. *Nec actus externos quos fragilitas humana nequit vitare:*
XX. *Nec actus quibus focietas humana nec directe, nec indirecte læditur: cujus rei caufa redditur.*
XXI. *Rejicitur fententia ftatuens ignofcere nunquam licere.*
XXII. *Oftenditur id licere ante legem pœnalem:*
XXIII. *Non tamen femper.*
XXIV. *Etiam poft legem pœnalem.*
XXV. *Quæ ad id faciendum probabiles caufæ intrinfecæ.*
XXVI. *Quæ extrinfecæ.*
XXVII *Refellitur fententia ftatuens nullam effe juftam caufam difpenfandi, nifi quæ per modum exceptionis tacita infit legi.*
XXVIII. *Pœnæ taxatio ex merito.*
XXIX. *Spectari hic caufas impellentes, quæ inter fe comparantur.*
XXX. *Item caufas quæ a peccando abftrahere debuerant: ubi de gradibus præceptorum decalogi, quæ proximum tangunt, & alia quædam.*
XXXI. *Item aptitudinem peccantis ad utrumque quæ varie fpectatur.*
XXXII. *Meritum pœnæ extendi poffe ad majus nocumentum quam quod peccans intulit: & quare.*
XXXIII. *Rejicitur fententia de proportione harmonica in pœnis.*
XXXIV. *Minui pœnam ex caritate nifi major caritas obftet.*
XXXV. *Facilitas peccandi quomodo ad pœnam incitet: item confuetudo peccandi quomodo ad pœnam incitet, aut ab ea retrahat.*
XXXVI. *Clementiæ ufus ad poenas minuendas.*
XXXVII. *Ad fuperiores locos referuntur quæ Hebræi & Romani in pœnis fpectari volunt.*
XXXVIII. *De bello ad pœnam.*
XXXIX. *An juftum fit bellum ob delicta inchoata, diftinctione explicatur.*
XL. *An reges & populi bellum recte inferant ob ea quæ contra jus naturæ fiunt, non tamen adverfus ipfos ipforumve fubditos, explicatur, rejecta fententia ftatuente naturaliter ad pœnam exigendam requiri jurisdictionem.*
XLI. *Difcernendum jus naturæ a moribus civilibus late receptis:*
XLII. *Et a jure divino voluntario non omnibus cognita.*
XLIII. *In jure naturæ difcernenda manifefta a non manifeftis,*
XLIV. *An ob delicta in Deum bellum fufcipi poffit.*
XLV. *Notitia de Deo maxime communes quæ, & quomodo primis decalogi præceptis indicentur.*
XLVI. *Qui has primi violant puniri poffe.*
XLVII. *Non item alios, quod oftenditur argumento legis Hebrææ.*
XLVIII. *Bella jufte non inferri iis, qui Chriftianam religionem amplecti nolunt:*
XLIX. *Jufte inferri iis, qui Chriftianos ob folam religionem crudeliter tractant:*
L. *Non etiam his, qui circa legis divinæ interpretationem hallucinantur: quod auctoritatibus & exemplis illuftratur.*
LI. *At illis jufte, qui in Deos quos putant impii funt.*

§. I.

„ftatuit *l. 2. c. 12. §. 12.* At has exceptiones inæqualitatis jure gentium non attendi ait, fi modica fit inæqualitas, ob incertitudinem pretii: *d.* §. 26. adeoque ex hypothefi Authoris jus „Gentium firmat id quod ex naturali æquitate ortum aliquatenus habet:

„*k*) (UT SUPRA OBITER A NOBIS DE JURE NATURÆ AGENTIBUS:) Singula loca modo notavi.

§. I.

(Ad §. 1.) Antequam ad interpretationem Authoris accedamus, nostra principia præmittere necessarium esse duximus.

PROPOSITIO I.

POENA *est privatio juris vel boni alicujus propter culpam. Posit. XII.*

DEMONSTRATIO.

Alii definiunt poenam *vindictam noxæ*, seu *omnium delictorum coërcitionem.* Grotius cum Philosophis eam definit, *malum passionis propter malum actionis.* Nos dicimus esse *privationem juris vel boni nostri propter culpam.*

In hac definitione duo sunt, (*a*) Materia poenæ, (*b*) ejus forma. *Materia* poenæ consistit in privatione juris vel boni nostri: quia scilicet nobis aufertur tantumdem ac alii abstulimus, & nos privamur pari jure, quo alterum privavimus.

Notamer vero addimus *privationem boni:* Poenæ enim, inprimis corporis afflictivæ, & quæ parentibus in liberis inferuntur, (ut in crimine læsæ majestatis,) proprie non sunt privationes juris nostri, quia nec corpora nostra, nec liberi in jure nostro sunt, adeoque rectius privatio *boni* hæc poena dicitur, utpote cum ea voce omnia veniant, quæ nobis jucunditatem afferunt, adeoque quarum privatione dolore afficimur.

Forma poenæ in eo consistit, ut jure nostro privemur *propter culpam*, i. e. propter factum aliquod illicitum, ex quo alii injuria infertur, quod Philosophi malum actionis vocant. Ex hac enim culpa oritur obligatio non tantum ad reparandum damnum culpa illa datum, de quo supra *cap. 17.* sed & ad reparandum injuriam alii per eam culpam illatam, quæ poena dicitur seu talio, cujus tota proinde ratio in eo consistit, ut mensuretur id, quod ablatum est læso, cum eo, quod auferendum est lædenti.

Ubi igitur culpa, delictum, seu mala actio non est, ibi non est poena, quia formale poenæ deficit, scilicet malum actionis: Unde malum, quod liberi patiuntur propter delicta parentum, non est poena in liberis, sed eodem modo id malum patiuntur, uti quamlibet calamitatem, in quam natura moderante incidunt.

PROPOSITIO II.

Natura ob quamvis culpam homo obligatur ad talionem, quæ est æstimatio vel pensatio mali, quod illatum est,

DEMONSTRATIO.

Si quis *ex proposito* jus alteri facto suo illicito aufert, certum est jus illud in priorem statum esse restituendum, quia injuria durat, quamdiu jus alteri ablatum plenarie restitutum non est. Idque verum est, sive injuria facta sit in bonis, sive in corpore, vita, fama, aliisque juribus: Sed & supra diximus, idem obtinere si non ex proposito sed *negligentia* nostra jus alii auferatur: hæc enim culpa, etiam levissima, jure naturæ verum delictum est: Nam cum omnis nostra agendi facultas limitetur ex voluntate Creatoris, necessario sequitur, quod ei contrariatur injuriam esse, quæ tamdiu durat, donec contrarietas illa tollatur: Deus autem nobis intellectum dedit quo prævidere possumus alii damnum ex facto nostro dari posse, quo neglecto culpa, eoque injuria est, quæ reparari debet.

PROPOSITIO III.

Ea pensatio non fit præcise idem malum infligendo, sed vel pecunia, vel alio paris mali genere.

DEMONSTRATIO.

Diximus, quoties jus nostrum læditur alterum obligari ad reparationem: hæc reparatio fieri debet restituendo damnum quod datum est: Quod si fieri natura nequit, æstimari illud damnum, & sic æstimatio fieri debet per tantumdem. Hinc poena dicitur æstimatio delicti in *l. 21. ff. de poen.*

Illa autem æstimatio fit per aliud malum ejusdem quantitatis & valoris. Atque ita intelligenda est *lex Talionis*, adeo decantata in legibus Mosis, *dens pro dente, vulnus pro vulnere.* Vid. *Deut. XIX, 19.* & *Exod. XXI. 20.* Quæ in leges Atticas, & inde in leges XII. tabularum translata est, cujus fragmentum adhuc exstat his verbis conceptum: *Si membrum ruptum fractumque erit, talio esto.*

Errant igitur, qui talionem naturaliter his legibus intelligi autumant, ita ut qui membrum rumpit, ei quoque membrum simile rumpi debeat: Nam dolor in eadem mensura per rei naturam restitui nequit, vulnus enim læso datum posset lædenti esse lethale.

Ceterum hoc jus talionis omnibus fere gentibus cognitum fuit: Philosophi illud vocant τὸ ἀντιπεπονθὸς *Arist. l. 5. Eth. 5.* & *magn. moral. c. 34.* Alii vocant jus Pythagoricum, jus Neoptolomeum, vid. *Becmann. in not. h.* & supra *l. 1. c. 2. §. 5. ibique not. Grot.* JCtis Romanis id cognitum fuisse patet ex fragmento XII. tabularum ante allegato, & ex toto *titulo quod quisque juris* &c. Sacri annales illustre exemplum talionis divinæ in Anosidecho referunt: *Judic. 1.* eamque gentes quoque agnoverunt. De Mario vide *Plut. in Mario.* De Cæsare *Dion. Cassium libr. 48.* De Gordiano *Capitolin. in Gordiano.* Ipse servator justum esse ait, ut quis eadem metiatur mensura, qua alios metitur: Græcorum poetæ fingunt tres apud inferos judices constitutos esse, qui justa talione criminа punirent. Vid. *Senec. in Hercul. fur. act. 3. v. 732. Macrobius in Somn. Scip.* Livius occasione Tarquinii ait, ipsam conscientiam de justitia talionis testari *libr. 1. cap. 49.* Idemque jus legati Antiochi Romanis opposuere apud *Liv. l. 35. c. 16.* Exempla vide apud *Liv. l. 7. c. 15.* junct. *c. 19.* & *l. 29. c. 27. Gell. Noct. Attic. l. 6. c. 4. Flor. l. 3. c. 4.* Conf. *Ovid. de art. am. l. 1. Horat. Serm. 1. Sat. 3. v. 66. seq. Sophocl. in Antigon. v. 918. seq.*

Ceterum hæc æstimatio omne continet damnum, & quidquid mihi facto alterius abest, privatio vitæ, seu corporis integri, damni dolor, dignitas, fama, honos, aliaque jura: Sed & malitia lædentis æstimatur. Hinc plus peccat qui ex proposito

„possit, eum unum idemque vulnus in alio corpo„re lethale sit, quod in alio non esset, *L. 51. D. ad leg. Aquil.* Non igitur possunt leges intelligi „de talione, quæ in homines cadere nequit, sed „longe ultra eorum modum & vires est:

„(2) Etsi hæc omnia accurata ratione certaque „mensura æquari possent, non tamen justa talio „esset: quippe quæ non sola quantitate vulneris, „sed expensis omnium eorum, quæ commissi cri„men augent, vel minuunt, rationibus æstimatur, „eaque omnia in justæ talionis rationis computan„tur, ut animus, personæ conditio, tempus, lo„cus, dolor, qualitas &c. *L. 16. §. 1. D. de poen.* „Unde merito Aristoteles quoque *Magn. moral. libr. I. cap.* 34. oppugnat sententiam Pythagori„corum, quod eadem non sit talio ad omnes.

„Videndum igitur, quomodo horum omnium „talio rite pensitanda sit. Ex definitione talionis „apparet, tantundem fieri debere. Hoc quomodo „æstimandum est? Et primo constat, æstimatio„nem nihil aliud esse, quam mensuram rei æsti„matæ, quæ ejus valorem metitur, ut ulna longi„tudinem, & pondus gravitatem: adeo, ut men„sura & mensuratum ratione ejus, quod in mensu„ram venit, unum idemque sit. Unde & æstima„tio ipsius rei est, *L. 39. D. de usufr. L. 33. D. de pecul.*

„Æstimatio autem dupliciter fit; vel pecunia „numerata; vel aliis rebus tantundem valentibus. „Hæc ultima antiquissima & naturalis est, qua „olim, nondum inventa monetæ forma, gentes „usæ sunt; quæque nunc adhuc obtinet in permu„tatione. Olim enim emtio species permutationis „fuit, nec aliter facta est, quam rebus permutatis, „cum [illegible] ratio emendi non esset: & pro emtore „habitus est, qui re aliqua indiguit, & pro ea alias „res obtulit, quæ instar pretii fuere, inprimis au„rum & argentum appendi solitum est. Altera „vero deinde obtinuit æstimationis species ex insti„tuto hominum, dum, ut commodior esset, & „facilior ratio commercia exercendi, pecunia pu„blica forma percussa, & numerata sensim inter „gentes obtinuit. *L. 1. D. de contrah emt.*

„His positis, sequitur jam, talionem justam in „genere tripliciter fieri posse: (1) si id ipsum, „quod ablatum est, cum omni eo, quod eo facto „alteri abest, restituatur; (2) si totum hoc pecu„nia numerata æstimetur, eaque æstimatio, seu „pretium loco rei restituatur; (3) si tantundem „aliis, præter pecuniam numeratam, rebus pense„tur, quæ sunt ejusdem valoris, & has loco rei „ablatæ solvendo damnum restauretur.

„Unde quæro, quæ harum talionum justa sit, ac „sufficiat? Resp. si res ablata exstet, ac in pote„state debitoris sit, ipsam restituendam esse, non „æstimationem aliam: quia in obligatione resti„tuendi hoc ipsum est, quod ablatum fuit. Et in „eam rem auferenti nihil quidquam invito domi„no juris est, adeoque nec potest eam absque in„juria habere aut retinere, etsi ejus loco omne id, „quod interest, domino rem petenti offerat, adeo, „ut si quis fundum debeat, & decuplum pro eo „solvere paratus sit invito domino, non tamen „obligationi satisfaciat. Unde optime JCti Roma„ni & imperatores pro regula & lege statuerunt, „*aliud pro alio invito creditori solvi non posse*, *L.* „*2. § 1. D. de reb. cred. L. 16. C. de solut.* Et „hinc accurata loquendi ratio est, qua utitur Imp. „in *L. 17. C. de fid instrum.* cum ait necessitatem „venditori imponi, *vel contractum venditionis per„ficere, vel id, quod emtoris interest, ei persolvere.* „Ex his enim verbis apparet, non perficere eum „contractum venditionis, qui id, quod interest, „solvit. Hæc duo enim invicem opponuntur, „adeoque fidem ex contractu non implet, qui rem „ex eo promissam non præstat, etsi id omne, quod „interest, solvat, *d. L. 17.* nulla enim ratione co„gi dominus potest, ut re sua invitus careat, *L.* „*8. D. de in lit. jur. L. 11. D. de reg. jur.* Atque „hinc constitutum est jusjurandum in litem, quo „dominus in infinitum rem æstimare potest, si do„lo vel contumacia partis ei res ipsa non restitua„tur. *Tot. tit. D. de in lit. jur.*

„Verum, si res non exstet, aut restitui ipsa in „integrum nequeat, ad æstimationem deveniendum „est, ut, cum res ipsa non possit præstari, tantun„dem præstetur. Hoc igitur & jure ita cautum, „*L. 71. §. 3. D. de legat. 1. L. 27. §. fin. D. eod. L.* „*8 pr. D. de cond. furt.* & rationis naturalis est, „ita tantumdem restitui, ut optime & plenissime „potest; ultra enim, quam præstari potest, obli„gatio non est.

„Cum igitur ante dictum sit, dupliciter fieri „æstimationem, pretio, vel rebus, *supr. §. 14* quæ„ritur, quænam in talione intelligenda sit? Resp. „ea, quæ pecuniario pretio fit, si vel ipsa res eo „æstimari, vel saltem caussa hoc modo expediri „possit, quia ea & tutior, & certior æstimatio est, „cum pecunia numerata sit vera & certa mensura „quædam rerum omnium. Unde poenæ pecunia„riæ. Neque tantum illæ adhibentur, ubi damnum „pecunia æstimari potest, sed & in libero homine „læso &c. non enim his poenis corpus, ejusque „damnum proprie æstimatur, sed inspicitur injuriæ „illatæ modus, & quantum mulctæ sufficiat, ut „æquatus utrimque mali sensus, & patiendi dolen„dique vices pensatæ videantur.

„In ceteris omnibus, quoties vel injuria tam „atrox & gravis est, ut ei reparandæ non sufficiat „pecuniaria talio; vel reus tam inops sit, ut eam „præstare nequeat, altera æstimatio necessaria est, „ut aliis quibuscunque rebus fiat, quæ sui momen„to, licet alio mali genere, æquent tamen, & qua„si metiantur damni, vel injuriæ illatæ gravitatem.

„Cum vero damna ac injuriæ sint, quæ ei, qui „passus est, reparari non possunt, uti, cum homo „vita privatur, hæc quidem reddi occiso nequit, „at nihilominus homicida tantumdem pati debet „lege talionis. Atque ita thorus adulterio viola„tus restitui quidem nequit, at adulteri tamen non „ideo minus flagitium luunt, tantundem æstima„tione ferendo. Et sic in aliis.

„Etenim injuriæ reparatio ac talio ita fieri de„bet, ut optime potest, *supr. §. 13. & 15.* Et, si „igitur tale commissum sit, ut jus integrum re„stitui, & læso reddi non possit, id tamen non li-

„berat delinquentem, sed adversus ipsum nihilominus executio talionis fieri debet prout potest, anima pro anima dari, licet alteri illa reddi nequeat; & oculus pro oculo &c. licet ideo visum alter non recipiat; atque ita injuria tolli, etsi jus omne non redintegretur.

„Ea scil. est naturæ seu Dei ad homines lex ac decretum, ne quid mali inter eos fiat. Unde sequitur, si quid factum sit id tollendum & abolendum esse: quod ni fiat, est utique, & perseverat mali ratio contra Dei ac naturæ decretum. Aut igitur res in integrum restitui & in priorem plane statum deduci potest, ut & lædenti auferatur & læso restituatur, & tum id omnino ita faciendum est; aut non potest reparatio integra fieri, sed, licet a parte rei talio fieri eique tantundem auferri possit, non tamen & læso restitui, vel ipsius ratione factum infectum fieri, & hactenus expedienda & talio ut potest; in residuum enim, quod impossibile est, obligatio inter homines cessat. Sic igitur saltem malum auferendum est, etsi bonum resarciri universum nequeat.

„Expenduntur igitur in computanda talione primum rationes alterius, quod vicissim ferendum est, mali, quod ita comparatum esse debet, ut sensu poenæ injuriam pensare possit, in re vel corpore, vel capite, vel juribus publicis aut privatis, vel in fama, aliisque omnibus, quæ ei cara sunt, & quorum privatione non minus ipse affligitur, ac alterum afflixit.

„Equidem non posse, inquies, hoc modo omnia crimina justa talione æstimari & pensari, cum hæ res & facta nullam certam æstimationem habent. Verum habent utique, etsi humano judicio difficile sit eam definire: Non fallet justissima proportio divinam olim Nemesin; hominum vero arbitrio, licet accurata non semper comparatio fieri possit, agendum id tamen est legislatori, ut definiat, quam proxime possit; idque ipsius religioni, prudentiæ, & conscientiæ relinquitur.

„Hinc jam elucescit verus divinæ illius legis sensus: *dentem pro dente, oculum pro oculo, cicatricem pro cicatrice* &c, item ejus, quæ inde desumta est, legis: *si membrum ruperit, talio esto.* Nimis enim insulsum est statuere, his rebus fieri retributionem; cum constet, nec ad certam mensuram vulnera infligi, quin nec sine periculo vitæ posse, nec, etsi posset, æquari etiam utriusque facti rationes & qualitates; quæ tamen omnino in æstimationem veniunt, *supr.* §. 22. Valet igitur omnino regula naturæ, ut, quoties res ipsa præstari nequeat, ejus pretium ac æstimatio succedat, quæ, ut eleganter Grotius *de Jure belli & pacis* loquitur, morali ratione idem est. Atque adeo debet reus justa æstimatione facti, & omnium ejus circumstantiarum, *dentem pro dente, oculum pro oculo* &c.

„Ex his omnibus illud liquet, ex natura & lege talionis non quidem id sequi, ne plus mali quis patiatur, quam fecit, sed ne unquam minus: quatenus enim minus mali, quam commissum est, reparatur, malum durat, nec restaurari injuria facta potest, nisi integra talione. At nec talio, nec quidquam aliud impedit, quo minus, qui quid commisit, plus mali patiatur, quam fecit, deterrendæ scil. in futurum tum ipsius, tum aliorum malitiæ. Nam & hoc superioris & boni magistratus officio comprehenditur, ut non tantum reparet, quæ commissa est, injuriam, sed & caveat ei non committendæ in posterum. Satius enim est integram civitatem, & intactam ab injuriis, si fieri potest, servari, quam iniquinatam purgari: expedit igitur ita temperari pœnas, ut talio quidem immutabiliter in omnibus negotiis obtineat, in gravioribus vero delictis ultra eam deterrendis quoque hominibus in posterum pœna statuatur, eoque & injuriæ factæ reparentur, & futuræ caveantur: quomodo Deus non simplicem, sed septuplicem talionem interminatus est ei qui Cainum occisurus esset; *Genes.* 5. *v.* 15. *&* 24. Cum jam ab ipso Deo ille punitus esset, repetita exsecratione totius terræ durissimis in futurum operis, & perpetua proscriptione, seu banno, *d. c.* 5. *v.* 11. 12.

„Est igitur jus talionis, seu jus illud, ut minimum tantundem reparetur, jus natura constitutum, jus, inquam, immotum, inviolabile, & sacrosanctum, quo & Deus ipse uti solet, quodque inter omnes gentes ab omni memoria receptum est. Certissima enim hæc naturæ ratio est, jus est justitiam inter homines a natura supremoque rerum arbitro constitutam esse: unde sequitur, si quid injusti commissum fuerit, id necessario in pristinum statum restituendum esse, &, quatenus non restituitur, cum restitui possit, manere injuriam, &, manente injuria, iram vindictamque summi Numinis, in cujus jura incursatur. Unde in sacris perpetuo ipse divinus Author illud inculcat, ut malum auferatur de medio &c. *Deut.* 22. *v.* 21. 22. 24. Etenim totum humanum genus est quædam Deo sacra societas; quam adeo ipse incorruptam, atque ab injuriis immaculatam ipse vult unde non potest non odium ipsius ac vindicta in homines concitari, quoties contra ejus sanctissimam voluntatem aliquid delinquitur, neque id reparatur. Ea enim reparatio cum civitati ejusque rectori commissa sit, non potest non in ipsam civitatem, ejusque perniciem redundare, si, quæ publica auctoritate fieri debuit, injuriarum reparatio neglecta fuit. Perpendamus igitur vocem divini illius oraculi, quo ipsi Israëlitarum civitati ac reipublicæ in genere interdicitur, derogare quidquam talioni, non tantum in suppliciis, sed & in aliis pœnis, cum dicitur: *non ignoscet ei oculus tuus; sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.* Quo gravissimo carmine omnis usque ad talionem dispensandi potestas liberis quoque populis & summis potestatibus, qualis erat gens Israëlitica, penitus adempta est: nam nec ipse Deus, qui est justitia, sine causa ex ea aliquid remittit, ut in sequentibus apparebit.

„Sic igitur sanctissime constituta est a Deo & a natura talio, atque ita inter gentes exercitio usu-

„que

„quæ comprobata, omnique humano jure firmata; ut usque ad summam talionis nihil detrahi per gratiam ullius humanæ potestatis possit: denique & ipse Deus exercere eam solet.

„De jure divino & naturali id constat ex præceptis & rationibus hactenus allegatis: quæ & divinus Servator noster repetit simili regula: *qua mensura metiemini, eadem metiemur vobis, Matth. 7. v. 1. Luc. 6. v. 30.* Atque ita Jacobus *c. 2. v. 13.* inquit, *judicabitur absque misericordia, qui ipse misericordia usus non est*; & Salomon *Proverb. 21. v. 13. qui obturaverit aurem suam ad clamorem pauperis, vicissim clamabit, nec audietur.* Ita *Matth. 26. v. 52, qui gladium sumit, gladio peribit; & Apoc. 13. v. 10. qui carceri includit, ipse carceri includetur &c.* Suffragantur ei gentiles, & Hesiodus *Oper. libr. 1.* ait, *Deum malorum operum gravem posuisse talionem.* Conf. *infr. §. 37. seqq.*

„Jure vero civili omnes in universum actiones rei persecutoriæ in hac sola talionis lege fundantur: nec infra eam actio ulla jure constituta est. Ex quo fonte est, quod in *L. 41. D. de pœn.* pœna *æstimatio delicti* dicitur. Præterea in genere quoque edicto notissimo cautum est: *quod quisque juris in alium statuerit, ut eodem jure utatur, L. 1. & tot. tit. D. quod quisque jur.* cujus edicti æquitatem ac legem talionis summis laudibus commendat JCtus in *d. l. pr. hoc edictum*, inquiens, *summam habet æquitatem, & sine cujusquam indignatione justa. Quis enim aspernabitur id jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit?* Hoccine vero id ipsum est, quod sanctissimus Servator sanctissime inculcat: *quidquid vultis ut vobis faciant homines, hoc & vos facite illis.*

„Inter gentes quoque usitatam ac probatam fuisse talionem istam, ostenditur & auctoritate, & exemplis. Auctoritas passim ex auctoribus desumi potest: ut ex Ovid. *de arte amandi libr. 1*

— — Nec enim lex justior ulla,
Quam necis artifices arte perire sua.

„Antigone moritura ait: *si illi peccant, tantundem mali ferent, quantum mihi injuriæ fecerunt,* Sophocl. *Antig. vers. 918.* Et Marcellus, dux Romanus, de Siculis: *quis passus hostilia, cum fecerit, indignabitur,* Liv. *libr. 26. c.* 31. Antiochus exprobrat Romanis, *aliud juris eos ipsi statuere, alio ipsos uti,* Liv. *libr. 35. c. 16.* Cicero *Orat. pro Ligar.* hac totius orationis prope summa refellit Tuberonem, accusatorem Ligarii, quod ipse in eadem causa fuerit. Horat. *Serm. libr. I. Satyr. 3. v. 66. seqq.*

„Adeo autem persuasum fuit gentibus, justa talione justitiam inviolabiliter custodiri, ut & post hanc vitam apud inferos, ubi exactissime & per justissimos judices jura reddi credebant, immotam hanc legem observari statuerint. Ita Theseus ab inferis cum Hercule reversus Amphitruoni regi pœnas & judicia impiorum refert apud Senec. *Hercul fur. act. 3* ubi primum rex ait, id credi inter gentes, &, verumne id sit, quærit *v. 726.*

— Verane est fama, inferis
Tam sera reddi jura?

„Tum de judice quærit *v. 729.*

Quis iste veri rector & veri arbiter?

„Respondet Theseus *v. 730.*

Non unus alta sede quæsitor sedet.
Auditur illo Gnosius Minos foro:
Rhadamantus illo: Thetidis hoc audit socer
(Æacus.)

„Hi scil. exacti judicii & incorruptæ justitiæ fama maxime omnium in hac vita floruerant, unde & inferis jus dare dicuntur. Tum vero de pœna addit *v. 784.*

Quod quisque fecit, patitur, auctorem scelus
Repetit, suoque premitur exemplo nocens &c.

„Tam sanctam immotamque legem talionis statuerunt gentes, ut & ibi, ubi omnium quæ in hac vita acta & commissa sunt, exactissima ratio, omnibusque perfectissime & sanctissime jus redditur, non alia, quam talionis lege id fieri crediderint.

„Unde adeo metuerunt talionem commissi alicujus sibi conscii: Cum Pœni Aristonem huspitem comprehendere vellent, ea ratione dissuasum id est, *quod idem Carthaginensibus, & Tyri, in aliis emporiis, in quæ frequenter commeent, eventurum sit,* Liv. *libr. 34. c.* 61. L. Tarquinius Superbus cum occiso Servio rege regnum scelere quæsivisset, metu hoc armatis se sepsit, *& consciens male quærendi regni, ab se ipso adversus se exemplum capi posse, armatis corpus circumsepsit,* ut loquitur Liv. *libr. 1. c. 49.* Sylla dictator cremari, non humo condi voluit, *veritus talionem eruto C. Marii cadavere,* Plin. *Histor. nat. libr. 7. c. 54.* Cum Pœni legato Romano catenas injecissent, & Hanno Pœnus Romam legatus mittendus esset, noluit ire metu talionis. Sed ab eo Scipio ipsum liberavit, Valer. Max. *libr. 6. c. 6. in Afarub.* Vitius Virius princeps urbis Capuæ, cum defectionis a Romanis, & trucidati præsidii auctor fuisset, consciusque, quid ipse & Campani facturi essent, si Romanos in potestate sua haberent, adeo ejus rei talionem metuit, ut cum aliis 27. senatoribus ad epulas pariter, & eosdem ausus eadem ratione invitatis, hausto veneno eodem prope rogo cremari decreverint, Liv. *libr. 26. c.* 13. Et hactenus de iis qui metu occuparunt talionem. Videamus & de iis qui exercuerunt.

„Exempla vero ejus rei illustria apud gentes passim occurrunt. Cum Tarquinienses Romanos in foro immolassent, ipsi deinde bello capti, & Romam missi, *medio in foro omnes virgis cæsi securi percussi: id pro immolatis in foro Tarquiniensium Romanis pœnæ hostibus redditum,* Liv. *libr. 7. c. 19.* Regulus a Pœnis captus miris modis excruciatus, & insomnis diu somno prohibitus, atque ita vita privatus dicitur. *Id ubi Romæ innotuit, nobilissimi Pœnorum captivi, liberis Reguli a senatu dediti, & ab iis in armario muricibus præfixo destituti, eademque insomnia excruciati interierunt.* Gell. *libr. 6. c. 4.* Carolum nacrat Dubravius, cum pro tribunali in regno suo

„jus diceret, ac sacerdos quidam a patrono suo, „nobili viro, oculis orbatus fuisset, eumdem, etsi „aliam offerret satisfactionem, utroque oculo mu-„tasse. Dubrav. *Histor. Bohemic. libr. 22. pag. 590.*

„Sed & ipse summus rerum arbiter insignibus „exemplis hujus talionis sanctitatem inter gentes „passim probavit, & sua quasi auctoritate commu-„nit. Haud sine tremore legi potest, quomodo „id exemplo suo agnoverit Adonibezec, rex Cha-„nanæus, & a Judæis captus, & manuum pedum-„que pollicibus truncatus *septuaginta*, inquit, „*principes amputatis manuum ac pedum pollicibus „colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: si-„cut feci, ita reddidit mihi Deus, Judic. 1. v. 7.* „Brutus & Cassius cum aliis Julium Cæsarem oc-„ciderunt, ipsi deinde iisdem gladiis, quibus ille „percussus est, se ipsos interfecerunt, omnesque „eorum occisores brevi deinde exstincti sunt, Dion. „Cass. *Histor. libr. 48. princip.* ubi addit: *ita ni-„mirum & justitia postulabat, & Deus volebat eos „interire, qui virum ad id virtutis & fortunæ pro-„gressum occidissent.* Idemque tradunt Sueton. „in *Jul. Cæs. in fin.* & Jul. Capitolin. in *Gordian. „c. 33.* Quod memorabile talionis divinæ exem-„plum deinde repetitum in Gordiano III. Imp. & „ejus interfectores quoque sua manu, suisque gla-„diis, & iisdem quibus illum percusserant, inte-„riisse dicuntur, *Jul. Capitolin. d. c. 33.* Agame-„mnon, occiso Tantalo, Thyestis filio, uxorem „ejus Clytemæstram duxit: deinde & ipse ab Ægy-„stho, adultero Clytemnestræ, & uterque adulter „rursus ab Oreste hujus filio occisus est. Alexan-„dri VI. filius pessimus, qui nemini fidem serva-„vit, ab eo, cujus fidei se commiserant, proditus „est, Thuan. *libr. 1. §. 20.* Idem notatur de Lu-„dovico Sfortia, Mediolanensi duce, qui nemini „ipse fidus, neminem suorum fidelem sibi habuit. „Carolus Burgundus, qui Conestabilium, fidei „suæ se permittentem, Galliæ regi prodidit, vi-„cissim a Compobachio proditus est, eo fato, ut, „etsi rex Galliæ moneret, tamen non providerit, „Comin. *libr. 7.* ubi hanc talionem divinam bis „inculcat. Sed & paria de Ludovico XI. idem „Comin. prædicat, *multos*, inquiens, *per omnem „vitam perpetuo metu excruciaverat, & nunc ecce „videmus eum ad consimilem plane modum affligi.* „Marius, Metello jam victori Jugurthæ succedens, „gloriam victoriæ ei eripuit, ipsi Mario deinde „vicissim pari ratione Cornelius Sylla; Plut. in „*Mar. c. 12.* ubi id tribuitur ultioni divinæ. Pyr-„rhus, qui Priamum interfecit ad aram, iterum „ad aram interfectus est, ut supra §. 2. retulimus „ex *Pausan.* quod adeo agnovere gentes, ut talio-„nem ex ejus cognomine dixerint, *d. l.* Arche-„laus, Macedoniæ rex, a Crateva quodam, scorto „suo, hic vix triduo rex iterum interfectus fuit, „Ælian. *Histor. Var. libr. 3. c. 9.* Idem Philippus „Macedonum rex Aratum, Achæorum principem, „virum rerum gestarum gloria præclarissimum, „veneno clam dato occiderat; idemque scelus in „Eurielidem & Miconem, oratores, perpetrave-„rat. Sed *hoc mortiferum poculum ipsi divina „talione perniciem attulisse*, inquit Pausanias, in „*Corinth. lib. 2. c. 9.* nam minor ipsius filius, Per-„seus, alterum Demetrium, veneno sustulit, ipse-„que pater ideo ægritudine animi exstinctus est. „*Hæc*, pergit Pausanias, *d. l. hic recusasi, respi-„ciens ad divinum illum Hesiodi versum: injuste in „alterum consulentes consilium in se, auctorem in-„primis vertere.* In qua specie, in filium Vene-„fici versa talio, hoc acrius excruciavit autorem.

„Quæritur jam porro, quo usque talio valeat? „Resp. intra fines ejus, quod est in potestate ma-„gistratus; unde anima pro anima, auctoritate „magistratus, (nam privatæ potestatis fines ea res „excedit,) in talionem venire potest, quia magi-„stratus habet jus vitæ & necis: non autem adul-„teri vel castrationis talio fieri adulterio recipro-„co vel castratione poterit, *Novell Leon. 60.* quia „magistratui non competit jus permittendi, nedum „decernendi hæc crimina: hæc semper sunt cri-„mina, homicidium non semper; nimirum morte „homicidæ, etsi non restituatur alteri vita, tamen „tollitur malum, *supr. §. 28. seq.* Sed recipro-„cato adulterio vel castratione non tollitur malum, „sed geminatur.

PROPOSITIO IV.

Justa talio in solo homicidio & adulterio est vita ademtio, nec aliter, nisi morte, pensari hæc cri-mina possunt.

DEMONSTRATIO

„Certum enim est, cum nihil in hoc orbe, ni-„hilque omnino corporei cum vita ac anima ho-„minis, quippe divinitatis particula, comparari „possit, illius ademtæ talionem nullam esse posse „quæ non sit inferior delicto, nisi ipsa vita & anima: „qua sola cum æstimari ac pensari crimen *illud* „possit, vicissim eam auferri necesse est, cum *nul-„lum animæ* pretium statui possit, quam anima. „Ex hac lege talionis est oraculum illud Noachi-„dis datum: *qui sanguinem effundit, ejus sanguis „effundetur, Genes. 9. v. 6.* &, quod passim di-„ctum est, *animam* pro anima.

„Certum igitur est, homicidii pœnam, mino-„rem ultimo supplicio esse non posse: &, licet „alias pœnarum determinationes ac æstimationes „a judicio Magistratus Civilis pendeant, nec ea-„rum quantitas natura definita sit, homicidio ta-„men pœna capitis, ipsa naturæ lege injuncta, de-„cisumque omnino est, si pœna minor sit ultimo „supplicio, eam a juste talionis rationibus deficere, „nec crimine adæquatam esse. Eluxit ejus juris „evidentia exemplo Caini, qui fratricidii mani-„festus, & tum perpetrati sceleris, tum talionis „conscientia anxius ac trepidus, *quisque*, inquit, „*me invenerit, interficiet me Gen. 4. v. 14.* Non-„dum tum homines in Civitates coierant, nedum „leges inter se condiderant, quin primus hominum „iste Cainus humano femine procreatus est, unde „ergo illa statuendæ in se talionis notitia, nisi ab „ipsa natura? Fuitque tam certum hoc indubita-„tumque jus inter omnes, ut non tantum Cainus „sibi

„sibi ab omnibus metuerit, & legem talionis ho-
„minibus persuasam fixamque crediderit, sed &
„ipsi DEO necessarium visum fuerit, ne homines
„jus hoc talionis in Cainum exequerentur, pecu-
„liari signo, & statuta septupli pœna id cavere, at-
„que avertere. Adeo jam tunc, cum præter so-
„lam naturalem, nondum ullam legem homines
„agnoscerent, talionis sensum agnoverunt, ac pro
„immota lege habuerunt.

„Ex quibus irrefragabiliter infertur, homicidio
„commisso pœnæ capitalis gratiam a nullo ho-
„mine, nec ab ulla humana potestate fieri posse;
„cum pœna hæc decreta sit ipsa naturæ lege ac
„præcepto, cui nulla potestas, nullus Magistratus
„derogare potest; quippe cui omnes subjecti sunt,
„omnesque ejus respectu privati: Derogare autem
„legi nemo potest nisi qui condidit, aut qui pa-
„rem ipsi Conditori potestatem habet, qualis nulla
„humana potestas est comparata cum summo
„Creature, ejusque decretis. Quæ omnia certi
„juris, certæque rationis sunt.

„Hoc ipsæ sacræ literæ severe inculcant, omnem-
„que hujus talionis remissionem penitus abomi-
„nantur: Ita expresse præcipitur populo Israëli-
„tico: *Non parcet ei oculus tuus: Sed animam*
„*pro anima* &c. *Deut. 19. in fin.* Hæc lex, ut jam
„vidimus, dicta fuit toti populo, qui liber populus
„& cum summa potestate fuit. Idem clarissime
„*Num. 35. v. 32. Non recipietis pretium ab eo,*
„*qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur.*
„Qua lege summæ potestati, qualis fuit in Rep.
„Hebræorum, cui hic Deus loquitur, omnis au-
„fertur de hac pœna homicidii dispensandi pote-
„stas. Sed & eadem lex omnibus Noachidis, id
„est toti humano generi lata est. *Gen. 9. v. 6. sup.*
„§. 28. Ergo & omnes homines, & totum genus
„humanum hac lege obligatur. Pugnant autem
„ipsum, qui lege obligatus & adstrictus est, ei de-
„rogare, seu ut loquuntur, de ea dispensare posse,
„quod est ejus qui lege superior, non qui ea in-
„ferior est, ut humanum genus summo
„legislatore. Atque ita, cum Carolus V. gra-
„tiam homicidii largiri vellet ei cui valde fave-
„bat, ideoque rescriberet ad Consilium Mantua-
„num, amplissimus ille Senatus gravissimis literis
„causas reddebat, cur id fieri non possit. Et pa-
„riter testis est Dn. Præses a Facultate
„Juridica Archi Palatina, se referente, bis pro-
„nunciatum fuisse, semel de puella Hannoviea,
„quæ in partu infantem occiderat, eaque res tum
„omnibus prope novellis vulgata fuit: Etsi autem
„plurimi Viri Illustres & Magnates, miserti æta-
„tis, formæ, & ingenii puellæ, singulari studio
„pro ea intercederent, & ipse Illullustrissimus
„Comes, qui consulebat Facultatem, tantis inter-
„cessionibus motus, in gratiam, si fieri posset,
„proclivem se significaret; prædicta tamen am-
„plissima facultas Heidelbergensis plurimis ratio-
„nibus evicit, in modo quidem supplicii locum
„gratiæ esse posse, in supplicio non posse: Unde
„gladio deinde punita fuit. Quo modo in simili
„prope causa iterum deinde ibi pronunciatum &
„judicatum; quin & tertium in supremo consilio
„Status Electoralis Palatini, ipso præsente, in mi-
„lite qui cædem fecerat, ita conclusum fuit, li-
„cet hic miles tandem aliunde pœnam mortis evi-
„taverit.

„Sed & in adulterio cum conjugata commissu
„justa talio infra supplicium capitis statui nequit;
„& omnia reliqua infra eius æstimationem esse vi-
„dentur. Nam & violatur eo conjugalis thori san-
„ctimonia, quem solum natura constituit propa-
„gandi hominis, conservandique generis humani,
„divini animalis, modum ac remedium; & hoc
„præterea agitur, ut perpetua ac interna inferatur
„familiis injuria, quæ cum partu adulterino, ejus-
„que posteritate omnia familiæ jura usurpante,
„aliosque iis privante, in sempiternum perennat:
„Accedit, quod adulterini amoris furoribus peri-
„clitetur vita conjugis innocentis. Denique hoc
„crimen omnium scelerum sentina est; tantique
„visum non impune id esse, cum maxime in occulto
„fieri soleat, ut non nisi amaræ potionis mira-
„culo & execratione prodi potuerit Lutens adul-
„tera. *Num. 5. v. 11. & seq.* Sed & ubique fere
„Gentium gravissimis pœnis capitalibus illud coër-
„cetur. In sacris constat pœnam capitis asse:
„*Lev. 20. v.* 10. *Deut. 22. v. 22.* scil. ut uterque
„adulter saxis obruatur. *Joh. 8. v. 5. Deut.* 22. *v.*
„21. Ita apud Parthos nulla delicta adulterio gra-
„vius vindicata esse ait Justinus *lib.* 41. *c.* 3. Impe-
„rator Macrinus adulteros semper vivos simul in-
„cendit junctis corporibus. *Jul. Capitol. in vit.*
„*Macr. c.* 12. Et apud alios populos plerumque
„capitale fuisse, exemplis ostendit *Damhaud Prax.*
„*Rer. crim. c.* 91. *n. 53. & seq.* Quod & innuit
„Virg. *6. Æniid. vers.* 612. ubi in locis inferorum,
„quibus retinentur & puniuntur impii, etiam
„adulteros recensens, inquit: *Quique ob adulte-*
„*rium cæsi:*

„De jure civili veteri putant in adulteros non
„ultimo supplicio, sed deportatione animadver-
„sum fuisse, per *l. 5. ff. de Quæstion. l.* 14. *ff. de*
„*Testib. l. 13. ff. de his quæ ut &c.* Quod tamen
„dubium sit, tum *ex d. loco Virg.* tum per *l.* 8.
„*C. de Transact. & l. 9. C. ad L. Jul. de Adult.*
„licet eas a Triboniani interpellatas putent. Et cer-
„tum est, saltem post Constantinum I pœnam
„capitalem factam esse: *l. 30. C. eod. tit. Nov* 134.
„*c. 10.* §. *4. Inst. de Publ. jud.* ubi pœna capitis
„ipsi legi Juliæ tribuitur. Nam & ex ipsa L. Corn.
„de Sicar. saltem deportationis pœna constituta
„est, & tamen capitis pœnam ipsi L. Corneliæ
„vindicat Just. *in §. 5. Publ. jud.* Et potuit equi-
„dem non minus id facere, quam jura Scti Pega-
„siani aggregare Scto Trebelliano vetustiori. §. 7.
„*de Fideic. her.* Quanquam & dici possit his dua-
„bus legibus plura statui, scil. L. Julia non modo
„de adulteriis, sed & stupris cum soluta: L. Cor-
„nelia tum de Homicidiis, tum de iis qui homi-
„nis occidendi causa cum telo ambulant: Et ideo
„non ultimam pœnam, quæ nunquam in utrum-
„que cadit, sed mediam ac talem, quæ utrique
„quodammodo communis esse possit, pro ordi-
„naria statuisse. Sane usu in adulteriis & homi-

„cidiis jam ante Constantinum M. pœnam capi-„tis obtinuisse, dubitandum non est.

PROPOSITIO V.

Pœna jure naturæ tantum statuitur pro injuria facta: non (1) pro imperfectione, etsi morali. Nec (2) in cogitationes, etsi pravas: L. 18. D. de pœn. Nec (3) in id quod viribus humanis impossibile est.

DEMONSTRATIO.

Per solam *injuriam* actu illatam jus nostrum læditur, eoque reparandi necessitas existit, *Posit.* 7. cessante igitur injuria, omnis quoque cessat obligatio. Quod igitur ob *injuriam non factam* cautio aliquando exigatur, id est juris positivi.

Non autem pœna statuitur in hominem qui quadam *imperfectione* laborat; uti si sit furiosus, infans &c. Hæ enim imperfectiones non sunt in potestate hominum: & vitium non in animo, sed in corpore consistit. Vid. *proposit. seq.*

Idque verum est, etsi *imperfectio* illa sit moralis, forte quod quis caritatis regulas negligat: &c. His enim vitiis ius alterius non læditur, adeoque cum nemini fiat injuria, nulla subest reparandi necessitas: immo cum cuique natura jus competat de rebus suis pro lubitu disponendi, is potius injuria agit qui necessitatem alicui imponit de re sua erogandi: neque dici potest, reparari injuriam, quia etsi avarus cogatur ut erogет, non tamen ideo desinit esse avarus: vitium enim quod in animo consistit, manet. Vitia igitur animi non pœnam inferunt, sed carentiam præmii, quod ens perfectissimum virtutum actibus destinavit.

Sed & per *cogitationes, etsi pravas*, alii non infertur injuria: aliud enim est facere injuriam, aliud velle facere, hac sola voluntate jus alterius non læditur, adeoque frustra de reparatione quæritur. Sane magistratus officium ad cogitationes non pertinet, quia in animo consistunt, & ad imperfectiones morales potius referendæ sunt: sed & impossibile est perscrutari cogitationes, quippe quod Deo tantum est reservatum: idque testatur Livius *lib.* 45. *c.* 24. Hinc regula JCtorum, quod cogitationis pœnam nemo patiatur. *L.* 18. *D. de pœn.*

Hinc qui perverse de Deo sentit ideo puniri nequit, quia non est in nostra potestate aliter engitare: immo Deo illuderet, qui coactus aliter loquitur ac cogitaret. At si contra leges civitatis cogitationes cum aliis communicat, punitur, non quia cogitavit, sed quia alios docuit.

Equidem scientia punitur in crimine læsæ majestatis; sed hoc ex ratione naturali sequitur: nam vera causa est injuriæ actu illatæ, quia qui malum impedire potest, & debet, æque reus est: quæ ratio ad cogitationes non pertinet.

Denique pœna statui non potest in id *quod viribus humanis impossibile est*: facultas enim naturalis agendi cessat, ad impossibile autem nemo tenetur: atque huc retulimus singulares de religione opiniones: nemo enim cogi potest ut credat, quod persuadere sibi nequit.

Supponitur autem impossibilitas quæ excedit vires humanas. Si enim illa oritur ex corruptione morum, pœna omnino in tales actus statui potest, quia est species culpæ.

PROPOSITIO VI.

Hinc bella vel ob stuporem, vel in pœnam aliarum gentium non valent. Exc. (1) si causa ipsius vel hominum communis sit; (2) si scelera in Deum agnitum fiunt, non si de eo male sentiunt; (3) si assiduus læsis ab alia gente

DEMONSTRATIO.

Ex præcedenti propositione sequitur, puniri gentes non posse ob *stuporem*, quia est imperfectio animi, unde alterius jus non læditur, adeoque ubi nulla concipi potest reparandi necessitas. Hinc male hoc prætextu Hispani subjugarunt Americæ gentes.

Idem dicendum de aliis criminibus a gente aliqua committi solitis; uti si incestus, Sodomia &c. ab ea permittitur. Sane *in pœnam* bellum inferre eis non possumus, quia per hæc crimina jus nostrum non læditur, nemini fit injuria, adeoque cessat reparatio. Præterea pœna tantum infligitur a superiore, gens autem gente non est superior. Denique in quos lex ferri non potest, in eos nec pœna statui, quia pœna est legis executio, non autem lex ferri potest nisi in subditos.

Aliud obtinet si injuria illa ad nos quoque pertinet, tunc enim nostrum jus læditur, cujus reparatio exigi potest. Uti si causa sit communis hominum: tunc enim gens non exigit pœnam qua superior, sed jus suum, injuriam sibi quoque illatam vindicat: uti *si gens quædam promiscue piraticam exercet*, nam in hanc quoque pœna a quocunque statui potest, vid. *L.* 7. *D. de capt. & postl.* quia securitatem communem hominum turbant, commercia impediunt, jus transeundi marium denegant &c. Tales quoque sunt *antropophagi*, qui (1) impediunt jus sepulturæ, adeoque injuriam inferunt sanctimonio, in quo conservabatur particula imaginis divinæ: (2) eo ipso jus sibi arrogant in corpus hominum, quod non est creatum ad usum hominum. Sed & eos huc referre solent, qui conscientiæ subditorum vim inferunt. Vid. *Tesmar. in not. ad* §. 40. *lit. k. &* §. 48. *lit. a. in fin.* Nam hoc quoque pugnare ajunt cum societate humana, adeoque hanc injuriam communem a quolibet Principe vindicari posse. Talia quoque sunt bella illorum heroum, Thesei & Herculis, qui monstrorum domitores, eoque beneficia humano generi dedisse dicuntur, immo in Deorum numerum relati fuerunt. Denique etiam in tyrannos licite bellum geritur, quia illi quoque securitatem humani generis violant.

Excipimus porro a regula ab initio hujus propositionis posita, si injuria in Deum agnitum committitur. Cum enim imperium ab initio toti humano generi competeret, facta postea divisione, ea tantum ad jura humana pertinebat: at potestas vindicandi gloriam Numinis, communis & in solidum penes omnes partes mansit. Hinc proban-

tur

tur bella Israëlitarum contra populos damnatos: quanquam etiam speciale Dei mandatum accesserit.

Equidem Auctor hactenus assentii *h. c. §. fin.* At in eo errat, quod putat tale bellum licite geri in gentes quæ scelus in idolum committunt. Etsi enim genti illud idolum sacrum sit, non tamen humano generi sacrum est, nisi Creator universi sub illo idolo intelligatur, uti si Jovi fit injuria.

Notanter supposuimus, injuriam fieri *in Deum agnitum.* Aliud igitur dicendum si gens saltem male de Deo sentiat: nam opinio cogi nequit, & hoc esset conscientiæ vim inferre, quæ injuria est, & a quálibet gente vindicari potest. Conf. Gordines, e societ. Jes. in chron. ad ann. 1589. Covarruvias in cap. Peccatum part. 2. §. 10. de reg. jur. in 6.

Denique aliorum injuriam vindicare possumus, *si auxilium a nobis expetunt:* tunc enim non jus nostrum vindicamus, sed læsus suam injuriam persequitur, & nobis utitur tamquam instrumento. Actio igitur hic non est nostra, sed ejus, cujus jure & nomine agimus. Hinc cives contra Principem notorie tyrannidem exercentem, auxilia aliorum implorare possunt.

ADDITIO.

„Multa hic notanda occurrunt, quæ in expli-„catione textus observabimus.

PROPOSITIO VII.

Talio fit (1) vel in eadem persona, vel in alia, quæ pro altera tenetur; (2) privatione vel juris ejusdem, vel tantumdem; (3) non illata nova turpitudine. Vid disp. nostra de sacro sancto talionis jure, §. 46. 47.

DEMONSTRATIO.

Talio regulariter fit in *eadem persona* quæ malum fecit: quia culpa & delictum non excedit personam, adeoque in hac sola reparatio fieri potest.

Aliquando tamen etiam in *alia persona* fieri potest, quæ jure pro altera tenetur. Sane pro delicto civitatis singuli cives tenentur, quod est fundamentum juris repressaliarum. Atque hæc ratio est, cur legatu nostro violato violatis legati jure talionis violari possint: cives enim approbant civitatis judicium, ejusque Rectoris, & factum illius defendunt, vel saltem defendere tenentur. Exemplum illustre exstat in Regulo, quem Athenienses cruci affixerunt, in cujus criminis pensationem postea primarii Atheniensium cives excruciati fuere. Gell. *Noct. Attic. libr. 6. c. 4.* Rumani jure talionis 500. Poenos morti dederunt, quia Poeni totidem cives Romanos occiderant. Præterea autem poenæ loco 300. alios interfecerunt, ut malitiæ quoque poenam darent. Liv. *libr. 7 c. 15. & 19.* Notum est exemplum Johannæ Lotharingicæ apud *Serran. ad an. 1430.*

Aliud igitur dicendum, si alia persona pro alia jure non tenetur: hinc filius pro patre, uxor pro marito, servus pro domino talionem non patitur, nec contra. Vid. *Plut. in Timol. in fin.*

Porro talio requirit *privationem juris:* Si enim reo nihil juris aufertur malum non patitur, adeoque definitio talionis cessat. Privari autem debet vel *jure eodem*; hinc is qui rem mihi abstulit non liberatur pretium vel duplum pretii restituendo, sed præcise eandem rem restituere tenetur. Si vero eadem res restitui nequit, talio fit per *tantumdem:* i. e. æstimari debet malum quod reus fecit, & malum quod ideo vicissim ei infligendum est: quæ æstimatio quomodo fieri debeat, examinavimus in *Propos. III.*

Quæritur igitur, an talion fieri possit idem crimen committendo? Quod merito negamus: Si proinde quis uxorem vel filiam meam stupravit, mihi non vicissim licet stupratoris uxorem vel filiam violare: Si quis hominem castraverit, ideo non vicissim castrari debet. *Novell. Leon. 60.* Hi actus enim per se crimen sunt, adeoque non reparatur injuria, sed nova committitur. Polybius valde in Philippum invehitur, quod sacrilegium Ætolorum pari sacrilegio taliasset. *Libr. 5. cap. 3.* Atqui homicidium alio homicidio pensari potest? Resp. Hoc est intra fines officii magistratus, quia magistratus habet jus vitæ & necis: at magistratui non jus est decernendi vel permittendi adulterium reciprocum, vel castrationem: quod prolixe exposuimus in *Diss. de sacrosancto talionis jure §. 42.*

PROPOSITIO VIII.

Ultra talionem qua infertur pœna ad emendationem vel ipsius lædentis, vel tertii, est mere juris civilis.

DEMONSTRATIO.

Reparata injuria, seu patiendo tantundem, omnis pœna cessat, quia malum actionis cessat. Sane natura sufficit ad deterrendam voluntatem a delicto, obligatio ad reparandum; hoc casu enim quia tantumdem boni aufertur quantum abstulit, naturaliter nihil superest quod voluntatem moveat; & licet homines aliquando nihilo minus inducantur ad delinquendum, id tamen non est ex insufficientia pœnæ, seu talionis, sed ex spe impunitatis, quod latiturum puteut: Sed nec major pœna semper sufficit ad homines deterrendos, quia spe immunitatis etiam gravissima delicta committi solent: At quia sola hæc pœna naturali delictorum frequentia impediri in statu hominum adeo corrupto nequit, ob utilitatem publicam, ut ipsi delinquentes aliique deterreantur in posterum, varia pœnarum augmenta jure civili statuta sunt, quibus vel cruciatus augentur, vel ignominia reparationi jungitur. Ut proinde sola utilitas publica caussa fit augmenti pœnarum.

PROPOSITIO IX.

Æstimationem injuriæ augent animus seu propositum.

§. I.

I. [a] Supra cum de causis ex quibus bella suscipiuntur agere cœpimus, [b] facta diximus duplici modo considerari, [c] aut ut reparari possunt, aut ut puniri. [d] Priorem partem jam absolvimus. Su-

DEMONSTRATIO.

Animus, seu propositum peccandi, non auget pœnam naturalem, i. e. æstimationem iojuriæ quæ læso debetur, & quæ finitur præstando tantundem quantum alteri abest. At quia diximus, ultra talionem a magistratu ob utilitatem publicam pœnam infligi posse, in hac æstimatione omnino inspiciendus est animus seu propositum, & gravius punitur ille qui ex malitia peccat, quam is qui ex negligentia.

Sed & porro minuitur aliquando talio naturalis ex eadem utilitate publica, respectu habito ad imbecillitatem humaoam: atque hinc dolosa homicidia graviorem æstimationem patiuntur, quam culposa, quod etiam jure divino observatum fuit; Id ergo meri juris civilis est.

Equidem Stoici omnia delicta æqualia dixere: *Cicero 4. Paradox.* & *pro Milon.* dum comparat vitam Africani cum morte Clodii. Coof. *Socrat. apud Plat. L. ult. de leg.* Quod suo sensu verum est: Nam sive parva, sive magna res sit ablata, æque furtum est ratione furis, æque vitium est & excessus, adeoque æque forma furti: At non idem est ratione æstimationis, tum damni tum pœnæ, quæ omnino major esse debet ubi major est læsio. Ita Cicero, postquam dixit peccati rationem io eo esse quod non licet, indeque eo facto æque peccatum esse, sive res magoa sive parva sit, ita pergit: *Nos in vita non quacumque peccato pœna sit, sed quantum cuique liceat, spectare debemus, quidquid non oportet scelus esse.* Non igitur intellexit mentem Stoicorum Horatius, dum *1 Serm. Sat. 3. v. 96. seqq.* refutat delictorum æqualitatem;

Queis paria esse fere placuit peccata, laborant,
Cum ventum ad verum est: sensus, moresque repugnant,
Nec vincet ratio hoc: tantumdem ut peccet idemque,
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus divum sacra legerit: adsit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Ne scutica digno, horribili sectare flagello.

Quo major ergo malitia est, eo majorem reparationem leges civiles statuere, & eo graviorem pœnam infligere possunt.

PROPOSITIO X.

Jus puniendi non competit privato, sed soli magistratui.

DEMONSTRATIO.

Hic perpetuus est auctoris error, jure naturæ unumquemque læsum, quin & alium non æque nocentem pœnam a lædente sumere posse: quod passim jam refutavimus. Nam (1) privatus in privatum, par in parem natura nullum jus habet: (2) ad pœnam etiam invitus cogendus est, jus autem cogendi non nisi superior habet: unde (3) pœna est effectus imperii, quod par in parem non habet. Sed & (4) pœna natura infligi noo potest nisi prævia caussæ cognitione, hæc autem privato in parem nullibi concessa est, nedum in propria caussa: (5) communi gentium consensu constat, administrationem justitiæ magistratui concessam esse, pars autem ejus administrationis est distributio pœnarum.

PROPOSITIO XI.

Poena finitur (1) *morte,* (2) *remissione.*

DEMONSTRATIO.

Morte finiri pœnam certum est, (1) quia effectus pœnæ est ut injuria tollatur patiendo tantundem, hæc passio locum naturaliter habere non potest, nisi in persona quæ læsit: adeoque tantum ea viveote, post mortem eoim malum pati nemo potest. (2) Pœna est æstimatio demeriti, uti præmium æstimatio meriti: meritum autem atque demeritum extra personam esse nequeuot, non magis quam unius actio potest videri actio alterius. Sed & (3) effectus pœnæ coosistit in sensu: uode nec infans, nec furiosus puniri naturaliter possunt, quia sensum pœnæ noo habent, nedum mortuus: Unde (4) hæredes ex. delicto defuncti ad pœnam non teoeotur: non ex suo facto illicito, quia nihil peccarunt; nec ex jure defuncti, quia pœna saltem tenet suos auctores. *L. 22. C. de pœn.* Aliud est si talio ex bonis defuncti fiat, de quo plenius actum est io *Disput.* nostra *de obligatione heredis ex delicto defuncti.*

De *remissione* pœnæ Auctor agit infra §. 22. *seq.* Ea finitur omnino pœna, si jus sit partis læsæ, non si jus sit superioris punientis: Unde nec a contrario soperior pœnam remittere potest, si de jure privati agitur.

„*a*) (SUPRA:) *L. 2. c. 1. §. 2.*

„*b*) (FACTA:) Nam ex hypothesi auctoris actio„nes dantur aut ob injuriam *non factam*, aut ob „*factam: L. 2. c. 1. §. 2.* Quaodo *ob non factam* „injuriam bellum licitum sit, explicavit *d. §. 2. in* „*fin. & §. seq.*

„*c*) (AUT UT REPARARI POSSUNT, AUT UT „PUNIRI:) *d. c. 1. §. 2.*

„*d*) (PRIOREM PARTEM JAM ABSOLVIMUS:) „Postquam enim io genere supposuit ob injuriam „factam *reparandum esse id quod nostrum est, vel fuit,*

[e] Supereſt poſterior quæ eſt de pœnis, quæ res eo diligentius tractanda eſt nobis, [f] quod origo ejus & natura minus intellecta multis errationibus cauſam dedit. Eſt autem pœna generali ſignificatu [g] *Malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis.* Nam quanquam pro pœna quibusdam injungi opera quædam ſolent, ea tamen opera ſpectantur tantum qua moleſta ſunt, [h] atque ideo ad paſſiones ſunt referenda. Quæ vero incommoda patiuntur aliqui ob morbum contagioſum, aut corpus mutilum, aut alias impuritates, quales multæ exſtant in lege Hebræa, puta arceri cœtibus aut functionibus, [i] proprie pœnæ non ſunt, quanquam [k] ob ſimilitudinem quandam & per abuſionem eo vocabulo appellantur.

qua

„*fuit*, aut quod nobis *debetur:* porro ſuppoſuit „*noſtrum aliquid eſſe* vel communi hominum jure, „vel jure ſingulari. Vid. *libr. 2. cap. 2. usque ad* „*cap. 11. Diſſ. prooem. VI. §. 1. ſeq. Deberi autem* „*nobis aliquid*, vel ex jure naturæ, vel ex jure gen„tium. Vid. *libr. 2. cap. 11. usque ad cap.* 20. „*Diſſ. prooem. VII. §. 1. ſeqq.* Utrumque autem re„parari debere concludit.

e) (SUPEREST POSTERIOR DE POENIS:) i. e. ſupereſt, ut demonſtremus quomodo injuria facta punienda ſit.

„*f*) (QUOD ORIGO EJUS ET NATURA MINUS „INTELLECTA MULTIS ERRATIONIBUS CAUSAM „DEDIT:) Verum eſt naturam & originem pœna„rum hactenus ſatis cognitam non fuiſſe: Sed, ſi „dicendum quod res eſt, nec Grotii principia rem „exhauriunt: meliora ſunt, quæ B. Parens de ori„gine pœnarum initio hujus capitis diſſeruit, & „quæ compendio, paucis mutatis, nunc propo„nemus:

„I. Ex omni facto illicito, quo jus alterius læ„ditur, oritur reparandi neceſſitas, i. e. obliga„tio jus ſuum cuique tribuendi. Vid. *Diſſ. prooem. XII.* „*§.* 518

„II. Reparatio illa fit (1) per reſtitutionem da„mni dati, (2) per paſſionem tantundem mali, „quantum fecit:

„III. Reſtitui igitur debet damnum injuria da„tum, ſive reddendo rem ipſam, quæ apud delin„quentem exſtat, ſive ſolvendo æſtimationem, ſeu „tantundem. Vid. *B. Par. Diſſ. de obligat. ex del.* „*def. §. 5. n. 5. & §. 10.* Cum enim læſus ex facto „delinquentis minus ſuo habeat, naturali ratione „tantundem ejus patrimonio detrahi debet, donec „patrimonium læſi redintegretur.

„IV. Cum vero is qui deliquit præter demti„onem rei, jus alterius lædat, ſecuritatem a natura „ſingulis conceſſam violet, angorem, dolorem, „& perturbationem animi læſo cauſetur &c. hanc „quoque injuriam reparare, i. e. tantundem mali „pati tenetur, quantum fecit.

„Atque hæc reparatio, quæ per talionem fit, „pœna dicitur: eaque vera ratio eſt *pœnarum pri„vatarum*, quas JCti Romani ultra ſimplum, in „duplum, triplum, vel quadruplum ſtatuerunt; quæ „proinde non ex jure civili, ſed ex jure naturæ „originem habent.

„Sed & *pœnæ publicæ* ex eodem fonte oriun„tur. Cum enim is qui jus alterius lædit, vel „aliquid legibus contrarium admittit, auctorita„tem quoque magiſtratus violet, hanc quoque in„juriam in magiſtratum per contemtum legum „commiſſam reparare, i. e. tantundem mali „pati tenetur, quantum fecit.

„V. Hinc jam facile conſtat, hanc talionem „non conſiſtere in eodem malo præciſe infligendo; „v. gr. ut dens pro dente, oculus pro oculo &c. „facto naturali eruantur, hic enim per rei natu„ram tantundem mali definiri nequit: ſed fieri „id debet per æſtimationem, juxta arbitrium boni „viri, ubi malitiæ lædentis, dignitas læſi, locus „ubi læſio facta eſt &c. in æſtimationem veniunt, „& juxta gradus injuriæ & malitiæ pœna ſeu talio „augetur, quod optime obſervarunt Romani JCti „in *L. 16. D. de poen.* Quibus principiis poſitis tota „ratio pœnarum perſpicua erit.

g) (MALUM PASSIONIS, QUOD INFLIGITUR OB MALUM ACTIONIS:) Rectius definivimus pœnam *privationem boni noſtri propter culpam.*

ADDITIO.

„Hæc definitio non differt a priori: Nam ille „quoque qui privatur iucunditate aliqua, v. gr „in liberis &c. patitur malum aliquod:

„*h*) (ATQUE IDEO AD PASSIONES SUNT RE„FERENDA:) Revera enim mali aliquid patitur „qui ad operas damnatur.

„*i*) (PROPRIE POENÆ NON SUNT:) Etſi enim „malum hic ſit paſſionis, id tamen non eſt ob ma„lum actionis, ſed jus quæſitum aufertur ob utili„tatem publicam. &c. Ita enim ob morbum con„tagioſum, v. gr. lepram, commerciis interdici „alicui poteſt, *Levitic. 13.* ob corpus mutilum ex„cludi a dignatibus, *Deuteron.* 23. 1. ob im„puritates quasdam a cœtu et conſortio hominum. „Vid. *Levit. 15.*

„*k*) (OB SIMILITUDINEM ET PER ABUSIONEM:) „Quia revera malum aliquod patitur, etſi citra „culpam, ſeu malum actionis

l) (NA-

2. Inter ea vero quæ [l] natura ipsa dictat licita esse & non iniqua, est & hoc, [m] ut qui male fecit malum ferat, [n] quod antiquissimum & Rhadamantheum jus vocant philosophi, [o] ut alibi diximus. Spectat eodem dictum Plutarchi libro de exilio τῷ Θεῷ ἕπεται δίκη τῶν ἀπολιπομένων τȣ θείȣ νόμȣ τιμωρὸς, ᾗ χρώμεθα πάντες ἄνθρωποι φύσει πρὸς πάντας ἀνθρώπȣς ὥσπερ πολίτας *justitia Deum comitatur, ultrix in eos qui adversus legem divinam delinquunt: qua omnes homines natura utimur* [p] *adversus omnes homines ut cives.* [q] Plato dixit ἐκεῖνο ȣ̓δεὶς ȣ̓́τε θεῶν ȣ̓́τ' ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν ὡς ȣ̓ τῷ γε ἀδικȣ̃ντι δοτέον δίκην. *nec Deorum nec hominum quisquam hoc dixerit.* [r] *injuste agenti non luendam pœnam.* Et Hierax justitiam ex parte hac tanquam nobilissima definiebat τιμωρίας ἀπαίτησιν παρὰ τῶν προηδικηκότων, *pœnæ exactionem ab iis qui priores læsere*, & Hierocles ἰατρικὴν πονηρίας [s] *malitiæ* medicatricem. [t] Lactantii dictum est: *Non exiguo falluntur errore, qui censuram sive humanam sive divinam acerbitatis & malitiæ nomine infamant, putantes nocentem dici oportere qui nocentes afficit pœna.*

Pag. 601. B. In Euthyphr. Tom. I. p. 8. D Ed. H. Steph. Apud. Stob. Serm. 9. Pag. 124. Ed. Needham. De ira Dei c. 17.

3. Quod vero diximus pœnæ, quæ [u] proprie ita nominatur, omnino hoc inesse [v] ut delicto reddatur, notatum & Augustino est, qui dixit: *Omnis poena, si justa est, peccati poena est:* [w] quod ad pœnas etiam quæ a Deo irrogantur pertinet, quanquam in illis interdum ob humanam ignorantiam, ut idem scriptor loquitur, [x] *latet culpa ubi non latet poena.*

I. Retract. (seu Retractation.) c. 9.

§. II.

„l) (NATURA IPSA DICTAT:) Per convenien„tiam, scilicet, cum societate humana: At sæpius „dictum est, tale dictatum non dari, quia huma„na societas non existit, adeoque ex alia naturæ „ratione originem pœnarum demonstravimus.

„m) (UT QUI MALE FECIT MALUM FERAT:) „Omnis enim iojuria tolli debet, eaque est naturæ „obligatio: Non autem reparatur nisi restitutione „rei & damni, & præterea per talionem, quæ est „æstimatio seu pensatio mali, quod illatum est.

„n) (QUOD ANTIQUISSIMUM ET RHADAMAN„THEUM JUS VOCANT:) De antiquitate hujus ju„ris vide *pr. h. §. propos. III.*

„o) (UT ALIBI:) *Libr. 1. c. 2. §. 5. lit. g.*

„p) (ADVERSUS OMNES HOMINES UT CIVES:) „Ejusdem scilicet reipublicæ, cujus caput Deus est.

q) (Grot.) (PLATO:) Verba ejus sic posuit *Irenai* iuterpres libro III, c. 14. *Et Deus quidem, quemadmodum & vetus sermo est, initium & medietas omnium qua sunt habens, recte perficit, secundum naturam circumiens: hunc autem semper consequitur justitia ultrix in eos qui deficiunt a lege divina.* (Cap. 41. vulg. 25. divis. *Massuet.*)

„r) (INJUSTE AGENTI NON LUENDAM POE„NAM:) Conf. *Sallust. Jug. c. 20. & 31. Catil. c.* „*51. Pachymer. Hist. 6. Euripid. in Hecub. v. 844.* „*Sophocl. in Oedip. tyrann. v. 553. Tesm. h. Senec.* „*de ira, c. 30.* & in *Herc. fur v. 735. Plat. in* „*Euryphr. Euripid. in Hippol. Coron. v. 933.*

„s) (MALITIÆ MEDICATRICEM:) Nam pœnæ „sunt instar medicinæ, qua affecta corpora curan„tur. *Tesmar. h.* & *Grot.* infr. §. 7. *n. 1.* Add. „*c. 1. c. 23. q. 5. Liv. 28. 27. Senec. de ira libr.* 1. „*c. 16. Tac. Annal. libr. 1. c. 49.*

t) (Grot.) (LACTANTII DICTUM EST:) Convenit huc & illud Belisarii apud *Procopium* Vandal. 1. c. 12. πρῶτον δ' ἂν τȣ̃ δικαίȣ γένοιτο γνώρισμα, ἡ τῶν ἀδίκως ἀνῃρηκότων ποινή· *Primum justitiæ documentum erit, pœna exacta de injustis interfectoribus.* (Cap. 12.) Adde *Agathiam* lib. V. ubi de Anatolio. (Cap. 2.)

„u) (QUÆ PROPRIE ITA NOMINATUR:) Et „quæ infliguntur ob malum actionis.

„v) (UT DELICTO REDDATUR:) Pœna enim „est æstimatio malitiæ, seu malæ actionis, *L.* 41. „*D. de pœn.*

„w) (QUOD AD POENAS ETIAM QUÆ A DEO „IRROGANTUR PERTINET:) Si scilicet Deus ma„lum infert hominibus propter peccata. Cæterum „non omnia mala a Deo illata sunt pœnæ: ali„quando enim sunt beneficia, semper autem jus „Dei est creaturæ suæ calamitates inferre, quod „thema latius explicavi supra *libr. 1. c. 1. §. 10. n.* 6.

„x) (LATET CULPA UBI NON LATET POENA:) „Tunc

§. II.

1. Sed [a] an ad assignatricem, an vero ad expletricem justitiam pœna pertineat, diversi diversum sentiunt. Quidam enim quia qui plus peccavit gravius, qui minus, levius puniuntur, & quia pœna quasi a toto parti datur, [b] ideo ad assignatricem justitiam poenas referunt.

2. Sed quod primum illi ponunt, assignatricem justitiam toties locum habere quoties inter terminos plures duobus instituitur æqualitas, [c] verum non esse in principio operis hujus ostendimus: Deinde quod magis nocentes gravius, minus nocentes levius puniuntur [d] id per consequentiam duntaxat evenit, non quod hoc primo ac per se spectetur. Nam primo ac per se spectatur [e] æqualitas inter culpam & poenam: de qua Horatius: 1. Sat. 3 78. 79.

Cur non
Ponderibus modulisque suis ratio utitur ac res
Ut quæque est ita suppliciis delicta coërcet?
Et alibi (*Ibid.* vers. 117. 118.)
Adsit
Regula peccatis quæ poenas irroget æquas,
Nec scutica dignum horribili sectare flagello

[f] Eo-

„Tunc igitur malum patitur ob malam actionem, „quæ homines, non Deum latet. Cæterum sæ„pius Deus malum hominibus infert ubi nec cul„pa nec pœna est, exemplo Jobi: jure enim „dominii, quod in vitam & in res terrestres habet, „pro lubitu de utrisque disponere potest. Vid *indi„cem*, voce *jus Dei.*

a) (AN AD ASSIGNATRICEM, AN VERO AD EXPLETRICEM JUSTITIAM POENA PERTINEAT:) Quid auctor per has justitiæ species intelligat vidimus supra *libr.* 1. *c.* 1. §. 8. ubi simul notavimus, jure naturæ nullam proportionem, neque assignatricem, neque expletoriam, i. e. neque geometricam neque arithmeticam locum habere. Cæterum juxta mentem auctoris pœnæ ad expletricem justitiam potius pertinent, quia tendunt ad reparationem injuriæ, adeoque ad expletionem justitiæ.

„*b*) (IDEO AD ASSIGNATRICEM JUSTITIAM „POENAS REFERUNT:) Quia non videtur præcise „expleri factum, sed pro qualitate & circumstan„tiis facti pœna attribuitur seu assignatur.

„*c*) (VERUM NON ESSE IN PRINCIPIO OPERIS „HUJUS OSTENDIMUS:) Scilicet *libr.* 1. *c.* 1. §. 8. „ubi simul refutat eos qui ajunt, justitiam attri„butricem versari circa res singulorum.

„*d*) (ID PER CONSEQUENTIAM DUNTAXAT „EVENIT:) Immo id ipsum est ex justitia exple„trice, quia præcise injuria reparari, i. e. tantun„dem mali reddi debet.

e) (Grot.) (ÆQUALITAS INTER CULPAM ET POENAM:) *Seneca* de Ira II, 6. *Iniquus erit si æqualiter irascetur inæqualibus. Tacitus* annalium III, (cap. 50.) *Sin flagitia & facinora sine modo sunt, suppliciis & remediis principis moderatio, majorumque & vestra exempla temperant, & vana a scelestis, dicta a maleficiis differunt: est locus sententiæ, per quam neque huic delictum impune sit, & nos clementiæ simul ac severitatis non pœniteat.* Ammianus libro XVIII. cap. 1. *Oratur ne delictis supplicia sint grandiora.* Scholiastes ad *Horatium*, (init. Sat. 3. lib. 1.) *Si in minimis peccatis etiam maximæ pœnæ consumuntur, restat ut maxima peccata aut maneant impunita, aut nova supplicia adinveniantur.* Lex Wisigothorum libro XII, tit. 3. cap. 1. *Nam quædam leges sicut culparum habent diversitates, non ita discretas in se continent (retinent) ultiones, sed permixta scelera transgressorum ad unius permittuntur legis pœnale judicium. Nec secundum modum culpæ modus est adhibitus pœnæ, cum major minorque transgressio non unius debeat multationis prædemnari supplicio: præsertim cum dominus in lege sua præcipiat: pro mensura peccati erit & plagarum modus.* Vid. infra hoc capite, §. XXVIII. & XXXII. & lib. III. c. XI. §. 1. (In loco TACITI legendum mihi videtur: *Sin flagitia & facinora*, ETSI *sine modo sunt* &c. alias non constat sensus, quem nec *Freinshemius* in pa-

raphrasi

vers. 1.3. f Eodem ſpectat lex divina Deuteron XXV. g & novella Leonis.
C. V.

2. h Sed nec alterum quod illi ponunt magis verum eſt, i pœnas omnes venire ex toto ad partem, quod ex his quæ dicenda ſunt apparebit. Tum vero oſtenſum a nobis k ſupra eſt, veram juſtitiæ aſſignatricis rationem l nec in tali æqualitate, m nec in proceſſu a toto ad partem proprie conſiſtere, n ſed in habenda ratione ejus aptitudinis, quæ jus ſtricte dictum in ſe non contineat ſed occaſionem ei det. Quanquam vero is qui punitur aptus aut dignus eſſe debet puniri, o non eo tamen id ſpectat ut ipſi accedat aliquid, quod aſſignatrix juſtitia poſtulat. Nec tamen qui expletricem juſtitiam, p quam vulgo commutatricem vocant in pœnis exerceri volunr, magis ſe explicant. q Ita enim negotium hoc conſiderant quaſi nocenti aliquid reddatur, r ſicut in contractibus fieri ſolet s Decepit eos vulgaris locutio, qua dicimus pœnam deberi ei qui deliquit, quod plane eſt ἄκυρον t nam cui proprie debetur aliquid, is in alterum jus

raphraſi, nec alii interpretes ſatis expediunt: & facile a Librariis omitti potuit particula *etſi*, propter ſequentem *ſint*. Qua de re judicium penes Criticos eſto. *J. B.*)

ADDITIO.

„Æqualitas inter culpam & pœnam neceſſario „eſſe debet, quia delinquens tantundem pati de„bet mali quantum mali, fecit.

„*f*) (EODEM SPECTAT LEX DIVINA:) Verba „*Deut. XXV. v. 2.* hæc ſunt, *pro menſura peccati* „*erit & plagarum modus.*

„*g*) (ET NOVELLA LEONIS:) Verba *Novell.* 24. „ita ſe habent: *ubi enim injuria ultio, quando inju*„*ria affecto damnum injuria datum non reſarcitur;* „& *Nov. 66. ut juſtitia libram non plus æquo ad* „*miſericordiam inclinare, ita neque nimia auſteri*„*tas delinquentibus graviorem pœnam, quam pec*„*catum requirit, imponi honeſtum eſt.*

„*h*) (SED NEC ALTERUM, QUOD ILLI PONUNT:) „Qui ſcilicet pœnas ad juſtitiam aſſignatricem re„ferunt:

„*i*) (POENAS OMNES VENIRE EX TOTO AD „PARTEM:) i. e. comparatam, eoque geometri„cam proportionem hic obtinere. *d. §. 8. n. 2.*

„*k*) (SUPRA:) *Libr. 1. c. 1. §. 8. n. 2.*

„*l*) (NEC IN TALI ÆQUALITATE:) Hanc enim „ſæpe locum habere dixit, non ſemper. *d.* §. 8: *n.* 2.

„*m*) (NEC IN PROCESSU A TOTO AD PAR„TEM:) Quia in juſtitia aſſignatrice aliquando ſim„plici commenſione attributionem fieri dixit *d. §.* „*8. n. 2.*

„*n*) (SED IN HABENDA RATIONE EJUS APTI„TUDINIS, QUÆ JUS STRICTE DICTUM IN SE „NON CONTINEAT:) Plurima circa hæc principia „auctoris notavimus *d. §. 8.* diximus (1) aptitu„dinem plane ad jus non pertinere, adeoque nec ad „juſtitiam aſſignatricem: (2) proportionum uſum „in jure nullum eſſe, adeoque fruſtra de his ſub„tilitatibus quæri.

„Quid vero Grotius per *aptitudinem*, ſeu jus „naturæ laxius, & quid per *jus ſtricte dictum*, ſeu „facultatem, intelligat, late explicavimus ſupra „*libr. 1 c. 1. §. 4. 5. 6.* ubi ſimul notavimus, hanc „diſtinctionem nullum effectum in juris naturæ „tractatione, quatenus de jure hominum inter ſe „agitur, habere.

„*o*) (NON EO TAMEN ID SPECTAT, UT IPSI „ACCEDAT ALIQUID, QUOD ASSIGNATRIX JUSTI„TIA POSTULAT:) Senſus eſt, quod, etſi aptitudo „quoque in pœnis requiratur, eoque pœnæ ad ju„ſtitiam aſſignatricem ſpectare videantur, non ta„men talis aptitudo hic ſit, qualem *aſſignatrix ju*„*ſtitia* poſtulat, quippe cujus natura in eo poſita „ſit, ut quæ juris ſunt alteri permittantur, aut im„pleantur, *prol.* §. 10. cum juſtitia comes ſit ea„rum virtutum, quæ aliis hominibus utilitatem af„ferunt. *libr. 1. c. 1. §. 8. n. 1.* quæ examinavimus *ibidem.*

„*p*) (QUAM VULGO COMMUTATRICEM VO„CANT:) *d. libr. 1. c. 1. §. 8.*

„*q*) (ITA ENIM NEGOTIUM HOC CONSIDERANT, „QUASI NOCENTI ALIQUID REDDATUR:) Nimi„rum malum, pro alio malo quod fecit.

„*r*) (SICUT IN CONTRACTIBUS FIERI SOLET:) „Nam fingunt eum, qui mali aliquid facit, con„ſentire in pœnam, adeoque quaſi ex pacto teneri. „Vid. *n. ſeq.*

„*s*) (DECEPIT EOS VULGARIS LOCUTIO, QUA „DICIMUS, POENAM DEBERI EI QUI DELI„QUIT:) Ita Cicero ait, *pœna tanto facinori de*„*betur.*

„*t*) (NAM CUI PROPRIE DEBETUR ALIQUID, IS „IN ALTERUM JUS HABET:) Delinquens autem „nullum jus habet in eum quem lædit.

„*u*)

jus habet. Sed cum deberi alicui pœnam dicimus, nihil volumus aliud quam [u] æquum esse ut puniatur.

3. Verum tamen est [v] in pœnis primo ac per se exerceri expletricem justitiam, [w] quia scilicet qui punit, ut recte puniat, jus habere debet ad puniendum, quod jus ex delicto nocentis nascitur. Atque hac in re est aliquid [x] quod ad contractuum naturam accedit: [y] quia sicut qui vendit, etiamsi nihil peculiariter dicat, obligasse se censetur ad ea omnia quæ venditionis sunt naturalia, [z] ita qui deliquit sua voluntate se videtur obligasse pœnæ, quia crimen grave non potest non esse punibile, [aa] ita ut qui directe vult peccare, per consequentiam & pœnam mereri voluerit: quo sensu Imperatores cuidam ajunt [bb] *ipse te huic pœnæ subdidisti*, & qui sceleratum capiunt consilium [cc] suo

„u) (ÆQUUM ESSE UT PUNIATUR:) Rectius „pœna ei *deberi* ideo dicitur, quia meretur pœnam „ex facto suo illicito.

„v) (IN POENIS PRIMO AC PER SE EXERCERI „EXPLETRICEM JUSTITIAM:) Hoc refutavimus su„pra *libr. 1. c. 1. §. 8.* & demonstravimus, in jure „nullum esse proportionum usum, nedum dari „aliquam justitiam expletricem, seu commutati„vam. Si vero proportio quædam observanda es„set, negari nequit pœnam infligi debere juxta „justitiam expletricem.

„w) (QUIA SCILICET QUI PUNIT &c. JUS HABERE „DEBET AD PUNIENDUM:) Ei enim debetur repa„ratio, adeoque hactenus in alterum ei jus compe„tit. Vid. *n. præc. in fin.*

x) (Grot.) (QUOD AD CONTRACTUUM NATURAM ACCEDIT:) Sæpe hoc notat *Servius*, ad IV. Æneidos, (*vers. 695.*) *nam qui excedunt delinquendi modum, ipsi sibi pœnam sanciunt.* Ibidem in *vers. 699.*) *damnare est debito liberare, unde* DAMNABIS TU QUOQUE VOTIS. Ad X. Æneidos, (*vers. 32.*) LUANT PECCATA. *luant, id est, absolvant. Dicimus autem & luo pœnam. sed melius est hic peccatum. nam peccatum solvitur pœna. qui enim crimini tenetur obnoxius, pœna eum à pristina liberat obligatione: Contra, luo pœnam non procedit, quasi pœnâ solvatur. Auctoritas tamen ista confundit licenter, more quo solet poni vel a sequenti quod præcedit, vel a præcedenti quod sequitur.* Idem locutio sacræ scripturæ frequens indicat. Nam, ut *Tertullianus* ait de oratione, (cap. 7.) *Debitum in scripturis delicti figura est, quod perinde judicio debeatur, & ab eo exigatur. Chrysostomus* oratione de terræ motu, quæ est tomo V. (Immo *Tom. VI. pag. 677. Edit. Savil.*) de divite illo agens qui Lazaro opponitur, & explicans vocem ἀπέλαβε, quæ est in illo Euangelii loco, (*Luca* XVI. 25.) ἐχρεωστεῖτο αὐτῷ τιμωρίαι, ἐχρεωστεῖντο αὐτῷ ὀδύναι· *debeantur ipsi dolores.* Idem II. de pœnitentia: τὰ ἁμαρτήματα ὡς ὀφειλήματα ἀναγράφεται: *peccata ad debiti genus referuntur.* (Ibi est, ὡς ὀφειλήματα &c. Tom. VI. pag. 771.) Augustinus III. de libero arbitrio: *Itaque si non reddis faciendo justitiam, reddes patiendo miseriam, quia in utroque verbum illud debiti sonat. Hoc enim etiam modo dici potuit quod dictum est: si non reddis faciendo quod debes, reddes patiendo quod debes.* (Cap. 15. §. 44. *Ed. Benedictin.*)

ADDITIO.

„Immo toto cælo differt obligatio quæ ex con„tractu est, & ea quæ est ex delicto, & unde „pœna debetur. *Prior* obligatio oritur ex utrius„que consensu, & ex facto quoque licito: *poste„rior* semper supponit factum illicitum, & pœna „debetur etiam non consentienti, immo & invito.

„y)(QUIA SICUT QUI VENDIT &c. OBLIGASSE SE „CENSETUR AD EA OMNIA QUÆ VENDITIONIS „SUNT:) Vox *venditionis* natura sua, (quam sol lex „civilis & usus ei indidit,) indignat negotium „quo res pro pretio utriusque consensu in alterum „transfertur: qui proinde ait se vendere, ille „omnia expressisse videtur quæ natura vocis „comprehenduntur.

„z) (ITA QUI DELIQUIT SUA VOLUNTATE „SE VIDETUR OBLIGASSE POENÆ:) Fallit hæc com„paratio: Delinquens enim non ideo tenetur quia „pœnæ se obligare voluit, sed quia dolo vel „culpa jus alterius læsit, adeoque etiam invitus ad re„parandam injuriam, patiendo tantumdem mali „quantum fecit, tenetur.

„aa) (ITA UT QUI DIRECTE VULT PECCARE, „PER CONSEQUENTIAM ET POENAM MERERI VO„LUERIT:) Immo etsi declaret se spe impunitatis „deliquisse, tamen inde obligatur ad pœnam.

bb) (Grot.) (IPSE TE HUIC POENÆ SUBDIDISTI:) Philo fine libri primi de vita Mosis; αὐτοί γάρ τοι σπεύδοντες ἁμαρτάνειν, σπεύδετε καὶ πρὸς τιμωρίας· *peccare dum festinatis, ad pœnas ferendas festinatis.* (Pag. 652. D.)

L. Imperatores, 34. D. de jure fisci. L. ult. C. ad l. Jul. Maj. Ann. 12. c. 53. Cap. 2.

[cc] suo merito jam tum puniri, id est, sua voluntate pœnæ meritum contraxisse dicuntur: & [dd] Tacito mulier quæ se servo conjunxisset [ee] in servitutem sui consensisse dicitur, quia id pœnæ in tales erat constitutum.

4. Michaël Ephesius ad quintum Nicomachiorum Aristotelis γέγονε τρόπον τινὰ δόσις καὶ λῆψις, ὅ ἐςι τὸ συναλλάσσειν, λαβῶν γὰρ χρήματα ἢ ἄλλο τι κλέψας δέδωκεν ἀντ' ἐκείνων εὐθύνας [ff] *est hic quodammodo datio & acceptio, in quibus consistit natura contractuum: nam qui res aut aliud quid furatus est, pro eo dat pœnas.* Idem posterius:

Ad Cap. 4.

συναλλάγματα οἱ παλαιοὶ ἐκάλεν ἐ μόνον ἃ ἑκόντες συνετίθεντο πρὸς ἀλλήλες ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπο τῶν νομων διηγορευμένα. *contractus a veteribus appellabantur non tantum quæ mutuis conventionibus constant,* [gg] *sed & quæ legibus sunt vetita.*

§. III.

1. Sed [a] hujus juris subjectum, id est, cui jus debetur, [b] per naturam ipsam determinatum non est. Dictat enim ratio maleficium posse puniri, non autem quis punire debeat: nisi quod satis indicat natura [c] conventissimum esse ut fiat ab eo qui superior est: [d] non tamen ut omnino hoc demonstret esse necessarium, [e] *nisi*

vox

ADDITIO.

„Ipse non se subdit pœnæ, quia nolens quoque reparare tenetur malum quod alii intulit.

„cc). (SUO MERITO JAM TUM PUNIRI, i. e. „SUA VOLUNTATE:) Imo hæc plane diversa „sunt; *suo merito* enim puniri, nihil aliud est quam „puniri ob malum actionis, etsi puniri nolit, & „contrariam declaret voluntatem.

„dd) (TACITO:) *Annal. lib.* 12 *c.* 53.

„ee) (IN SERVITUTEM SUI CONSENSISSE DI„CITUR:) Hoc verum quoad operas & res suas, „quarum arbitrium in dominum consensu suo „transfert, & jure transferre potest: jus autem „vitæ & necis non transit ex consensu, sed ex di„spositione legis in pœnam.

„ff) (EST HIC QUODAMMODO DATIO ET AC„CEPTIO:) Valde improprie, & allegorice magis „quam vere hæc ita dici, apparet ex adiecta voce „*quodammodo.*

„gg) (SED ET QUÆ LEGIBUS SUNT VETITA:) „Imo a veteribus JCtis eo sensu contractus nun„quam appellantur.

„a) (HUJUS JURIS SUBJECTUM, i. e. CUI JUS „DEBETUR:) Intelligit personam cui jus puniendi „competit.

b) (PER NATURAM IPSAM DETERMINATUM NON EST:) Author hic repetit errorem, quem supra *lib.* 1, *c.* 1. §. 10. & 14. & *c.* 2. §. 5. *n.* 3. late refutavimus: nimirum jus puniendi competere omnibus qui simili crimine non laborant, & hoc sensu hos esse superiores ei qui nocuit: quod Author ex dicto Caini, & responso Servatoris probare voluit. Diximus in allegatis locis, pugnare cum naturæ ratione privato & pari competere imperium in alios, nedum in propria causa. Diximus Cainum metum tantum vindictæ exponere, non jus: Servatorem autem non concedere jus puniendi adulteram accusantibus, sed exprobrare ipsis saltem propria vitia.

Sed & supra jam probavimus, jus puniendi ab initio competiisse toti humano generi, eoque diviso singulis civitatibus; quæ aliquando jus suum in unum vel plures confert; Conf. *supr.* § 1. *propos.* 10. Nunquam ergo competit privatis, nisi (1) in casu necessariæ defensionis, (2) ubi lex id permittit. De quo §. 17.

ADDITIO.

„Nostra principia circa originem judiciorum, & „jus puniendi, exposuimus in *Diss. proœm.* XII. „§.612. seq.

„c) (CONVENIENTISSIMUM ESSE, UT ID FIAT „AB EO QUI SUPERIOR EST:) Natura autem su„periores sunt patres familias: (non ergo, ut Auctor „putat, quilibet homo qui ejusdem criminis reus „non est.) Inter familias ipsas autem si quid admittitur, „non potest alicui superiori jus puniendi nocentem „competere, quia familiæ communem superiorem „non habent: Adeoque jure belli seu necessariæ defen„sionis demum læsus a nocente pœnam sumere debet. „Quis vero nocens sit, ex fine demum litis, seu ex „victoria apparebit.

„d) (NON TAMEN UT OMNINO HOC DEMON-

SIRET

vox superioris eo sumatur sensu, ut is qui male egit eo ipso se quovis alio inferiorem censeatur fecisse, & quasi ex hominum censu detrusisse *f* in censum bestiarum quæ homini subjacent, *g* quod a Theologis quibusdam est proditum. Democritus: Φύσει τὸ ἄρχειν οἰκήιον τῶν κρείσσω *h* *natura evenit ut melior sequiori imperet.* Et Aristoteles ait, *i* deteriora comparata esse in usum meliorum, tam in his quæ a natura sunt, quam quæ ab arte. Th. 2. 1. quæst. 64. art. 2. & ibi Cajet. Apud Stob. Serm 47. Politic. VII. 14.

2. *k* Cui consequens est ut saltem ab æque nocente æque nocens puniri non debeat; *l* quo Christi sententia pertinet: *Qui vestrum sine peccato est* (tali scilicet) primum lapidem mittat, Joh. VIII, 7. *m* Quod ideo dixit, quia eo sæculo corruptissimi erant judicorum mores, adeo ut qui sanctissimi videri volebant in adulteriis & similibus flagitiis volutarentur, ut videre est Rom. II, 22. Idem ergo quod Christus dixerat, dixit & Apostolus. *n* *Quapropter inexcusabilis es, o homo, quisquis alium damnas: nam hoc ipso quod damnas alterum, te ipsum condemnas, quando eadem facis tu qui alterum damnas.* Illud Sene-

„STRET NECESSARIUM:) Immo id absolute necessarium est intra fines familiæ, in qua ipsa natura „patrem superiorem constituit.

„*e*) (NISI VOX SUPERIORIS EO SUMATUR SENSU, UT IS QUI MALE EGIT EO IPSE SE QUOVIS ALIO INFERIOREM CENSEATUR FECISSE:) „Nemo unquam vocem *superioris* hoc modo in„tellexit.

f) (Grot.) (IN CENSUM BESTIARUM:) Sic & *Moses Maimonides* ad Deuteron. *cap.* 33.

ADDITIO.

„Nec hoc concedi potest, quælibet peccata ita de„formare hominis dignitatem, ut ob ea patrata sta„tim velut inter bestias sit referendus: nulla ra„tio naturæ ideo allegari potest. Vid. *Puffend.* „*lib. 8. c. 3.* §. 1. Sane cum omnes homines delin„quant, omnes in censum bestiarum detrudi de„berent, & sic non magis alter huic, quam hic „alteri subjectus esset.

„*g*) (QUOD A THEOLOGIS QUIBUSDAM:) Ex „ignorantia principiorum juris naturæ; sed & „plane alio sensu id theologi illi dixere.

„*h*) (NATURA EVENIT UT MELIOR SEQUIO„RI IMPERET:) Refutavimus hoc alibi. Sane „prudentia nemini jus tribuit in imprudentiorem, „& quilibet se prudentiorem altero assereret. „Optime dictum hoc explicat *Pufendorf. l. c.* „§. 1.

„*i*) (DETERIORA COMPARATA ESSE IN USUM „MELIORUM:) Immo hoc universaliter verum non est, „& inprimis in moralibus fallit, quia quilibet inter „meliores recenseri cupit, quis ergo judex?

„*k*) (CUI CONSEQUENS EST, UT SALTEM AB „ÆQUE NOCENTE ÆQUE NOCENS PUNIRI NON „DEBEAT:) Immo nec ab innocente puniri no„cens potest, quia jus illius læsum non est; sed & „fallit illa regula in superiore, qui, etsi æque no„cens sit, tamen nocentem punire potest.

„*l*) (QUO CHRISTI SENTENTIA PERTINET:) „Servator non ait adulteram puniri non posse a „legitima potestate, etsi in pari reatu constituta, „sed in Scribis & Pharisæis improbat quod con„tra æquitatem accusent adulteram, cum æque adul„teri, adeoque in pari reatu constituti sint.

„*m*) (QUOD IDEO DIXIT:) Diximus Servatorem „non voluisse indicare, Pharisæos ideo judices esse „non posse quod æque nocentes essent: Nam de „eo plane quæstio nun erat, constabat enim solum „magistratum de adulterio cognoscendi jus habuisse. „Sed de sola accusatione quærebatur, an scil. Pharisæi „adulteram ream facere possint, cum ipsi ejusdem „criminis rei essent.

„*n*) (QUAPROPTER INEXCUSABILIS ES, O HOMO, „QUI ALIUM DAMNAS:) Immo nec Apostolus hic „ait, judicem esse non posse qui æque nocens est: „contrarium enim in Davide aliisque videre licet, „Sane ille non desiit esse judex licet & homicidi„um commiserit, & adulterium. Apostolus ergo „dehortatur saltem doctores, ne id committant quod „in aliis damnant. *Vid. ad Rom. cap. 2. v. 21. 22.* „Vitia igitur docentium reprehendit, non vero „statuit nocentem ab æque nocente puniri non de„bere. Egregie rem explicat Ziglerus in *notis h. l.* „ubi ita loquitur: *Hoc effatum non huc pertinet, ut* „*velit definire nocentem ab æque nocente puniri non* „*debere, sed ut quæstionem captiosam declinaret, &* „*indirecte respondendo judicum inquinatissimorum* „*vitia reprehenderet.*

„o)

Senecæ huc pertinet: [o] *non poteſt ullam auctoritatem habere ſententia, ubi qui damnandus eſt damnat.* Et alibi: *faciet nos moderatiores reſpectus noſtri, ſi conſuluerimus nos,* [p] *nunquid & ipſi aliquid tale*
Lib. II. c. 1. *commiſimus?* Ambroſius Apologia Davidis: [q] *unusquisque de alio judicaturus de ipſo primum judicet, nec minora in alio errata condemnet cum ipſe graviora commiſerit.*

§. IV.

1. Altera quæſtio eſt de fine pœnis propoſito; nam quæ diximus hactenus id duntaxat oſtendunt, [a] nocentibus injuriam non fieri ſi puniantur. [b] Inde vero non ſequitur omnino puniendos; neque id verum eſt: multis enim nocentibus multa [c] & Deus [d] & homines condonant, eoque nomine laudari ſolent. Celebris eſt [e] Platonis
De leg. L. 9. pag. 934. D. dictum ου γὰρ ἐπὶ κακῶν δίκη γίνεται ουδεμία: [f] & alibi, ουχ ἕνεκα τȣ κακȣργῆσαι
Lib. 11. p. 974. A δίδοται δίκη, (ου γὰρ τὸ γεγονὸς ἀμένητον ἔσαι ποτὲ) τȣ δὲ εἰς τὸν αὖθις ἕνεκα χρόνον.
De Ira l. 1. c. 16. *Nemo prudens punit quia peccatum eſt, ſed* [g] *ne peccetur, revocari enim præterita non poſſunt: futura prohibentur* [h] Idem alibi: *Ne homini*
Ibid. 2. 31. *quidem nocebimus quia peccavit, ſed ne peccet, nec unquam ad præteritum, ſed ad futurum poena referetur;* [i] *non enim iraſcitur, ſed cavet.*
Lib. 3. c. 44. Apud Thucydidem Diodorus de Mitylenæis ad Athenienſes verba faciens: ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικȣ̃ντας, ου διὰ τȣ̃το καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω,

ει

,,o) (NON POTEST ULLAM AUCTORITATEM ,,HABERE:) ſcilicet inter bonos viros, qui ſemper ,,male de tali iudice opinabuntur: at auctoritatem ,,omnino habet contra peccantem.

p) (Grot.) (NUMQUID ET IPSI ALIQUID TALE COMMISIMUS:) Pertinet huc & Ambroſii locus *Sermone 20. in Pſalmum, beati immaculati,* ad verſiculum, *miſerationis tuæ domine cap. 4.* citatus *c. 3. qu. 7.* item *Caſſiodori VI, 21.*

q) (UNUSQUISQUE DE ALIO IUDICATURUS DE ,,SE IPSO PRIMUM IUDICET:) Ambroſius virtutem ,,& perfectionem hic inculcat; hortatur iudicem ,,ne ipſe peccet, quia damnando alios ejusdem pec- ,,cati reos ſe ipſum damnaret. Utitur igitur hoc ar- ,,gumento ut iudices a peccando deterreat.

(AD §. IV.) Auctor ait, punientem neceſſario finem habere debere. *ib. 4. & 5.* ideoque tres fines poenarum ſtatuit: (1) emendationem ejus qui deliquit: (2) utilitatem ejus contra quem peccatum eſt: (3) exemplum ratione reliquorum. *ib. 6. ſeq.* Nos diximus unicum pœnarum finem natura eſſe reparationem injuriæ, ſeu talionem; nam ubi ſatisfactum & jus læſi reparatum eſt, ceſſat injuria, eoque delictum.

Reliqui autem fines omnes ſunt juris poſitivi, ut emendatio ejus qui peccavit ſenſu pœnæ, *L. 20. D. de pœn.* & exemplum reliquorum ut deterreantur, Vid, *§. 1. propoſ.*

a) (NOCENTIBUS INIURIAM NON FIERI SI PUNIANTUR:) Quia jus alterius lædunt, quod reparari natura debet:

b) (INDE VERO NON SEQUITUR OMNINO PUNIENDOS; NEQUE ID VERUM EST:) Nam remitti aliquando injuria a læſo poteſt, & tunc ſatisfactum ei eſt. At id generaliter non obtinere infra videbimus.

,,c) (ET DEUS:) Si Deus quælibet peccata ſtatim puniret nemo hominum ſupereſſet; nullus ,,enim eſt qui non peccet. *Lactant. de ira cap. 20.*

,,d) (ET HOMINES CONDONANT:) De remiſſione ,,delicti agemus infra §. 21. *ſeq.*

,,e) (PLATONIS DICTUM:) Latine: *non enim propter peccatum ſumitur pœna.*

,,f)) (ET ALIBI:) *Non ideo quod peccatum eſt ,,exigitur ſupplicium, (factum enim infectum fieri ,,nequit) ſed propter exemplum ad tempus futurum:* ,,ut alii exemplo pœnæ a ſimili peccato abſterre- ,,antur.

,,g) (NE PECCETUR:) Adeoque ne vel is qui ,,nocuit amplius nocere poſſit, vel ut alii deter- ,,reantur ne peccent.

,,h) (IDEM ALIBI:) *libr. 2. de ira, cap. 31. Conf. ,,Cic. Verr. 42.*

,,i) (NON ET INTERFICIENDOS CENSEBO NISI ID ,,EXPEDIAT:) Adeoque remitti pœna poteſt ſi id ,,expedit.

k)

εἰ μὴ ξυμφέρον: *ut maxime illos injuste egisse pronuntiem,* [i] *non & interficiendos censebo nisi id expediat*

2. Sed hæc in hominibus punientibus vera sunt: nam homo ita homini alteri ipsa consanguinitate alligatur, [k] ut nocere ei non debeat [l] nisi boni alicujus consequendi causa. [m] In Deo alia res est, ad quem Plato dictas sententias male extendit. [n] Dei enim actiones Gorgia. p. 525. B
niti possunt ipso summi dominii jure, [o] præsertim ubi meritum hominis speciale accedit, [p] etiamsi finem nullum sibi proponant extra ipsas: & ita Hebræi quidem explicant illud Salomonis quod ad hanc Moses
materiam pertinet כל פעל יהוה למענהו וגם רשע ליום רעה ut sensus sit, Maimonides in
[q] *res singulas Deus facit propter ipsas etiam impium ad diem malum:* Id doctore dubi-
est, etiam tum cum impium punit, [r] non alio fine hoc facit quam ut tantium
puniat. Quanquam etiamsi [s] receptiorem sequamur interpretationem lib. 3. c. 13. &
[t] eodem res recidet: ut dicatur Deus fecisse omnia propter se, [u] id Rab. Imm. ad
id est jure summæ libertatis & perfectionis nihil extra se quærens aut Prov.
respiciens: sicut Deus dicitur [v] αὐτοφυὴς, [w] quia non est natus ex aliquo. Certe poenas quorundam valde perditorum a Deo non ob aliud 16, 4.

k) (Grot) (UT NOCERE EI NON DEBEAT, NISI &c.) *Cassiodorus* de amicitia: *quodsi manus una casu aliquo forte lædat alteram, illa, qua læsa est, non repercutit, nec se erigit in vindictam.*

ADDITIO.

„Quod homo homini nocere non debeat non „est ex aliqua consanguinitate, sed quia jus „in alterius res & actiones nullum habet, indeque „extra facultatis a Creatore concessæ fines; eoque „injuria ageret, ad cujus reparationem cogi potest.

„*l*) (NISI BONI ALICUJUS CONSEQUENDI CAU„SA:) Rectius, nisi injuriæ reparandæ causa.

„*m*) (IN DEO ALIA RES EST:) Qui nocere „potest etiam non consequendi alicujus boni causa; „quod verum est, at tunc non est pœna.

„*n*) (DEI ENIM ACTIONES UTI POSSUNT IPSO „SUMMI DOMINII JURE:) Vi cujus plenum jus in vi„tam & bona hominum habet, quod late explicavi„mus *l. 1. c. 1.* §. 10. *n. 6.* & *c. 4. §. 7. n.* 1. Conf, „*Proleg.* §. 18. & infra *l. 2. c.* 21. §. 14. *n.* 1. *l. 3.* „*c.* 1. §. 4 *n.* 3. & *c. 4.* §. *9. n.* 1. Vid. *indicem* „voce *Dei jus in hominem.*

„*o*) (PRÆSERTIM UBI MERITUM HOMINIS SPE„CIALE ACCEDIT:) Cum enim Deus tanquam „omnium rerum arbiter, sine causa vitam & bona „hominibus pro lubitu auferre possit, multo ma„gis id poterit si ex justa causa fiat.

„*p*) (ETIAMSI FINEM NULLUM SIBI PROPO„NANT EXTRA IPSAS:) Sensus est, Deum puni„re posse quia vult, etsi extra hanc voluntatem „aliam causam non habeat: At bene notandum est, noxiam hanc non esse pœnam: adeoque Deus no„cere quidem pro lubitu potest, at non punire, „nisi ob delictum præcedens.

„*q*) (RES SINGULAS DEUS FACIT PROPTER „IPSAS, ETIAM IMPIUM AD DIEM MALUM:) Di„ctum hoc plane huc non pertinet, nedum inter„pretatio Auctoris admitti potest: Salomon non „ait Deum sine ulla causa, & delicto non præcedente „punire homines posse, id enim justitiæ ejus repu„gnaret: sed asserit saltem, Deum esse causam „omnium, ita enim Vulgata vertit: *universa pro„pter semet ipsum operatus est dominus,* & tunc „addit, *cum fecisse etiam impium ad malum diem.* „Quod itidem propter semet ipsum fecit, ut ma„nifestet justitiam suam, puniendo eos quos bo„nos creavit, & qui impii facti sunt. Adeoque „non sine fine.

„*r*) (NON ALIO FINE HOC FACIT, QUAM UT „PUNIAT:) Contrarium ex hoc ipso loco apparere „dixi.

„*s*) (RECEPTIOREM INTERPRETATIONEM:) Non „quasi Deus res singulas faciat *propter ipsas,* sed „*propter semet ipsum.*

„*t*) (EODEM RES RECIDET:) Verum sensum „illius dicti jam explicavi.

„*u*) (i. e. JURÆ SUMMÆ LIBERTATIS ET PER„FECTIONIS, NIHIL EXTRA SE QUÆRENS:) Hic „sensus repugnat justitiæ divinæ, omnis pœna sup„ponit delictum, adeoque nec Deus punire potest „nisi ob malum actionis:

„*v*) (αὐτοφυὴς:) Natus ex se ipso.

„*w*) (QUIA NON EST NATUS EX ALIQUO:) „Ipse enim est causa necessaria omnium rerum, „eoque æternus, i. e. a se ipso: At inde non se„quitur eum punire sine causa homines posse, nam „cum ens sit perfectissimum, nihil facere potest „quod perfectioni illi sit contrarium. Equidem „pro

Deuter. 28. 63. Esai 1.24. Prov. 1. 26. liud exigi sacra verba testantur, [x] cum dicunt eum voluptatem capere ex ipsorum malo, subsannari atque irrideri impios a Deo. [y] Tum vero & extremum judicium, post quod nulla exspectatur emendatio, imo & in hac vita pœnæ quædam inconspicuæ ut obduratio, verum esse quod, [z] contra Platonem dicimus evincunt.

3. [aa] At homo cum hominem sibi natura parem punit, [bb] aliquid sibi debet habere propositum. Et hoc est quod ajunt scholastici, Thom. 2. 2. quaest. 108. Silv. verb vin. [cc] non debere in malo cujusquam acquiescere ulciscentis animum. Sed et ante ipsos Plato in Gorgia, eos qui quemqam morte puniunt, dicta. Pag. 461. B. aut exilio, aut multa, non hoc βέλεσθαι ἁπλῶς, *simpliciter velle*, [dd] *sed boni alicujus causa*, ἕνεκα τȣ ἀγαθȣ. Et [ee] Seneca ad vindictam veniendum non quasi dulce sit vindicare, sed quasi utile. Etiam Ari- De Ira 2: 32. stoteles septimi de republica capite XIII. ait, [ff] quædam esse honesta simpliciter, [gg] quædam ob aliquam necessitatem: & posterioris exemplum ponit [hh] in pœnarum exactione.

§. V.

1. Quod ergo a mimo dictum est:

Publ. Syr. vers. 340. *Læso doloris remedium inimici dolor:*

Orat. pro Cec. c. 12. & a Cicerone, dolorem pœna mitigari: [a] Plutarcho ex Simonide, Γλυκὺ

„pro lubitu Deus vitam & bona hominibus, etiam „pissimis, auferre potest, at tunc non est pœna, ne„qoe id facit tanquam judex, sed tanquam rerum „omnium arbiter & dominus, quæ duo confun„dit Auctor.

„x) (CUM DICUNT EUM VOLUPTATEM CAPE„RE EX IPSORUM MALO:) Quia id promeriti sunt, „adeoque Deus voluptatem capit dum satisfaeit „justitiæ suæ, & irridet impios quod leges Crea„toris sui tam pertinaeiter transgredi audeot.

„y) (TUM VERO EXTREMUM JUDICIUM: &c.) „Author, ut probet Deum jure summæ libertatis „citra ullum finem emendationis punire, provocat „ad exemplum ultimi judicii, & obdurationem quo„rumdam in hac vita: in neutro enim casu emenda„tionis finem esse ait, unde concludit, Deum „punire non ne peccetur, sed pro suo lubitu. E„quidem si præter emendationem alius finis pœna„rum noo daretur, vera esset sententia auctoris: at „nos finem pœnarum unicum ponimus in reparatio„ne injuriæ, quæ fit patiendo tantundem. Hunc au„tem finem Deus ipse, dum punit, respicere de„bet, nec absque iojustia illum omittere potest.

„z) (QUOD CONTRA PLATONEM &c.) Qui „Deum quoque ad emendatiooem, adeoque ad „certum finem punire ait.

„aa) (AT HOMO CUM HOMINEM SIBI NATU„RA PAREM PUNIT:) Par parem natura punire „nequit si superior adest, uti semper adest si in„ter membra familiæ res agitur; paterfamilias eoim „judex est oaturalis. Vid. *Differt. proœm. XII. §. 6 12. seq.*

„bb) (ALIQOID SIBI DEBET HABERE PROPOSI„TUM:) Hoc verum de judice puniente: At is fi„nis natura neque emendatio est, neque exemplum, „uti Auctor putat, sed reparatio injuriæ, quæ fit „infligendo tantundem mali, quantum alter fecit.

„cc) (NON DEBERE IN MALO CUJOSQUAM AC„QIESCERE ULCISCENTIS ANIMUM:) Judex odio causæ „punire debet, oon odio personæ; Si tamen judex con„trarium facit, ooo contra juris, sed contra perfectio„nis regulas peccat.

„dd) (SED BONI ALICUJOS CAUSA:) Præcipua „causa est reparatio injuriæ, reliquæ causæ sunt „mere civiles.

ee) (Grot.) (SENECA:) Ejusdem est libro eodem de Ira secundo, capite 12. *Exsequar, quia oportet, non quia doleo.* (Immo *Lib.* 1.)

„ff) (QUÆDAM ESSE HONESTA SIMPLICITER „&c.) i. e. Per se & ex sua natura, ut clementia, „liberalitas &c.

„gg) (QUÆDAM OB ALIQUAM NECESSITATEM:) „Qua cessante actus desineret esse honestus.

„hh) (IN POENARUM EXACTIONE:) Recte: „quia alius finis, quem puniens sibi proponit, ho„nestus non est extra necessitatem, quæ consistit io „reparanda injuria.

„a) (PLUTARCHO EX SIMONIDE:) *Dulce & non „asperum quasi ægroto animo & inflammato medi„cinam adhibere satisfactionem.*

b)

Γλυκὺ καὶ ȣ̓ σκληρὸν ὥσπερ ἀλγοῦντι θυμῷ καὶ Φλεγμαίνοντι θεραπείαν καὶ ἀνα-πλήρωσιν προσφέρειν: congruit quidem ei naturæ [b] quam homo cum bestiis habet communem: est enim ira ut in bestiis ita in homine ζέσις περικαρδίȣ αἵματος δι᾽ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως, ut recte definit Eusthatius, [c] *fervor sanguinis circa cor ob appetitum reponendi doloris,* qui appetitus [d] adeo per se caret ratione, ut sæpe feratur in ea quæ non læserunt, ut in fœtus feræ quæ læsit; [e] aut in sensu carentia, [f] ut in lapidem quo ictus est canis. At talis appetitus in se spectatus [g] non convenit parti rationali, cujus est imperare affectibus; [h] ac proinde nec juri naturæ, [i] quia id est dictatum naturæ rationalis ac socialis qua talis est. Dictat autem ratio homini [k] nihil agendum quo noceatur homini alteri, [l] nisi id bonum aliquod habeat propositum. [m] In solo autem inimici dolore, [n] ita nude spectato, nullum est bonum [o] nisi falsum & imaginarium: [p] ut in divitiis supervacuis multisque aliis rebus ejusmodi. *Vit. Arat. pag. 1048. E. In Ethic. Nic. 6,1.*

2. [q] Atque hoc sensu ultionem improbat in hominibus non Christia-

b) (Grot.) (QUAM HOMO CUM BESTIIS HABET COMMUNEM:) Inde ista Homerica (*Iliad.* IV. 23. χόλ☉ δέ μιν ἄγρι☉ ᾕρει. *illum fera prenderat ira.* (*Iliad.* IX. 625.)

"Αγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν.
Efferat ipse animum magnum sibi pectore in alto.

Item (*Ibid. vers.* 492.)

Ἀλλ᾽ Ἀχιλεῦ δάμασον θυμὸν μέγαν.
Magnum animum sed Achille doma.

ADDITIO.

„Intelligit naturam materialem quæ in impetu „naturali, & vindictæ cupidine consistit.

c) (Grot.) (FERVOR:) Inde σβέσσαι χόλον, *bilem extinguere* apud Homerum. (*Iliad. IX.* 674.)

„*d*) (ADEO PER SE CARET RATIONE, UT SÆPE „FERATUR IN EA QUÆ NON LÆSERUNT:) Hinc „iram furorem & insaniam vocat. (*Senec. Epist.* „*18. & 114.*)

e) (Grot.) (AUT IN SENSU CARENTIA:) Senec. de Ira, *Libr. II. c.26. His irasci quam stultum est, quæ iram nostram nec meruerunt, nec sentiunt.* Brasiliani, feri homines, de ferro, ita ut de homine se vindicant. (Vide JOANN. LERIUM, *Itin. Brasil.* p. 163.)

f) (UT IN LAPIDEM,) Non in eum qui jecit.

g) (Grot.) (NON CONVENIT PARTI RATIONALI, CUJUS EST IMPERARE AFFECTIBUS:) Vide quæ in hanc rem Seneca *de Ira Libr. I. cap. 5.*

„*h*) (AC PROINDE NEC JURI NATURÆ:) Utpote „quod non ex affectibus, non ex impetu & mero „instinctu, sed ex sola ratione oritur.

„*i*) (QUIA ID EST DICTATUM NATURÆ RATIO„NALIS ET SOCIALIS:) Dictatum *naturæ rationalis* Auctori dicitur jus naturæ laxius; dictatum *naturæ socialis* ei vocatur jus naturæ stricte sic dictum; „at neutrum agnoscimus, sane nec jus sociale, nec ra„tionale, sed jus humanæ naturæ, in sensu Auctoris „dari, demonstravimus supra *l. 1. c. 1.* §. *9. seq. &* „*Dissertat. proem.* I. *& II.* jure naturæ nihil „aliud ad justitiam pœnæ requiritur, quam ma„lum actionis propter quod nocens mali aliquid „vicissim pati tenetur. Neque tunc ratione justi„tiæ interest, an puniens id faciat vindictæ caussa, „& an voluptatem inde capiat, an non; nam id „ad perfectionis regulas pertinet, adeoque ad alterius „disciplinæ partes pertinet.

„k) (NIHIL AGENDUM, QUO NOCEATUR HOMINI „ALTERI:) Vide *supra* §. *4, n. 2. Proleg.* §. *8.*

„*l*) (NISI ID BONUM ALIQUOD HABEAT PROPO„SITUM:) Propositum autem bonum non est nisi „quatenus tendit ad reparationem Injuriæ.

„*m*) (IN SOLO AUTEM INIMICI DOLORE, NUL„LUM EST BONUM:) Si puniens solam vindictam „sibi propositam habet vitiose agit, non injuste: „manet enim propositum primarium, reparatio „injuriæ. Sane reo non fit injuria, qui malum „patitur quia male fecit.

„*n*) (ITA NUDE SPECTATO:) i.e. nullo respectu „habito ad emendationem: rectius, ad reparatio„nem injuriæ.

„*o*) (NISI FALSUM ET IMAGINARIUM:) Quod „in sola voluptate vitiosa consistit.

„*p*) (UT IN DIVITIIS SUPERVACUIS:) Ut Cali„gulæ, qui super immensos aureorum acervos „patentissimo diffusos loco nudis pedibus spatia„batur, & toto corpore aliquamdiu volutabatur, „*Suet. c. 42. Gronov. h. l.*

„*q*) (ATQUE HOC SENSU:) Quando pœna fal„tem vindictæ caussa sumitur, ut alter dolorem „sentiat.

Lib. 1. de Irae. c. 3. stiani modo doctores, [r] sed & philosophi, ut Seneca: [s] *Inhumanum verbum est & quidem pro justo receptum ultio, & a contumelia non differt nisi ordine.* Qui dolorem regerit tantum excusatius peccat. *Diss. II. p. 24. 26. Ed. Davis.* Imo si Maximo Tyrio credimus, ὁ τιμωρῶν τοῦ προϋπάρξαντος ἀδικώτερος, *iniquior est qui se ulciscitur eo qui prior nocuit.* Musonius, *id, ait, cogitare, quomodo quis remordeat mordentem, & nocenti noceat, feræ est, non hominis.* *Apud Stobæum Serm. 19.* Apud [t] Plutarchum Dion is [u] qui sapientiam Platonicam *Vit. Di. on. p. 979. A.* in actus civiles convertit: τὸ ἀντιτιμωρεῖσθαι τῷ προαδικεῖν νόμῳ δικαιότερον ὡρίσθαι, φύσει γινόμενον ἀπὸ μιᾶς ἀσθενείας: *ultionem legis arbitrio justiorem censeri illata injuria:* [v] *at si natura spectetur ex eodem animi morbo nasci.*

3. [w] Pugnat ergo cum natura hominis in hominem agentis alieno dolore, [x] qua dolor est, satiari. Atque adeo [y] quo hominum quisque minus valet rationis usu, eo ad vindictam est pronior. Iuvenalis

At vindicta bonum vita jucundius ipsa
[z] *Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis*
Interdum aut levibus videas flagrantia causis
Quantulacunque adeo est, occasio sufficit iræ.
Chrysippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, [aa] *dulcique senex vicinus Hymetto,*
Qui partem acceptæ sæva inter vincla cicutæ
[bb] *Accusatori nollet dare. Plurima felix*
Paulatim vitia atque errores exuit omnes,
Prima docet rectum sapientia: quippe minuti

Sem-

r) (Grot.) (SED ET PHILOSOPHI:) *Plato* Gorgia. Vide de eo *Theodoretum* libro XX. curationis.

ADDITIO.

„Hi omnes loquuntur de eo quod perfectionis „est, ultionem enim, i. e. reparationem injuriæ, „quæ vindictæ caussa exigitur, non improbant „tamquam juri naturæ, sed tamquam virtuti con„trariam.

„s) (INHUMANUM:) Seneca igitur fatebatur ver„bum ultionis pro justo quidem receptum, sed in„humanum esse.

„t) (PLUTARCHUM:) in Dione.

„u) (QUI SAPIENTIAM PLATONICAM IN ACTUS „CIVILES CONVERTIT:) Quod Cicero ait de se „& Catone: *Nos philosophiam, quæ quibusdam „otii esse ac desidiæ videtur, in forum atque in „rempublicam, & in ipsam aciem deduximus, fa„mil. l. 15. ep. 4.* Similiter idem de Demetrio Pha„lereo *3. de legib. 6. Gronov. h.*

„v) (AT SI NATURA SPECTETUR:) Loquitur „de affectu vitioso naturæ, de quo *u. t.* egit.

„w) (PUGNAT ERGO CUM NATURA HOMINIS:) „Rectius, pugnat cum perfectione naturæ humanæ, „non cum jure naturæ.

„x) (QUA DOLOR EST:) Non habito respectu „ad emendationem.

„y) QUO HOMINUM QUISQUE MINUS VALET RA„TIONIS USU:) i. e. Quo hominum affectus & im„petus naturales minus per philosophiam & per„fectionis regulas retinentur.

z) (Grot.) NEMPE HOC INDOCTI:) *Seneca* de Ira l. 13: *Atqui iracundissimi infantes, senesque & ægri sunt, & invalidum omne natura querulum est.*

ADDITIO.

„Stoicorum sermo, qui doctum dicebant solum „sapientem, seu qui secundum virtutem viveret. „*Arrian. diss. 3, 19. Senec. 7. de benef. 17. Gronov. h.*

„aa) (DULCIQUE HYMETTO:) Propter mel ce„lebratum, quod ibi faciebant apes. *Gronov. h.*

„bb) (ACCUSATORI:) Anyto aut Melito. *Gro„nov. h.*

cc)

Semper & infirmi est animi exiguique voluptas
Ultio: continuo sic collige, quod vindicta
" *Nemo magis gaudet quam fœmina.*

Eodem sensu Lactantius: *imperiti & insipientes siquando accipiunt injuriam cæco & irrationabili furore ducuntur, & iis qui sibi nocent vicem retribuere conantur.* Lib. 6. c. 18.

4. [dd] Liquet ergo ab homine hominem non recte puniri tantum puniendi causa, [ee] quæ ergo utilitates rectam faciant pœnam videamus.

§. VI.

1. [a] Pertinet autem huc pœnarum partitio quæ est apud Platonem [b] Gorgia, & Taurum philosophum ad eum locum, cujus verba Gellius recitat libro V. cap. XIV. nam partiones istæ ex fine desumtæ sunt, nisi quod cum duos fines Plato potuisset, [c] emendationem [d] & exemplum, [e] tertium addit Taurus [f] τιμωρίαν, quam Clemens Alexandrinus definit, κακȣ ἀνταπόδοσιν εἰς τὸ τȣ τιμωρȣ̃ντος συμφέρον ἀναφερομένεν: [g] *mali retributionem quæ ad exigentis utilitatem refertur.* Aristoteles, qui [h] omissa pœna exemplari [i] hanc solum speciem cum emendatione ponit, adhiberi eam dicit, τȣ̃ ποιȣ̃ντος ἕνεκα ἵνα ἀποπληρωθῆ, [k] *exigentis causa ut ei satisfiat:* [l] Plutarchus quoque eam

Pædagog. lib. 1. Cap. 8. Ed. Oxon.

Rhet. 1. cap. 10.

cc) (Grot.) (NEMO MAGIS GAUDET QUAM FEMINA:) Terentius Hecyra (III. 1. 30.)

Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt.
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia.

Ammianus Marcellinus libro XXVII. de ira sic loquitur: *Hanc esse ulcus animi diuturnum, interdumque perpetuum, prudentes definiunt, nasci ex mentis mollitie consuetum, id asserentes argumento probabili, quod iracundiores sunt incolumibus languidi, & feminæ maribus, & juvenibus senes, & felicibus ærumnosi.* (cap. 7. p. [illegible]6. *Ed. Vales. Gron.*)

„*dd*) (LIQUET ERGO AB HOMINE:) Postquam „Auctor operose satis probavit, inter homines pœnam non obtinere nisi propter aliquem finem, „seu propter aliquod bonum, inde jam concludit „homines puniri non posse, nisi quædam utilitas „pœnam justam faciat.

„*ee*) (QUÆ ERGO UTILITATES:) Emendatio, „nimirum, reparatio, & exemplum, de quibus „mox.

„*a*) (PERTINET AUTEM HUC:) Scilicet ad cognoscendum quæ sint illæ utilitates quæ pœnas „justas faciunt.

„*b*) (GORGIA:) *pag. m. 357.*

„*c*) (EMENDATIONEM:) Ut corrigatur, & melior fiat qui peccavit. Gronov. h.

„*d*) (ET EXEMPLUM:) Ut alii absterreantur „metu illius exempli.

„*e*) (TERTIUM ADDIDIT TAURUS:) Hic solus „finis naturalis pœnæ est, ut nimirum reparetur „injuria: quæ reparatio non fit nisi infligatur „tantundem mali, ac alter fecit. Reliqui fines „sunt mere civiles.

f) (Grot.) (Τιμωρίαν:) Tria hæc, νȣθεσίαν, τιμωρίαν, κόλασιν, emendationem, satisfactionem, exemplum, etiam *Chrysostomus* ponit in 1 ad *Corinth.* XI, 32. (Tom. III. pag. 424, 425. *Ed. Savil.*)

ADDITIO.

„Satisfactionem, ut injuria dematur. *Gron. h.*

„*g*) (MALI RETRIBUTIONEM, QUÆ AD EXIGENTIS UTILITATEM REFERTUR:) Retributio „mali sola ad pœnam sufficit, etsi exigentis nulla „sit utilitas: nam puniri lædens debet propter malum actionis, sive id utile sit punienti, sive non.

„*h*) (OMISSA POENA EXEMPLARI:) Quia mere „civilis est.

„*i*) (HANC SOLUM SPECIEM:) Scilicet satisfa„ctionem.

„*k*) (EXIGENTIS CAUSA, UT EI SATISFIAT) „Satisfa

eam non omisit, cum dixit αἱ ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι καὶ τῶν μελλόντων εἰσὶν ἐπιχέσεις ἀδικημάτων καὶ μάλιστα τὸ παρηγοροῦν τοὺς πεπονθότας ἔνεσιν αὐταῖς: *Quæ facinus statim subsequuntur pœnæ, non modo in posterum inhibent delinquenti audaciam, sed & injuria affectos maxime consolantur.* Et hæc proprie est quam idem Aristoteles refert ad δικαιοσύνην συναλλακτικήν, *justitiam* [m] *quam ipse commutatricem vocat.*

Ethic. Nic. 5, 7. 1.

2. [n] Sed subtilius ista examinanda sunt: [o] Dicemus ergo, in pœnis respici aut [p] utilitatem ejus qui peccarit, [q] aut ejus cujus interrerat non peccatum esse, [r] aut indistincte quorumlibet.

§. VII.

1. Ad horum trium finium [a] primum [b] pertinet pœna quæ philosophis modo [c] νουθεσία modo [d] κόλασις, modo παραίνεσις dicitur, Paulo jurisconsulto pœna [e] quæ constituitur in emendationem, σωφρονισμοῦ ἕνεκα Platoni, [f] Plutarcho ἰατρεία ψυχῆς *animi medicatrix*, quæ hoc agit [g] ut eum qui peccavit reddat meliorem, [h] medendi modo qui est per contraria. [i] Nam quia omnis actio, [k] præsertim vero deliberata ac frequens, quandam gignit sui proclivitatem, quæ adulta habitus dicitur, [l] ideo vitiis, quam primum fieri potest, adimenda

L. 20. D. De Pœnis. De Leg. l. 11. p. 933. E. De sera Num. vind. p. 550. A. 559. E.

„Satisfactio autem hæc non in eo consistit, quod „utilitas aliqua exigenti inde accedit, sed quod al„ter tantundem mali patitur.

„*l*) (PLUTARCHUS:) De sera Numinis vindicta „*pag. m. 548.*

„*m*) (QUAM IPSE COMMUTATRICEM VOCAT:) „Ubi obtinere ajunt proportionem arithmeticam: „Vide ea quæ dicta sunt *l. 1. c. 1. §. 8. & h. c. §. 2.*

„*n*) (SED SUBTILIUS:) Jus naturæ hac in re sim„plicissimum est: Pœnæ finis naturalis unicus est „reparatio injuriæ alii illatæ, quod fit per talio„nem.

„*o*) (DICEMUS ERGO:) Totidem verbis hæc re„fert Galenus apud Auctorem §. *seq. n. 3. in fine*

„*p*) (AUT UTILITATEM EJUS QUI PECCARIT:) „Ut scilicet emendetur: at hunc finem esse mere „civilem diximus.

„*q*) (AUT EJUS, CUJUS INTERERAT:) In pœna„rum materia semper interest punientis non pec„catum esse, etsi utilitatem nullam inde percipiat.

„*r*) (AUT INDISTINCTE QUORUMLIBET:) Ne „qui uni nocuit, aliis quoque noceat; aut ne alii „impunitate illecti aliis quibusvis molesti sint. Vid. „§. 9. At hic quoque finis est mere civilis.

„*a*) (PRIMUM:) Scilicet utilitatem ejus, qui „peccavit. At diximus punientes hunc finem sibi „propositum non habere: Quod vero emendetur „reus id per accident fit, absque proposito ejus „qui pœnam exigit: memoria enim mali quod „passi sumus, & metus ne reiterato crimine „malum quoque reiteretur, nos meliores reddit.

„*b*) (PERTINET POENA:) Immo unicus finis „pœnarum est reparatio injuriæ, quæ fit per talio„nem.

„*c*) (νουθεσίας:) Admonitio.

„*d*) (κόλασις:) Punitio.

„*e*) (QUÆ CONITITUITUR IN EMENDATIONEM:) „Hæc est definitio pœnæ civilis.

„*f*) (PLUTARCHO:) Uti Hierocles dixit malitiæ „medicatricem. Vid. *§. 1. n. 2.* Similitudinem „hanc explicat Seneca *de Ira l. 1, cap. 5.*

„*g*) (UT EUM QUI PECCAVIT REDDAT MELIO„REM:) Ideo non infligitur pœna, uti modo vidi„mus: sed & ratio illa non est universalis, cessat „enim in pœnis capitalibus.

„*h*) (MEDENDI MODO, QUI EST PER CONTRA„RIA:) Per pœnam enim, i. e. per inflictionem „mali, affecta corpora curantur: *d. §. 1. n. 2.*

„*i*) (NAM QOIA OMNIS ACTIO QUANDAM GI„GNIT SUI PROCLIVITATEM:) Propensionem „& facilitatem ad eam iterandam. *Gronov. h.*

„k) (PRÆSERTIM VERO DELIBERATA:) Quæ „fit ex proposito & cum intentione. *Gronov. h.*

„*l*) (IDEO VITIIS QUAMPRIMUM FIERI POT„EST, ADIMENDA EST ILLECEBRA:) Immo hæc

vera

da est illecebra, quod fieri rectius nequit, quam si [m] dolore quodam subsequente saporem amittant dulcedinis. Platonici recitante Apulejo: *gravius &acerbius est omni supplicio si noxio impunitas differatur, nec hominum interim animadversione plectatur.* Apud Tacitum est: *corruptus simul & corruptor æger & flagrans animus haud levioribus remediis restringendus est, quam libidinibus ardescit.*

De habitud. doctr. Platon. pag. 21. Ed. Elmenhorst

Annal. 3. 54.

Tb. 2. a q. 33. 3

2. Punitionem [n] quæ huic fini inservit [o] natura cuivis esse licitam qui judicio valeat, [p] et ejusmodi generis aut paribus vitiis non teneatur, [q] ex ea quæ verbis fit castigatione apparet.

Amicum castigare ob meritam noxiam,
[r] *Immune est facinus, verum in ætate utile.*

Plaut. Trinum I. 1, 1.

[s] In verberibus vero & aliis quæ coactionis aliquid continent, discrimen [t] inter personas quibus id liceat aut non liceat non est factum a natura [u] (neque enim potuit, [v] nisi quod ratio parentibus in liberos

„vera ratio non est, sed ideo puniri debet quia alterius „jus læsit, quod reparari nisi talione nequit.

m) (Grot.) (DOLORE QUODAM SUBSEQUENTE:) *Seneca* de Ira I, 5. *quemadmodum quædam hastilia detorta, ut corrigamus,* adurimus, & ad actis cuneis, non ut frangamus *sed ut explicemus elidimus: sic ingentia vitia prava dolore corporis animique corrigimus.* Idem de Ira II. 27. *In his erunt boni magistratus, parentesque, & judices, quorum castigatio sic accipienda est, quomodo scalpellum, & abstinentia, & alia quæ profutura torquent.*

„*n*) (QUÆ HUIC FINI:) Quatenus scilicet utili„tati ejus qui peccarit consulit.

„*o*) (NATURA CUIVIS ESSE LICITAM QUI JU„DICIO VALET:) Emendare enim nequit cui ju„dicium deficit, ut in infante & furioso.

„*p*) (ET EIUSMODI VITIIS AUT PARIBUS NON „TENEATUR:) Nocentem enim ab æque nocente „pœnam sumere non posse, Author dixit supra §. 3. „*n. 1.* quod ibidem refutavimus.

„*q*) (EX EA QUÆ VERBIS FIT CASTIGATIONE „APPARET:) Verbis aliquem castigare non est „pœna, nisi a superiore fiat; vere enim hic non „est malum passionis.

„*r*) (IMMUNE EST FACINUS:) Ipse auctor „statim ait, nihil coactionis hic contineri.

„*s*) (IN VERBERIBUS VERO DISCRIMEN:) Sensus [illegible]: Natura quidem unumquemque, qui æque „nocens non est, nocentem emendare posse, verbis „eum castigando: immo verberibus quoque aliis„que pœnis coactivis. Leges autem civiles hanc „facultatem saltem restrinxisse ad parentes & propin„quos: Cæterum hoc puniendi genus, ad emenda„tionem scilicet, ad mortem extendi non posse „nisi reductive, i. e. nisi quatenus pœna illa est be„neficium eius qui peccavit. &c. At nihil horum „rationi naturali convenit: verum enim (1) non „est castigationem, quæ verbis fit, proprie pœnam „esse: verum (2) non est castigationem verbalem „fieri non posse ab æque nocente: verum (3) non „est natura unumquemque verberibus emendare „posse peccantem; quod vero (4) parentes punire „liberos possint, id non demum est ex lege civili, „sed ab ipsa natura, cujus rei rationem explicavi„mus alibi: Sed & (5) verum non est, hominem „in eadem familia constitutum sibi parem morte „mulctare posse reductive, nam par in parem „plane jus non habet.

t) (Grot.) (INTER PERSONAS QUIBUS ID LICEAT AUT NON LICEAT, NON EST FACTUM A NATURA:) Vide Augustinum enchiridio *cap. 72.*

ADDITIO.

„Ex hypothesi Authoris natura unusquisque est „vindex & suæ & *alienæ* injuriæ, adeoque inter „proximos & extraneos hactenus nullam naturali „ratione esse differentiam ait.

„*u*) (NEQUE ENIM POTUIT:) Supra enim dixit „rationem dictare maleficium posse puniri, non „autem quis punire debeat. Vid. *supra §. 3. n. 1.*

„*v*) (NISI QUOD RATIO PARENTIBUS IN LIBE„ROS EJUS JURIS USURPATIONEM &c.) Rem hanc „ita explicat B. Parens in *diss. de judicio morum* „*membr. 2. §. 8.*

„Asserimus igitur, illis in quorum potestate alii „sunt positi, ac imprimis patrifamilias in omnes il„los qui paterno vel alio domestico, & singulari „ipsius Imperio coercentur, ob morum perversita„tem, non quidem ad infligendas pœnas atroces „& capitales, uti olim quidem jure veteri vitæ ac „necis *l. 11. de lib. posth. l. ult. C. de patr. pot. l.* „*5. ad L. Pompej. de parricid. l. 3. 4. C. de patr.* „*pot. l. unic. C. de emendat. propinquor*, sed mo„dicæ castigationis jus competere, quod quidem „domesticum morum judicium in singulis specie„bus plenius apparebit.

„Et hujus judicii morum domestici certitudo „quoque apprime constat ex collatione fontium „juris naturalis, gentium, divini & humani, ut

ros ejus juris usurpationem pro affectus necessitudine peculiariter commendat) sed a legibus, [w] quæ communem illam generis humani propinquitatem, [x] vitandarum rixarum ergo, [y] ad proximos affectus restrinxerunt, [z] ut videre est tum alibi, [aa] tum Codice Justinianeo, [bb] titulo de emendatione propinquorum: quo & illud pertinet Xenophontis ad milites: εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ ἐκόλασα τινά, ἀξιῶ ὑπέχειν οἷαν καὶ γονεῖς υἱοῖς καὶ διδάσκαλοι παισί. Καὶ γὰρ ἰατροὶ τέμνουσιν καὶ καίουσιν ἐπ' ἀγαθῷ. *Si quem ut prodessem verberavi*, [cc] *pœnam debere me profiteor, qualem parentes filiis, & magistri discipulis. Nam & medici ægrotum suo ipsius bono urunt ac secant.* Lactantius libro VI. *Jubet Deus ut manus nostras super minores semper habeamus, hoc est, ut peccantes eos assiduis verberibus corrigamus, ne amore inutili & indulgentia nimia educentur ad malum, & ad vitia nutriantur.*

De Ex. ped. Cyr. l. 5. c. 8. § 8. Ed. Oxon.

Cap. 19 n. 8.

3. [dd] Hoc vero puniendi genus [ee] ad mortem pertingere non pot-

„præter alia inferius tradenda colligere est ex *can.* „*duo nomina. 35. XXIII. q. 35.* cujus hæc verba „sunt: *Huic officio* (*scl. correctionis. Gloss. in d. c.* „35.) *nominis invigilet disciplina, sicut cuique re-* „*genti apta & accommodata est. Non solum Episco-* „*po regenti plebem suam, sed & pauperi* „*regenti familiam suam, mariti regenti con-* „*jugem suam, patri regenti prolem suam, ju-* „*dici regenti provinciam suam, Regi regenti su-* „*am.* Hic ergo non minus domino in familiam, „marito in conjugem, ac patri in prolem quoad „coercitionem morum potestas tribuitur, quam „Episcopo, judici, ac regi in subditos. Hoc judi- „cium domesticum diserte quoque adstruitur ex „*l. ult. C. an serv. pro suo facto* Verb. *domi eos* „*conveni.* Ubi intelligitur conventio instar judicii, „quia *convenire aliquem* in jure dicitur judicio „contra aliquem agere, & domestica conventio „opponitur conventioni coram præside, uti ex in- „spectione patet: quod eodem sensu in *l. 4. C. de* „*patr. pot.* controversia intra domum terminanda „dicitur. Et in *l. un. C. de emend. propinq.* gra- „phice id describitur, quod sit autoritas, quæ jure „patris corrigat propinqui juvenis erratum, & pri- „vata animadversione compescat. Item, quod „sit jus domesticæ emendationis. Aperte autem „in *l. 71. pr. de Furt.* dicitur: ideo patri actionem „furti non proditam, quia ipse potest in furem „ceu filium statuere. Unde ex *d. l. ult.* notat „Baldus in *d. l. n. 1.* personam mere privatam in „suos habere quandam jurisdictionem, per *l. 11.* „*in fin. de lib. 4. posth. c. 13. in fin. extr. de for.* „*comp.* adeo, ut Innocentius in *c. Quod supr. §. ex-* „*tra. de Vot.* & idem Baldus in *l. 1. n. 2. C. de* „*Episc. & Cler.* asserere non dubitent; quod a „potestate patris in filium inceperit prima Jurisdi- „ctio mundi. Quo faciunt tradita *Molinæi de I. &* „*I. tr. 2. D. 22. n. 5. tb. 28. Laymanni l. 5. Theo-* „*log. moral. tr. 10. part. 1. c. 2. & Philipp. Pascha-* „*lius tractat. de effect. patr. potest.*

„w) (QUÆ COMMUNEM ILLAM GENERIS HU- „MANI PROPINQUITATEM AD PROXIMOS AFFE- „CTUS RESTRINXERUNT:) Sensus est, leges jus il- „lud puniendi boni alicujus causa, (i. e. ad emen- „dandum peccantem verberibus,) quod toti huma- „no generi & singulis societatis illius communis „membris natura competiit, saltem proximioribus „concessisse, quod supra examinavimus.

„x) (VITANDARUM RIXARUM ERGO &c.) Quæ „ex pœnis a remotioribus infligendis oriri possent.

„y) (AD PROXIMOS AFFECTUS RESTRINXERUNT:) „i. e. ad parentes & maritos: quibus natura jus „in liberos & in uxorem concessit. Vid. *Diss.* „*proœm. XII. §. 612. seq.* Quod vero reliqui excludantur „a jure emendandi, id non a legibus est sed ab ipsa „natura; alius enim in alterius mores nullum „jus habet.

„z) (UT VIDERE EST TUM ALIBI:) Conf. *Cic.* „*lib. 3. de legib. Thom. Aquin. summ. 2. de q. 64.* „*a. 3. Osiand. in an. not. ad Grot. §. 7. n. 3. h. C.*

„aa) (TUM CODICE JUSTINIANEO:) Immo „etiam jure Digestorum, *L. 12. §. 3. D. de admi-* „*nistr. tut. L. 5. §. 3. D. ad leg. Aquil.*

„bb) (TIT. DE EMENDATIONE PROPINQUORUM „c.) *L. 9. tit. 15.*

„cc) (POENAM DEBERE ME PROFITEOR, QUA- „LEM PARENTES &c.) i. e. Nullam, quia jus cor- „rigendi liberos natura competit parentibus.

„dd) (HOC VERO PUNIENDI GENUS:) Per ver- „bera, aliosque cogendi modos.

„ee) (AD MORTEM PERTINGERE NON POTEST:) „Parentes & mariti, tanquam judices naturales, „liberis & coniugibus criminis reis, etiam mortis „pœnam apud Romanos dictare potuerunt. Vid. „*Diss. proœm. XII. §. 612. seq.*

ff) NI-

poteſt, [ff] niſi eo modo quem reductivum vocant, [gg] quo negationes reducuntur ad rerum oppoſitarum genera. Nam ſicut Chriſtus dixit melius quibusdam futurum fuiſſe, id eſt, non tam male, [hh] ſi nati nunquam eſſent, ita ingeniis inſanabilibus [ii] melius eſt, id eſt, minus eſt malum, emori quam vivere, quando certum eſt vivendo pejores evaſuros. De talibus Seneca loquitur, cum ait, [kk] interdum ut pereant intereſſe pereuntium. Jamblichus: καθάπερ τῷ ὑποπύῳ βέλτιον τὸ καίεσθαι τοῦ διαμένειν, οὕτω καὶ τῷ μοχθηρῷ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν *quomodo ſuppurato melius eſt uri quam ſic manere,* [ll] *ita improbo mori quam vivere.* Talem vocat Plutarchus. ἑτέροις γε πάντως βλαβερὸν, αὐτῷ τε βλαβερώτατον, *cæteris noxium quidem, at ſibi maxime.* Et Galenus cum morte puniri homines dixiſſet, primum ne vivi noceant, deinde ut alii pœnæ metu deterreantur, addit: καὶ τρίτον ἐστὶ καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις ἄμεινον τεθνάναι διεφθαρμένοις οὕτω τὴν ψυχὴν ὡς ἀνίατον ἔχειν τὴν κακίαν. *tertio* [mm] *& ipſis expedit mori ita corruptis animo ut ad ſanitatem perduci nequeant:*

Marc. 14. 21 — De Ira Lib. 1. c. 5 Vid. & cap. 16. — Protreptic. c. 2. — De ſera Num. vind. p. 551. E.

4. Sunt qui hos ipſos eſſe putant quos Johannes Apoſtolus ait [oo] ad mortem peccare. [pp] Sed quia fallacia ſunt ejus rei argumenta, 1. Job. 5. 16
[qq] dictat

„ff) (NISI EO MODO QUEM REDUCTIVUM VOCANT:) i. e. Si nulla emendationis ſpes ſupereſt.

„gg) (QUO NEGATIONES REDUCUNTUR AD RERUM OPPOSITARUM GENERA:) Quando id, quod „pœna videtur, vere eſt beneficium quod peccanti „redditur, uti ſi vivendo peior redderetur. At„que huc pertinet quod Author ſupra *l. 1. c. 1. §. 10. n. 3.* dixit, *eſſe quædam juris naturæ reductive.* „At dictum jam eſt, non cuivis homini innocenti „jus ita puniendi competere, ſed ſoli ſuperiori.

„hh) (SI NATI NUNQUAM ESSENT:) Propter „malum quod commiſere, & commiſſuri non fu„iſſent ſi nunquam in rerum natura extitiſſent.

„ii) (MINUS EST MALUM EMORI QUAM VIVERE:) At inde non jus oritur morte aliquem „plectendi, maxime enim dubium adhuc eſt, num„ne ad ſaniorem mentem nocens ſit venturus: „Sed & alia coërcendi media ſuperſunt, ut æterna „vincula &c. Si ergo nocens mortem non meruit „ſive lege naturæ ſive lege civili, emendatio nun„quam ad mortem extendi poteſt, etſi pejor forte „futurus eſſet.

„kk) (INTERDUM UT PEREANT INTERESSE PEREUNTIUM:) Seneca *l. 1. de Ira c. 5.* id allegat.

„ll) (ITA IMPROBO MORI QUAM VIVERE:) Ne in „nequitia diutius hæreat, & quo uno modo poteſt, „deſinat malus eſſe. *Lips. ad Sen. d. c. 5.*

„mm) (AT SIBI MAXIME &c.) Ob conſcientiæ „cruciatus qui ſequi delicta ſolent, adeoque plane „alio ſenſu dictum hoc allegant.

„nn) (ET IPSIS EXPEDIT MORI:) Galenus ſup„ponit homines mortem meritos: his enim con„ſcientia criminis perpetui ſupplicii loco eſt.

oo) (Grot.) (AD MORTEM PECCARE:) Τοὺς ἀνιάτως νοσοῦντας. morbo tentos inſanabili hos vocat Chryſoſtomus *2 Corinth XIII, 9. (Tom. VI. pag. 702.)* Julianus ſecundo libro de Conſtantio: ὄντων δὲ ὄντων τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν μὲν ἐπιφαινόντων ἐλπίδας ἀμείνους, καὶ οὐ πάντη τὴν θεραπείαν ἀπεγνωσμένων, τῶν δὲ ἀνίατα πλημμελούντων. τούτοις δὲ οἱ νόμοι θάνατον λύσιν τῶν κακῶν ἐπενόησαν, οὐκ εἰς τὴν ἐκείνων μᾶλλον, εἰς δὲ τὴν τῶν ἄλλων ὠφέλειαν. *cum duo ſint delictorum genera, alia quidem quæ ſpem præbent rerum meliorum, neque curationem penitus repudiant, alia vero hominum inſanabiliter peccantium: huic generi leges mortem malorum exitum reperere, non tam ipſorum quam omnium aliorum bono,* (Orat. II. p. 89. B. *Ed. Spanhem.*)

ADDITIO.

„Germanice die da ſündigen zum Tod, 1 Joh. „*c. 5. v. 16.* Recte commentatores hic monent, Jo„hannem non loqui de peccatis civilibus, nedum „de peccatoribus qui propter inſanabilitatem inge„nii ab æqualibus ſupplicio tradi debent, ſed de „peccato in Spiritum Sanctum, pro quo nec inter„cedere apud Deum licet. *Joh. d. l. v. 14. 15. 16. 17.*

„pp) (SED QUIA FALLACIA SUNT EJUS REI ARGUMENTA:) Auctor igitur ipſe ſuam exceptionem, „quod nimirum ea quæ ad emendandum infligitur „pœna ad mortem extendi poſſit reductive, (ſi pe„jor vivendo evaſurus eſſet) fallacem appellat.

„qq) (DICTAT CARITAS:) Immo ipſum jus na„turæ id dictat, dubium enim eſt, anne tandem „pœni-

" dictat caritas neminem temere habendum pro deplorato, " ita ut hoc quidem fine animadversio " non nisi raro admodum locum habere possit.

§. VIII.

1. a Utilitas ejus cujus intererat non peccatum esse in eo sita

Noct. Att. 6. 14. est, b ne posthac tale quid patiatur ab eodem aut ab aliis. Gellius ex Tauro hanc speciem sic describit, *cum dignitas auctoritasve ejus in quem est peccatum tuenda est, ne* c *prætermissa animadversio contemtum ejus pariat & honorem levet.* Sed quod de auctoritate læsa dicit, d idem de libertate cujusque aut alio jure læso intelligendum

Ann. 14, 62. est. Apud e Tacitum legimus: *consuleret securitati justo ultione* Ne qui læsus est ab eodem malum patiatur f tribus modis curari potest: g primum si tollatur qui deliquit, deinde h si vires nocendi ei adimantur, postremo i si malo suo dedoceatur delinquere, quod cum emendatione de qua jam egimus conjunctum est. k Ne ab aliis lædatur qui læsus est, punitione non quavis, l sed aperta atque conspicua quæ ad exemplum pertinet, obtinetur.

2. m Ad hos ergo fines, n & intra æqui terminos si dirigatur o vin-

„pœnitentiam sit acturus: Vid. omnino *Val. Max.* „*l. 6. c. 9.* adeoque præsumtio insanabilitatis nullum „jus in vitam alterius tribuere potest, si mortem „aliâs meritus non est.

„*rr*) (ITA UT HOC QUIDEM FINE:) Quo ideo „morte puniri potest is qui mihi æqualis est, „quia insanabilis est.

„*ss*) (NON NISI RARO ADMODUM LOCUM HA„BERE POSSIT:) Immo nunquam.

a) (Grot.) (UTILITAS EJUS CUJUS INTERERAT NON PECCATUM ESSE:) Etiam hujus rei in feris imago quædam. *Leo in adultera pœnam consurgit.* *Plinius* historiæ naturalis VIII, 16.

ADDITIO.

„Hic est alter pœnarum finis. Vide §. *6. n.* 2.

„*d*) (NE POSTHAC TALE QUID PATIATUR AB „EODEM, AUT AB ALIIS:) Adeque ut securitati „læsi prospiciatur: At hic verus pœnarum finis „esse non potest, quia cessat in eo cui vita est „erepta a nocente. Gellius *l. 6. c. 14.*

„*c*) (NE PRÆTERMISSA ANIMADVERSIO:) Im„punitas enim ansam præbet contemnendi & leges „& legislatorem.

d) (IDEM DE LIBERTATE CUJUSQUE AUT ALIO „LÆSO:) Immo ratio diversa est: priori casu ipse „judex vindicare auctoritatem suam natura potest; „at si inter privatos lis est, vindicatio illa a su„periore fieri debet.

„*e*) (TACITUM:) (*Anal. 11. 31. & 14. 61.*)

„*f*) (TRIBUS MODIS CURARE POTEST:) Super„flua hæc sunt: Diximus enim finem pœnarum „naturalem & necessarium nullum alium esse, „quam reparationem injuriæ, quæ alio modo „quam per talionem fieri nequit: etsi certo con„stet læsum ab eodem nullum unquam damnum „passurum esse.

„*g*) (PRIMUM SI TOLLATUR QUI DELIQUIT:) „Adeoque hactenus differt hic pœnæ finis a pri„ori: Nam cum prior finis saltem ad emenda„tionem tendat, ad mortem extendi pœna nequit.

„*h*) (SI VIRES NOCENDI EI ADIMANTUR:) Pro„hibendo ne militem, ne arma, ne arces munitas „habeat, item per carceres &c. Vide §. *9.*

„*i*) (SI MALO SUO DEDOCEATUR DELINQUERE:) „Recte auctor addit hoc pertinere ad primum „finem, scilicet ad emendationem, de qua §. *præced.*

„*k*) (NE AB ALIIS LÆDATUR:) Hoc pertinet „ad tertium finem, scilicet ad exemplum, ut alii „deterreantur, de quo §. *9.*

„*l*) (SED APERTA ATQUE CONSPICUA:) Ut plu„rimi commoveri hoc metu possint, *Quinctil.* „*declam.* 274. *Senec. de ira l. 3. c. 19.* Unde idem „Quinctilianus *d. l.* ait, *omnem pœnam non tam ad* „*delictum pertinere, quam ad exemplum:* Conf. „§. *seq.* At sæpius dictum est, hunc finem esse „ex jure civili.

„*m*) (AD HOS ERGO FINES:) Ut scilicet læ„dens emendetur, & ne læsus ab eodem aut ab „aliis in posterum lædatur.

„*n*) (ET INTRA ÆQUI TERMINOS:) Citra ap„petitum reponendi doloris, qui semper vitiosus „est. Vide §. *5. n. 1. &c.*

o) (VIN-

[o] vindicatio etiam privata, si jus nudum naturæ, id est [p] abductum a legibus divinis humanisque, [q] & ab his quæ non necessario rei accidunt, respicimus, non est illicita: [r] sive fiat ab ipso qui læsus est, [s] sive ab alio, [t] quando hominem ab homine adjuvari naturæ est consentaneum. Atque hoc sensu admitti potest quod [u] Cicero, cum jus naturæ esse dixisset id quod nobis [v] non opinio sed innata vis affert, inter ejus exempla [w] collocat vindicationem, [x] quam De Inven. II. c. 22. gratiæ opponit: ac ne quis ambigeret quantum eo nomine vellet intelligi, vindicationem definit, *per quam vim ac contumeliam,* [y] *defendendo aut* [z] *ulciscendo, propulsamus a nobis ac nostris, qui nobis cari esse debent,* [aa] *& per quam peccata punimus.* Mithridates in oratione quam ex Trogo exscripsit [bb] Justinus: *Adversus latronem si nequeant* Libro 38. c. 4. *pro salute,* [cc] *pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere.* Hoc ipsum Pag. 1048. E. [dd] ἀμύνης νόμον vocat in vita Arati Plutarchus.

3. [ee] Hoc naturali jure [ff] defendens se Samson adversus Palæstinos, [gg] in-

„o) (VINDICATIO ETIAM PRIVATA ILLICITA „NON EST, SI JUS NUDUM NATURÆ RESPICIMUS:) „Author supponit cuique privato jus esse injuriam „sibi illatam privata autoritate ulciscendi, idque „demum legibus humanis mutatum esse. *vid. n.5.* „quod refutavimus supra §. 1. *prop. X.*

„p) (ABDUCTUM A LEGIBUS &c.) Quæ jus pu„niendi non nisi superiori concesserunt.

„q) (ET AB HIS, QUÆ NON NECESSARIO REI „ACCIDUNT:) Fateur me non intelligere quid „auctor hic sibi velit; non enim explicat quæ „nam sint ea *quæ necessario & quæ non necessario* „*rei accidunt*; si divinare licet, intelligit solennita„tes quæ, ut exemplum præbeant, adhiberi solent; „illa enim solennia non necessario rei accidunt.

„r) (SIVE FIAT AB IPSO QUI LÆSUS EST:) „Nam unumquemque natura juris sui esse vindi„cem Auctor statuit. Quod ita generaliter sum„tum verum non esse sæpius diximus.

„s) (SIVE AB ALIO:) Immo naturali ratione „alieni juris vindex nemo est, etsi assistere læso id „petenti liceat.

„t) (QUANDO HOMINEM AB HOMINE ADJU„VARI NATURÆ EST CONSENTANEUM:) Consen„taneum autem non est, nisi læsus roget.

„u) (CICERO:) Add. *2 Rhet. 22. & c. 53.*

„v) (NON OPINIO, SED INNATA VIS AFFERT:) „Quæ ex justis rationis conclusionibus apparet.

„w) (COLLOCAT VINDICATIONEM:) Non priva„tam, quæ fit a pari in parem, a privato læso con„tra privatum lædentem; sed eam quæ (1) fit „jure belli inter duas summas potestates, (2) inter „privatos deficiente judice, (3) per magistratus: „quod ex ipsis verbis ab Auctore relatis satis ap„paret

„x) (QUAM GRATIÆ OPPONIT:) In qua amici„tiarum & officiorum alterius memoria, alterius „remunerandi voluntas continetur. *Cic. d. l. c. 53.* „*Gronov. h.*

„y) (DEFENDENDO:) scil. Bello inter gentes, „& jure necessariæ defensionis inter privatos.

„z) (ULCISCENDO:) Quod fit inter gentes per „bella offensiva, quibus vindicamus injuriam illa„tam, & inter privatos per judicia.

„aa) (ET PER QUAM PECCATA PUNIMUS:) „Adito scilicet, si inter privatos res agitur, su„periore & legitimo magistratu.

„bb) (JUSTINUS:) *l. 38. c. 4.*

„cc) (PRO ULTIONE TAMEN SUA OMNES FER„RUM STRINGERE:) Mithridates non loquitur „de latronibus privatis, sed de libera gente: de „Romanis nimirum ibi quæstio erat, contra quos „bellum parabat Mithridates; ut vero ad bellum „hoc milites excitaret, oratione habita ait: *optan„dum sibi fuisse ut de eo liceret consulere, bellum„ne sit cum Romanis an pax habenda: sed in eo „statu rem non esse, non licere quiescere non tan„tum animo hostiliter, sed etiam bello congressis. „Impugnantibus igitur resistendum esse, etsi spes „victoriæ deficiat*: & tum addit, *quippe adversus „latrones si nequeant pro salute, pro ultione tamen „sua omnes ferrum stringere*: hic igitur locus ad „pœnas, quas privati inter se pares ab invicem „sumunt, plane non pertinet.

„dd) (ἀμύνης νόμον:) Legem propulsationis „injuriæ: adeoque loquitur de necessaria defensione.

ee) (Grot.) (HOC NATURALI JURE:) Φόνον Φόνῳ λελύσθαι Romulus de Tatio occiso a Laurentibus, *cædem cæde pensatam*, apud *Plutarchum*, (*Vit. Rom.* p. 32. C.) Belisarius apud Procopium Vandalicorum 1. *Φύσει γὰρ πρόσεστι τοῖς ἀδικουμένοις ἡ πρὸς τοὺς βιαζομένους ἔχθρα· naturalis enim est læsi hominis in eum qui vim intulit inimicitia.* (Cap. 16.)

Judic. 15. 3. gg insontem se testatur fore si Palæstinos qui se malo affecerant malo
vicissim afficeret: & post peractam ultionem, eadem se tuetur ratio-
Ibid vers. 2. ne, hh dicens se ipsis fecisse quod ipsi sibi fecissent priores. Platæen-
Lib. 3 c. 56. ses apud Thucididem: ὀρθῶς ἐτημωρησάμεθα κατὰ τὴν πᾶσι νόμον καθεσῶ-
τα τὴν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι: *merito eos ulti sumus*, ii *jure
apud omnes ut hostilia parantem ulcisci liceat*. Demosthenes, oratio-
Pag 437. A. ne adversus Aristocratem, communem ait esse legem inter homines,
kk ut eum qui nostra vi rapiat ulcisci nobis fas sit, Et Jugurtha apud
Bell. Jug. c 25. ll Sallustium, cum dixisset Adherbalem vitæ suæ esse insidiatum,
addit, Populum Romanum *neque pro bono neque pro recto facturum
mm si ab jure gentium se probibuerit*: id est ab ultione. Aristides ora-
tor & a Poetis, & a Legum auctoribus, & a proverbiis, & ab ora-
Orat. pro quatuor vir. toribus, & omnibus denique hoc ait probari ἀμύνεσθαι τὺς ὑπάρξαντας,
nn *ultionem sumi de his qui injuriam facere aggressi sunt*. Maccabæ-
Tom. III. p. 259. A. os laudat oo Ambrosius, * quod etiam Sabbato pp ulti sunt innocen-
De Off. l. 1. c. 40. tium necem fratrum suorum. Idem adversus Judæos incensam a
Ep. 29. p. 561. C. Christianis basilicam graviter querentes disputans, sic ait: * *At certe
si jure gentium agerem, dicerem quantas basilicas Judæi tempore impe-
rii Juliani incenderint*: ubi jus gentium vocat qq par pari referre. Nec
aliter apud ** Tacitum Civilis: *Egregium pretium laboris cepi, ne-
Hist. IV. c. 32. cem fratris, & vincula mea, & sævissimas hujus exercitus voces, qui-
bus*

ADDITIO.

„Intelligit jus illud naturale, quo quilibet pri„vatus pœnas a nocente sumere potest, ad eum „finem, ne posthac tale quid patiatur aut ab eodem, „aut ab aliis. Vide *h. n. 1.*

„ff) (DEFENDENS SE SAMSON:) Frivola hæc „Samsonis defensio, totumque factum illicitum est. „Injuria enim privata ei a Socero illata fuit, qui „uxorem ejus alterius potestati tradidit, hujus inju„riæ privatæ pœnam a tota Philistæorum gente su„mere non potuit, imprimis ex quo Philistæi, fa„cti hujus certiorati, supplicium tum a Socero „tum ab uxore sumserunt: Unde populus Israëli„tarum improbavit vindictam Samsonis, ac eum „Philistæis vinctum tradidit. *Judic.* 15.

„gg) (INSONTEM SE TESTATUR:) Hoc judi„cium non approbavit populus, & merito.

„hh) (DICENS, SE IPSIS FECISSE QUOD IPSI „SIBI FECISSENT PRIORES:) Philistæorum gens in„juriam non fecit, nec eam approbavit; adeoque „ab ea pœnam sumere non potuit.

„ii) (JURE APUD OMNES UT HOSTILIA PA„RANTEM:) Thucydides hic non loquitur de pri„vatis pœnam a se invicem sumentibus, sed de gen„tibus quæ jure belli inter se agunt.

„kk) (UT EUM, QUI NOSTRA VI RAPIAT, UL„CISCI NOBIS FAS SIT:) Vel loquitur de necessa„ria defensione, & ea etiam inter privatos licet: „vel loquitur de reparatione, hæc non nisi a supe„riore fieri inter privatos potest.

„ll) (SALLUSTIUM:) *Jugurth. c. 22.*

„mm) (SIVE AB JURE GENTIUM SE PROHIBU„ERIT, i. e. AB ULTIONE:) Sallustius itidem de „ultione loquitur quæ jure belli inter duas gentes „obtinet.

„nn) (ULTIONEM SUMI DE HIS, QUI INJURI„AM FACERE AGGRESSI SUNT:) Recte: At inde „non sequitur, quemvis pro se & pro aliis ultio„nem sumere posse. Sed ea sumitur vel jure belli, „si lis sit inter duas gentes; vel implorato officio „judicis, si inter privatos lis est, & hoc casu pro„prie pœna dicitur; vel jure necessariæ defensio„nis, si judicia inter privatos cessant.

oo) (Grot.) (AMBROSIUS:) Eundem vide oratione contra Symmachum.

„*) (QUOD ETIAM ABBLATO:) Id Jure belli fa„ctum est.

pp) (Grot.) (ULTI SUNT INNOCENTIUM NECEM FRATRUM SUORUM:) Vide Josephum antiquæ historiæ *l. 13. c. 1.* de vindicata Johannis morte.

qq) (Grot.) (PAR PARI REFERRE:) Sic & Livius *L. 1. c. 14. cum Laurentes jure gentium agerent.*

**) (TACITUM:) *Histor. L. 4. c. 32.*

***) (Ju-

*bus ad supplicium petitus *** jure gentium poenas reposco.*

4. Sed quia in rebus nostris & nostrorum *rr* affectu corrumpimur, *ss* ideo simul multæ familiæ *tt* in unum locum convenerunt, *uu* judices constituti, & his solis data potestas vindicandi læsos, *vv* adempta cæteris quam natura indulserat libertate. Lucretius:

Acrius ex ira quod enim se quisque parabat
Ulcisci, quam nunc concessum est legibus æquis
Hanc ob rem est homines ww pertæsum vi colere ævum

Demosthenes in Cononem: προεώραται ἐν τοῖς νόμοις εἶναι τούτων ἑκάστου τὴν δίκην, μὴ τῇ τοῦ προσυχόντος ἀμοῦ, μηδὲ βουλήσει ταῦτα κρίνεσθαι: *placuit de omnibus his injuriis ex xx legibus judicium exerceri, non autem ex cujusque impetu atque arbitrio.* Pag. 330. A. Quintilianus. *injuriæ compensatio non solum juri inimica, sed paci: est enim lex forum, judic... nisi quem* Declam. 13.

Juri

***) (JURE GENTIUM POENAS REPOSCO:) Per poenas hic intelligit reparationem injuriæ, quæ jure belli fit.

„rr) (AFFECTU CORRUMPIMUR:) Quod prolixe „persequitur Author *l.* 2. *c.* 21. §. 3. Conf. *l.* 1. *c.* „3. §. 1. *n.* 2.

„ss) (IDEO SIMUL MULTÆ FAMILIÆ:) Vid. *l.* „2. *c.* 20. §. 8. *n.* 4. *Proleg.* §. 19. *d. c.* 3. §. 1. *n.* 2. „Hactenus Author egit de mero naturæ statu, in „quo jus puniendi ad eum finem, ut lædens emen„detur, & ut læsi aliique tuti in futurum sint, tum „ipsi læso tum cuique alii competere ait: hic jam „affert rationem, cur gentes ab illo jure recesse„rint, & jus puniendi superiori concesserint; quia „scilicet judicando circa propriam causam nimium „indulgere solemus affectibus, quos natura tum in „res nostras, tum in personas nobis sanguine jun„ctas habemus: quam rationem etiam allegant alii. „Vid. *Cic.* 1. *Verr.* 32. *Quinctil. decl.* 17. Conf. „*Tesm. h. lit.* θ.

„tt) (IN UNUM LOCUM CONVENERUNT:) i. e. „In civitatem.

„uu) (JUDICES CONSTITUTI:) Immo judices „constituti a natura sunt; Nam quilibet paterfa„milias ab initio suæ familiæ jus dicebat: Quod „vero plures familiæ se junxerint, & communis „securitatis causa se unius civitatis judicio submi„serint, id ex pacto est: & hactenus verum est „quod Author ait, judicia non a natura esse, sed „ex legibus.

„vv) (ADEMTA CETERIS:) Scilicet familiis, „non vero singulis læsis, quippe qui nunquam li„bertatem puniendi a natura habuerunt.

„ww) (PERTÆSUM VI COLERE ÆVUM:) Potius „visum legibus quam armis disceptare. *Justin. l.* „43. *c.* 4. *Gron. h.*

xx) (Grot)(EX LEGIBUS JUDICIUM EXCERCERI, NON AUTEM EX CUJUSQUE IMPETU ATQUE ARBITRIO:) Tyndareus adversus Orestem sic decla„mat in *Euripidis* Oreste, (*vers.* 491, & *seqq.*)

Πρὸς τόνδ' ἀγών τις ἥκε τῆς σοφίας πέρι;
Εἰ τὰ καλὰ πᾶσι Φανερὰ, καὶ τὰ μὴ καλὰ,
Τούτε τίς ἀνδρῶν γίνετ' ἀσυνετώτερος,
Ὅστις τὰ μὲν δίκαιον οὐκ ἐσκέψατο,
Οὐδ' ἦλθεν ἐπὶ τὸν κοινὸν Ἑλλήνων νόμον.
Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον
Πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ κάρα
(Αἴσχιστον ἔργον, οὐ γὰρ αἰνέσω ποτέ)
Χρῆν αὐτὸν ἐπιθεῖναι μὲν αἵματος δίκην
Ὁσίαν, διώκοντ' ἐκβαλεῖν τε δωμάτων
Μητέρα, τὸ σῶφρον τ' ἔλαβεν ἂν τῆς συμφορᾶς,
Καὶ τοῦ νόμου τ' ἂν εἶχε τ', εὐσεβής τ' ἂν ἦν.
Νῦν δ' εἰς τὸν αὐτὸν δαίμον' ἦλθε μητέρι,
Κακὴν γὰρ αὐτὴν ἐνδίκως ἡγούμενος,
Αὐτὸς κακίων εγένετο μητέρα κτανών.
Ἐρήσομαι δὲ, Μενέλαως, τοσόν δέ σε,
Εἰ τόν δ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνὴ,
Χ' ὁ τοῦδε παῖς αὖ μητέρ' ἀνταποκτανεῖ,
Κἄπειθ' ὁ κείνου γενόμενος Φόνον Φόνῳ
Λύσει, πέρας δὲ ποῖ κακῶν προβήσεται;

Huic me jubes certare de sapientia?
Quæ pulchra quæque fœda si cunctis patent,
Isto homine tandem quis fuit dementior,
Qui nec quod æquum est mente pervidit sua,
Nec quod per omnem Græciam leges jubent?
Namque ubi Agamemnon spiritum efflarat suum,
Transverberatus a mea nata caput,
(Quod turpe facinus absit ut dicto probem)
Tunc ille rite debuit matrem ream
Peragere cædis e lare ejectam suo.
Ita temperate pertulisset miseriam,
Pœnas petisset jure, servasset pium.
Nunc subiit illum, quod prius matrem, nefas.
Illam malam vocat ille, non injuria:
Sed pejor illa est ipse dum matrem necat.
Menelaë, si permittis hoc te interrogo:

L. nulli. 14 C. de Judæis. *jure vindicari pudet.* yy Imperatores Honorius & Theodosius: *idcirco judiciorum vigor jurisque publici tutela in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem.* zz Rex Theodoricus: *hinc est* Cassiod. lib. 4. ep. 10. *quod legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu.*

5. α Manet tamen vetus naturalis libertas, primum in locis β ubi judicia sunt nulla, γ ut in mari. δ Quo forte referri potest quod Cajus Cæsar privatus adhuc piratas, a quibus captus fuerat, classe Vell. Pat. l. 2. c. 42. & Plut. in Cæs. p. 708. tumultuaria persecutus est, ipsorumque naves partim fugavit, partim mersit, & cum Proconsul negligeret animadvertere in captos piratas, ipse eos in mare reversus cruci suffixit. ε Idem locum habebit in locis desertis, ζ aut ubi Nomadum more vivitur.. η Sic apud Umbricos

... si uxor conjugem occidet suum,
Hanc ultor ipse filius tradet neci,
Et rursus illo genitus hanc cadem nova
Cæde expiabit, sine quo stabunt mala?

Quæ postrema plena prudentiæ materiam disserendi & philosophis & oratoribus præbuerunt. *Maximus Tyrius* in dissertatione an referenda injuria, (*Dissertat. II. pap.* 22. *Ed. Davis.*) εἰ γὰρ ὁ ἀδικηθεὶς ἀμύνεται, ἀεὶ μεταβαίνει τὸ κακὸν ἀπ' ἄλλυ πρὸς ἄλλον, καὶ μεταπηδᾷ καὶ διαδέξεται ἀδικία ἀδικίαν. Εἰ γὰρ τῷ αὐτῷ τυτῷ δικαίῳ τῷ παθόντι συγχωρεῖς ἐπεξιέναι εἰς τὸν ἀδικήσαντα, ἐπαναχωρεῖ αὖθις ἀπ' ἐκείνυ πρὸς τὸν αὐτὸν ἡ τιμωρία, τὸ γὰρ δίκαιον ἐπ' ἀμφοῖν ἴσον. ὦ Ζεῦ καὶ οἷον πεποίηκας, δικαιοσύνην ἐξ ἀδικημάτων; καὶ ποῖ βαδιεῖται τὸ κακὸν, καὶ πῦ στήσεται· *Nam si is qui passus est injuriam ultionem sumet, transibit malum ab hoc ad illum velut saltu quodam; & injustitia injustitia succedet; quippe si hoc jure posito concedis ei qui malum pertulit vindicare in eum qui fecit, sequitur ut rursus ab hoc ad illum se referat ultio, est enim justum par utrique parti. Si id ita est, quid nobis fecisti, Jupiter, justitiam ex injuriis conflatum? & quo procedet, ubi vero stabit hoc malum?* Aristides oratione de pace: τίς γὰρ τῶν Ἑλλήνων λειφθήσεται, εἰ διὰ τὰς προτέρυς ἀπολωλοκότας, οἱ μετ' αὐτὰς ἀεὶ ταυτὸ τῦτο πείσονται; *quis enim Græcorum erit reliquus, si propter eos qui jam periere superstites alii perpetuo idem malum ferent?* (Tom. II. pag. 78. C. *Ed. P. Steph.*) Habet idem Aristides sensum similem, in Leuctrica secunda.

„yy) (IMPERATORES:) In *l* 14. *C de Judæis.*

„zz) (REX THEODORICUS &c.) Omnes ergo „loquuntur de jure quod singulæ familiæ (non „singuli læsi) in superiorem contulerunt.

„α) (MANET TAMEN VETUS NATURALIS LI„BERTAS:) Talis vetus libertas naturalis (nimirum „jus suum & aliorum privata auctoritate vindi„candi,) numquam fuit: Quod vero deficienti„bus judiciis singulis jus competat lædentem re„pellendi, id non ex veteri illa libertate puniendi „(quæ numquam obtinuit) oritur, sed ex jure ne„cessariæ defensionis, quæ ipso jure naturæ licita „est, & hodie quoque Vide *l.* 1. *c.* 3. *§.* 2.

„β) (UBI JUDICIA SUNT NULLA:) Jure scl. ne„cessariæ defensionis.

γ) (UT IN MARI:) *d. c.* 3. *§.* 2. vel si corpus „impetatur vi præsente *l.* 2. *c.* 1. *§.* 3. *d. c.* 3. *§.* 2. *n.* 1.

„δ) (QUO FORTE REFERRI POTEST:) Exem„plum hoc exstat apud *Paterc. l.* 2. *c.* 42. *Suet. in* „*Cæs. c.* 4. *Plutarch. in Jul. Cæs. pr.* Cæsar nimi„rum, a prædonibus captus, 50. talenta eis promisit „& solvit; sciebat omnem reparationis spem in „celeritate positam, indeque Proconsulem adire „& classem ab eo petere tempus non fuisse: naves „igitur Meletensium coëgit, & piratas vicit: hacte„nus igitur omnia jure egit, nec fines defensionis „necessariæ excessit: At victis piratis jus ei non „fuit pœnas ab eis sumendi; quod & ipse agnovit, „dum ad proconsulem rem detulit, cui soli jus „competebat de reis supplicium sumendi; injuria „igitur egit quod eos cruci affixerit, cum Junius „eos sub corona vendere voluerit. Gronovius ex „alio capite factum hoc defendit, quod Cæsar videa„tur legationem habuisse liberam, ut solebant illustres „viri & juvenes Romani peregrinantes, indeque „quod fecit Julius, tamquam legatus populi Ro„mani fecisse videatur; Quod etiam Ziglerus in „*not. h.* probat, Tesmarus autem inde præcipue „refutat, quod Cæsar declinandæ invidiæ causa, „a Dolabella accusatus, Rhodum in studia se con„ferre voluerit, adeoque privatus fuerit.

„ε) (IDEM LOCUM HABEBIT IN LOCIS DESER„TIS:) Ubi judicis copia haberi nequit. *l.* 1. *c.* 3. „*§.* 2. *n.* 1.

„ζ) (AUT UBI NOMADUM MORE VIVITUR:) „Sine moribus, sine lege, sine justo imperio. „*Salust. Jugurth. c.* 18. At apud Nomades quili„bet paterfamilias jus in liberos & uxores habuit, „adeoque admitti non potest assertum Auctoris, „quod nulla judicia habuerint. Vide *Diss. pro*„*æm. XII. §.* 612.

η) (Grot)

cos narrat Nicolaus Damaſcenus ſibi quemque fuiſſe ultorem: ^θ^ quod Apud
& apud Moſchos hodie impune fit poſt tempus aliquod editi judi- Stob. de Legibus
cii. ^ι^ Nec aliunde origo ſingularium certaminum quæ ^κ^ ante Chri-
ſtianiſmum * Germanicis nationibus uſitata, ^λ^ alicubi nec dum ſatis
deſueta ſunt. Ideo ^μ^ apud Vellejum Paterculum mirantur Germa- Lib. II.
ni, cum Romanæ jurisdictionis formam conſpicerent, ^ν^ quod in- c. 118.
jurias juſtitia finiret ^ξ^ quod ſolita armis diſcerni jure terminarentur.

6. ^ο^ Lex Hebræa proprinquo occiſi permittit ut extra aſyli loca homicidam interficiat: recteque notant interpretes Hebræi talionem pro mortuo ^π^ manu exigi poſſe; ^ρ^ pro ſe, ut puta in vulnere, non Sen. 1 de
niſi per judicem, ^σ^ quia ſcilicet difficilior eſt moderatio ubi proprius Clem. 20.
dolor accedit. Parem morem, privatim vindicandæ cædis, apud vetuſtiſſimos Græcos fuiſſe apparet ^τ^ ex Theoclymeni verbis quæ apud Homerum ſunt Odiſſeæ O. Sed maxime frequentia ſunt hujus Vers.
moris exempla ^υ^ inter eos qui communem judicem non habent. Hinc 272. & seqq.

juſta

η) (Grot.) (SIC APUD UMBRICOS:) An umbros in Italia ſignificatos voluit? Apud Afrorum multos idem moris fuiſſe, teſtis eſt *Leo Afer libr.* 2. cap. de Teſechis, & capite de Teijuta, & alibi.

„θ) (QUOD ET APUD MOSCHOS:) Velim legem „hanc Moſchorum allegaſſet.

„ι) (NEC ALIUNDE ORIGO SINGULARIUM CER-„TAMINUM:) Nimirum ex veteri libertate, ſi ju-„dicia nulla ſunt: At duella hæc obtinuiſſe „etiamſi judex præſto fuerit, probavimus in *Diſſ.* „*prooem. XII.* §. ubi ſimul demonſtravimus, qui-„bus caſibus & conditionibus certamina ſingularia „admiſſa fuerint: Neque injuſti hic aliquid ſub-„fuiſſe diximus.

„κ) (ANTE CHRISTIANISMUM:) Magis poſt „Chriſtianiſmum: de his judiciis, quæ judicia Dei „vocantur, vide *Diſſ. prooem. XII.* 691. *Memoires* „*de Bethune tom.* 4. *pag.* 232. *Bodin. de republ. l.* „4. *c.* 7. *pag.* 742. Add. *leg. Longob.* 1. *tit.* 32. *c.* 3. „*Bangert ad Helm. contin. l.* 2. *c.* 24. Nobiles enim „viri putabant violari dignitatem, niſi manu ſatis-„fiat ei qui juratus injuriam accepiſſe affirmat. „Judex autem deceroebat certamen.

*) (Grot.) (GERMANICIS NATIONIBUS:) Gothos ſuos corrigens rex Theudericus apud *Caſſiodorum* 3, 23 *Remove conſuetudines abominanter inolitas. Verbis ibi potius, non armis res tractetur.* & 24. *Cur ad monomachiam recurritis? quid opus eſt homini lingua, ſi cauſam manus agit armata?* Trachonitis in oriente, νόμος πάντα τρόπον ἐπεξιέναι τοὺς τῶν οἰκείων φονεῖς. *mos omnibus modis ultionem ſumere de propinquorum homicidis.* (Hoc e *Joſepho*, Antiq. Jud. Libr. XVI. Cap. IX. §. 1. *Ed. Hudſon.*)

„λ) (ALICUBI NEC DUM SATIS DESVETA SUNT:) „Loquitur de Gallia, ubi eo tempore privatorum „lites duello finiri ſolebant, quod Ludovicus XIV. „publico edicto prohibuit.

„μ) (APUD VELLEJUM PATERCULUM:) *Libr.* 2. „*cap.* 8.

„ν) (QUOD INJURIAS JUSTITIA FINIRET:) „Per ſententiam ſcilicet judicis.

„ξ) (QUOD SOLITA ARMIS DISCERNI:) Apud „Germanos ſcilicet.

„ο) (LEX HEBRÆA:) Numeror 35, 6. de qua „late actum eſt *libr.* 1. *c.* 2. §. 5. *n.* 5. ubi probavi-„mus hanc legem mere eſſe forenſem, non na-„turalem.

„π) (MANU EXIGI POSSE:) Hoc non eſt ex li-„bertate veteri naturæ, qua Auctor cuique jus puni-„endi nocentem competiiſſe putat, ſed ex legis „conceſſione, uti bene notat *Seldenus J. N. l.* 4. „*c.* 1. in fin, adeoque agnati illi non ſuo jure age-„bant, ſed jure populi permittentis

„ρ) (PRO SE, UT IN VULNERE:) Nam hic de-„ficiebat legis conceſſio, quæ in eo coosiſtebat „quod mortuus agere ipſe non potuerit.

„σ) (QUIA DIFFICILIOR EST MODERATIO:), „*Sen. de Clem. I.* 20 facit *l.* 38. §. 8. *ff. de adult.* „Rectius, quia in his ceſſat legis diſpoſitio.

„τ) (EX THEOCLYMENI VERBIS:) *Odyſſ.* 15. „*p. m.* 133. *Sed me navi inſidere fac, ne me inter-„ficiant &c.* Loquitur autem de fratribus & ſociis „læſi & interfecti, qui perſequebantur fugientem.

„υ) (INTER EOS QUI COMMUNEM JUDICEM „NON HABENT:) Verum hoc eſt ſi utrinque „ſunt ſummæ poteſtates, tunc enim jus belli inter „eos obtinet; ſi inter privatos lis eſt, verum non „eſt unumquemque ſibi jus dicere poſſe, ſed læſus „adire ſuum principem, & hic ſatisfactionem „pœnamque a lædentis principe impetrare debet; „ſi hic negat, jus belli ſuccedit: Vide *Diſſ. pro-„oem. IX.* §. 166 Excipiuntur autem termini neceſſa-„riæ defenſionis.

„ρ)

L. 2. q. 10 super Josue. *justa bella definiri solent* ᵠ *quæ ulciscuntur injurias*: & Plato belli- cum certamen probat, μέχρις ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναιτίων De Rep. Lib. 5. p. 471. B Tom. II. Ed. H. Steph. ἀλγούντων δοῦναι δίκην: *donec qui in culpa fuerint cogantur innocentibus dolore affectis poenas pendere.*

§. IX.

1. [a] Utilitas indistincte quorumlibet, [b] qui finis erat tertius, [c] easdem habet partes quas illa, quæ ad læsum pertinet. Nam aut hoc agitur, [d] ne qui uni nocuit aliis noceat, quod fit [e] eum tollendo [f] aut debilitando, sive constringendo ita ut nocere nequeat, [g] aut emendando: aut [h] ne alii impunitate illecti aliis quibusvis molesti sint [i] quod ex suppliciis conspicuis obtinetur, quae Græci L. 1. C. ad l. Jul de rep. παραδείγματα, [k] Latini exempla vocant: quae ideo adhibentur, ut unius pœna metus sit multorum, [l] ut pœnæ genere deterreri cæteri L. 7. C. Ad l. Fab. de plag. possint, [m] ut leges loquuntur, ἵνα ἄλλοι πρόνοιαν ποιῶνται καὶ φοβῶνται ut Demosthenes. Orat. in Near. p. 528. B.

2. Hujus quoque juris potestas [n] naturaliter penes unumquemque est. [o] Sic Plutarchus virum bonum ait a natura [p] magistratum desi-

„φ) (AUGUSTINO TESTE:) Ultio hæc fit jure „belli.

„χ) (POENAS PENDERE:) Quod bellum puni- „tivum alibi vocat Author.

„a) (UTILITAS INDISTINCTE QUORUMLIBET:) „Quæ in eo consistit, ut singuli cives securi sint „non tantum contra nocentem, sed contra quem- „cunque qui nocere potest.

„b) (QUI FINIS ERAT TERTIUS:) Vide §. 6. n. 2.

„c) (EASDEM HABET PARTES:) Scilicet ne tale „quid aliquando patiantur aut ab eodem, aut ab „aliis. Vide §. 8. n. 1.

„d) (NE, QUI UNI NOCUIT, ALIIS NOCEAT:) „Sed ut metu pœnæ similis deterreatur in po- „sterum.

„e) (EUM TOLLENDO:) Capite eum plectendo.

„f) (AUT DEBILITANDO:) Per vincula. d. §. 8. n. 1.

„g) (AUT EMENDANDO:) Per verbera &c.

h) (Grot.) (NE ALII IMPUNITATE ILLECTI ALIIS QUIBUSVIS MOLESTI SINT:) *Polybius leones ob hominum appetitum crucifixos vidit, quia cæteri metu pœnæ similis absterrerentur eadem noxa.* Plin. libr. VIII. c. 16.

„i) (QUOD EX SUPPLICIIS CONSPICUIS:) Unde „publice executiones fieri solent. Vid. §. 8. n. 1.

„k) (LATINI EXEMPLA &c.) *Terent. Eunuch.* „*5. 6. Plaut. Mostell. 5, 5, 17.* Justin. 18, 7. *Liv. 29.* „*27. Gronov, b.*

„l) (UT POENÆ GENERE DETERRERI CÆTERI „POSSINT:) Vide *Liv. 31. 21. Puff. l. 8. c. 3. §. 12.*

„m) (UT LEGES LOQUUNTUR:) *L. 7. C. ad L.* „*Fab. de plag. L. 1. C. ad L. Jul. de repet.*

„n) (NATURALITER PENES UNUMQUEMQUE „EST:) Sæpius jam diximus, privatum in sibi „æqualem jure naturæ nullum jus habere ad puni- „endum, adeoque nec deterrendi alios causa.

o) (Grot.) SIC PLUTARCHUS:) Idem *Pelopida, p. 290.* ὁ γὰρ πρῶτος, ὥς ἔοικε, καὶ κυριώτατος νόμος τῷ σώζεσθαι δεομένῳ τὸν σώζειν δυνάμενον ἄρχοντα κατὰ φύσιν ἀποδίδωσι· *Prima eademque antiquissima lex eum qui servare potest ei qui salute opus habet naturaliter magistratum designat.* Et Philopœmene: τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας ἀναλαβὼν οὔτε νόμον οὔτε χειροτονίαν περιμείναντας, ἀλλ' ὡς διὰ παντὸς ἄρχοντι τῷ κρείττονι κατὰ φύσιν ἑπομένους· *Suscepit cives suos qui neque legum neque suffragiorum tempus exspectaverunt: sed ipsum sequebantur naturæ lege, quæ semper potiorem vult imperare deterioribus.* (pag. 363. A.) Similia apud eum habes fine vitæ T. Flaminii. Scriptor de caussis corruptæ eloquentiæ, de oratoribus agens. (c. 36.) *Hi ne privati quidem sine potestate erant, cum & populum & senatum consilio & auctoritate regerent.* Chrysostomus 2 ad Corinthios VII, 13. de Mose: καὶ πρὸ τῆς χειραγωγίας δημαγωγὸς ἦν διὰ τῶν ἔργων. διὸ καὶ σφόδρα ἀνοήτως ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἑβραῖος ἐκεῖνος, τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; τί λέγεις; τὰ ἔργα ὁρᾷς, καὶ περὶ τῆς προσηγορίας ἀμφιβάλλεις, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἰδοι τέμνοντα τὸν ἰατρὸν ἄριστα, καὶ τῷ πεπονηκότι μέλει τοῦ σώματος βοηθοῦντα, λέγοι, τίς σε κατέστησεν ἰατρὸν καὶ τέμνειν ἐκέλευσεν; ἡ τέχνη, ὦ βέλτιστε, καὶ ἡ νόσος ἡ σή· οὕτω καὶ τοῦτον ἡ ἐπιστήμη τοιοῦτον ἐποίησε, καὶ γὰρ τέχνη τὸ

designari, & quidem perpetuum: q nam ipsa naturæ lege ei principatum deferri qui agat justa: r sapientem nunquam esse privatum Nasicæ exemplo probat s Tullius, t & Lollium non unius anni consulem Horatius vocat: & Euripides Iphigenia in Aulide, (v. 375.) *Tusc. qu. 4. 23.*

Mente qui prudente pollet u is magistratum gerit.

Quæ tamen in republica intelligenda sunt, v quatenus ejus leges id ferunt.

3. w De hoc naturali jure ita loquitur x Democritus: ipsius enim verba quia notabilia sunt adferam. Primum de jure bestias interficiendi sic illi videtur: *Apud Stob. Serm. 44.* κατὰ δὲ ζώων καὶ μὴ φόνυ ὧδε ἔχει τὰ ἀδικέοντα καὶ θέλοντα ἀδικεῖν ἀθῶος ὁ κτείνων, καὶ πρὸς εὖ ἐς' τῦτο ἔρδειν μᾶλλον ἢ μή: *de occidendis aut non occidendis animantibus ita se res habet, y quæ injuriam faciunt, aut facere volunt, quisque occiderit purus est, adeo quidem ut hoc fecisse quam non fecisse sit rectius.* Et mox: κτείνειν χρὴ τὰ πημαίνοντα παρὰ δίκην πάντα περὶ παντός: *ea, quæ iniuste nobis nocent, omnino & omnia fas occidere.* Et certe z non improbabile est, hoc mo-

τὸ ἀρχειν ἐςιν, ἐκ ἀξίωμα μόνον, καὶ τέχνη τεχνῶν πασῶν ἀνωτέρα. *Etiam antequam manu populum educeret, duxerat ipsis factis. Valde igitur stulte Hebræus ille ei dixit: quis te constituit nobis principem ac judicem? Quid dicis? facta vides, & de nomine facis controversiam; velut si quis medicum videat optime secantem ac sic opitulantem ægro corporis membro, deinde ei dicat, quis te constituit medicum, quis secare præcepit? ars, mi bone vir, & morbus tuus. Sic & Mosem sua peritia talem fecit; nam & imperare non dignitas tantum est, sed & ars, & quidem artium omnium sublimissima.* (Tom. III. pag. 631. 632. *Ed. Savil.*) Tractat idem scriptor hoc ipsum argumentum ad Eph. III. in fine: (Tom. eod. pag. 798.) ἡ ἀδικία ἡ σὴ καὶ ἡ ὠμότης, φησὶν, αὐτή με κατέςησεν ἄρχοντα καὶ δικαςήν· *Tua*, inquit, *injustitia, tua feritas me constituit principem & judicem.* (*Plutarchi* locus, cujus occasione omnia ista addita sunt, non satis adcurate refertur, ut inspicienti patebit. Præterea illorum sententia posset videri repugnare principiis Auctoris nostri, ut ostendimus in Gallicis nostris notis. *J. B.*)

„p) (MAGISTRATUM DESIGNARI, ET QUIDEM „PERPETUUM:) i. e. Jus quoddam imperandi aliis „habere.

„q) (NAM IPSA NATURÆ LEGE ET PRINCIPA- „TUM DEFERRI QUI AGAT JUSTA:) Sequitur „hoc ex erroneo principio Authoris, qui putat „eum qui male egit eo ipso se quovis alio infe- „riorem fecisse. Supra §. 3. n. 1. & 2.

„r) (SAPIENTEM NUNQUAM ESSE PRIVATUM „NASICÆ EXEMPLO:) Flosculi hi sunt Stoicorum. „Vid. *Senec. Thyest. V. 541. Horat. 1. sat. 3.* „& sutor bonus & solus formosus & est rex. „Vid. *Gron. h.*

„s) (TULLIUS:) Qui ex eo defendit statum Na- „sicæ qui Sp. Melium interfecit. *Cic. in Orat.* „*pro Milon. n. 3.*

„t) (ET LOLLIUM NON UNIUS ANNI CONSU- „LEM:) Vid. *Horat. 4. Od. 5. Gron. h.*

„u) (IS MAGISTRATUM GERIT:) Plane non „loquitur de magistratura quæ in jure dicundo „consistit, sed eo modo, quo sutor bonus rex di- „citur.

„v) (QUATENUS EJUS LEGES ID FERUNT:) Cor- „ruit igitur ex hac limitatione totum Authoris „systema, *qui digniorem natura esse superiorem* „*minus digno, eoque illi jus hunc puniendi compe-* „*tere fingit:* Sane leges reipublicæ id nunquam fe- „runt. Natura dignitas nullum jus dat, quia exi- „tum res habere nequit, cum quilibet se dignio- „rem prædicabit, & hoc ipsum judicio indigeat, „quis nam dignior sit.

„w) (DE HOC NATURALI JURE:) Quo digniori „imperium aliquod competit in minus dignos.

„x) (DEMOCRITUS:) Apud *Stobæum serm. 44.*

„y) (QUÆ INJURIAM FACIUNT, AUT FACERE „VOLUNT, QUISQUIS OCCIDERIT PURUS EST:) Lo- „quitur Democritus de justitia, quatenus virtus est; „cum perfectione enim pugnat occidere animalia, „quæ non nocent, nec hominum necessitatibus in- „servire possunt: Plane ergo non loquitur de jure „naturali. Nam 1) verum non est injuriam in „animalia cadere posse: bruta nec injuriam faci- „unt, nec patiuntur, quia rationis non sunt capa- „ces. 2) Alibi jam dictum est, ex jure quod hu- „mano generi in omnes res terræ, adeoque & in „animalia competit, necessario sequi jus occiden- „di bestias, inprimis ad necessitates nostras.

„z) (NON IMPROBABILE EST HOC MORE VI- „XISSE VIROS PROBOS:) Immo jus vescendi carne „cum

L. 2. q. 10 super Josue. *justa bella definiri solent* [φ] *quæ ulciscuntur injurias* : & Plato bellicum certamen probat, μέχρις ὧ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναιτίων ἀλγούντων δοῦναι δίκην: *donec qui in culpa fuerint cogantur innocentibus dolore affectis poenas pendere.* [χ] *De Rep. Lib. 5. p. 471. B Tom. II. Ed. H. Steph.*

§. IX.

1. [a] Utilitas indistincte quorumlibet, [b] qui finis erat tertius, [c] easdem habet partes quas illa, quæ ad læsum pertinet. Nam aut hoc agitur, [d] ne qui uni nocuit aliis noceat, quod fit [e] eum tollendo [f] aut debilitando, sive constrigendo ita ut nocere nequeat, [g] aut emendando: aut [h] ne alii impunitate illecti aliis quibusvis molesti sint [i] quod ex suppliciis conspicuis obtinetur, quæ Græci παραδείγματα, [k] Latini exempla vocant: quæ ideo adhibentur, ut unius pœna metus sit multorum, [l] ut pœnæ genere deterreri cæteri possint, [m] ut leges loquuntur, ἵνα ἄλλοι πρόνοιαν ποιῶνται καὶ φοβῶνται ut Demosthenes. *L. 1. C. ad l. Jul de rep. L. 7. C. Ad l. Fab. de plag. Orat. in Near. p. 528. B.*

2. Hujus quoque juris potestas [n] naturaliter penes unumquemque est. [o] Sic Plutarchus virum bonum ait a natura [p] magistratum, desi-

„φ) (AUGUSTINO TESTE:) Ultio hæc fit jure „belli.

„χ) (POENAS PENDERE:) Quod bellum puni-„tivum alibi vocat Author.

„a) (UTILITAS INDISTINCTE QOORUMLIBET:) „Quæ in eo consistit, ut singuli cives securi sint „non tantum contra nocentem, sed contra quem-„cumque qui nocere potest.

„b) (QUI FINIS ERAT TERTIUS:) Vide §. 6. n. 2.

„c) (EASDEM HABET PARTES:) Scilicet ne tale „quid aliquando patiantur aut ab eodem, aut ab „aliis. Vide §. 8. n. 1.

„d) (NE, QUI UNI NOCUIT, ALIIS NOCEAT:) „Sed ut metu pœnæ similis deterreatur in po-„sterum.

„e) (EUM TOLLENDO:) Capite eum plectendo.

„f) (AUT DEBILITANDO:) Per vincula. d. §. 8. n. 1.

„g) (AUT EMENDANDO:) Per verbera &c.

h) (Grot.) (NE ALII IMPUNITATE ILLECTI ALIIS QUIBUSVIS MOLESTI SINT:) *Polybius leones ob hominum appetitum crucifixos vidit, quia cæteri metu pœna similis absterrerentur eadem noxa.* Plin. libr. VIII. c. 16.

„i) (QUOD EX SUPPLICIIS CONSPICUIS:) Unde „publice executiones fieri solent. Vid. §. 8. n. 1.

„k) (LATINI EXEMPLA &c.) *Terent. Eunuch.* „*5. 6. Plaut. Mostell. 5, 5, 17.* *Justin.* 18, 7. *Liv. 29.* „*27. Gronov. h.*

„l) (UT POENÆ GENERE DETERRERI CÆTERI „POSSINT:) Vide *Liv. 31. 21. Puff. l. 8. c. 3. §. 12.*

„m) (UT LEGES LOQUUNTUR:) *L. 7. C. ad L.* „*Fab. de plag. L. 1. C. ad L. Jul. de repet.*

„n) (NATURALITER PENES UNUMQUEMQUE „EST:) Sæpius jam diximus, privatum in sibi „æqualem jure naturæ nullum jus habere ad puni-„endum, adeoque nec deterrendi alios causa.

o) (Grot.) SIC PLUTARCHUS:) Idem *Pelopida, p. 290.* ὁ γὰρ πρῶτος, ὥς ἔοικε, καὶ κυριώτατος νόμος τῷ σώζεσθαι δεομένῳ τὸν σώζειν δυνάμενον ἄρχοντα κατὰ φύσιν ἀποδίδωσι· *Prima eademque antiquissima lex eum qui servare potest ei qui salute opus habet naturaliter magistratum designat.* Et Philopœmene: τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας ἀναλαβὼν οὔτε νόμον οὔτε χειροτονίαν περιμείναντας, ἀλλ᾽ ὡς διὰ παντὸς ἄρχοντι τῷ κρείττονι κατὰ φύσιν ἑπομένους· *Suscepit cives suos qui neque legum neque suffragiorum tempus exspectaverunt: sed ipsum sequebantur naturæ lege, quæ semper potiorem vult imperare deterioribus.* (pag. 363. A.) Similia apud eum habes fine vitæ T. Flaminii. Scriptor de caussis corruptæ eloquentiæ, de oratoribus agens. (c. 36.) *Hi ne privati quidem sine potestate erant, cum & populum & senatum consilio & auctoritate regerent* Chrysostomus 2 ad Corinthios VII, 13. de Mose: καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας δημαγωγὸς ἦν διὰ τῶν ἔργων. διὸ καὶ σφόδρα ἀνοήτως ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἑβραῖος ἐκεῖνος, τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ᾽ ἡμᾶς; τί λέγεις; τὰ ἔργα ὁρᾷς, καὶ περὶ τῆς προσηγορίας ἀμφιβάλλεις, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἰδοι τέμνοντα τὸν ἰατρὸν ἄριστα, καὶ τῷ πεπονηκότι μέλει τοῦ σώματος βοηθοῦντα, λέγοι, τίς σε κατέστησεν ἰατρὸν καὶ τέμνειν ἐκέλευσεν; ἡ τέχνη, ὦ βέλτιστε, καὶ ἡ νόσος ἡ σή· οὕτω καὶ τοῦτον ἡ ἐπιστήμη τοιοῦτον ἔπεισε, καὶ γὰρ τέχνη τὸ

designari, & quidem perpetuum: q nam ipsa naturæ lege ei principatum deferri qui agat justa: r sapientem nunquam esse privatum Nasicæ exemplo probat s Tullius, t & Lollium non unius anni consulem Horatius vocat: & Euripides Iphigenia in Aulide, (v. 375.) *Tusc. q. 4. 23.*

Mente qui prudente pollet u is magistratum gerit.

Quæ tamen in republica intelligenda sunt, v quatenus ejus leges id ferunt.

3. w De hoc naturali jure ita loquitur x Democritus: ipsius enim verba quia notabilia sunt adferam. Primum de jure bestias interficiendi sic illi videtur: κατὰ δὲ ζώων καὶ μὴ φόνῳ ὧδε ἔχει τὰ ἀδικέοντα καὶ θέλοντα ἀδικεῖν ἀθῷος ὁ κτείνων, καὶ πρὸς εὖ ἐς· τοῦτο ἔρδειν μᾶλλον ἢ μή: *de occidendis aut non occidendis animantibus ita se res habet, y quæ injuriam faciunt, aut facere volunt, quisque occiderit purus est, adeo quidem ut hoc fecisse quam non fecisse sit rectius.* Et mox: κτείνειν χρὴ τὰ πημαίνοντα παρὰ δίκην πάντα περὶ παντός: *ea, quæ iniuste nobis nocent, omnino & omnia fas occidere.* Et certe z non improbabile est, hoc *Apud Stob. Serm. 44.*

mo-

τὸ ἄρχειν ἐστὶν, οὐκ ἀξίωμα μόνον, καὶ τέχνη τεχνῶν πασῶν ἀνωτέρα. *Etiam antequam manu populum educeret, duxerat ipsis factis. Valde igitur stulte Hebræus ille ei dixit: quis te constituit nobis principem ac judicem? Quid dicis? facta vides, & de nomine facis controversiam; velut si quis medicum videat optime secantem ac sic opitulantem ægro corporis membro, deinde ei dicat, quis te constituit medicum, quis secare præcepit? ars, mi bone vir, & morbus tuus. Sic & Mosem sua peritia talem fecit; nam & imperare non dignitas tantum est, sed & ars, & quidem artium omnium sublimissima.* (Tom. III. pag. 631. 632. *Ed. Savil.*) Tractat idem scriptor hoc ipsum argumentum ad Eph. III. in fine: (Tom. eod. pag. 798.) ἡ ἀδικία σὴ καὶ ἡ ὠμότης, φησὶν, αὕτη με κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν· *Tua*, inquit, *injustitia, tua feritas me constituit principem & judicem.* (*Plutarchi* locus, cujus occasione omnia ista addita sunt, non satis adcurate refertur, ut inspicienti patebit. Præterea illorum sententia posset videri repugnare principiis Auctoris nostri, ut ostendimus in Gallicis nostris notis. *J. B.*)

„p) (MAGISTRATUM DESIGNARI, ET QUIDEM „PERPETUUM:) i. e. Jus quoddam imperandi aliis „habere.

„q) (NAM IPSA NATURÆ LEGE EI PRINCIPATUM DEFERRI QUI AGAT JUSTA:) Sequitur „hoc ex erroneo principio Authoris, qui putat „eum qui male egit eo ipso se quovis alio inferiorem fecisse. Supra §. 3. n. 1. & 2.

„r) (SAPIENTEM NUNQUAM ESSE PRIVATUM „NASICÆ EXEMPLO:) Flosculi hi sunt Stoicorum. „Vid. *Senec. Thyest. V. 541. Horat.* 1. *sat.* 3. „& sutor bonus & solus formosus & est rex. „Vid. *Gron. h.*

„s) (TULLIUS:) Qui ex eo defendit statum Na„sicæ qui Sp. Melium interfecit. *Cic. in Orat.* „*pro Milon. n.* 3.

„t) (ET LOLLIUM NON UNIUS ANNI CONSU„LEM:) Vid. *Horat. 4. Od. 5. Gron. h.*

„u) (IS MAGISTRATUM GERIT:) Plane non „loquitur de magistratura quæ in jure dicundo „consistit, sed eo modo, quo sutor bonus rex di„citur.

„v) (QUATENUS EJUS LEGES ID FERUNT:) Cor„ruit igitur ex hac limitatione totum Authoris „systema, *qui digniorem natura esse superiorem* „*minus digno, eoque illi jus hunc puniendi compe*„*tere fingit:* Sane leges reipublicæ id nunquam fe„runt. Natura dignitas nullum jus dat, quia exi„tum res habere nequit, eum quilibet se digniorem prædicabit, & hoc ipsum judicio indigeat, „quis nam dignior sit.

„w) (DE HOC NATURALI JURE:) Quo digniori „imperium aliquod competit in minus dignos.

„x) (DEMOCRITUS:) Apud *Stobæum serm* 44.

„y) (QUÆ INJURIAM FACIUNT, AUT FACERE „VOLUNT, QUISQUIS OCCIDERIT PURUS EST:) Lo„quitur Democritus de justitia, quatenus virtus est; „cum perfectione enim pugnat occidere animalia, „quæ non nocent, nec hominum necessitatibus in„servire possunt: Plane ergo non loquitur de jure „naturali. Nam 1) verum non est injuriam in „animalia cadere posse: bruta nec injuriam faci„unt, nec patiuntur, quia rationis non sunt capa„ces. 2) Alibi jam dictum est, ex jure quod hu„mano generi in omnes res terræ, adeoque & in „animalia competit, necessario sequi jus occiden„di bestias, inprimis ad necessitates nostras.

„z) (NON IMPROBABILE EST HOC MORE VI„XISSE VIROS PROBOS:) Immo jus vescendi carne

„cum

more vixisse viros probos *ante diluvium, antequam Deus suam voluntatem de vertendis in hominum alimenta animantibus cæteris prodidisset. [aa] Rursus; ὅκως περὶ κιναδέων τε καὶ ἑρπετέων γεγράφαται τῶν πολεμίων, οὕτω καὶ κατ' ἀνθρώπων δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι σκοπεῖν: *quæ vero de vulpibus & de inimicis serpentibus scripsimus, eadem in hominibus facienda videntur.* [bb] Tum vero subjungit: κιξάλλην καὶ λῃστὴν πάντα κτείνων τις ἀθῷος ἂν εἴη, καὶ αὐτοχειρίᾳ καὶ κελεύων, καὶ ψήφῳ: *furem & latronem qui quocumque modo occiderit,* [cc] *sive manu,* [dd] *sive jussu,* [ee] *sive*
Lib. I. de *suffragio,* [ff] *innocens est.* [gg] Ad quos locos respexisse mihi videtur
Ira, c.16 [hh] Seneca, cum ait: *cum cervices noxio præcidi imperabo, eo vultu*
Sen. de Ira. Lib 2. c. 31. *animoque ero,* [ii] *quo serpentes & animalia venenata percutio.* Et alibi: *ne viperas quidem & natrices, & si qua morsu aut ictu nocent, affligeremus, si ut reliqua mansuefacere possemus, aut efficere ne nobis aliisque periculo essent.* [kk] *Ergo ne homini quidem nocebimus quia peccavit, sed ne peccet.*

4. Sed

„cum ipso genere humano originem cepit, quia „Deus in genere jus disponendi de omnibus rebus „creatis primo homini dedit: de quo egimus supra.

*) (Grot.) (ANTE DILUVIUM:) Aliquos & postea moris primævi memores. Ita Dicæarchus & alii, quos testes citat *Hieronymus* contra Jovinianum. (Tom. II. pag. 78. *Edit. Basil.*)

„*aa*) (RURSUS:) Stobæus d. l. pag. 279.

„*bb*) (TUM VERO SUBJUNGIT:) Ibid.

„*cc*) (SIVE MANU:) I. e. sive ipse manu sua „occidat.

„*dd*) (SIVE JUSSO:) I. e. per alium.

„*ee*) (SIVE SUFFRAGIO:) I. e. consilio.

„*ff*) INNOCENS EST:) Hoc verum non est, nisi „ex capite necessariæ defensionis: Unde apud „Græcos id saltem in fure nocturno obtinuit. „Vide supra. *cap. 8. §. 12.*

„*gg*) (AD QUOS LOCOS RESPEXISSE MIHI VI„DETUR:) Immo Seneca loquitur de superiore „puniente, Democritus de privato furem occi„dente, &c. quæ diversissima sunt.

„*hh*) (SENECA:) *Libr. I. de ira, cap. 16.*

ii) (Grot.) (QUO SERPENTES ET ANIMALIA VENENATA PERCUTIO:) Καθάπερ οὖν ἔχεις καὶ σκορπίους ὅσα ἰοβόλα πρὶν δακεῖν ἢ τρῶσαι, καὶ συνόλως ὁρμῆσαι, θεασάμενοι μόνον χωρὶς ὑπερθέσεως κτείνομεν, προφυλαττόμενοι διὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν ἐν αὐτοῖς κακίαν, τὸ μηδὲν παθεῖν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἀνθρώπους ἄξιον τιμωρεῖσθαι, οἳ φύσεως ἐπιλαχόντες ἡμέρου διὰ τὴν κοινωνίας αἰτίαν λογικὴν πηγὴν, ἐπιτηδεύσει πρὸς θηρίων ἀτιθάσσων ἀγριότητας μεταβάλλουσιν, ἐν ἡδονῇ καὶ ὠφελείᾳ τιθέμενοι τὸ κακῶς ποιεῖν ὅσους ἂν δύνωνται· *Sicut ergo viperas & scorpios, & quæ alia veneno nocent, priusquam aut mordeant, aut ullum in nos impetum faciant, statim sine mora occidimus, præcaventes ne quid patiamur mali ab ea quæ in ipsis est malignitate; eundem ad modum & homines puniri par est, qui naturam nacti mansuetam, propter fontem rationis quæ ad societatem trahit, institutis in ferarum sævitiam transeunt, utilitatique ac voluptati habent nocere quam possunt plurimis.* Hæc Philo de specialibus legibus II. (*p. 793. A. B.*) Claudius Neapolitanus apud *Porphyrium* lib. I. de non esu animalium: οὐκ ἔστι γὰρ ὅστις ἰδὼν ὄφιν οὐκ ἔκτεινε δυνάμενος, ὡς μήτ' αὐτὸς δηχθείη μήτ' ἄλλος ἁπλῶς ἄνθρωπος· *Nemo est qui serpentem sibi conspectum si possit non occidat, ne aut ipse ab eo vulneretur aut alius.* (pag. 32.) Vide, si vacat, & sequentia. Ibidem non multo post: ὄφιν καὶ σκορπίον, κἂν μὴ ἐπίωσιν ἡμῖν, κτείνομεν, ἵνα μηδ' ἄλλος πρὸς αὐτῶν τι πάθῃ, τῷ κοινῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀμυνόμενοι· *Serpentem & scorpium, etiamsi ab iis non impetamur, occidimus, ne cui noceat alii, & vindictam hinc præstamus humano generi.* (pag. 40. *Ed. Lugd. 1620.*) Porphyrius ipse libro II. ὥσπερ γὰρ εἰκαίας τινος οὔσης ἡμῖν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς κακοποιοὺς, καὶ καθάπερ ὑπό τινος πνοῆς ἰδίας φύσεως καὶ μοχθηρίας φερομένους πρὸς τὸ βλάπτειν τὸν ἐντυγχάνοντα, ἀναιρεῖν ἡγούμεθα δεῖν καὶ κολάζειν ἅπαντας, οὕτως καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ ἄδικα τὴν φύσιν καὶ κακοποιὰ, πρός τε τὸ βλάπτειν ὡρμημένα τῇ φύσει τοὺς ἐμπελάζοντας ἀναιρεῖν ἴσως προσήκει· *Sicut enim, quanquam societas nobis quædam est cum hominibus malis, etiamsi qui suopte ingenio ac malitia veluti vento vehemente aguntur, ut cuivis sine discrimine noceant, tamen eos omnes recte a nobis puniri censemus; ita & mutorum animantium ea quæ sui natura sunt injusta & nocere amantia, quæque impetu ingenii sui feruntur in obvii cujusque perniciem, occidere ratione non caret.* (pag. 159.) Et hoc est quod vult Pythagoras apud *Ovidium* Metam XV. *Nostrumque petentia lethum corpora missa neci, salva pietate fatemur.* (vers. 108. 109.)

„kk) (ERGO

4. Sed cum & [ll] facti inquisitio sæpe magnam diligentiam, & pœnæ æstimatio multum prudentiæ & æquitatis desideret, [mm] ne dum quisque de se nimium præsumeret, [nn] aliis non credentibus, rixæ orirentur, eo placuit [oo] hominum justis communitatibus [pp] eos deligere quos optimos ac prudentissimos putarent, aut forte sperarent. [qq] Idem Democritus: ȣ̓κ ἂν ἐκώλυον οἱ νόμοι ζῆν ἕκαςον κατ᾽ ἰδίαν ἐξȣσίαν, εἰ μὴ ἕτερος ἕτερον ἐλυμαίνετο. Φθόνος γὰρ ςάσιος ἀρχὴν ἀπειργάζετο: *non prohibuissent utique leges suo quemque arbitrio vivere, nisi alter alterum offensum iisset. Invidia enim seditioni molitur exordium.* Apud. Stob. Serm. 38.

5. Sed [rr] sicut in ultione factum [ss] modo diximus, [tt] ita & in hac ad exemplum punitione [uu] manent vestigia ac reliquiæ prisci juris [vv] in iis locis [ww] atque inter eas personas, quæ certis judiciis non subsunt: [xx] ac præterea in quibusdam casibus exceptis. Sic [yy] Hebræorum moribus Hebræus a Deo & Dei lege deficiens [zz] aut ducem se ad falsos cultus præbens, [a] illico a quovis homine poterat interfici, Judi- Deuter. 13. 9.

„kk) (ERGO NE HOMINI QUIDEM NOCEBIMUS, „QUIA PECCAVIT, SED NE PECCET:) Vera ratio „pœnæ est ut reparetur injuria tantundem pa„tiendo, adeoque reus punitur quia peccavit, „i. e. jus alienum læsit.

„ll) (FACTI INQUISITIO SÆPE MAGNAM DILIGENTIAM, ET POENÆ ÆSTIMATIO MULTUM „PRUDENTIÆ &c.) Author hic tandem ipse fateri „videtur, jus illud puniendi, quod cuivis privato a „natura competere dixit, exitum habere non posse. „Quid si enim alter neget factum, testes audiendi „& examinandi erunt, privatus autem testem co„gendi jus non habet, quin causæ cognitio ratione „circumstantiarum præcedere debet, quæ pari in „parem non competit, nedum parti ipsæ: Sed & „porro si cuique injuriam sibi illatam æstimandi „jus esset, ille in infinitum affectione causæ æsti„mare posset, nec lædens, cum arbitrium lædentis „sit, regerere aliquid posset. Neque allegari potest, „Deum ipsum huic sorti præsidere: Nam non „præsidet nisi ubi judicia cessant, non autem „cessant quando uterque judicem superiorem „habet.

„mm) (NE DUM QUISQUE DE SE NIMIUM „PRÆSUMERET:) Studio causæ, vel ignorantia „juris.

„nn) (ALIIS NON CEDENTIBUS:) Si reus vel „negat læsionem, vel impugnat æstimationem,

„oo) (HOMINUM JUSTIS COMMUNITATIBUS:) „i. e. civitatibus, in quas genus humanum distribu„tum est.

„pp) (EOS DELIGERE QUOS OPTIMOS &c. PU„TARENT:) Jure naturæ digniori jus puniendi „competere statuit, at pactis gentium digniorem „esse ait eum quem civitas elegit, quod supra „examinavimus.

„qq) (IDEM DEMOCRITUS:) Apud Stobæum *Serm*, „*38. p. 224.*

„rr) (SICUT IN ULTIONE:) Qui est secundus „finis pœnæ. Vide §. *6. n. 4.* junct. *§. 8. n.* 1.

„ss) (MODO DIXIMUS:) *d. §. 8. n. 5.*

„tt) (ITA IN HAC AD EXEMPLUM PUNITIONE:) „Qui est tertius pœnæ finis. *d.* §. *6. n. 4.* junct. „*§. 8. n. 1.*

„uu) (MANENT VESTIGIA AC RELIQUIÆ PRISCI „JURIS:) Quo scilicet cuique privato, ut exem„plum aliis præbeat, pœnam a lædente sumere „licet. At diximus tale jus priscum non dari.

„vv) (IN IIS LOCIS:) v. g. in mari, & locis de„sertis, *d.* §. *8. n.* 5. At partes ibi agunt jure ne„cessariæ defensionis.

„ww) (ATQUE INTER EAS PERSONAS, QUÆ „CERTIS JUDICIIS NON SUBSUNT:) i. e. quæ com„munem judicem non habent, *d* §. *8. n. fin.* quod „explicavimus *ibidem.*

„xx) (AC PRÆTEREA IN QUIBUSDAM CASIBUS „EXCEPTIS:) Quo etiam refert judicium Zeli.

„yy) (HEBRÆORUM MORIBUS HEBRÆUS A DEO „ET DEI LEGIBUS DEFICIENS:) *Deuter. 13, 9.*

„zz) (AUT DUCEM SE AD FALSOS CULTUS PRÆ„BENS:) *Deuter. 13, 6. seq.*

a) (Grot.) (ILLICO A QUOVIS HOMINE POTERAT INTERFICI:) Adde locum *Josephi* XII, 6. §. 2. *Ed. Hudf.* *Mosem Maimonidem* ad XIII. articulos, & Directoris libro III, cap. 41.

ADDITIO.

„Videtur Moses hic loqui de magistratu pu„niente, sed prævia causæ cognitione; quod enim *d.* „*v. 9.* dicitur, *sit primum manus tua super eum;* „*& post te omnis populus mittat manum*, id intelli„gendum est de teste, nam nemo interfici debebat, „nisi duo testes adfuerint, & tunc manus testium pri-

 „mum

β Judicium Zeli id vocant Hebræi, γ quod a Phinea primo exercitum

„ma interficit reum, & tum manus reliqui populi extrema mittitur: uti hic processus explicatur *Deuter. c. 17. n. 6 & 7.* Conf. *Puffend. l. 8. c. 3. §. 13.* „ubi optime notat, quod si talis lex exstaret, ea „valitura sit ut jus civile, & sic singulos punientes „agere tamquam ministros legis id permittentis.

β) (Grot.) (JUDICIUM ZELI:) Vide *1 Maccab.* II, 24. 26.

ADDITIO.

„Ratio hujus judicii, quod Germanice ein Eyfer-Gericht vocari solet, non consistit in prisca „aliqua libertate puniendi nocentes, [nam talem „libertatem inter privatos nunquam obtinuisse „passim notavimus] sed in eo, quod, licet jus pœnam sumendi non habeat, tamen excusetur ob „Zelum maxime pium & laudabilem. Sane soli „magistratui hic injuria facta est; hic autem in „eum qui justo Zelo vindictam læsæ auctoritatis „suscepit animadvertere non solet, etsi exempla „in contrarium exstent. Quæ cum plenius excussa „sint a beato Parente tum in *Prodromo juris gentium. Exerc.* II. §. 59. tum in *diss. de judicio Zeli*: verba ex utraque dissertatione hic adferam:

„Verba *ex priori dissertatione* hæc sunt: Singularius adhuc jus, & fere simile est, quod quædam „non tantum moribus gentium probata, sed & „laudata maxime & celebrata fuerint, etsi in se „non jure facta viderentur; uti quod judicium „Zeli Hebræi dixerunt. *Selden. de jur. nat. & gent. secund. disciplin. Hebræor. lib.* IV. *c.* 4. & 5. *Grot. lib.* II. *c.* 20. §. 9. *n.* 5. Tale sunt factum „Mathatiæ, qui Judæum, Antiochi regis jussu idolis sacrificantem, ad aram trucidavit: ipsumque „regis legatum interfecit: *1 Machab.* 2 *v.* 23. & *seq.* ubi provocatur ad exemplum Phineæ; *Num.* 25. sed tum Deus generali mandato id injunxerat. *Num.* 25. *v.* 5. Factum Horatii, sororem, „quæ suum & patriæ hostem a se occisum ut sponsum lugebat. *Liv. lib.* 1. *c.* 26. Factum Lucretiæ, „quæ se ipsam; *Liv. d. lib.* 1. *c.* 58. 59. Timocleæ „Theranæ; *Plutarch. in Alex. Magn. cap.* 20. *Curt. suppl. lib.* 2. & alterius feminæ Principis, uxoris Ortiagontis in Asia, *Liv. lib.* 38. *c.* 24. *Flor. lib.* 2. *c.* 11. *Valer Max. d. lib.* 6. *c.* 1. *in fin.* quæ „pudicitiæ suæ raptores interfecerunt. Horum „nullis fuit jus necaudi homines; nec in feminis „defensio vitio jam oblato & peracto: verum „admiratione virtutis, & factum impune ipsis fuit, „& virtus ornata. Potuitque id salvo jure naturæ fieri: quia nulla injuria in occisus fuit, qui „omnes mortem meruerant; sed in eo, quod privati sibi vindictam arrogarunt quæ magistratus „est. Hic ergo illis id remittere potuit.

„Inde vero patet, cum illa remissio sit in arbitrio superioris, cujus jus violatum privata ultione fuit, non satis tutum esse hoc Zeli judicium, sed posse tanquam in violatores juris publici, „vindicari. Ita Horatius cæsa sorore in jus raptus, & lex horrendi carminis in eum dicta, ac „vix meritorum momento elapsus fuit. *Liv. d. lib.* 1. *cap.* 26. Ita memoratur de cive Londinensi, qui, cum Mercerus, scerrimus pyrata, „sub Richardo II. Anglorum commercia maritima gravissime infestaret & vastaret, nec arceri „posset, suo sumtu, & boni publici Zelo naves „armavit, & instruxit, & pyratam navibus ejus „perditis abegit. Hoc vero nomine primum „majestatis postulatus est; denique vero instantia „merito honos habitus. Quid, quod Judæi, cum „Servator sanctissimo Zelo nundinationes e templo ejiceret, ab ipso signum poposcerint, qua auctoritate id faceret. Joh. 2. *v.* 14. 17. 18. Vid. *Selden. de jur. natur. & gent. secund. disciplin. Hebr. lib.* 4. *c.* 5.

„In *posteriori dissertatione, de judicio morum, membr.* 6. *de judicio Zeli.* §. 31. 32. rem ita explicat: Cum ergo hactenus domesticis præprimis „corrigendis moribus domesticum judicium sormaverimus, pateat colophonis loco in conscientiæ sacra & adyta quoque paulisper hic aditus, ut „appareat, an in sacri & divini etiam cultus, religionis ac conscientiæ moribus privato aliquid licitum sit, nec ne? Sciendum itaque & hic judicium aliquod privatum, nempe Zeli, ex lege Veteris Testamenti, ac sententia saniorum Hebræorum formari atque exerceri posse, quo quis privatus atrocissimi alicujus facti idololatrici aut „alias execrandi præsenti detestatione, ejusque vindicandi Zelo incensus, delinquentem abop probrio publico avertere & punire valet, etiam alium „occidendo: exemplo *Matathiæ & Phineæ filii Eleazaris*, qui Zambri scortatorem idolatricum „divini honoris Zelo una cum scorto occiderat. *1 Machab.* 2. *v.* 24. *Num.* 25. *v.* 7. *seq. Grot. de jur. bell & pac. lib.* 2. *cap.* 10. §. 9. *ibique Osiander in annotat. Selden. de jure natur. lib.* 4. *cap.* 4. „qui tamen id fieri debuisse ait præsentibus decem „ad minimum Israelitis. Quamvis hanc sententiam improbet, & ex Rabbinorum tantum interpretamentis parum defæcatis ortum traxisse „non satis idoneis, ut videtur, modis velit *Ziegler ad Grot. d. c.* 20. *e. in fin.* Nobis autem ita circa „hanc rem consideratione juris nostri statuendum „videtur: privatum tali casu per se quidem jus „occidendi obtentu Zeli ulla lege aut ratione non „habuisse, quum nulla in re periculosius peccari „possit, quam si impune offendendi vel occidendi „licentia, prætextu religionis Zelive intemperstivo „forte furori atque superstitiosæ sæpius insaniæ „plebis deferatur; uti apparet exemplo Christianorum Alexandrinorum, qui importuno religiosi „fervoris impetu Hypatiam, feminam doctam & „philosophicam, atrociter mactarunt, *Hist. eccl. trip. lib.* 2. *cap.* 12. quo facit, quod fanatici etiam, „& sceleratissimi quique sæpe hunc Zelum sibi arrogarint, cum *Beneventano* illo, & *Clemente*, monacho Jacobino, *Jo. Castello & Ravalliaco*, Henricorum

tum ajunt, & [δ] inde abiisse in morem. Sic Judæum quendam Græcis se ritibus polluentem [ε] occidit Mathatias. Sic trecenti alii Judæi 1 *Macc.*
popularibus suis occisi referuntur, libro [ζ] qui vulgo dicitur Macca- 2. 24.
bæorum tertius. [η] Nec alio obtentu instituta lapidatio in Stepha- *Actor.* 7.
num, & conjuratio in Paulum: multaque alia exempla ejuscemodi 57. *Act.* 23.
exstant & [θ] apud Philonem, [ι] & apud Josephum. 6. 13.

„ricorum VII. Löcelburgensis Cæsaris, III. & IV. „Galliæ regum assasinis; quod si tamen casu sic „ferente quis pro indignatione publica, & ad tutamen alienjus personæ vel honoris in extremo „rei discrimine versantis, sine parata aliena ope tale „quid in privatum perpetret, præsertim uous ex „offensoris præpositis, cuive cura talium incumbit, satisque appareat pio ferventique divini honoris Zelo in præsenti quodam atroeique facinore, quod contra divini Numinis reverentiam „committitur, id fecisse, v g. cum quis ad liberationem vi stuprandæ, vel adulterandæ feminæ „honestæ, cognatæ, a violento invasore mortem „aut opprobrium sica ioteotante, procedens, eundem graviter vulnerando repellat, aut plane occidat, vel aliter abominatinne facti in locum „commissi vel adstaotes complices fæviat, (quale „quid olim veteri quoque jure Saxonico quandoque licuisse videre est apud *Carpzovium* practicorum seculi nostri aquilam, *p. 2. criminal. quæst.* „*75. n. 7.* cui jungi possunt tradita *Petri Gregorii* „*Tolosani lib. 13. de rep. cap. 6. & Jo. Bochii* in „*observationibus edecumatis ad Psalm 105. n.* 30. „*lit. g.*) non quidem factum id omnino justum erit, „attamen excusationem merebitur, & remittetur „aut mitigabitur pœna, quia dolus & malitia abfuit; eadem ratione, qua ira seu calor iracundiæ, justus dolur, vel alia causa movens, etiam „fatum aut bestialis, a dolo in aliis sæpe delictis excusam, *L. 1. §. 5. D. ad SC. Turp. l. 2. C. de reb.* „*cred.* qua ratione marito quoque, adulterum „uxoris suæ occidenti, nonnullis saltim casibus „ignoscitur, *L. 24. pr. D. de adulter.* (quod ulterius extenditur 10 *Novell. 117. C. ult.*) licet occidendi jus non habeat, *arg. L.* 20. *D. de adult.* „Et huc forsan non incongrue referetor jus illud „maritale quoad vindicationem adolterii illati, „quod vocatur das Eyfer-Recht, de quo *Besoldus & Speidelius* in *Thesauro & speculo practico*, „voc. Eyfer-Recht und Eyfer-Gericht, ibidemque citati. Patri autem ex hoe Zeli judicio domi suæ vel in generi ædibus adulterum in actu „criminoso, non vero alibi cum filia deprehensum occidere, impune habetur. *L. 23. §. 2. 3. 4.* „*D. eod.* Et huc referenda exempla Zeli apud „*Flav. Ioseph. Antiquit. Iudaic. lib. 4. c.* 12. *lib* 12. „*c.* 8. & alios. In factis vero Phineæ & Matathiæ singulare quid occurrit, quia & ille erat „designatus summi saeerdotii heres atque successor, & hic sacerdos, quibus in vindicando cultu „divino tunc magna, immo fere summa auctoritas fuit, uti bene annotavit *Osiand. loc. supra alleg. Grotii.* Huc tamen Stoico ausu cum *Seneca* „& *Justo Lipsio* in sua *philosophia Stoica* trahere „velle αὐτοχειρίαν nonnullorum ex Zelo publieo „aut privato, judicio profano & domestico exercitam, hoe esset vel omni sanæ rationi exsilium „indicere, aut eum illa æviterno perditionis malo „insanire, a quo post saniores etiam Ethnicos „probi Christiani merito abhorrent, lubeutius exspectantes tandem erecto animo æternum omnium mundi morum, horarum, ac morarum humanarum, sine præfinito die & consule, infallibiliter „adventurum judieem.

„γ) (QUOD A PHINEA PRIMO EXERCITUM „AJUNT:) *Num. 15. v. 7. seq.*

„δ) (ET INDE ABIISSE IN MOREM:) Diserte „Ebræorum magistri originem hujus judicii deducunt ex traditione Mosis e Sinai, & ex exemplo „Phineæ. *Selden. lib. 4. c. 4. p. m. 504.* ejusque paucissima saltem exstant exempla. Sane ipsi Hebræorum magistri admodum caute circa hoc judieium „procedebant: nam 1) requirebant, ut palam & in „publieo i. e. præsentibus decem minimum Israëlitis facinus commissum sit, & quidem 2) tale „facinus, quo sanctitas sive numinis, sive templi, „sive gentis violaretur. Verba *Misna* apud *Selden.* „*lib.* 4. *c.* 4. *pr.* hæc sunt: *qui sacrilegium commiserat, qui per idolum maledixerat, qui coitu* „*se miscuerat cum femina Aramea, Zelotis fas* „*fuit incurrere in eum sacerdotem in immunditie* „*sua sacra obeuntem: non erat necesse ut sacerdotes ceteri in forum deducerent, sed sacerdotes,* „*qui per ætatem nondum ministerio sacro pares* „*erant, eum extra atrium protrahebant, & cerebrum ejus fustibus elidebant.* 3) Ut in flagranti „executio fiat, alias non occidendus sine judicio „forensi. *Selden. d. c. 4. p. m.* 504.

„Bene hic observat Puffeodorfius *d. c. 3. §. 13.* „ejusmodi Zelum cuique permissum civilem ordinem facile turbaturum, & impotentibus affectibus prætextum præbiturum; quod etiam posterioribus temporibus factum esse, & obtenso hoc „nomine immanem scelerum segetem Hyerosolomis pullulasse ait *Selden. d. l. p. m.* 506. ubi id „exemplis probat.

„ε) (OCCIDIT MATHATIAS:) 1. *Maccab. 2. v.* „24. *Ioseph. orig. lib.* 12. *c.* 8. *Selden. d. l. p. 505.*

„ζ) (QUI VULGO DICITUR MACCABÆORUM „TERTIUS:) Liber hic apocryphus est: Unde facti illius licentia inde probari nequit.

„η) (NEC ALIO OBTENTU INSTITUTA LAPIDATIO:) Nam sanctitatem Numinis violatam credebant.

θ) (Grot.) (APUD PHILONEM:) Cujus & hoc in libro de sacrificantibus: *κολαστέον ὡς δήμιον καὶ*

6. Tum vero apud multos populos ᵏ & dominis in servos, ^λ & parentibus in liberos mansit jus puniendi plenum, etiam ad mortem usque

κοινὸν ἐχθρὸν ὄντα, ὀλίγα φροντίσαντας οἰκειότητος, καὶ τὰς παραινέσεις αὐτοῦ διαγγελτέον πᾶσι τοῖς εὐσεβείας ἐρασταῖς, οἳ ἀνυπερθέτως τάχει τοῖς κατ' ἀνδρὸς ἀνοσίου ἐπιδραμοῦνται τιμωρίαις, κρίνοντες ἐναγὲς τὸ κατ' αὐτοῦ φονᾷν: *puniendus talis ut hostis publicus omnium, spreta qualicunque cum eo necessitudine, ejusque suasiones vulganda omnibus pietatem amantibus, ut sine mora accurrant undique ad expetendum de viro impio supplicium, firme credentes sanctam esse rem ejusmodi hominis interficiendi appetitum.* (Pag. 855. E.) Et alter locus non minus insignis circa finem de monarchia (lib. 1. p. 818. 819.)

„ι) (ET APUD JOSEPHUM:) *Orig. Iud. lib. 12. „cap. 8. l. 4. c. 12. l. 7. c. 30.*

„Equidem ad hoc judicium Zeli etiam referre „solent judicium illud Westphalicum, quod Veh„micum vocant, a Carolo Magno institutum, „Vide *Chron. Colon. vet. pag.* 114. *Æneas Sylvius „in Stat. Europ. c. 29. p. 74. Revius in Daventria ad „an. 773. p. 13. & ad an. 1394. p. 89. & ad an. 1463. „p.* 114. apud *Gronov. h.* Sed nulla ratione id concedi „potest; nam verum hoc erat judicium a superiore „constitutum & assessoribus instructum, adeoque „pœnæ ibi non infligebantur absque causæ cogni„tione, nedum jure Zeli ab iis qui jus puniendi „non habebant, sed a legitimo magistratu juxta „leges præscriptas pœnas decernente.

„Judicium hoc Vehmicum dicitur non quasi „sit vemium, i. e. occultum, nec quod sit vetitum, „uti quidam putant. Vide *B. Parens in jur. publ. „c.* 32. §. 43, sed quod fuerit sanctum, wehm enim „veteri Germanica voce est sanctum seu religio„sum, unde in veteri quadam confessione inveni„untur hæc verba: *ik glove an de wehme keste*, „i. e. *credo in sanctum Spiritum*, & hodieque loca „prope ecclesiam in Westphalia vocari solent *op „te Wehme.* Convenit quoque hæc denominatio „naturæ rei: nam occasione religionis contra re„labentes gentiles institutum fuit hoc judicium: „hinc hodieque in illis locis, ubi inquisitio viget, „judicium tale sanctum dicitur.

„Rectius cum *Seldeno libr.* 4. *c. 5. p* 513. ad ju„dicium Zeli referimus ejectionem nummulari„orum e templo factam a Servatore, de quo „facto ita differit: *Certe, quanquam Servator „humani generis & Deus & rex erat, adeoque ita „universi, nedum Judæorum, dominus, ut quidquid „ei placeret illud non licitum fuisse nefas sit putare; „attamen cum cæteras res omnes, etiam & se ipsum, „receptis atque stabilitis reipublicæ formulis judici„ariis, qua Ebraica essent, qua Romana, permise„rit, atque absolutissimum justitiæ exemplar ab om„ni vi illicita, veluti privatus, abstinere voluerit; „quia & tanta ei imminueris invidia, ut nihil ma„gis invidentium in votis esset, quam ut cujuscun„que delicti reum eum peragere potuissent; haud „rationi sane ita consonum videtur existimare, „ejectionem illam factam seu vim illatam ab eo fuisse „sine aquita, etiam ab ipsis, qui tam malique ei in„videbant, lege seu more, quo in id genus homines „templi sanctitatem ita polluentes, incurrere licuerit, „atque vi ejicere. Quid obiter facilius quam ad„versus eum, pro privato habitum, scribas & sacer„dotes, (qui & tunc quærebant perdere D. Marc. „11, 15.) statim egisse de vi publica, sive ex jure patrio, „sive ex romano, nisi id, quod fecisset, ex jure pa„trio, quod tunc temporis haud hac in re Romano „cesserat, fieri fas fuisset. Ideo non iniquum vide„tur ut existimemus, fas etiam idem tunc esse ha„bitum Ebræo cuicunque privato, idque ex recepto, „quod diximus, Zelotarum jure; quod hic adhibi„tum item esse, elicere licet ex verbis D. Ioannis, „hac de re. Postquam eis quos ejecerat, dixerat „Christus, auferte ista hinc, & nolite facere domum „patris mei domum negotiationis, recordati sunt „discipuli ejus.* (ait Evangelista) *quod scriptum „est Ps. LXIX, 9. Zelus domus tuæ comedit me; perinde ac si τῶν* קנאין *seu Zelotarum juris moribus patriis subnixi, expresse illic meminissent, & ad domini factum traxissent. Qualisnam autem sanctitatis templi pollutio ac violatio in negotiatorum, quos diximus, commerciis fuerit satis ostendit ipse dominus, dum in verbis e St. Ioanne jam citatis templum negotiationis domum neutiquam fieri debere ait, & apud Matthæum scriptum est ex Isaia cap. 56. domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis &c. Domus orationis scilicet* עמים לכל *omnibus gentibus seu populis. Nam in monte templi locus orationis etiam gentibus; atque ibi nummularii hi & negotiatores qui ejecti. At vero ex more erat patrio, eoque solemni ac licito, ut nummularii seu mensarii ibi perpetuo ferme sederent juxta jam e Talmudicis ostensa. Quamquam igitur ita polluebant loci sanctitatem vendentes oves, boves, & columbas, tum forte in certamina, aliasve artes non licitas quam sacrificia, idque per fraudes crebras, quas in quæstum etiam exercerent; curnam nummularii etiam seu mensarii, quorum ibi consessus solemnis licitus, ac sacris necessarius, simul ex hoc jure ejecti? Certe simplex nummulariorum seu mensariorum, in siclis dimidiis reliquisque nummis, secundum quod dictum est, in sacros usus recipiendis arcisque condendis officium, neutiquam loci sanctitatem polluisse est existimandum. Sed quoniam negotiationis illicitæ societatem cum vendentibus ibi inierant, atque animalia, quæ extra loca sancta emenda erant in sacrificia, contra fas ibi compendii causa emere solebant, nec fraudibus, eo in hominum genere non raro reperiri solitis, illic ministerio illo fungentes carebant; ideo & ipsi, ut qui tum criminis aliorum participes, tum suo infames, pariter sic templum seu montis templi locum illum, alias ipsis permissum, profanabant, ejiciendi.*

„κ) (ET DOMINIS IN SERVOS:) §. 1. *Inst. de „his*

usque. [μ] Sic Spartæ Ephoris licuit civem occidere extra judicium. Et ex his quidem, quæ diximus, [ν] quale sit circa poenas jus naturæ, [ξ] & quousque manserit, intelligi potest.

§. X.

1. Nunc illud videndum est, [a] num lex evangelica libertatem illam arctius circumscripserit. Certe, ut [b] alibi diximus, non mirum est quædam [c] quæ natura & per leges civiles licent, vetari lege divina, [d] eaque perfectissima, [e] & præmium promittente natura humana majus; [f] ad quod consequendum non immerito virtutes requiruntur; [g] quæ sola naturæ præcepta [h] excedant. [i] Castigationes, quæ

„*bis, qui sunt sui vel al. jur.* Hoc jus non sequi„tur ex prisco jure, quo cuique privato nocentem „punire licuisse fingit, sed ex concessione victoris, „qui jus suum in captos privatis cedit; adeoque „jus vitæ & necis, quod ei in captos competit, „in cives transfert.

„λ) (ET PARENTIBUS IN LIBEROS:) Est hoc „potius vestigium juris illius prisci, quo patribus„familias summa competiit potestas in familiam, „& quod ipsis in quibusdam locis reservatum fuit, „postquam in civitates coiverunt. Vide *Diss. XII.* „§. 612. *seq.*

„μ) (SIC SPARTÆ EPHORIS LICUIT CIVEM OC„CIDERE:) Hoc habet ex *Isocratis Panathenaico*, „*pag.* 644. Sed hic de Ilotis loquitur, qui tantum non „servorum loco erant, non de civibus. Adde „*Cragium lib.* 2. *c.* 4. *pag.* 78. Vide *Gronov. b*

„ν) (QUALE SIT CIRCA POENAS JUS NATURÆ:) „Vidimus Authorem infeliciter admodum pœ„narum originem explicasse, & admitti non posse, „unicuique privato jus puniendi nocentem com„petere.

„ξ) (ET QUOUSQUE MANSERIT:) Cum jus pu„niendi privatis numquam competierit, nec vesti„gia illius juris superesse possunt. Quod vero ali„quando privatis liceat vindictam sumere a læden„te; id est vel ex lege superioris, vel ex jure „necessariæ defensionis, vel id excusatur admira„tione Zeli.

(AD §. X.) quærit Auctor, *an potestas puniendi singulis jure naturæ concessa mutata sit per legem Evangelii?* & respondet, 1) *castigationes* quæ neque infamiam aut permanens damnum relinquunt, etiam post legem Evangelii licitas esse. Non vero 2) *ultionem* quæ præteritum respicit, quia inimicis quoque bene facere, eosque diligere jubemur. *n.* 2. *seq.* Unde concludit, jure Evangelii talionem non juxta rigorem naturalem, sed in sola æstimatione peti posse, (quasi talio aliud sit quam æstimatio) Sed nec 3) ultionem quæ in *futurum* cavet licitam esse jure Evangelii ait *n.* 6. ubi tamen 4) excipit pœnas capitales, quæ publica auctoritate infliguntur. *n.* 8. Dubia removet. §. 11. & 12.

At hæc omnia ultro corruunt sublato illo principio, quod nec natura potestas puniendi pari in parem competat; frustra igitur quæritur an id lege Evangelii sublatum sit. Sed & porro sæpius dictum est Servatorem non jus statuere, sed saltem virtutum regulas inculcare: Sane ex eo, quod inimicos diligere jubet, nulla infertur prohibitio puniendi reos; Aliud enim est diligere personam, etsi inimicam; aliud jus suum tueri, & crimen persequi; illud odium supponit personæ, hoc odium solius causæ. Unde etiam castigatio ex dilectione fieri potest, ut in parentibus &c.

„a) (NUM LEX EVANGELICA LIBERTATEM IL„LAM ARCTIUS CIRCUMSCRIPSERIT:) Supponit „enim legem Evangelii plus exigere, quam jus na„turæ, & quam lex Mosis. *Diss proœm. II.* §. *30. seq.*

„b) (ALIBI:) Singula loca collegimus *d.* §. 30.

„c) (QUÆ NATURA ET PER LEGES CIVILES „LICENT, VETARI LEGE DIVINA:) Plurima ex„empla allegavimus dict. *Dissert.* II. §. 30. & 31.

„d) (EAQUE PERFECTISSIMA:) Nam perfectio„rem eam legem ait lege Mosis. *L.* 2. *c.* 1. §. 13. & „§. 17. *n.* 4. & infra §. 30. *n.* 4. *l.* 1. *c.* 3. §. 3. *n.* 1.

„e) (ET PRÆMIUM PROMITTENTE NATURA HU„MANA MAJUS:) Quod late explicat infra *c.* 22. „§. 14. *ibique Ziegler.*

„f) (AD QUOD CONSEQUENDUM NON IMMERI„TO VIRTUTES REQUIRUNTUR:) Qui enim jus „naturæ stricte sic dictum, (quod Auctor sociale „vocat,) exsequitur, præmium non consequitur, „sed pœnam non incurrit.

„g) (QUÆ SOLA NATURÆ PRÆCEPTA:) Quæ „nimirum ex solo jure sociali sequuntur.

„h) (EXCEDANT:) Nam plus exigere dixit le„gem Servatoris, quam legem naturæ socialis. „Vid. *Diss. proœm. II.* §. 31.

i) (Grot.) (CASTIGATIONES, QUÆ NEQUE INFAMIAM NEQUE DAMNUM PERMANENS RELINQUUNT:) *Servorum filiorumque peccata non coercere, peccatum est.* Lactantius de ira Dei c. 18. ubi plura ad hanc rem.

ADDITIO.

„Vide supra §. 7. *n.* 2.

quæ neque infamiam, neque damnum permanens relinquunt, [k] & pro ætatis [l] aut alterius qualitatis ratione sunt necessariæ, [m] si ab iis fiant, quibus leges humanæ id permittunt, [n] puta a parentibus, [o] tutoribus, [p] dominis, [q] magistris, [r] nihil habere quod cum præceptis evangelicis repugnet, ex ipsa rei natura satis intelligi datur. [s] Sunt enim hæc remedia animorum non minus innocentia, quam pharmaca sensui ingrata.

2. [t] De ultione aliter sentiendum est. Nam quatenus duntaxat animum dolentis exsatiat, [u] illicitam esse etiam naturaliter, [v] tantum abest ut Evangelio conveniat, [w] supra ostendimus. [x] Lex vero Hebræa non modo vetat odium asservari in proximum, [y] id est, popularem, *Levit. XIX, 17.* [z] sed & communia quædam beneficia talibus inimicis impendi præcipit, *Exod. XXIII, 4. 5.* [aa] Quare proximi nomi-

„k) (ET PRO ÆTATIS:) Si filii impuberes vel „pupilli ex ætatis lubrico peccant, castigari a pa„tre & a tutore possunt.

„l) (AUT ALTERIUS QUALITATIS RATIONE:) „Si famuli aut discipuli peccant, itidem a domi„nis & præceptoribus castigari possunt.

„m) (SI AB IIS FIANT, QUIBUS LEGES HUMA„NÆ ID PERMITTUNT:) Discrimen inter personas „quibus hæc castigatio licet aut non licet, non „esse a natura sed a legibus, supra §. 7. *n.* 2. dixit.

„n) (PUTA A PARENTIBUS:) Rationem tamen „parentibus in liberos juris castigandi usurpatio„nem pro affectus necessitudine peculiariter com„mendare, supra §. 7. *n* 2. monuit.

„Nos ex duplici capite patrifamilias jus casti„gandi liberos competere alibi probavimus, (1) „jure imperii, natura enim eis imperium in fami„liam concessit; (2) ex medii necessitate, quia „aliter educari liberi non possunt. *Diss. proœm.* „*XII. §. 159. n. 1. & n. 3.*

„o) (TUTORIBUS:) His ex capite educationis „jus castigandi pupillos concessum est, ipsa natura „dictante.

„p) (DOMINIS:) His itidem jus castigandi ser„vos naturali jure competit, in quos, tanquam „hostes & reos, jus vitæ ac necis habent. *Diss.* „*proœm. XII. §. 133.*

„q) (MAGISTRIS:) His jus coërcendi discipu„los ex consensu parentum competit; sine verberi„bus enim vix est ut pueri vel literas vel artes „addiscant: parentes igitur dum volunt antece„dens, volunt etiam consequens.

„r) (NIHIL HABERE QUOD CUM PRÆCEPTIS „EVANGELICIS PUGNET, EX IPSA REI NATURA „SATIS INTELLIGI DATUR:) Quia eum qui pec„cat reddit meliorem medendi modo, qui est per „contraria. Vid. supra §. 7. *n.* 1.

„s) (SUNT ENIM HÆC REMEDIA ANIMORUM:) „Quia enim omnis actio, præsertim vero deliberata „ac frequens, quandam gignit sui proclivitatem, „quæ adulta habitus dicitur, ideo vitiis quam pri„mum fieri potest adimenda est illecebra, quod „fieri rectius nequit quam si dolore quodam sub„sequente saporem amittant dulcedinis: quæ sunt „verba Auctoris supra §. 7. *n.* 1.

„t) (DE ULTIONE ALITER SENTIENDUM:) Ultio„nem ergo aliquid habere putat, quod cum præceptis „Evangelii pugnat.

„u) (ILLICITAM ESSE ETIAM NATURALITER:) „Talis enim appetitus in se spectatus non convenit „parti rationali, cujus est imperare affectibus; ac „proinde nec juri naturæ, quia id est dictatum „naturæ rationalis ac socialis, quæ sunt verba „Grotii supra §. 5. *n.* 1. sed vide notata *ibidem.*

„v) (TANTUM ABEST UT EVANGELIO CON„VENIAT:) Quod præterea perfectionem inculcat.

„w) (SUPRA:) *d. §. 5. n.* 1.

„x) (LEX VERO HEBRÆO NON MODO VETAT „ODIUM ASSERVARI IN PROXIMUM:) *Non oderis* „*fratrem tuum in corde tuo, &c. non quæras ultio*„*nem, nec memor eris injuriæ civium tuorum, dili*„*ges amicum tuum, sicut te ipsum. Levit. XIX.* „*v.* 17. 18.

„y) (ID EST, POPULAREM:) De qua voce „ejusque sensu vide *Indicem*, voce *proximus.*

„z) (SED ET COMMUNIA QUÆDAM BENEFICIA „TALIBUS INIMICIS IMPENDI PRÆCIPIT:) *Si oc*„*curreris bovem inimici tui, aut asino erranti, reduc* „*ad eum, si videris asinum odientis te jacere sub* „*onere, non pertransibis, sed sublevabis eum eo.* „*Exod. XXIII, v. 4. 5.*

„aa) (QUARE PROXIMI NOMINE AD OMNES „HOMINES PROLATO PER EVANGELIUM:) Auctor „supponit Servatorem eas virtutes, quæ in veteri „Testamento præcipiuntur, majori perfectione „præcipere in Novo, *Diss. proœm. XII. §. 44. n.* 1. „Hinc licet lex Veteris Testamenti ad populares sal„tem pertineat, nomen tamen proximi lege Evan„gelii ad omnes Christianos extensum esse ait. „Vide *Indicem*, voce *proximus.*

„bb)

nomine ad omnes homines prolato per Evangelium, [bb] patet a nobis requiri, non modo ne noceamus inimicis, [cc] verum etiam ut benefaciamus, [dd] quod & diserte imperatur *Matthæi V, 44.* Lex tamen Hebræis [ee] graviores injurias permittebat ulcisci non manu [ff] sed adito judice. [gg] At Christus idem nobis non permittit, [hh] quod apparet ex illa oppositione, *audistis dictum fuisse, oculum pro oculo*: & mox: *ego vero dico vobis.* Quamquam enim [ii] quæ sequuntur [kk] de arcenda injuria proprie agunt, & hanc quoque licentiam [ll] aliquatenus saltem restringunt, [mm] multo tamen magis ultionem improbare censenda sunt, [nn] quia veterem permissionem [oo] ut imperfectiori tempori congruentem rejiciunt: ὐκ ἀδίκυ τῆς δικαίας ἀμύνης ὄσης, ἀλλὰ κρείττονος τῆς ἀνεξικακίας, *non quod iniqua sit justa ultio, sed quod ei præstet patientia*, ut est in *Constitutionibus Clementis lib. VII. cap. 23.*

3. Qua de re sic loquitur [pp] Tertullianus: *novam plane patientiam docet Christus, etiam vicem injuriæ probibens permissam a creato-*

„bb) (PATET A NOBIS REQUIRI, NON MODO „NE NOCEAMUS INIMICIS:) Solo ulciscendi animo.

„cc) (VERUM ETIAM UT BENEFACIAMUS:) Apparet ergo, legem quoque Mosis perfectam esse: „quod probavimus in *proleg.* §. 48. *lit. b.* & in „*Differt. prooem. III. §. fin. n. 6.*

„dd) (QUOD ET DISERTE IMPERATUR MATTHÆI V, 44.) *Ego autem dico vobis, diligite ini„micos vestros, benefacite his qui oderunt vos, „orate pro persequentibus & calamitantibus vos.*

„ee) (GRAVIORES INJURIAS PERMITTEBAT „ULCISCI:) Quatenus iis ultio illa ad reparationem „injuriæ erat necessaria.

„ff) (SED ADITO JUDICE:) At nec jure naturæ „ultio aliter fieri potuit. Vide supra §. 1.

„gg) (AT CHRISTUS IDEM NOBIS NON PER„MITTIT:) Sed nec prohibet; nec injuria eum „agere ait, qui judicem adit, qui de injuria sibi illata „queritur, ejusque officium implorat ut lædenti „tantundem mali infligatur. Ceterum, docet saltem perfectionis & virtutis esse jus suum remit„tere: quod plenius explicavimus supra *l. 1. c. 2.* „*§. 6.* & *l. 2. c. 1. §. 10.* Idque jus canonicum agno„vit: unde in *Clementina VII. c. 23.* notanter addi„tur, *non quod iniqua sit justa ultio, sed quod ei „præstet patientia.*

„hh) (QUOD APPARET EX ILLA OPPOSITIONE:) „Sæpius jam dictum est, Servatorem suam doctri„nam non legibus Mosis opponere, sed interpre„tationi iniquæ Pharisæorum. *Differt. prooem. III.* „*§. 46. p. 52.*

„ii) (QUÆ SEQUUNTUR:) *Non resistite malo, sed „si quis te percusserit in dextram mamillam tuam, „præbe illi & alteram. Matth. V. v. 39.* Sensum „hujus loci & mentem Servatoris explicavimus „supra, *l. 2. c. 1. §. 10.* Diximus eum loqui de vir„tute, & summum perfectionis gradum inculcare, „quod etiam ante allegata Clementina ita explicat.

„kk) (DE ARCENDA INJURIA PROPRIE AGUNT:) „Ne vim vi repellere liceat.

„ll) (ALIQUATENUS SALTEM:) Scilicet ad per„cussionem in dextram, & ad oblationem pallii.

„mm) (MULTO TAMEN MAGIS:) Si enim in„juriam illatam arcere, multo magis eam adito „judice vindicare prohibet.

„nn) (QUIA VETEREM PERMISSIONEM:) Qua „oculum pro oculo eruere licebat.

oo) (Grot.) (UT IMPERFECTIORI TEMPORI CONGRUENTEM:) *Oculum pro oculo, quæ, si dici potest, injustorum justitia est.* Augustinus in expositione Psalmi CVIII. citatus C. sex differentiæ 23. 1. *Caus.* 23. quæst. 3.

ADDITIO.

„Imperfectius tempus vocat tempus legis Mo„saicæ: At lex Mosis in suo genere perfecta est; „Servator vero gradum perfectionis summum Ju„dæis proponit.

pp) (Grot.) (TERTULLIANUS:) Adversus Marcionem IV, (*Cap.* 16.) Idem libro de Patientia: *Christus gratiam legi superducens ampliandæ adimplendæque legi adjutricem suam patientiam præfecit, quod ea sola ad justitiæ doctrinam retro defuisset.* (Cap. 6.) *Chrysostomus* ad Ephesios cap. IV, 13. διὰ τῦτο εἶπεν. ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμῦ καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, ἵνα τὰς ἐκείνυ δήσῃ χεῖρας, ὐχ ἵνα τὰς σὰς ἀντεξαγάγῃ, ὐχ ἵνα τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἀπείρξῃ τὴν βλάβην μόνον, ἀλλ᾽

tore oculum exigente pro oculo, & dentem pro dente; contra ipse alteram amplius maxillam offerri jubens, & super tunicam pallio quoque cedi. Plane hæc Christus adjecerit, ut supplementa consentanea disciplinæ creatoris. Atque adeo hoc statim renuntiandum est, an disciplina patientiæ prædicetur penes creatorem. Sic per Zachariam præcipit, ne unusquisque malitiam fratris sui meminerit, sed nec proximi. Nam & rursus: malitiam, inquit, proximi sui unusquisque ne recogitet. Multo magis patientiam indixit injuriæ, qui indixit oblivionem. Sed & quum dicit, mihi vindictam & ego vindicabo, proinde patientiam docet vindictæ exspectatricem. In quantum ergo non capit, ut idem videatur & dentem pro dente, oculum pro oculo, in vicem injuriæ exigere, qui non modo vicem, sed etiam ultionem, etiam recordationem & recogitationem injuriæ prohibet; in tantum aperitur nobis quomodo oculum pro oculo, & dentem pro dente censuerit, non ad secundam injuriam talionis permittendam, quam probibuerat interdicta ultione, sed ad primam coërcendam quam prohibuerat opposita talione, ut unusquisque respiciens licentiam secundæ injuriæ a prima semet ipsum contineret. Facilius enim vim comprimi scit repræsentatione talionis, quam repromissione ultionis. Utrumque autem constituendum fuit pro natura & fide hominum, ut qui Deo crederet, ultionem a Deo exspectaret: qui minus fideret, leges talionis timeret.

4. *Hanc legis voluntatem de intellectu laborantem, dominus & sabbati, & legis, & omnium paternarum dispositionum Christus & revelavit & compotem fecit, mandans alterius quoque maxillæ oblationem, ut tanto magis vicem injuriæ exstingueret, quam & lex per talionem voluerat impedisse, certe quam prophetia manifeste coërcuerat, & memoriam injuriæ probibens, & ultionem ad Deum redigens. Ita si quid Christus intulit, non adversario sed adjutore præcepto, non destruxit disciplinas creatoris. Denique si in ipsam rationem patien-*

tiæ

ἀλλ' ἵνα καὶ τὰς ἐκείνου διατηρήσῃ σάρκας. ἀλλ' ὅπερ ἐζήτουν, τίνος ἕνεκεν συγκεχωρημένης ἀμύνης, ἐνεκαλοῦντο οἱ τῷ πράγματι κεχρημένοι; mox: συγγινώσκει ὁ Θεὸς τοῖς ἀπὸ τῆς ἐπηρείας ἴσως συναρπαγεῖσι καὶ ἐπὶ τὴν ἄμηναν ὡρμηκόσι, διὸ λέγει, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ. καὶ πάλιν. ὁδοὶ μνησικάκων εἰς θάνατον. εἰ δὲ ἔνθα ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ πηροῦν ἐξῆν, τοσαύτη κεῖται τιμωρία τοῖς μνησικάκοις, πόσω μᾶλλον τοῖς καὶ παρέχειν ἑαυτοὺς πρὸς τὸ παθεῖν κακῶς κελευσθεῖσι *Ea de re dicit, oculum pro oculo, dentem pro dente, ut illius manus cobibeat, non ut tuas excitet contra, ut non tuis tantum oculis noxam arceat, sed & illius oculos salvos præstet. sed quod quærebam hoc erat. cur ultione permissa culpantur ii qui ad eam decurrunt?* mox: *ignoscit Deus iis, quos si forte contumeliæ sensus abripuit & ad ultionem tulit impetus; ob id dicit, oculum pro oculo: at alibi: via iracundorum ad mortem, quod si, ubi oculum vice oculi eruere permissum est, tanta est iracundi pœna, quanto magis apud eos qui mala passi præbere se ulterioribus injuriis iubentur?* (Tom. III. pag. 845. 846. *Edit. Savil.*)

ADDITIO.

„Locum hunc Tertulliani Gronovius illustra„vit in notis *h. l.*

„99)

tiæ percipiendæ, & quidem tam plenæ atque perfectæ consideremus, non consistet si non est creatoris, qui vindictam repromittit, qui judicem præstat. Alioqui si tantum patientiæ pondus non modo non repercutiendi, sed & aliam maxillam præbendi, & non modo non remaledicendi, sed etiam benedicendi, & non modo non retinendi tunicam, sed amplius & pallium concedendi is mihi imponit, qui non sit me defensurus, in vacuum patientiam præcepit, non exhibens mihi mercedem præcepti, patientiæ dico fructum, quod est ultio, quam mihi permisisse debuerat, si ipse non præstat, aut si mihi non permittebat ipse præstaret, quoniam & disciplinæ interest injuriam vindicari. Metu enim ultionis omnis iniquitas refrænatur. Ceterum passim emissa libertate, dominabitur utrumque oculum effossura, & omnem dentem excitatura præ impunitatis securitate.

5. Censet, ut videmus, Tertullianus non modo Christianis *qq* postulationem talionis esse vetitam, sed ne Hebræis quidem permissam, *rr* tanquam quæ vitio careret, *ss* sed majoris mali vitandi causa. Quod quin verum sit *tt* de tali postulatione, quæ ex odio venit, non est dubitandum, ut *uu* ex superioribus apparet. Nam hanc *vv* improbatam etiam illis, qui inter Hebræos sapientia excellebant, *ww* nec legis verba tantum, sed & propositum intuebantur, ex Philone ap- *Pag. 981. D.*
paret, apud quem Judæi Alexandrini in Flacci Judæorum vexatoris ca-

„*qq*) (POSTULATIONEM TALIONIS ESSE VETITAM:) Scilicet ex regulis perfectionis. At in „legibus civilibus de eo non quæritur; adeoque „si de jure id sensit, erravit, si de perfectione, „concedimus.

„*rr*) (TAMQUAM QUÆ VITIO CARERET:) Per „se vitio omni caret si tendit ad reparationem „juris, at vitiosa sit si ex odio & amore vindictæ „postulatur ultio.

„*ss*) (SED MAJORIS MALI VITANDI CAUSA:) „Rectius, leges Mosaicæ, etsi perfectissimo modo „latæ, non inquirunt in animum, an ad reparationem juris, an odio postuletur ultio: neque „pœnas in animum constituunt. Vid. *D. ff. proœm.* „III. §. 46. Leges enim saltem prospiciunt securitati publicæ, quæ solo animo non turbatur.

„*tt*) (DE TALI POSTULATIONE, QUÆ EX ODIO „VENIT:) Adeoque quæ non respicit solam utilitatem ejus qui peccavit, aut ejus cujus interest, „non peccatum esse, aut indistincte quorumlibet.

„*uu*) (EX SUPERIORIBUS:) Supra *§. 4. n. 3.* & „*§. 5.*

„*vv*) (IMPROBATAM ETIAM ILLIS QUI INTER „HEBRÆOS:) Lex enim Hebræorum vetabat odium „asservari in proximos: immo beneficia talibus „inimicis impendi præcipit. Vid. supra *n. 2.*

„*ww*) (NEC LEGIS VERBA TANTUM, SED ET „PROPOSITUM INTUEBANTUR:) Alibi enim probavimus legislatores leges suas perfectissimo mo„do statuere, & ea intentione leges ferre, ut ci„ves non tantum eas observent, sed ut eas obser„vent amore justitiæ, id est, ex animi puritate. „Præter exempla ex legibus Hebræorum modo „allegata, nulla perfectior lex dari potest præter „eam quæ jubet *Deum colere ex toto corde & ex* „*toto animo:* non ergo colit, qui contra perfe„ctionis regulas peccat. Lex, quæ sequitur, *dilige* „*proximum tuum sicut te ipsum*, supponit animi „puritatem, quia non diligit, nedum ut se ipsum, „qui odio proximum persequitur.

„Legislatores Romanorum jurisprudentiam de„finiunt: *divinarum atque humanarum rerum no*„*titiam, justi atque injusti scientiam:* Stoici per „divinarum atque humanarum rerum scientiam „in genere *sapientiam* intellexere, quæ ipsa omnes „perfectiones complectitur, ut ex Cicerone aliis„que probat Lipsius *Manuduct. lib. 2. diss. 7.*

„Idem JCti definiunt justitiam *constantem &* „*perpetuam voluntatem jus suum cuique tribuendi* „*L. 10. D. de iust. & iur.* Prior pars definitionis „omnibus *virtutibus* communis est, unde Stoicis „*virtus* vocatur, *consentiens cum ratione & perpetua* „*constantia. Cicer. Paradox. III. 1.* vel *constans ac* „*perpetua vitæ ratio. Cicer. de legib. I, 17.* Certis-
simo

calamitate ita loquuntur: ὐκ ἐφηδόμεθος, ὦ δέσποτα, τιμωρίαις ἐχθρῶ, δεδιδαγμένοι πρὸς τῶν ἱερῶν νόμων ἀνθρωποπαθεῖν: *non delectamur, o domine, ultione de inimico,* xx *nam ex sacris legibus didicimus hominum misereri.* yy Et huc pertinet, zz quod Christus a nobis indistincte exigit, ut omnibus remittamus qui in nos deliquerunt. *Matth. VI. v. 14. 15.* id est α ob sensum mali nostri β malum illis nec procuremus, nec *De Mal. iis cauf. verf. 224.* optemus: nam id qui facit, ut cum γ Claudiano loquar, *ferus est,* δ *legumque videtur vindictam præstare sibi.* Quam ob causam La- *L. 6. c. 18.* ctantius dictum illud Ciceronis commemorans: *justitiæ primum mu- De Offic. l. 7.* *nus est, ne cui noceat nisi lacessitus injuria,* ait simpliciter veramque *Offic. l. 21.* sententiam ε duorum verborum adjectione corruptam: & Ambrosius idem illud Ciceronis dictum ζ vacare ait Evangelii auctoritate.

6. Quid autem de ultione dicemus, non quatenus præteritum respicit, η sed quatenus in futurum cavet? Sane & hanc condonari vult Christus, primum θ si qui nos læsit testimonia probabilia det pœnitentis animi, ι *Luc. XVII. v. 3. Ephes. IV. v. 32. Coloss. III. v. 13.* quibus locis de pleniore quadam remissione agitur, id est, quæ etiam in jus veteris amicitiæ restituat eum, qui peccavit; κ unde sequi-

„simo indicio, *justitiam* perfectissimo modo definiri, unde Ciceroni alibi justitia describitur *affectio animi suum cuique tribuens.* Sane inter tria „præcepta juris generalia quoque ponitur, *honeste* „*vivere, §. 4. Inst. de just. & jur.* Et regula specialis a JCtis refertur, *quod ea, quæ contra bonos* „*mores sunt, nec facere nos posse credendum sit.* „*L. 15. D. de condit. instit.*

„Etsi autem legislatores leges statuant perfectioni quoque convenientes, non tamen pœnis coërcere solent eos, qui legibus obediunt non „amore justitiæ, sed metu pœnæ; tum quia difficillimum, immo impossibile est de puritate mentis „judicare; tum quia sufficit ad securitatem civitatis, si cives juxta verba legis boni sunt. Vide „*Diss. prooem. III. §. 46.*

„xx) (Grot.) (NAM EX SACRIS LEGIBUS DIDICIMUS HOMINUM MISERERI:) Vide *Origenem* „adversus Celsum *lib. VII. pag 348.*

„yy) (QUOD CHRISTUS A NOBIS INDISTINCTE „EXIGIT:) Quia jus Dei est, quod hominibus „explicat, proponendo tum præmia æterna, tum „pœnas.

„zz) (ET HUC PERTINET QUOD CHRISTUS &c.) „Immo hoc non pertinet ad ultionem tantum, sed „ad quamvis vindictam, etiam eam, qua agitur „ad reparationem juris. Vide supra *l. 1. c. §.*

„α) (OB SENSUM MALI NOSTRI:) Adeoque „amore vindictæ: sed diximus Servatorem loqui „de omni reparatione juris læsi.

„β) (MALUM ILLIS NEC PROCUREMUS, NEC „OPTEMUS:) Nemini dolorem demus, aut dari „velimus ob id tantummodo, quia ille nobis dolorem dedit. *Gronov. h. l.*

„γ) (CLAUDIANO:) *De consulatu Theodosii.*

„δ) (LEGUMQUE VIDETUR VINDICTAM PRÆSTARE SIBI:) Loquitur de delatoribus, qui animo „fruendæ pœnæ alios denunciant.

„ε) (DUORUM VERBORUM ADJECTIONE CORRUPTAM:) Quod *lacessito injuria* permittat nocere ei qui injuriam fecit.

„ζ) (VACARE AIT EVANGELII AUCTORITATE:) „Cicero loquitur de jure, Lactantius de virtute.

„η) (SED QUATENUS IN FUTURUM CAVET:) „Quando quis ideo postulat pœnam, ne posthac „tale quid patiatur aut ab eodem, aut ab aliis. „Vide supra *§. 8. n. 1. l. 1. c. 2. §. 8. n. 7, & 8.*

θ) (Grot.) (SI QUI NOS LÆSIT, TESTIMONIA PROBABILIA DET POENITENTIS ANIMI:) Vide *Mosem Maimonidem* citatum ab eruditissimo *Constantino* libro de damno dato, *cap. 8. §. 7.*

ADDITIO.

„Inter homines de tali animo vix constare potest, adeoque injuria non agit qui suæ securitati „prospicit in posterum.

„ι) (LUCÆ XVII, 3.) *Si peccavit in te frater* „*tuus, increpa illum, &, si pœnitentiam egerit,* „*dimitte illi.* Resp. loquitur Servator de simultatibus & inimicitiis, ubi non quæritur de reparatione injuriæ: sed & diximus, Servatorem loqui „de summo perfectionis gradu.

„κ) (UNDE SEQUITUR, UT NIHIL AB EO POENÆ

sequitur, ut nihil ab eo pœnæ nomine exigi debeat. Præterea
etiamsi absint talis pœnitentiæ signa, damnum haud nimium grave
insuper habendum Christus λ præcepto dimittendæ tunicæ docet.
Quin & Plato dixit, non referendum malum, εἴ τε δεῖ ἡμᾶς τῶνδε χαλε- In Critone p. 49
πώτερα πάσχειν, *etiamsi quid gravius patiendum nobis immineat;* qui B.
sensus & apud Maximum Tyrium exstat Ὕβρεως δίκην, id est, actionem
ob acceptam contumeliam aliquam (qualem Christus alapæ nomine
indicat) μ negabat Musonius aut se instituturum, aut cuiquam, ut
institueret, auctorem fore: ν multo enim rectius condonari talia.

7. Quod si dissimulatio magnum secum periculum ferat, ξ ea
cautione contenti esse debemus quæ quam minimum noceat. Nam
ο ne apud Hebræos quidem in usu erat talio, π ut Josephus & alii He- *Antiq.*
bræorum doctores notant, sed solebat qui læsus erat, ϱ ultra impen- *Jud. lib. IV. Cap.*
dia a se facta, de quibus seorsim lex exstat *Exod. 31. v. 19.* σ (hæc 8. §. 35. *Ed*
enim est simpli restitutio nihil pœnale continens) φ pro talione pe- *Hudson.*
cuniariam multam accipere: χ quod & Romae factum docet apud
Gellium Favorinus. Sic Josephus domini nostri Jesu educator, *Lib. 10.*
cum uxorem suam adulterii compertam crederet, ψ divortio se libe- *c. 1.*
rare maluit, quam committere ut traduceretur: atque id fecisse, *Matth.*
dici- 1, 19.

„NÆ NOMINE EXIGI DEBEAT:) Immo id non se„quitur; sed id saltem sequitur, perfectius agere „qui pœnam non exigit.

„λ) (PRÆCEPTO DIMITTENDÆ TUNICÆ DOCET:) „Vindicatio tunicæ non pugnat cum perfectione, „nam læsus jus suum repetit, quod ipse naturæ Au„thor concessit; sed perfectius est jus suum re„mittere. Cæterum præceptum de dimittende „tunica explicavimus supra *l. 1. c. 2. §. 6.*

„μ) (NEGABAT MUSONIUS: &c.) Omnes hi Au„thores loquuntur de eo quod magis perfectum „est.

„ν) (MULTO ENIM RECTIUS:) Juxta regulas „eminentioris virtutis.

„ξ) (EA CAUTIONE CONTENTI ESSE DEBE„MUS, QUÆ QUAM MINIMUM NOCEAT:) Qui pœ„nam exigit, eoque sibi in futurum cavet, jure „suo utitur, nec in perfectionis regulas peccat, „Sed magis perfecte agit remittendo.

„ο) (NE APUD HEBRÆOS QUIDEM IN USU ERAT „TALIO:) Author putat gentes per talionem in„tellexisse mutuam membri ruptionem, &c. atque „eam non obtinuisse apud Hebræos eit: Verum „supra demonstravimus, talionem crude sumtam „nullibi obtinuisse, sed per eam nihil aliud intel„ligi quam æstimationem injuriæ, quæ fit per „tantumdem.

„π) (UT JOSEPHUS:) *Antiquit. Iudaic. lib. 4.* „*c. 8. §. 35. p. m. 257.*

„ϱ) (ULTRA IMPENDIA A SE FACTA:) Quæ „non ex lege talionis, sed ex delicto, seu ex facto „illicito, quo alii aliquid ex patrimonio abest, re„stitui debet.

σ) (Grot.) (HÆC ENIM EST SIMPLI RESTITUTIO, NIHIL POENALE CONTINENS:) *Lex Wisigothorum VI,* 4. 3.

ADDITIO.

„Nimirum est restitutio ejus quod facto meo „illicito alii abest.

φ) (Grot.) (PECUNIARIAM MULCTAM ACCIPERE:) Vide eundem *Constantinum, d. cap.* VIII. §. 1.

ADDITIO.

„Immo hæc vera talio est, si pecunia æstimari „injuria potest: at aliquando non potest, ut in „homicidio &c.

„χ) (QUOD ET ROMÆ FACTUM:) Factum hoc „plenius exposuit B. Parens in *diss. de sacro talio„nis iure, §. 3.* verba vide supra §. 1.

ψ) (Grot.) (DIVORTIO SE LIBERARE MALUIT:) *Augustinus* libro II. de Adulterinis conjugiis: *si autem (quod verius dicitur) non licet homini Christiano adulteram coniugem occidere, sed tantum dimittere.* (Cap. 15.)

ADDITIO.

„Non quasi jure eam denunciare judici, aut accu„sare non potuerit, sed vir pius & religiosus de„serere eam maluit.

„ω) (QUIA

dicitur ω quia justus erat, id est, vir probus ac facilis: ad quem locum Ambrosius ait, non tantum ab ultionis atrocitate, sed etiam αα ab accusationis severitate alienam esse justi personam; sicut & ante Inst. div. l. 6. c. 20. Lactantius dixerat, *neque accusare quemquam crimine capitali justo licebit.* ββ Justinus de Christianorum accusatoribus agens: *nolumus*, Apolog. 2. pag. 44. Ed. Sylb. ait, *eos puniri, qui in nos calumniantur. Sufficit illis sua pravitas & rerum bonarum ignorantia.*

8. γγ Restant pœnæ quæ non privato sed publico bono consulunt: δδ partim tollendo aut coërcendo nocentem, ne cui noceat, εε partim deterrendo alios severitate exempli, quas non sublatas a Christo certissimo argumento ζζ alibi probavimus, ηη quod, cum sua daret præcepta, simul testabatur, se nihil legis tollere. θθ Lex autem Mosis, ιι quæ in his rebus, κκ quamdiu stabat respublica, stare debebat, magistratibus rigide imperabat, λλ ut homicidia & alia quædam crimina punirent: Exod. XXI, 14. Num. XXX, 31. seqq. Deut. XIX, 13. μμ Quod si Christi præcepta consistere potuerunt cum lege Mosis, νν quatenus supplicia etiam capitalia irrogabat, ξξ possunt & cum humanis legibus divinam hac in parte incitantibus consistere.

§. XI.

„ω) (QUIA JUSTUS ERAT:) Ipse Author ex„plicat vocem *justi*, eamque sumi ait pro viro „maxime virtuoso & perfecto.

αα) (Grot.) (AB ACCUSATIONIS SEVERITATE:) Vide *Hincmarum* de divortio ad interrogationem V. in fine c. laicos: *caus. 2. quæst. 7.* & ibi *Panormitanum.* Gail. de pace publica VIII. 3. Adde c. Accusasti, *de accusationibus*, ita ut est apud *Brocardum.*

ββ) (Grot.) (JUSTINUS:) Ejusdem est: *μηδὲ μικρὸν ἀμείβεσθαι μηδένα βυλόμενοι, ὡς ὁ καινὸς νομοθέτης ἐκέλευσε. ne minimum quidem ulcisci quenquam volentes. ut novus legis conditor præcepit.* (Dialog. cum Tryphon. pag. 182. *Ed. Sylb.*) Adde quæ infra §. XV.

„γγ) (RESTANT POENÆ, QUÆ NON PRIVATO, „SED PUBLICO BONO CONSULUNT:) Nam non „tantum injuria fit privatis, quorum persona læ„ditur, sed etiam magistratui, cujus leges violan„tur, & quorum auctoritas spernitur, adeoque „his quoque reparatio fieri debet.

„δδ) (PARTIM TOLLENDO AUT COERCENDO „NOCENTEM, NE CUI NOCEAT &c.) Hic est ter„tius pœnarum finis. Vid. §. 9. *n.* 1.

„εε) (PARTIM DETERRENDO ALIOS SEVERI„TATE EXEMPLI:) Ne alii impunitate illecti aliis „quibusvis molesti sint. *d.* §. 9. *n.* 1.

„ζζ) (ALIBI PROBAVIMUS:) *Lib. 1. c. 2. §. 5. & 8.*

„ηη) (QUOD CUM SUA DARET PRÆCEPTA SI„MUL TESTABATUR, SE NIHIL LEGIS TOLLERE:) „Venisse enim se ait non ad tollendam legem, sed „ad implendam.

„θθ) (LEX AUTEM MOSIS:) Argumentum hoc „est: Christus non venit ad tollendam legem fo„rensem: Atqui lex de judiciis publicis est forensis, „Ergo &c. Ubi obiter notamus, judicia publica „non demum in lege Mosis, sed ipso naturæ jure „fundari, uti vidimus *d.* §. *5. & 8.*

„ιι) (QUÆ IN HIS REBUS:) Id est circa judi„cia capitalia.

„κκ) (QUAMDIU STABAT RES PUBLICA, STA„RE DEBEBAT:) Leges enim forenses non defecere „nisi sublata republica. Vid. *l. 1. c. 1.* §. 7. *n.* 5.

„λλ) (UT HOMICIDIA, ET ALIA QUÆDAM „CRIMINA:) Quorum pœnas ex conjectura volun„tatis divinæ deducit *l. 1. c. 2. §. 5. n. 6. & 7. ac „seq.*

„μμ) (QUOD SI CHRISTI PRÆCEPTA CONSISTE„RE POTUERUNT CUM LEGE MOSIS:) Uti potue„runt eo ipso, dum Servator asserit se legum „auctoritati nihil detrahere velle.

νν) (Grot.) (QUATENUS SUPPLICIA ETIAM CAPITALIA IRROGABAT:) Pharisæorum circa pœnas *ἐπιείκειαν* prædicat *Josephus.* (Antiq. Jud. Lib. XIII. cap. XI, §. 6.) Hinc tot legum ad publicas pœnas pertinentium exceptiones, & illud, ut ubi omnino mors inferenda est, inferatur quam lenissime. quod est in *Talmude* titulo *Ketuboth.*

ξξ) (Grot.) (POSSUNT ET CUM HUMANIS LEGIBUS, DIVINAM HAC IN PARTE IMITANTIBUS, CONSISTERE:) *Augustinus* quæstionum evangelicarum libro I, quæstione X.

AD-

§. XI.

I. [a] Sunt qui ut [b] contrariam sententiam tueantur, [c] adferunt summam Dei lenitatem in Novo Fœdere, quæ proinde hominibus, etiam magistratibus ut Dei vicariis, sequenda sit: [d] quod aliquatenus verum esse non negamus, [e] sed non tam late patet quam illi volunt. Nam Dei ingens misericordia in Novo Fœdere patefacta [f] præcipue spectat peccata contra primævam legem, [g] aut etiam contra legem Mosis commissa ante acceptam Evangelii notitiam, [h] Actor. XVII, 30. [i] Rom. II, 25. [k] Actor. XIII, 38. [l] Hebr. IX, 15. [m] Nam quæ postea committuntur, [n] præsertim si adsit contumacia, comminationem habent [o] judicii multo severioris, quam illud fuit quod per Mosem est institutum, [p] Hebr. II, 2. 3. [q] X, 29. [r] Matth. V.

ADDITIO.

„Cum enim lex Mosis de judiciis expressam habuerit voluntatis divinæ imaginem, recte & pie „facturas esse oationes ait, quæ inde sibi exem„plum peterent. Vid. *l.* 1. *c.* 2. *§.* 5. *n.* 10.

„*a*) (SUNT QUI:) Photiani, Weigeliani & Anabaptistæ. Vid. *Tesmar. h.*

„*b*) (CONTRARIAM SENTENTIAM:) Scilicet „magistratum supplicia capitalia nec nocentibus „post legem Evangelii inferre posse: quam sen„tentiam Author late refutavit supra *l.* 1. *c.* 2. *§.* „8. *n.* 9.

„*c*) (ADFERUNT SUMMAM DEI LENITATEM:) „Resp. 1) in Novo Fœdere plane jus non præscri„bitur privatis, nedum magistratibus: 2) Neque „summa Dei misericordia excludit justitiam erga „malos, neque justitia ejus clementiam erga bo„nos; nam ut lenitatis est gratiæ fundere, ita ju„stitiæ est punire delicta.

„*d*) (QUOD ALIQUATENUS VERUM ESSE:) Qua„tenus scilicet lenitas illa spectat peccata ante ac„ceptam legem Evangelii commissa, uti statim „id ita explicat,

„*e*) (SED NON TAM LATE PATET &c.) Non „enim spectare eam ait peccata post acceptam legem „Evangelii commissa.

„*f*) (PRÆCIPUE SPECTAT PECCATA CONTRA „PRIMÆVAM LEGEM &c.) Scilicet Adamo & No„acho publicatam, quibus legibus totum huma„num genus obligari dixit supra. *l.* 1. *c.* 1. *§.* 15.

„*g*) (AUT ETIAM CONTRA LEGEM MOSIS:) Po„pulo Israëlitico publicatam, quem proinde solum „obligat. *d. l.* 1. *c.* 1. *§.* 16. *&* 17.

„*h*) (ACTOR. XVII, 30.) Ibi: *& tempora qui„dem hujus ignorantiæ despiciens Deus, nunc an„nuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam „agant.* At ex hoc loco non probatur lenitatem „Dei, in Novo Fœdere patefactam, præcipue spe„ctare peccata contra primævam legem, Adami „scilicet, Noachi, & Mosis commissa, Aposto„lus enim plane non loquitur de illis legibus, sed „gentiles alloquitur idolatriam committentes; his „verum Deum annuntiat, & pœnitentiam prædicat.

„*i*) (ROM. II, 25.) Ex hoc loco pariter non „probatur misericordiam Dei spectare peccata ante „acceptam legem Evangelii commissa.

„*k*) (ACTOR. XIII, 38.) Ibi: *per hanc vobis re„missio peccatorum annunciatur, ab omnibus qui„dem non potuistis in lege Mosis justificari.* Sed „nec hic textus aliquid probat: Immo contrarium „inde sequitur, latius nimirum patere misericor„diam in Novo Fœdere, quam in Veteri: quia „Judæis in Novo fœdere remittuntur peccata a „quibus lege Mosis non potuere justificari: certis„simo indicio, misericordiam Dei spectare quo„que peccata post Evangelium commissa.

„*l*) (HEBR. IX, 15.) Ibi: *& ideo novi testa„menti mediator est, ut morte intercedente in re„demtionem earum prævaricationum, quæ erant sub „priori testamento, repromissionem accipiant, qui „vocati sunt æternæ saluis.* Ex promissione re„missionis peccatorum quæ fuere sub priori te„stamento, itidem non sequitur quod Author „vult: Nam adeo non excluduntur peccata post „legem Evangelii commissa, ut post intercessio„nem mediatoris profitetiam remissio peccatorum „quibus Judæi per legem Mosis non po„tuere justificari. *Actor.* XIII, 38.

„*m*) (NAM QUÆ POSTEA COMMITTUNTUR:) „Id est, si post acceptam legem Evangelii contra „hanc ipsam legem peccatur.

„*n*) (PRÆSERTIM SI ADSIT CONTUMACIA:) Id „est, si ex proposito contra hanc novam legem „peccatur.

o) (Grot.) (JUDICII MULTO SEVERIORIS &c.) *Chrysostomus* idem dicit, tum in oratione ad patrem fidelem, tum secunda de jejunio.

ADDITIO.

„Ex ante notatis apparet, dubium quod dissen„tientes proposuere, nimirum *quod lenitas Dei in*

V, 21. 22. 28. [s] Neque vero in altera tantum vita, sed & in hac ipsa in tales culpas Deus non raro animadvertit. [t] 1 Cor. XI, 30. Ac talium facinorum indulgentia non solet impetrari, [u] nisi ipse homo de se quasi pœnas exegerit, [v] 1 Cor. XI, 31. [w] gravi quodam mœrore, 2 Cor. II, 7.

2. [x] Urgent iidem, [y] saltem pœnitentia ductis dandam impunitatem. Sed, ut omittam de vera pœnitentia hominibus [z] vix esse ut constet, [aa] nec quemquam non impune sua malefacta laturum, si eam quovis modo profiteri sufficiat, [bb] Deus ipse non semper pœnitentia ductis omnem remittit pœnam, quod vel Davidis exemplo
Synes. ep. 44. apparet. Sicut ergo pœnam legis, id est, mortem violentam, aut alioqui immaturam, [cc] remittere potuit Deus, ita ut non levibus malis afficeret eum qui deliquerat, [dd] sic nunc quoque potest pœnam

„*Novo Fœdere non permittere videatur, ut quis* „*pœnam etiam pro bono publico a nocente sumat,* „per responsionem Authoris non resolvi: Dixi„mus, misericordiam Dei in utraque lege obtinere, „eam autem in neutra Dei justitiam impedire: „Sane Deus misericors manet, etsi justitiam exer„ceat, & nocentes puniat: Magistratus igitur, qui „vices Dei gerit, salva misericordia & in Veteri „Testamento punire crimina potuit, & in Novo „Fœdere potest.

„*p*) (HEBR. II, 2. 3.) Nihil hic de severiori „judicio dicitur.

„*q*) (HEBR. X, 29) Ibi: *si irritam quis faciens* „*legem Moysis, sine ulla miseratione moritur: Quan*„*to magis putatis deteriora mereri supplicia, qui* „*filium Dei conculcaverit,* Duplici enim pœna pec„cator dignus est, tum quia in legem Mosis peccat, „quia præcepta Servatoris flocci habet: At id non im„pedit, quo minus misericordiæ locus sit in casibus, „ubi justitia Dei vindictam præcise non requirit.

„*r*) (MATTH. V, 21. 22. 28.) Ubi Servator sua „præcepta sublimiora opponit legibus Mosis. Ra„tionem differentiæ dedimus supra.

„*s*) (NEQUE VERO IN ALTERA TANTUM VITA, „SED ET IN HAC:) At etiam in peccata ante legem „Evangelii commissa Deus non raro animadver„tit in hac vita; adeoque in eo non consistit dif„ferentia peccatorum ante & post legem Evangelii „commissorum.

„*t*) (1. Cor. XI, 30.) Ibi: *ideo inter vos mul*„*ti infirmi; & imbecilles, & dormiunt multi.*

u) (Grot.) (NISI IPSE HOMO DE SE QUASI POENAS EXEGERIT:) *Peccator ante veniam deflere se debet. Tertullianus* de pœnitentia *cap. 6. Ambrosius* in Psalmum 37. *Chrysostomus* in 1 ad Corinthios homil. 28. & in Matthæum homil. 42. Adde *2. Cor. VII, 9. & 10.*

ADDITIO.

„Locutio hæc impropria est: Nemo a se ipso „pœnas sumit.

„*v*) (1. Cor. XI, 31.) Nihil ibi dicitur de ho„mine a se ipso pœnam exigente.

„*w*) (GRAVI QUODAM MOERORE:) Id est per „veram pœnitentiam. De qua tamen locus ab „Auctore allegatus 2 Corinth. II, 7. non loquitur.

„*x*) (URGENT IIDEM:) Anabaptistæ inprimis.

„*y*) (SALTEM POENITENTIA DUCTIS DAN„DAM IMPUNITATEM:) Recte Auctor respondet „1) non constare de pœnitentia hominibus, 2) nec „eam sufficere Deo, exemplo Davidis, 3) mi„nui pœnam ideo posse, non tolli omnem.

„*z*) (VIX ESSE UT CONSTET:) Cum enim in „animo consistat, soli Deo de ea constare potest: „magistratus igitur ex fallaci adeo caussa pœnas „lege naturæ statutas remittere nequit.

„*aa*) (NEC QUEMQUAM NON IMPUNE SUA MA„LEFACTA LATURUM: &c.) Omnis enim suppli„cio destinatus gravem mœrorem & pœnitentiam „simulaturus esset, si pœnam eo evitare posset.

„*bb*) (DEUS IPSE NON SEMPER POENITENTIA „DUCTIS OMNEM REMITTIT POENAM:) Ita enim „Davidi pœnam temporalem non condonavit, a„ctus enim a filio in exsilium, & opprobrium in„gens in uxoribus per stuprum passus, satis acer„bam vindicis Dei manum sensit. *Henniges in* „*not. h.*

„*cc*) (REMITTERE POTUIT DEUS, ITA UT NON „LEVIBUS MALIS: &c.) Mitigare ergo Deus pro„pter pœnitentiam peccantis potest pœnam lege na„turali statutam, aliud & lenius malum infligen„do.

dd) (Grot.) (SIC NUNC QUOQUE POTEST POENAM REMITTERE, MORTIS ÆTERNÆ: &c.) *Hieronymus* in cap. 1. in Nahum, qui locus relatus est in *c. 6. causs. 23. quæst. 5. Agathias* lib. 5. cap. 2. ex Platone.

„*ee*) (ATQUE INTERIM PECCATOREM AUT „MORTE IMMATURA IPSE PUNIRE:) Eoque „lenitatem cum justitia combinare.

„*gg*)

nam remittere mortis æternæ, ee atque interim peccatorem aut morte immatura ipse punire, ff aut velle etiam ut sic per magistratum puniatur.

§. XII.

1. Rursum a alii hoc accusant, quod cum vita simul spatium ad poenitendum præciditur: Sed sciunt hujus rei a piis magistratibus summam haberi rationem, nec quemquam ad supplicium rapi, b nisi dato tempore quo peccata sua agnoscere ac serio detestari possit; c qualem poenitentiam, etiamsi opera morte interclusa non sequantur, d acceptam Deo esse posse latronis cum Christo crucifixi exemplum probat. e Quod si dicatur vitam longiorem ad magis seriam resipiscentiam prodesse potuisse, responderi poterit, inveniri interdum quibus merito dici possit f illud Senecæ: *Quod unum bonum tibi superest, repræsentabimus mortem*: ut & illud ejusdem: *quo uno modo possunt desinant mali esse*: quod g Eusebius Philosophus dixerat; ἐπειδὰν ἐχ οἷόν τε ἄλλως καὶ τἔτωγε ἕν τῳ τρόπῳ ἀπολυθέντες τἒ ἐνταῦθα δεσμἒ τῆς κακίας πορίσων δὲ Φυγήν. L. 1. de Ira. c. 16. Ibid. c. 15.

2. Hæc ergo, h supra ea quæ operis initio diximus, responsa sunto i illis qui supplicia, aut omnia, aut capitalia, sine ulla exceptione

„ff) (AUT VELLE ETIAM, UT SIC PER MAGISTRATUM PUNIATUR:) Utpote cui vicario jure facultatem puniendi concessit.

„(AD §. XII.) Respondet Auctor h. §. ad objectionem, quod animæ periculum subsit, si præciditur pœnitendi facultas: Respondet, inquam, ipsos sibi præscindere pœnitentiam si obstinato animo eam agere nolunt, & sic indignos esse misericordia.

„a) (ALII HOC ACCUSANT:) In suppliciis per magistratum exactis. *Gronov. h.*

„b) (NISI DATO TEMPORE:) Theodosius triginta dies indulgebat damnatis ad mortem *Theodoret. Hist. eccl. V*, 17. & 19. *Sozom. VII*, 24. Quod relatum postea in *L. 20. C. de pœn.* Vid. *Tesmar. h.* Moribus triduum: *Constit. Crim. art.* 79. Si pœnitere nolit, differenda aliquantulum executio, illeque diligenter admonendus est; quod si nihil operetur, justo Dei judicio relinquendus, & sententia executioni danda est. *Lauterb. tit. de pœn. in fin. Carpz. prax. crim. p. 3. qu. 137. n. 47.*

c) (Grot.) (QUALEM POENITENTIAM, ETIAMSI OPERA MORTE INTERCLUSA NON SEQUANTUR:) *Hieronymus* ad Damasum, citatus in *c. importuna 58. de pœnitentia dist. 1.*

„d) (ACCEPTAM DEO ESSE POSSE:) Ex operibus quidem tanquam fructibus vera pœnitentia dignosci solet; At si interveniente morte in actum deduci pœnitentia nequit; credendum omnino est, Deo castum piumque animum acceptum esse posse. Vid. *Tesm. h.*

„e) (QUOD SI DICATUR:) Objiciunt quidam, reum, si longius indulgeretur tempus, pœnitentiam forte acturum esse: Respondet Author, quosdam adeo esse inemendabiles, ut unicum bonum sit eos e vita tollere: Addo: hoc ipsum incertum esse num meliores facturi sint, sane quilibet criminis reus pœnitentiam differet, si pœnæ dilationem inde sperare posset. Accedit, quod si reus intra spatium ipsi concessum pœnitere nolit, culpa non sit in puniente, sed in eo qui cumulat delicta, dum pœnitere non vult in præsenti mortis articulo.

f) (Grot.) (ILLUD SENECÆ:) Cujus & hoc est de benef. VII,20. *ingeniis talibus vitæ exitus remedium est; optimumque est abire ei qui ad se nunquam rediturus est*; item: *eadem manu beneficium omnibus dabo: illi reddam, quando ingeniis talibus vitæ exitus remedium est.* Ibid.

„g) (EUSEBIUS PHILOSOPHUS DIXERAT:) *Quando nequeunt aliter, ut vel hoc modo liberati ex istis vinculis malitiæ inveniant fugam. Gron. h.*

„h) (SUPRA EA, QUÆ OPERIS INITIO:) Quæstionem enim, an judicia capitalia jure naturæ & ex lege Evangelii infligere liceat, late tractavit Author *l. 1. c. 2. §. 7. & 8.*

„i) (ILLIS, QUI SUPPLICIA:) Inprimis Anabaptistis.

ne Christianis prohibita volunt, [k] contra quam nos Apostolus docet, qui [l] cum regio officio usum gladii inclusisset ut exercitium divinæ ultionis, [m] alibi orandum ait, ut reges Christiani fiant, &, qua reges sunt, innocentibus [n] sint præsidio: quod, quæ etiam post Evangelium propagatum magnæ partis hominum est improbitas, obtineri non potest, [o] nisi quorundam morte reprimatur aliorum audacia, quippe cum ne sic quidem inter tot cruces & supplicia fontium [p] satis tuta sit innocentia.

3. Neque tamen abs re erit Christianis rectoribus, saltem ex parte aliqua, [q] imitandum proponere [r] exemplum Sabaconis Æpyptii regis, pietatis nomine laudatissimi, a quo capitales pœnas in damnationem ad opus mutatas felicissimo successu narrat [s] Diodorus:
Lib. I. c. 65. etiam ad Caucasum gentes quasdam ait Strabo: μηδένα ἀποκτείνειν τῶν
Lib. XI. p. 520. ἐξαμαρτόντων τὰ μέγιστα: *nemini mortem irrogasse, quamvis pessima me-*
Lib. XII. 1. Inst. Orat. *rito.* Neque spernendum illud Quintiliani: *Nemo dubitabit quin,* [t] *si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint, sicut posse interdum conceditur, salvos esse eos magis e republica sit quam puniri.* Notat Balsamo, leges Romanas quæ mortis poenam irrogabant [u] a posterioribus Imperatoribus Christianis mutatas plerasque [v] in alia supplicia, quo & acrius damnatis inureretur pœnitentia, & magis ad exemplum proficeret pœna diuturnior.

§. XIII.

„k) (CONTRA QUAM NOS APOSTOLUS DOCET:) „Argumenta ex sacris desumta cumulavit Author „*d. c. 2. §. 7.*

„l) (CUM REGIO OFFICIO USUM GLADII IN-„CLUSISSET:) Quem locum explicavit *d. §. 7 n. 2.*

„m) (ALIBI ORANDUM AIT:) Vid. *d. §. 7. n. 1.*

„n) (SINT PRÆSIDIO:) Puniendo nimirum cri-„mina, & tollendo reos per supplicia.

„o) (NISI QUORUNDAM MORTE REPRIMATUR „ALIORUM AUDACIA:) Adeoque etiam post legem „Evangelii interest, ut pœnæ statuantur ad deter-„rendos alios.

„p) (SATIS TUTA SIT INNOCENTIA:) Sane „quotidie parricidia & homicidia committi vide-„mus, etsi constet gravissimas in tales reos con-„stitutas esse pœnas.

„q) (IMITANDUM PROPONERE:) Mihi hæc sen-„tentia semper rationi maximè conveniens visa fuit: „quia extra homicidium nulla inter mortem & deli-„ctum est proportio: inprimis cum aliis modis, „qui morte graviores sunt, pensari injuria possit; „*Gravius*, ait Cæsar apud Sallustium Catil. c. 51. „*est verberari ac necari, & multi sunt qui mor-„tem ut requiem miserorum contemnunt, at graviter „expavescunt ad captivitatem, & ignominiosum opus.*

r) (Grot.) (EXEMPLUM SABACONIS ÆGYPTII REGIS:) Imo & Romanorum magna ex parte, quorum nemo post legem Porciam mortis aut verberum supplicio affici potuit, nisi perduellis, aut ab ipso populo damnatus. (De *Lege Porcia* vide *Livium*, X. 9.)

„s) (DIODORUS:) Quum ingentibus aggeribus „Ægypti urbes adversus Nili violentiam muniret, „omnes, qui capital fecissent, in id opus misit, ne-„mine occiso per carnificem. *Gronov. h.*

„t) (SI NOCENTES MUTARI IN BONAM MEN-„TEM ALIQUO MODO POSSUNT:) Si enim incor-„rigibiles sunt ipsorum reorum interest eos tolli. „Vid. supr. §. 7. n. 3.

u) (Grot.) (A POSTERIORIBUS, IMPERATORIBUS CHRISTIANIS:) Vide quæ infra hoc libro cap. XXIV. §. II. vide apud *Nicetam* libro 1. (Cap. 4.) juramentum Isaaci Angeli. Idem Johannis Comneni imperium sine morte cujusquam fuisse ait, (*Ibid.* Cap. ult.) Vide de Zenone *Malchum* (Excerpt. Legat. *Hæschel.* pag. 76.) & *Augustini* epistolam CLVIII. & CLIX. ad Marcellinum comitem, citatum e. circum celliones, 1. *causa XXIII. quæst.* v. & capitulis sequentibus. & *Chrysostomum* adversus Judæos, ubi de Caini pœnas.

v) (Grot.) (IN ALIA SUPPLICIA:) Ad opera maxime, *Augustinus* epistola CLX. *alicui utili operi integra eorum membra deserviant.* Vide & *Nectarii* epistolam ad *Augustinum*, quæ est CCI.

„(AD §. XIII.) Author arguit Taurum philo-„sophum, qui uno fine sublato tolli pœnam sta-„tuit

§. XIII.

1. [a] Ex ea autem quam nos fecimus enumeratione finium pœnæ apparet, nonnihil prætervisum a Tauro philosopho, ex quo ita [b] Gellius: *quando igitur aut spes magna est ut is qui peccavit citra pœnam ipse se ultro corrigat, aut spes contra nulla est emendari eum posse & corrigi, aut jacturam dignitatis, in quam peccatum est, metui non necessum est, aut non id peccatum est, cujus exemplo necessario metu succurrendum sit, tum quidquidita delictum est, non sane dignum esse imponendæ poenæ studium visum est.* Noct. Attic. VI. 14. Nam ita loquitur [c] quasi uno fine sublato tollatur pœna, [d] cum contra omnes cessare oporteat ut pœnæ locus non sit. [e] Deinde illum finem omittit, cum homo inemendabilis vitæ eximitur ne plura aut graviora peccet: & quod de jactura dignitatis dixit, [f] etiam ad alia damna quæ metuuntur extendendum fuit.

2. Melius Seneca cum dixit: *In vindicandis injuriis* [g] *hæc tria lex sequuta est, quæ princeps quoque sequi debet,* [h] *ut aut eum quem punit emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat, aut ut sublatis malis securiores caeteri vivant.* De Clem. Lib. 1. c. 22. Nam hic si per cæteros intelligas, [i] non minus qui læsi jam sunt, [k] quam qui lædi adhuc possunt, ple-

„tuit: sed confundit pœnam quæ ex jure civili „debetur, cum ea quæ ex jure naturæ: hujus finis unicus est reparatio injuriæ, illius præterea „emendatio tum peccantis, tum aliorum.

„a) (EX EA AUTEM QUAM NOS FECIMUS „ENUMERATIONE:) Dixit enim Author in pœnis „respici *aut* utilitatem ejus qui peccavit, *aut* ejus „cujus intererat peccatum non esse, *aut* indistincte „quorumlibet. Vid. supr. §. 6. *n.* 2. Nos e contrario diximus, jure naturæ finem pœnarum esse unicum, reparationem scilicet injuriæ; quæ reparatio „fit si tantumdem mali infligitur delinquenti: Atque „hic finis obtinet etsi pœna nec utilis sit ei qui „peccavit, nec ei in quem peccatur, nec aliis.

„b) (GELLIUS:) *Noct. Attic. lib. 6. cap.* 14.

„c) (QUASI UNO FINE SUBLATO TOLLATUR „POENA:) Immo id non statuit, sed unum horum finium ad effectum puniendi necessarium „esse ait.

„d) (CUM CONTRA OMNES CESSARE OPORTEAT, UT POENÆ LOCUS NON SIT:) Hanc Tauri „quoque esse sententiam ex præcedentibus verbis apparet. *d. c.* 14.

„e) (DEINDE ILLUM FINEM OMITTIT, CUM HOMO INEMENDABILIS VITÆ EXIMITUR, NE PLURA AUT GRAVIORA PECCET:) Immo hunc finem non omittit Taurus: dum enim docet *pœnam tunc statui non posse quando spes magna est „ut is qui peccavit citra pœnam ipse sese ultro „corrigat &c.* necessario inde sequitur, quod in casu „ubi talis spes non subest, adeoque cum homo „inemendabilis est, pœna statui possit, ne plura, „aut graviora peccet: Præterea supra jam notavi „§. 7. *n.* 3. hunc finem supponere peccata quæ „mortem merentur, sive ex lege naturali, sive ex lege civili; tunc autem reus morte puniri potest etsi spes emendandi adsit; quia injuria reparari de„bet, quæ reparatio ex dispositione legis non „nisi morte fieri potest.

„f) (ETIAM AD ALIA DAMNA QUÆ METUUNTUR EXTENDENDUM:) Finis pœnarum naturalis est reparatio injuriæ, non vero ne in futurum paria ei accidant in quem peccatur, utpote „qui finis mere civilis est: & cum exempli „loco læsa auctoritas a Tauro allegetur, intelligi „id debet de omni damno quod metuitur.

„g) (HÆC TRIA LEX SEQUUTA EST:) Seneca „loquitur de pœnis civilibus, & de fine pœnarum ex jure positivo: Naturalis enim pœna „unice consistit in reparatione injuriæ.

h) (Grot.) (UT AUT EUM QUEM PUNIT EMENDET, AUT UT POENA EJUS CÆTEROS MELIORES REDDAT:) Hæc duo etiam *Philo* posuit in legatione: *ὅτι καὶ ἡ κόλασις νουθετεῖ καὶ σωφρονίζει πολλάκις μὲν καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας. εἰ δὲ μὴ, πάντως γοῦν τοὺς πλησιάζοντας. αἱ γὰρ ἑτέρων τιμωρίαι βελτιοῦσι τοὺς πολλοὺς φόβῳ τοῦ μὴ παραπλήσια παθεῖν. pœna sæpe corrigit & emendat etiam eum qui peccavit: quod si id non eveniat, certe alios quorum ad notitiam pervenit: multos enim meliores faciunt aliena supplicia paris mali formidine,* (pag. 992. B.)

„i) (NON MINUS QUI LÆSI JAM SUNT:) Et

[l] plenam habebis partitionem, [m] nisi quod ad illud *fublatis* addendum fuit, aut repreffis. [n] Nam & vincula & quæcunque eft virium diminutio eo pertinet. [o] Minus perfecta eft illa alio loco ejusdem
L. 1. de Ira. c. ult. Senecæ diftributio: *Hoc femper in omni animadverfione fervabit, ut fciat alteram adhiberi ut emendet malos, alteram ut tollat.* Illud Quin-
Declam. 274. tiliani dictum aliquando etiam imperfectius. [p] *Omnis poena non tam ad delictum pertinet quam ad exemplum.*

§. XIV.

Ex his quæ dicta funt hactenus colligi poteft, quam non tutum fit [a] Chriftiano homini privato, five fui, five boni publici cauffa [b] pœnam fumere de improbo quodam, præfertim capitalem, [c] quanquam id jure gentium nonnunquam permitti diximus: unde [d] laudandus eft mos eorum populorum, apud quos navigaturi inftruuntur mandatis a publica poteftate ad perfequendos piratas, fi quos in mari repererint; ut data occafione uti poffint, [e] non quafi aufi fuopte, fed ut publice iuffi.

§.XV

„quorum intereft ne pofthac tale aliquid patian-„tur aut ab eodem, aut ab aliis. Vid. §. 8. *pr.*

„k) (QUAM QUI LAOI AOHUC POSSUNT:) Ne, „qui uni nocuit, alii noceat, vel ne alii impuni-„tate illecti aliis quibusvis molefti fint. Vid. §. 9. *pr.*

„l) (PLENAM HABEBIS PARTITIOMEM:) Scili-„cet pœnæ civilis: nam finis pœnarum naturalis, „fcilicet reparatio injuriæ, deeft.

„m) (NISI QUOD AO ILLUD SUBLATIS ADOEN-„OUM FUIT AUT REPRESSIS:) Scilicet debilitando „vel conftringendo ita ut nocere nequeat. Vid. „§. 9. *pr.*

„n) (NAM ET VINCULA: &c.) Carceres, am-„putatio manus, confifcationes bonorum.

„o) (MINUS PERFECTA EST:) Immo æque per-„fecta eft ac prior, nam *emendatio malorum* per-„tinet æque ad eum qui punitur, ac ad eos qui „exemplo ejus deterrentur, & fi *tollitur malus*, id „fit ut cæteri fecuriores vivant.

„p) (OMNIS POENA:) Intelligit finem legum „pœnalium pofitivarum.

(AO §. XIV.) Author §. 14. 15. & 16. cautelas in exigendis pœnis fuppeditat, ne Chriftianus privatus pœnas fumat ab improbo, five fui, five boni publici caufa. §. 14. Ne cuive permittatur peccantes criminis accufare. §. 15. Ne homo Chriftianus judicia publica exercere ambiat. §. 16.

„a) (CHRISTIANO HUMINI PRIVATO:) Author „in eo perpetuo errore verfatur, jure naturæ „cuique privato pœnas fumere licere: idque mu-„tatum demum fuiffe inftitutis judiciis facto ho-„minum: remanfiffe tamen quædam veftigia pri-„ftinæ libertatis: & de his veftigiis ait Author ca-„vendum effe. At prius verum non effe jam fæ-„pius diximus, fimulque demonftravimus, liber-„tatem, quæ aliquando fingulis conceditur fumen-„di pœnam, non effe veftigium antiqui juris, fed „eam ex conceffione demum fuperioris fequi: fin-„guli igitur hoc cafu non puniunt tanquam pri-„vati, fed tanquam legum executores, adeoque „auctoritate publica.

b) (Grot.) (PONAM SOMERE DE IMPROBO QUO-DAM:) Vide quædam fupra pofita *lib. 1. cap. 8. n. 3.*

c) (Grot.) (QUAMQUAM IO JURE GENTIOM NONNUNQUAM PERMITTI OIXIMUS:) Hoc capite §. 8.

ADDITIO.

„Si nimirum judicia deficiunt, vid. *fupr.* §. 8 *n. 5.* „eoque Author retulit legis Hebrææ conceffionem „de interficiendu homicida extra afyli loca. *d.* §. „*8. n. 5.* At priori cafu non tantum jure gen-„tium, fed & jure naturæ, i. e. jure neceffariæ „defenfionis, reparationem injuriæ exigere cuique „læfo licet: pofteriori cafu fuperior pœnam, quam „reus jure meritus eft, læfi arbitrio relinquit, ad-„eoque pœna infligitur auctoritate publica.

„d) (LAUDANOUS EST MOS EORUM POPULO-„RUM:) Dari ejusmodi litteræ folent ut ex illis „conftet ipfos quoque non effe piratas. Cæte-„rum etfi ejusmodi inftructiones non dentur, ni-„hilominus navigaturi jure naturæ repellere pira-„tas vi neceffariæ defenfionis poffunt: & hactenus „id nec cum pietate nec cum perfectione pugnat.

„e) (NON QUASI AUSU SUOPTE:) Ipfum jus „naturæ, quod neceffariam defenfionem injungit, „aufum hunc probat.

a) (Grot.)

§. XV.

Cui non dissimile est, quod multis in locis receptum est,[a] ut ad accusationes criminum non admittantur[b] quibus id libet,[c] sed certi homines quibus id muneris publica potestate impositum est: ut nihil quisquam faciat ad alienum sanguinem fundendum,[d] nisi officii necessitate. Huc spectat Eliberinæ synodi canon: *delator si quis exstiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus vel interfectus, placuit eum*[e] *nec in fine accipere communionem.*

§. XVI.

Sed & illud simul ex ante dictis intelligitur, minime consultum esse homini vere Christiano, ac ne ipsum quidem decere,[a] ut ad munera publica, quæ de sanguine iudicium habent, sua sponte se ingerat, iusque vitæ ac necis in cives[b] sibi, tanquam omnium excellentissimo, & Deo cuidam inter homines, deferri æquum existimet ac profiteatur. Nam certe quod Christus monet periculosum esse de aliis iudicare, quia quale iudicium in alios ferimus tale nobis in paribus causis a Deo sit exspectandum,[c] omnino huc etiam pertinet. *Matth. 7. 1.*

§. XVII.

a) (Grot.) (UT AD ACCUSATIONES CRIMINUM NON ADMITTANTUR:) *Chrysostomus* de Pœnitentia VIII. Καλὸν μέν ὖν, ὅπερ εἶπον, καὶ τὰς χρηματικὰς δίκας φθάνειν διαλύσεσι φιλικαῖς, ἵνα πρὸς τῷ τέλει της δίκης κυβερνήσῃς τὸν φίλον ἐγκληματικὰς δὲ μηδὲ διαλύεσθαι γένοιτο, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγγυμνάζειν. *optimum itaque, ut dixi, etiam privatas lites antevertere benignis transactionibus, ut amicum dirigat ad id quod lites sibi propositum habent: publicorum autem judiciorum accusationes non dicam transigendo abrumpere, sed nunquam eas incipere.* [Tom. VI· pag. 806. *Edit. Savil.*]

„*b*) (QUIBUS ID LIBET:) Jure Romano omnes „e populo accusare potuerunt reos qui crimen „publicum commisere. *L. 8. ff. de accus.* quia „publice interest, ne crimina maneant impunita; „Hinc Cicero *pro Rosc. c.* 20. ait: *accusatores* „*multos esse in civitate, utile est, ut metu conti-* „*neatur audacia.* Add. *Quinctil. I, 12, 7. pr. Xe-* „*noph. inst. 1. p. m. 5.* Sed subscribere accusatores „debebant, quo ipso ad pœnam talionis adstringe- „bantur. *L. 8. pr. ff. de accusat. L. fin. C. eod.*

„*c*) (SED CERTI HOMINES:) Qui officiales fisci „vulgo dici solent, quod fisci juribus invigilare „debent, quos primus instituit Adrianus. Vid. „*Spartian. in Adrian. c. 20.*

„*d*) (NISI OFFICII-NECESSITATE:) Plerumque „enim ejusmodi accusationes odio privato fiebant, „& pro indicio accipiebant præmium. Vid. *Suet.* „*in Ner. c.* 10. *ibique Torrent. in not.* Quia vero „sæpius fingi solebant crimina ut præmia conse- „querentur delatores, inde adeo odiosum delatoria „nomen exstitit, ut cum calumniatore pro syno- „nymo habitum fuerit. *Faber in Lexic. voc. De-* „*lator.* & severissimæ tandem in ejusmodi delato- „res, si de delicto fidem non fecerint, pœnæ sta- „tutæ fuere. *Sueton. in Domit. c. 9. L. 2. C. Theod.* „*de petit. & ultrodatis, & delatoribus.* Conf. „*Tesm. h.*

„*e*) (NEC IN FINE:) i. e. nec moribundum.

a) (Grot.) (UT AD MUNERA PUBLICA, QUÆ DE SANGUINE JUDICIUM HABENT, SUA SPONTE SE INGERAT:) An sapienti capessenda sit respublica, vide *Senecam* de otio sapientis.

ADDITIO.

„Res ardua & perquam difficilis est de vita „creaturæ, ad imaginem Dei factæ, iudicare: Sane „talis judex ignorantiæ non tantum, sed & levis- „simæ omissionis pœnam Deo, sanguinis humani „vindici, olim daturus est. Conf. *Syrac. c. 7. v. 6.* „*Senec. epist· 68.*

„*b*) (SIBI TANQUAM OMNIUM EXCELLENTIS- „SIMO:) Et quod se meliorem aliis putet: veram „difficultatis rationem modo allegavi.

„*c*) (OMNINO HUC ETIAM PERTINET:) Immo „alio plane sensu hæc a Servatore allegantur. Ser- „vator non loquitur de judiciis publicis, sed de „privatis personis, quæ proximi vitia produnt, „cum ipsæ vel iisdem, vel majoribus inquinati „sunt. Hos improbat Servator ajens: *quid autem* „*vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in*

§. XVII.

1. Quæstio est non ignobilis, an leges humanæ [a] quæ interfectionem quorumdam hominum permittunt, interfectoribus [b] ius verum præstent etiam apud Deum, [c] an tantum inter homines impunitatem? [d] Posterius hoc Covarruviæ & Fortunio placet, quorum sententia adeo displicet Ferdinando Vasquio [e] ut nefandam vocet. Dubium non est, [f] ut alibi quoque diximus, [g] utrumvis legem facere posse in certis casibus. Utrum autem voluerit, [h] partim ex verbis legis, partim ex materia intelligendum est. [i] Nam si dolori lex indulget, pœnam humanam tollit, non vitium, ut in marito qui [k] adulteram uxorem aut adulterum occidit.

Covarr. de Matrim. 4. decr. 12. c. 7. v. 12. Fort. tractatu de ult. fine legum illat. 2. Vasq. l. 4. cont. ill. c. 8.

2. [l] Si vero periculum respicit futuri mali ex dilatione pœnæ, [m] censenda est ius ac potestatem publicam privato concedere, ita ut iam privatus non sit.

Hu-

„*oculo tuo non vides. Matth. c. 7. v. 1. seq.* atque hos „olim judicii sui pœnas daturos esse docet. Non „igitur judicandi officium difficile ideo est, quia „in pari reatu sumus, sed quia de vita hominis „quæstio est.

(AD §. XVII.) Quæritur, an privati, quibus lege concessum est jus interficiendi certum genus hominum, jus habeant id faciendi, an vero tantum impunes sint? Author ait eos non habere jus internum si propter dollorem lex id permittit, sed tunc demum, si mali tollendi causa; quo refert casus si lex permittit occidere milites populatures, *Tot. Tit. C. quando liceat unicuique sine judice* &c. latrones publicos, *ibid.* bannitos, tyrannos &c. Nos dicimus semper jus verum concedi: cum enim naturali jure jus puniendi magistratui competat, hoc exsequi per alios & potest & solet, quia non manu sua pœnam sumit, sed per instrumenta: Hæc instrumenta igitur non suo jure puniunt, sed nomine & jure magistratus. Idque licitum esse constat, etsi forte privatus ille odio & vindicta id quod lex permittit exsequatur, uti si maritus adulterum occidit, si quis cognati mortem vindicaturus, homicidam interficit &c. Nam tunc est vitium personæ agentis, non defectus juris; res ipsa jure permissa & licita est, etsi persona imperfecte agat.

Equidem negari nequit, periculosum admodum esse privatis vindictam committere, cum imprudens plerumque populus, vel furiens maritus &c. nec modum nec finem observare soleant, eúque facile excedere possint: sed nec id conceditur lege nisi in paucissimis iisque atrocissimis criminibus, ubi justissimus dolor, vel reipublicæ discrimen subest, quin tot restrictionibus involuta est ea facultas, ut metu excessus deterreri soleant illi quibus concessa est talis facultas.

„*a*) (QUÆ INTERFECTIONEM QUORUNDAM HOMINUM PERMITTUNT:) Scilicet privatis, cujus „rei exempla statim allegat.

„*b*) (JUS VERUM PRÆSTENT ETIAM APUD „DEUM:) Ita ut & in conscientia tutus sit agens.

„*c*) (AN TANTUM INTER HOMINES IMPUNI„TATEM:) Multa enim non puniuntur, quæ ta„men illicita sunt. Vide *indicem voce impunitas.*

„*d*) (POSTERIUS HOC:) Scilicet injuria eos age„re etsi inter homines impunitatem habeant: eo„que rectius abstinere. *L. 144. ff. de reg. jur.*

„*e*) (UT NEFANDUM VOCET:) Hoc de iis fal„tem statuit, qui asserunt tales leges injustas, eoque „nullas esse, & maritum adulterum occidentem „homicidii reum fieri. *Vasq. d. l. 4. c. 8. n. 4*

„*f*) (UT ALIBI:) Vid. *indicem voce impunitas.*

„*g*) (UTRUMVIS LEGEM FACERE POSSE IN CER„TIS CASIBUS:) Immo quoties lex permittit sem„per jus dat.

„*h*) (PARTIM EX VERBIS LEGIS, PARTIM EX MA„TERIA:) Has enim regulas interpretationum propo„suit Author *lib. 2. c. 16. §. 2. &c.* sed diximus *ibi„dem,* eas in hac inprimis materia. inutiles esse.

„*i*) (NAM SI DOLORI LEX INDULGET:) Lex nun„quam soli dolori, seu vindictæ indulget, sed, si pri„vato facultatem puniendi concedit, semper suppo„nit injuriam factam esse, cujus reparationem arbi„trio privati permittit, atque per eum pœnam exigit. „Atque hinc maritus, qui uxorem adulteram occi„vit, jure agit, quia agit ut instrumentum magi„stratus, etsi minus perfecte.

k) (Grot.) (AUT ADULTERUM OCCIDIT:) Vide *Augustinum* de civitate Dei citatum *c. quicumque 33. caus. 23. quæst 5. & c. inter hæc 6. sequente 1, caus. 33. quæst. 2.*

„*l*) (SI VERO PERICULUM RESPICIT FUTURI „MALI EX DILATIONE POENÆ:) Hanc *materiam „legis* vocavit.

„*m*) (CENSENDA EST JUS AC POTESTATEM: „&c.)

Huius generis lex illa in ⁿ Codice Iuſtinianeo ſub rubrica, *quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare* ᵒ *vel publicam devotionem*, ubi cuicumque licentia datur ſupplicio ſubiugandi milites populatores, hac addita ratione: ᵖ *melius enim eſt occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare. Veſtram igitur vobis permittimus ultionem, & quod ſerum eſt punire judicio ſubiugamus edicto, ut nullus pareat militi cui obviare telo oporteat ut latroni.* ᵠ Et lex ſubſequens de opprimendis deſertoribus: *cuncta*, inquiens, *adverſus latrones publicos, deſertoresque militiæ, ius ſibi ſciant pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum.* Huc & illud pertinet Tertulliani ʳ *in reos majeſtatis & publicos hoſtes omnis homo miles eſt.* Lib. 1.

3. Atque in hoc differt ˢ ius occidendi exſules, quos bannitos vocant, ab iſtarum legum ſpecie, quod ibi præcedit ſpecialis ſententia; hic generale edictum ᵗ accedente facti evidentia, vim latæ ſententiæ obtinet.

§. XVIII.

„&c.) Immo etiam priori caſu lex jus concedit, „quia ibi quoque non ut privatus interficit, ſed ex „conceſſione legis.

„n) (CODICE JUSTINIANEO:) *Lib. 3. tit. 27.*

„o) (VEL PUBLICAM DEVOTIONEM:) Minus „Latine hæc dicuntur: Qui rubricam compoſuit „per ea verba videtur intelligere *quietem communem*, ut ex ratione legis apparet: nam de vindi„cando *milite devoto*, uti Gothofredus expli„cat, id intelligi nequit, quia contra militem lex „lata eſt.

„p) (MELIUS ENIM EST OCCURRERE:) Adeo„que id jure neceſſariæ defenſionis, etiam citra „legis permiſſionem, licitum erat.

„q) (ET LEX SUBSEQUENS:) *L. 2. C. quando „liceat unicuique &c.*

r) (Grot.) (IN REOS MAJESTATIS ET PUBLICOS HOSTES OMNIS HOMO MILES EST:) *Agathias* lib. IV. (in Orat. *Ruſtici*) *ὐ γὰρ ϛρατηγοῖς μόνοις ἢ τοῖς ἄλλοις δυνατωτάτοις ὁ τῆς εὐνοίας ἐθέλει σκοπὸς ἐμφύεσθαι, καὶ προσιζάνειν, ἀλλὰ παντὶ τῷ βϋλομένῳ βατὸν δήπυ καὶ προσῆκον τῆς ἐν ᾗ τέτακται πολιτείας ὑπεραλγεῖν, καὶ τὸ κοινῇ συνοῖσον εἰς δύναμιν κατορθῦν. Non ſolis ducibus aliisve potentibus innaſci ſolet atque immorari bene agendi propoſitum, ſed cuique volenti & licet & honeſtum eſt ejus in qua vivit reipublicæ malis commoveri, & publicas utilitas pro ſuis viribus promovere.* (Cap. 2.) Vide quæ ſupra hoc capite, §. IX.

„s) (JUS OCCIDENDI EXSULES &c.) Res eodem „recidit. Utroque caſu lege permittente occidit, „ſive per legem generalem id conceſſum ſit, ſive per „ſententiam, adeoque legem particularem quis da„mnatus, & per eam jus occidendi ſingulis con„ceſſum fuerit.

t) (Grot.) (ACCEDENTE FACTI EVIDENTIA:) *Quintilianus* declamatione CCLX. *quædam ſunt reipublicæ læſæ, ad quorum pronuntiationem oculi ſufficiunt.*

(AD §. XVIII.) Quæritur pro quibus, & in quibus rebus jure naturæ pœna conſtitui ab hominibus poſſit? Reſp. Pœna jure naturæ tantum ſtatuitur pro injuria facta: Pœna enim eſt reparatio injuriæ, reparari autem non poteſt injuria quæ non eſt facta; Hinc omnes pœnæ quæ ultra reparationem injuriæ ſtatuuntur, forte ad emendationem, & ad exemplum, ſunt meri juris poſitivi.

Non ergo (I) pœna eſt, quando quis malum aliquod patitur ob morbum contagioſum, corpus mutilum, furorem, infantiam &c. forte quod inde excludatur a dignitate, a commodis cœtus &c. Nam privatur alioquo bono non ſuo delicto, ſed quia imperfectio naturalis obſtat, quæ non eſt in poteſtate hominum. Deficit igitur hic malum actionis.

Neque (II) pœna ſtatui poteſt ob *imperfectionem moralem:* forte quod ſit prodigus, avarus, minus patiens, ſuperbus &c. Nam 1) perfectio conſiſtit in animo & affectu, adeoque in libertate agendi; indeque naturali ratione cogi nequit. Neque 2) hic reparatio naturaliter locum habere poteſt, quia alteri nihil ex tali imperfectione abeſt, nec jus ejus læſum eſt: Imo 3) hæc ipſa reparandi neceſſitas injuria eſſet, quia jus aliquod auferret ei qui de re ſua pro lubitu natura diſponere, etiam imperfecte, poteſt, Neque 4) per hujusmodi coactionem vera reparatio fit, vel fieri poteſt: Quidſi enim prodigum carcere includam quo minus prodigere poſſit bona, an hoc ipſo reparatur vitium? Negatur: ſed æque prodigus manet. Neque 5) metuendum eſt homines impune vitioſos eſſe poſſe, nam ſa-

§. •XVIII.

[a] Nunc illud videamus, ſintne omnes actus vitioſi tales, ut puniri ab hominibus poſſint? Pro certo habendum eſt, [b] non omnes eſſe tales. Primum enim [c] actus mere interni, [d] etiamſi caſu aliquo, puta per confeſſionem ſubſequtam, ad notitiam aliorum perveniant, puniri ab hominibus non poſſunt, quia, [e] ut alibi diximus, [f] naturæ humanæ congruum non eſt, ut ex actibus mere internis ius aut obligatio inter homines naſcatur. Et hoc ſenſu accipiendum eſt, quod dictant [g] leges Romanæ: *cogitationis poenam neminem meri.* Id tamen non obſtat quo minus actus interni, [h] quatenus in externos influunt, inæſtimationem veniant [i] non ſui proprie [k] ſed actuum externorum, qui inde meriti ſui accipiunt qualitatem.

§. XIX.

tis grave eſt privari præmio quod Deus virtuoſis deſtinavit; ſane nihil de ſuo perdit, adeoque vera pœna non eſt.

Porro & (III.) pœna natura ſtatuta non eſt in *cogitationes etſi pravas:* (a) quia nondum injuriam fecit, qui tantum facere cogitavit, aliud enim eſt facere, aliud velle facere: adeoque (b) nemini jus aliquod ablatum eſt quod reparari deberet, nec tantundem alii præſtari debet cui nihil mali factum eſt. Neque (c) lex violata dici poteſt, quia nihil actum contra leges eſt: Sed & (d) leges nec ſolent nec debent ferri de rebus quæ non ſunt in poteſtate hominum, quales ſunt cogitationes, quæ etiam nobis invitis ſæpius obveniunt. Eſt igitur (e) prava cogitatio ſeu voluntas imperfectio & vitium animi, non injuria; unde non corrigitur pœna ſed privatione præmii: Hæc (f) Rhodiorum contentio erat in Senatu Romano, cum quidam exprobraret quod animo & voluntate Regi magis faverent, cumque victorem maluerint: Regerebat legatus, *voluntatis noſtræ tacitæ velut litem æſtimari audio*, & mox, *his, qui nos pœna non crimine liberant, gratias habemus. Liv. lib. 45. c. 24.* Atque hæc regula naturæ (g) a JCtis quoque traditur in *l. 18. D. de pœn. ibi, cogitationis poenam nemo patitur.*

Excipe, niſi in actum aliquem illicitum deducta ſit illa cogitatio, v. g. ſi quis hæreſin ſuam alii communicaverit: etſi enim ſola hæreſis puniri non poſſit, aliud tamen eſt ſi civis eam contra leges reipublicæ propalet &c. Idem dicendum ſi ſola ſcientia ſit prohibita niſi relevetur, ut in crimine læſæ majeſtatis, quod ob publicam utilitatem merito ſtatui potuit.

Denique & (IV.) pœna ab hominibus ſtatui non poteſt in id quod viribus humanis impoſſibile eſt; nam ubi facultas naturalis agendi deficit ibi deficit obligatio, adeoque & pœna: Hinc cogi nemo vel pœnis adigi poteſt ut credat quod vel non poteſt, vel non vult credere.

Si autem viribus humanis poſſibile ſit aliquid fieri, at in hoc vel illo individuo ob ignaviam, aliamque imbecillitatem impoſſibile fiat, hæc culpa dicitur, & inde oritur reparandi neceſſitas etiam naturali jure, ſi injuria inde in alium redundat; hoc ergo caſu pœna ſtatui poteſt. Quanquam leges rigorem hunc naturæ in plerisque negotiis temperare ſoleant.

„*a*) (NUNC ILLUD VIDEAMUS:) Hactenus de „finibus pœnarum egimus, & de perſonis quibus „jus puniendi competit: nunc ſequitur tractatio „de actibus vitioſis, ſeu de ſubjecta materia pœna„rum.

„*b*) (NON OMNES ESSE TALES:) Puniri ſaltem „poſſunt actus vitioſi quibus injuria alii fit. Non „ergo (1) ſi vitium non infert injuriam, ſed im„perfectionem etſi moralem: (2) Si in actum ex„ternum deductum non ſit: (3) Si viribus humanis „impediri non poteſt, quo pertinet hæreſis. *Vid.* „*ſupr. §. 1, Propoſ. V. & VI.*

„*c*) (ACTUS MERE INTERNI:) Cogitationes de „perpetrandis criminibus.

„*d*) (ETIAMSI &c. AD NOTITAM ALIORUM „PERVENIANT, PUNIRI NON POSSUNT:) Quia ne„mini injuria facta eſt, adeoque nihil eſt quod „reparari debet.

„*e*) (UT ALIBI:) *Lib. 2. cap.* 4. §. 3 & *cap. 6.* „*§. 1. n. 1.*

„*f*) (NATURÆ HUMANÆ CONGRUUM NON EST:) „Vera ratio eſt, quia injuria facta non eſt, adeo„que nec reparatio ſtatui poteſt.

„*g*) (LEGES ROMANÆ:) In *l. 18. D. de pœn.*

h) (Grot.) (QUATENUS IN EXTERNOS INFLUUNT:) Ita *Sayrus* lib. III. Theſauri, cap. 6.

ADDITIO.

„Exemplum dedimus in hæretico qui prohibi„tam doctrinam propalat &c. Conf. infra §. 39. „*n.* 1.

„*i*) (NON SUI PROPRIE:) Nam ex ſolo actu in„terno nemini fit injuria, adeoque nulla eſt repa„randi neceſſitas.

„*k*) (SEU ACTUUM EXTERNORUM, QUI INDE

„MERITI

§. XIX.

1. Secundo puniri ab hominibus nequeunt [a] actus inevitabiles naturæ humanæ. Quanquam enim peccatum esse non potest [b] nisi quod libere fit, ab omni tamen omnino peccato & semper abstinere [c] supra humanam est conditionem, [d] unde cognatum homini esse peccare inter philosophos Sopater, Hierocles, [e] Seneca: [f] inter Iudæos Philo, inter historicos Thucydides, inter Christianos plurimi prodiderunt. *Si puniendus est,* inquit Seneca, *cuicunque pravum maleficumque ingenium est, poena neminem excipiet.* Sopater vero ἕως ἄν τις ὡς ἀναμαρτήτους κολάζῃ, τὸ μετρον ὑπερβαίνει, τῆς κατὰ φύσιν ἐπανορθώσεως *si quis homines puniat tamquam qui ab omni peccato vacare possint mensuram excedit ejus quae secundum naturam est correctionis.* Quod [g] Diodorus Siculus vocat συναδικεῖν τὴν κοινὴν ἀνθρώπων ἀσθένειαν, *injurium esse adversus communem hominum imbecillitatem,* alibi: τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κοινῆς ἀσθενείας ἐπιλανθάνεσθαι, *oblivisci infirmitatis eius quae communis est humano generi.* [h] Is quem dixi Sopater dissimulanda ait τὰ μικρὰ καὶ συνήθη τῶν ἁμαρτημάτων, *culpas minores & quasi quotidianas.*

In Aur. carm. Pyth p. 192. Ed. Needha. II Controv. 11. Lib. III. c. 45. De Ira I. 2. c. 31. Apud Stob. Serm. 46. Lib. XIII. c. 21. Lib XVII. c. 38.

2. Immo dubitari potest, [i] an hæc recte & proprie peccata dican-

„MERITI SUI ACCIPIUNT QUALITATEM:) Pœna „igitur actui externo infligitur, modo per actum „illum externum injuria alii illata fuerit. Vid. infr. „§. 39. *n.* 1.

„*a*) (ACTUS INEVITABILES NATURÆ HUMANÆ:) Quia necessario fiunt, adeoque absque pro„posito

„*b*) (NISI QUOD LIBERE FIT:) i. e. cum pro„posito.

„*c*) (SUPRA HUMANAM EST CONDITIONEM:) „Refert huc Tesmarus actus qui per somnum „committuntur.

„*d*) (UNDE COGNATUM HOMINI ESSE PECCA„RE:) Adeoque corruptæ naturæ indicia gentibus „ex naturæ lumine cognita fuere. Conf. *Senec. de „Ira c.* 27. & 3, 24. *Plin.* 82. *Ep.* 22. *Senec. de Cle„ment.* 1, 1. *in fin.* & *de tranquil.* 6. item *Ep.* 50. „*Thucyd.* 3. *p.* 168. Pertinet huc illa formula im„petrandæ veniæ, *homo sum, humani nihil a me „alienum puto. Plin.* 5, 3. *Cic. de offic.* 1, 9 Vid „*Tesmar. b.*

e) (Grot.) (SENECA:) Ejusdem est eodem (*lib.* 1.) de Ira c. 14. *Nemo invenietur qui se possit absolvere.* Capite 9. dixerat. (immo *Lib.* II.) *inter cætera mortalitatis incommoda & hæc est caligo mentium, nec tantum necessitas errandi, sed errorum amor.* Postea cap. 27. *quis iste est qui se profitetur omnibus legibus innocentem?* & libro III. c. 26. *omnes mali sumus.* De clementia 1, 6. *Peccavimus omnes: alii gravia, alii leviora, alii ex destinato, alii forte impulsi, aut aliena nequitia ablati: alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus, & innocentiam inviti ac renitentes perdimus. Non delinquimus tantum, sed usque ad extremum ævi delinquimus. Etiam si quis tam bene purgavit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando pervenit.* Procopius Gotthicorum III. (Cap. XI.) in oratione Belisarii: τὸ μὲν ἂν μηδ᾽ ὁπωσοῦν ἁμαρτάνειν ἔστι ἀνθρώπινον καὶ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἔξω. *nihil plane delinquere neque id rerum fere natura.* Adde *Basilium* Imperatorem cap. 50. (*Paræneti*c ad *Leonem* Filium.)

f) (Grot.) (INTER JUDÆOS PHILO:) De Mose libro III. p. 675. c. addi potest *Abenesdras* ad Jobum V, 7. & Rabbinus *Israël* c. 8.

g) (Grot.) (DIODORUS SICULUS:) Idem in fragmentis: μὴ συκοφαντεῖν ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν. *non oportet per calumniam traducere infirmitatem humanæ naturæ.* (E Lib. XXVI. Eclog. 1.)

„*h*) (IS QUEM DIXI SOPATER DISSIMULAN„DAS AIT CULPAS MINORES:) Atque hæc ratio „est, cur jure Romano ea quæ culpa commit„tuntur, etsi jure naturæ verum sint delictum, „puniri numquam soleant, nisi culpa sit lata, & „negligentia crassa ac dolo proxima. *L.* 1. *L.* 2. *D.* „*de Legib.*

„*i*) (AN HÆC RECTE ET PROPRIE PECCATA „DICANTUR:) Si provideri possint & debent, „omnino peccata sunt, at leges civiles ignoscunt „ei quod ex imbecillitate generali contingit.

„*k*) (CUM LIBERTATEM &c. NON HABEANT:) „Peccant enim ex necessitate corruptæ naturæ, at„que

cantur; *k* cum libertatem, quam in specie habere videntur, in sua generalitate considerata non habeant. *Plutarchus* Solone δεῖ δὲ πρὸς τὸ δυνατὸν γράφεσθαι τὸν νόμον, εἰ βέλεται χρησίμως ὀλίγυς, ἀλλὰ μὴ πολλὺς ἀχρήςως κολάζειν *oportet legem scribi secundum id quod obtineri potest, si quis velit paucos utiliter, non multos inutiliter punire.* Sunt & quædam non humanæ simpliciter naturæ, *l* sed huic & nunc inevitabilia, *m* ob corporis concretionem in animum transeuntem. *n* aut adultam consuetudinem, *o* quæ tamen puniri solet non tam in sese, quam *p* ob culpam præcedentem, quia aut neglecta sunt remedia, *q* aut ultro attracti in animum morbi.

Pag. 30. A.

§. XX.

1. Tertio, punienda non sunt peccata quæ nec directe nec indirecte spectant *a* ad societatem humanam, *b* aut ad hominem alterum. *c* Ratio est, quia nulla est caussa cur non talia peccata relinquantur Deo punienda, *d* qui & ad ea noscenda est sapientissimus, *e* & ad expendenda æquissimus, *f* & ad vindicanda potentissimus. Quare ab hominibus punitio talis *g* institueretur plane sine utilitate, ac proinde mendose. *h* Excipiendæ hinc sunt poenæ emendatoriæ quæ

„que hinc est, quod nec Deus punire ejusmodi peccata soleat, nisi peccator repudiet satisfactionis remedium, quod Deus humano generi obtulit.

„*l*) (SED HIC ET NUNC INEVITABILIA:) Adeoque ubi imbecillitas non est communis humanæ naturæ, sed certis personis, certis temporibus.

m) (Grot.) (OB CORPORIS CONCRETIONEM IN ANIMUM TRANSEUNTEM:) Seneca de Ira libro II, cap. 18. *morum varietates mixtura elementorum facit, & proinde in aliquos magis incumbunt ingenia, prout alicujus elementi major vis abundavit.* Alibi hæc ea vocat, quæ attribuit conditio nascendi & corporis temperatura. Epistola XI.

ADDITIO.

„Ita v. g. sanguinei libidinosi esse solent, cholerici in cædes sunt procliviores, idque exemplis Persarum & Ægyptiorum probat *Marcell.* 22. 43. *&* 23. 30. Hæc mixtura elementorum mores format & animum. Conf. §. 31.

„*n*) (AUT ADULTAM CONSUETUDINEM:) Consuetudo altera natura est.

„*o*) (QUÆ TAMEN PUNIRI SOLET NON IN SESE:) Eodem res recidit, ideo enim punitur quia jus alterius facto quod prævideri potuit, & alii providere solent, læditur.

p) (Grot.) (OB CULPAM PRÆCEDENTEM:) Vid. c. inebriaverunt 9. *caus.* 15. *quæst.* 1.

„*q*) (AUT ULTRO ATTRACTI IN ANIMUM MORBI:) Sic ebrius crimen committens non excusatur ob adultam consuetudinem, quam contraxit reiterata inebriatione: Nam cum sciat & scire debeat crimina talia ex ebrietate sequi posse, ex hac ipsa culpa magis tenetur.

„*a*) (AD SOCIETATEM HUMANAM:) Cum societas humana non existat, frustra quærimr de criminibus in eam commissis, deque eorum pœnis.

„*b*) (AUT AD HOMINEM ALTERUM:) Quia vel jus alterius non læditur, vel alterius non interest reum puniri.

„*c*) (RATIO EST, QUIA NULLA EST CAUSA CUR NON TALIA PECCATA RELINQUANTUR DEO PUNIENDA:) Vera ratio est, quia injuria nemini facta est quæ reparari debeat: Et cum in solum Deum peccetur, merito quoque ei soli vindicta relinquenda est.

„*d*) (QUI ET AD EA NOSCENDA EST SAPIENTISSIMUS:) Omnia enim, immo ipsæ quoque cogitationes, cognita sunt Deo.

„*e*) (ET AD EXPENDENDA ÆQUISSIMUS:) Is enim omnium proportionum Author est.

„*f*) (ET AD VINDICANDA POTENTISSIMUS:) Nihil enim ei resistere potest.

„*g*) (INSTITUERETUR PLANE SINE UTILITATE, AC PROINDE MENDOSE:) Supra jam dictum est, utilitatem non esse finem pœnarum naturalem, sed reparationem injuriæ, ubi igitur injuria non est, frustra de reparatione quæritur.

„*h*) (EXCIPIENDÆ SUNT POENÆ EMENDATORIÆ:) Si alii injuria facta non est, frustra de emen-

quæ caussam habent ut qui peccavit melior fiat, etiamsi forte id aliorum non intersit. [i] Puniendi qnoque non sunt actus oppositi virtutibus, [k] quarum natura coactionem omnem repudiat, in quo genere sunt misericordia, [l] liberalitas, [m] gratiæ relatio.

2. Tractat hanc quæstionem Seneca, [n] an ingrati vitium impunitum esse debeat; & cur non debeat adfert multa, sed hoc præcipuum, quod & ad alia similia extendi potest: *cum res honestissima sit referre gratiam, desinit* [o] *honesta esse si necessaria est*, id est, honestatis gradum excellentem amittit, quod sequentia indicant: [p] *non enim magis laudabit quisquam ingratum hominem quam eum qui depositum reddidit, aut quod debebat citra iudicium solvit.* Mox *non est gloriosa res gratum* [q] *esse, nisi tutum est ingratum fuisse.* Aptari ad hujus generis vitia potest illud *Senecæ* patris in controversiis [r] *ego reum non laudari desidero, sed absolvi.*

L. III. c. 6. de Benefic.
Idem eodem lib. c. 7.

§. XXI.

„emendatoria quæritur.

„i) (PUNIENDI QUOQUE NON SUNT ACTUS OPPOSITI VIRTUTIBUS:) Vitia moralia puniri non „posse diximus, quia nemini fit injuria, nemini „enim jus in hos actus quæsitum est.

„k) (QUARUM NATURA COACTIONEM OMNEM „REPUDIAT:) Virtus enim consistit in puritate ani„mi, in constante ac perpetua voluntate imitandi „perfectiones divinas: Ex quo igitur quis vi aut „metu hæc perficit, tota virtutis ratio cessat, quod „latius alibi explicavimus.

„l) (LIBERALITAS:) Quæritur, an aliquis pu„niri possit ideo, quod sit prodigus vel avarus? „Negatur: (1) quia quisque rei suæ arbiter est, & „pro lubitu de ea disponere potest: neque enim „(2) injuria fit alteri, qui nullum jus in res & „actus meos habet; sane Creator mihi facultatem „pro lubitu de re mea disponendi concessit, adeo„que arbitrio meo reliquit num egentibus bene „facere velim: Injuria igitur potius (3) fieret do„mino si cogeretur vel rem suam servare, vel „erga alios liberalis esse: Quin (4) desinit esse „virtus ex quo dominus rei metu pœnæ liberali„tatem exercet, quia libertas illa, intentio, & ha„bitus, adeoque essentia virtutis hic cessat: Neque „(5) per coactionem emendatur vel emendari pot„est vitium morale: is enim qui erogare cogitur, „non ideo magis fit liberalis, & qui carcere in„clusus impeditur erogare, non ideo minus manet „prodigus. Sed & (6) definiri hic tantundem non „posset, quia liberalitas & parsimonia certos fines „non habent: adeoque æstimatio exitum habere „non potest.

„m) (GRATIÆ RELATIO:) De qua *not. seq.*

„n) (AN INGRATI VITIUM IMPUNITUM ESSE „DEBEAT:) *Bæclerus* integram dissertationem *de* „*actione ingrati* scripsit. *Diss. 3. f. 103*, Nos supra „late demonstravimus ex ingratitudine nullum „jus oriri, nisi id lege civili speciatim statutum „sit, at tunc actio mere civilis est, & jus al„teri non a natura sed ex lege civili quæritur, per „quam autem vitium ingrati non tollitur.

„o) (DESINIT HONESTA ESSE SI NECESSARIA „EST:) Non enim amplius pia intentione, & ex „libera voluntate fit, in qua tota virtutis essentia „consistit. *Vid lit. k.*

„p) (NON ENIM MAGIS LAUDABIT QUISQUAM „&c. QUI DEPOSITUM REDDIDIT:) Errat hic Sene„ca, & mala hæc est comparatio, quin ei ipsi quod „antea asseruit contraria: Qui enim ultro, & „citra necessitatem alii gratiam refert, is sum„mas meretur laudes? Facit enim pro affectu id „quod facere jure non tenebatur: E contrario „nullam laudem meretur prædo qui depositum „reddit, quia id facere debet, & si non facit in„juria agit, ad cujus reparationem pœnis quoque „cogi potest.

q) (Grot.) (NISI TANTUM EST INGRATUM FUISSE:) Idem *Seneca* de Beneficiis I, c. 1. *Ita demum turpe est non reddere* (beneficia nempe) *si & licet.* Pater *Seneca* controversiarum V, 34. *Dicis mihi, hoc facere non oportet; huic rei æstimatio immensa est, itaque nulla vindicta est.* Augustinus lib. II. c. 83. contra Petilianum: *sic igitur quod adversus vos leges constituta sunt, non eis bene facere prohibemini.* [§. 184. *Edit. Benedictin.* ubi legitur: *Si qua igitur adversus* &c. Sed & locus non videtur recte huc aptari. J. B.]

r) (Grot.) (EGO REUM NON LAUDARI DESIDERO, SED ABSOLVI:) Est hoc V, contr. 33. simile libro IV. controversia 25 *Non speramus ut probet* [Flaminium *Judex*], *sed ut* dimittat. Et in Excerptis VI. 8. *Multum interest obiurges, an punias.* Sunt enim quædam ut Cimone ait *Plutarchus*

§. XXI.

Sequitur illud tractemus, an ignoscere [a] aut veniam dare liceat interdum. [b] Negant enim Stoici, ut videre est in fragmento apud Stobæum, titulo de magistratu, in oratione Tullii pro Murena, & in Senec. de Clem. 2. 7. fine librorum Senecæ de clementia, sed levi argumento. [c] *Venia aiunt, debitæ poenæ remissio est: sapiens autem quod facere debet facit.* [d] Hic fraus latet in illa voce *debitæ*. Nam si intelligas eum qui peccavit poenam [e] debere, id est sine injuria puniri posse, [f] iam non sequetur si quis non puniat, facere quod facere non debet. Si vero ita

tarchus: ἐλλείμματα μᾶλλον ἀρετῆς τινος, ἢ κακίας πονηρεύματα. deliquia magis virtutis alicujus quam ex vitio crimina, (pag. 480. A.)

(AD §. XXI.) Quæritur an remitti talio possit? Resp. Talio illa quæ ad reparationem injuriæ pertinet, remitti potest ab eo qui læsus est, quia ejus jus ejusque favor est, cui pro lubitu renunciare quisque potest, vid. *Pof. I. G. VI.* adeoque cum in omni delicto jus partis & jus magistratus læsum sit, uterque injuriam sibi illatam remittere potest.

Unde simul apparet, *privatum* injuriam *magistratui* illatam remittere non posse, quia disponeret de jure alieno: licet igitur is delicto transigat, salvum tamen manet ius puniendi magistratui: sed nec *magistratus* injuriam privato illatam remittere potest, quia magistratus officium est jus reddere læsis, eoque talionem infligere lædentibus: Is ergo si remitteret pœnam duplici modo peccaret, (1) disponendo de jure alieno; (2) excedendo fines officii, quod in defendendis læsis consistit.

Quod vero dictum est magistratum injuriam sibi illatam remittere posse, id verum saltem est (1) de pœna sibi vel sola lege civili debita, non de pœna quam jus naturæ injungit; cum enim ipse exsecutor saltem legum naturæ sit, non tam suam hic injuriam vindicat quam injuriam Deo illatam, adeoque eam remittere nequit: Hinc Princeps dispensare de homicidio, de adulterio, aliisque criminibus, quæ jure naturæ talionem exigunt, nequit.

Sane ipse Deus salva justitia non potest jubere ne reparatio fiat: Cum enim semel hanc legem dederit ut jus suum cuique tribuatur, & ne alterius jus lædatur, eique legi talionis necessitatem junxerit, mutare hanc voluntatem nequit, quia id imperfectionem involveret: Quod adeo verum est, ut nec injuriam sibi illatam remittere possit, quia imperfectionem inferret coli ab hominibus nolle: Neque *obstat*, hoc modo misericordiæ divinæ nullum superesse locum: Nam superest maxime (1) quod reparationem etiam per alium recipere possit, uti recepit per Servatorem, qui reparavit peccata totius humani generis: (2) quod intuitu pœnitentiæ mitigare pœnam, & loco æternæ temporalem pœnam infligere possit, uti Author notavit supra §. 11. *n.* 1. Atque hi sunt fines justitiæ & misericordiæ, de quibus adeo disceptatur inter Theologos. Vid. Author infr. §. 24. *n.* 2.

„*a*) (AUT VENIAM DARE:) Aggratiari, remit„tere pœnam &c.

b) (NEGANT ENIM STOICI:) Contra eos bene *Diodorus Siculus* in fragmentis συγγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα: *venia melior pœna exactione.* Pro Christianis sententiam dicet *Cyprianus* epistola 52, *alia est philosophorum & Stoicorum ratio, qui dicunt omnia peccata paria esse, & virum gravem non facile flecti oportere. Inter Christianos autem & philosophos parum distat.*

ADDITIO.

„Stoici non loquuntur de remissione pœnarum, „sed de improbatione delicti interna: Sapiens o„mne delictum pro vitio habet, illudque improbat necessario; & cum hoc vitium omnibus de„lictis insit, hactenus omnia delicta Stoicis sunt „æqualia: & licet peccans postea pœniteat, non „tamen actus ille desinit esse vitiosus; At alia quæ„stio est, an is cui injuria facta est suum ius re„mittere possit, de qua Stoici plane non loquun„tur, uti id plenius explicatum est supra §. 1 *prop. XI.*

„*c*) (VENIA DEBITÆ POENÆ REMISSIO EST, „SAPIENS AUTEM QUOD FACERE DEBET FACIT:) „Loquitur de indulgentia interna: sapiens enim „non potest non improbare actum vitiosum, at „ubi de ejus reparatione agitur, condonare inju„riam omnino potest.

„*d*) (HIC FRAUS LATET IN ILLA VOCE debi„tæ) Immo fraus latet in voce *veniæ*, per quam „intelligunt improbationem peccati, & actus illius „vitiosi; non verum remissionem reparationis, quæ ex actu illo vitioso debetur læso.

„*e*) (DEBERE, I. E. SINE INJURIA PUNIRI POS„SE:) Ex hypothesi Authoris pœna *debetur* ad „eum effectum ut reus puniri, ac, si punitur, „queri de injuria non possit; at non ad eum effe„ctum ut necessario puniri debeat, quia remitti „potest: quod notavimus supra §. 4.

„*f*) (IAM NON SEQUETUR, SI QUIS NON PU„NIAT, FACERE QUOD FACERE NON DEBET:) Pot„est enim punire, at non debet.

„*g*) (DEBITAM ESSE POENAM A SAPIENTE:) „Hoc

ita accipias, [g] debitam esse pœnam a sapiente, id est, omnino oportuisse exigi, [h] dicemus id non semper accidere, ac propterea hoc sensu pœnam posse esse [i] non-debitam, sed licitam tantum. Atque id verum esse potest tum [k] ante legem pœnalem, [l] tum post eam positam.

§. XXII.

I. [a] Ante legem pœnalem constitutam [b] dubium tamen non est quin pœnæ locus esse possit, [c] quia naturaliter qui deliquit in eo statu est, ut puniri licite possit: sed [d] non ideo sequitur debere eam exigi: [e] quia hoc pendet ex connexione finium, ob quos poena instituta est, cum ipsa poena. [f] Quare, si fines illi per se morali æstimatione necessarii non sint, [g] aut alii fines ex opposito occurrant non minus utiles aut necessarii, [h] aut fines pœnæ propositi alia via obtineri possint, jam apparet nihil esse quod ad poenam exigendam præcise obliget. Sit [i] primi exemplum [k] in peccato paucissimis cognito, cujus proinde [l] publica traductio non necessaria sit, aut da-

„Hoc sensu a nemine accipitur pœnæ *debitum*: „neque propria hæc est locutio.

„*h*) (DICEMUS ID NON SEMPER ACCIDERE:) „Sed tantum si de jure læsi, sive privati sive ma„gistratus, agitur: secus si ipsum jus naturæ viola„tum talionem exigat.

„*i*) (NON DEBITAM, SED LICITAM TANTUM:) „Id est, posse quidem punire, non tamen id fieri „necessarium esse.

„*k*) (ANTE LEGEM:) De quo statu agit §. 22. „& 23.

„*l*) (TUM POST:) De quo statu agit §. 24.

„*a*) (ANTE LEGEM POENALEM CONSTITUTAM:) „Ex hypothesi enim Aothoris natura cuique ho„mini licet punire iojuria agentem, *lib. I. c.* 2. „*§. 5.* & *supr. §. 3.* et jure gentium demum con„stituta pœnali lege id mutatum esse, *d. §. 5.* & „*supr. §. 8. n. 4.*

„*b*) (DUBIUM TAMEN NON EST, QUIN POENÆ „LOCUS ESSE POSSIT:) Hæc enim ipsa naturæ „ratio est, ut reparari per tantundem debeat in„juria illata.

„*c*) (QUIA NATURALITER QUI DELIQUIT IN „EO STATU EST, UT PUNIRI LICITE POSSIT:) „Quis naturali jure injuria reparari debet. Conf. „*supra §. 3. n. 1.*

d) (Grot.) (NON IDEO SEQUITUR DEBERE EAM EXIGI:) *Julianus* de Eusebia: ὐδὲ γὰρ εἰ σφόδρα ἐπιτήδειοί τινές εἰσι πάσχειν κακῶς καὶ κολάζεσθαι, τούτους ἐκ παντὸς ἀπολέσθαι χρεών. *non enim, siqui sunt meriti male tractari punirique, hos perire utique necesse est.* (Orat. III. p. 115. B. Ed. Spanhem.)

ADDITIO.

„Quatenus pœna remitti possit, explicavimus „initio. h. §. & supra *§. 1. Prop.*

„*e*) (QUIA HOC PENDET EX CONNEXIONE FI„NIUM, OB QUOS POENA INSTITUTA EST:) Sci„licet, an utilitas quædam redundet aut in eum qui „peccavit, aut in eum cujus intererat peccatum „non esse, aut in tertios. Vid. *§. 6. n. 2.*

„*f*) (QUARE SI FINES ILLI PER SE MORALI „ÆSTIMATIONE NECESSARII NON SINT &c. JAM „APPARET NIHIL ESSE, QUOD AD POENAM PRÆ„CISE &c. OBLIGET) Adeoque si nec peccans inde „emendetur, nec læsi intersit, nec tertius corriga„tur, remitti posse pœnam ait.

„*g*) (AUT ALII FINES EX OPPOSITO OCCUR„RANT NON MINUS UTILES AUT NECESSARII:) „Forte si pœna absque seditionis metu sumi non „possit; Si reus forte est persona utilis; &c. pro„pter publicam utilitatem enim jus læso quæsitum „auferri potest.

„*h*) (AUT FINES POENÆ PROPOSITI ALIA VIA „OBTINERI POSSINT:) Forte per carcerem perpe„tuum &c.

„*i*) (PRIMI:) Quoties fines illi per se morali „æstimatione necessarii non sunt.

„*k*) (IN PECCATO PAUCISSIMIS COGNITO:) „Immo si per hujusmodi peccata jus alterius læsum „est, reparatio lædenti injungi, adeoque & puniri „debet; At leges, ne peccata ejusmodi fiant no„toria, privatim pœnas a reo sumere solent.

„*l*) (PUBLICA TRADUCTIO:) Quasi pœna su„mi non possit sine publica traductione.

Ad Q. fr. Ep. 1, 2. c. 2. damnosa etiam: quo illud pertinet Ciceronis de Zeuxi quodam: *Adductum in judicium fortasse dimitti non oportuerit:* [m] *conquiri vero ad judicium necesse non fuit.* [n] Secundi in eo [o] qui bene merita aut *De Benef. VI, 6.* sua aut parentum repensari digna culpæ opponit: nam ut ait Seneca: *beneficium superveniens injuriam apparere non patitur.* [p] Tertii in eo [q] qui verbis emendatus est, aut læso verbis satisfecit ut ad eos fines pœna jam opus non sit.

[r] Et hæc pars una est clementiæ a poena liberans: [s] quam respi- *Sap. 12, 19.* ciens Hebræus sapiens dixit: δεῖ τὸν δίκαιον εἶναι φιλάνθρωπον: *justum decet clementia.* Nam quia poena omnis, præcipue gravior, aliquid habet quod per se spectatum [t] non quidem iustitiæ, sed caritati repugnet, [u] facile patitur ratio ea abstineri, [v] nisi major ac iustior caritas quasi irrefragabiliter obstet. Appositus est ad hanc rem Sopatris locus, cum ait: τὸ περὶ τὰ συναλλάγματα τῆς δίκης ἐπανορθωτικὸν ἐκφεύγει παντελῶς τὸ τῶν χαρίτων γένος· τὸ δ' ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι κείμενον οὐκ ἀνίεται τὸ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον τῶν χαρίτων πρόσωπον *Apud Stobæum Serm. 46*: *justitiæ pars illa* [w] *quæ contractus ad æqualitatem reducit,* [x] *omnino respuit omne gratiæ genus:* [y] *at ea pars quæ circa delicta occupatur, non recusat suavem & blandam gratiarum faciem.* Cujus sensus partem priorem sic expressit *Ad Q. fr. 1, 2. c. 3.* Cicero: [z] *ut nihil sit loci gratiæ:* [aa] posteriorem sic Dion Prusæensis

„m) (CONQUIRI VERO AD JUDICIUM NECESSE „NON FUIT:) Cicero non ait inquirendum in Zeuxin non fuisse, sed *quod frater*, Quintus, *eum* „BLANDITIIS ELICERE AD JUDICIUM NON DEBUERIT. Verba hæc sunt: *quem adductum in judicium fortasse dimitti non oportuerit* (Quintus enim „certissimum esse matricidam scripserat, *ibid.*) *conquiri vero & elici blanditiis (ut tu scribis) ad judicium necesse non fuit. Cic. lib. I. ad Quint. ep.* „2. Cæterum Trajanus; cum augeri Christianismum per tormenta videret, noluit ulterius in „accusatos inquiri. *Plin. lib. X. epist. 38. Gron. h.*

„n) (SECUNDI:) Quoties alii fines ex opposito „occurrunt non minus utiles ac necessarii.

„o) (QUI BENE MERITA CULPÆ OPPONIT:) Ita „Horatio pœna, quam ex interfectione sororis „meritus erat, remissa est ob bene in rempublicam merita. *Flor. I, 3. Liv. I, 26.* De M. Aquilio vide Ciceronem *Orat pro Flacc. c. 39. & pro* „*Coel. c. 31. Ad Herenn. I, 14.* Add. Ælian. *Var.* „*Histor. III, 47. V, 19.*

„p) (TERTII:) Quoties fines pœnæ propositi „alia via obtineri possunt.

„q) (QUI VERBIS EMENDATUS EST, AUT LÆSO „VERBIS SATISFECIT:) Hoc verum est si injuria „læso illata verbis reparari potuit.

„r) (ET HÆC PARS UNA CLEMENTIÆ EST:) „Si finis pœnarum cessat.

„s) (QUAM RESPICIENS HEBRÆUS SAPIENS DIXIT: JUSTUM DECET CLEMENTIA:) In iis pœ„nis, ubi præter reparationem injuriæ aliquid mali „infligitur.

„t) (NON QUIDEM JUSTITIÆ, SED CARITATI „REPUGNET:) Immo pœna intra justos talionis fi„nes nec caritati repugnat; Sane illæ quoque pœ„næ, quæ ad emendandum & deterrendum infli„guntur, caritati conveniunt, summa enim cari„tatis ratio est cives ab injuriis scelestorum homi„num tutos reddere.

„u) (FACILE PATITUR RATIO EA ABSTINERI:) „Hoc dependet ex arbitrio læsi, si ejus jus sit.

„v) (NISI MAJOR AC JUSTIOR CARITAS:) Uti „si res publica inde securior redditur: tunc enim „remissio cum caritate pugnaret.

„w) (QUÆ CONTRACTUS AD ÆQUALITATEM „REDUCIT:) De æqualitate hac egimus supra *l. 2.* „*c.* 12. §. 8.

„x) (OMNINO OMNE RESPUIT GRATIÆ GE„NUS:) Quia agitur de jure aliis tribuendo, ubi „judex gratiam facere nequit.

„y) (AT EA PARS, QUÆ CIRCA DELICTA OC„CUPATUR:) Ibi enim de jure proprio magistra„tus plerumque agitur, quod remittere potest.

„z) (UT NIHIL SIT LOCI GRATIÆ:) Quoties „scilicet agitur de reparatione juris alii debiti.

„aa) (POSTERIOREM:) Quod scilicet ea justitiæ „pars

ſis oratione ad Alexandrinos χρηςȣ̃ ἡγεμόνος, συγγνώμη: *boni præſidis eſt, ignoſcere*. Favorino: ἡ καλȣμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, τȣ̃το ἐςιν ἄφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι: *ea quæ dicitur clementia apud homines, eſt tempeſtiva relaxatio de ſummo jure*. Pag. 366. C. Ed. Moral. Apud Gellium, 1. 3.

§. XXIII.

Poſſunt autem tria hæc occurrere, [a] aut ut pœna omnino ſit exigenda, [b] ut in peſſimi exempli ſceleribus, aut ut omnino non exigenda, [c] ut ſi bonum publicum omitti eam exigat, [d] aut ut liceat utrumvis, quo pertinet quod ait Seneca, [e] clementiam liberum habere arbitrium. De Clem. 2. 7. [f] Parcit tunc, inquiunt Stoici, ſapiens, non ignoſcit. [g] Quaſi vero nobis non liceat cum vulgo loquendi domino ignoſcere vocare quod parcere illi vocant. Nimirum & hic & alibi, ut Cicero, Galenus, atque alii notarunt, magna pars Stoicarum diſputationum [h] circa voces conſumitur, [i] quod philoſopho apprime cavendum eſt. Nam ut veriſſime dixit ſcriptor ad Herennium: *vitioſum eſt controverſiam intendere propter nominum mutationem:* quod Lib. 2. c. 18. Ariſtoteles dixerat, εὐλαβητέον τὸ πρὸς τὸ ὄνομα διαλέγεσθαι. Topic. I. 14. (17.)

§. XXIV.

1. [a] Major eſſe difficultas videtur poſt legem pœnalem, [b] quia legis auctor aliquo modo legibus ſuis obligatur; ſed hoc diximus verum eſſe, [c] quatenus auctor legis ut pars civitatis ſpectatur, non qua

„pars, quæ circa delicta verſatur, non recuſet gra„tiam.

„*a*) (AUT UT POENA OMNINO SIT EXIGEN„DA:) Quod ſemper fieri debet ubi de injuria alii „illata reparanda agitur: ſi ſcilicet jus tertii lædi„tur.

b) (Grot.) (UT IN PESSIMI EXEMPLI SCELERIBUS:) *Joſephus Antiq. Judaic.* XVII. §. 5. πατροκτονία κοινὸν ἀδίκημα καὶ τῆς φύσεως καὶ τȣ̃ βίȣ, καὶ ὁ μὴ κολάζων ἀδικεῖ τὴν φύσιν: *parricidium & vitam & naturam humanam violat, ita ut qui id non puniat, & ipſe in naturam peccet.*

„*c*) (UT SI BONUM PUBLICUM OMITTI EAM „EXIGAT:) Jus enim civibus quæſitum ob utilita„tem publicam auferri poteſt.

„*d*) (AUT UT LICEAT UTRUMVIS:) Ita ut in „arbitrio magiſtratus ſit exigere vel non exi„gere.

„*e*) (CLEMENTIAM LIBERUM HABERE ARBITRI„UM:) Si jus ſolius magiſtratus læſum eſt, qui „de jure ſuo pro lubitu diſponere, adeoque & pœ„nam remittere poteſt.

„*f*) (PARCIT TUNC SAPIENS, NON IGNOSCIT:) „i. e. Non approbat delictum, non dat veniam „pœnæ, quod ſapiens facere nequit, vid. §. 21. ſed „remittit ſaltem pœnam delicti, & parcit ſontibus.

„*g*) (QUASI VERO NOBIS NON LICEAT CUM „VULGO LOQUENDI DOMINO IGNOSCERE VOCA„RE:) Recte: verba enim intelligenda ſunt juxta „communem uſum loquendi. Vid. *ſupr. cap.* 16. „§. 2. *Add. pag.* 333. 335.

h) (Grot.) (CIRCA VOCES CONSUMITUR:) Extra uſum, ut ait ſcholiaſtes Horatii. Auguſtinus contra Academicos: *turpe diſputantibus in verborum quæſtione immorari, cum certamen nullum de rebus remanſerit.*

„*i*) (QUOD PHILOSOPHO APPRIME CAVEN„DUM:) Vid. *Quinctil. l.* 7. 3. *& Præf. tit.* 8 „*Gell. l.* 22. *c.* 9. *& l.* 18. *c.* 7. *Sen. epiſt.* 87. *&* 15.

„*a*) (MAJOR ESSE DIFFICULTAS VIDETUR „POST LEGEM POENALEM:) i. e. Poſtquam jure „gentium, & inſtitutis facto hominum judiciis, „facultas vi privata agendi ſublata, & pœnæ legi„bus determinatæ ſunt: quod ſyſtema expoſuimus „in *Differt. proœm.* VIII. §. 17.

„*b*) (QUIA LEGIS AUTHOR ALIQUO MODO LE„GIBUS SUIS OBLIGATUR:) Ut non poſſit de ea„rum ſeveritate ſemel ſtatuta remittere. *Gron. h.*

c) (Grot.) (QUATENUS AUTHOR LEGIS UT

 PARS

qua civitatis ipsius personam atque auctoritatem sustinet. d Nam qua talis est e potest legem etiam totam tollere, f quia legis humanæ natura est ut a voluntate humana pendeat, g non in origine tantum h sed & in duratione. Non debet tamen legis auctor legem tollere i nisi probabili de causa, k peccaturus alioqui in regulas justitiæ gubernatricis.

2. Sicut autem totam legem tollere potest, l ita & vinculum ejus circa personam aut factum singulare, manente de cætero lege, m Dei ipsius exemplo, qui Lactantio teste, *legem cum poneret, non utique ademit sibi omnem potestatem*, n *sed habet ignoscendi licentiam.* o *Imperatori*, inquit Augustinus, *licet revocare sententiam, & reum mortis absolvere & ipsi ignoscere:* causam explicat p *quia non est subjectus*

De Ira Dei c. 15.

PARS CIVITATIS SPECTATUR:) Vide quæ supra in textu & notis hoc libro c. IV. §. 12.

ADDITIO.

„Grotius alibi distinxit inter actus regios, & actus „quos rex ut privatus peragit: actus quos ut pri„vatus peragit, adeoque ubi spectatur ut pars ci„vitatis, omnino subjacent legibus a se latis, ha„ctenus enim spectatur ut privatus; Si proinde ut „privatus acquirit, contrahit &c. nec legem a se „latarum solennitates observat, actus nullius est, nec „sublatæ hoc actu leges illæ videntur, quia qua pri„vatus leges mutare nequit. *Vid. l. 2. c. 14. §. 1.* „*seq. c.* 4. §. 12.

„At in actibus regiis, ubi spectatur ut caput ci„vitatis, ipse non obligatur legibus a se latis, non enim sibi ipsi legem dare potest, *dd. ll.* quia rex „qua talis se ipso superior non est. Hinc pro lu„bitu legem quam ipse tulit mutare ac tollere „potest. Hactenus enim civitatis ipsius personam „atque auctoritatem sustinet: i.e. populus hactenus „summum imperium in eum contulit, adeoque „superiorem, qui legem ei dicere possit, non „habet. *ibid.*

„*d*) (NAM QUA TALIS:) Quatenus civitatis per„sonam sustinet, & quatenus non ut pars civitatis „spectatur.

„*e*) (POTEST LEGEM ETIAM TOTAM TOLLE„RE:) Ratione futuri, non ratione præteriti, si „aliis jus inde quæsitum est. *L.* 2 *c.* 14. §. 7. 8.

„*f*) (QUIA LEGIS HUMANÆ NATURA EST, UT „A VOLUNTATE HUMANA PENDEAT:) Cum enim „legislator superiorem non habeat, nihil eum im„pedit quo minus a priore voluntate recedere „possit.

„*g*) (NON IN ORIGINE TANTUM:) Ut possit „legem ferre vel non ferre.

„*h*) (SED ET IN DURATIONE:) Ut legem se„mel latam iterum tollere possit.

„*i*) (NISI PROBABILI DE CAUSA:) Equidem „tota res ab arbitrio Principis dependet, populus „enim omne de sua utilitate judicium in Princi„pem transtulit: At bonus Princeps non solet le„ges bonas facile mutare.

„k) (PECCATURUS ALIOQUI IN REGULAS JU„STITIÆ GUBERNATRICIS:) Quam justitiam alibi „rectoriam, *lib. 2. c. 24. §. 7.* & artem architecta„lem vocat: *lib. 1. c. 3. §. 6. n. 2.* Nos talem justitiam „non agnoscimus, cum enim res sit arbitrii, adeo„que Princeps suo jure utatur, nemini facit inju„riam legem mutando: nisi subditis jus quæsitum „per hanc mutationem auferat, tunc enim peccat „contra regulas juris naturæ.

„*l*) (ITA ET VINCULUM EJUS CIRCA PERSO„NAM AUT FACTUM SINGULARE:) Hoc verum est „ratione futuri: nam si ex lege illa jus quæsitum se„mel aliis est, id Princeps auferre nequit: vid. „supr. c. 14. §. 8. nisi vel ob eminentem utilita„tem publicam, vel in pœnam. *ibid.* §. 7.

„*m*) (DEI IPSIUS EXEMPLO:) Hic enim legem „posuit qua homines inter se obligentur, non „vero qua ipse obligetur hominibus. Vid. *Diss.* „*proœm. c. 1. §. 60.*

„*n*) (SED HABET IGNOSCENDI LICENTIAM:) „Quatenus de Deo id verum sit, vidimus supra §. „*21. n. 1. in not.*

o) (Grot.) (IMPERATORI LICET REVOCARE SENTENTIAM:) *Symmachus* lib. X. epist. 63. *Alia enim est conditio magistratuum, quorum corrupta videntur esse sententiæ si sint legibus mitiores: alia divorum principum potestas, quos decet acrimoniam severi juris inflectere.* Idem discrimen inter regem & judicem est apud *Themistium*, (Orat. XVIII. pag. 227, 28. *Ed. Harduin.* Locus, qui tamquam ex *Augustino* adfertur, non est illius Patris quamquam millies sub ipsius nomine laudatus, & a multis Auctoribus; sed illius *Quæstiones Vet. & N. Testamenti* scripsit, Quæst. *De Fato* 115. *Appendic. Tom. III.* Opp. Aug. Ed. Benedictin.

„*p*) (QUIA NON EST SUBJECTUS LEGIBUS:) „i. e. quia sibi ipsi legem non tulit, nec talem fer„re potest,

„*q*) (SER-

jectus legibus qui habet in potestate leges ferre. Seneca Neronem hoc vult cogitare: *Occidere contra legem nemo potest, [q] servare nemo præter me.* De Clem. l. I. c. 5.

3. Sed hoc quoque faciendum non est [r] nisi causa subsit probabilis: quæ autem sint causæ probabiles [s] quanquam non potest præcise definiri, tenendum tamen est [t] majores esse debere post legem, quam quæ ante legem spectantur, [u] quia legis auctoritas quam servari utile est, ad causas puniendi accessit.

§. XXV.

[a] Causæ autem liberandi aliquem a pœna legis solent esse aut intrinsecæ, aut extrinsecæ. [b] Intrinseca, cum si non injusta, dura tamen est pœna ad factum comparata.

§. XXVI.

Extrinseca, [a] ex merito aliquo, [b] aut alia re commendante: aut [c] etiam spe magna in posterum: quod causæ genus tunc maxime

„q)(SERVARE NEMO PRÆTER ME:)Nam jus aggratiandi inter regalia majora refertur.

„r) (NISI CAUSA SIT PROBABILIS:) Immo res „arbitrii est num velit mutare legem, nisi pœna „jure naturæ sit statuta: tunc enim nec Prin„ceps remittere pœnam potest.

„s) (QUANQUAM NON POTEST PRÆCISE DE„FINIRI:) Diximus rem mere arbitrii esse.

„t) (MAJORES ESSE DEBERE POST LEGEM, „QUAM QUÆ ANTE LEGEM SPECTABANTUR:) Le„ges pœnales ab ipsa natura sunt, & posito jure „naturæ necessario sequuntur: Magistratus natu„ra harum legem est executor, adeoque dispen„sare nullo jure potest, & nulla ex causa: (ut „proinde differentia inter causas ante & post le„gem pœnalem & ratione & effectu careat)Nisi de „solius magistratus jure agatur.

„u) (QUIA LEGIS AUCTORITAS &c. AD CAU„SAS PUNIENDI ACCESSIT:) Cum leges pœnales „ipsa natura statutæ sint, causæ puniendi citra au„ctoritatem legum civilium æque subsistunt.

„a) (CAUSÆ AUTEM LIBERANDI ALIQUEM:) „Diximus naturali jure causas liberandi nullas esse „in pœnis, quando de injuria alii illata reparanda „agitur; at si soli magistratui injuria illata est, ea „ex qualibet causa remitti potest, id enim res ar„bitrii est.

„b)(INTRINSECA &c. DURA TAMEN AD FACTUM „COMPARATA:)Adeoque si pœna ultra reparationem „injuriæ aliquid infligit; id enim ex solo jure Ci„vili est, quo pertinet pœna mortis statuta in eum „qui cervum occiderit, quæ injusta quidem non „est, quia proportio quædam intercedit inter *ma„litiam & pœnam*, sed dura tamen est ad factum „comparata.

„a) (EX MERITO:) Supra §. 22. *n.* 1. Vid. *Gell.* „*Noct. Attic. IV*, 18. *Quinctil. P. D.* 266. *Senec.* „*Herc. Fur. v.* 476. & 1365. *Diod. Sic. XV*, 1. *Ti„raquell. de pœn. ibique Brunem. Pufendorff. VIII*, „3. §. 17. *Tesm. b.* Quod admitti non potest in „illis pœnis quæ Deo debentur, & jure naturali „statutæ sunt.

„b) (AUT ALIA RE:) V. g. ob meritum majo„rum aut antecessorum. *Liv. XXV*, 29. *Appian.* „*de bell. civil.* 2. *Cic. de leg. agrar. contr. Rull.* „*Ovid. Heroid. IV*, 164. Ob numerum liberorum „uti Hadrianus fecit apud *Xiphil. epit. Dion.* Vid. „*Liv. VIII*, 35. vel quod ultimi ex illustri stirpe „sint. *Pufendorff. d.* §. 17.

„c) (ETIAM SPE MAGNA IN POSTERUM:) Ut „si Judæus fit Christianus; vel hæreticus abjuret „errores, modo de vera conversione constet. *Hen„niges b. l.* At licet hoc concesserim de pœnis „quæ ultra reparationem injuriæ infliguntur, ad„eoque quæ in arbitrio magistratus sunt, verum „id tamen non est de reparandi necessitate lege „naturæ injuncta, quæ remitti nequit.

„d) (SI RATIO LEGIS SALTEM PARTICULARI„TER

me ſufficiet, [d] ſi ratio legis ſaltem particulariter ceſſet in facto de quo agitur. Nam quanquam ad ſuſtinendam legis efficaciam [e] ſatis eſt ratio univerſalis ſine repugnantia contrariæ rationis, [f] tamen ceſſatio rationis, etiam quæ particularis eſt, [g] efficit ut lex facilius & minore cum damno auctoritatis ſolvi poſſit. Id autem maxime [h] uſu venit in iis delictis quæ per ignorantiam, [i] quamvis culpa omni non carentem, [k] aut per animi infirmitatem ſuperabilem quidem, ſed difficulter ſuperabilem, committuntur: [l] ad quæ Chriſtianus hominum rector maxime reſpicere debet ut Deum imitetur, qui in veteri quidem foedere [m] multa talia hoſtiis quibusdam expiari voluit, *Levit IV. & V.* at in novo foedere verbis & exemplis teſtatus eſt, [n] ſe ad talia reſipiſcentibus condonanda eſſe facilem. *Lucæ XXIII, 34. Hebr. IV, 15. V, 2. 1 Thimoth. I, 13.* Et quidem illis Chriſti [o] apud Lucam verbis, *condona illis, pater, quia neſciunt quid faciant,* [p] adductum Theodoſium [q] ut Antiochenis ignoſceret, notat Iohannes Chryſoſtomus.

§.XXVII.

„TER CESSET IN FACTO, DE QUO AGITUR:) „Aliquando enim lex in genere diſponit, & rationem allegat occaſionalem, non adæquatam; „tunc manet lex etſi ceſſet ratio: ſecus vero ſi „ratio ſit finalis & adæquata, ea enim ceſſante ipſa „lex deficit. *Lauterb. Comp. p. 8.*

„e) (SATIS EST RATIO UNIVERSALIS:) Ita „jure Romano omnes feminæ excluduntur a facultate „poſtulandi, etſi cauſam prohibitioni dederit Carfania, femina improbiſſima.

f) (Grot.) (TAMEN CESSATIO RATIONIS, ETIAM QUÆ PARTICULARIS EST &c.) Multa ad hanc rem utilia congeſſit *Gratianus cauſa 1. quæſtione VII.*

„g) (EFFICIT UT LEX FACILIUS ET MINORE „CUM DAMNO AUCTORITATIS SOLVI POSSIT:) „Si ratio legis finalis & adæquata ceſſat, non opus „eſt remiſſione pœnæ, ſed ipſa lex pœnalis ceſſat. „Vid. *Zigl. h.*

„h) (USU VENIT IN IIS DELICTIS QUÆ PER „IGNORANTIAM:) Ignorantia igitur eſt cauſa liberandi a pœna, niſi culpa accedat.

„i) (QUAMVIS CULPA OMNI NON CARENTEM:) „Jure naturæ injuria, culpa alterius mihi illata, „æque reparari debet ac ſi dolo illata eſſet: & „hactenus utriusque præſtatio eadem eſt, & neutra remitti poteſt: ſed pœnæ civiles majores ſtatui ſolent contra peccantes ex propoſito, quam „contra peccantes ex ignorantia: & hæ pœnæ, „quatenus civiles ſunt, remitti poſſunt.

„k) (AUT PER ANIMI INFIRMITATEM &c. „DIFFICULTER SUPERABILEM:) Vid. *ſupr.* §. 19. „uti ſi peccat ex vehementia affectuum, amoris, „iræ &c.

„l) (AD QUÆ CHRISTIANUS HOMINUM RECTOR „MAXIME RESPICERE DEBET:) Hæc omnia vera „ſunt in mitiganda pœna civili; leges enim, pœnales præcipue, ferri debent cum ſenſu imbecillitatis humanæ, vid. *l. 1. c. 4. §. 7. n. 2.* & ad humanum modum, *l. 3. c. 23. §. 5. n. 3.* Unde „Deus quoque humanam legem probare cenſetur „humanam, & humano modo. *l. 1. c. 4. §. 7. n. 3.* „At reparatio injuriæ naturalis ideo remitti nequit.

„m) (MULTA TALIA HOSTIIS QUIBUSDAM EX„PIARI VOLUIT:) In illis enim, quæ vel a turba „Iſraël, *Levit. 4, v. 2. 13. & 27. & c. 5. v. 15. &* „*Num. 15. v. 22. ſeq.* vel a Principe, *c. 4. v. 22.* „per ignorantiam contra præcepta Dei committuntur, propric pœna non obtinet: ſed vitioſa „hæc facta, quæ magis ex imbecillitate humana „peraguntur, ſacrificiis expiari debebant.

„n) (SE AD TALIA RESIPISCENTIBUS CONDO„NANDA ESSE FACILEM:) Ita enim Servator pro „inimicis precatur Patrem ut dimittat eos, quia „neſciunt quid faciunt: *Luc. 23, 34.* Summa „hæc eſt Servatoris perfectio pro interfectoribus „orare: At Deus adeo non remiſit hanc injuriam „ſibi ipſi illatam, ut Judæos civitate, imperio, & „ſacerdotio privaverit.

„o) (APUD LUCAM:) *Cap. 23. v. 34.*

p) (Grot.) (ADDUCTUM THEODOSIUM:) Hiſtoriam vide apud *Zonaram lib. XIII. cap. 18.*

„q) (UT ANTIOCHENIS IGNOSCERET:) Ibi ſolum jus Theodoſii læſum erat, adeoque pro lubitu illud potuit remittere.

„r) (ESSE

§. XXVII.

Atque hinc apparet, quam male Ferdinandus Vasquius dixerit, L.1.c.46.
iustam caussam dispensandi, id est lege solvendi, [a] esse eam tantum de qua legis auctor consultus dixisset, extra mentem suam esse eam observari. [b] Non distinxit enim inter ἐπιείκειαν, quæ legem interpretatur, [c] & inter relaxationem. Unde & alibi Thomam & Scotum reprehendit quod dicant [d] legem obligare, etiamsi caussa particulariter cesset, Lib. 1. c. 26 & c. 46.
[e] quasi legem esse putassent solam scripturam, quod illis nunquam in mentem venit. Tantum vero abest, ut omnis legis relaxatio, [f] quæ sæpe libere & dari & omitti potest, [g] referenda sit ad ἐπιείκειαν proprie dictam: ne illa quidem relaxatio [h] quæ aut ex caritate, [i] aut ex iustitia rectrice debetur, [k] eo referri potest. [l] Aliud enim est legem aut probabili, aut etiam urgente caussa tollere, aliud declarare factum ab initio mente legis non fuisse comprehensam. [m] De tollendis poenis vidimus, [n] de taxatione earum videamus.

§. XXVIII.

„a) (ESSE EAM TANTUM, DE QUA LEGIS AU„THOR CONSULTUS DIXISSET &c.) Hæc conjectu„ra voluntatis jus nullum liberandi tribuit: Regula „perpetua hæc est: quod pœna quæ tendit ad re„parandum injuriam alii illatam, remitti a Prin„cipe nunquam (nisi ex utilitate publica) possit, „quia tertio jus quæsitum est, quod ei auferri ne„quit: si vero ultra reparationem juris lege civili „pœna statuta est, ea pro arbitrio Principis tulli „aut mitigari potest.

„b) (NON DISTINXIT ENIM:) Adeoque Au„thor putat ad regulas interpretandæ legis pertinere, „ut inquiratur *quid legis Author consultus dictu„rus fuisset &c.* Sed nec hoc verum est, divina„tio hæc est, non jus: si lex dubia est plane lex „non est, adeoque pœna locum plane non habet, „deficiente quippe lege pœnali.

„c) (ET INTER RELAXATIONEM:) Quæ duo „ipse Author paullo ante in §. 25. confundit.

„d) (LEGEM OBLIGARE, ETIAMSI CAUSA PAR„TICULARITER CESSET:) Verum hoc omnino est, „si ratio illa particularis non est ratio legis finalis „& adæquata. *Vid.* §. 25.

„e) (QUASI LEGEM ESSE PUTASSENT SOLAM „SCRIPTURAM:) Cum in lege non verba, sed ra„tio, mens, & intentio inspicienda sit: Quod ve„rum est de ratione finali & adæquata. *Lauterb.* „*Comp. p. 8.*

„f) (QUÆ SÆPE LIBERE ET DARI, ET OMITTI „POTEST:) Scilicet quoties leges pœnales ultra re„parationem injuriæ aliquid statuunt.

„g) (REFERENDA SIT AD ἐπιείκειαν PROPRIE „SIC DICTAM:) Quæ legem interpretatur.

„h) (QUÆ AUT EX CARITATE:) Vid. §. 22. „*n.* 1.

„i) (AUT EX JUSTITIA RECTRICE:) Vid. §. „24. *n.* 1.

„k) (EO REFERRI POTEST:) Quia voluntate, „mente, & intentione legislatoris deficiente libe„ratur agens, non per dispensationem seu relaxa„tionem pœnæ, sed quia deficit lex pœnalis ces„sante quippe legis ratione, adeoque quia agens „non peccavit contra legem.

„l) (ALIUD ENIM EST LEGEM AUT PROBABI„LI, AUT ETIAM URGENTE CAUSA TOLLERE:) „Tunc enim supponitur legem pœnalem in præsenti „casu statutam non esse: ubi proinde relaxatione „opus non est.

„m) (DE TOLLENDIS POENIS:) I. e. de remis„sione pœnarum.

„n) (DE TAXATIONE EARUM:) I. e. de æsti„matione delicti.

(AD §. XXVIII.) Author hic agit de commensuratione pœnæ cum delicto usque ad §. 38. ac ultra meritum neminem puniendum esse in genere statuit §. 28. In merito autem malitiæ maxime rationem habendam ait, indeque ob malitiam augeri pœnam posse, & quo minor est malitia, eo magis eam minui debere. §. 29. 30. 31.

Augeri autem malitiam (1) ex magnitudine injuriæ, tum ratione dignitatis personæ cui injuria infertur, tum ratione numeri personarum quibus injuria fit; uti si universitati infertur. (2) Pertinacior & deliberatior animus in peccando. (3) Circumstantiæ loci, temporis &c. quæ omnia fera desumta sunt ex *L. 16. §. 1. seq. D. de pæn.*

Minuunt malitiam, eoque pœnam, (1) actus (2) sexus, (3) varii affectus, aliæque causæ impellentes & deterrentes, (4) necessitas aliqua &c.

Nos in genere dicimus, quod in *reparatione injuria* (qui solus pœnarum naturalium finis est,) præcise æqualitas requiratur inter injuriam & pœnam; tantundem pati debet mali quantum mali egit, adeo, ut neque augmentum neque diminu-

 tio

§. XXVIII.

[a] Ex supra dictis apparet in pœnis [b] duo spectari, id ob quod, & cujus ergo, [c] Ob quod, est meritum; [d] cujus ergo, est utilitas ex pœna. [e] Puniendus nemo est ultra meritum, quo ea pertinent
§. 2. num. 2. quæ [f] ex Horatio iam ante protulimus; & Ciceronis illud, *est poe-*
Epist. 15. ad Brut. *næ modus, sicut rerum reliquarum* [g] *est quædam mediocritas.* Ideo
L. Sanctio. 41. D. de pœn. poenam [h] æstimationis nomine appellat [i] Papinianus. Et Aristides
Leuctr. 1. pag. 94. C. Leuctrica secunda humanæ naturæ conveniens esse ait, ut in quoque crimine sit aliquid [k] ultra quod vindicta procedere non debeat. Demosthenes vero, in epistola pro Lycurgi liberis, æqualitatem in poe-
Tom. II. Pag. 114. B. na non ita nude spectandam ait, ut in ponderibus & mensuris, [l] sed expenso proposito ac voto ejus qui deliquit. [m] Intra meriti vero modum magis aut minus peccata puniuntur, pro utilitate.

§. XXIX.

I. [a] In merito examinanda veniunt [b] caussa quæ impulit, [c] causa quæ retrahere debuit, [d] & personæ idoneitas ad utrumque. [e] Vix quis-

tio pœnæ ibi locum habeat: At in illis pœnis, quæ ultra reparationem injuriæ aliquid mali infligunt, & ex arbitrio legis dependent, verum est quod augeri aut minui ob malitiam vel majorem vel minorem possint. Et in his pœnis civilibus omnino insignem locum habet hæc tractatio.

„a) (EX SUPRA DICTIS:) Inprimis ex §. 1. §. 6. „& seq.

„b) (DUO SPECTARI:) Immo in pœnis natura„liter unum saltem spectatur, injuriæ reparatio, „quæ fit per passionem tantundem mali ac ipse „fecit.

„c) (OB QUOD, EST MERITUM:) I. e. malum „actionis. Vid. §. 1.

„d) (CUJUS ERGO, EST UTILITAS EX POENA:) „Ex sententia enim Anthoris homo cum homi„neio natura sibi parem punit, aliquod sibi debet „habere propositum, nimirum utilitatem quan„dam: §. 4. n. 3. §. 5. n. 3. §. 6. n. 2. §. 7. seq. „quod examioavimus *ibid.*

e) (Grot.) (PUNIENDUS NEMO EST ULTRA MERITUM:) Bene hac de re differunt Mediolauenses in oratione quæ apud *Guicciardinum* est libro XVII. (pag. 387, & seq.) Confer quæ hoc capite habuimus §. 2. & quæ habituri sumus libro III, cap. XI. §. 1.

ADDITIO.

„Ratio naturæ hæc est, quia reparata est inju„ria si tantundem mali passus est.

„f) (EX HORATIO:) Supra §. 2. n. 1.

„g) (ET QUÆDAM MEDIOCRITAS:) Seu pro„portio inter delictum & pœnam.

„h) (ÆSTIMATIONIS NOMINE:) Quia per tan„tundem sit reparatio.

„i) (PAPINIANUS:) *Leg. 41. D. de pœn.*

„k) (ULTRA QUOD VINDICTA PROCEDERE NON „DEBEAT:) Nimirum ultra tantundem, quia tunc „reparata est injuria.

„l) (SED EXPENSO PROPOSITO AC VOTO EJUS „QUI DELIQUIT:) Malitia enim auget delictum, „indeque major erit æstimatio.

„m) (INTRA MERITI VERO MODUM &c. PRO UTILI„TATE:) Utilitas non est norma æstimationis na„turalis, sed sola reparatio injuriæ, emendatio „autem & exemplum pertinent ad fines pœnæ ci„viles, & si ideo vel augentur vel minuuntur pœ„næ, id meri juris positivi est.

„a) (IN MERITO:) Intra cujus modum magis „aut minus peccata puniuntur. *Vid. §. præc. in fin.*

b) (Grot.) (CAUSA QUÆ IMPULIT:) Chrysostomus X. de statuis: *οὐ γὰρ δὴ πᾶν ἁμάρτημα τὴν αὐτὴν φέρει κόλασιν ἀλλὰ τὰ εὐκατόρθωτα μείζονα ἡμῖν ἐπάγει τὴν τιμωρίαν: non enim omnis culpa eandem pœnam meretur, sed graviorem illa quæ facile corrigi potuit.* (Tom. VI pag. 531.) Et in secunda oratione cur obscurum sit vetus testamentum, hinc probat calumniatorem pejorem esse scortatore, fure, homicida. (Tom. VI. pag. 667. *Ed. Savil.*)

„c) (CAUSA QUÆ RETRAHERE DEBUIT:) Vid. „§. 30.

„d) (ET PERSONÆ IDONEITAS:) Vid. §. 31.

„e) (VIX QUISQUAM GRATIS MALUS EST:) Ho„mo enim plerunque peccat ex affectu quodam, „ex spe aliqua commodi, adeoque ex causa quæ „eum impellit. Vid. *Senec. epist. 14. & 69.* & *de* „*benefic. 4, 17. Vellej. Paterc. 2, 22. Quinctil. de.*

clam.

quisquam gratis malus est, aut si quem malitia [f] propter se ipsam delectat, is [g] ultra modum humanum processit. Pars maxima ad peccandum [h] ducuntur affectibus; ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν: *appetitus concipiens parit peccatum.* *Jac. 1, 15.* Appetitus nomine jam & [i] declinandi mali impetum comprehendo, [k] qui maxime est naturalis, ideoque inter appetitus honestissimus. [l] Unde quæ mortis, carceris, doloris, [m] aut summæ egestatis vitandæ causa injuste fiunt, maxime excusabilia videri solent.

2. Et huc illud Demosthenis pertinet: *æquum est, his qui cum divites sint mali sunt, magis irasci, quam his quos egestas impellit: nam apud humanitate utentes judices* [n] *necessitas aliquid adfert veniæ, cum si qui in rerum affluentia injusti sunt, nihil habeant prætexti probabilis.* *Orat. in Steph. 1. p 616. B.* Sic Acarnanas excusat Polybius quod, [o] impendentis periculi respectu, foederis cum Græcis in Aetolos initi leges non implessent. *Lib. 4. c. 30.* Aristoteles ἑκουσίῳ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας, ἡ μὲν γὰρ δι' ἡδονήν, ἡ δὲ διὰ λύπην· καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν· ἡ δὲ ἡδονὴ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ, μᾶλλον δὲ ἑκούσιον: *Ethic. Nicom. III, 15.* *magis voluntaria est incontinentia, quam timiditas: nam illa voluptatis ergo, hæc propter dolorem.* [p] *Dolor autem hominem quasi extra se rapit, naturæ exitium adferens: voluptas nihil tale,* [q] *ideo plus habet voluntarii.* In eundem sensum insignis est [r] locus apud Porphyrium, de non usu animalium libro tertio. *Pag. 291. Ed. Lugd. 1620.*

3.

„clam. 2. *Cic. ad Herenn. 2, 19. & Rhet. 1, 29. pro* „*Rosc. Amer. c. 26. 30, 50. Tesm. h.*

„f) (PROPTER SE IPSAM DELECTAT:) Quales „homines describit *Sallustius Catil. c. 16.*

„g) (ULTRA MODUM HUMANUM:) Non homi„nis, sed dæmonis instar malus est. *Gronov. h.*

„h) (DUCUNTUR AFFECTIBUS:) Spe alicujus „commodi, seu utilitatis.

„i) (DECLINANDI MALI IMPETUM:) Immo „metus mortis, necessitas &c. non semper sunt „causæ, quæ a pœna liberant, si quis enim tali „metu inductus blasphemiam evomit, innocentem „occidit, adulterium committit, vel incestum, „æque reus est: ut minuitur quodammodo æstima„tio injuriæ.

„k) (QUI MAXIME EST NATURALIS, IDEOQUE „INTER APPETITUS HONESTISSIMUS:) Quo mo„do honestissimus dici potest, si ipse actus sua na„tura cum justitia pugnat?

„l) (UNDE QUÆ MORTIS, CARCERIS, DOLORIS „&c. CAUSA INJUSTE FIUNT:) Grotius exem„plum alibi retulit, si quis intermedium innocen„tem, qui fugam impedit, occidit: de quo casu „egimus supra *l. 2. c. 1. §. 4.* Conf. *Curt. l. 6. c. 4.*

„m) (AUT SUMMÆ EGESTATIS VITANDÆ CAU„SA:) Necessitas non tollit injuriam. Vid. *d. l. 2.* „*c. 2. §. 6. seq.*

„n) (NECESSITAS ALIQUID ADFERT VENIÆ:) „Minor est malitia, adeoque minuitur æstimatio „injuriæ, non liberat ab injuria. *Polyb. l. 40. c. 30.*

„o) (IMPENDENTIS PERICULI RESPECTU:) Ad„eoque ex necessitate propriæ defensionis. Vid. „*d. c. 2. §. 6.*

p) (Grot.) (DOLOR AUTEM HOMINEM QUASI EXTRA SE RAPIT:) Vide egregiam comparationem furis & adulteri *Proverb. VI, 30. & seq.*

q) (Grot.) (IDEO PLUS HABET VOLUNTARII:) *Philo* ad decalogum: πάντα μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς πάθη χαλεπά, κινοῦντα καὶ σείοντα αὐτὴν παρὰ φύσιν, καὶ ὑγιαίνειν οὐκ ἐῶντα. χαλεπώτατον δ' ἐπιθυμία: διὸ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστον θύραθεν ἐπεισιὸν καὶ προσπίπτον ἔξωθεν, ἀκούσιον εἶναι δοκεῖ. μόνη δ' αὐτὴ ἐπιθυμία τὴν ἀρχὴν ἐξ ἡμῶν λαμβάνει καὶ ἔστιν ἑκούσιος: *omnes quidem animi perturbationes graves, ut quæ animum extra naturalem statum moveant, sed omnium harum gravissima est cupido. Nam cetera, quia extrinsecus ad nos impetum faciunt, nosque pulsant, videntur velut invitis evenire: at sola cupido, utpote ex nobis intus ortum habens, magis spontis nostræ esse videtur.* (Pag. 764. C.)

r) (Grot.) (LOCUS APUD PORPHYRIUM:) Et

3. [r] Ceteri appetitus ad bonum aliquod tendunt, aut verum, aut imaginabile. [t] Vera bona [u] extra virtutes, & earum actiones, [v] quæ ad peccatum non ducunt (ἀντακολυθῦσι γὰρ αἱ ἀρεταὶ [w] *consentiunt enim virtutes inter se*) sunt [x] aut delectantia, aut delectantium causa [y] quæ utilia vocantur, ut possessionum abundantia. [z] Imaginabilia non autem vere bona sunt, [aa] excellentia supra alios, [bb] quatenus a virtute & utilitate sejungitur, [cc] & vindicta: [dd] quæ quo magis a natura abeunt, eo sunt foediora. [ee] Et hos tres appetitus

1 Johan 2, 16. Ioannes [ff] his vocibus exprimit: ἐπιθυμία σαρκὸς, ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν ἀλαζονεία τῦ βίυ· Primum enim membrum [gg] voluptatum desideria, secundum [hh] habendi cupiditatem, tertium [ii] vanæ gloriæ consectationem & iracundiam complectitur. Philo in decalogi explica-

Pag. 765. E. Cap. 5. tione omnia mala esse dicit ἐξ ἐπιθυμίας ἢ χρημάτων ἢ δόξης ἢ ἡδονῆς. Lactantius libro sexto *virtus est iram cohibere, cupiditatem compescere, libidinem refrænare. Nam fere omnia quæ fiunt injuste atque improprobe, ab his oriuntur affectibus.* Quod & alibi repetit.

§. XXX.

1. [a] Causa, quæ a delinquendo abstrahere debet, [b] generalis est

similis apud *M. Antoninum* de vita sua libro (2. §. 10. *Ed. Gatak.*) ubi iram & cupiditatem inter se confert. *Plutarchus* Romulo: ἡ δὲ κινήσασα τὸν ὑπὸ θυμὸν ἀρχὴ μᾶλλον παραιτεῖται τὸν ὑπὸ μείζονος αἰτίας, ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς χαλεπωτέρας, ἀνατραπέντα: *Commovens animum causa plus excusationis ei præstat, qui ex graviore causa, velut ictu validiore, evertitur.* (Pag. 38. A.)

„s) (CETERI APPETITUS:) Extra impetum de„clinandi malum, mortis, carceris, doloris, aut „summæ egestatis &c.

„t) (VERA BONA &c.) Quæ non consistunt in „imaginatione, sed veram utilitatem delinquenti „afferunt.

„u) (EXTRA VIRTUTES ET EARUM ACTIO„NES:) Agit enim de delictis, eorumque merito: „adeoque excludit vera bona quæ ex virtutum „exercitio oriuntur.

„v) (QUÆ AD PECCATUM NON DUCUNT:) Ad„eoque ubi de delicti merito non quæritur.

„w) (CONSENTIUNT ENIM VIRTUTES INTER „SE:) Hic consensus nihil aliud est, quam justitia „illa universalis adeo inter philosophos celebrata; „de qua vide *Jus* meum *controversum, tit. de ju„stit. & jur. quæst.* 2.

„x) (AUT DELECTANTIA:) Ut in stupro, adul„terio &c.

„y) (QUÆ UTILIA VOCANTUR:) Ut in furto &c.

z) (Grot.) (IMAGINABILIA, NON AUTEM VERA BONA SUNT:) *Seneca* ep. 16. *Naturalia desiderio finita sunt; ex falsa opinione nascentia ubi desinant non habent.* Vide *Chrysostomum* in tractatibus moralibus *ad Rom. VI. ad 2 Cor. IX, 12. ad Ephes. I,* 14.

„aa) (EXCELLENTIA SUPRA ALIOS:) Appetitus „excellendi præ aliis.

„bb) (QUATENUS A VIRTUTE ET UTILITATE „SEJUNGITUR:) Nam ambitio aliquando virtus est. „Vid. *proleg.* §. 43.

„cc) (ET VINDICTA:) Jucunditas illa, quæ ex „vindicta oritur, non est verum bonum.

„dd) (QUÆ QUO MAGIS A NATURA ABEUNT, „EO SUNT FOEDIORA:) Si quis igitur injuriam „alii infert vanæ gloriæ causa, vel ut odium & „vindictam exerceat, hæc non fiunt veri alicujus „boni consequendi causa, indeque eo magis pec„cat.

„ee) (ET HOS TRES APPETITUS:) Qui tendunt „ad bona (1) delectantia, (2) utilia, (3) imaginaria

„ff) (HIS VOCIBUS EXPRIMIT:) *Concupiscentia „carnis, libido oculorum, & fastus vitæ.* 1. *Joh.* „2 *v.* 16.

„gg) (VOLUPTATUM DESIDERIA:) Quæ corpori „jucunditatem afferunt.

„hh) (HABENDI CUPIDITATEM:) Abundanti„am possessionum.

„ii) (VANÆ GLORIÆ CONSECTATIONEM:) Ve„ræ enim gloriæ consectatio summa virtus est. „Vid. *proleg.* §. 43. At, si vana sit illa gloria, in „vitium degenerat. Vid. *Demosthen. in epist. ad „Philipp. Juven. Sat. X. v.* 142. *Senec. epist* 125. „*Statius Sylv. IV,* 4. *Gell. Noct. Att. XIV,* 3. „*Lactant. VI,* 18. *Term. h. tit.* 1. & x.

„a) (CAUSA, QUÆ A DELINQUENDO ABSTRAHERE

eſt injuſtitia. Verſamur enim [c] non in quibusvis peccatis; ſed in iis quæ reſpectum habent extra peccantem. [d] Injuſtitia eo eſt major quo majus alteri damnum infertur. Ideo primum locum obtinent [e] delicta conſummata, poſtremum [f] quæ ad actus aliquos, ſed non ad ultimum proceſſerunt: in quibus tanto quidque eſt gravius, [g] quo ulterius proceſſit. In utrovis genere [h] ea injuſtitia eminet, quæ communem ordinem perturbat, ac proinde plurimis nocet. [i] Sequitur ea quæ ſingulos tangit. [k] Maxima hic eſt, quæ vitam: [l] proxima, quæ familiam, [m] cujus fundamentum eſt matrimonium: [n] poſtrema, quæ res ſingulas expetibiles ſpectat, [o] ſive directe ſubtrahendo, [p] ſive dolo malo cauſam dando damni.

2. [q] Poſſunt hæc ipſa ſubtilius dividi, ſed [r] quem indicavimus, ordinem Deus in Decalogo ſequitus eſt. Nam [s] parentum nomine qui

„HERE DEBET:) Vid. §. *praeced. pr.*

„b) (GENERALIS EST INJUSTITIA:) Jus enim „alterius violare pugnat cum jure naturæ.

„c) (NON IN QUIBUSVIS PECCATIS, SED IN IIS, „QUÆ RESPECTUM HABENT EXTRA PECCANTEM:) „Adeoque quibus jus alterius violatur, de quo re„parando agitur: excludi igitur peccata animi, „ut concupiscentiam, avaritiam &c. quæ legibus „humanis non ſubjacent.

„d) (INJUSTITIA EO EST MAJOR, QUO MAJUS „ALTERI DAMNUM INFERTUR:) Quia eo major „inde oritur reparandi neceſſitas.

„e) (DELICTA CONSUMMATA:) Gravior enim „eſt injuria actu illata & conſummata, ac ea quæ in„choata ſaltem eſt.

„f) (QUÆ AD ACTUS ALIQUOS, SED NON AD „ULTIMUM PROCESSERUNT:) Adeoque ubi minor „eſt injuria, minorque reparandi neceſſitas.

„g) (QUO ULTERIUS PROCESSIT:) Gradus enim „ſunt & injuriæ, & malitiæ, adeoque & pœnæ.

„h) (EA INJUSTITIA EMINET, QUÆ COMMU„NEM ORDINEM PERTURBAT:) Gravior enim eſt „injuria, quæ pluribus fit, quam quæ paucis.

„i) (SEQUITUR EA, QUÆ SINGULOS TANGIT:) „Adeoque quæ non pluribus nocet.

„k) (MAXIMA HIC EST QUÆ VITAM:) Ibi „enim omne jus homini aufertur.

„l) (PROXIMA, QUÆ FAMILIAM:) V. g. ſi uxori „vel liberis fit injuria.

„m) (CUJUS FUNDAMENTUM EST MATRIMO„NIUM:) Uxor enim conſenſu ſuo tranſit in alie„nam familiam, & liberi communi voto pa„rentum aggregantur corpori familiæ: utrique „fiunt participes omnium jurium iſtius corporis: „Paterfamilias igitur, qui eſt caput illius corporis, „jura quoque ei inhærentia defendere & poteſt & „debet. Vid. *Diſſert. proœm. XII.* §. 141, & 145.

„n) (POSTREMA QUÆ RES SINGULAS EXPETI„BILES SPECTAT:) Ubi injuria nec vitæ nec fa„miliæ infertur, ſed res injuria auferuntur.

„o) (SIVE DIRECTE SUBTRAHENDO:) Ut in „furto.

„p) (SIVE DOLO MALO CAUSAM DANDO:) Id „enim quoque malitiæ ſpecies eſt, quia jus alterius „violatur.

„q) (POSSUNT HÆC IPSA SUBTILIUS DIVIDI:) „Tota hæc tractatio ſuperflua, & res citra has „ſubtilitates jure naturæ plana eſt: Ibi enim re„paratio debet fieri injuriæ ſive factis, ſive verbis, „ſive ſcriptis, ſive conſilio illatæ: vid. *Lib 16. pr.* „*D. de pœn.* Augetur autem illa injuria, vel cau„ſa, vel perſona, vel loco, vel tempore, vel quali„tate, vel quantitate, vel eventu: *d. l. 16 §. 2. D.* „*de pœn.* quæ circumſtantiæ cum a facto depen„deant, prudentis judicis arbitrio ipſa natura re„lictæ ſunt.

„r) (QUEM INDICAVIMUS ORDINEM DEUS IN „DECALOGO SEQUUTUS EST:) Ordo Authoris hic „eſt: in pœnis duo ſpectari meritum: §. 28. in „merito examinandam eſſe cauſam quæ a delin„quendo retrahere debuit. Vid. §. 29. *n.* 1. Eam „eſſe injuſtitiam. §. 30. *n.* 1. injuſtitiam eo majo„rem eſſe quo gravius eſt damnum. *d.* §. 30. Ma„jorem eſſe injuſtitiam, quæ conſummata, ea „quæ ſaltem inchoata eſt. *d.* §. 30. Majorem utro„bique eſſe quæ pluribus infertur, quam quæ ſin„gulis: In injuſtitia quæ ſingulos tangit, maxi„mam eſſe quæ vitæ infertur, ſequi eam quæ fa„miliæ, denique quæ rebus. *d.* §. 30. Atque hunc „ordinem ait in Decalogo obſervari.

„s) (PARENTUM NOMINE &c. MAGISTRATUS „PAR EST INTELLIGI:) Uti enim membra fami„liæ patrisfamilias curæ & imperio ſubſunt, ita „ſubditorum perſonæ, res, & jura ad curam ma„giſtratus pertinent.

„t) (QUORUM AUCTORITAS SOCIETATEM HU„MANAM CONTINET:) Cum ſæpius dictum ſit, „non dari ſocietatem humanam, nec aſſeri poteſt „auctoritatem magiſtratuum eam conſervare.

„u) (SE-

qui naturales ſunt magiſtratus, etiam alios rectores par eſt intelligi, [t] quorum auctoritas ſocietatem humanam continet [u] ſequitur interdictio homicidii: deinde [v] matrimonii ſanctio, inhibitis adulteriis: [w] tum furta, & falſimoniæ: loco ultimo [x] delicta inconſummata [y] Inter cauſas autem abſtrahentes non debet poni tantum [z] qualitas ejus, quod directe fit, ſed & ejus, [aa] quod ſecuturum probabile eſt, [bb] ut in incendio & perfoſſo aggere multorum ſummæ calamitates & mortes etiam ſpectandæ ſunt.

3. Ad injuſtitiam, [cc] quam generalem cauſam poſuimus, [dd] interdum & aliud accedit vitium, [ee] puta impietas in parentes, [ff] inhumanitas in propinquos, ingratus animus in beneficos, [gg] quæ augent delictum. Apparet quoque major pravitas. [hh] ſi quis ſæpius deliquit: quia

„u) (SEQUITUR INTERDICTIO HOMICIDII:) Quæ „maxima Authori eſt injuſtitia, qua vitam tollit.

„v) (MATRIMONII SANCTIO, INHIBITIS ADULTERIIS:) Hæc Authori minor eſt injuſtitia, quæ „familiam ſpectat.

„w) (TUM FURTA, ET FALSIMONIÆ:) Quæ „res ſingulas expetibiles ſpectant; illa directo ſubtrahendo, hæ dolo malo cauſam dando damni.

„x) (DELICTA INCONSUMMATA:) Quo refert „concupiſcentiam. Vid. §. 39.

„y) (INTER CAUSAS ABSTRAHENTES:) I. e. quæ „retrahere debuiſſent peccantes. Vid. § 29. *pr.*

„z) (QUALITAS EJUS, QUOD DIRECTE FIT &c.) „Intelligit damnum & incommodum quod actu „datur.

„aa) (QUOD SECUTURUM PROBABILE EST:) Etſi de eo non cogitaverit: Qui enim de actu tenetur etiam tenetur de his quæ illum ex actus „vi ſunt conſecuta. Vid. ſupr. *lib. 2. c. 17. §. 11.* „*ſeq.* ubi late hoc examinavimus.

„bb) (UT IN INCENDIO ET PERFOSSO AGGERE &c.) Si quis igitur ſolius Titii domum voluit incendere, vel ejus ſolius fundum inundare „perfodiendo aggerem, nihilo minus cuique tertio „tenetur, cui ex facto illo injuria facta eſt. Unde ſi pereunt alii homines illo incendio & inundatione; hi quoque caſus in facto illo puniendi „ſunt. Alia exempla propoſuit Author *d. c.* 17. „*§ 12. ſeq.* Add. *l.* 3. *c.* 10. §. 4.

„cc) (QUAM GENERALEM CAUSAM POSUIMUS:) „Quæ ſcilicet a peccando retrahere deberet.

dd) (Grot.) (INTERDUM ET ALIUD ACCEDIT VITIUM:) Vide locum inſignem in Lucæ verbis apud *Xiphilinum* e Dione. [In Editionibus præcedentibus loco vocum illarum, *Lucæ verbis*, poſitum fuerat, *Lucii vita.* Nimirum Editores putaverant ita emendandum locum, quum neſcirent quid ſibi vellet. Hi tamen ſimul monere debuerant, quis ſit ille *Lucius*, ad cujus Vitam, a *Xiphilino* ſcriptam, Auctorem nos amandare voluerunt. Eſt quidem heic mendum, ſed in ſola voce *Lucæ:* quod nos detexiſſe ſperamus. Nimirum in animo habuit Author, quod de *Avidio Caſſio* dicit *Marcus Antoninus* in oratione ad Milites habita, ubi eo atrociorem eſſe ejus rebellionem demonſtrat, quod violaverit jura amicitiæ, *φιλίαν ὑπερβάντα.* Vide reliqua, *pag.* 277. B. C. *Ed. H. Steph.* Senſus ille, ut quivis videt, omnino ad rem, de qua agitur, facit. Author voluerat dicere *in Marci verbis:* ſed incogitantia quadam, orta ex adfinitate nominum familiarium, quibus duo Evangeliſtæ gaudent, vel Author ipſe, vel Exſcriptor, *Lucam* pro *Marco* nobis obtulerunt, ut habent Editiones vivo Authore in lucem emiſſæ, & illa etiam anni 1664. poſt obitum ejus prima *J. B.*]

„ee) (PUTA IMPIETAS IN PARENTES:) Augetur omnino injuria, ſi parentes verberibus excipio, vel convitiis proſcindo.

„ff) (INHUMANITAS IN PROPINQUOS, INGRATUS ANIMUS IN BENEFICOS:) Major enim eſt „malignitas his injuriam inferre, quam extraneis.

„gg) (QUÆ AUGENT DELICTUM:) Nam inter „modos augendi injuriam refertur perſona & qua„litas. *L 16. §. 1. D. de pœn.*

hh) (Grot.) (SI QUIS SÆPIUS DELIQUIT:) *Τὸ μὲν γὰρ ἀγνοῆσαί ποτε τὰ κατὰ τὸν βίον ἐστὶν ἀνθρώπου· τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασι πλεονάκις ἁμαρτάνειν, τέλεον ἐξεστηκότος τοῖς λογισμοῖς· ὅσῳ γὰρ πλείοσιν ἐλαττώμασι περιπεπτώκαμεν, τοσούτῳ μείζονος τιμωρίας ἄξιοι τυχεῖν ὑπάρχομεν: aliquando ignoraſſe quod vita exigat, hominis eſt: at in iiſdem rebus ſæpius aberrare, emotæ eſt mentis: quo enim plura ſunt in quæ incidimus delicta, hoc majorem pœnam commeremur.* (DIOD. SIC. e Lib. XXI. Eclog. 15)

ADDITIO.

„Quia eo major eſt malitia. Vid. *Lib. 1. D. de* „*Abige Senec. de Ira I, c. 16. Quinctil. Declam.* „*248. & 310. Term. h.*

„ii) (QUI

[ii] quia habitus mali actibus sunt pejores. Et hinc intelligi potest quatenus natura aequum sit, quod [kk] apud Persas fiebat, [ll] ut vita anterior simul cum delicto in æstimationem veniret. Id enim locum habere debet in his [mm] quibus, alioqui non malis, subito aliqua peccandi dulcedo subrepsit: [nn] non in his qui totum vitæ genus immutarunt, in quibus ipse Deus apud [oo] Ezechielem nullam se habere ait prioris vitæ rationem; quibusque adeo [pp] Thucydideum illud aptari potest, διπλασίας ζημίας ἄξιοί εἰσιν, ὅτι ἀντ᾽ ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται: *dupliciter poenas merentur, eo quod ex bonis mali facti sunt.* Quod & alibi dixit: ὅτι οὐκ ἐκ προσηκόντων ἁμαρτάνουσι: *quia ipsos peccare minime decebat.*

c. 18. *Lib. 1. c. 86.* *Lib. 3. c. 67.*

4. Itaque optime Christiani veteres [qq] in poenis canonum æstimandis [rr] non nudum delictum voluerunt aspici, sed simul vitæ quod præcessit & quod sequitur; ut ex Ancyrana & aliis synodis videre est. [ss] Sed & lex posita adversus vitium specialem quandam malitiam *Rom. 7. 13.*

„*ii*) (QUI HABITUS MALI ACTIBUS SUNT PEJORES:) Consuetudo peccandi odiosiorem facit „peccantem, quam unicum delictum. *Gron. h.*

„*kk*) (APUD PERSAS:) *Herodot. lib. I, c. 37.*

ll) (Grot.) (UT VITA ANTERIOR SIMUL CUM DELICTO IN ÆSTIMATIONEM VENIRET:) Asinius Pollio: [apud *Senec.* Suasor. VI. paullo ante versus *Corn. Severi.*] *qua major pars vitæ atque ingenii stetit, ex judicandum de homine est.* Cicero pro Sul. *Omnibus in rebus, judices, quæ graviores majoresque sunt, quid quis voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus ejus qui arguitur est ponderandum.* (Cap. 25.)

ADDITIO.

„Hæc circumstantia in ordinatione criminali „Caroli V. non leve indicium facit, vel ad torturam, *Art. 31.* vel ut liberetur ab ea si vitam „ante bene egerit. Egregiam hanc in rem scripsit disputationem B. *Stryk. de vita anteacta.*

„*mm*) (QUIBUS, ALIOQUI NON MALIS, SUBITO &c.) Adeoque qui imbecillitate humana separati, „& præsenti occasione seducti peccant. *Vid. Lactant, l. 6. c. 24.*

„*nn*) (NON IN HIS QUI TOTUM VITÆ GENUS IMMUTARUNT:) Adeoque qui in perpetuum „mali sunt, & ubi omnis emendationis spes consumta est: At unde de eo constat? Ipse Author „dixit, caritatem dictare neminem habendum pro „deplorato, supra §. 7. n. 4.

„*oo*) (EZECHIELEM:) *Cap. 18. v. 24. Si autem „averterit se justus a justitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid vivet? omnes justitiæ „ejus, quas fecit, non recordabuntur.* Et v. 26. „*cum enim averterit se justus a justitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in iis, in injustitia, „quam operatus est, morietur.* Num hæc in vita „civili usum habere possint jam ante dubitavi; „sane soli Deo, qui corda scrutatur, constare potest „totum vitæ genus immutatum esse, & peccantem „in vitæ hoc genere vitioso perseveraturum: Unde „merito ait, *se rationem non habiturum justitiæ „præteritæ:* Sed tota hæc ratio cessat in magistratu, „qui de quovis delinquente emendationem sperare „potest, adeoque huic prodesse vita ante acta ad „mitigandam pœnam debet.

„*pp*) (THUCYDIDEUM:) *L. 1. p.m. 47.* Verba sunt „Sthenelaidæ, Ephori Laconum. Conf. *Lactant. „lib. 6. c. 24.*

„*qq*) (IN POENIS CANONUM:) Quas irrogant „canones conciliorum. *Gronov. h.*

rr) (Grot.) (NON NUDUM DELICTUM VOLUERUNT ASPICI:) *Canon Ancyranus* XXV. *Chrysostomus* ad II ad Corinthios cap. II. ὅθεν μανθάνομεν, ὅτι οὐ δεῖ μόνον πρὸς τὴν φύσιν τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ἕξιν τῶν ἁμαρτανόντων τὴν μετάνοιαν ὁρίζειν: *unde discimus poenitentiæ fines determinandos non sola delictorum natura inspecta, sed & propositi & moris eorum qui peccarunt.* Tom. III. pag. 569. Idem II. de Sacerdotio: οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν παραπτωμάτων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν. ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαιρέσεως: *non enim ad solam mensuram delictorum poena imponenda est, sed & inquirendum quis fuerit ejus qui peccavit animus.* (Tom. VI. pag. 10.)

„*ss*) SED ET LEX POSITA ADVERSUS VITIUM, „SPECIALEM QUANDAM MALITIAM VETERI ADDIT:) Sensus hic esse videtur: Auctor natura„li quoque ratione in æstimandis delictis rationem „haberi debere vitæ ante actæ, dixit n. 3. adeo, „ut augeatur malitia, eoque pœna, si antea pravus „fuerit: *d. n. 3.* Sed & hanc ipsam pravitatem, „posita

De vera relig. c. 6. am veteri superaddit: quod ita docet Augustinus: " *lex probibens omnia delicta congeminat: non enim simplex peccatum est non solum malum, sed etiam vetitum committere.* Ann. 3. c. 54. " Tacitus: *si velis quod nondum vetitum est, timeas ne vetere: ad si probibita impune transscenderis, neque metus ultra, neque pudor est.*

§. XXXI.

1. [a] Personæ aptitudo, [b] aut ad considerandas causas avertentes, [c] aut ad suscipiendos affectus incitantes considerari solet in corporis mixtura, ætate, sexu, educatione, circumstantiis actus. [d] Nam & pueri, & fœminæ, [e] & crassi ingenii homines, maleque educati, [f] justi & injusti, liciti & illiciti discrimina minus habent cognita: & in quibus bilis prævalet [g] iracundi sunt, in quibus sanguis [h] ad venerem proni, tum vero [i] huc juventus, [k] illuc senectus propendet. Paraph. in Ethic. Nicom. Lib. 7. c. 10. p. 414. Andronicus Rhodius Φαίνεται τοίνυν ὅτι ἀπολογίαν τινὰ δίδωσι τοῖς αἰσχροῖς, τὸ πεφυκέναι πρὸς αὐτὰ, καὶ ἀνεκτότερον ποιεῖ τὸ ἔγκλημα: *Videtur factis turpibus* [l] *excusationis aliquid adferre natura, & delictum efficere tolerabilius* [m] Metum accendit mali imminentis cogitatio, [n] & iracundiam

„posita lege canonum speciali, augeri ait, & per „hanc legem specialem superaddi malitiam veteri „statuit *h. n. 4.* quia peccans non solum committit id quod per se malum est, sed & quod præterea speciali lege vetitum est: idque ex *Epistola* „*ad Rom. 7. v.* 13. probat.

tt) (Grot.) (LEX PROHIBENS OMNIA DELICTA CONGEMINAT:) Bene *Chrysostomus:* ἐνταῦθα οὐ μόνον ἰσοτιμίαν δείκνυσι Ἰουδαίου καὶ Ἕλληνος, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸν Ἰουδαῖον βαρύμενον ἀπὸ τῆς τοῦ νόμου δόσεως: *hic non tantum par jus dignitatemque ostendit Judæi & Græci, sed & Judæum hoc ipso prægravari quod legem acceperit.* (Ad Roman. pag. 32, Tom. III.) Deinde: ὁ γὰρ πλείονος ἀπολαύσας τῆς διδασκαλίας, μείζονα ἂν εἴη καὶ τιμωρίαν ἄξιος ὑπομεῖναι παρανομῶν. *Nam qui plus institutionis accepit, is majores etiam legis pœnas meretur.* (Ibid. pag. 30.)

„uu) (TACITUS:) *Annal. lib. 3. c. 54.*

„a) (PERSONÆ APTITUDO:) Author enim dixit, „immerito examinanda venire causam quæ impulit, „causam quæ retrahere debuit, & *personæ idoneitatem* „*ad utrumque.* vid. *§. 29. n. 1.* Aptitudo enim personæ „auget vel minuit delictum, unde minor injuria „est quæ a pueris, a femina, ab iracundo &c. in- „fertur.

„b) (AUT AD CONSIDERANDAS CAUSAS AVER- „TENTES:) Rationes quæ movere debent ne pec- „cetur.

„c) (AUT AD SUSCIPIENDOS AFFECTUS INCI- „TANTES:) Nimirum spem commodi imaginarii, „impetus, iræ, amoris &c:

„d) (NAM ET PUERI &c.) Ob defectum judi- „cii, & imbecillitem sexus, pueri & feminæ minus „apti sunt ad considerandum delicti gravitatem, „& minus idonei resistendi affectibus qui ad de- „linquendum incitant.

„e) (ET CRASSI INGENII HOMINES, MALEQUE „EDUCATI:) Unde Prætor quoque nonnunquam „veniam dat hominum rusticitati. *L. 2. §. 1. D. Si* „*quis in jus voc. L. 7. §. 4. D. de jurisdict. l. 1. §.* „*5. D. de edend.*

„f) (JUSTI ET INJUSTI DISCRIMINA MINUS „HABENT COGNITA:) Adeoque minor est mali- „tia, eoque minor injuria.

„g) (IRACUNDI SUNT:) Adeoque leviora sunt „ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quam „ea quæ meditata & præparata inferuntur. *Cic.* „*1. de offic.* Conf. *Philo de special. legib. Plato de leg.* „*l. 9. Aristol. Nicomach. 7. c. 8. Guttirez. pract.* „*qu. 2. n. 11. & 12. Carpzov. qu. 47. n. 42. & p.* „*3. qu.* 145.

„h) (AD VENEREM PRONI:) Furore amoris ni- „hil est vehementius. *Nov. 74. c.* 4 De Tiberio, „Paullinæ pudicitiam vindicante, ait *Zonoras annal.* „1. *Mundum in exsilium egit, pœnam graviorem ob* „*amoris vim clementia moderatus.*

„i) (HUC JUVENTUS:) Aut Deus aut lapis est „qui non juveniliter ardet.

„k) (ILLUC SENECTUS:) Prona senectus est ad „iracundiam.

„l) (EXCUSATIONIS ALIQUID ADFERRE NATU- „RA:) Quæ homini tale ingenium ad iram, amo- „rem &c. proclive dedit.

„m) (METUM ACCENDIT MALI IMMINENTIS „COGITATIO:) Adeoque minus est malum quod „metu

diam recens ac necdum ſedatus dolor, [o] ita ut rationem audiri vix ſinant: ſuntque [p] illorum affectuum delicta merito minus odioſa quam quæ ex voluptatis naſcuntur deſiderio, [q] quod & minus efficaciter movet, & differri [r] & aliam ſibi materiam ſine injuria quærere facilius poteſt. Ariſtoteles Nicomachiorum ſeptimo: Ὁ θυμὸς φυσικώτερον καὶ ἡ χαλεπότης τῶν ἐπιθυμιῶν τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῶν μὴ ἀναγκαίων: *Magis naturale ira & acerbitas quam cupiditas eorum quæ modum excedunt minimeque ſunt neceſſaria.* Nic. 7. 7.

2. Omnino enim illud tenendum eſt, [s] quo animi eligentis judicium magis impeditur, quoque magis naturalibus cauſis, eo quod delinquitur minoris eſſe. [t] Ariſtoteles dicto libro: μᾶλλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμεν, ὅστις μὴ ἐπιθυμῶν ἢ ἠρέμα διώκει τὰς ὑπερβολὰς καὶ φεύγει μετρίας λύπας, ἢ τοιοῦτον ὅστις διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν σφόδρα. τί γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιεν εἰ προσγένοιτο ἐπιθυμία νεανικὴ καὶ περὶ τὰς ἀναγκαίων ἐνδείας λύπη ἰσχυρά: *Minus temperantem dicimus hunc, qui a motu concupiſcente aut non tentatus, aut leviter tentatus quærit enormes voluptates, aut mediocria incommoda defugit, eo qui vehementi affectu percellitur. Nam quid idem ille facturus fuiſſe putandus eſt, ſi adfuiſſet juvenilis quædam perturbatio animi, aut gravis dolor ex penuria eorum quibus negatis natura doleat?* Qui cum convenit illud Antiphanis, Cap. 6.

> [u] *Qui cum ſit opulens nequiter quicquam facit.*
> *Hunc, ſi eſſet pauper, quid non facturum putas?* *Apud Stobæum tit. 2.*

Et

„metu committitur, & juſtior eſt metus in pueris „ac feminis, quam in aliis: quatenus metus excu„ſet a delicto, tractat *Carpzov. crim. p.* 1. *qu.* 18. „*n.* 9.

„*n*) (ET IRACUNDIAM RECENS &c.) Non ergo „ira videtur factum, adeoque nec excuſationem „meretur, quod interveniente mora fit. *Lev.* 2, 56. „*Senec. de ira l.* 2. *c.* 28.

„*o*) (ITA UT RATIONEM AUDIRI VIX SINANT:) „Ideo minor eſt injuria, non vero deſinit eſſe in„juria. *Cic. ad Herenn.* 2, 16.

„*p*) (ILLORUM AFFECTUUM DELICTA MERITO „MINUS ODIOSA &c.) Non enim tam ex propoſito, „quam impetu affectus veniunt.

„*q*) (QUOD ET MINUS EFFICACITER MOVET:) „Deſiderium voluptatis non tam acres habet ſti„mulos, nec tam brevia tempora, & laxiorem ma„teriam cupidinis ſedandæ, quam dolor & iracun„dia. *Gron. h.*

r) (Grot.) (ET ALIAM SIBI MATERIAM SINE INJURIA QUÆRERE FACILIUS POTEST:) Chryſoſtomus ad Galatas: ἡ ἐπιθυμία μίξιν ἐπιζητεῖ μόνον, οὐ τοιάνδε μίξιν *cupido concubitum tantum quærit, non hujus aut illius concubitum.* (Tom. III. pag. 753.) Tertullianus libro II. ad uxorem: *Non quamo grandis eſt continentia carnis quæ viduitati miniſtrat, tanto, ſi non ſuſtineatur, ignoſcibile videri poteſt. difficilium enim facilis eſt venia. Quanto autem nubere in Domino perpetrabile eſt uti noſtræ poteſtatis, tanto culpabilius eſt non obſervare quod poſſit.* (Cap. 1.) & mox, *quanto poteſtas vitandi fuit, tanto contumacia crimine oneratur.* (Cap 3.) Adde *M. Antoninum*, loco modo indicato, ubi Theophraſto auctore utitur.

„*s*) (QUO ANIMI ELIGENTIS JUDICIUM MAGIS „IMPEDITUR:) I. e. quo violentior eſt ſtimulus, „inprimis naturæ, ut ut corruptæ, eo minus pec„catur.

„*t*)(ARISTOTELES DICTO LIBRO:) *Nicomach.* 7. „*cap.* 6.

u) (Grot.) (QUI CUM SIT OPULENS NEQUITER QUICQUAM FACIT:) *Chryſoſtomus* de providentia IV [Immo V. pag. 878. Tom. VI.] ὥστε ὅταν ἴδῃς τὸν πλουτοῦντα ἀδικοῦντα, πλεονεκτοῦντα, ἁρπάζοντα, διὰ τοῦτο μάλιστα αὐτὸν στέναζον, ἐπειδὰν πλούσιος ὢν ταῦτα ποιεῖ. μείζονα γὰρ δίδωσι τιμωρίαν: *quare ubi divitem videris injuſtum, avarum, rapacem, hoc magis eum miſerere, quod talia dives faciat. Ob id ipſum enim punietur gravius.*

„*v*) (ET QUÆ IN SENUM AMORES:) Merito „increpatur ſenilis amor, quia impetus & affectus

„in

[v] Et quæ in senum amores passim in comœdiis legimus. [w] Ex his igitur causis æstimandum meritum intra quod pœna consistere debeat.

§. XXXII.

1. Tenendum autem est quod [a] Pythagorici dicebant, justitiam esse [b] τὸ ἀντιπεπονθὸς, id est, parem passionem in pœnis, [c] id non ita accipi debere quasi qui alteri nocuit deliberato, & sine causis culpam valde minuentibus, tantundem nocumenti nec amplius ferre debeat. Id enim non ita esse ipsa lex, [d] quæ legum omnium perfectissimum Exod. 22 1. exemplar est, ostendit, cum furta [e] quadruplo aut quintuplo vult lui. Et lege Attica fur, [f] ultra dupli condemnationem, per dies aliquot vinctus habebatur, ut [g] Domesthenes in Timocratem nos docet, *Leges*, inquit Ambrosius, *ea quæ detracta sunt alicui* [h] *cum inju-* Pag. 476. C. Offic. 3. 3. *ria personæ aut rei ipsius* [i] *cumulo restitui imperant, quo furem a detrahendo aut poena deterreant,* [k] *aut mulcta revocent.* Aristides Tom. II pag. 133 C. Leuctrica secunda τοῖς ἐν δικαστηρίοις ἐπεξιοῦσι τοῖς ἀδικήσασι μείζονα ἢ καθ' ἃ πεπόνθασι δέδοται περὶ τῶν νόμων εἰς τιμωρίας λόγον: *His qui judicio illatas sibi injurias persequuntur* [l] *majores leges permittunt pro vindicta exigere, quam quæ ipsis acciderant:* [m] Seneca de judicio post hanc vitam:

scelera taxantur modo
Majore nostra

2.

„in senibus tantus non est, adeoque amor senibus „excusandi causam non præbet. Conf. *Iuven. sat.* „10. *v.* 208. *Ovid.* 1. *amor.* 9, *pr.*

„w) (EX HIS IGITUR CAUSIS ÆSTIMANDUM MERITUM:) Nimirum ex causis quæ vel impellunt, „vel ex quibus retrahi agens debuit, vel ob per„sonæ idoneitatem. §. 29. *pr.* Equidem erudita „præcedens est disputatio, & legi merentur quæ pro„lixe admodum tractavit Author, sed non opus „fuisset tam operose rem exponere quæ paucissi„mis regulis absolvitur: simplicissimum hac in re „est jus naturæ, quod exposuimus §. *praced. n.* 2.

„(AD §. XXXII.) Author ait, pœnam talionis „non in eo consistere ut præcise tantundem præ„stetur, sed posse delictum etiam majoris æstimari; „exemplo furti, ubi quadruplum pœnæ loco solvi „debet: quod ex disputatione B. Parentis *de* „*sacrosancto talionis jure* illustravimus supra *p.* 459.

„a) (PYTHAGORICI:) *Dict. disp.* §. 4.

b) (Grot.) (Τὸ ἀντιπεπονθὸς:) Ταυτοπάθεια *Harmenopulo.* (Prompt. Lib. 1. Tit. 2. §. 34.)

„c) (ID NON ACCIPI DEBERE:) Immo id omni„no ita accipi debet, nam si *tantundem* passus est „naturaliter injuria reparata est: At id non impe„dit quo minus jure civili pœnæ ad exemplum &c. „exigi possint. & tunc pœnæ hæ talionem „excedentes sunt mere positivæ, Vid. supr. §. 1.

„d) (QUÆ LEGUM OMNIUM PERFECTISSIMUM „EXEMPLAR EST:) Legem Mosis intelligit: de „cujus auctoritate egit *l.* 1. *c.* 1. §. 17.

„e) (QUADRUPLO:) *Exod. XXII. pr.*

f) (Grot.) (ULTRA DUPLI CONDEMNATIONEM:) Alludit huc locus *Apoc.* XVIII, 6. *Reddite duplum* Hercules Minyas, qui a Thebanis sine jure tributum extorserant, duplum coëgit ejus tributi pendere Thebanis. *Apollodorus* lib. II. (c. 3. §. 2.)

„g) (DEMOSTHENES IN TIMOCRATEM:) Add. „*Gell.* 11, 18. 20, 1.

„h) (CUM INJURIA PERSONÆ:) Si v. g. res mo„bilis vi rapitur, *tot. tit. ff. de vi bon. rapt.*

„i) (CUMULO:) Per duplum, triplum &c.

„k) (AUT MULCTA) In pecunia, vel patrimonio. „*Gronov. h.*

„l) (MAIORA LEGES PERMITTUNT PRO VINDI„CTA EXIGERE:) Adeoque pœna quæ ultra talio„nem exigitur a lege est, eoque mere civilis.

„m) (SENECA:) in *Herc. fur. v.* 746. Immo „Seneca loquitur de pœnis regibus & magistrati„bus apud inferos inferendis, & ait, graviores „fore illas quam pœnas privatorum: ut pro„inde locus Senecæ id, quod Author vult, non „probet: neque ibi legitur *nostra*, Sed *vestra.*

n) (Grot.) (APUD INDOS:) Apud Indorum alios

furtum

2. [n] Apud Indos, ut Strabo notat, qui quem mutilasset, [o] supra *Lib. 15.*
talionem, [p] manu truncabatur. Et in Magnis Moralibus quæ Ari- *p. 710.*
stotelis nomen præferunt legimus: ȣ δίκαιον εἰ τις τόν ὀφθαλμὸν ἐξέκοψέ, *Lib. 1. c.*
τινος ἀντεκκοπῆναι μόνον, ἀλλὰ πλείονα παθεῖν: *Justum est si quis oculum al-* *34.*
teri effoderit, non tantundem modo [q] sed & amplius patiatur. [r] Nec enim æquum est ut par sit periculum innocentis & nocentis, ut recte ostendit [s] Philo, quo loco de homicidii pœna tractat. Atque hoc inde quoque æstimari potest, quod delicta quædam [t] non consummata [u] & ideo consummatis minora, [v] nocumentum infligant par cogitato, quod in lege Hebræa [w] de falso teste proditum, & in le- *Deut.*
ge Romana de eo qui hominis occidendi causa cum telo ambulavit. *19. 19.*
Cui consequens est ut perfectis criminibus [y] major respondeat pœna, [z] sed quia morte nihil est gravius, [aa] eaque iterari non potest, ut Philo notat dicto loco, [bb] ideo intra eam necessario consistitur, [cc] ad- *Pag.*
ditis tamen interdum pro merito cruciatibus. *789. E.*

§. XXXIII.

Pœnæ autem magnitudo non tantum nude spectatur, [a] sed cum re-

furtum morte punitum notavit *Nicolaus Damascenus.*

„o) (SUPRA TALIONEM:) I. e. ultra ruptionem „membri, adeoque ultra id quod tantundem est.

„p) (MANU TRUNCABATUR:) Hoc mere civile „est.

„q) (SED ET AMPLIUS:) Pœnæ enim lege ci„vili variis ex causis exasperari possunt.

„r) (NEC ENIM ÆQUUM EST UT PAR SIT PE„RICULUM:) Debet nociturus gravius timere da„mnum quam dare instituit innocenti, ut sic quo„que absterreatur. *Gronov. h.*

s) (Grot.) (PHILO:) Secundo de legibus specialibus, (*pag.* 789, *& seq.*)

t) (Grot.) (NON CONSUMMATA, ET IDEO CONSUMMATIS MINORA:) Plinius de leone: *Vulneratus observatione mira percussorem novit, & in quantalibet multitudine appetit. Eum vero qui telum quidem miserit, sed tamen non vulneraverit, correptum raptatumque sternit, nec vulnerat,* (Hist. Nat. VIII. 16.)

„u) (ET IDEO CONSUMMATIS MINORA?) Vid. „supra §. 36.

„v) (NOCUMENTUM INFLIGANT PAR COGITA„TO:) Immo pro cogitato pœna non infertur, sed „si ad aliquos actus externos, uti in casu Autho„ris, cogitatio processit, pœna infligitur juxta „mensuram injuriæ, non cogitatæ sed actu il„latæ.

w) (Grot.) (DE FALSO TESTE PRODITUM:) Et de eo qui uxorem stupri insimulavit, ut dotem lucraretur. *Deut.* XXII, 19. Et de eo qui cæteroqui ex causa injusta aliquem in judicium deduxerit, alienum sibi vindicans. *Exod.* XXII, 9.

ADDITIO.

„Ibi delictum consummatum est, nec pro co„gitato pœna infligitur, sed pro injuria facta: te„stis enim, qui invocato nomine divino falsum „dicit, non tantum blasphemiæ reus est, sed & „actu suo vitioso causa est ut jus alterius violetur.

„x) (ET IN LEGE ROMANA:) *Leg. 1. D ad „leg. Cornel. de Sicar.* Hic quoque securitas, quæ „cuique hominum debetur, actu violatur.

„y) (MAJOR RESPONDEAT POENA:) Hoc ve„rum, at intra regulas talionis.

„z) (SED QUIA MORTE NIHIL EST GRAVIUS:) „Post mortem enim homo nihil mali amplius pati „potest.

„aa) (EAQUE ITERARI NON POTEST:) Semel „enim homo tantum moritur.

„bb) (IDEO INTRA EAM NECESSARIO CONSI„STITUR:) Quia præter mortem gravior pœna „non datur.

„cc) (ADDITIS TAMEN INTERDUM PRO MERI„TO CRUCIATIBUS:) Si enim homicidia plura quis „commisit, si præterea spoliavit occisum &c. hæc „quoque in æstimationem delicti naturali ratione „venire debent, & ideo pœna mortis etiam natu„rali ratione per alios cruciatus exasperari potest.

„a) (SED CUM RESPECTO AD PATIENTEM:) „Personæ diversitas diversam quoque facit quanti„tatem injuriæ & pœnæ. *L. 15. D. negot gest. leg. „6 pr. D. ad leg. Jul. pecul.*

„b) (NAM MULCTA EADEM PAUPEREM ONE-

respectu ad patientem. [b] Nam mulcta eadem pauperem onerabit, divitem non onerabit: [c] & vili ignominia leve erit malum, honorato grave: [d] quo genere diversitatis sæpe utitur lex Romana: unde [e] harmonicam proportionem exstruxit Bodinus, cum tamen revera [f] simplex hic sit & qualis in numeris æqualitas, [g] meriti ad pœnam, [h] sicut in contractibus mercis ad nummos, [i] quanquam alibi merx eadem plus alibi minus valet, itemque nummi. [k] At fatendum, sæpe in lege Romana id non fieri ἄνει προσωποληψίας, id est sine nimio per-

Lib. 6. de Rep. c. ult.

„RAPIT:) Scilicet in pœnis pecuniariis. Vid. *Mar-„cellinus* 15, 3.

„c) (ET VILI IGNOMINIA LEVE ERIT MA-„LUM:) Eadem igitur pœna ignominiosa onera-„bit virum honestioris conditionis, vilem non „onerabit, neque enim ignominia grave est ma-„lum ei qui famam non habet, vel non curat.

„d) (QUO GENERE DIVERSITATIS SÆPE UTI-„TUR LEX ROMANA:) Ita enim sacrilegii pœnam „Proconsul pro qualitate personæ statuit. *d l. 6. pr.* „alia exempla sunt in *l. 1. §. 5. D. ad leg. Cornel.* „*de sicar. L. 12. D. de incend. ruin naufrag. l. 45.* „*D. de injur. l. 11. D. de sepulcr. viol. l. 1. D. de* „*abig. l. 1. de fur. baln. Vid. Gronov. h.*

„e) (HARMONICAM PROPORTIONEM:) I. e. geo-„metricam.

„f) (SIMPLEX HIC SIT ET QUALIS IN NUME-„RIS ÆQUALITAS:) Adeoque proportio arithme-„tica. Vid. *supra* §.2.

„g) (MERITI AD POENAM:) Tantundem enim „mali pati debet, prævia justa æstimatione, quan-„tum mali fecit.

„h) (SICUT IN CONTRACTIBUS MERCIS AD „NUMMOS:) Mala hæc est comparatio: nam in-„ter nummum & mercem natura nulla est pro-„portio, sed ea dependet a sola indigentia & vo-„luntate hominis, uti id late probavimus supra c. „12. §.14. At inter delictum & pœnam ipsa natura „certam proportionem i. e. talionem constituit.

„i) (QUANQUAM ALIBI MERX EADEM PLUS, „ALIBI MINUS VALET, ITEMQUE NUMMI:) Hoc „non est ex proportione inter mercem & num-„mum, sed ex indigentia & voluntate hominum, „adeoque ex permissione juris: at æstimatio pœ-„narum est ex jure præceptivo, ibi enim tantun-„dem mali pati necessario debet qui malum fecit.

k) (AT FATENDUM, SÆPE IN LEGE ROMANA ID NON FIERI:) Author erronee incusat leges Romanas alicujus respectus personarum. Hic enim duplex est: *alius* quo ratio habetur ejus quod revera in homine jus facit, quæ προσωποληψία non tantum licite observatur, sed & observari debet: ita enim injuria quæ ab infante & furioso infertur, non est injuria; & magis excusatur femina in delictis ob judicii imbecillitatem. &c. *Alius* est quando uterque æquali jure est, & propter affectum, metum, aliasque causas privatas æqualitas illa tollitur, & unus alteri præfertur.

In *priori* specie inæqualitas rei ipsi inest, adeoque si inæqualiter jus tribuitur, jure id fit, & hic personarum respectus naturalis est, fatente ipso Authore §. *31.* At in *posteriori* specie quod utrique æqualiter debetur inæqualiter tribui absque injuria nequit. Hic respectus personis jure non inest, sed potius æqualitas, quæ in personis est, tollitur, & alter injuria præfertur. Talem autem προσωποληψίαν jure Romano admitti verum non est.

ADDITIO.

„Gronovius exempla quædam adducit, ubi re-„spectus ille personarum nimium extendi videtur: „(1) in *l. 1. §. 5. D. ad leg. Cornel. de Sicar.* re-„legatur in perpetuum maritus occidens uxorem „in adulterio deprehensam, si humiliori loco na-„tus est; si in aliqua dignitate sit constitutus ad „tempus, At hic nihil iniqui subest: major enim „est injuria violatio thori ejus qui in dignitate „constitutus est; adeoque is minus peccat si inju-„riam hanc vindicat & excedit, quam is qui vi-„lioris est conditionis, adeoque ubi dignitas thori „quoque minor est; hic ergo, si excedit in vindi-„cta, magis peccat. (2) In *l. 12. D. de inc. ruin.* „*naufr.* is qui data opera in civitate incendium „fecit bestiis objici solet si humiliori loco natus, „si in aliquo gradu natus est capite plecti-„tur. Pœna enim prior ideo statui debebat, quia „facilius ad tale crimen feruntur homines vilioris „conditionis, adeoque graviori exemplo ad eos „deterrendos opus est. (3) In *l. 45. D. de injur.* „de injuria extra ordinem ex causa & persona sta-„tui solet: Illi enim qui vilioris sunt conditio-„nis fustibus subjiciuntur, cæteri vel exsilio tem-„porali, vel interdictione certæ rei. Sed neque „hic aliquid iniqui subest: maxima enim pœna est „viro honoratiori ob crimen a civitate expelli, ex-„cludi ab omni dignitatum spe, & a consortio „cordatorum virorum, ubi æstimari quoque de-„bet necessitas derelinquendi familiam, bona, & „alia patriæ commoda: Quid vero curat homo „vilioris conditionis civitatem ubi nihil proprii „habet, ubi manibus victum quærere tenetur, & „ubi propter vilitatem a spe dignitatis obtinendæ „excluditur: Talis igitur homo vix injuriæ suæ „pœnam feret si in exsilium mitteretur. (4) Ita „sepulcrum violantes, si honestiores sunt, de-„portantur; viliores capite plectuntur. *leg. 1. D.* „*de sepulc. viol.* (5) In crimine abigeatus qui ho-„nestiori loco nati sunt, relegantur, aut moven-„tur ordine; viliores ad metalla damnantur, vel gla-

„dio

personarum & qualitatum ad factum non pertinentium respectu, [l] a quo vitio longissime semper abest lex Mosis. Et hæc quidem, ut diximus, [m] intrinseca est pœnæ taxatio.

§. XXXIV.

Sed [a] intra concessum modum ad minimum [b] ducit caritas ejus qui punitur, [c] nisi plurium justior caritas aliud suadeat [d] ob causam extrinsecam, quæ interdum est [e] ingens periculum ab eo qui deliquit, plerumque autem [f] necessitas exempli. [g] Ea autem nasci solet [h] ex generalibus invitamentis ad peccandum, quæ reprimi nisi acribus remediis nequeunt. Invitamenta autem præcipua sunt, [i] consuetudo [k] & facilitas.

§. XXXV.

[a] Ob facilitatem lex divina Hebræis data gravius punit furtum [b] de pascuo quam de domo, Exod. XXII, 1. & 9. Iustinus de Scythis: *Nul-* Lib. 2. c. 2.

„dio puniuntur. *l. 1. §. 3. D. de abig.* (6) Fures „balnearii qui armis se defendunt, si honestioris „conditionis sunt relegantur, si vilioris ad metalla condemnantur. *l. 1. D. de fur. baln.* In his „omnibus casibus merito leges distinguunt inter „personas honoratiores & viliores, & de eodem „delicto diversas, & quidem in vilioribus graviores „pœnas statuunt, quia vili igoominia, exsilium &c. „leve est malum; honorato grave: adeoque gravior pœna vilioribus infligi naturali quoque æstimatione debet.

„*l*) (A QUO VITIO LONGISSIME SEMPER ABEST LEX MOSIS:) Respectus personarum, qui „naturali æstimatione inest hominibus, & inæqualitatem aliquam constituit, a legibus abesse „non potest, nec a legibus Mosis abest. Exemplo filiarum Leviticarum, quæ scortatores igne „concremantur.

„*m*) (INTRINSECA EST POENÆ TAXATIO:) „Quia tantundem mali præcise infligitur nocenti „quantum fecit, per justam æstimationem.

„*a*) (INTRA CONCESSUM MODUM:) Si scilicet „in arbitrio punientis est pœnam exigere vel non „exigere: Nam si omnino exigenda est, caritas „illa locum non habet. Vid. §. 23.

„*b*) (DUCIT CARITAS EJUS QUI PUNITUR:) „Author ait caritatem semper ducere ad eam pœnam quæ minor est, nisi intersit reipublicæ majorem eligi, v. g. ad exemplum aliorum: At jam „supra diximus, pœnam, qua vel injuria alii illata „vindicatur, vel quæ jure naturæ statuta est, remitti non posse, nec caritati hic locum esse. Vid. „§. 21. *seq.*

„*c*) (NISI PLURIMUM JUSTIOR CARITAS ALIUD SUADEAT:) Vid. supr. §. 12. *n.* 2. & §. 22. „*n.* 2.

„*d*) (OB CAUSAM EXTRINSECAM:) Quia forte „utilitas publica id exigit.

„*e*) (INGENS PERICULUM AB EO QUI DELIQUIT:) Si forte incorrigibilis est. Vid. sup. §. 7.

„*f*) (NECESSITAS EXEMPLI:) Vid supr. §. 9.

„*g*) (EA AUTEM:) Scilicet causa illa extrinseca.

„*h*) (EX GENERALIBUS INVITAMENTIS AD PECCANDUM:) Si occasio frequens, & crimen commune sit.

„*i*) (CONSUETUDO:) Si plures ejusmodi habitum vitiosum contraxere.

„*k*) (ET FACILITAS:) I. e. facilis peccandi occasio, tunc enim eo major terror requiritur: „atque hinc est, quod furta domestica, incestus „&c. gravius puniantur.

„*a*) (OB FACILITATEM LEX DIVINA GRAVIUS „PUNIT FURTUM DE PASCUO &c.) Fur enim „qui rem depositam de domo aufert, duplum solum restituit, qui vero bovem vel ovem de pascuo furatur, quintuplum & quadruplum. *Exod.* „*XXII. v. 1.*

„Mirum videri potest, cur bove furato quintuplum, ove vero ablata quadruplum saltem restituatur; ratio videtur posita in penuria ovium. „Nam apud Athenienses quoque surrepti bovis pœna suprema erat restitutio triginta boum, cum „pœna surreptæ ovis esset duarum ovium, eaque „ratio diserte additur apud *Gell. lib. 11. c. 1.* Equidem apud Hebræos hæc ratio vix valere potest, „cum præcipua eorum professio fuerit cultura „ovium. Conf. *Rivet. ad d. Exod. 22.*

b) (Grot.) (DE PASCUO QUAM DE DOMO:) Vide Maimonidem Directore III, 41. *Cicero* pro Sexto Roscio Amerino: *atque ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur.* (Cap. 40.)

[c] *Nullum scelus apud eos furto gravius, quippe sine tecto munimentoque pecora & armenta habentibus quid salvum esset, si furari liceret?* Simile illud in Aristotelis problematis sectione XXIX. ὁ νομοθέτης οὐχ ἱκανοὺς ὄντας ἡγησάμενος εἶναι φύλακας τὸν νόμον αὐτοῖς ἐπέστησεν. *Legis auctor cum sciret* [d] *illis in locis dominos res suas custodire non posse,* [e] *custodem legem addit* [f] Consuetudo facti etsi aliquid detrahit de culpa (*non sine ratione veniam dedit*, inquit Plinius, *facto vetito quidem, non tamen innsitato*) pœnæ tamen acrimoniam ex aliqua parte

Lib 4. Ep. 9. flagitat: quoniam ut [g] Saturninus loquitur, *nimium multis grassantibus opus exemplo est.* Sed [h] in judiciis magis illud, [i] in legibus hoc sequendum est, [k] ratione habita temporis quo leges aut judicia feruntur: [l] quia pœnæ utilitas magis in universalitate spectatur circa quam sunt leges: [m] culpa autem major aut minor est in singulis.

L. 16. §. 10. D. de pœnis.

§. XXXVI.

1. Quod autem [a] diximus, [b] ubi magnæ urgentesque causæ cessant, ad minuendam potius pœnam promptos nos esse debere, in eo [c] clementiæ pars altera sita est; nam [d] priorem in tollenda pœna collocavimus: *Quia difficile est temperamentum* [e] inquit Seneca, *quid*

L. 1. de Cl. c. 2.

„c) (NULLUM SCELUS APUD EOS FURTO GRAVIUS:) Ibi igitur major caritas, nimirum securitas publica, requirit ut ob facilitatem delicti pœna augeatur: at id meri juris civilis est.

d) (Grot.) (ILLIS IN LOCIS:) In balneis morte plectebantur Athenis fures balnearii, si æstimatio esset major decem drachmis. *Demosthenes* contra Timocratem. Adde l. 1. D. *de furibus balneariis.* [Lex *Solonis* exstat pag. 476. C. Orationis Demosthenicæ: sed in illa agitur tantum de iis qui furabantur in Gymnasiis aut Portubus. Diximus plura in notis Gallicis. *J. B.*]

„e) (CUSTODEM LEGEM ADDIDIT:) I. e. pœnam lege statutam: id ergo ex mera dispositione juris civilis est.

„f) (CONSUETUDO FACTI ETSI ALIQUID DETRAHIT DE CULPA:) Inter causas externas, quæ majorem pœnam efflagitant, præter facilitatem hic refertur consuetudo facti, i. e. ubi aliquod vitium velut in publicos mores abiit.

„g) (SATURNINUS:) *Leg.* 16. §. 10. *D. de pœn.*

„h) (IN JUDICIIS MAGIS ILLUD SEQUENDUM EST:) Ut mitigetur, scilicet, pœna si peccatum est usitatum: quia judex legem, ut ut generalem, applicare debet ad facta singula, in quibus vel major vel minor gradus culpæ occurrit.

„i) (IN LEGIBUS HOC SEQUENDUM EST:) Nimirum ut augeatur pœna ob delicti consuetudinem: rationem addit, quia lex in genere fertur etiam de ultimo malitiæ gradu.

„k) (RATIONE HABITA TEMPORIS, QUO LEGES AUT JUDICIA FERUNTUR:) Legislator enim dum legem fert, rationem habet ejus temporis quo legem statuit, judex vero judicat juxta circumstantias ejus temporis quo sententiam profert.

„l) (QUIA POENAE UTILITAS MAGIS IN UNIVERSALITATE SPECTATUR:) Nam ad omnes casus respicit, adeoque & de ultimo quoque culpæ gradu statuit, & statuere debet.

„m) (CULPA AUTEM MAJOR AUT MINOR EST IN SINGULIS:) Unde judicis est moderari leges, & applicare eas ad singula facta.

„a) (DIXIMUS:) Vid. §. 34.

„b) (UBI MAGNÆ URGENTESQUE CAUSÆ CESSANT:) I. e. ubi plurium justior caritas majorem pœnam non suadet. *d.* §. 34.

„c) (CLEMENTIÆ PARS ALTERA:) De prima clementiæ parte egit §. 22. *n.* 2.

„d) (PRIOREM IN TOLLENDA POENA COLLOCAVIMUS:) Si scilicet fines pœnarum vel necessarii non sunt, aut alii fines ex opposito occurrunt non minus utiles, aut alii fines pœnæ propositi alia via obtineri possunt. §. 22. *n.* 1. & §. 25. *seq.*

„e) (INQUIT SENECA:) Loquitur hic de pœnis civilibus, quas magistratus in totum remittere, „nedum

quidquid æquo plus futurum est in partem humaniorem præponderet. Alibi: *pœnam si tuto poterit, donet; sin minus, temperet.* Et apud Diodorum Siculum laudatur rex Ægyptius, quod imponeret τιμωρίας ἐλάττους τῆς ἀξίας, [f] *supplicia meritis minora.* De M. Antonino Capitolinus: *erat mos iste Antonino, ut omnia crimina* [g] *minore supplicio, quam legibus plecti solerent, puniret.* Isæus quoque orator dixit, oportere [h] leges quidem constitui rigidas, sed [i] pœnas exigi legibus mitiores. Et Isocratis & monitum τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων. *ut pœnæ* [k] *infligantur infra peccati modum;*

Ibid. c. 2c. Biblioth l. 70. Cap. 24. Ad Nicocl. p. 19. D. Ed. H. Steph.

2. [l] Augustinus comitem Marcellinum sic admonet sui officii: *mihi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum severitate esse plectendos,* [m] *ut qualia fecerunt talia patiantur, ideoque his literis obtestor fidem tuam, quam habes in Christo per ipsius Domini nostri misericordiam, ut hoc non facias, nec omnino fieri permittas.* Cujus est & hoc: *Sic etiam ipsos criminum ultores, atque in hoc officio non ira propria concitatos, sed legum ministros, nec suarum sed alienarum examinatarum injuriarum vindices, quales judices esse debent, terruit divina censura, ut cogitarent propter sua peccata misericordiam Dei necessariam,* [n] *nec putarent ad culpam officii sui pertinere, siquid erga eos misericorditer agerent, quorum vitæ necisque haberent legitimam potestatem.*

§.

„nedum mitigare potest.

f) (Grot.) (SUPPLICIA MERITIS MINORA:) Justin. II. Hunnis scribens, Ῥωμαίοισ ἔνεςι μὴ ἀντιτιθέναι τὰς τιμωρίας ἰσοῤῥόπους τοῖς πλημμελήμασι. *Romanis mos hic est, non irrogare pœnas pares peccantium merito.* [In *Eclogis Legationum*, ex *Menandro Protectore*, pag. 131. *Ed. Hæschel.* ubi *Justinus* non *scribit Hunnis*, sed præsens loquitur Legatis *Bajani* Regis *Avarum.* J. B.]

„*g*) (MINORE SUPPLICIO, QUAM LEGIBUS &c.) „Adeoque loquitur de pœnis civilibus.

„*h*) (LEGES QUIDEM CONSTITUI RIGIDAS:) „Quia leges etiam in extremum malitiæ gradum „constituuntur. §. 35. *in fin.*

i) (Grot.) (POENAS EXIGI LEGIBUS MITIORES:) Hoc sibi volebat Henricus Imperator symbolo mali Punici, cum dicto: *Subacre.* Rex Theodoricus apud *Cassiodorum* XI, 40. *Qui periculose justi sumus, sub securitate semper ignoscimus.*

ADDITIO.

„Quia culpa in singulis major aut minor est. „*d.* §. 35.

„k) (INFRA PECCATI MODUM:) Si scilicet peccatum saltim contra leges civiles committitur, „nam si contra jus naturæ peccatur, præcise talio „requiritur.

l) (Grot.) (AUGUSTINUS:) Epistola CLIX. quæ citatur c. Circumcelliones, 1. *causa* XXIII. *quæst.* V. Vide si placet, ad *Augustinum* eundem epistolam *Macedonii*, & eam quæ respondet *Augustinus* numeris LIII. & LIV. Adde de Theodosio juniore quæ sunt in excerptis *Johannis Antiocheni* ex manuscripto *Peiresci*, (pag. 850.) *Macedonius* ad *Augustinum: officium sacerdotis est, intervenire pro reis.*

„*m*) (UT QUALIA FECERUNT, TALIA PATIANTUR:) Augustinus improbat crassam & barba„ram illam talionem de qua vide *supra* § 1, *pag.* 448. „& ideo hortatur Marcellinum, ne eam exerceat, nec „omnino fieri permittat.

„*n*) (NEC PUTARENT AD CULPAM OFFICII SUI „PERTINERE SI QUID ERGA EOS MISERICORDI„TER AGERENT:) Loquitur de illis judicibus, qui „*ira propria concitati* pœnas infligunt, non amo„re justitiæ, sed quia voluptatem ex pœna capi„piunt: hoc merito improbat.

„*a*) (SPERAMUS NIHIL A NOBIS PRÆTERMIS„SUM:) Quam infeliciter Auctor hanc materiam „tractaverit, & quam parum vera juris naturæ „principia intellexerit, in singulis paragraphis o„stendimus.

 b)(Grot.

§. XXXVII.

[a] Speramus nihil a nobis prætermiſſum, quod ad hujus argumenti ſatis difficilis & obſcuri cognitionem magnopere faciat: nam quatuor illa quæ [b] Maimonides maxime ait ſpectari in pœnis, [c] magnitudinem peccati, id eſt damni, [d] frequentiam talium peccatorum, [e] quantitatem concupiſcentiæ, [f] & operis facilitatem, [g] ad ſua loca retulimus, nec minus illa ſeptem [h] quæ confuſe ſatis in pœnis conſiderat Saturninus. Nam perſona ejus qui fecit ad [i] aptitudinem illam judicandi maxime pertinet, [k] & perſona ejus qui patitur interdum aliquid confert ad æſtimandum culpæ magnitudinem. [l] Locus injuſtitiæ culpam aliquam addere ſolet peculiarem, [m] aut etiam ad facilitatem operis pertinere. [n] Tempus ut diuturnum eſt aut breve, ita libertatem judicandi auget aut minuit, interdum & pravitatem animi

L. Aut facta 16. §. 1. D. de pæn.

b) (Grot.) (MAIMONIDES;) Lib. III. directoris, c. 41. Confer c. Sicut dignum, 6. *de homicidio voluntario vel caſuali.*

„c) (MAGNITUDINEM PECCATI, i. e. DAMNI:) Vid. ſupr. §. 30. *n. 1.*

„d) (FREQUENTIAM:) Vid ſupr. §. 34. 35.

„e) (QUANTITATEM CONCUPISCENTIÆ:) Vid. ſup. §. 29. & 31.

„f) (ET OPERIS FACILITATEM:) Vid. ſupr. *§. 34. & ſeq.*

„g) (AD SUA LOCA RETULIMUS:) Scilicet ad cauſas, quæ vel impellunt, vel retrahere debent, vel ad perſonæ idoneitatem. Vid. *§. 29. n. 1.*

„h) (QUÆ CONFUSE SATIS IN POENIS CONSIDERAT SATURNINUS:) Immo recte Saturninus in *l. 16. D. de pœn.* ait, in pœnis conſiderandum eſſe (1) *cauſam*, quæ in certis perſonis poteſt eſſe licita, in aliis illicita, (2) *perſonam*, ut aliter puniantur liberi, aliter ſervi &c. (3) *locum*, ut gravior ſit pœna delicti in templo & curia Principis commiſſi, (4) *tempus*, ut in furem nocturnum plus liceat, quam in diurnum, (5) *qualitatem*, ut furta cum effractione conjuncta gravius puniantur, (6) *quantitatem*, qua abigeus a fure diſcernitur, (7) *eventum*, ut delictum non conſummatum mitius puniatur, quam conſummatum.

„Quæ hic traduntur clara & facilia ſunt, nec ullam confuſionem ſapiunt: & omnia, quæ tam late Author tractat, ad hæc principia referri poſſunt.

„i) (APTITUDINEM:) De qua §. 31.

„k) (ET PERSONA EJUS QUI PATITUR INTERDUM ALIQUID CONFERT AD ÆSTIMANDAM &c.) Sic major eſt injuria, quæ parentibus & magiſtratibus infertur, quam quæ aliis. *vid. §. 30. n. 3. & not. ad §. 33.*

l) (Grot.) (LOCUS INJUSTITIÆ CULPAM ALIQUAM ADDERE SOLET PECULIAREM:) Philo lib. 1, de legibus ſpecialibus: *ὀ γὰρ ταυτὸν πατρὶ καὶ ἀλλοτρίῳ πληγὰς ἐμφορῆσαι, οὐδὲ ἄρχοντ' ἢ ἰδιώτην κακῶς εἰπεῖν, οὐδὲ ἐργάζεσθαί τι τῶν μὴ ἐφιεμένων ἐν βεβήλοις ἢ ἱεροῖς χωρίοις οὐδὲ ἐν ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι καὶ δημοτελέσι θυσίαις. non idem eſt patri & extraneo inferre violentas manus: nec idem magiſtratui & privato maledicere: nec illicitum aliquid patrare in loco profano & ſacro, in die feſto, in conventu, in ſacris publicis.* (Pag. 805. E.) Cum his convenit quod ex Labeone adfert Ulpianus l. prætore dixit, 7. in fine D. de injuriis. *Perſonâ atrocior injuria fit, ut cum magiſtratui, cum parenti, patrono fiat; tempore, ſi ludis & in conſpectu. nam populi Romani in conſpectu an in ſolitudine injuria facta ſit, multum intereſſe ait.* [In hac lege laudanda Author tacite ſequitur emendationem rectam (quidquid dicat, perpetuus obtrectator *Gul. Fornerius*, Select. 1, 21. & poſt eum alii præjudiciis obcæcati) Summ. CUJACII, qui pro *Prætoris in conſpectu*, legendum cenſuit, *Populi Romani in conſpectu* erroremque ex ſiglis ortum demonſtravit. *J. B*]

ADDITIO.

„Ratio augmenti conſiſtit in eo, quod gravior ſit injuria quæ in loco ſacro vel publico committitur, quia major ſecuritas eſſe debet in illis locis, qui ſanctimoniam quandam inferunt. *leg. 16. §. 4. D. de pœn.*

„m) (AUT ETIAM AD FACILITATEM OPERIS PERTINERE:) Facilitas peccandi quo modo ad pœnam incitet explicavit ſupra §. 35.

„n) (TEMPUS:) Ratio hujus augmenti non conſiſtit in libertate judicandi vel majori vel minori, nedum in pravitate animi; ſed in periculo quod a fure nocturno imminet: quæ ratio meri juris poſitivi eſt, adeoque proprie ad cauſas augendi pœnas naturales non pertinet.

„o) (QUALITAS:) Sane major eſt malitia ejus qui furto violentiam jungit; & major fit injuria

mi ostendit. [o] Qualitas [p] partim ad genera appetituum refertur, [q] partim ad causas quæ abstrahere a peccando debebant. [r] Quantitas quoque ad appetitum referenda est. [s] Eventus ad causas abstrahentes.

§. XXXVIII.

[a] Solere pœnæ expetendæ causa bella suscipi [b] & supra ostendimus, [c] & passim docent historiæ: [d] ac plerumque hæc causa cum altera de damno reparando conjuncta est, quando idem actus [e] & vitiosus fuit & damnum re ipsa intulit, [f] ex quibus duabus qualitatibus duæ diversæ nascuntur obligationes. [g] Non esse autem bella suscipienda ob delicta quævis satis constat, [h] nam ne leges quidem suam illam ultionem, [i] quæ tuto nec nisi nocentibus nocet, omnibus culpis impendunt. Recte, ut modo diximus, Sopater oportere ait, [k] ea quæ minora & vulgaria sunt delicta dissimulari, non vindicari.

§. XXXIX.

„ei cui & res auferuntur, simulque ædes effringuntur.

„p) (PARTIM AD GENERA APPETITUUM:) De „quibus §. 29.

„q)(PARTIM AD CAUSAS,QUÆ ABSTAHERE &c.) „Vid. §. 37.

„r) (QUANTITAS QUOQUE AD APPETITUM:) „Male, sed ad causas quæ abstrahere deberent: „quia Author eo refert injustitiam *qua eo major* „*est, quo majus alteri damnum infertur.* Vid. §. „30. *n.* 1.

„s) (EVENTUS AD CAUSAS ABSTRAHENTES:) „Major enim injuria est consummata. *d.* §. 30. *n.* 1.

„a) (SOLERE POENÆ EXPETENDÆ CAUSA BELLA SUSCIPI:) Cum enim Deus cuique hominum „jura quædam propria esse voluerit, simul con„cessit media defendendi illa jura contra quoscun„que qui ea turbant vel auferunt: Idque fit du„plici modo, (1) per actiones in judicio instituen„das, si reus superiorem habet:. (2) per bellum, si „superior deficit. Atque hæc bella si pœnam per„quuntur dicuntur Authori punitiva.

„b) (ET SUPRA OSTENDIMUS:) Vid. *l.* 2. *c.* 1. „§ 2. & supra §. 1.

„c) (ET PASSIM DOCENT HISTORIÆ:) Hæ do„cent, gentes ad talionem obtinendam bella ges„sisse.

„d) (AC PLERUMQUE HÆC CAUSA CUM AL„TERA DE DAMNO REPARANDO CONJUNCTA EST:) „Aliquando sola esse potest; uti David injuriam „legatis illatam bello vindicavit.

„e) (ET VITIOSUS FUIT, ET DAMNUM RE IPSA „INTULIT:) Adeoque ubi non tantum alii ex fa„cto meo aliquid abest, sed & ubi injuria ei citra „damnum illata, & jus ejus læsum est.

„f) (EX QUIBUS DUABUS QUALITATIBUS DUÆ „DIVERSÆ NASCUNTUR OBLIGATIONES:) Altera „enim est rei persecutoria, & tendit ad repara„tionem ejus, quod e patrimonio nobis abest: ne„que hactenus inspicitur, an facto alterius licito „an illicito nobis id absit. Altera tendit ad repa„rationem injuriæ, id est ad pœnam, & semper „supponit factum illicitum.

„g) (NON ESSE AUTEM BELLA SUSCIPIENDA „OB DELICTA QUÆVIS CONSTAT:) Immo jure „naturæ quævis injuria nobis illata bello vindicari „potest; eodem modo uti quamvis injuriam nobis „illatam actione injuriarum vindicare possumus. „Neque alter, qui læsit, de injuria queri potest.

„h) (NAM NE LEGES QUIDEM SUAM ILLAM „ULTIONEM &c. OMNIBUS CULPIS IMPENDUNT:) „Non valet argumentum a legibus ad jura belli: „Nam legibus obligantur subditi vi pacti; (Unde „leges sponsiones totius civitatis dicuntur in *l.* 2. „*ff. de Legibus*) si proinde leges in quibusdam „casibus ob utilitatem publicam remittunt pœnam, „id valet ex consensu; in bellis autem jus naturæ „obtinet, quo quamvis injuriam armis vindicare „possum: an vero intersit, hoc ad rationes politi„cas, & an pium sit, ad jura Dei pertinet. „Id certum est, læso non fieri injuriam, nec ha„ctenus contra jura hominii quæsita agi.

„i) (QUÆ TUTO NEC NISI NOCENTIBUS NO„CET:) Sensus est, quod cum leges aliquando dis„simulent injuriam & pœnam, etsi hæc tuto atque „sine periculo exigi possit, & non nisi nocentibus „noceat: multo magis a bello abstinendum esse, „quia ibi nec tuto quis vindictam sumit, cum alea „belli ipsi læso exitiosa esse possit; nec solis no„centibus ibi noceatur, quia & subditi nocentis „pœnam simul ferunt.

„k) (EA, QUÆ MINORA ET VULGARIA SUNT

§. XXXIX.

i. Illud autem quod in oratione pro Rhodiensibus a Catone dictum fuit, [a] non esse æquum pœnas quemquam dare ob eam rem quod arguatur male facere voluisse, suo quidem loco non male erat positum, quia [b] nullum populi Rhodiensis decretum adferri poterat, [c] sed animi fluctuantis conjecturæ: [d] universaliter autem hoc recipiendum non est. [e] Nam voluntas quæ ad externos actus processit [f] (internos enim ab hominibus non puniri supra diximus) pœnis solet esse obnoxia. [g] Seneca pater in Controversiis: *Scelera quoque, quamvis [h] citra exitum subsederunt, puniuntur. Injuriam qui facturus est jam facit*, [i] ait alter Seneca. Non exitus rerum sed [k] consilia legibus vindicari Cicero dixit pro Milone. [l] Periandri dictum erat: *μὴ μόνον τὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ τὺς μέλλοντας κόλαζε.* [m] Sic Romani censent bellum ineundum cum Rege Perseo, nisi satisfaciat de consiliis belli parandi adversus populum Romanum initis, quia scili-

Gell. l. 7. c. 3.

De Ira l. 1. c. 3.

Cap. 7.

„DELICTA DISSIMULARI, NON VINDICARI:) „Legislatores injuriam sibi illatam dissimulare „omnino possunt, neque de eo quæritur: sed „alia quæstio est an dissimulare debeant? Hoc „merito negamus, neque Sopater id asserit. Res „hæc consilii & prudentiæ est.

„a) (NON ESSE ÆQUUM POENAS QUEMQUAM „DARE &c. QUOD ARGUATUR MALE FACERE „VOLUISSE:) Cogitationis enim pœnam nemo „patitur. Conf. *l.* 2. *c.* 1. §. 5. Add. supr. §. 18.

„b) (NULLUM POPULI RHODIENSIS DECRETUM „ADFERRI POTERAT:) Adeoque certo non con„stabat Rhodios bellum contra Romanos medi„tatos esse.

„c) (SED ANIMI FLUCTUANTIS CONJECTURÆ:) „Dubii utrum Romanas, an Persei Macedonis „partes sequerentur. *Gronov. h.*

„d) (UNIVERSALITER AUTEM HOC RECIPIENDUM „NON EST:) Regula ergo est, actus internos pu„niri non posse, etiamsi casu aliquo ad notitiam „aliorum pervenerint. Vid. supra §. 18.

„e) (NAM VOLUNTAS QUÆ AD EXTERNOS „ACTUS PROCESSIT, &C. POENIS SOLET ESSE OB„NOXIA:) Actu enim injuria facta est, etsi non „consummata. *d.* §. 18.

„f) (INTERNOS ENIM AB HOMINIBUS NON PU„NIRI, SUPRA DIXIMUS:) *d.* §. 18. & *l.* 2. *c.* 4. §. 2.

g) (Grot.) (SENECA PATER:) Excerptorum IV, 7.

„h) (CITRA EXITUM SUBSEDERUNT:) Adeoque „quæ inchoata, non consummata sunt.

i) (Grot.) (AIT ALTER SENECA:) Et de beneficiis libro V, c. 14. *Latro est etiam antequam manus inquinet: quia ad occidendum jam armatus est, & habet spoliandi atque interficiendi voluntatem.* *Philo* in primo [immo *secundo* libro, pag. 790. C.] de specialibus legibus: *ἀνδροφόνυς χρὴ νομίζειν ὐ τὺς κτείνοντας αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὺς πάντα δρῶντας εἰς τ' ἀνελεῖν, ἢ φανερῶς ἢ λάθρα, κἂν μὴ τὸ ἀδίκημα ὦσιν εἰργασμένοι, homicidas existimari oportet non eos solum qui vitam adimunt, sed & eos qui omnia faciunt palam aut clam ut quenquam interimant, etiamsi facinus ipsum nondum commiserint.*

k) (Grot.) (CONSILIA LEGIBUS VINDICARI:) *Valerius Maximus* de Cn. Sergio Silo damnato ob nummos matrifamiliæ promissos: *non factum tunc sed animus in quæstionem deductus est, plusque voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit.* (Lib. VI. Cap. 1. num. 8.)

„l) (PERIANDRI DICTUM ERAT:) *Non peccan„tes modo, sed & peccaturos castiga.*

„m) (SIC ROMANI CENSENT BELLUM INEUN„DUM CUM REGE PERSEO &c.) Immo non ideo „Perseo bellum indictum fuit, quod consilia belli „parandi adversus Romanos ceperit, sed vera causa „erat, quod Perseus socios Romanorum violasset, „contra fœdus: Denunciabat enim Eumenes Per„gamorum rex, eum Abrupolim socium atque „amicum Romanorum regno expulisse; Artaba„tum, itidem socium & amicum Romanorum, in„terfecisse; Eversam & Callicratum, quod facta „ejus Romam delaturos minarentur, tollendos cu„rasse; &c. Dolopiæ bellum intulisse; Thessaliam „& Doridem cum exercitu pervasisse. *Liv. l. 42. „c.* 13. Atque hinc legati ad Perseum missi pete„bant reddi *sibi* res, *sociisque suis*, quas contra jus „fœderis habeat: *d. l. 42. c. 25.* Perseus non ne„gabat factum, sed causabatur fœdus a patre ictum „ad se non pertinere. *d. c.* 25. Et cum exercitus „Romanus appropinquaret, Perseus declaravit se „de injuriis, si quas *sociis* factas quererentur, sa„tisfacturum esse. *ibid. c. 36.* Unde & Marcus in „colloquio, quod cum Perseo habuit, non præ-

„para-

licet arma, milites, classem jam comparaverat. [n] Atque hoc ipsum in Rhodiensium oratione apud Livium recte notatur: neque moribus, neque legibus ullius civitatis ita comparatum esse ut siquis vellet inimicum perire, si nihil fecerit quo id fiat, capitis damnetur. *Livius l. 42. c. 10. Lib. 45. c. 24.*

2. [o] Sed nec omnis perversa voluntas, facto jam aliquo indicata pœnæ facit locum. Nam [p] si ne perpetrata quidem peccata omnia vindicantur, [q] multo minus cogitata ac coepta. In multis locum habet quod Cicero dicit: *haud scio* [r] *an satis sit eum qui lacesserit injuriæ suæ poenitere.* Lex Hebræis data adversum pleraque delicta [s] inchoata contra pietatem, [t] aut etiam contra hominis vitam extra judicium, nihil speciale constituit: quia & circa res divinas utpote [u] nobis inconspicuas [v] facilis est error: & [w] iracundiæ impetus non indignus est cui ignoscatur. *1. De Offic. c. 3*

3. Cæterum in tanta matrimoniorum copia alienas nuptias attentare, aut in tam æquabili possessionum divisione fraudem struere

qua,

„parationes bellicas, quas Anthor supponit, sed „alias rationes allegavit, quod fœdus violaverit, „*socios* Romanorum bello invaserit &c. Eumenem insidiis, legatos Romanos veneno occidere „voluerit. *ibid. c.* 41.

„n) (ATQUE HOC IPSUM IN RHODIENSIUM ORATIONE:) Nimirum quod interni actus puniri „non debeant. Sane Rhodii in nullum actum ex„ternum processere; neque causam Persei fovebant, sed sua auctoritate bellum se finiturum „spondebant. *Liv. L.* 44. *c.* 29. Unde pacificandi „causa legatos & Romam, & in castra misere. „*ibid. c.* 14. & *c.* 35. Equidem negari nequit su„perbius egisse Rhodios, & pacem Romanis quasi „mandasse, addendo minas, *Rhodios consideraturos* „*esse quid sibi faciendum esset adversus eos, per* „*quos stetit quo minus belli finis fieret. d. c.* 14. „Negari quoque nequit, in Senatu acriter dispu„tatum fuisse an bello petendi sint, affirmante id „M. Juventio Falna; negantibus M. Antonio & „M. Pomponio, Tribunis plebis, *d. l.* 45. *c.* 21. „Cum vero ad populum rogatio fieret, *vellent ju*„*berentne Rhodiis bellum indici?* tandem conclu„sum fuit, ut Rhodii nec hostes fierent, nec socii „permanerent. *d. l.* 45. *c.* 25.

„o) (SED NEC OMNIS PERVERSA VOLUNTAS, „FACTO JAM ALIQUO INDICATA:) Si in„juria vere eo facto illata sit, pœnæ locus est: „etsi aliquando dissimulari soleat, quod consum„mata non fuit injuria: Utrumque egregie expli„cat *Cassiodorus* Varior. *l.* 2 *deberemus celatores de*„*putare pecunia non modica pœna percellere, qui in* „*tali causa nostram munificentiam fraudaverunt,* „*sed affuit moderatrix &c. Sufficiat nobis cupidi*„*tatem non implesse quod voluit.*

„p) (SI NE PERPETRATA QUIDEM PECCATA „OMNIA VINDICANTUR:) Fluit hoc ex illo errore „quo Author putat vindicari non posse injuriam, „nisi id utile sit. Vid. supr. §. 4. Nos sæpius jam „diximus, reparari debere injuriam, flagitante id „læso, etsi nulla inde utilitas in læsum redundet: „quanquam generosius agat, si vindictam remittit.

„q) (MULTO MINUS COGITATA AC COEPTA:) „De cogitatis id verum est, de cœptis autem id „negamus si injuria vere inchoata est, tantun„dem enim mali justa æstimatione pati debet.

„r) (AN SATIS SIT, EUM QUI LACESSERIT „INJURIÆ SUÆ POENITERE:) Pœnitentia non im„pedit quo minus tantundem mali pati debeat is „qui mali aliquid fecit, quanquam mitigari pœna „civilis ideo quandoque soleat. Vid. supr. §. 11, *n.* „1. 2.

„s) (INCHOATA CONTRA PIETATEM:) Si quis „aliquid præparaverit, aut in antecessum fecerit „tanquam idola culturus. *Gronov. h.* Requiritur, „igitur actualis idololatria.

„t) (AUT ETIAM CONTRA HOMINIS VITAM „EXTRA JUDICIUM:) Si quis ex repentino impetu „iræ, non animo deliberato, vitam alicujus pe„tierit, qui impetus intentantem frustratus sit. „*Gronov. h.*

„u) (NOBIS INCONSPICUAS:) Quæ maximam „partem in animo & sententia consistunt, eoque „difficile est quenquam de altero, ut circa eas ani„matus sit, judicare. *Gron. h.*

„v) (FACILIS EST ERROR:) Adeoque & facile „contra pietatem peccare potest: de quo plenius „infra §. 48.

„w) (IRACUNDIÆ IMPETUS:) Quo magis enim „alicujus impeditur judicium, eo minus est deli„ctum. Vid. §. 31, *n.* 1.

qua cum aliena jactura se quis locupletet, [x] minime erat ferendum. Nam illud, non concupisces, quod in Decalogo est, quanquam [y] si scopum spectes legis, id est τὸ πνευματικὸν latius patet, [z] (vellet enim lex, omnes etiam mente esse purissimos) tamen [aa] ipsum præceptum externum, εντολὴν σαρκικὴν quod attinet, [bb] ad motus animi pertinet qui facto produntur, quod aperte liquet ex Marco Evangelista qui idem illud præceptum extulit, [cc] μὴ ἀποστερήσῃς [dd] idque cum jam ante posuisset, μὴ κλέψῃς, Atque eo sensu [ee] vox Hebræa & ei respondens Græca reperiuntur tum [ff] Mich: II, 2. tum alibi.

4. [gg] Inchoata ergo delicta armis vindicanda non sunt, nisi & res sit gravis, & eo processum sit ut ex tali actu [hh] certum malum, etsi nondum illud quod intendebatur, secutum jam sit, [ii] aut certe ingens periculum, [kk] ita ut vindicatio aut conjuncta sit cum cautione futuræ noxæ,

„x) (MINIME ERAT FERENDUM:) Author le„gem decalogi, *non concupisces* sive rem sive uxo„rem alterius, refert ad actus internos; Sed „ubi voluntas ad actus externos processit, per „tactus lascivos, per litteras, domesticos cor„rumpendo &c. idque probat ex interpretatione „Evangelistæ *Marc. 10. v. 19.* ubi idem illud, præ„ceptum allegatur per verba, *μὴ ἀποστερήσῃς*, id „est, *injuriam non facies, neminem privabis jure* „*suo:* adeoque concupiscentia uxoris alienæ deno„tat omnes actus lascivos cum aliena uxore extra „adulterium, uti conatus stuprandi &c. tactus la„scivi &c. nam his quoque modis actu injuria „infertur & marito & uxori: Sic porro *concu*„*piscentia* rei alienæ indigitat omne factum illi„citum, quo rem alienam suam facere vult extra „furtum. Hs consequenter is, qui ex falsis do„cumentis rem alienam tanquam suam vindicat, vel „sententia judicis iniqua, aut corruptione adhibita, eam obtinet, lege præsenti id facere prohibetur.

„Cæterum notandum est, peccatum hujus con„cupiscentiæ non consistere in eo, *quod in tanta* „*matrimoniorum copia alienas nuptias attentare,* „*aut in tam æquabili possessionem divisione rei alienæ* „*fraudem struere, ferri non debeat:* Sed vera ratio „est, quod vere jus alienum lædatur, dum mores „uxoris corrumpit, falsum testatur, injuria judi„cis vincit, &c.

„y) (SI SCOPUM SPECTES LEGIS &c. LATIUS „PATET:) Ita ut & actus internos, & vitiosos „prohibeat: Equidem lex Mosis omnino prohi„bet *internos* quoque actus, at eos non punit. Ad„eoque merito asserimus, scopum Mosis legislato„ris unicum fuisse actus externos puniendi.

z) (Grot.) (VELLET ENIM LEX, OMNES ETIAM MENTE ESSE QUAM PURISSIMOS:) *Chrysostomus* ad Rom. III, 13. & ad caput VII. multa habet in hanc rem.

ADDITIO.

„Nos alibi probavimus, Legislatores non exclu„dere mentis puritatem a suis legibus, idque ex „legibus Mosis & Romanorum demonstravimus „supra *L. 1 c. 2. §. 6. n. 4* At pœnis non coërcent eos, qui „actus justitiæ peragunt non ex mentis puritate, „sed forte metu pœnæ &c. Conf. *Diss. proœm.* „*II.* §. 44.

„*aa*) (IPSUM PRÆCEPTUM EXTERNUM:) Solus „scopus legis est actus externos punire.

„*bb*) (AD MOTUS ANIMI PERTINET QUI FA„CTO PRODUNTUR:) Adeoque ubi non cogitatio„nes puniuntur, sed injuria actu illo externo com„missa.

„*cc*) (μὴ ἀποστερήσῃς:) *Ne damno adficias:* „hoc proinde aliud & diversum est præceptum ab „eo, quod antea jam statutum erat *μὴ κλέψῃς,* „*non furaberis:* ut proinde sensus sit, quod nec „furto, nec alio quovis modo damno quis affici „debeat.

„*dd*) (IDQUE CUM JAM ANTE POSUISSET:) „Adeoque posterior formula intelligi debet de „omni acquisitione illicita rei alienæ extra ejus „ablationem.

„*ee*) (VOX HEBRÆA:) Vide Cocceji Lexicon „voce עשׁק.

„*ff*) (MICH. II. 2.) Vulgata ita vertit, *& con*„*cupierunt agros, & violenter tulerunt.*

„*gg*) (INCHOATA ERGO DELICTA ARMIS VIN„DICANDA NON SUNT, NISI ET RES SIT GRAVIS:) „Immo si levissima sit injuria, & alter eam repara„re nolit, bello locus est, nec de injuria queri potest.

„*hh*) (CERTUM MALUM SECUTUM JAM SIT:) „Si enim jus alterius violatum non est, deficit in„juria, eoque cessat reparatio.

„*ii*) (AUT CERTE INGENS PERICULUM:) Hoc „casu injuria actu facta est, dum securitas aliquæ„sita violatur.

„kk) (ITA UT VINDICATIO AUT CONJUNCTA „SIT CUM CAUTIONE FUTURÆ NOXÆ:) Ut scl. „caveat ne in futurum noceat. Conf. *l. 2, c. 1.* „*§. 2. & §. 17. l. 2. c. 2. §. 13. n. 4.*

ll) (IN

noxæ, (de qua ſupra egimus [ll] in capite de defenſione) [mm] aut dignitatem læſam tueatur, [nn] aut pernicioſo exemplo occurrat.

§. XL.

„ll) (IN CAPITE DE DEFENSIONE:) *d. l. 2. c* „1. §. 2. & 17.

„mm) (AUT DIGNITATEM LÆSAM TUEA-„TUR:) Tunc non eſt injuria inchoata ſed per-„fecta, quia hic ipſe actus, quo dignitas læditur, „verum delictum eſt.

„nn) (AUT PERNICIOSO EXEMPLO OCCURRAT:) „Ut alii inde tuti ſint, vel alii deterreantur: At „hic finis pœnarum eſt mere civilis.

(AD §. XL.) Quæritur, an Princeps injuriam non ſibi, ſed aliis illatam vindicere poſſit? Auctor id affirmat ſi jus naturæ aut gentium immaniter violatum ſit: uti ſi gens quædam impia eſt in parentes, ſi veſcuntur carne humana, ſi ſunt piratæ, aut ſodomitici criminis rei: vid. §. 40. ubi tamen tres adhibet cautiones §. 41. 42. & 43. Item ſi athei ſunt, qui vel Deum negant, vel ejus providentiam §. 44. *ſeq.* vel ſi irreverenter de Deo ſentiunt §. 51. Non ſi Chriſtianam religionem, nedum ſi certam religionis ſectam amplecti reſpuunt. §. 49, & 50.

Nos in genere regulam ſtatuimus, eum qui læſus non eſt reparationem petere, & bellum ideo alii inferre non poſſe, quia ubi non eſt læſio, ibi quoque non eſt injuria, adeoque nec reparandi neceſſitas: Nedum ergo pœnæ nomine aliquid exigi poteſt; quia pœnæ tantum infliguntur a ſuperiore, gens autem alia ſuperior non eſt.

Exc. (I) Si cauſa hominum communis ſit, uti ſi gens quædam ſolvat vel offendat ſocietatem humanam, & violet ſecuritatem communem hominum, vel dignitatem naturæ humanæ: Etenim ſi (a) jus hominibus commune aufertur ſingulis injuria fit, adeoque unusquisque de ejus reparatione agere poteſt, quodlibet membrum illius ſocietatis læditur, indeque ſingulis jus eſt injuriam illam vindicandi. Sed & (b) jus hominum commune ſub tutela quoque generis humani eſt; Neque diviſo humano genere officium hoc ſublatum eſt, aut tolli potuit: nam diviſio illa facta eſt ſalvo jure gentium, ejusque cuſtodia, non enim diviſere homines ut minus, ſed ut magis gentes tutæ eſſent: Licet igitur (c) noſtri cives læſi non ſint, neque v. g. piratæ in noſtros cives ſæviant, tamen periculum commune eſt, & ad noſtros quoque cives ſpectat, imo ſecuritas quæ toti humano generi competit, violatur. Unde (d) merito laudantur Hercules, Theſeus, & alii heroes antiquitatis, quod monſtris liberaverint terras ſcelera puniendo. Vid. §. *h. n. 2.*

Atque huc jam pertinent crimina ab Auctore allegata, inprimis (1) *anthropophagia:* cujus prohibitionem ex iisdem rationibus probamus, quibus jus ſepulturæ ſupra adſtruximus. Nam (a) auferretur jus humanitatis, quod homines humare jubet: (b) nemo in hominem & quidquid hominis eſt jus habet, cum corpus hominis non ſit res ad uſum hominum condita, ſed pars hominis, cujus cauſſa omnes res conditæ ſunt: Etſi vero (c) pars humani corporis, ut ſanguis poſt venæ ſectionem, projici poſſit & ſoleat; ex eo non ſequitur totum corpus ita projici poſſe, quia ſanguis ille non eſt pars neceſſaria ſed ſuperflua corporis, perinde ut ungues, capilli, & excrementa; in his partibus nulla hæret ſanctimonia, nullus eis ineſt horror aut abominatio, quia ibi ceſſat dignitatis humanæ memoria, quæ in ſolo corpore ſupereſt. Præterea credimus bello peti poſſe (2) gentes quæ ſepulturam denegant. *Vid. ſupr. c.* 19. *§. ſ.* (3) quæ conſcientiam ſubditorum cogunt *Vid. c.* 25. *§.* 8 (4) quæ armis illicitis utuntur. vid. *Diſp. noſtr. de arm. illic.* §. *50.* (5) quoslibet tyrannos. *Vid. c. 25. §.* 1.

Non ergo pœna inferri poteſt genti (1) ob crimen non a gente ſed a privatis commiſſum, quia hi natura judicem habent, cui jus puniendi competit, niſi tota gens delictum approbet, vel privati illi ſuperiorem non agnoſcant, uti piratæ &c. Neque (2) ob ſtupiditatem ingenii, aut barbariem bellum gentibus inferre licet, quia nemini faciunt injuriam: Equidem ſi tales inveniantur (quod tamen vix eſt) in quibus nulla ſunt rationis veſtigia, nullum imperium, nec imperii ulla capacitas, poterit occupari hoc imperium tanquam vacans, quia jura tantum privata homines illi occuperunt, non imperium, utpote cujus capaces non eſſe ſupponitur: Et cum extra ſocietatem humanam eſſe videantur, in aliquam redigi poſſunt.

Exc. (II.) Si ſcelera in Deum agnitum committuntur: Omnis ergo ſumma poteſtas, etſi nulla accepta injuria, perſequi bello poteſt alienos populos ob crimina in Deum commiſſa, uti ſi negant dari Deum, vel eum non curare res humanas &c. quo pertinent Dei abnegatio, ſeu atheiſmus, pacta cum hoſte Dei, id eſt cum dæmone, ſive vere fiat, ſive cum intentione: Nam & hi non ſunt in ſocietate humana, quæ a Deo eſt, quem non agnoſcunt, adeoque pax, quæ ex ſocietate oritur, cum ipſis ceſſat: Cauſſa igitur hæc eſt humanitatis, quæ omne jus ſuum a Deo habet, adeoque cujus intereſt honorem Dei vindicari, & cum cauſam humani generis tueri poſſimus, multo magis cauſam Dei.

Aliud ergo in iis obtinet qui male de Deo ſentiunt, quia modus colendi omnibus revelatus non eſt, adeoque peccata in Deum tantum intelligi poſſunt, quatenus Deus natura cognoſcitur, id eſt quatenus conſtat eum exiſtere, & eum providere, opinio enim in cæteris humanæ poteſtati non ſubjacet, nec natura contingere poteſt ut aſſentiamur in id, quod putamus falſum: Sane dicere id quidem poſſumus, ſentire non poſſumus: idque vel ipſo exemplo Servatoris probatur, qui venit ut ſalvos faciat ſponte credentes: Non ergo voluit eos pœnis ad id adigi: ſi nolunt, ſibi exitio ſunt, & ideo ſatis jam puniti, quin injuria committitur & in Deum & in hominem ſi conſcientiæ vis infertur. Id agnovit

§. XL.

I. Sciendum quoque eſt, Reges, [a] & qui par Regibus jus obtinent, jus habere [b] pœnas poſcendi non tantum ob injurias [c] in ſe [d] aut ſubditos ſuos commiſſas, ſed & [e] ob eas quæ ipſos peculiariter non tangunt, ſed in quibusvis perſonis jus naturæ aut gentium immaniter violantibus. Nam [f] libertas humanæ ſocietati per pœnas conſulendi, [g] quæ initio ut diximus penes ſingulos fuerat, civitatibus ac

Gordines e ſocietate Jeſu, qui in *Chron. ad ann.* 1589. condemnat eum, qui regem, quod hæreticus ſit, occidit: Add. *Covarruv. c. peccat. p. 2. §. 10. reg. jur. in 6.* Modus currigendi ſenſus & errores non eſt vis, ſed perſuaſio; ſuadendam eſſe fidem, non imperandam, ait Priolus *Rer. Gall. l. 12. p. 505. Thuan. in præf.* Vid. *Grot. infr. §. penult* Imperatores Chriſtiani prohibuerunt in *l. 6. C. de pagan.* ne quis religionis auctoritate uſus paganos vel Judæos turbet. Add. *c. 11. q. 8. c. 23.*
Exc. (III.) ſi aſſiſtunt aliis: tunc enim non ſuam injuriam vindicant, nec ſuum jus defendunt, ſed alterius cauſæ accedunt, & jus ſuum vindicanti aſſiſtunt: quod licitum omnino eſſe diximus *l. 1. c. 5.*

ADDITIO.

„Regula naturæ certa eſt pœnam ſumi non „poſſe niſi ab eis qui jus noſtram læſerunt.
„Ex hac regula: apparet (1) puniri non poſſe „qui offendunt ſocietatem humanam, talem enim „non exiſtere probavimus *in Diſſ. prooem. I.* (2) nec „eos qui vel ſubditos, vel extraneos, ſepelire ſoliti non „ſunt, quia jus ſepeliendi non eſt a natura *Vid. ſupr. c.* „19. (3) nec principes qui conſcientiæ ſuorum ſub„ditorum vim inferunt, hæc enim injuria ad alias gen„tes non pertinet, nec earum jus læditur: nec (4) illos, „qui armis illicitis utuntur, ſuo enim hoſti nocere „quovis modo licet, adeoque hoc factum non eſt „illicitum. Nec (5) tyrannos punire licet qui in„juria regnum, in quod nullum jus nobis compe„tit, occupant: Nec (6) Anthropophagos qui „hoſtium bello captorum carne veſcuntur; cæte„rum cum omnibus hominibus amicitiam colunt. „Nec (7) Atheos, aut alia crimina in Deum „committentes, punire cuique licet, quia jus alterius „non læditur, ſed ſolius Dei, qui ipſe ſuæ injuriæ „vindex eſt.
„At verum eſt, pœnam a qualibet gente ſtatui „poſſe in eos qui jus commune hominum lædunt: „i. e. qui omnes alios homines pro hoſtibus ha„bent, & in omne genus humanum promiſcue „armantur: huc pertinent prædones illi Algerien„ſes, Marozenſes &c. Etſi enim actu nos non „lædant, facto tamen ipſo declarant voluntatem „eis non deeſſe, ſed occaſionem: In hos igitur „omnia licent.
„Sed & aſſiſtere aliis qui ob injuriam ſibi illa„tam talionem exigunt, non tantum licitum ſed „& laudabile eſt, quod alibi probavimus. *Vid. l.* „*1. c. 5. §. 1.*
„*a*) (ET QUI PAR REGIBUS:) Scilicet reliquæ „ſummæ poteſtates extra reges.
„*b*) (POENAS POSCENDI:) Id eſt talionem exi„gendi.
„*c*) (IN SE:) Nam ſi Principis auctoritas læ„ditur, jus ipſum populi læſum videtur, & bello „vindicari poteſt.
„*d*) (AUT SUBDITOS SUOS:) Horum enim tu„endorum cauſa rex electus eſt, adeoque injuriam „ſubditis ab extraneis illatam non tantum bello „vindicare poteſt, ſed & tenetur.
„*e*) (OB EAS, QUÆ IPSOS PECULIARITER NON „TANGUNT, SED IN QUIBUSVIS PERSONIS *JUS* „NATURÆ AUT GENTIUM IMMANITER VIOLANT:) „Quia jus hominum commune læſum eſt, quod „ſinguli vindicare poſſunt. Vid. *b. §. pr.*

ADDITIO.

„Læſio illa prætenſa juris humani fundamen„tum habet in ſocietate humana, qualem non agno„ſcimus: niſi intelligatur talis læſio humani juris, „qua gens quædam promiſcue in perniciem reli„quorum hominum armatur. Omnium minime „tolerari poteſt, quod Author etiam ab iis pœnam „ſumi poſſe ſtatuat, qui *jus gentium voluntarium* „violant: nam tale jus plane non exiſtere, adeo„que nec id violari, nec ideo pœnas ſumi, aut „bellum inferri poſſe, alibi oſtendimus.
„*f*) (LIBERTAS HUMANÆ SOCIETATI PER POE„NAS CONSULENDI CIVITATIBUS INSTITUTIS PE„NES SUMMAS POTESTATES RESEDIT:) Verum „(1) non eſt, dari aliquam ſocietatem humanam, „vel eam unquam extitiſſe, adeoque verum (2) „non eſt, humanæ ſocietati jus per pœnas conſu„lendi unquam competiiſſe: Unde (3) ſponte ſe„quitur, inſtitutis civitatibus jus illud imaginarium „& fictum non potuiſſe *reſidere* penes ſummas „poteſtates, & ſingulos jus ſuum puniendi, quod „nunquam habuerunt, in ſummas poteſtates con„ferre non potuiſſe.
„*g*) (QUÆ INITIO, UT DIXIMUS, PENES SINGU„LOS FUERAT:) immo privatis jus pœnas ſumen„di a delinquentibus nullo ævo competiiſſe de„monſtravimus *in Diſſ. proœm. VIII. §. 16. & ſeq.*
„*h*) (NON PROPRIE QUA ALIIS IMPERANT:) „Ex hypotheſi Authoris omnino inferri deberet, „jus puniendi penes ſummas poteſtates ideo reſi„dere quia aliis imperant, illi enim quibus impe„rant

ac judiciis institutis penes summas potestates resedit, [h] non proprie qua aliis imperant, [i] sed qua nemini parent. Nam subjectio aliis id jus abstulit. Imo [k] tanto honestius est alienas injurias quam suas vindicare, [l] quanto in suis magis metuendum est ne quis dolori●ui sensu aut modum excedat, aut certe animum inficiat.

2. Et hoc nomine ab antiquis prædicatus est [m] Hercules quod Antæo, [n] Busiride, [o] Diomede, & similibus [p] tyrannis liberarit terras, quas, ut Seneca de eo loquitur, transiit [q] non concupiscendo sed vindicando maximorum bonorum auctor hominibus, ut Lysias indicat, [r] injustos puniendo. Diodorus Siculus de eo sic loquitur: τοὺς παρανομοῦντας ἀνθρώπους ἢ δυνάστας ὑπερηφάνους ἀποκτείνας τὰς πόλεις ἐποίησεν εὐδαίμονας: *homines injustos & reges insolentes tollendo beatas reddebat civitates.* Alibi dixit: ἐπῆλθε τὴν οἰκουμένην κολάζων τοὺς ἀδίκους: *Orbem obiit pœnas de iniquis expetens.* Dio Prusæensis de eodem: τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους ἐκόλαζε καὶ τῶν ὑπερηφανῶν ἀνθρώπων κατέλυε, καὶ ἀφῃρεῖτο τὴν ἐξουσίαν. *Homines malos puniebat, & superborum regna destruebat, aut in alios transferebat.* Aristides in Panathenaico ait eum [s] suscepta com-

De benef. l. 1. cap. 13. Isocr. Hel. Enc. p. 212. 213. Ed. H. Steph. Orat. fin. seu 31. c. 5. Biblioth. l. 4. c. 17. V. 76. Orat. I. De Regno. p. 17. D. Tom. I. p. 187. 188.

„rant, jus suum alios puniendi in imperantem „transtulere.

„i) (SED QUA NEMINI PARENT:) Verba hæc „sunt, quæ nihil decidunt: Quod enim principes „nemini pareant id est ex voluntate eorum qui„bus imperat, adeoque ex horum quoque volun„tate jus puniendi, si quod habuissent, exer„ceret.

„k) (TANTO HONESTIUS EST ALIENAS INJU„RIAS, QUAM SUAS VINDICARE:) Hoc verum est „si imploratus assistit ei qui injuriam passus est, „sed tunc non injuriam humanæ societati, adeo„que & sibi illatam vindicat, sed causæ alterius ac„cedit. Si igitur is cui injuria facta est eam dis„simulet, nec vindicare eam velit, tertius aliquis „ejusdem injuriæ vindictam specie violatæ socie„tatis, seu juris communis honunum, sibi arrogare „nequit.

„l) (QUANTO IN SUIS MAGIS METUENDUM „EST:) Res ipsa vera est: studium causæ propriæ „cæcos nos aliquando reddit, sed inde non sequi„tur, alienas injurias non implorante læso vin„dicari posse.

„m) (HERCULES:) Plures Hercules fuisse patet „ex Pomey. *Panth. myth. p. 232.* Conf. *Arrian.* „*Expedit. Alex. l. 2. p. 125.* & *Cic. de nat. Deor.* „*l. 3.* Quidam eo nomine Josuam intelligunt, sed „cum spurius fuerit Hercules, ex Alcmena natus; „cum stupris, libidinibus, adulteriis terrarum or„bem inquinaverit, exprobrante id Lactantio *l. 1.* „notæ hæ vix conveniunt tanto viro.

„n) (BUSIRIDE:) Qui hospites Neptuno patri „immolavit.

„o) (DIOMEDE:) Qui equo humanam carnem „edendam dedit, & quem Hercules talionis jure „equo objecit.

p) (Grot.) (TYRANNIS LIBERARIT TERRAS:) Et maria. *Philo* de legatione: ἡρακλῆς ἐκάθηρε γῆν καὶ θάλατταν, ἄθλους ἀναγκαιοτάτους καὶ ὠφελιμωτάτους ἅπασιν ἀνθρώποις ὑποστάς, ἕνεκα τοῦ τὰ βλαβερὰ καὶ κακωτικὰ φύσεως ἑκατέρας ἀνελεῖν. *Hercules purgavit terras ac maria, certamina subiens hominibus omnibus partim necessaria partim perutilia, ut tolleret hominum animantiumque aliorum ea quæ exitialia aut noxia essent.* (Pag. 1003. D.)

ADDITIO.

„Geryonem Hispaniæ regem tricorporem bello „superavit, puniceos ejus boves, qui vorarent ho„spites, cane bicipiti & dracone septem habente „capita, regia custodibus, occisis, abegit &c. Antæ„um gigantem, in omnes peregrinos inhumanum, „prostravit. Cacum latronem ignivomum op„pressit ac strangulavit. Hesionem Laomedontis „Trojæ regis filiam ceto, marino monstro expo„sitam, liberavit. *Pomey d. l.*

„q) (NON CONCUPISCENDO, SED VINDICANDO:) „Equidem Lactantius *l. 1.* aliter de eo sentit, „*Hercules, ait, qui ob virtutem clarissimus & quasi* „*Africanus inter deos habetur, nonne orbem terræ,* „*quem peragrasse ac purgasse narratur, stupris, li*„*bidinibus, adulteriis inquinavit: nec mirum, cum* „*esset adulterio natus Alcmenæ. Quid tandem po*„*tuit in eo esse divini, qui suis ipse vitiis mancipa*„*tus & mares & feminas, contra omnes leges, in*„*famia, dedecore, flagitio adfecit.*

„r) (INJUSTOS PUNIENDO:) Ita enim macta„vit Busiridem cum filio: Theodamantem occidit,

communi humani generis cura meruiſſe in Deos referri. Laudatur ſimiliter [t] Theſeus quod latrones [u] Scirona, Sinin, & Procuſten ſuſtulerit, quem ſic de ſe loquentem Supplicibus inducit Euripides.

Pridem facinora nomen hoc per Græciam
Mihi dederunt, [v] *ultor ut ſcelerum vocer.*

Lib. 5. c. 3. num 3. ext. Valerius Maximus de eodem: *quicquid ubique monſtri aut ſceleris fuit virtute animi ac robore dextræ comminuit.*

3. Sic non dubitamus quin juſta ſint bella in eos [x] qui in parentes impii ſunt, quales [y] Sogdiani antequam eos Alexander hanc feritatem dedoceret: in eos [z] qui humanam carnem opulantur, [aa] a quo

Plutarch de Fort. Alex. p. 328. C. Tom. II.

„quod ei cibum denegaſſet. Pomey. p. 238.

„s) (SUSCEPTA COMMUNI HUMANI GENERIS „CURA MERUISSE IN DEOS REFERRI:) Lactantii „de Hercule opinionem modo recenſuimus; obi„ter hic notamus Herculem non ſuo jure monſtra „illa domuiſſe, ut injuriam aliis illatam, ſpecie viola„tæ ſocietatis humanæ, vindicaſſe: Nam quod Dio„medem & Geryonem armis invaſerit, juſſu Eu„ryſthei fecit, qui Apollinis Delphici oraculo ſub„jectus fuit, cjusque juſſa facere debebat. Pomey „*Panth. myth. d. l. p. 234. ſeq.* atque eodem juſſu „Buſirim devicit & immolavit, Cacum ſtrangula„vit, &c. *d. l. p.* 238.

„t) (THESEUS:) De quo vide Pomey *Panth,* „*myth. p. 242.* Græv. *Theſaur. Antiquit. Rom.* „*tom. 10. fol. 802. b. fol. 838. f. f. fol. 1178. A. fol.* „*1154. a* Diod. Sicul. *l. 4. c. 5.* Valer. Max. *l. 3.* „*cap. 5.*

„u) (SCIRONA, SININ, ET PROCUSTEN:) Dio„dorus Siculus ſingulorum crimina recenſet: *Sinis* „duas flexas pinus atque utr.que alligato hominis „brachio, ſeorſum dimittens corpus vi diſcerptum „maximo cruciatu afficiebat: Sciro viatores coge„bat ut ſe ipſos præcipiti jactarent loco: Procuſtes „viatores cogebat ſuper lectum aliquem aſcendere, „quod ſi longiores erant partes ſupereminentes am„putabantur, qui vero breviores pedibus diſtende„bantur. *Diod. Sic. l. 4. c. 5.*

„Sed & præterea *Corynetem* ſuſtulit, dictum a „coryna hoc eſt clava, quo telo utebatur & adve„nas interficiebat. Suſtulit etiam Eleuſinam *Cer*„*cyonem* certantem cum prætereuntibus, atque ab „ſe victos perimentem. *d. l. 4. c. 5.*

„Propter hæc aliaque egregia facta divini ei „ſunt honores habiti, & Theſea Athenis celebra„bantur. Vid. Græv. *Theſaur. antiquit. Rom. tom. 8.* „*fol.* 241. navis ejus aliquot ſæculis in memoriam „tanti viri Athenis ſervata fuit, ibid. *tom. 4. fol.* „*885. d.* Apud Romanos quoque magni habitus „fuit, nam a Parrhaſio pictus eſt in Capitolio. „ibid *tom. 3. fol. 86. b.*

v) (Grot.) (ULTOR UT SCELERUM VOCER:) Ibidem dicenti Feciali, (verſ. 574.)

Ἢ πᾶσιν ὦν σ᾽ ἔφυσεν ἀρκήσειν πατήρ;
Ten' ergo ſevit omnibus genitor parem?

Reſpondet Theſeus:

Ὅσοι γ᾽ ὑβρισταί· χρηστὰ δ᾽ οὐ κολάζομεν.
Injurioſis. Nam bonos non tangimus.

Plutarchus in ejus vita: ἀπήλλαττε τὴν Ἑλλάδα δεινῶν τυράννων. *peſſimis tyrannis Græciam liberavit.* Item: οὐδὲν αὐτὸς ἀδικούμενος ὥρμησεν ὑπὲρ ἄλλων ἐπὶ τοὺς πονηρούς· *nihil ipſe paſſus injuriæ, pro aliis in homines malos impetum ſumebat,* (pag. 37. C.)

„w) (VALERIUS MAXIMUS DE EODEM:) Scili„cet Theſeo; quem in primis ibi laudat, quod „vicatim diſperſos cives ſuos in unam civitatem „contraxerit, ſparſimque & agreſti more viventi „populo ampliſſimæ civitatis formam atque ima„ginem impoſuerit. *l. 5. c. 3.* Neque tamen vitiis „eum caruiſſe ex eodem *l. 4. c. 7.* apparet, ubi „ei exprobrat, quod nefandis Pirithoi amoribus „ſubſcripſerit &c.

„x) (QUI IN PARENTES IMPII SUNT:) Immo „hæc injuria eſt mere privata, jus reliquarum gen„tium inde non læditur, adeoque, cum his non „fiat injuria, ceſſat omnis reparandi neceſſitas:

„y) (SOGOIANI:) Qui ſemiconfectos interficie„bant, & eorum corporibus veſcebantur. *Gron. h.*

z) (Grot.) (QUI HUMANAM CARNEM EPULANTUR:) Hoc quoque Scythas Alexander dedocuit. [Vid. *Plutarch.* ibid.]

ADDITIO.

„Sane nec hi injuriam faciunt aliis gentibus, „adeoque nec pœnæ locus eſt: Neque dici poteſt, „humanam ſocietatem lædi, quæ nulla eſt: & ſi „talis daretur, ea ſubſiſteret etſi ſinguli carne hu„mana ſive hoſtium victorum, ſive parentum ſe„nio confectorum veſcerentur: Et cum non ſit „injuria nec cum jure hominum pugnet, occidere „hoſtes victos, neduın injuria erit occiſorum car„nem epulari: Sane jus ſepulturæ plane non eſſe „juris naturalis alibi vidimus, adeoque nec illud „violari certum eſt.

aa) (Grot.) (A QUO MORE ABSISTERE GALLOS VETERES

quo more abſiſtere Gallos veteres Hercules coëgit narrante Diodoro. [bb] In eos qui piraticam exercent [cc] Seneca; *Si non patriam meam impugnat ſed ſuæ gravis eſt, & ſepoſitus a mea gente ſuam exagitat,* [dd] *abſcidit nihilominus illum tanta pravitas animi.* [ee] Auguſtinus: *Opinantur ſcelera facienda decerni, qualia ſi aliqua terrena civitas decerneret, decreviſſetve,* [ff] *genere humano decernente fuerat evertenda.* De talibus enim barbaris, & feris magis quam hominibus, dici recte poteſt quod de Perſis [gg] qui Græcis nihilo deteriores erant, perverſe dixit Ariſtoteles, [hh] naturale in eos eſſe bellum; & quod Iſocrates Pana-

De Benef. l. 7. c. 19.

L. 5 de Civ. Dei, c. 1.

VETERES HERCULES COEGIT:) Vide *Dionyſium Halicarnaſſenſem* narrantem ut Hercules hunc morem aliaque multa abſtulerit, in beneficiis ſuis Græcos a barbaris non diſtinguens. Romanorum non minora in genus humanum merita prædicat *Plin. XXX, 1. Non ſatis æſtimari poteſt quantum Romanis debeatur, qui ſuſtulere monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat, mandi vero etiam ſaluberrimum.* Conjunge quæ hoc ipſo capite dicentur §. XLVII. Sic Juſtinianus principibus Abaſgorum edixit ne ſubditorum pueros caſtrarent. *Procopius* meminit Gotthicorum IV. (ſeu Hiſt. Miſc. *Cap.* 3.) & *Zonaras* Leone Iſauro. Et Inchæ, in Peruana reges, [de quibus videndus *Garcilaſſ. de la Vega*] vicinos Populos, qui moniti non parerent, vi coëgere abſiſtere ab inceſtis, a marium cum maribus concubitu, a comeſtione hominum, aliisque id genus facinoribus, atque eo modo imperium ſibi patrarunt omnium quæ usquam legimus, excepta religione, juſtiſſimum. [DIONYSIUS HALICARNASSENSIS narrat equidem. *Herculem* veteribus *Italiæ* incolis *perſuaſiſſe*, ut, loco victimarum humanarum, effigies quasdam hominum *Saturno* offerent: verum ibidem docet, morem illum inhumanum & ferinum manere adhuc ſua ætate apud *Gallos*, & alios populos *Occidentis Antiq. Rom.* Lib. 1. Cap. 38. Vide & JULIUM CÆSAREM, *Comment. de Bell. Gall.* Lib. VI. Cap. 16. CICERONEM, *Orat. pro Fonteio*, Cap. 10. *J. B.*)

ADDITIO.

„Sane pleraſque Americarum gentes anthropo„phagos eſſe, i.e. hoſtium carne veſci, itineraria „teſtantur: talemque olim morem in Ægypto ob„tinuiſſe fidem facit Solinus *c. 33.* apud Scythas, „Mela *l. 2. c. 2.* Gell. *l. 9. c. 4.* & Amm. Mar„cell. *l. 31. c. 5.* De Tartaris quibusdam hodiernis „vide Thuan. *l. 39. p. 791.* apud *Teſm. h.* Unde „B. Beemanqus in Hiſtor. terr. orb. *c. 9. ſect. 4.* „*§. 8.* merito negat anthropophagiam eſſe juri „naturæ contrariam. Lactantius *l. 1. c. 13.* ait, *ſcri„ptum eſt in hiſtoria ſacra Saturnum & Opem, cæte„roſque tunc homines humanam carnem ſolitos eſi„tare. Verum primum Jovem, leges hominibus „moreſque condentem, prohibuiſſe edicto, ne liceret „ab eo cibo veſci.*

„*bb*) (IN EOS, QUI PIRATICAM EXERCENT:) „Vel piratæ ſumma gaudent poteſtate, & tunc „cum illis tanquam cum ſummis poteſtatibus agitur: „nimirum jure belli pœna ab ipſis ſumi poteſt. „*L. ff. capt. & poſtl.* Vid. ſupra *l. 1. c.* §. „Neque regeri poteſt, injuriam vicinis gentibus „illatam nondum eſſe, nam actu infertur injuria, „dum ſe hoſtem communem omnium hominum „declarat, ſi vero piratæ non ſunt cum ſumma „poteſtate ſed colluvies quædam hominum „quæ alieno imperio forte ſe ſubtraxit, hi pu„niri poſſunt ob violatam ſecuritatem ſingulis de„bitam, non jure belli, ſed jure neceſſariæ defen„ſionis: Si ſubditi alterius Principis prædonem „more nobis injuriam inferunt, ab eorum magi„ſtratu reparatio exigi debet. *d. l. 1. c.* §. „*Conf. l. 3. c. 20*, §. 32.

„*cc*) (SENECA:) *De beneſic. l. 7. c. 19.*

„*dd*) (ABSCIDIT NIHILOMINUS ILLUM TANTA „PRAVITAS ANIMI:) Loquitur Seneca de tyrannis „Apollodoro & Phalari, ac quærit, an illis quo„que beneficium reddere tenear? Negat Seneca *d. l.* „quia nihil juris cum ipſis eſt; & quidquid erat quo „mihi cohæreret, interciſa juris humani ſocietas „abſcidit. Adeoque Seneca non ait tyrannum „hoſtem fieri, ſed beneficium ei non deberi: non „ait pœnam ab eo ſumi a quocunque poſſe, ſed „abſcindi eum a juribus humanæ ſocietatis: Unde „notanter addit, *etiamſi non inimicum, invitum „mihi efficit.*

„*ee*) (AUGUSTINUS:) *De civitate Dei lib. 5. c. 1.*

„*ff*) (GENERE HUMANO DECERNENTE:) De „Phocenſium ſacrilegio ait Juſtinus *l. 8. c. 2.* quod „orbis viribus expiari debuit. *Gronov. h.*

„*gg*) (QUI GRÆCIS NIHILO DETERIORES ERANT:) „Immo erant; abſolutam poteſtatem exercebant „in ſubditos, cum ſororibus concumbebant, & „aliquando cum matribus &c. corpora non ſepe„liebant niſi a feris laniata, Cic. *Tuſcul. l. 1. c. 45.* „*Gronov. h.*

„*hh*) (NATURALE IN EOS ESSE BELLUM:) Ari„ſtoteles naturale bellum vocat quod perpetuum „ſit, uti id explicat Liv. *l. 31. c. 29* vel ut Florus „*l. 3. c. 17.* ait, quod hereditarium eſt. Adeoque „locus Ariſtotelis huc plane non pertinet: cæterum „ob ſolam ſtupiditatem bellum inferre non licere, „ipſe Author ſtatuit *l. 2. c. 22.* §. 12. Conf. *l. 1. c.* „3. §. 8. *n.* 4.

Ttttt 2 *ii*) (IN

nathenaico dixit, justissimum esse bellum ii in belluas, kk proximum in homines belluis similes.

Innoc. quod super. bis: de voto Arch. Flor. 3. part. tit. 22. c. 5 §. 8. Sylv. in verbo Papa q. 7. Vict. Rel. 1 de Indis, n. 40. Controv ill. l. 1. c. 24.

4. Et eatenus sententiam sequimur ll Innocentii, & aliorum qui bello ajunt peti posse eos mm qui in naturam delinquunt: nn contra quam sentiunt Victoria, Vasquius, Azorius, Molina, alii, qui ad justitiam belli requirere videntur, oo ut qui suscipit aut læsus sit in se aut republica sua, pp aut ut in eum qui bello impetitur jurisdictionem habeat. Ponunt enim illi qq puniendi potestatem esse effectum proprium jurisdictionis civilis, rr cum nos eam sentiamus venire etiam ex jure naturali, qua de re aliquid diximus ss libri primi initio: Et sane si illorum a quibus dissentimus admittatur sententia, tt jam hostis in hostem puniendi jus non habebit, uu etiam post susceptum bellum ex causa non punitiva; vv quod tamen jus plerique concedunt, & usus omnium gentium confirmat, ww non tantum postquam debellatum est, xx sed & manente bello, yy non ex ulla jurisdictione civili, zz sed

„ii) (IN BELLUAS:) I. e. in feras, quarum na-„tura est offendere homines.

„kk) (PROXIMUM IN HOMINES BELLUIS SIMI-„LES:) Id est in homines, qui animum offendendi „indistincte humanum genus declararunt: uti pi-„ratæ.

„ll) (INNOCENTII:) In allegato capitulo *quod* „*superbis de voto* nihil de delictis in naturam com-„missis dicitur, etsi Vasquius quoque *l. 1. controv.* „*24. pr.* illud in eum finem alleget.

mm) (Grot.) (QUI IN NATURAM DELINQUUNT:) Vide *Josephum Acostam* de procuranda Indorum salute lib. II, cap. 4.

ADDITIO.

„Id est qui aliquid juri naturæ contrarium fa-„ciunt.

„nn) (CONTRA QUAM SENTIUNT:) Horum „sententia vera omnino est, jus alterius læsum „esse debet ad eum effectum ut reparatio peti possit, „bene ait Vasquius *lib. 1. ill. controv. 24. ex quo-„libet peccato liceret bellum infidelibus indicere, eis-„que bona rapere sua, quia omne peccatum contra „naturam est*, & mox, *pari ratione Christianis pec-„cantibus eadem mala inferri possent, qui cum „omni die innumera peccata, non secus quam reli-„quæ gentes, committant, eo prætextu perpetuo in-„ter se præliari possent.*

oo) (UT QUI SUSCIPIT AUT LÆSUS SIT IN SE „AUT REPUBLICA SUA:) Nam reparatio suppo-„nit injuriam factam esse. Tale bellum Auctor „vocat publicum solenne, Vide supra *l. 1. c. 3. §.* „*1.* & *§. 4.*

„pp) AUT IN EUM QUI BELLO IMPETITUR, „JURISDICTIONEM HABEAT:) Hoc bellum, quod „Principi in subditos competit, Auctor vocat pu-„blicum minus solenne, Vid. *l. 1. c. 3. §. 4. n. 2.* „quod restrinximus ibidem: Sane Princeps nun-„quam in subditos agit jure belli, etsi arma adhi-„beat, sed jure imperii eos cogit, & pœnas in eos „statuit. *d. l.* & *§. 5. n. 1.*

„qq) (PUNIENDI POTESTATEM ESSE EFFECTUM „PROPRIUM JURISDICTIONIS CIVILIS:) Quasi „pœna non possit infligi nisi a superiore.

„rr) (CUM NOS EAM SENTIAMUS VENIRE ET-„IAM EX JURE NATURALI:) Naturale enim est „ut is qui male aliquid fecit, tantundem mali „pati debeat. Hæc talionis pœna etiam per bel-„lum infligi aliis potest. Hinc Auctor recte talia „bella vocat punitiva.

ss) (LIBRI PRIMI INITIO:) *L. 1. c. 2. §. 2. seq.* „*§. 10 n. 1.*

„tt) (IAM HOSTIS IN HOSTEM PUNIENDI IUS „NON HABEBIT:) Quia hostis potestati nostræ „subditus non est.

„uu) (ETIAM POST SUSCEPTUM BELLUM EX „CAUSA NON PUNITIVA:) Id est, etiamsi hostis, „contra quem bellum ex causa rei persecutoria „inchoavimus, delictum committat.

„vv) (QUOD TAMEN IUS PLERIQUE CONCE-„DUNT, ET USUS OMNIUM GENTIUM CONFIRMAT:) „Nimirum posse talionem pro injuria illata armis „exigi.

„ww) (NON TANTUM POSTQUAM DEBELLA-„TUM EST:) Adeoque ubi per ultimam victori-„am hostis in nostram pervenit potestatem, & „subditus fit.

„xx) (SED ET MANENTE BELLO:) Quia etiam „manente bello ad reparationem delicti, adeoque „ad talionem (in qua natura pœnæ consistit) agi „potest.

„yy) (NON EX ULLA IURISDICTIONE CIVILI:) „Quæ inter gentes & cum hoste non obtinet.

zz) (SED EX ULLO IURE NATURALI, QUOD „ET

ᶻᶻ fed ex illo iure naturali quod & ante inftitutas civitates fuit, [α] & nunc etiam viget quibus in locis homines vivunt in familias non in civitates diftributi.

§. XLI.

[a] Sed cautiones hic nonnullæ adhibendæ funt; prima [b] ne mores civiles, [c] quamvis inter multos populos non fine ratione recepti, fumantur pro jure naturæ: qualia ferme erant [d] illa quæ Perfas a Græcis difparabant, [e] ad quæ recte Plutarchi illud referas: πρόφασιν πλεονεξίας ἡμερῶσαι τὸ βαρβαρικὸν: *barbaras gentes ad mores cultiores reducere velle obtentum effe quo veletur alieni cupiditas.* *Vit. Pompei. p.656.D.*

§. XLII.

Secunda, ne temere annumeremus a natura vetitis [a] ea de quibus id non fatis conftat, & quæ lege potius divinæ voluntatis interdicta funt, in qua claffe forte ponere liceat [b] innuptos concubitus, [c] & quofdam eorum qui incefti dicuntur, [d] & fœnus.

§. XLIII.

„ET ANTE CONSTITUTAS CIVITATES FUIT:) Quo „cuique privato jus puniendi parem competiiffe „fingit: quod fupra refutavimus.

„α) (ET NUNC ETIAM VIGET, QUIBUS IN LO-„CIS HOMINES VIVUNT IN FAMILIAS DISTRIBU-„TI:) Verum (1) non eft, in ejusmodi locis cui-„que privato competere jus puniendi parem, five „reus in eadem familia fit, five extra eam: fed „(2) in familia foli patrifamilias jus & imperium „in familiam competit, indeque is folus in mem-„bra familiæ pœnas ftatuere, & jus familiæ con-„tra alias familias defendere poteft.

„a) (SED CAUTIONES HIC NONNULLÆ ADHI-„BENDÆ SUNT:) Omnes hæ cautiones fupervacuæ „funt, nec ullam utilitatem habent in difci-„plina juris naturalis.

„b) (NE MORES CIVILES &c. SUMANTUR PRO „JURE NATURÆ:) Author negat gentes, quæ vio-„lant id quod per mores inter plures receptum „eft, ideo puniri poffe. Conf. §. *praced. n. 1.* „Quod eo magis verum eft, quia illæ gentes ab „alia gente puniri non poffunt, etiam fi verum jus „naturæ violant fi jus alterius gentis læfum non eft.

„c) (QUAMVIS INTER MULTOS POPULOS NON „SINE RATIONE RECEPTI:) Quod jus gentium „voluntarium *arctius* vocat: *l. 1. c. 1. §. 14. ibique* „*not. l. 2. c. 8. §. 1. & §. 12. Prolegom. §. 53.* „*Diff. proœm. IV.* §. 24.

„d) (ILLA QUÆ PERSAS A GRÆCIS DISPARABANT:) „Jus enim naturæ (inceftu excepto) æque obferva-„batur apud Perfas, quam apud Græcos; in qui-„bus autem difcrepabant, meri mores civiles erant, „ob quos violatos belli jus non eft. Hinc injuria „imperaverunt Perfæ Græcis, ne canina vefceren-„tur, & ut fepelirent magis mortuos quam cre-„marent. Juftin. *l. 19. c. 1.*

„e) (AT QUÆ RECTE PLUTARCHI ILLUD RE-„FERAS:) Qui improbat in Græcis, quod impe-„rium in barbaros quæfiverint, fub prætextu re-„ducendi eos ad mores cultiores. Caufa ergo „juftifica bellorum in barbaros erat, quod delicta „in naturam commiferint, caufa fuaforia erat, quod „imperium in eos affectarent.

„a) (EA, DE QUIBUS ID NON SATIS CONSTAT, „ET QUÆ LEGE POTIUS DIVINÆ VOLUNTATIS „INTERDICTA SUNT:) Quomodo, ex hypothefi „Authoris, jus divinum voluntarium differat a jure „naturæ explicavimus in *Diff. proœm. III.* §. *4. & 5.* „At ibidem §. 13. probavimus, tale jus pofitivum „univerfale, diftinctum a jure naturæ, non dari: „adeoque hæc quoque cautio Authoris inanis eft.

b) (Grot.) (INNUPTOS CONCUBITUS:) Afterius Amafeæ epifcopus: *οἱ τοῖς τȣ̃ βίȣ τέτȣ νομοθέταις προσέχοντες ἀνεύθυνον καταλείπȣσι τῆς πορνείας τὴν ἐξȣσίαν. qui hujus tantum fæculi leges condentibus obtemperant, impunitam relinquunt meretricii licentiam.* Adde locum *Hieronymi* ad Oceanum, productum a nobis ad caput V. §. 9.

ADDITIO.

„Auctor intelligit fcortationem. At eam ipfa naturæ „ratione vetitam effe demonftravimus fupra *l. 2.* „*c. 5. §. 15.* Vid. *Cafarius dialog. 2. interrog. 109.* „*& Differt. proœm.* III. *§.44. n. 3. & §. 46. pr.* „*Diff.* XII. §. *173.*

„c) (ET QUOSDAM EORUM QUI INCESTI DI-„CUNTUR:) Nam foli matrimonia parentum cum „liberis ob reverentiam natura prohiberi, dixit fu-„pra *l. 2. c. 5. §. 12. n. 2. feq.* reliquos autem in-„ceftus folo præcepto divinæ voluntatis vetiffe in

§. XLIII.

I. Tertia, *a* ut diligenter distinguamus inter principia generalia, *b* quale est honeste vivendum, *c* id est secundum rationem, *d* & quædam his proxima, sed ita manifesta ut dubitationem non admittant, quale est alteri suum non rapiendum, *e* & inter illationes quarum aliæ facilem habent cognitionem, ut posito matrimonio L. 38. § 4. D. ad l. Jul. de adult. *f* non admittendum adulterium, *g* alia vero difficiliorem, *h* ut ultionem quæ in dolere alterius acquiescit esse vitiosam. *i* Ferme idem hic evenit quod in mathematicis, ubi quædam sunt notitiæ primæ, aut primis proximæ, quædam demonstrationes quæ statim & intelligun-

„vetitum, *d. c. 5. §. 13. n. 1. &* §. 14. At nos ibi„dem demonstravimus, omnes gradus Levit. XVIII. „vetitos, ipsa naturæ ratione prohiberi. Add. *Dis„sert. proœm. III. §. 20. §. 23. & Dissert. XII.* §. „*176.*

„*d*) (ET FOENUS:) Immo dubium non est usu„ras jure naturæ licitas esse, uti late probavimus „*l. 2. c. 12. §.* 20. simulque demonstravimus, nec „jure divino voluntario illicitas esse nisi inter „solos Israëlitas; quæ prohibitio proinde ad „jus forense pertinet. Vid. *Dissert. proœm. III.* §, „*15.* §. *44. n* 3. *Dissert. XII.* §. *870.*

„*a*) (UT DILIGENTER DISTINGUAMUS INTER „PRINCIPIA GENERALIA, ET QUÆDAM HIS PRO„XIMA, SED ITA MANIFESTA, UT DUBITATIO„NEM:&c.) Tertia cautio Authoris circa impositio„nem pœnarum est, ut principia generalia [vel eis „proxima satis cognita, & illationes ex iis „principiis certæ & manifestæ sint, facilem„que habeant cognitionem: Esse enim quas„dam illationes difficiliores, & tum merito „excusandos eos esse, quibus aut rationis imbecil„litas, aut prava educatio obstaot: atque eo refert „ultionem quæ utilitatem non habet. Nos alibi „demonstravimus, principia generalia certa ac „illationes ex illis principiis manifestas esse, faci„lemque habere cognitionem: inprimis si Dei „lex revelata, gentiumque consensus eas admini„culantur.

„*b*) (QUALE EST, HONESTE VIVENDUM:) Hæc „est pars justitiæ naturalis, quæ scilicet inter Deum „& homines obtinet. *Vid n. seq.*

„*c*) (ID EST, SECUNDUM RATIONEM:) Quod „ex principiis Stoicorum explicavimus in *Dissert.* „*proœm. II.* §. *16. seq.* qui per formulam *secun„dum rationem, seu honeste vivere,* intellexerunt „secundum virtutem vivere, quæ est altera pars „juris naturalis.

„*d*) (ET QUÆDAM HIS PROXIMA, SED ITA „MANIFESTA &c.) Immo hæc quoque ad princi„pia generalia pertinent, & primam partem juris „naturalis, quod inter homines obtinet, consti„tuunt, nimirum *jus suum cuique tribuere*: Sane „alieni abstinentiam Ipse Author refert ad jus so„ciale. Vid. *proleg.* §. *8.* Quod vero Author legem „*de non rapienda re aliena* ad principia proxima „referat, id sequitur ex illo errore, quod dominia „consensu & facto hominum demum orta putet, „indeque originem dominiorum ad jus naturæ pro „certo rerum statu referat. *Diss. proœm. I.* § 79. *Diss.* „*VI. §. 8. seq.*

„*e*) (ET INTER ILLATIONES:) Id est inter con„clusiones quæ ex illis generalibus principiis se„quuntur.

f) (Grot.) (NON ADMITTENDUM ADULTERIUM:) Adulteria ubique puniri testatur *Philo* vita Josephi, (*pag.* 533 B.) adulterium natura turpe esse *Ulpianus* l. Probrum 44. D. de verborum significatione. *Lactantius* in Epitome: *corrumpere alienum matrimonium etiam communi gentibus jure damnatur.* (*Cap.* 5.)

ADDITIO.

„Nam ex istis principiis generalibus necessario „infertur, eum qui thorum alienum violat, suum „cuique non tribuere, nec honeste vivere: „Vid. Supra *l. 2. c. 5. p.* 552. *& Dissert. proœm. XII.* „§. 141. §. 521. *n.* 11. §. 553. *n.* 7. *seq.*

„*g*) (ALIÆ VERO DIFFICILIOREM:) Dixi conclu„siones rationis certas & manifestas satis esse ad„hibitis adminiculis, (nimirum lege divina & con„sensu gentium,)

„*h*) (UT ULTIONEM QUÆ IN DOLORE ALTE„RIUS ACQUIESCIT, ESSE VITIOSAM:) Author putat, „pœnam sumere ob ultionem quæ utilitatem non ha„bet, contrariari juri naturæ: vid. supr. §. 8. at quia „hæc illatio difficiliorem habeat cognitionem, ad„dit, excusari eos qui hebetioris sunt ingenii. „Nos jam demonstravimus, (1) non esse contra jus „naturæ pœnam sumere, etsi solam vindictam conti„neat; delinquenti enim non fit injuria, quia te„netur ad reparationem injuriæ, quæ non fit nisi „per talionem: Adeoque per hanc demum læso „jus suum tribuitur: Equidem negari nequit læ„sum minus perfecte agere, qui sola vindictæ cu„pidine alteri dolorem inferri cupit, at hoc jus „Dei est.

i) (FERME

liguntur & assensum obtinent, quædam veræ quidem sed non omnibus patentes.

2. [k] Sicut ergo circa leges civiles eos excusamus qui legum notitiam aut intellectum non habuerunt, ita & [l] circa naturæ leges par est eos excusari quibus aut ratiocinationis imbecillitas [m] aut prava educatio obstant. [n] Nam ignorantia legis sicut inevitabilis si sit, tollit peccatum; [o] ita etiam cum aliqua negligentia conjuncta delictum minuit. Atque ideo Aristoteles barbaros, qui prave educati circa talia delinquunt, iis comparat [p] qui morbo corruptos habent appetitus. Plutarchus ait esse quædam νοσήματα καὶ πάθη τῆς ψυχῆς τὰ κατὰ φύσιν ἐξιςάντα τον ἄνθρωπον: *morbos animi qui hominem de naturali statu dejiciant.*

Matth. 10, 15. Luc. 12. 47. 48.

Nicom. 7. c. 6.

3. Postremo illud addendum, [q] quod semel dico ne sæpe repetam, [r] quæ ad pœnam exigendam suscipiuntur bella suspecta esse injustitiæ, nisi scelera sint atrocissima & manifestissima, [s] aut alia simul aliqua causa concurrat. De Romanis [t] Mithridates forte non extra verum ajebat; [u] *non delicta regum illos sed vires ac majestatem insequi.*

Justinus 38. c. 6.

§. XLIV.

1. [a] Perduxit nos ordo ad delicta [b] quæ in Deum commit-

mit-

„i) (FERME IDEM HIC EVENIT QUOD IN MA„THEMATICIS, UBI QUÆDAM SUNT NOTITIÆ „PRIMÆ, AUT PRIMIS PROXIMÆ:) In jure naturæ „unum saltem est principium generale, *jus suum „cuique tribuendum esse:* Præterea principia his „proxima non dantur, sed omnes reliquæ notitiæ „sunt illationes, quæ ex principio illo generali ne„cessario sequuntur: Adeoque hactenus compara„tio non procedit.

„k) (SICUT ERGO CIRCA LEGES CIVILES EOS „EXCUSAMUS, QUI LEGUM NOTITIAM AUT IN„TELLECTUM NON HABUERUNT:) Etsi enim le„ges civiles Romanorum intra spatium sex mensi„um subditis cognitæ esse debeant, tamen ignorantiam docent, pœna minuitur: At hæc ad le„ges naturæ, quæ omnibus innotescunt, applicari „nequeunt. *Diss proœm. XII §. 60.*

l) (Grot.) (CIRCA NATURÆ LEGES PAR EST EOS EXCUSARI QUIBUS &c. PRAVA EDUCATIO OBSTANT:) *Hieronymus* II. adversus Jovinianum: *unaquæque gens hoc legem naturæ putat quod didicit.* (Tom. II. pag. 75. *Edit. Basil.*)

„m) (AUT PRAVA EDUCATIO:) Hæc enim „efficere putat, ut liciti & illiciti discrimina mi„nus habeant cognita. Vid. supra §. 31.

„n) (NAM IGNORANTIA LEGIS SICUT INE„VITABILIS SI SIT, TOLLIT PECCATUM:) Hæc „ignorantia in jure naturæ cessat, quia id ex ra„tione, quæ omnibus communis est, omnibus in„notescit. *Diss. proœm. XII.* §. 60

„o) (ITA ETIAM CUM ALIQUA NEGLIGENTIA „CONJUNCTA D[illegible]TUM MINUIT:) Quia pœnæ „juxta proportionem malitiæ inferuntur.

„p) (QUI MORBO CORRUPTOS HABENT APPE„TITUS:) Indeque alimenta eligunt sanitati con„traria & noxia.

„q) (QUOD SEMEL DICO, NE SÆPE REPETAM:) „Idem jam notavit supra §. 41.

„r) (QUÆ AD POENAM EXIGENDAM SUSCIPI„UNTUR BELLA SUSPECTA ESSE INJUSTITIÆ:) „Immo, uti ex minima injuria competit actio ita „& jus belli; & lædens sibi imputare debet, quod „reparationem injuriæ non offerat: læsus suo jure „utitur.

„s) (AUT ALIA SIMUL ALIQUA CAUSA:) Forte, „quod damnum dederit. Vid. §. 38. *n.* 1.

„t) (MITHRIDATES:) Apud Justin. *l. 38 c. 6.*

„u) (NON DELICTA REGUM ILLOS:) Simile „est Plutarchi effatum. Vid. supra §. 41.

„a) (PERDUXIT NOS ORDO &c.) Quæritur, an „quævis gens delicta ab alia gente in Deum com„missa punire, & ideo bellum ei inferre possit? „Author id affirmat. Equidem fateor me nullam „invenire posse rationem, quæ jus talia delicta pu„niendi genti in gentem tribuat: Sane nemini „hominum per talia delicta fit injuria, adeoque

„nemo

tuntur, quæritur enim an ad ea vindicanda bellum ſuſcipi poſſit, quod late ſatis tractat Covarruvias. Sed ille alios ſecutus *c* exiſtimat punitivam poteſtatem non eſſe ſine proprie dicta jurisdictione: quam ſententiam *d* nos jam ante rejecimus. Unde ſequitur, ſicut in rebus Eccleſiæ dicuntur Epiſcopi aliquo modo τὴν καθολικὴν πεπιςεῦσθαι id eſt *e* *univerſalis Eccleſiæ curam accepiſſe*, ita & Regibus, *f* præter peculiarem ſuæ civitatis, etiam generalem pro humana ſocietate curam incumbere *g* Potior ratio pro ſententia negante juſta eſſe bella talia hæc eſt, *h* quod Deus ſufficiat vindicandis quæ in ſe committuntur, unde dici ſolet. *i* *Deorum injurias diis curæ*, *k* & *perjurium ſatis Deum habere ultorem.*

Ad e pec. catum. part. 2. §. 10.

L. 2. C. De rebus credit.

&

„nemo hominum vindicare injuriam, quæ facta „non eſt, poterit. Soli igitur Deo illata eſt inju„ria, cujus cauſam defendere gentes abſque ejus „mandato non poſſuot. Eodem enim jure illæ „quoque gentes, quæ vindictam cauſæ divinæ ſu„ſcipiuot, vieiſſim bello peti poſſent, nam & illæ „quoque quotidie crimina in Deum committunt, „indeque mutua ſequeretur bellorum licentia: Sa„ne iratum Numen ſat graves pœnas a delinquen„tibus ſumturum aliquando eſt, adeoque ei relin„quenda eſt vindicta. Conf. *L. 2. C. de reb. cred.*

„Neque allegari poteſt, humanam ſocietatem „lædi, nam talem non exiſtere, &, ſi exiſteret, „certum eſt non ideo eam tolli quod civitas male „de Deo ſentiat. Author pro defendenda ſua ſen„tentia ait, *Principibus præter peculiarem ſuæ civi„tatis etiam generalem pro humana ſocietate curam „incumbere: religionem autem eſſe coagulum & „vinculum indiſſolubile omnis ſocietatis, ejusve pro„pugnaculum, & magis illius ſocietatis humanæ; „quæ ſine pietate ſubſiſtere nequit.* Unde concludit, „*religionem contaminatam ad omnium pertinere in„juriam.* At reſp. (1) non dari ſocietatem huma„ni generis, adeoque fruſtra de ejus vinenlo & de „ejus interitu quæri: ſed & (2) fruſtra metuitur „tolli per talia delicta humanam ſocietatem, ſi quæ „exiſteret; Nam cum ex mala de Deo opinione „nulla injuria redundet in genus humanum, nec „jus ejus violetur aut lædatur, nullam video ratio„nem, cur commercium & ſocietas cum ejus„modi gentibus ſubſiſtere non poſſit: At, ais, nul„lam fidem cum tali gente eſſe: Verum (*a*) id non „concedimus, fides enim ſervari poteſt non tan„tum ob religionem, ſed & magis ob utilitatem, „nemo enim cum tali perfido contracturus eſ„ſet: (*b*) Poſito quoque fidem nullam cum tali „gente eſſe, abſtinendum iden eſſet ab ejus commer„cio, nun vero ideo hoſtis humani generis decla„randa eſt: Si vero (*c*) gentes ejusmodi fidem actu „violant, jus belli in eos eſt non ob impietatem „in Deum, ſed ob injuriam illatam, neque jus „vindicandi tunc competit humano generi, ſed „ſoli læſo.

„*b*) (QUÆ IN DEUM COMMITTUNTUR:) Si ni„mirum contra quatuor pronunciata aliquid ad„mittitur, quæ explicat §. *ſeq. n. 1.*

„*c*) (EXISTIMAT PUNITIVAM POTESTATEM NON „ESSE SINE PROPRIE DICTA JURISDICTIONE:) Ad„eoque pœnas non ſtatui niſi in ſubditum & in„feriorem.

„*d*) (NOS JAM ANTE REJECIMUS:) §. 40. *n. 3.*

e) (Grot.) (UNIVERSALIS ECCLESIÆ CURAM ACCEPISSE:) Eſt id in *conſtitutionibus* præferentibus nomen *Clementis.* (Lib. VI. Cap. 14.) *Cyprianus* epiſt. XXX. *Omnes enim nos decet pro corpore totius eccleſiæ, cujus per varias quasque provincias membra digeſta ſunt, excubare.* (Ep. 36. ſecundum diviſionem *Fell.*) Et de unitate eccleſiæ: *epiſcopatus unus eſt, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur.* (Pag. 108. *Ed. Fell. Brem.*) Exempla hujus curæ univerſalis paſſim apud *Cyprianum.* Illuſtre imprimis epiſtola LXVII. (LXVIII. diviſ. *Fell.*) Adde *Chryſoſtomum* in laudibus S. Euſtathii.

ADDITIO.

„Id eſt non tantum vigilare debere ne in ſuam „cujusque eccleſiam impietas aut error irrepat, „ſed ubicumque illa exiſtunt, quantum in ipſis eſt, „obviam ire, monere, laborare, providere, ut „coerceantur. Vid. *Gronov. h.*

„*f*) (PRÆTER PECULIAREM SUÆ CIVITATIS, „ETIAM GENERALEM PRO HUMANA SOCIETATE „CURAM INCUMBERE:) Cum nulla ſocietas huma„ni generis exiſtat, fruſtra de ejus cura quæritur.

„*g*) (POTIOR RATIO PRO SENTENTIA NEGAN„TE:) Immo potior ratio eſt quod (1) ſocietas „humana non exiſtat, adeoque fruſtra de ejus cu„ra quæratur: (2) quod nemini gentium injuria „fiat, adeoque nec reparatio peti poſſit.

„*h*) (QUOD DEUS SUFFICIAT VINDICANDIS QUÆ „IN SE COMMITTUNTUR:) Cum ſoli Deo illata „ſit injuria ille ſolus vindicare debet, & poteſt: „Neque enim inter gentes apparet eum vicarium „ſibi ennſtituiſſe, uti conſtituit in familiis, ubi „patribus fam. jus in familiam ex ipſa conceſſione „divina competit.

„*i*) (DEORUM INJURIAS DIIS CURÆ:) Eſt aſſer„tum

2. Verum ſciendum eſt [l] idem & de aliis delictis dici poſſe; nam illis quoque puniendis Deus haud dubie ſufficit, [m] & tamen ea ab hominibus recte puniuntur, nemine diſſentiente. Inſtabunt quidam & dicent, [n] alia delicta ab hominibus puniri, quatenus homines alii inde læduntur aut periclitantur. [o] Sed notandum contra, non tantum ab hominibus puniri delicta, [p] quæ directe alios lædunt, [q] ſed & quæ per conſequentiam, qualis eſt ſui occiſo, [r] concubitus cum beſtiis, [s] & alia quædam.

3. Religio autem [t] quanquam per ſe ad conciliandam Dei gratiam valet, [u] habet tamen & ſuos in ſocietate humana effectus maximos. [v] Neque enim immerito Plato religionem propugnaculum poteſtatis ac legum & honeſtæ diſciplinæ vinculum vocat. Plutarchus ſimiliter συνεκτικὸν ἁπάσης κοινωνίας καὶ νομοθεσίας ἔρεισμα, *coagulum omnis ſocietatis & fundamentum legislationis.* Philoni quoque eſt φίλτρον ἀνυσιμώτατον καὶ δεσμὸς ἄλυτος εὐνοίας ἐρωτικῆς ἡ τῦ ἑνὸς Θεῦ τιμή; *efficaciſſimum amatorium, & vinculum indiſſolubile benevolæ amicitiæ,* [w] *unius*

Contr. Colot. p. 1125. E.

De Monarch. p. 818. B.

„tum Tiberii apud Tacit. *Annal. libr.* 1. *c.* 73.

„*k*) (ET PERIURIUM SATIS DEUM HABERE DI„TOREM:) Sunt verba. *L.* 2. *C. de reb. cred.* Conf. „*Judic.* 6, 31. Senec. *de benef.* 3. 6. Liv. *Hiſtor.* 7. 6. „& 10. 6. Lactant. *Inſtit. divin.* 2. 4. Auguſtin. *de* „*civitat. Dei* 2. 12. Cic. *de legib.* 2. 8. Vid. *Teſmar.* „*h.*

„*l*) (IDEM ET DE ALIIS DELICTIS DICI POSSE:) „Cum enim in omnibus delictis Deo fiat injuria, al„legari poſſet, Deum fore ultorem.

„*m*) (ET TAMEN EA HOMINIBUS RECTE PUNI„UNTUR:) Ratio diverſitatis hæc eſt; quod in prio„ribus delictis ſolus Deus lædatur, in his vero et„iam homo; qui proinde ad reparandum agere „jure poteſt, vel coram eo cui Deus jus vindi„candi injurias commiſit, vel jure belli.

„*n*) (ALIA DELICTA AB HOMINIBUS PUNIRI, „QUATENUS HOMINES ALII INDE LÆDUNTUR:) „Adeoque ubi homines agunt ad reparationem „injuriæ ſibi illatæ.

„*o*) (SED NOTANDUM CONTRA:) Verum eſt, „magiſtratum in republica punire poſſe crimina „non tantum in homines, ſed & in ſolum Deum „commiſſa, ſi cultus lege publica definitus eſt: quia „Deus ſuam poteſtatem magiſtratibus vicario jure „in ſubditos exercendam commiſit: At fallit hoc „inter gentes quæ ſuperiorem non habent, adeo„que ubi non apparet Deum jus ſuum alicui vi„cario committere voluiſſe, unde merito dicen„dum eum reſervaſſe ſibi ſoli vindictam injuriæ illa„tæ.

„*p*) (QUÆ DIRECTE ALIOS LÆDANT:) Adeo„que ubi hominum jus læditur, iisque reparatio „fieri debet.

„*q*) (SED ET QUÆ PER CONSEQUENTIAM, „QUALIS SUI OCCISIO;) Autocheiriam naturali ju„re prohiberi dubium non eſt. Vid. *Diſſert. proœm.* „12. §. 95. & §. 521. *n.* 6.

„*r*) (CONCUBITUS CUM BESTIIS:) Sodomiam „juri naturæ repugnare rationibus probavi in *Diſſ.* „*proœm. XII.* §. 43. *ſeq.* §. 95. §. 176. §. 521. n. III.

s) (ET ALIA QUÆDAM:) Scilicer crimen ona„niticum, adulterium quod conſentiente marito „fit. &c.

„*t*) (QUANQUAM PER SE AD CONCILIANDAM „DEI GRATIAM VALET:) Religio jus ſolius Dei „eſt, de ejus cultu agitur, quo neglecto ei ſoli fit „injuria.

„*u*) (HABET TAMEN ET SUOS IN SOCIETA„TE HUMANA EFFECTUS MAXIMOS:) Imo nullos: „Nam non datur humana ſocietas, adeoque in ſo„cietate, quæ non exiſtit, fruſtra finguntur effectus. „Conf. infra *n.* 4. *pr.*

„*v*) (NEQUE ENIM IMMERITO PLATO RELI„GIONEM PROPUGNACULUM POTESTATIS AC LE„GUM &c.) Negari non poteſt religionem, ſeu „cultum Dei, maximos effectus habere in republica „ſeu civitate, (non vero in ſocietate humana, qua„lis non exiſtit,) unde ſequitur, crimina in reli„gionem commiſſa (qualia autem non ſunt nudæ „hæreſes. *Vid. Diſſert. proœm. XII.* §. 544.) gra„viſſime vindicari poſſe ab illis quibus Deus cu„ram reipublicæ & legum ſuarum commiſit. Plato „in *Dialogo de ſanctitate* ait, *ſi quis grata diis lo-* „*qui & agere novit vovens atque ſacrificans, hæc* „*ſancta ſunt, atque hæc officia tum domus proprias* „*tum civitates conſervant, contraria autem iis* „*quæ diis grata ſunt, impia ſunt, ac univerſa* „*pervertunt ac perdunt. Tom.* 1. *oper. p. m.* 172. „Atque eatenus quoque collimant Plutarchus, „Philo, aliique allegati Authores. Adde *Juſtin.* 11, „7. & 12, 7. *Xenoph. Inſt.* 8. *p. m.* 219. *Thuan. l.* „55. *Liv.*

[w] *unius Dei cultus.* Contraria omnia ab impietate

Sil Italicus. IV. 794.

Heu prima scelerum causa mortalibus ægris
[x] *Naturam nescire Dei.*

De Superstit. p. 164. E. Omnis falsa, inquit Plutarchus, [y] de rebus divinis persuasio perniciosa,[z] accedente animi perturbatione pernitiosissima. Exstat apud Jamblichum sententia Pythagorica (Protreptic. c. 1.) ἡ γνῶσις τῶν θεῶν ἀρετή τε ἐστὶ καὶ σοφία καὶ εὐδαιμονία τελεία: *Dei cognitio & virtus est, & sapientia, & perfecta felicitas.* Hinc [aa] Chrysippus legem dixit regiam divinarum humanarumque rerum (L. 2 D. De Leg.), & Aristoteles [bb] inter curas publicas prima de rebus divinis (VII. Polit. c. 8.), & Romanis Jurisprudentia, divinarum humanarumque rerum notitia (L. 10. §. 2. D. De Just. & Jur.). Philoni ars regia πραγμάτων ἰδιωτικῶν, καὶ δημοσίων καὶ ἱερῶν ἐπιμέλεια: *rerum privatarum, publicarum, & sacrarum curatio:* (De creat. magistr. p. 723. B.)

4. Hæc vero omnia [cc] non tantum in una aliqua civitate consideranda sunt, ut cum apud Xenephontem Cyrus ait [dd] subditos hoc sibi addictiores fore, quo Dei essent metuentiores (Cyri inst. l. 8. c. 1.), [ee] sed & in communi

„55. *Liv.* 1, 19. *Senec. epist.* 95. *Camden. part.* 2. „*& part.* 4. *Plato de republ. l.* 2. *Lactant. de ira* „*Dei. c.* 8. *& c.* 12.

w) (Grot.) (UNIUS DEI CULTUS:) Idem de fortitudine: αἴτιον τῆς ὁμονοίας τὸ ἀνώτατον καὶ μέγιστον ἡ περὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ δόξα, ἀφ' ἧς οἷα πηγῆς ἑνωτικῇ καὶ ἀδιαλύτῳ φιλίᾳ κέχρηνται πρὸς ἀλλήλους. *summa ac maxima concordiæ causa, de uno Deo sensus, ex quo velut fonte procedit insolubilis & animos inter se vinciens amicitia,* (*pag.* 741. D. E.) Josephus autem contra Appionem lib. II. τὸ γὰρ μίαν μὲν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ Θεοῦ, τῷ βίῳ δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, καλλίστην ἐν ἤθεσιν ἀνθρώπων συμφωνίαν ἐπιτελεῖ. *eandem de Deo habere sententiam, nihilque vita & institutis inter se discrepare, pulcherrimam in animis hominum concordiam excitat.* (Pag. 484. §. 19. *Edit. Huds.* Tom. II.)

x) (Grot.) (NATURAM NESCIRE DEI:) Sic & *Josephus* adversus Appionem libro altero causas cur multæ civitates malæ constitutæ fuerint, has reddit: τὸ μήτε τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ φύσιν ἐξ ἀρχῆς συνιδεῖν αὐτῶν τοὺς νομοθέτας, μηθ' ὅσον καὶ λαβεῖν ἠδυνήθησαν, ἀκριβῆ γνῶσιν διορίσαντας, πρὸς τοῦτο ποιήσασθαι τὴν ἄλλην τάξιν τοῦ πολιτεύματος. Vide & quæ sequuntur ibidem optime, (pag. 491. §. 35.)

ADDITIO.

„Adde Senecam *Epist.* 95. *Deum colit qui novit,* & mox, *primus est Deorum cultus Deos cre-* „*dere, deinde reddere illis majestatem suam, scire* „*illos esse qui præsident mundo, qui universa ut sua* „*temperant, qui humani generis tutelam gerunt.* „&c. Conf. *Dissert. proœm. II.* §. 33.

„y) (DE REBUS DIVINIS PERSUASIO PERNITIO- „SA:) Adde *Lactant. lib.* 5. *c.* 18.

„z) (ACCEDENTE ANIMI PERTURBATIONE PER- „NICIOSISSIMA:) Quia facillime inde motus in re- „publica sequi possunt.

„aa) (CHRYSIPPUS LEGEM DIXIT REGIAM „DIVINARUM HUMANARUM RERUM:) In *L.* 2. *D.* „*de Legib.*

bb) (Grot.) (INTER CURAS PUBLICAS PRIMA DE REBUS DIVINIS:) Ad quarum cognitionem Imperatores vocans *Justinus Martyr* addit: βασιλικὸν ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. *erit hoc opus sane regium.* (Apolog. II. Cap. 8. pag. 23. *Edit. Oxon.* 1703.) Adde quæ habet *Covarruvias* in c. pecca- „tum, Part. 2. §. 10.

ADDITIO.

„Hinc Numa, ut rem publicam armis condi- „tam jure firmaret, primum omnium Deorum „metum ferocibus animis injiciendum ratus est, „*Liv.* 1, 19. eoque effecit, ut fides ac jusjurandum „proximo legum ac pœnarum metu civitatem re- „gerent. *Ibid. c.* 21.

„cc) (NON TANTUM IN UNA ALIQUA CIVI- „TATE:) De qua sola loquuntur omnes allegati „Authores.

„dd) (SUBDITOS HOC SIBI ADDICTIORES FORE, „QUO DEI ESSENT METUENTIORES:) Verba apud „Xenophont. *Inst. Cyr. lib.* 8. *c.* 1. *p. m.* 219. hæc „sunt: *Cyrus ipse religiosam suorum pietatem sibi* „*quoque utilem esse ducebat, quod eandem seque-* „*retur rationem quam illi, qui certo judicio cum* „*religiosis potius, quam cum iis qui commisisse* „*aliquid impie videntur, navigare malunt.* „Similia vide apud *Aristotelem*, quem Author citat „*n.* 5.

ee)

ni societate generis humani. *Pietate sublata*, inquit Cicero, *ff fides etiam & societas humani generis, & una excellentissima virtus justitia tollitur*. Idem alibi: *gg Justitiam adfert, cum cognitum habeas quod sit summi rectoris & domini numen, quod consilium, quæ voluntas.* Atque hujus rei evidens argumentum est, quod *hh* Epicurus *ii* cum divinam providentiam sustulisset, *kk* justitiæ quoque nihil reliquit nisi nomen inane. ut quam nasci diceret *ll* ex sola conventione, *mm* neque durare ulterius quam communis duraret utilitas, abstinendum autem ab his quæ alteri nocitura essent *nn* solo pœnæ metu. Verba ipsius ad hanc rem sane insignia exstant apud *oo* Diogenem Laërtium.

Lib. 1. de Nat. Deor. c. 1. De fin. 4. c. 5. L. 10. §. 150. 151. Ed. ... Amst.

5. Vidit hunc nexum & Aristoteles, qui V. de repub. cap. XI. sic ait de Rege: ἧττον φοβοῦνται τὸ παθεῖν τι παράνομον ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐὰν δεισιδαίμονα νομίζωσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα: *minus enim populus timebit injuste tractari a Principe pp quem religiosum credat.* Et Galenus libro IX. de placitis Hippocratis & Platonis, cum multa de Mundo di-

„*ee*) (SED ET IN COMMUNI SOCIETATE GENERIS HUMANI:) Immo talem societatem non existere sæpius dictum est; adeoque religio in ea effectum habere nequit, cum non entis nullæ sint affectiones: Quod vero homo homini fidem servare debeat, non est ex societate, sed ex utriusque dispositione, quæ obligat etsi nulla societas inter homines existat.

„*ff*) (FIDES ETIAM ET SOCIETAS HUMANI GENERIS:) At talem societatem non existere vidimus. Cæterum sententiam Ciceronis quoque adoptavit *Lactantius l. 1. c. 12. & l. 5. c. 6.* Vid. *Tesmar. h. lit. k.*

„*gg*) (JUSTITIAM ADFERT:) Ex hoc loco falsum probatur jus naturæ esse id quod Deus voluit, non vero quod societas quædam humana existat quæ sublata pietate tollatur.

„*hh*) (EPICURUS:) Quæ late tractat Lactantius, *de Ira Dei c. 8.* Vid. *Differt. proœm. 8.* §. 10. *seq.*

„ii) (CUM DIVINAM PROVIDENTIAM SUSTULISSET:) Statuebat enim omnia fortuito contingere, Deum otiosum esse, & nullam rerum humanarum curam gerere. Vid. Stanlej. *Hist. philosoph. vet p.*

kk) (Grot.) (JUSTITIÆ QUOQUE NIHIL RELINQUIT NISI NOMEN INANE:) *Seneca* epist. XCVII. *Illic dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit nihil justum esse natura, & crimina vitanda esse quia vitari metus non possit.*

ADDITIO.

„Epicurus diserte nullam natura esse justitiam docuit. Vid. *Differt. proœm. XII. §. 40.* & *proleg. §. 3. pag. 4.* Sane cum Deum legislatorem neget, jus naturæ admittere non potuit.

„*ll*) (EX SOLA CONVENTIONE:) Homines enim, dum in civitates coiverunt, juris suo vi agendi renunciasse, & se suaque arbitrio civitatis subjecisse statuit; indeque crimina vitari ait, non quia natura injusta sint, sed quia metus vindictæ & pœnæ vitari non possit. Vid. *supr. prolegom. §. 2. pag. 4.*

„*mm*) (NEQUE DURARE ULTERIUS, QUAM COMMUNIS DURARET UTILITAS:) Si enim dispositione hominum omne jus statutum est, eadem dispositione iterum tolli potest. Vid. *Diss. proœm. I. §. 52.*

„*nn*) (SOLO POENÆ METU:) Non metu violandi Numinis, nec metu pœnæ æternæ, sed solo metu pœnæ ab hominibus infligendæ. Nihil igitur hic est, quod homines a criminibus, si clam committi possunt, vel si neminem metuunt, absterreat. Vid. *Differt. proœm. I. §. 52.*

„*oo*) (DIOGENEM LAERTIUM:) Eaque retulimus in *Differt. proœm. 8. §. 10. seq.* Conf. supra *prolegom.* §. 3.

„*pp*) (QUEM RELIGIOSUM CREDAT:) De Scipione vide *Livium l. 26 c. 19.* Add. *Gell. l. 7. c. 1. Thuan. l. 4. p. 78. l. 5. p.* 102 & *l. 7. p.* 138. Hinc Principes, aliquando affectare & fingere solent falsam religionem contra quos invehitur Augustinus *de civit. Dei, l. 4. c 32. hominum veluti prudentium & sapientium negotium fuit populum in religionibus fallere, & in eo ipso non solum colere, sed imitari etiam dæmones.* Vid. *Tesmar. h.*

„*qq*) (NULLO AD MORES USU:) Quæ ingenia tantum curiosa oblectarent, nihil autem juvarent vitam civilem. *Gronov. h.*

„*rr*) (QUÆSTIONEM DE PROVIDENTIA AGNOSCIT USUS ESSE MAXIMI:) Invitarentur enim homines negata providentia ad committenda quævis crimina, si clam, id est tuto, committi

 „possunt;

divinaque natura quæri dixiſſet, [qq] nullo ad mores uſu,[rr] quæſtionem de providentia agnoſcit uſus eſſe maximi tum ad privatas tum ad publicas virtutes. Vidit hoc & Homerus, qui Odyſſeæ ſexto & nono hominibus ὑβρισαῖς καὶ ἀγρίοις [ss] *feris & injuſtis*, opponit eos quibus νόος ἐςὶ θεȣδὴς *mens religioſa*. Sic Judæorum veterum [tt] juſtitiam religione permixtam laudat ex Trogo [uu] Juſtinus; ſicut eosdem Judæos Strabo δικαιοπραγȣ̃ντας καὶ εὐσέβεις ὡς ἀληθῶς ὄντας, *Lactantius: Si ergo pietas eſt cognoſcere Deum, cujus cognitionis hæc ſumma eſt ut eum colas;* [vv] *ignorat utique juſtitiam qui religionem Dei non tenet. Quomodo enim poteſt eam noſſe qui unde oriatur ignorat?* Idem alibi: *Religioni eſt propria juſtitia.*

Verſ. 120. & ſeq. — *Verſ. 176.* — *Lib. 36. c. 2.* — *Geogr. l. 16. p. 761.* — *Inſt. Div. l. 5. c. 14.* — *De Ira Dei, c. 7.*

6. Jam vero majorem etiam uſum habet religio [ww] in majori illa [xx] quam in civili ſocietate, quia in civili [yy] partem ejus ſupplent leges, [zz] & facilis legum exſecutio, cum contra [α] in magna illa communitate [β] juris exſecutio ſit difficillima, ut quæ niſi armis expleri nequeat; [γ] & leges pauciſſimæ, quæ ipſæ inſuper [δ] ſanctimoniam ſuam habent præcipue a metu numinis; unde [ε] qui in jus gentium peccant, divinum jus violare paſſim dicuntur. Non male ergo re-

„poſſunt; quia nihil ſupereſt quod animis hominum metum incuteret.

„ss) (FERIS ET INJUSTIS, OPPONIT EOS, QUIBUS MENS RELIGIOSA:) Religio homines efficit „juſtos: religio enim nihil aliud eſt quam Deum „colere, colimus autem Deum dum obſequimur „præceptis Dei.

tt) (Grot.) (JUSTITIAM RELIGIONE PERMIXTAM:) Philo vita Abrahami: τῆς αὐτῆς φύσεώς ἐςιν εὐσεβῆ τε εἶναι καὶ φιλάνθρωπον, καὶ περὶ τὸν αὐτὸν ἑκάτερον ὁσιότης μὲν πρὸς Θεὸν, δικαιοσύνη δὲ πρὸς ἄνθρωπον θεαρεῖται. *ejusdem eſt naturæ religioſum eſſe & hominum amantem: apud eundem ſpectantur pietas in Deum, & in homines juſtitia,* (pag. 378. D.)

„uu) (JUSTINUS:) *Lib.* 36. *c.* 2. Unde apud eos „mos fuit, ut eundem & regem & ſacerdotem „haberent. *ibid.*

„vv) (IGNORAT UTIQUE JUSTITIAM, QUI RELIGIONEM DEI NON TENET:) Adeoque qui vindicem injuriæ non credit. Cæterum pugnat hæc „aſſertio cum principiis Authoris, qui jus naturæ „dari ait, etſi detur Deum non eſſe. Vid. *prolegom.* §. 11. & *l.* 1. *c.* 1. §. 10.

„ww) (IN MAJORI ILLA &c. SOCIETATE:) „Author, ut probet ob contemtam religionem gentem ab aliis gentibus puniri poſſe, ait religio„nem non tantum in *ſocietate humana* habere effe„ctus maximos, *Vid. n.* 3. ſed etiam in ſocietate „illa civili plurimum gentium; (quas communi „conſenſu ob mutuas neceſſitas jus aliquod inter „ſe conſtituiſſe finxit ſupra *proleg.* §. 17.) indeque „religionem contaminatam etiam propter violatum „*jus gentium voluntarium* ad omnium pertinere „injuriam: *vid. n.* 6. Cum autem certum ſit, nec „humanam ſocietatem natura cognitam eſſe, nec „ſocietatem civilem gentium conſenſu conſtitutam „exiſtere, neutri injuria per contaminatam religio„nem inferri poteſt.

„xx) (QUAM IN CIVILI SOCIETATE:) Id eſt „in ſocietate cœtuum ſingulorum. *d.* §. 17.

„yy) (PARTEM EJUS SUPPLENT LEGES:) Pœ„nas ſcilicet civiles quoque ſtatuentes in irreli„gioſos.

„zz) (ET FACILIS LEGUM EXSECUTIO:) Pa„rata enim ſemper eſt exſecutio magiſtratus in „ſubditum immorigerum.

„α) (IN MAGNA ILLA COMMUNITATE:) Inter „civitates omnes aut pleraſque conſenſu conſtitu„tas. *d.* §. 17.

„β) (JURIS EXSECUTIO SIT DIFFICILLIMA, UT „QUÆ NISI ARMIS EXPLERI NEQUEAT:) Fruſtra „de exſecutione juris gentium voluntarii quæritur, „cum tale non exiſtat.

„γ) (ET LEGES PAUCISSIMÆ:) Leges quas Gro„tius juri gentium voluntario tribuit ex univerſo „tractatu Grotiano collegimus in *Diſſert. proœm. IV.* „§. 14. ſimulque demonſtravimus *ibid.* §. 23. *ſeq.* „omnes illas leges vel plane non eſſe leges, vel eſſe „ipſas leges naturæ.

„δ) (SANCTIMONIAM SUAM PRÆCIPUE HABENT A METU NUMINIS:) Quia ex mente Gro„tii Deus, Author naturæ, pacta ſervari vult, jus

„autem

ζ religionem contaminatam ad omnium pertinere injuriam dixere Imperatores. L. 4. C. de hæreticis.

§. XLV.

I. Ut rem totam penitius introſpiciamus, notandum eſt, a religionem veram, quæ omnium ætatum communis eſt, b quatuor præcipue pronunciatis niti; quorum primum eſt, c Deum eſſe, d & eſſe unum: ſecundum e Deum nihil eſſe eorum quæ videntur, ſed his aliquid ſublimius: tertium, f a Deo curari res humanas, g & æquiſſimis

„autem gentium ex pacto & conſenſu originem „duxiſſe fingit. Vid. *prolegom.* § 17. Qui proinde „violat religionem, committit in metum illum „numini debitum.

„ε) (QUI IN JUS GENTIUM PECCANT, DIVI- „NUM JUS VIOLARE. &c) Nemo id *de jure* „*gentium voluntario*, (quale non exiſtit,) dixit, „ſed omnes intelligunt jus gentium quod „Authore naturæ ſtatutum eſt, & ideo divinum „merito dicitur.

„ζ)(RELIGIONEM CONTAMINATAM AD OMNI- „UM PERTINERE INJURIAM:) Imperatores non „ſtatuunt Manichæos (nam de iis agunt) peccare „in ſocietatem humanam, & humanum genus „religionem contaminatam vindicare poſſe: ſed „hanc hæreſin crimen publicum conſtituunt, quod „ab omnibus (ſcilicet civibus) vindicari poſſit. „*l.* 4. §. 1. *C. de hæret.* Nam huic hominum generi „nihil ex moribus, nihil ex legibus commune „cum cæteris civibus eſſe voluit. *d. l.* 4. *C. de hær.* „Rectiùs huc quadrat dictum Juſtini *l.* 8. *c.* 2. de „Philippo ulciſcente ſacrilegium: *incredibile quan- „tum ea res apud omnes nationes Philippo gloriæ „dedit, illum vindicem ſacrilegii, illum ultorem re- „ligionis, quod orbis viribus expiari debuit, ſolum „qui piacula exigeret, exſtitiſſe dignum. Itaque „diis proximus habetur, per quem deorum maje- „ſtas vindicata ſit.*

„a) (RELIGIONEM VERAM, QUÆ OMNIUM Æ- „TATUM COMMUNIS EST:) Hic ergo de naturali „ſaltem religione quæritur, non de revelata: de „religione quæ inter omnes gentes, omni ætate ob- „tinuit, hodieque obtinet.

„b) (QUATUOR PRÆCIPUE PRONUNTIATIS NI- „TI:) Cæteras enim notiones non eſſe æque evi- „dentes ait infra §. 47.

„c) (DEUM ESSE:) Exiſtere enim ens aliquod „a ſe, eoque perfectiſſimum, ex Authoris tractatu „*de veritate religionis chriſtianæ* probavimus in „*prolegom.* §. 11. *lit. d.*

„d) (ET ESSE UNUM:) Hoc ſequenti modo „probat Grotius in tractatu *de veritate religionis „Chriſtianæ l.* 1. §. 13. *Evicto Numen eſſe aliquod, „reſtat ad attributa ejus veniamus; quorum pri- „mum hoc occurrit, non plures eſſe deos, ſed unum „Deum. Hoc inde colligitur, quod Deus, ut ſupra „jam dictum eſt, eſt id quod eſt neceſſario, ſive „per ſe: neceſſario autem ſive per ſe quidque eſt, „non qua in genere conſideratur, ſed qua actu eſt: „actu autem ſunt res ſingulæ. Quod ſi plures Deos „ponas, jam in ſingulis nihil invenias, cur neces- „ſario ſint: nihilque cur magis duo, quam tres, „aut decem quam quinque credantur Adde quod „multiplicatio rerum ſingularium congenerum eſt „ex cauſarum fœcunditate, pro qua plures ipſæ res „enaſcuntur, aut pauciores. Dei autem nec origo, „nec cauſa ulla eſt. Tum vero in ſingulis diverſis „ſunt quadam proprietates ſingulares, quibus in- „ter ſe diſcriminentur: quas in Deo, qui natura „eſt neceſſaria, ponere non eſt neceſſarium. Neque „vero usquam ſigna deprehendas Deorum plurium. „Nam tota hæc univerſitas unum facit mundum: „in eo unum pulcherrimum ſol in homine etiam uno- „quoque unum imperat, mens. Praterea, ſi duo „eſſent, aut plures dii, libere agentes & volentes, „poſſent contraria velle: impediretur autem alter „ab altero, quo minus quod vellet efficeret: impe- „diri autem poſſe Deo indignum eſt.*

„e) (DEUM NIHIL ESSE EORUM, QUÆ VIDEN- „TUR, SED HIS ALIQUID SUBLIMIUS:) Id eſt De- „um eſſe inconſpicuum, quia materia caret.

„f) (A DEO CURARI RES HUMANAS:) Proba- „vimus hoc attributum in *prolegom.* §. 11. *lit. d.* & „*e.* Quod etiam ad ſublunaria & res ſingulares „merito extendit Grotius *de verit. relig. Chriſt. l.* „1. §. 11. Verba ejus hæc ſunt: *Multum autem er- „rare eos, qui providentiam hanc cæli orbibus in- „cludunt, tum ex ratione jam allata, & ad res „omnes conditas vim ſuam exſerente apparet: tum „inde etiam, quod aſtrorum curſus, ut philoſopho- „rum potiſſimi agnoſcunt, & experientia ſatis de- „monſtrat, ordinati ſint ad uſum hominum. Æquum „autem eſt, ut magis curetur id cujus gratia „eſt aliud, quam quod in uſum alterius compara- „tum eſt. Neque minus falluntur, qui univerſa- „lia ab eo curari volunt, non & ſingularia. Nam „ſi ignorari a Deo ſingularia volunt, quod quidem „profitentur, ne ſe ipſe quidem Deus agnoſcet. Ne- „que vero infinita erit ſcientia. quod jam ante con- „cluſimus, ſi ad ſingula non extenditur. Quod ſi „& illa cognoſcit Deus, quidni & curet, præſer- „tim cum & ſingula, qua ſingula ſunt, ordinentur „ad finem certum, tum peculiarem, tum univerſa- „lem: & ipſa rerum genera, qua a Deo conſer- „vari*

fimis arbitriis dijudicari: quartum, eundem Deum opificem eſſe rerum omnium extra ſe. Hæc quatuor totidem decalogi præceptis explicantur.

2.

„vari illi ipſi actores agnoſcunt, non ſubſiſtant niſi in ſingulis, ita ut ſi ſingula perire poſſint abdicata a divina providentia, poſſint & ipſa genera

„g) (ET ÆQUISSIMIS ARBITRIIS DIJUDICARI:) Quod ita explicat Author in tractat. *de verit. relig. Chriſt. l. 1. §. 19. 20. Solent nonnulli, ut de divina providentia dubitent, moveri conſpectu ſcelerum, quorum velut diluvio quodam hic orbis obruitur: quæ coërcere atque reprimere præcipuum contendunt divinæ providentiæ, ſi qua eſſet, opus futurum fuiſſe. Sed facilis eſt reſponſio: cum hominum Deus condidiſſet liberum ad bene maleque agendum, ſibi reſervata bonitate plane neceſſaria atque immutabili, æquum haud fuiſſe, ut malis actionibus impedimentum poneret ei libertati contrarium. Ceterum quæcunque ſunt impediendi rationes cum libertate data non pugnantes, legis conſtitutio ac promulgatio, monitus interni externique, cum minis etiam & promiſſis, earum nulla a Deo prætermittitur: ſed nec malitiæ effectus finit, quo poſſent, evagari: unde nec imperia everti, nec legum divinarum cognitio plane deleri unquam potuit. Quæ vero permittuntur ſcelera, non carent interim ſuo fructu, cum adhibeantur, ut attingere ſupra cœpimus, aut ad puniendos alios non minus ſceleratos, aut ad corrigendos, qui extra virtutis viam prolapſi ſunt, aut ad exigendum ſpecimen eximium patientiæ atque conſtantiæ ab his qui magnos in virtute profectus fecerunt. Poſtremo & ipſi, quorum ad tempus diſſimulata videntur ſcelera, pœnas eorum cum temporis uſura ſolent ſolvere, ut de iis fiat, quod Deus voluit, qui fecerunt, quod Deus noluit. Quod ſi quando nulla apparent ſcelerum ſupplicia, &, quod multos infirmos ſolet offendere, boni quidam, malorum violentia oppreſſi, non vitam modo agunt ærumnoſam, ſed & mortem ſæpe ſubeunt, & quidem infamem: non ideo mox tollenda eſt a rebus humanis Dei providentia, quæ tam validis, ut jam diximus, argumentis eſſe oſtenditur; ſed potius cum ſapientiſſimis viris ita colligendum eſt.*

„g) (EUNDEM DEUM OPIFICEM ESSE RERUM OMNIUM EXTRA SE:) Quod probat Grotius *de veritate religionis Chriſtianæ, lib. 1. §. 7. 8. 9. Quæcunque autem ſubſiſtunt, a Deo exiſtendi habere originem, connexum eſt his, quæ ante diximus. Concluſimus enim, id quod per ſe ſive neceſſario eſt, unum eſſe. Unde ſequitur, ut alia omnia ſint orta ab aliquo diverſo a ſe ipſis. Quæ autem aliunde orta ſunt, ea omnia in ſe, aut in cauſis ſuis, orta eſſe ab eo, quod ortum nunquam eſt, id eſt a Deo, jam ante vidimus. Neque ratio tantum, ſed ipſe id quodam modo ſenſus evincit. Nam ſi humani corporis admirabilem conſtructionem intus extraque conſpicimus, & ut omnia ibi, etiam minima, ſuos uſus habeant, nullo ſtudio, nulla induſtria parentum, arte vero tanta, ut philoſophorum ac medicorum præſtantiſſimi nunquam eam ſatis poſſint admirari, oſtendit hoc opificem naturæ eſſe mentem excellentiſſimam: qua de re videri poteſt Galenus, præſertim qua parte oculi & manus uſum examinat. Immo & mutorum animantium corpora id loquuntur. Non enim ex vi materiæ, ſed ad finem certum collocatæ ac figuratæ ſunt eorum partes. Neque animantium tantum, ſed & plantarum, & herbarum, ut a philoſophis accurate notatum eſt. Idem egregie Strabo notavit in aquarum poſitu, quæ, ſi materiæ qualitatem reſpicias, mediæ eſſe debuerunt inter terram atque aërem, cum nunc terris interfuſæ ſint, nimirum ut terræ fœcunditati hominumque vitæ nihil obſtaret. Ob finem autem agere non eſt niſi intelligentis naturæ. Neque vero ſingula tantum ad peculiarem ſuum finem ordinantur, ſed & ad communem univerſi; ut apparet in aqua, quæ contra naturam ſibi propriam surſum movetur, ne inani interpoſito hiet univerſi compages, ita facta, ut continua partium cohæſione ſemet ſuſtineat. Finis autem hic univerſalis intendi, & vis ad eum finem inſeri rebus non potuit, niſi ab intellectu, cui ſubiiſſet hoc univerſum. Quin & beſtiarum nonnullæ actus exercent ita ordinatos atque directos, ut omnino eos appareat a ratione aliqua proficiſci: quod in formicis, & apibus maxime apparet; ſed & in aliis quibusdam, quæ ante omne experimentum aut nocitura fugiunt, aut profutura quærunt. Non ipſis ineſſe vim hanc aut inveniendi aut dijudicandi, inde apparet, quod ſemper agunt conſimiliter, & ad alia neutiquam graviora nihil valent: quare ab extrinſeca ratione ipſas aut dirigente, aut efficaciam ſuam ipſis imprimente, neceſſe eſt iſta proficiſci: quæ quidem ratio non aliud eſt, quam quod Deus vocatur. Jam vero cœleſtia quoque ſidera, & quæ in iis maxime eminent, ſol & luna, curſus agunt ita attemperatos ad terrarum fœcunditatem & animantium valitudinem, ut ne excogitari quidem aptius quidquam poſſit. Nam cum alioqui multo ſimplicior fuiſſet per æquatorem motio, aliam illis attributam videmus per obliquum circulum, quo ad plura terrarum ſpatia beneficia ipſorum pertingerent. Sicuti vero terrarum uſus penes animantia eſt, ita animantium cæterorum penes hominem maxime, qui violentiſſima quæque exſuperantia ingenii ſibi ſubjicit. Unde mundum hominis cauſa factum etiam Stoici colligebant. Cum vero eo uſque vis hominis non poſſit pertingere, ut & cœleſtia lumina ſibi ſervire cogat, nec illa ultro ſe homini mancipaſſe credenda ſint, ſequitur, ut ſuperior quædam ſit mens, cujus imperio*

2. Nam [h] primo aperte traditur Dei unitas; [i] secundo natura ejus inconspicua, [k] nam propter eam imago ejus exstrui vetatur Deut. IV, 12. Quomodo & [l] Antisthenes dicebat ὀφθαλμοῖς ὐχ ὁρᾶται, ὐδενὶ ἔοικεν, διόπερ αὐτὸν ὐδεὶς ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος δύναται: *oculis non conspicitur, rei nulli est similis, unde nec quisquam eum potest ex effigie cognoscere.* [m] Philo autem τὸν ἀόρατον εἰκονο γραφεῖν ἢ διαπλάσσειν ὐχ ὅσιον *Profanum est ejus qui inconspicuus est pingendo aut fingendo imaginem exhibere.* Diodorus Siculus de Mose ἄγαλμα ὐ κατεσκεύασε δία τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸν θεόν: [n] *simulacrum non constituit, eo quod Deum non crederet humana forma esse* [o] Tacitus: *Judæi mente sola unum-* Excerpt. e lib. 40. Hist. 5, 5.

que

„*perio pulcherrima illa corpora homini tanto in-*
„*fra posito operas perpetuas præstent: quæ ipsa*
„*mens non alia est, quam opifex siderum, atque*
„*universi. Motus autem siderum, qui eccentrici,*
„*quique epicyclici dicuntur, manifeste ostendunt non*
„*vim materiæ, sed liberi agentis ordinationem.*
„*Idem testantur astrorum alii ex hac, alii ex alte-*
„*ra coeli parte positus, terrarumque ac marium tam*
„*inæqualis forma. Nec alio referri potest, quod*
„*sidera in hanc magis, quam in illam partem eunt.*
„*Ipsa vero mundi figura perfectissima, rotunda*
„*scilicet, & partes ejus in coeli quasi sinu conclusæ,*
„*atque ordine admirabili dispositæ, satis loquuntur,*
„*non casu hæc confluxisse, sed ab intellectu, & qui-*
„*dem excellentissimo, esse constituta. Nam quis*
„*adeo stultus est, ut a casu aliquid tam accuratum*
„*exspectet, quasi credat, casu lapides & ligna in*
„*domus speciem coalitura, aut ex jactis forte litte-*
„*ris exstituturum poema: cum & qui figuras geo-*
„*metricas in littore viderat, hominis se dixerit vi-*
„*dere vestigia, satis perspiciens a casu talia profi-*
„*cisci non potuisse? Præterea non ab æterno exsti-*
„*tisse hominum genus, sed a certo tempore commu-*
„*nem stirpi sumsisse originem, evincunt inter alia*
„*artium progressus, & incultæ olim terræ, quæ*
„*habitari postea cœperunt, quod & insularum ser-*
„*mo testatur profectus a terris adjacentibus. Tum*
„*vero instituta quædam ita hominibus communia,*
„*ut non tam naturæ instinctui, aut evidenti ratio-*
„*nis collectioni, quam perpetuæ, & vix paucis in*
„*locis per malitiam aut calamitatem interruptæ tra-*
„*ditioni, accepta ferri debeant: qualis olim fuit*
„*victimarum in sacris mactatis, & nunc quoque*
„*pudor circa res veneris, nuptiarum solemnia, &*
„*incestorum fuga.*

„*Neque ab eo, quod diximus, dimovere nos de-*
„*bet, quod mala multa evenire cernimus, quorum*
„*videtur origo Deo adscribi non posse, ut qui per-*
„*fectissime, sicut ante dictum est, bonus sit. Nam*
„*cum diximus, Deum omnium esse causam, addi-*
„*dimus, eorum quæ vere subsistunt, nihil enim pro-*
„*hibet, quo minus ipsa, quæ subsistunt, deinde causæ,*
„*sint accidentium quorundam; quales sunt actio-*
„*nes: Deus hominem, & mentes sublimiores ho-*
„*mine, creavit cum agendi libertate, quæ agendi*
„*libertas vitiosa non est, sed potest sua vi aliquid*
„*vitiosum producere. Et hujus quidem generis ma-*
„*lis, quæ moraliter mala dicuntur, omnino Deum*
„*adscribere auctorem, nefas est. At sunt, quæ*
„*alio sensu dicuntur mala, quia certæ personæ do-*
„*loris aut damni adferunt aliquid, quæ a Deo pro-*
„*ficisci, puta ad emendationem hominis, aut etiam*
„*in pœnam delicto respondentem, nihil vetat: cum*
„*in eo nihil sit quod bonitati repugnet: immo sæ-*
„*pe hæc ab ipsa bonitate proficiscantur, sicut a bono*
„*medico ingratum sapori pharmacum.*

Rejicienda autem hic obiter eorum sententia, qui
„*duo principia agentia, alterum bonum, alterum*
„*malum, posuerunt. Ex duobus enim pugnanti-*
„*bus inter se destructio sequi potest, ordinata con-*
„*structio non potest. Neque vero sicut aliquod est*
„*per se bonum, ita aliquod esse per se & omni mo-*
„*do malum potest: cum malum defectus sit quidam,*
„*qui esse nequit nisi in re existente: ipsum autem*
„*existere jam boni est aliquid.*

„*h*) (PRIMO APERTE TRADITUR DEI UNI-
„TAS:) Verba præcepti sunt, *non habebis Deos*
„*alienos coram me. Exod. 20. v. 3.*

„*i*) (SECUNDO, NATURA EJUS INCONSPICUA:)
„*Deut. 4. v. 12. 15. seq. Joh. 6, 46. 1 Thim. 6. v.*
„*16. 1 Joh. 4. v. 12.*

„*k*) (NAM PROPTER EAM IMAGO EJUS EXSTRUI
„VETATUR:) *Deut. 4. v. 15. & 16.* Quia confun-
„deretur Creator cum creatura.

l) (Grot.) (ANTISTHENES:) Laudatus *Clementi Alexandrino.* (Cap. VI. pag 66. *Ed. Oxon.* ubi tria priora verba desunt.) Ex illo videtur hoc promisisse *Seneca* lib. VII, c. 30. naturalium quæstionum: *ipse qui ea tractat, qui condidit, qui totum hoc fundavit, deditque circa se, majorque est pars operis sui ac melior, effugit oculos, cogitatione visendus est.*

m) (Grot.) (PHILO AUTEM:) Dicit hæc apud *Philonem* rex Agrippa, (pag. 1032.)

n) (Grot.) (SIMULACRUM NON CONSTITUIT:) *Dion* libro XXXVI. (*pag. 41. E. Ed. H. Steph.*) ὐδὲ ἄγαλμα ὐδὲν ἐν αὐτοῖς ποτὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔσχον· ἄῤῥητον δὲ καὶ ἀειδῆ αὐτὸν νομίζοντες εἶναι, &c. *nec ullum Hierosolymis simulacrum habebant, quod Deum crederent neque conspici, neque verbis explicari posse.* Vide & Strabonem libro (pag. 761.)

„*o*) (TACITUS:) *Histor. l. 5. c. 5.*

 p) (Grot.)

que numen intelligunt: profanos qui Deum imagines mortalibus materiis in speciem hominum effingunt. Plutarchus vero cur p Numa de templis simulachra sustulerit causam hanc reddit: ὡς ὐκ ἐφάπτεσϑαι ϑεῦ δυνατὸν ἄλλως ἢ νοήσει: *Quod Deus concipi nisi sola mente non possit.* Tertio præcepto intelligitur q cognitio & cura rerum humanarum, r etiam cogitationum: s nam id jurisjurandi fundamentum est. t Deus enim testis etiam cordis, u & si quis fallat vindex invocatur; v quo ipso simul & justitia Dei significatur & w potentia. Quarto, x origo mundi totius auctore Deo, y in cujus rei memoriam institutum fuit olim sabbatum, z & quidem singulari quadam sanctimonia supra ritus alios. Nam si quis in alios ritus peccasset, aa pœna legis erat arbitraria, ut de cibis vetitis; si in hunc, pœna capitis: bb quia Sabbati violatio ex instituto continebat abnegationem mundi

Pag. 65. B. vit Num.

p) (Grot.) (NUMA:) De hoc Numæ instituto vide & *Dionysium Halicarnassensem.* (Nihil habet hac de re eximius ille Antiquitatum Romanorum Scriptor. Debet Author noster CYRILLO, *contra Julian.* Lib. VI. p. 193. *Edit. Spanhem.* sed qui videtur ex errore *Dionysium Halicarnassensem* pro alio laudasse: nam putat *Numam* è *Philosophia Pythagorica* hoc institutum hausisse; quum *Dionysius Halicarnassensis*, Lib. II. cap. 59. ostendat, *Pythagoram* quatuor ætatibus post *Numam* vixisse, adeoque hunc illius discipulum esse non potuisse. J. B.)

„*q*) (COGNITIO ET CURA RERUM HUMANARUM:) Vid. *Genes.* 45, 5. 50, 19. *Deut.* 8, 18. „1 *Reg.* 9, 15. *Sapient.* 12, 13. *Tob.* 7, 12. *Iob.* 9, „15. 12, 13. *Ps.* 102, 19. 113, 3. 126. 1. *Prov.* 10, „22. 16, 4. 9. 19. 21. *c.* 20, 24. 24, 21. *Eccl.* 3, 15. „*Esai* 26, 15. 45, 7. *Ierem.* 10, 23. 27, 5. *Dan.* „2, 21. 5, 18. *Matth.* 6, 33. 11, 26. 20, 14. *Luc.* „12, 31. *Rom.* 9, 15. *Hebr.* 13, 21. &c.

„*r*) (ETIAM COGITATIONUM:) Quia & infinitus est Deus, & omniscius. 3 *Reg.* 8, 39. 2 *Paral.* „6, 30.

„*s*) (NAM ID JURISJURANDI FUNDAMENTUM „EST:) Si enim Deus cogitationes ignoraret, si „nesciret an vera homo juraverit, an non; perju„rii pœnas non metuerent homines, & sic omnis „jurisjurandi effectus cessaret.

„*t*) (DEUS ENIM TESTIS ETIAM CORDIS:) Vid. „*dict. locis.* Idque omnes philosophi fere communi „ore tradiderunt. Vid. *Clem. Alex. Stromat. V.* „*p. m.* 594. *d. Xenoph. Memorab. Socrat. fol.* 711. „*e & fol.* 800. *seq. Liv.* 9, 11. *Senec. Epist.* 10. & „83. *Curt.* 6, 10.

„*u*) (ET SI QUIS FALLAT, VINDEX INVOCATUR:) Frustra autem vindex invocaretur si te„stis non esset cordis: De Deo vindice perjurii „late egimus supra *l.* 2. *c.* 13. §. 10. Conf. *Liv.* „3. 2. 21, 40. 28, 27. *Iustin.* 19, 3. *Senec. Thyest.* „*in fin.* & in *Octav. v.* 255. *Tesmar. h.*

„*v*) (QUO IPSO SIMUL ET JUSTITIA DEI SI„GNIFICATUR:) Dum fidem datam violantes & „criminum reos punit.

„*w*) (ET POTENTIA:) Cum enim Creator sit „universi, & hominum, adeoque absolutum in „suam creaturam habeat dominium, dubitari non „potest eum potentiam puniendi habere. Vid. „supr. *l.* 2. *c.* 13. §. 10. Add. 1. *Timoth.* 6, 15.

„*x*) (ORIGO MUNDI TOTIUS AUCTORE DEO:) „*Sex* enim *diebus fecit dominus coelum, & ter„ram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & re„quievit in die septimo: idcirco benedixit Deus diei „sabbathi, & sanctificavit eum. Exod.* XX, 9. 10 11.

y) (Grot.) (IN CUJUS REI MEMORIAM INSTITUTUM FUIT OLIM SABBATUM:) Scriptor responsorum ad orthodoxos, ad quæstionum LXIX. ἵνα ἐν φυλαχϑῇ ἡ μνήμη τῆς τῦ κόσμε ποιήσεως ἐν τοῖς ἀνϑρώποις, διὰ τῦτο τιμιώτερον τῶν ἄλλων εὑρίσκειν ἔταξε τὰ ἑπτὰ ἀριϑμὸν ἐν τῇ ϑείᾳ γραφῇ. *ut ergo memoria mundi conditi inter homines servaretur, ideo voluit Deus septenarium numerum in sacris literis eminere cæteris honoratiorem.* Vide & quæ præcedunt. (Inter Opera *Justini* Martyr. pag. 336. *Ed. Sylburg.*)

ADDITIO.

„Sabbatum non tempore creationis, sed a Moi„se in memoriam creationis institutum esse vidi„mus *l.* 1. *c.* 1. §. 17. *n.* 4.

„*z*) (ET QUIDEM SINGULARI QUADAM SAN„CTIMONIA:) Ut ad id observandum majori ne„cessitate constringerentur, quam ad alia religio„nis officia. *Gronov. h.*

„*aa*) (POENA LEGIS ERAT ARBITRARIA, UT „DE CIBIS VETITIS:) *Vid. Exod.* XXI. 28. XXII, „31. *Levit.* VII, 23. 11, 4. Nisi quis idolum comede„rit, tunc enim pœna mortis statuta est. Vid. „*Levit.* XVII, 9. 10. 11. Conf. *dissert. prooem.* III. „*sect.* 2. §. 23. *seq.*

„*bb*) (QUIA SABBATI VIOLATIO CONTINEBAT „ABNEGATIONEM MUNDI A DEO CREATI:) Ve„ra

di a Deo creati. Mundus autem a Deo creatus [cc] & bonitatem ejus [dd] & sapientiam [ee] & æternitatem [ff] & potentiam tacite indicat.

3. Ex his autem [gg] notionibus contemplativis sequuntur [hh] activæ, ut [ii] Deum honorandum, amandum, colendum, [kk] eique obtemperandum. Itaque Aristoteles eum qui Deum honorandum aut parentes amandos neget, [ll] non argumentis sed pœna edomandum dixit. Et alibi: alia quædam esse honesta, [mm] Deum honore prose qui ubique. Istarum autem [nn] quas contemplativas diximus notionum veritas haud dubie etiam [oo] petitis ex rerum natura argumentis demonstrari potest, inter quæ illud validissimum est, [pp] quod res aliquas esse factas ostendat sensus, res autem factæ omnino nos ad aliquid non factum deducant. Sed quia hanc rationem, [qq] & similes alias non omnes capiunt, [rr] sufficit quod ab omni ævo per omnes terras, [ss] paucissimis exceptis, in has notiones consenserunt [tt] & hi qui

Top. l. 1. c.

Ibid. l. 2. c. 2.

„ea ratio est, quod Deus ex septem diebus unum „cultui sibi reservaverit diem quo coli ab omnibus voluit: Summam ergo injuriam in Deum „committunt illi, qui cultui huic aliquid contrahunt eo die faciunt: indeque eadem pœna hic „statuta est quæ in eos qui loco non destinato „sacrificia offerebant, qui sanguinem idoli comedebant &c. i. e. pœna mortis.

„cc) (ET BONITATEM:) Nam commoda orbis „in humani generis utilitatem condidit.

„dd) (ET SAPIENTIAM:) Ordinem enim mirabilem in orbe conspicimus creatu: omnis autem ordo supponit sapientiam.

ee) (ET ÆTERNITATEM:) Quia omnia ab ipso sunt, ipse ergo caussam non habet, sed a se ipso „initur, id est ab æterno existit.

„ff) (ET POTENTIAM:) Infinitæ potentiæ indicium est tantum conficere orbem, tot creare „creaturas viventes, eas tot sæculis eodem ordine „conservare. Inepte ergo ex vastitate orbis Epicurus concludit, fabricatorem illum non habuisse.

„gg) (NOTIONIBUS CONTEMPLATIVIS:) Sententiis & effatis, quæ opinionem & existimationem de natura & majestate Dei rectam inculcant. „Gronov. h.

„hh) (ACTIVÆ) Quæ opus nobis indicunt atque imperant. Gronov. h.

„ii) (DEUM HONORANDUM, AMANDUM, COLENDUM.) (1) Quia vera perfectionis æstimatio consistit in honore & cultu: cum ergo Deus sit ens „perfectissimum, summe colendus nobis erit. (2) „Quia auctor est omnium rerum, a quo omnia „bona prodeunt, & ideo honorandus ac colendus. Denique & (3) nulla ratio dari potest, cur „mentem generi humano præ reliquis animantibus concesserit, cur facultate illa instruxerit cognoscendi Creatorem, ejusque attributa, voluntatem, & præcepta, si ab hominibus agnosci, co„que coli noluisset. Conf. Xenoph. Instit. Cyr. 1. „p. 27. Lactant de ira Dei, c. 10. in fin.

„kk) (EIQUE OBTEMPERANDUM:) Is enim nos „creavit, & certa lege creavit, adeoque & imperium & dominium in nos nactus est. Hinc gentiles quoque præcipuam cultus divini partem in „eo posuere, imperata facere. Lactant. Instit. divin l. 6. c. 9.

„ll) (NON ARGUMENTIS, SED POENA EDOMANDUM DIXIT:) Loquitur de civibus in civitate „constitutis, ubi cultus Dei prima lex est.

„mm) (DEUM HONORE PROSEQUI UBIQUE:) Socrates ait, Deos colere esse legem juris gentium. „Idem docet Pythagoras. Vid. Iamblich. in vit. „Pythag. n. 1 seq. & cultus Dei a JCtis Romanis inter jura gentium refertur l. 1. l. 7. d. de just. „& jur. Vid. §. seq.

„nn) (QUAS CONTEMPLATIVAS DIXIMUS:) Scilicet Deum esse, eumque & unum, & providum.

„oo) (PETITIS EX RERUM NATURA ARGUMENTIS DEMONSTRARI POTEST:) Rationes pro existentia divina naturales attulimus in Prol §. 11. lit. d.

„pp) (QUOD RES ALIQUAS ESSE FACTAS OSTENDAT SENSUS, RES AUTEM FACTÆ OMNINO NOS „AD ALIQUID NON FACTUM DEDUCANT:) Absurdum enim est effectum agnoscere & caussam negare: Neque enim datur processus in infinitum, „subsistendum ergo tandem est in aliqua caussa sine „causa. Lactant. de Ira Dei, c. 10. Egregie hoc „argumentum explicat Author in libro de veritate „religionis Christianæ, l. 1. §. 2. verba allegavimus „in not. ad prolegom. §. 11.

„qq) (ET SIMILES ALIAS:) Ut a ratione motus, „ab ordine &c. desumtas.

„rr) (SUFFICIT QUOD AB OMNI ÆVO:) Rationem hanc elegantissime explicat Author in dicto „libello l. 1. §. 2. verba allegavimus in prolegom. „d. §. 11.

„ss) (PAUCISSIMIS EXCEPTIS:) Immo nullis, „quod

qui crassiores erant quam ut vellent fallere, & uu alii sapientiores quam ut fallerentur: vv quæ consensio in tanta & legum & opinionum aliarum varietate satis ostendit ww traditionem a primis hominibus ad nos propagatam, xx ac nunquam solide refutatam, quod vel solum ad fidem faciendam satis est.

4. yy Conjunxit ea quæ memorata nobis jam sunt de Deo Dion Orat. 12. pag. 109 Ed. Marcell. Prussiensis, cum dixit ὑπόληψιν, id est persuasionem de Deo, aliam esse nobis cognatam, zz ex argumentis scilicet petitam, aliam ἐπίκτητον acquisitam ex traditione. In Amator. p. 756. B. Plutarchus eandem vocat παλαίαν πίστιν, ἧν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὐδὲ ἀνευρεῖν τεκμήριον ἐναργέστερον, ἕδραν καὶ βάσιν ὑφεστῶσαν κοινὴν πρὸς εὐσέβειαν: *antiquam persuasionem, qua nullum haberi possit aut dici argumentum certius, fundamentum in commune pietati positum.* Aristoteles: De cælo. l. 1. c. 3. πάντες ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν. a *Idem sensus apud Platonem de legibus decimo.* Pag. 887. D. E. Tom. II. Ed. H. Steph.

§. XLVI.

„quod egregie demonstravit magnus ille Theolo„gus Fabricius in *Vindiciis pro humano genere.*

„tt) (ET HI QUI CRASSIORES ERANT:) Sen„sus est, eos, qui imprudentiores erant, noluisse „fallere, quia deficiebat judicium.

„uu) (ET ALII SAPIENTIORES QUAM UT FAL„LERENTUR:) Si igitur legislatores voluissent fal„lere populum sibi subjectum, Deum fingendo, „gentes sapientiores id passuræ non fuissent. La„ctantius *de ira Dei c. 10* rem ita explicat, *quod „si fallendi nostri, atque adeo totius generis humani „causa commenti sunt religionem; sapientes igitur „non fuerunt: Sed fuerunt sapientes; quæ tanta „felicitas mentiendi, ut non tantum modo indoctos, „ut Platonem quoque ac Socratem fallerent; & Py„thagoram, Zenonem, Aristotelem, maximarum se„ctarum principes, tam facile deluderent? Est igi„tur divina providentia, ut senserint ii homines „quos nominavi; cujus vi ac potestate omnia, quæ „videmus, & facta sunt, & reguntur.*

vv) (Grot.) (QUÆ CONSENSIO:) *Tertullianus* adversus Marcionem: *anima a primordio conscientia Dei dos est.* (Lib. 1. c. 10.) Φυσικὴ εὐλάβεια, *pietas naturalis*, Diodoro Siculo in fragmentis, (e Lib. XXIII. Eclog. 11) *Philo* de unius imperio: οὐδὲν τεχνικῶν ἔργων αὐτοματίζεται. τεχνικώτατος δὲ ὁ κόσμος, ὡς ὑπὸ τινος τὴν ἐπιστήμην ἀγαθοῦ καὶ τελειοτάτου πάντων δεδημιουργῆσθαι. τοῦτο τὸν τρόπον ἔννοιαν ἐλάβομεν ὑπάρξεως Θεοῦ. *nihil artem præferens casu oritur. Maximam autem artem mundus præfert, testaturque a summe perito summeque perfecto se fabricatum. Notitia qua Deum esse credimus, hinc ortum habet.* (Pag. 815. E.) *Tertullianus* adversus Marcionem 1. (*Cap. 18.*) *Nos definimus Deum primum natura cognoscendum, deinde doctrina recognoscendum: natura ex operibus: doctrina ex prædicationibus. Cyprianus* de idolorum vanitate, (*Cap. 5. num. 9. Ed. Cellar.*) *hæc est summa delicti, nolle agnoscere quem ignorare non possis. Julianus* ad Heraclium: πάντες ἀδιδάκτως ἐιναι θεῖόν τι πεπείσμεθα, καὶ πρὸς τοῦτο ἀφορᾶν ἐπ' αὐτό τε οἶμαι σπεύδειν. οὕτω διατιθέμενοι τὰς ψυχὰς πρὸς αὐτό, ὥσπερ οἶμαι πρὸς τὸ φῶς τὰ βλέποντα. *omnes ante doctrinam numen aliquod esse persuasi sumus, eo respiciendum, ad eum properandum: credoque sic animos nostros se habere ad Deum, ut visu prædita ad Lucem.* (Orat. VII. p. 209. C. *Ed. Spanhem.*)

„ww) (TRADITIONEM A PRIMIS HOMINIBUS „AD NOS PROPAGATAM:) Nam ea quæ ex ho„minum arbitratu veniunt, nec eadem sunt apud „omnes, & sæpe mutantur, hæc autem notitia „nusquam non reperitur, neque temporum vicissi„tudine mutatur. Grot. *de verit. relig. Christ. l. 1. §. 2.*

„xx) (AC NUNQUAM SOLIDE REFUTATAM:) „Quia quidquid illi ponunt, sive generum succes„sionem absque ullo primordio, sive atomorum „concursum &c. majores habere difficultates, alibi „ostendimus. Conf. *Grot. d. l.* Sed & hæc ipsa „æterna generationum successio, & motus ille ato„morum primordio carens, infert æternum ali„quod quod in universu agit, & ordinem, eoque „ens aliquod sapiens, supponit.

„yy) (CONJUNXIT EA:) Scholastici triplici mo„do existentiam Dei probare solent, per viam „causalitatis, eminentiæ, & negationis, occasio„nem sumentes ex *Rom.* 1, 20. *Ps.* 94, 9. & *Num.* „23, 19.

„zz) (EX ARGUMENTIS:) Quæ cuivis ratione „utenti sunt in promtu. *Gronov. h.*

„a) (IDEM SENSUS APUD PLATONEM:) Qui pa„riter provocat ad Græcorum barbarorumque „omnium consensum, Deos esse fatentium. *L.* 10. „*f.* 1061. & reprehendit juvenes, qui parentes suos „summo studio pro se liberisque sacrificare vide„rent, & omnes Græcos ac barbaros, tam in rebus „adversis quam secundis, conspicerent tam suppli„citer

§. XLVI.

1. Quare [a] non vacant culpa qui, [b] etiamſi hebetioris ſint ingenii quam ut certa ad illas notiones argumenta aut reperire poſſint, aut comprehendere, eas repudiant, [c] cum & ad honeſtum ſint duces, & [d] diverſa ſententia nullis argumentis nitatur. [e] Sed quia de pœnis & quidem humanis agimus, diſcrimen hic adhibendum eſt [f] inter notiones ipſas & inter modum ab iis diſcedendi. Hæ notiones, [g] numen aliquod eſſe ([h] unum an plura ſepono) & curari ab eo res hominum, maxime ſunt univerſales, & [i] ad religionem ſive veram, ſive falſam, conſtituendam omnino neceſſariæ τὸν προσερχόμενον τῷ θεῷ, (id eſt, *qui religionem habeat*: nam religio Hebræis acceſſus ad Deum vocatur) πιϛεῦσαι δεῖ ὅτι ἐϛὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται: *eum credere oportet & eſſe Deum, & ab eo præmia dari ſe colentibus.* Hebr. XI. 6.

2. Similiter [l] Cicero: *Sunt Philoſophi, & fuerunt, qui nullum habere cenſerent humanarum rerum procurationem Deos, quorum ſi vera ſententia eſt, quæ poteſt eſſe pietas, quæ religio? Hæc enim omnia pure ac caſte tribuenda Deorum ita numini ſunt, ſi animadvertuntur ab his, & ſi eſt aliquid a Diis immortalibus humano generi tributum.* De nat. deor. I. c. 2. Epictetus: τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἴσθι, ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐϛιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ Enchri. c. 28.

„eiter adorare. *f.* 1063.

„*a*) (NON VACANT CULPA, QUI FAS REPUDIANT:) Tum quia ratio ipſa ſufficienter dictat cauſam aliquam eſſe debere eorum quæ exiſtunt; tum quia omnes gentes notiones illas amplectuntur.

„*b*) (ETIAMSI HEBETIORIS SINT INGENII:) Experientia ipſa docet, non dari gentes adeo hebetis ingenii, qui non Numen aliquod agnoſcant, illudque colant.

„*c*) (CUM ET AD HONESTUM SINT DUCES:) Sublato enim Deo, ejusque providentia, ceſſant omnes regulæ honeſtatis.

„*d*) (ET DIVERSA SENTENTIA NULLIS ARGUMENTIS NITATUR:) Nulla enim ratio allegari poteſt qua probetur, Deum non eſſe.

„*e*) (SED QUIA DE POENIS, ET QUIDEM HUMANIS, AGIMUS:) Author materiam de exiſtentia Dei ideo tractat, quia examinat quæſtionem, *an delicta in Deum commiſſa ab hominibus puniri poſſint.* vid. §. 44. Res per ſe plana eſt: MAGISTRATUS, quibus vicario jure Deus ſuum puniendi jus commiſit, punire crimina contra religionem commiſſa (quo autem non pertinent nudæ hæreſes) omnino poſſunt: AT GENTES INTER ſe tale jus puniendi non habent, quia genti in gentem jus illud vicarium non competit: adeoque jure belli vindicari talis injuria non poteſt, quia ſoli Deo, non gentibus injuria facta eſt, adeoque tota ratio belli, quæ non niſi ob injuriam factam obtinet, ceſſat.

„*f*) (INTER NOTIONES IPSAS, ET INTER MODUM AB IIS DISCEDENDI:) Nam quasdam Author ait eſſe notiones ſine qua nulla religio conſiſtere poteſt, ut *Deum eſſe, eumque rerum humanarum curam habere*, quasdam vero ſine quibus religio aliqua ſubſiſtit; atque has notiones ait obliteratas eſſe lapſu temporum, homineſque ab iis diſceſſiſſe. §. 47. *n.* 1. Unde concludit negantes notiones priores puniri poſſe, non vero eos qui in reliquis notionibus errant. *ibid.*

„*g*) (NUMEN ALIQUOD ESSE, ET CURARI AB EO RES HOMINUM, MAXIME SUNT UNIVERSALES:) Vide ſupra § 45. *n.* 1.

„*h*) (UNUM AN PLURA SEPONO:) Immo & hoc ratio nos docet Vid. *d.* §. 45. *n.* 1. add. §. *ſeq.* 4. 1.

„*i*) (AD RELIGIONEM, SIVE VERAM, SIVE FALSAM, CONSTITUENDAM OMNINO NECESSARIÆ:) Omnes enim falſæ religiones & Deum ſupponunt, & ejus providentiam: His notionibus deficientibus nulla eſt religio.

„*k*) QUI RELIGIONEM HABET, EUM CREDERE OPORTET:) Hæc ſunt verba Apoſtoli *ad Hebr.* 11. 6.

„*l*) (CICERO:) *de natura deor. l.* 1. *c.* 2.

δικαίως: *Pietatis hoc præcipuum, benesentire de Diis, ut qui & sint,* Lib. 2. c. 31. *& res omne juste ac recte administrent.* [m] Ælianus ait, barbarorum neminem delapsum ad ἀθεότητα; sed ab omnibus affirmari [n] & esse numen, & nostri curam gerere. [o] Plutarchus, libro de communi- Pag. 1075. E. bus notitiis, ait eam quæ de Deo est notitiam tolli sublata providentia οὐ γὰρ ἀθάνατον καὶ μακάριον μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλάνθρωπον καὶ κηδεμονικὸν καὶ ὠφέλιμον προλαμβάνεσθαι καὶ νοεῖσθαι τὸν θεόν. *Non enim immortalem tantum & beatum sed & hominum amantem, ita ut & curet eos & prosit ipsis, concipi atque intelligi Deum.* Lactantius: De Ira Dei, c. 6. *Neque honor ullus deberi potest Deo si nihil præstat colenti, nec ullus metus si non irascitur non colenti.* Et revera negare Deum esse, aut negare a Deo curari actiones humanas, [p] si moralem effectum respicimus, tantundem valet.

3. Quare [q] ipsa quasi necessitate auctore hæ duæ notiones [r] apud omnes ferme quos novimus populos, per tot jam sæcula, conservatæ sunt. Hinc [s] Pomponius erga Deum religionem juri adscribit L. 2. D. de Just & jure. gentium: & apud Xenophontem, Socrates τοὺς θεοὺς σέβειν. *Deos colere* Memorab. 4. 4. num. 19. Ed. Ox. *legem esse*, ait, quæ apud omnes homines valeat: quod & [t] Cicero tum de natura Deorum libro primo, tum [u] secundo de Inventione Cap. 16 affirmat, Dion Prusæensis oratione XLI. vocat δόξαν καὶ ἐπίνοιαν κοινὴν Cap. 22. Pag. 201. τοῦ ξύμπαντος ἀνθρωπίνου γένους, ὁμοίως μὲν Ἑλλήνων, ὁμοίως δὲ βαρβάρων ἀναγκαίαν καὶ ἔμφυτον ἐν παντὶ τῷ λογικῷ γιγνομένην κατὰ φύσιν. *Persuasionem quæ insit hominibus communiter omnibus, non minus barbaris quam Græcis, necessarium ac naturalem cunctis ratione utentibus.* Et Paulo post: πάνυ ἰσχυρὰν καὶ ἀέναον ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἀρξαμένην

τε

„m) (ÆLIANUS:) *Lib. 2. c. 31.*

n) (Grot.) (ET ESSE NUMEN, ET NOSTRI CURAM GERERE:) *Seneca* epistola XCV. *Primus est deorum cultus, deos credere: deinde, reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est.*

„o) (PLUTARCHUS LIBRO DE COMMUNIBUS „NOTITIIS:) Add. *Lactant. de ira dei*, „*c. 9.*

„p) (SI MORALEM EFFECTUM RESPICIMUS, „TANTUNDEM VALET:) Si enim Deus non pro„videt, id est si nec audit, nec videt actiones no„stras, si corda hominum non perscrutatur, re„ligio superflua, quin inutilis est: homines enim „providentiam negantes nihil a natura malum esse „statuunt, indeque non metuunt vindictam divi„nam, sed absque metu committunt omnia quæ „nobis crimina dicuntur. Cæterum minus pecca„re credo illum qui negat Deum, quam qui eum „impotentem, ignavum, ac nihil agentem statuit.

„q) (IPSA QUASI NECESSITATE AUCTORE:) „Quia sine iis nulla religio, nec falsa consistere „potest. Vid. *n. t.*

r) (Grot.) (APUD OMNES FERME, QUOS NOVIMUS POPULOS:) *Seneca* epist. CXVII. *Tanquam Deos esse inter alia sic colligimus, quod omnibus de Diis opinio insita est: nec ulla gens usquam est adeo extra leges moresque projecta, ut non aliquos deos credat.* Idem de Beneficiis IV, 4. *nec in hunc furorem omnes mortales consensissent alloquendi surda numina & inefficaces Deos. &c.* Adde *Platonem* Protagora (*pag. 322.* Tom. I.) & decimo de legibus, (*pag. 887.* D. E. Tom. II.) & pulchra quæ habet *Jamblichus* post principium de mysteriis Ægyptiorum, ubi Deum nosse ita homini est proprium, ut hinnitum equo.

„s) (POMPONIUS:) In *l. 2. D de just. & jur.*

„t) (CICERO DE NAT. DEOR. LIBR. I.) *Cap. 16.* „ubi Balbus contra Vellejum Epicureum disputans „ait: *est enim pietas justitia adversum deos &c. san„ctitas est scientia colendorum deorum.*

„u) (SECUNDO DE INVENTIONE:) *Cap. 13.* Ver„ba

τε καὶ διαμένουσαν: *persuasionem valde robustam ac sempiternam apud omnes gentes & coeptam & permanentem.* Xenophon in convivio & Græcos & Barbaros ita ait existimare, [v] nota esse Diis & præsentia & futura. Cap. 4. § 47.

4. [w] Has igitur notitias qui primi incipiunt tollere, [x] sicut in bene constitutis civitatibus coërceri solent, ut [y] Diagoræ Melio accidisse legimus, [z] & Epicureis qui ex bene moratis urbibus ejecti sunt, [aa] ita & coërceri posse arbitror nomine humanæ societatis, quam sine ratione probabili violant. Himerius Sophista actione in Epicurum: δόγματος ὖν ἀπαιτεῖς δίκας; ὐκ ἀλλ᾽ ἀσεβείας δογματίζειν μέν γὰρ ἐξὸν ἀσεβεῖν δὲ ὐκ ἐπιτέτραπται: *Placiti igitur poenam exigis? Neutiquam, sed impietatis, placita tradere permittitur, non & pietatem oppugnare.* Apud Photium Cod. 243. col. 1083. Ed. Rothom.

§. XLVII.

1. [a] Cæteræ notiones [b] non æque sunt evidentes, ut Deus plures

„ba hæc sunt: *at naturæ quidem jus est, quod „nobis non opinio, sed quadam innata vis afferat, „ut religionem &c.*

„v) (NOTA ESSE DIIS ET PRÆSENTIA ET FUTURA:) Adde *Xenoph. Memorab. Socrat. l. 1. p. „725.* Ea quoque est sententia Thaletis apud *Clem. „Alexandr. Strom. V. p. 594. d.* Epicteti, *in l. 1. „differt. c. 8. & c. 14.* Senecæ in *l. 4. de benefic. c. „4. & 82. & l. 5. in fin.* & *de vit. beat. c. 20.* Planti, in *Captivis*, Zenonis apud *Stob. Serm. 17. p. „161.*

„w) (HAS IGITUR NOTITIAS:) Scilicet Deum „esse, eumque curare humana negotia.

„x) (SICUT IN BENE CONSTITUTIS CIVITATIBUS COERCERI SOLENT:) Atheismus proprie cri„men est in Deum commissum, cui soli vindicta „competit: at in civitatibus bene constitutis pri„ma lex esse solet, *Deum colere:* qui proinde ne„gat Deum esse, contra leges peccat, adeoque ex„cludi a societate potest. Imo poena ad mortem „quoque extendi potest si vel blasphemia accedit, „vel publice docetur atheismus.

„y) (UT DIAGORÆ MELIO:) *Cic. de natur. deor. „l. 1. c. 42. & l. 3. c. 37. Minuc. Fel. Octav. p. 8. „Diodor. Sic. l. 13. c. 6. Sext. Emp pyrrh. hyp: c. „3. p. 115. Lactant. de ira Dei c. 9. Bayle voc. Dia„goras, Buddæus de atheism. c. 1. §. 19 p. 72.* Athe„nienses talentum ei promisere qui mortuum, & „duo qui vivum redderent: patria ejus destructa, „& crimen æneis tabulis insculptum est. *Pictet de „la relig. Chretien. l. 1. c. 1. fol.* 10. *Voet. disp. de „atheismo.* Merito furor hujus philosophi punitus „fuit, qui ideo providentiam divinam negavit, „eamque doctrinam publice exposuit, quod Dii „plagiarium, qui poëma ei abstulit, & jurato su„um opus esse obtinuit, non extemplo punivissent. „*Bayle d. l.* Theodorus atheus, quod publice „atheismum profiteretur, tum apud Athenienses, „tum apud Cyrenæos capite damnatus fuit. *Stan„ley, Histor. vet. philos. part. 3. in Theodoro.* Pro„tagoras exsilio mulctatus fuit, quia librum contra „Deum, ejusque providentiam scripsit. *Cic. de „nat. deor. l. 1. c. 1. & c. 23.*

„z) (ET EPICUREIS:) Qui publice profiteban„tur, Deum curam non habere rerum humana„rum: vid. *Lactant de ira Dei c. 9.* Hinc non „placiti poenam ab iis exactam esse, sed impieta„tis, (quod scilicet pietatem impugnarent,) Hime„rius ait in allegato ab Authore loco.

aa) (Grot.) (ITA ET COERCERI POSSE ARBITROR NOMINE HUMANÆ SOCIETATIS:) Moxus Lydus Crambi urbis inhabitatores obsidione captos mersit omnes εἰς λίμνην, ut qui Deum nullum nossent, colerentve. *Nicolaus Damascenus* in excerptis Peirescianis. (pag. 442.)

ADDITIO.

„Dixi sæpius, (1) non dari societatem huma„nam, adeoque (2) frustra de vindicanda injuria „ei illata quæri: Sane (3) gentibus ipsis ex tali im„pietate nulla infertur injuria: Unde necessario „sequitur, nec jus ipsis esse reparationem expetendi: „Certissimum ergo (4) est, bella ideo vicinis in„ferri non posse quod athei sint; Exemplum „Moxi Lydi nihil probat, nam bello petiti sunt ob „injuriam factam, sed capti mersi sunt tanquam „servi bello facti: causa autem movens fuit quod „athei, adeoque spes nulla fuerit emenda„tionis.

„a) (CÆTERÆ NOTIONES:) Quæ non sunt ne„cessariæ ad constituendam religionem sive veram „sive falsam. Vid. §. 46. n 1.

„b) (NON ÆQUE SUNT EVIDENTES, UT DEOS „PLURES UNO NON ESSE:) Natura satis nos instru- xit

res uno non esse: [c] nihil eorum quæ videmus Deum esse, [d] non mundum, [e] non coelum, [f] non solem, [g] non aërem: [h] mundum non esse ab omni æternitate, [i] ac nec ejus quidem materiam, sed a Deo facta. Itaque harum cognitionem temporum lapsu [k] apud multos populos obliteratam & quasi extinctam videmus; eoque facilius, [l] quia leges hanc partem minus curabant, [m] ut sine qua aliquas saltem consistere religio posset.

2. [n] Ipsa lex Dei [o] illi populo data, quem Prophetæ & prodigia partim conspecta, partim non dubitandæ auctoritatis fama ad ipsos perlata, [p] cognitione harum rerum nec obscura nec incerta imbuerant, [q] quanquam falsorum deorum cultus maxime detestatur [r] non tamen

„xit Deum unum esse, quod supra probavimus,
„omnesque gentes moratiores re ipsa statuerunt;
„quia Jovem tanquam supremum numen coluerunt, reliqua numina vel saltem attributa
„ejusdem Jovis sunt, vel spiritus a Diis
„creati, vel heroes propter bene merita in
„Deorum numerum ab hominibus relati.
„Vid. Lactant. *de ira Dei c. 11.* Adeoque nec hi
„culpa vacui sunt, qui plures Deos æque poten-
„tes, nedum qui duo principia æterna, malum
„& bonum, statuunt: At ob hanc culpam in De-
„um solum commissam, nec gentibus talia creden-
„tibus bellum inferri, nec subditi morte puniri
„possunt, nisi aliud crimen, quod injuriam vel
„in gentes, vel in rem publicam infert, accesserit,

„c) (NIHIL EORUM QUÆ VIDEMUS DEUM ES-
„SE:) Plurimi philosophi universum hoc, quod
„videmus, Deum esse existimarunt, unde & formam
„Dei globosam statuerunt; Sed hanc opinionem,
„quam Spinosa quoque adoptavit, refutavit Grotius
„*Vid. supra §.* Præterea ex lumine rationis con-
„stare certum est, Deum esse spiritum, id est ma-
„teria carere, eoque esse inconspicuum Unde
„impia est doctrina eorum, qui Deum & mate-
„riam unam esse substantiam docent, & univer-
„sum pro Deo colunt. Vid. supr. §. *propos.*
„Conf. *Augustin. de civit. Dei l.* 8. *c.* 8. At ideo
„a gentibus aliis recte sentientibus puniri non
„possunt.

„d) (NON MUNDUM:) Quem tamen Deum esse,
„argutiis quibusdam & Zeno colligebat. *Cic. de*
„*nat. Deor. l. 2. c. 8.*

„e) (NON CÆLUM:) De cœlicolis vid. *tot. tit.*
„*C. de Judæis & cælicolis.*

„f) (NON SOLEM:) Ignem pleræque gentes pro
„Deo coluerunt, quia ex calore omnia nascuntur,
„eoque solo conservantur: atque ideo solem quo-
„que adorarunt. Sane nomina pleraque gentili-
„um Diis imposita solem respiciunt.

„g) (NON AEREM:) Quod Anaximines statuit,
„*aëra esse Deum, eumque gigni. Cic. de nat. Deor.*
„*l. 1. c. 10. & Acad. quæst. l. 4. c. 37.* Omnes igi-
„tur rerum causas infinito aëri dedit, nec Deos
„negavit aut tacuit, non tamen ab ipsis aërem fa-
„ctum, sed ipsos ex aëre factos credidit. *Augustin.*
„*de civit. Dei. l. 8. c. 2.*

„h) (MUNDUM NON ESSE AB OMNI ÆTERNI-
„TATE:) Quia, si ab æterno esset, i. e. a se exi-
„steret, non differret a Deo: Deus autem incon-
„spicuus est & materia caret.

„i) (AC NE EJUS QUIDEM MATERIAM:) Illi
„quoque qui mundum conditum statuunt,
„simul statuunt *materiam primam esse ab*
„*æterno:* Ratio eorum est *quod ex nihilo ni-*
„*hil fieri possit:* Quæ ratio fallit in ente æterno &
„omnipotenti, quod sua voluntate efficere potest
„ut aliquid existat quod antea non fuit.

„k) (APUD MULTOS POPULOS OBLITERATAM,
„ET QUASI EXSTINCTAM VIDEMUS:) Primi ho-
„mines ab Adamo & Noacho indubie has notio-
„nes accepere; at posteri eorum notiones illas ne-
„glexere: Unde idololatria, & doctrina de æter-
„nitate mundi ac materiæ &c. orta est.

„l) (QUIA LEGES HANC PARTEM MINUS CU-
„RABANT:) Priores enim notiones, de Deo, &
„ejus providentia, legibus latis inculcare subditis
„solebant, hodieque solent.

„m) (UT SINE QUA ALIQUA SALTEM CONSI-
„STERE RELIGIO POSSET:) Sive vera, sive falsa.
„Conf. §. 46. *n.* 1.

„n) (IPSA LEX DEI:) Author ut probet puniri
„delicta circa has notiones commissa non posse,
„& gentes non curasse hanc religionis partem,
„provocat ad legem divinam, quæ falsum quidem
„cultum detestatur, non vero punit, nisi aliud
„crimen accedat. At diximus, neque ob deli-
„ctum in priores notiones commissum gentes pu-
„niri, i. e. bellum inferri gentibus posse.

„o) (ILLI POPULO DATA:) Judæis.

„p) (COGNITIONE HARUM RERUM NEC OB-
„SCURA, NEC INCERTA IMBUERANT:) Argumen-
„tum hoc est:. Judæi, qui verum Deum traditione
„cognitum habebant, quibus idololatria tam se-
„vere legibus interdicta fuit, non omnes
„in cultu errantes morte puniverunt; ergo nec
„gentes in his notionibus errantes a gentibus pu-
„niri possunt.

„q) (QUANQUAM FALSORUM DEORUM CULTUS
MAXI-

tamen omnes ejus culpæ convictos morte punit; [r] sed eos demum quorum facta circumstantiam habent singularem [s] ut eum qui Princeps alios seduxerit. Deut. XIII, 16. [t] Civitatem quæ incepit colere Deos ante ignotos, Deut. XII, 23. [u] Eum qui astra colit ut legem totam, ac proinde Dei veri cultum deserat, Deut XVII, (quod Paulo est λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὰ κτίσαντα [w] *opificio servire non opifici*: nam παρὰ ibi & alibi sæpe vim habet exclusivam) [x] quæ res etiam apud Esavi posteros aliquo tempore poenis fuit subdita, ut videre est Jobi XXXI, 26. 27. [y] Eum quoque qui liberos suos Molocho id est Saturno dederit, Lev. XX, 2. Roman. 1, 25.

3. Cananæos vero & vicinos illis populos pridem delapsos ad pravas superstitiones, [z] non statim Deus puniendos judicavit, sed tum

„MAXIME DETESTATUR:) Nam *Deuter* 17. *v.* 3. „lapidibus obrui debent cives, qui adorant alios „Deos, solem, lunam, & militiam cæli, & *Deut.* „13. *v.* 15. deleri debent civitates alienos deos co„lentes, cum inhabitatoribus usque ad pecora. Conf. „*Seldenus de jure nat. & gent. secundum disciplin.* „*Hebr. l.* 2. *c.* 1. & *l.* 7. *c.* 9.

„r) (NON TAMEN OMNES EJUS CULPÆ CONVICTOS MORTE PUNIT:) Immo contrarium ap„paret ex legibus allegatis. Contrarium quoque „testatur lex qua morte puniuntur illi, qui alio, „quam ad id destinato loco sacrificia offerebant, „& qui sanguinem idoli comedebant: *Levit.* 17. „Ipse Deus exemplum temporalis pœnæ in culto„res idolorum statuit, sacra enim historia nos do„cet, Nadab & Abihu filios Aaronis offerentes „Deo ignem alienum ab igne devoratos fuisse. *Le„vit.* 10. *v.* 1. *seq.*

„s) (SED EOS DEMUM, QUORUM FACTA CIR„CUMSTANTIAM HABENT SINGULAREM:) Immo „omnes qui plures Deos credebant, eos adorabant, & „colebant ea quæ videmus &c, sub illis legibus „capitalibus comprehendebantur, etsi aliæ circum„stantiæ non adessent.

„t) (UT EUM, QUI PRINCEPS ALIOS SEDUXE„RIT:) Hæc plane diversa lex est ab iis quas „allegavimus: hæ puniunt eos qui idola adorant; „illa punit seductores; Sed & gravior illorum est pœ„na, quia frater quoque, uxor, & filius seducen„tis occidi debent. *Deuter.* 13. *v.* 6. *usque ad* 18.

„u) (CIVITATEM, QUÆ INCEPIT COLERE DEOS „ANTE IGNOTOS:) Immo ratio pœnæ non consi„stit in eo quod *ignota* idola adoret civitas, sed „quod *adoret*. Ignota autem dicuntur, quia præ„ter verum Dei cultum omnis alius cultus Hebræis „ignotus esse debuit.

„v) (EUM QUI ASTRA COLIT, UT LEGEM „TOTAM, AC PROINDE VERUM DEI CULTUM DE„SERAT:) Frustra hæc dicuntur: qui aliis inservit „Diis, qui idola colit, hoc ipso legem deserit, & „verum Dei cultum: adeoque plectendus est etsi „hæc facta nullam circumstantiam habeant parti„cularem.

w) (Grot.) (OPIFICIO SERVIRE, NON OPIFICI:) *Philo* ad decalogum de talibus: *εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ προσυπερβάλλουσιν ἀσεβείᾳ, μηδὲν τῶν ἴσων μεταδόντες, ἀλλὰ τοῖς μὲν τὰ πάντα τὴν ἐπὶ τιμῇ χαριζόμενοι, τῷ δ᾽ οὐδὲν νέμοντες, ἀλλ᾽ οὐδὲ μνήμης τὸ κοινότατον ἀξιοῦντες. ἐπιλήθονται γὰρ οὗ μόνου προσῆκεν ἦν μεμνῆσθαι, ἐπιτηδεύοντες οἱ βαρυδαίμονες ἑκούσιον λήθην*, &c. *sunt autem alii quorum ulterius impietas procedit, qui ne partia quidem Deo & operibus ejus tribuant, sed quicquid honoris excogitari potest his exhibent, illud communissimum bonum nulla memorationi dignantes, id prætereunt quod solum meminisse debuerant, sponte miseri sibi accersentes quæsitam oblivionem*, (pag. 753. A. B. *Ed. Paris.*) Sic locum Deuteronomii interpretatur *Maimonides* Directore III, 41.

ADDITIO.

„Nam in eo consistit enormitas criminis, quod „homines confundant Creatorem cum creatura.

„x) (QUÆ RES ETIAM APUD ESAVI POSTE„ROS ALIQUO TEMPORE POENIS FUIT SUBDITA:) „Videtur censuisse Jobum illum esse *Jacobum*, qui „nominatur inter reges Edomitarum, *Genes* 36, „33. 34. Add. *Voss. de idololat.* 2, 5. *Gronov. h.*

„y) (EUM QUOQUE, QUI LIBEROS MOLOCHO „DEDERIT:) Hic nihil singulare est, nam ideo pu„nitur talis idolorum cultor, quia polluit nomen „Dei, *Levit.* 18, 21. at hæc ratio in omni idolo„latria obtinet.

„z) (NON STATIM DEUS PUNIENDOS JUDICA„VIT SED TUM DEMUM, CUM HANC CULPAM „MAGNIS SCELERIBUS CUMULASSENT:) Adeoque „postquam irreligioni eorum accesserunt circum„stantiæ particulares *Vid. n. præced.* At (1) di„ximus gentes puniri non posse, etiam si eo ignorantiæ pervenerunt, ut & notiones evidentes de „Deo apud eos sint obliteratæ: nemini enim ho„minum hoc facto inferunt injuriam. (2) Exem„plum Cananæorum nihil probat, Deus enim jure „ejicere eos potuisset, etsi irreligio eorum parti-

 „culares

tum demum cum hanc culpam magnis sceleribus cumulassent, Gen. XV, 16. Sic & in aliis populis [aa] dissimulavit ignorantiæ tempora circa falsorum numinum cultus [bb] Actor XVII, 38. Nimirum recte a Philone dictum est, religionem suam cuique videri optimam, [cc] ut quæ plerumque non ratione sed affectu dijudicetur: unde non longe abit dictum [dd] Ciceronis, nemini ullam disciplinam philosophiæ probari, [ee] præter eam quam ipse sequatur. Addit, [ff] plerosque teneri adstrictos antequam quid esset optimum judicare possent.

Leg ad Cajum p. 1031. B. *Acad. 4. c. 3.*

4. [gg] Sicut autem excusabiles sunt [hh] & ab hominibus certe non puniendi, qui [ii] cum legem a Deo proditam nullam acceperint, [kk] aut astrorum, aut aliarum rerum naturalium virtutes, aut spiritus, sive [ll] in imaginibus, [mm] sive in animantibus, [nn] sive in rebus aliis colunt, [oo] aut etiam animas eorum qui virtute & beneficiis in humanum

„culares illas circumstantias non habuisset: quod „igitur distulerit vindictam res ejus arbitrii fuit. „Sed & circumstantiæ illæ particulares non demum supervenerunt post Cananæorum idololatriam, sed cum ea originem ceperunt: crimina „enim quæ Cananæis imputantur omnibus fere „gentilibus communia fuerunt, hodieque sunt.

„*aa*) (DISSIMULAVIT IGNORANTIÆ TEMPORA:) „Immo non dissimulavit, sed pœnis æternis eos „obnoxios fecit, aliisque pœnis temporalibus affecit, etsi eos non ejecerit ut Cananæos.

„*bb*) (ACTORUM XVII, 30.) Ibi non dicitur, „Deum dissimulasse ignorantiæ tempora, omittendo pœnam: (nam æternis pœnis obnoxii omnino fuerunt,) sed in eo dissimulavit, quod Evangelium, & diem judicii per mediatorem exercendi, „iis non annunciaverit, ad eum effectum, ut pœnitentiam agerent, uti diserte id ita explicatur. „d. v. 30. & 31.

„*cc*) (UT QUÆ PLERUMQUE NON RATIONE, „SED AFFECTU DIJUDICETUR:) Lactantius *de origine erroris c. 6.* graviter id explicat: *Hæ sunt* „*religiones, quas sibi a majoribus traditas pertinacissime tueri ac defendere perseverant, nec considerant, quales sint, sed ex hoc probatas atque* „*veras esse confidunt, quod eas veteres tradiderunt,* „*tantaque est auctoritas vetustatis, ut inquirere in* „*eam scelus esse ducatur. Itaque creditur ei passim* „*tanquam cognita veritati.* Add. *Camden. p. 4.* „*Histor. Elisab. p. 602. Thuan. l. 25 p. 509.* & *l.* „*53. p.* 1093. *Tesm. b.*

„*dd*) (CICERONIS:) *Academ. quæst. l. 4 c. 3.*

„*ee*) (PRÆTER EAM, QUAM IPSE SEQUATUR:) „Qui philosophi Sectarii dicuntur, & opponuntur „Eclecticis.

„*ff*) (PLEROSQUE TENERI ADSTRICTOS ANTEQUAM, QUID ESSET OPTIMUM, DIJUDICARE POSSENT:) Magnam enim in capiendis ingeniis vim „habet perpetua relatio eorum quibus vitam debemus.

„*gg*) (SICUT AUTEM EXCUSABILES SUNT:) Immo coram Deo excusabiles non sunt.

„*hh*) (ET AB HOMINIBUS CERTE NON PUNIENDI:) Hoc extra omne dubium positum est inter „gentes, quæ ideo bellum aliis inferre, (nam nec „in atheos id licere diximus §. 46.) non possunt: „At in republica, ubi religio publica lege stabilita „est, puniri omnino possunt qui contra regulas „illius cultus publici aliquid statuunt, vel profitentur. Vid. §. 43.

„*ii*) (CUM LEGEM A DEO PRODITAM NULLAM „ACCEPERINT:) Nimirum per revelationem, uti „Judæi.

„*kk*) (AUT ASTRORUM, AUT ALIARUM RERUM „NATURALIUM VIRTUTES:) Illi enim, qui astra „colunt, v. g. solem, lunam &c. adorant vim „illam seu virtutem, quæ astris inest: immo & hi „qui imaginem faciunt, vel animantia venerantur, „respiciunt ad virtutes divinas, quæ per imaginem „repræsentantur, vel animantibus insunt. Non „enim credendum est, gentes illas divinitatem ligno, æri, auro, animantibus &c. tribuisse, sed „legislatores, ut ideam quandam divinitatis rudiori „populo præsentarent, simulacra constituerunt, „in quibus perfectiones divinas adorarent.

„*ll*) (IMAGINIBUS:) Plerumque adorabant Deum „sub figura humana, tanquam in creatura omnium „perfectissima.

„*mm*) (SIVE IN ANIMANTIBUS:) Sic Ægyptii „bovem colebant, seu potius utilitatem & divinum beneficium, quod Deus per bovem humano „generi concessit.

„*nn*) (SIVE IN REBUS ALIIS:) Græci & Romani Priapum adorabant, i. e. vim productricem rerum, quæ Priapo inest.

„*oo*) (AUT ETIAM ANIMAS EORUM, QUI VIRTUTE ET BENEFICIIS IN HUMANUM GENUS EXCELLUERUNT:) Non enim homines mortuos colebant, sed divinas virtutes, quibus homines illi „eminebant.

num genus excelluerunt. pp aut mentes quasdam incorporeas, qq præsertim si nec ipsi tales cultus commenti fuerint, rr nec summi Dei cultum ideo deferant: ita ss impiis magis quam errantibus annumerandi sunt, qui aut Cacodæmonas quos tales esse norunt, tt aut vitiorum nomina, uu aut homines quorum vita fuit flagitiis plena, divinis honoribus colere instituunt.

5. Nec minus illi vv qui deos colunt hominum innocentum sanguine, a quo more quod Carthaginenses abstinere coëgerit laudatur ww Darius Persarum rex, xx & Gelo Syracusarum tyrannus. Narrat & Plutarchus, barbaros quosdam, qui humanis victimis deos colebant,

Just. l. 19. c. 1 Plutarch apophth. p. 175. A. & de sera num. vind. p. 552. A. Quæst. Rom. 23

„pp) (AUT MENTES QUASDAM INCORPOREAS:) „Scilicet angelos, genios &c. Nam Deum, qui „res incorporea est, mentes quoque incorporeas „creasse passim philosophi docent. Vid. *Stanlej. „Histor vet. philos.*

„qq) (PRÆSERTIM SI NEC IPSI TALES CULTUS „COMMENTI FUERINT:) Sed ex relatione parentum eos acceperint, adeoque in iis principiis innutriti fuerint: At idem esse diximus, si quis ipse „novam & falsam de religione opinionem sibi „formas. Quia jus hic solius Dei est, qui proinde „solus injuriam sibi illatam vindicare potest.

rr) (Grot.) (NEC SUMMI DEI CULTUM IDEO DESERANT:) Sic victimas ab Ægypti regibus, ab Augusto, a Tiberio in templum admisere Judæi. Docent id & *Josephus* & *Philo*, [*de Legat. ad Caj.* p. 1036. C. Verum illi Reges & Principes non propterea Deum *Judæorum*, ut unicum & summum, adgnoscebant; eadem sacra cuivis alii Numini oblaturi. J. B.]

ADDITIO.

„Nulla gens, quæ idola adorat, summi Dei cultum excludit, omnes enim auctorem quendam „rerum omnium in ipsis suis idolis colunt: At diximus, crimen in eo consistere, quod Creatorem cum creatura confundant, quod crimen enormissimum quidem est, sed ideo gentes ab aliis „gentibus vindictam sumere non possunt, quia eis „non fit injuria.

„ss) (IMPIIS MAGIS ANNUMERANDI SUNT, QUI „AUT CACODÆMONAS:) Immo nec hi a gentibus „aliis puniri possunt: tum quia jus puniendi genti „in gentem non competit, tum quia injuria „genti facta non est, adeoque nec reparationem „exigere potest.

„Cæterum doctrina illa de diis bonis & malis „omnibus fere gentibus idololatris cognita fuit, „& hodieque Americæ populis cognita est, adorabant hos ne malum facerent. Ipsi Romani „Deos quosdam colebant ne obessent, uti Orbanam, ne orbos faceret, *Rosin. Antiquit. p. 97.* „febrim, ne noceat &c. *idem p.* 105. Quin eo delapsæ quædam gentes sunt, ut ens illud summe „bonum nullo cultu prosequi opus esse statuant, „persuasæ ab eo nullum malum ipsis obventurum „esse.

„Neque inter gentiles saltem obtinuit mos „ille de cacodæmonis colendis, sed & inter Christianos quidam exstitere, qui duo principia æterna statuerunt, bonum & malum, qui Manichæi „sunt dicti ab Authore suo Manes: & qui severissimis pœnis merito a legislatoribus afflicti sunt. „Vid. *tit. C. de Manich.*

„tt) (AUT VITIORUM NOMINA:) Ut Dicearchus Philippi præfectus, qui missus a rege ad Cycladas insulas subigendas, in portu duas aras posuit, alteram Ἀσεβείας, alteram παρανομίας. „*Polyb. l. 17. p. 772. Gronov. h.*

„uu) (AUT HOMINES, QUORUM VITA FUIT „FLAGITIIS PLENA:) Romani Claudium in Deorum numerum tetulerunt, de quo ipse Seneca „*de morte Claudii: Hunc Deum facere vultis? „Vide corpus ejus, Diis iratis natum. &c. Hunc „Deum quis colet? quis credet? Denique dum tales Deos creatis, nemo vobis Deos esse credet.*

„vv) (QUI DEOS COLUNT HOMINUM INNOCENTUM SANGUINE:) Adeoque eos, qui victimis humanis Deos placare solent, bello puniri posse putat: „Quod itidem verum non est, quia aliis gentibus „non fit injuria:

ww) (Grot.) (DARIUS:) Hystaspis filius, Xerxis pater. Confer quæ supra §. XLI.

„xx) (ET GELO SYRACUSARUM TYRANNUS:) „Plutarchus in *apophth* c. 20. tradit, Gelonem „Carthaginenses ad Himeram devictos coëgisse „inter conditiones pacis etiam hanc adscribere, „ipsos in posterum liberos Saturno nunquam immolaturos. Conf. *Pindar. schol in Pythiis, od. 11.* „At hoc non dedit causam bello.

„Alii Iphicratem finem imposuisse huic mori „apud Athenienses recepto ajunt. Vid. *Porphyr. „de abstinent. l. 2.* Alii hunc morem usque ad „excidium urbis continuatum tradunt; *Curt. 4, „3. 39.* Tertullianus *Apolog. c. 8.* notat, Carthaginenses sub principatu Tiberii prohibitos fuisse „ne humanas victimas Diis offerant, cruci quoque „affixis sacerdotibus: nihilominus tamen perseverasse in eo sacrificandi more, etiam sua ætate,

lebant,[yy] pœnas daturos Romanis fuiſſe: ſed cum antiquitate moris ſe excuſarent nihil mali paſſos: vetitos tantum ne quid in poſterum tale facerent.

§. XLVIII.

I. [a] Quid de illis armis dicemus quæ inferuntur populis aliquibus eam ob cauſam, quod illi Chriſtianam religionem ſibi propoſitam amplecti nolunt? Non jam quæram [b] an talis proponatur qualis debet, & quomodo debet. [c] Demus ita fieri: duo notanda dicimus. Prius eſt veritatem Chriſtianæ religionis, [d] quatenus ſcilicet naturali ac primævæ religioni non pauca ſuperaddit, [e] argumentis mere naturalibus perſuaderi non poſſe, [f] ſed niti hiſtoria tum reſurrectionis Chriſti, [g] tum miraculorum ab ipſo & Apoſtolis editorum: quæ res & facti, [h] olim quidem irrefragabilibus teſtimoniis probata, [i] ſed olim: ita ut & hæc quæſtio [k] facti ſit, [l] & jam perantiqui. Quo magis fit, ut doctrina hæc ab his qui nunc primum eam audiunt [m] penitus in animum admitti nequeat, niſi ſecretis Dei auxiliis accedentibus, quæ ſicut quibus dantur [n] non dantur in operis alicujus mercedem, ita ſi quibus negantur aut minus large conceduntur, [o] id fit ob cauſas non iniquas illas quidem ſed plerumque nobis incognitas, [p] ac

„ſed occulte. At certum eſt ideo bellum geſtum „non eſſe: Victis autem hoſtibus tales conditiones imponi poſſe, negari nequit.

„yy) (POENAS DATUROS ROMANIS FUISSE:) „Sed barbari illi armis ſubacti Romanis paruerunt, „adeoque prohiberi lege publica poterant, eodem „modo uti Druidæ a Claudio prohibebantur. *Sueton. Claud. c.* 25.

„a) (QUID DE ILLIS ARMIS DICEMUS:) Reſpicere hic Author videtur ad bella cum Indis „geſta ſpecie promovendæ religionis chriſtianæ, „& quærit an jure geri potuerint? quod merito „negat.

„b) (AN TALIS PROPONATUR QUALIS DEBET, „ET QUOMODO DEBET:) Id eſt, an Græca, an Latina, an Catholico-Romana, an Lutherana, an „Reformata.

„c) (DEMUS ITA FIERI:) Id eſt inferri bellum „populis, quod Chriſtianam religionem amplecti „nolunt.

„d) (QUATENUS NATURALI RELIGIONI NON „SUPERADDIT:) Naturalem religionem quatuor „pronuntiatis niti vidimus ſupra §. 45. *pr.* His „præterea addit religio Chriſtiana, lapſum primorum parentum, Mediatorem Deum, Trinitatem, „reſurrectionem &c.

„e) (ARGUMENTIS MERE NATURALIBUS PERSUADERI NON POSSE:) Quia additiones illæ non „ex ratione ſequuntur, ſed ex ſola revelatione.

„f) (SED NITI HISTORIA TUM RESURRECTIONIS CHRISTI:) Ejusque diviniatis: utrumque ratione agnoſci & comprehendi nequit.

„g) (TUM MIRACULORUM AB IPSO ET APOSTOLIS EDITORUM:) De quibus itidem ex ratione non conſtat.

„h) (OLIM QUIDEM IRREFRAGABILIBUS TESTIMONIIS PROBATA:) Scilicet cum miracula „fierent, & Servator ſeſe diſcipulis exhiberet; „Utriusque enim facti eo tempore infiniti exſtabant teſtes.

„i) (SED OLIM:) Hodie enim teſtes illi non „amplius ſuperſunt.

„k) (FACTI SIT:) De quo non niſi ex certiſſimis documentis conſtare poteſt.

„l) (ET JAM PERANTIQUI:) Quod teſtibus amplius probari nequit.

„m) (PENITUS IN ANIMUM ADMITTI NEQUEAT, NISI SECRETIS DEI AUXILIIS ACCEDENTIBUS:) Author hic non intelligit gratiam aliquam „particularem & efficacem, utpote quam perpetuo „oppugnat; ſed externam, quam aſſiſtricem vocant.

„n) (NON DANTUR IN OPERIS ALICUJUS MERCEDEM:) Dantur mera Dei indulgentia. *Gron. h.*

„o) (ID FIT OB CAUSAS NON INIQUAS ILLAS „QUIDEM, SED PLERUMQUE NOBIS INCOGNITAS:) „Quas ſibi reſervat Deus, nec notas hominibus „reddit. *Gronov. h.*

„p) (AC PROINDE HUMANO JUDICIO NON PUNIBILES:) Author ut probet religionem Chriſtianam vi & pœnis obtrudi gentibus non poſſe, hoc „argu-

p ac proinde humano judicio non punibiles. Huc respicit q Canon Concilii Toletani: *Præcipit sancta Synodus* r *nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miseretur, & quem vult indurat.* Mos enim est sacrorum librorum, s quarum rerum causæ nos latent eis causam assignare divinam voluntatem. Cap. 5. de Judæis, dist. 45.

2. t Alterum hoc est, u Christo novæ legis auctori omnino hoc placuisse, ut ad legem suam recipiendam v nemo hujus vitæ pœnis aut earum metu pertraheretur, Rom. VIII, 15. Hebr. XI, 15. Jean. VI, 67. Luc. IX, 54. Matth. XIII, 24. quo sensu verissimum illud *Tertullia-*

„argumento utitur, quod amplecti eam onn sit „res arbitrii, sed gratiæ: Verum aliis rationibus „multo fortioribus id probari potest: Nam (1) „eædem hic militant rationes, quibus probavimus „in Atheos nec jus belli obtinere, nec jus puniendi: Sane (2) gens in gentis actiones, ejusve cogi„tationes jus sibi arrogare non potest, & injuria „hic esset vim inferre alterius conscientiæ, i. e. „jus sibi arrogare in alios: Neque (3) gens illa, „quæ respuit religionem Christianam, cuiquam in„juriam facit, neminem hominum lædit; ubi au„tem injuria non est ibi nec bellum obtinet, quod „est injuriæ reparatio: Sed & (4) periculosa ad„modum hæc est sententia: Nam cum unaquæ„que gens suam religionem putet esse optimam, „gentilibus idem jus competeret Christianos co„gendi ut eorum recipiant religionem; unde „perpetuum inter homines bellum foret. (5) Re„ligio, inprimis Christiana, in fide, in puritate ani„mi, adeoque libertate consistit, pugnant autem „hæc omnia cum vi, qua incredulitati jungitur „hypocrisis: augetur igitur potius vitium dum simu„lant in Christum credere, quem animo detestan„tur: Hinc (6) in primæva ecclesia & patrum & „conciliorum communi consensu vi propagare re„ligionem nefas erat: Neque (7) credere debemus „impietatem gentilium inultam mansuram, Deus „enim injurias sibi illatas a suis creaturis satis se„vere olim puniturus est.

„q) (CANON CONCILII TOLETANI:) Add. *Ter„tull ad Scapul. in pr. Humani juris & naturalis „potestatis est unicuique, quod putaverit, colere: „nec alteri obest aut prodest alterius religio. Sed „nec religionis est colere religionem, quæ sponte su„scipi debet, non vi:* & in *Apologet. adv. gent. „ineptum existimaretur, si quis ab alio cogeretur „ad honorem Deorum, quos ultro sui causa placere „deberet:* Lactantius *de justit. c. 19. Quis mihi „imponat necessitatem vel credendi quod nolim, vel „quod velim non credendi? Nihil tam voluntarium, „quam religio, in qua si animus adversus est, jam „nulla est.* Conf. *Camden. p. 4. Histor. Elisab. „Cassiodor. Var. l. 2. c. 27 & l. 10. c. 26. Euseb. „de vit. Constant. 2, 56. Thuan. l. 1.* ubi de con„versione Indorum ita ait: *verendum tamen est, „ne ita divinæ vocis promulgatio non ex præscripto „Dei, qui suos non ferro & rapinis, sed caritate „& piis admonitionibus grassari voluit, apud In„dos instituta sit &c,* Vid. *Tesmar. h. Conf. §. seq.*

r) (Grot.) (NEMINI DEINCEPS AD CREDENDUM VIM INFERRE:) Josephus ita censet δεῖν ἕκαστον ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν θεὸν εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ κατὰ βίας· *debere quemque libero animi proposito Deum colere, non vi coactum.* (In vit. sua, p. 11. §. 23. *Ed. Hudf.* Tom. II.)

s) (Grot.) (QUARUM RERUM CAUSÆ NOS LATENT EIS CAUSAM ASSIGNARE DIVINAM VOLUNTATEM:) *Servius* ad initium III. Æneidos, (vers. 2.) *Quotiescunque ratio vel judicium non apparet, sic visum interponitur.* Sic & Donatus ad actum V. scena II. Eunuchi, (vers. 36.) Atque in eum sensum poni Hebræum חפץ notat Abarbanel.

„t) (ALTERUM:) Duo enim in quæstione, an „populi ad religionem amplectendam cogi possint, „notanda esse dixit Author n. 1.

u) (Grot.) (CHRISTO NOVÆ LEGIS AUCTORI HOC PLACUISSE:) Tractat hoc *Gregorius Nanzianzenus* oratione. Cum assumptus est a Patre: & Beda lib. 1. c. 26. *Isidorus* de Sisebuto rege: *Qui in initio regni sui Judæos ad fidem Christianam permovens, æmulationem quidem Dei habuit, sed non secundum scientiam: potestate enim compulit, quos provocare oportuit fidei ratione.* (Pag. 224. *Edit. Vulcan.*) Transscripsit hoc in historiam *Rodericus* II, 13. Posteriores in Historia reges eodem nomine culpant *Osorius* & *Mariana*; quem vide XXVI, 13. XXVII, 5.

ADDITIO.

„Christum non esse novæ legis Authorem alibi „probavimus. vid. *Diss. proœm. III. sect.* 3 Nam „virtutum saltem regulas, natura cuivis cognitas, „at a Judæis neglectas, inculcat. Add. *l. 1. c. 2. §. 6. n. 3.*

„v) (NEMO HUJUS VITÆ POENIS:) Naturalis „ratio nos docet singulis virtutibus præmium de„stinatum esse: hoc præmio privantur illi qui „perfectiones divinas non imitantur. Atque hæc „vera ratio est cur puniri hujus vitæ pœnis non „possint, virtutes enim in puritate mentis consi„stunt, cogitationis autem pœnam nemo patitur. „l. 18. D. de pœn.

tulliani [w] *Lex nova non se vindicat ultore gladio.* In [x] libro antiquo, Lib. 6. c. 22. cui nomen constitutiones Clementis, de Christo dicitur: τὸ αὐτεξούσιον, τῶν ἀνθρώπων ἀφῆκεν ἐλεύθερον, οὐ προσκαίρῳ θανάτῳ δικάζων, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ καταστάσει λογοθετῶν αὐτό: *Liberam reliquit hominibus arbitrii potestatem, non morte temporali eos puniens, sed in altero sæculo ad reddendam rationem vocans* [y] Athanasius: *Dominus non cogens, sed libertatem suam voluntati permittens dicebat quidem vulgo omnibus; Si quis vult venire post me. Apostolis vero;* [z] *nunquid & vos abire vultis?* Tom. II. p. 751. Ed. Savil. Chrysostomus ad eundem Iohannis locum: ἐρωτᾷ λέγων, μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν, ὅπερ πᾶσαν ἦν ἀφαιροῦντος βίαν καὶ ἀνάγκην: *interrogat an & velint discedere, quod omnem est amoventis vim ac necessitatem.*

Nec obstat illud [aa] in fabula de nuptiis, [bb] quod quidam jubentur cogi intrare, Luc. XIV, 23. nam sicut in ipsa fabella illud cogere [cc] instantiam vocatoris significat, ita & in affabulatione, quo sensu vox ejusdem significationis accipitur Luc. XXIV, 29. nec aliter Matth. XIV, 22. Marc. VI, 45. Gal. II, 14. Procopius in Arcanæ historiæ parte docet, a sapientibus culpatum fuisse [dd] Justiniani consilium, quod Samaritas vi ac minis ad Christianam religionem compulerit: addit & incommoda inde secuta; quæ apud ipsum legas.

§. XLIX.

1. [a] Qui vero Christianismum docentes aut profitentes eam ob causam pœnis subdunt, haud dubie faciunt contra ipsam rationem, nihil enim est in disciplina Christiana ([b] ipsam hic per se considero, non [c] qua-

„w) (LEX NOVA:) Intelligit Evangelium, in„deque improprie lex dicitur. *dict. sect. 3.*

„x) (LIBRO ANTIQUO, CUI NOMEN &c.) Est „enim, si non omnis, certe magnam partem sup„posititius. Gron. h.

y) (Grot.) (ATHANASIUS:) Epistola ad solitarios. (Tom. I. p. 855. A.)

z) (Grot.) (NUNQUID ET VOS ABIRE VULTIS?) *Cyprianus* epistola LV. *Conversus ad Apostolos suos dixit: nunquid & vos vultis ire? servans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus; sibimet ipse vel mortem appetit, vel salutem.* (Epist. 59. divis. *Fell.*)

„aa) (IN FABULA:) Seu parabola, *fabula* a „fando est, & pro familiari colloquio sumitur. „Vide late *Tem. h.*

„bb) (QUOD QUIDAM JUBENTUR COGI INTRA„RE:) Egregie hanc parabolam explicat Bayle in *comment. philosoph.* ad verba *compelle eos intrare.*

cc) (Grot.) (INSTANTIAM VOCATORIS SIGNIFICAT:) *Cyprianus* de idolorum vanitate hunc locum respiciens: *Per orbem vero discipuli, magistro & Deo monente, diffusi, præcepta Dei in salutem darent, ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, cæcos & ignaros ad agnitionem veritatis ocularent. Ac, ne esset probatio minus solida, & de Christo delicata confessio, per tormenta, per cruces, per multa pœnarum genera tentantur.* (Cap. 7.)

ADDITIO.

„Intelligitur igitur per formulam illam serium „studium invitantis: neque enim eos coacte ve„nisse illo loco asseritur, sed ultro comparuisse „apparet.

dd) (Grot.) (JUSTINIANI CONSILIUM:) Ad eundem Justinianum epistolam Theodahadi vide in *Cassiodoro X.* 26.

„a) (QUI VERO CHRISTIANISMUM &c. IPSAM „RATIONEM:) Author ait, gentilium reges con„tra rationem peccare, si vel docentes in suis ter„ris Christianismum pœnis subdunt, vel eos, qui „Christianismum profitentur: quia doctrina Chri„stiana pia non tantum est, sed & reipublicæ ma„xime utilis.

„b) (IPSAM HIC PER SE CONSIDERO:) Quate„nus omnes perfectiones comprehendit.

„c) (QUA-

c quatenus ei infincerum aliquid admifcetur) quod humanæ focietati noceat, imo nihil quod non profit. Res ipfa loquitur, & extranei coguntur agnofcere. e Plinius Chriftianos facramento inter fe obftringi ait, ne furta, ne latrocinia committant, ne fidem fallant. f Ammianus ea religione nihil ait doceri nifi juftum & lene. Et Lib. 22.
g Vulgi verbum, *Bonus vir Cajus Sejus, tantum quod Chriftianus.* c. 11. Tert.
h Nec admittendæ excufationes, nova omnia metuenda, præfertim Apol. c. 1. & 1.
coetus: i nam neque metuenda funt dogmata quamvis nova, fimo- advers. Nat. c. 4.
do ad honefta omnia k atque ad exhibendam fuperioribus obedientiam ducant, l nec fufpecti effe debent cœtus proborum hominum, m & qui latere non quærunt nifi cogantur. Recte huc aptem, quod Auguftum de Judæorum conventibus dixiffe n Philo commemorat: non eos o bacchanalia effe, aut coetus turbandæ pacis, fed virtutum Scholas.

2 p Qui in tales fæviunt ipfi in ea caufa funt ut puniri jufte poffint, quod

„c) (QUATENUS EI INSINCERUM &c.) Quo pertinet, quod hæreticis non fit fervanda fides.

„d) (QUOD HUMANÆ SOCIETATI NOCEAT:) Immo neque nocet ei, neque prodeft, quia talis focietas humana non exiftit.

„e) (PLINIUS.) *Lib. 10. epift. 87.*

f) (Grot.) (AMMIANUS:) Idem vere Chriftianam religionem abfolutam & fimplicem vocat (*Lib.* XXI. c. 16.) Zofimus & ipfe paganus: *χριστιανῶν πίστεως ἐπαγγελία παντὸς ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή. Chriftianæ fidei hæc eft pollicitatio, libertas ab omni crimine atque impietate.* (*Lib. II. c. 29. Ed. Cell.*) Secta nemini molefta paffim a paganis dicebatur. *Tertullianus* Scorpiaco, (*Cap. I.*) Juftinus apologetico II. Ἀρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, ὅτι ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαθεῖν θεὸν κακόεργον, ἢ πλεονέκτην, ἢ ἐπίβουλον, ἢ ἐνάρετον ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἕκαστον εἰς αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι. *Nos vobis ad imperii tranquillitatem maxime adjutatores & collaboratores fumus, ut qui doceamus fieri non poffe ut Deo quis lateat, five fit maleficus, raptor, infidiator, five æqui amans; tum vero ad æternam aut falutem aut pœnam quemque mitti pro factorum fuorum dignitate.* (Pag. 44. *Edit. Sylburg.*) *Arnobius* de conventibus Chriftianorum loquens lib. IV. *in quibus aliud auditur nihil nifi quod humanos faciat, nifi quod mites, verecundos, pudicos, caftos, familiaris communicatores rei cum omnibus quos folidæ germanitatis necefsitudine copulatio.* (*Pag. 152. Edit. Lugd. B. Salm*)

„g) (VULGI VERBUM:) Immo contrarium refert Tertull. in *apologet. adverf. gent. c. 3. ita plerique claufis oculis in odium ejus impingunt, ut bonum alicui teftimonium ferentes admifceant nominis exprobrationem. Bonus vir Cajus Sejus, fed malus tantum quia Chriftianus.*

„h) (NEC ADMITTENDÆ EXCUSATIONES, NOVA OMNIA METUENDA, PRÆSERTIM COETUS:) Si lege publica certus Dei cultus ftatutus, & alii colendi modi prohibiti fint, peccat omnino contra leges reipublicæ, quisquis contra leges publicas invito fuperiore novus colendi ritus docet, aut aliam religionem publice profitetur: Cum enim focietas fub certis legibus contracta fit, fingula membra illius focietatis vivere juxta leges civitatis debent, fi nolint, vel migrare e republica, vel vi ad obfequium adigi debent.

„i) (NAM NEQUE METUENDA SUNT DOGMATA, QUAMVIS NOVA:) Experientia contrarium docet.

„k) (ATQUE AD EXHIBENDAM SUPERIORIBUS OBEDIENTIAM:) Atqui ipfi Chriftiani excipiebant cafum, nifi quid contrarium religioni Chriftianæ præciperetur: addita ratione, quod magis Deo effet obediendum.

„l) (NEC SUSPECTI ESSE DEBENT COETUS PROBORUM HOMINUM:) Semper fufpecti funt cœtus, qui lege prohibente conveniunt.

„m) (ET QUI LATERE NON QUÆRUNT, NISI COGANTUR:) Sed & hæc latitatio, quæ lege prohibente fit, punibilis eft.

n) (Grot.) (PHILO COMMEMORAT:) In legatione, (p. 1035. E.) Similiter & libro de facrificantibus, facunde oftendit quantum fynagogæ diftent a paganicis myfteriis, (pag. 856. &c.) Locus uterque dignus infpici. Simile habet libro altero contra Appionem Jofephus.

„o) (BACCHANALIA:) De quibus *Liv. 39, 8.*

„p) (QUI IN TALES SÆVIUNT, IPSI IN EA CAUSA SUNT, UT PUNIRI JUSTE POSSINT:) Quæritur, an gentiles reges, qui in Chriftianos fæviunt,

Thom. 2. 2. 118. quod & Thomæ videtur. Atque eam ob causam [q] Constantinus Licinio, Imperatores [r] alii Persis bellum intulerunt, [s] quanquam hæc bella magis ad innocentem defensionem, de qua & [t] infra agemus, quam [u] ad pœnæ exactionem pertinent.

§. L.

„vivunt, ideo bello peti possint? Author id affir-„mat exemplo Constantini, qui Licinio, & Me-„nandri protectoris, qui ideo bellum Persis indi-„xit: Ego ex tali causa bellum inferri posse nego, „quia gen[illegible]s injuria non fit si, quis in suos sub-„ditos ex [illegible]cunque causa sævit.

q) (Grot.) (CONSTANTINUS LICINIO:) Vide *Zonaram.* Simile illud apud *Augustinum* epist. L. *Maximianus episcopus Vagrensis auxilium petit ab Imperatore Christiano contra hostes ecclesiæ, non tam sui ulciscendi causa quam tuendæ ecclesiæ sibi creditæ.* Relatum est in causam XXIII. quæst. III. c. 2.

ADDITIO.

„Specialis ratio hic fuit, nam Licinius in Chri-„stianos sævijt NB. *contra pacta & edicta, quæ „simul ediderant Imperatores:* Constantinus „ideo monuit Licinium, qui insolentius responde-„bat, bellumque minitabatur. Vid. *Gutbberlet. „Chronol. in Constantino Magn. p. 254.* Hic ergo „Constantinus bellum movit, non quod in Chri-„stianos sævitum est, sed quod contra pacta & „edicta Licinius id fecit: neque alieni subditi hic „erant, sed æque erant subditi Constantini, quorum „defensionem etiam contra socium regni suscipere „tenebatur.

r) (Grot.) (ALII PERSIS:) Vide *Menandrum Protectorem.*

ADDITIO.

„Conf. infra *l. 2. c. 25. §. 8.* ubi id ex jure so-„cietatis humanæ deducit.

„*s*) (QUANQUAM HÆC BELLA MAGIS AD IN-„NOCENTUM DEFENSIONEM:) Fatetur ergo Author „exempla illa quæstionem propositam non probare; „Obiter autem hic notamus, nec aliorum subditorum, „etsi innocentum, defensionem suscipere nos posse „contra regem de cujus injuria queruntur.

„*t*) (INFRA:) *L. 2. c. 25. §. 6. & 8.*

„*u*) (AD POENÆ EXACTIONEM:) Hæc nunquam „inter gentes obtinet ex causa religionis.

„(AD § L.) Celebris hic est quæstio, *an Prin-„ceps in subditos hæreticos pœnas capitales statuere „possit?* Prolixe eam examinavit B. Parens in dua-„bus Dissertationibus, & quidem PRIMO in *Disput. „de jure circa hæreticos* ubi *§. 5. usque ad § 42.* „explicat (1) quinam sint hæretici, (2) an puniri „homines ob solam hæresin possint? Verba ejus „hæc sunt.

„Ut igitur appareret, quæ esset communis uni-„versæ & Catholicæ ecclesiæ sententia, & ab ea „reliquæ hæreses & opiniones segregarentur, evo-„cavit Constantinus Magnus totius ecclesiæ Chri-„stianæ episcopos, & œcumenica synodo Nicæna „inprimis doctrinam de Christi divinitate, ceu fi-„dei nostræ fontem stabilivit. Cujusmodi deinde „concilia universalia & œcumenica vocatis uni-„versæ & catholicæ ecclesiæ Christianæ episcopis, „deinde etiam a duobus Theodosiis, & denique „a Marciano Imperatore coacta, & universum il-„lud de sacrosancta Trinitate dogma, ceu unicum „totius Christianæ fidei fundamentum, & sacra „anchora, constitutum fuit, hodieque Dei pro-„videntia, quidquid immanium fluctuum in hanc „rupem illisum fuerit, immotum persistit. Atque „hæc quatuor concilia œcumenica ab Imperatori-„bus coacta & habita fuisse, ad unum omnes una-„nimiter testantur eorum temporum annales: ne-„que ullum illius ætatis vestigium apparet ponti-„ficum auctoritatem concurrisse, nedum Osium, „Cordubensem episcopum, qui Nicæno præfuit, „legatum pontificis fuisse, quod utrumque Baro-„nius fingit.

„Synodus quinta a Justiniano, & sexta a Con-„stantino Pogonato congregatæ, etiam vulgo œcu-„menicæ dicuntur: *c. 6 & 7. dist. 15.* neque nos „earum auctoritati quidquam detractum volumus. „Verum tamen id omnino constare credimus, non „eas esse pari cum prioribus auctoritate, nec ita, „ut superiores, vere universales: eo enim tempore „jam divisus fuit orbis Christianus in plura regna, „& quidem post Marcianum & Valentinianum III. „auctores concilii quarti, (vid. *l. 8. pr. C. de hæ-„ret.*) tota Italia avulsa fuit ab Imperio, & inde „ab Avito usque ad Augustulum proprios reges „habuit: deinde Gothi regnum Italiæ tenuere, id-„que agnoverunt ipsi Imperatores Græci. Vid. „*Onuphr. de concil. Imper. c. 4. §. 4.* & alias quo-„que ecclesiæ, valde jam laceratæ & segregatæ „fuere. Sed nec pontifex Vigilius, nec episcopi „ecclesiæ occidentales, interesse synodo voluerunt, „& subscribere quoque detrectarunt; adeo, ut „Justinianus Vigilium papam ideo in exilium mi-„serit, eoque tandem, ut assentiret, perpulerit. „Non ergo per modum synodi universalis res acta „& decisa fuit; reliquis quoque occidentis & Afri-„cæ episcopis concilium hoc non tam de fide, „quam in personas demortuas coactum, & præ-„judicium Chalcedonensi concilio factum fuisse „causantibus. Vid. *Petav. Rationar. tempor. part.* „I. *l. 7. c. 7.* Quin nec canones, nisi ex post fa-„cto, eius & sexti concilii facti sunt. *c. 7. dist. 17.* „Sed & ipse Justinianus quatuor tantum concilia „pro norma fidei statuit & recipit in *epist. ad Jo. „Papam l. reddentes 9. C. de summ. trinit.* sub „cujus tamen antecessore, Vigilio papa, conci-

„lium

„lium quintum jam editum erat. Idem in *l. 7.*
„*§. 4. vers hanc alia C. eod.* ait. *hanc*, (scilicet
„formulam utriusque concilii prioris) *alia quoque*
„*omnia sancta concilia, hoc est, Ephesinum prius &*
„*Chalcedonense susceperunt.* Ergo statuit, non
„esse alia concilia, quæ sint formula fidei, quam
„hæc quatuor; quia ait, omnia concilia, quæ
„formula sint, esse quatuor; uti & in c. 2. & 3. dist.
„15. reliqua non admittuntur, nisi post illorum
„quatuor auctoritatem.

„Sextæ autem synodo neque Africanæ, neque
„Hierosolymitanæ ecclesiæ interfuere, quæ tum
„non habuere amplius patriarcham sui juris, sed
„Saracenorum potestati subjectum. Septima vero
„synodus duplex fuit, altera Græcorum, & anti-
„quior; altera Latinorum, quæ priori contraria,
„& anti-synodus est, ac deinde synodo Parisiana
„iterum improbata fuit. Vid. doctiss. *Spanhem. in*
„*epist. isagog. ad histor eccles. secul. 8. cap. 9. &*
„*sec. 9. cap. 10. §. 2.*

„Igitur de solis prædictis quatuor conciliis vere
„dici potest, ea a catholica seu universali ecclesia
„habita, decreta, ac recepta esse, eoque sola (de
„sacris litteris nunc non quæritur,) certam eccle-
„siæ & fidei catholicæ seu universalis, ratione ju-
„rium ejus, normam esse, ac in toto jure ita ha-
„beri. Hoc paret ex *l. 7. § 4. & 5. l. 9. §. 3.*
„*C. de summ. Trinit. Novell. 115. c. 3. §. 14.* ubi
„Justinianus orthodoxæ & catholicæ fidei regu-
„lam sola hæc quatuor concilia esse statuit, nec
„sinum, quod quintum est, addit. Sed & jure
„canonico his quatuor conciliis tribuitur auctori-
„tas & norma fidei catholicæ *c. 1. dist. 1.* ibi: *in-*
„*ter cætera concilia quatuor esse scimus venerabi-*
„*les synodus, NB. quæ totam principaliter fidem*
„*complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel to-*
„*tidem paradisi flumina.* Et in *c. 2. pr. dist. 15.*
„ait B. Gregorius: *sicut sancti Evangelii quatuor*
„*libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari*
„*me fateor &c.* quæ verba regulam & normam
„significant, imprimis ob comparationem cum
„quatuor Evangeliis. Unde & alibi additur, re-
„liqua concilia post horum quatuor auctoritatem
„demum recipienda esse, ut in *c. 1. dist. 15.* ibi:
„*sed si qua sunt alia concilia*, NB. *post istorum*
„*quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore*
„& in *c. 3. dist. 15. ibi: sed &, si qua sunt conci-*
„*lia a sanctis patribus hactenus instituta, post isto-*
„*rum quatuor auctoritatem, & custodienda, & re-*
„*cipienda decernimus & mandamus.*

„Quin & disertissime regula & norma ecclesiæ
„catholicæ statuuntur hæc quatuor concilia in *d.*
„*l. 7. §. 4. pr. C. de summ. Trinit.* ubi Justinia-
„nus ait: *per omnia sequentes sancta quatuor con-*
„*cilia, & quæ ab unoquoque eorum constituta sunt,*
„*manifeste omnibus, qui nobiscum sunt, fidelibus*
„*sanctæ catholicae & apostolicæ ecclesiæ traditam*
„*NB. regulam fidei, h. e. sanctam formulam seu*
„*symbolum tenemus & custodimus.* Quin additur
„expresse, quod solum Nicænum sufficiat ad re-
„gulam, nec reliqua tria concilia ideo addita fue-
„rint, quasi illud imperfectum esset; sed tantum
„ad Nicæni declarationem, quam veritatis inimici
„invertere volebant. d. *§. 4. vers. non quasi imperfe-*
„*ctum*, adeo, ut anathema esse jussi sint illi, qui
„aliam regulam catholicæ ecclesiæ & fidei tra-
„dunt, quam formulam concilii Nicæni, & reli-
„quorum trium, quæ illud declararunt. *d.* §. 4.
„in verb. *similiter anathematisarunt & eos, qui*
„*aliud symbolum vel sanctam formulam tradunt*
„*præter eam, quam 118. sancti patres* (in synodo
„Nicæna) *exposuerunt, & 150. sancti patres, qui*
„*in hac regia civitate* (in Constantinopolitano
„synodo) *declararunt & illustrarunt*, (scil. præ-
„ter duo concilia reliqua, quæ jam ante addidit,
„& mox quoque subjicit. Quemadmodum igi-
„tur hæc quatuor concilia, jure constituta, sunt
„norma ecclesiæ & fidei catholicæ, adeoque ca-
„tholicæ ecclesiæ omnes illi sunt, qui hæc quatuor
„concilia catholica & œcumenica recipiunt atque
„custodiunt; ita hæreticus in toto jure ille unice
„dicitur, qui in aliquo articulo ab ecclesia catho-
„lica, seu ab his quatuor conciliis recedit; nec
„ullibi in jure aliter hæc vox hæretici accipitur.
„Hoc constat ex *l. 2. §. 1. C. de hæret.* ubi id de-
„finitur: *hæreticorum vocabulo continentur, qui*
„*vel levi argumento a judicio NB. catholicæ religio-*
„*nis & tramite detecti fuerint deviare.* Catholicæ
„autem religionis tramitem unicum (civilem scil.
„& post verbum Dei, vid. & seq.) isse prædicta
„quatuor concilia, jam demonstratum est supra
„§. 8. 9. Pariter cum hæresis inter justas causas ex-
„heredationis recenseatur in *Novell. 115. cap 3.*
„*§. 14.* & hæreticus filius exheredari possit *d. l.*
„is dicitur filius hæreticus in *d §. 14.* qui non
„amplectitur sanctas quatuor synodos; & ideo
„perhibetur non esse catholicæ fidei, nec in sacro-
„sancta ecclesia communicare. *d. §. 14.* Eadem ra-
„tione hæreticus describitur, qui non est catholi-
„cæ fidei *d Novell. 115. cap. 4. § 8.* & ab Imp.
„Gratiano, Valentiniano, & Theodosio, *Nicæ-*
„*næ fidei assertor*, dicitur *catholicæ religionis verus*
„*cultor: l. 2. §. 1. C. de summ. Trinit.* & tales ju-
„bentur *catholicorum Christianorum nomen ample-*
„*cti*; reliqui autem demum *hæretici dogmatis in-*
„*famiam sustinere: l. 2. §. 1. C. eod.* Consentiunt
„canones in *cap. 30. XXIV. quæst. 3.*

„Neque cum his pugnat, quod orthodoxi me-
„rito contendunt, non esse aliam fidei normam,
„quam sacrosanctum Dei verbum: Etenim non
„hic quærimus de authentica fidei norma, ejus-
„que vero fonte, & supremo controversiarum ju-
„dice, qualis norma ac fons unice omnino est
„æternum illud verbi divini oraculum, sed de re-
„gula civili fidei & cultus divini. Nimirum, cum
„de absconditis illis summæ Trinitatis & incarna-
„tionis mysteriis, adeoque de ipso fidei Christia-
„næ fundamento, plures hæreses seu opiniones es-
„sent, & quælibet ex verbo Dei se pugnare, eo-
„que nixam se testaretur, videndum fuit, quæ-
„nam esset sententia universalis ecclesiæ, ut inde
„formula fieret, quam secuti pro membris ec-
„clesiæ catholicæ Christianæ haberentur, atque
„ad ejus ecclesiæ exercitia, cultus, jura & benefi-
„cia admitterentur, reliqui autem ab hoc cœtu
„excluderentur. Potuitque eo securius hæc to-

„tius ecclesiæ sententia pro regula hactenus accipi, quod tali suæ ecclesiæ Servator spiritum veritatis promiserit, nec adeo coeeessurus sit, si pio zelo & veritatis studio congregetur, ut a vero aberret.

„Hoc sensu ergo hæreseos vox in malam partem accipitur, cum quis a judicio totius ecclesiæ catholicæ, seu ab his quatuor conciliis catholicis dissentit: quo sensu quoque sumitur *αἱρετικὸς ἄνθρωπος ad Tit. III, 10.* add *2 Petr. II, 1.* oentiquam autem cum quis ab ecclesia aliqua particulari, nedum cum duæ particulares ecclesiæ ab invicem dissentiunt: uti, cum Græca ecclesia & Latina ritibus ordinationum ab invicem discedunt, id pro hæresi nullo modo habetur *in c. 11. X. de tempor. ordin.* adeo, ut Græci cantoris filius ex legitima uxore natus in ecclesia Romana ordinari possit, etsi talia matrimonia in ea improbentur. *c. 6. X. de cleric. conjug.* Quin tantopere ab invicem dissentiunt, ut Græci Latinorum aras pro impuris habeant, nec supra iis, nisi purgatis & denuo consecratis, sacra faciant.

„Talis est dissensus inter Romanam & Evangelicorum ecclesias: cum Evangelici, & magis etiam quam Græci, omnia capita quatuor conciliorum, tamquam normam ecclesiæ catholicæ, inviolabiliter recipiant, adeoque plane sinceræ ecclesiæ catholicæ membra sint, per §. 8. *& seqq.* supra.

„Et utrique adeo juri manifeste fraudem faciunt, qui, cum hæreticus utroque jure, etiam canonico, definiatur ille qui ab ecclesia catholica dissentit, supra §. 10. & *30. causs. 24. quæst. 1.* in ea definitione pro verbo *Catholica* substituunt *Romanae*, cum tamen aliud sit ecclesia catholica & universalis, aliud Romana; quam prorsus esse constat ecclesiam particularem, a Græca, Alexandrina, Antiochena ex perpetuo distinctam. *c. 1. §. 1. §. ordo dist. 21, c. 2. c. 6. c. fin. dist. 22. c. 8. X. de majorit. & obed.*

„Hi ergo, qui Romanæ ecclesiæ opiniones pro regula ecclesiæ catholicæ obtrudunt, manifeste anathemati illi obnoxii sunt, quo illi, qui aliam, præter Nicæni, & reliquorum trium conciliorum formulam sinount, expresse anathematizantur in *l. 7. §. 4. in fin. C. de summ. Trinit.* vid. supr. §. 9. Constat enim, ecclesiam Romanam plurima sentire ultra formulam quatuor conciliorum; neque de iis, quæ hodie inter Romanos & Evangelicos disceptantur, agi in horum conciliorum canonibus; uti de summa potestate pontificis in ipsos etiam reges, de hodierna missa, sacramentis, indulgentiis, & proinde hæc formula ecclesiæ Romanæ, cum alia sit a formula quatuor conciliorum, non potest non dicto anathemati obnoxia esse.

„Unde patet, nullo sensu, nec absque contradictione Romanæ ecclesiæ episcopum universalem videri posse; quod & canones abominantur in *c. 4. dist. 99.* ubi Pelagius II. papa inquit: *nullus patriarcharum universalis vocabulo unquam utatur: quia si unus patriarcha universalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed NB. absit hoc! absit a fidelis cujusquam mente &c.* Idem in *c. 5. d. Dist. 99.* Gregorius Magnus papa ad Alexandrum patriarcham sic improbat: *Ecce in praefatione epistolae, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbae appellationis verbum,* UNIVERSALEM *me* PAPAM *dicentes, imprimere curastis; quod peto, dulcissima mihi sanctitas vestra ultra non faciat; quia vobis subtrahitur, quod alter plus NB. quam ratio exigit, praebetur. Ego enim non verbis quaero prosperari, sed moribus.* Et mox: *si universalem me papam vestrae sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur, universum. Sed NB. absit hoc! Recedant verba quae vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.*

„Etiamsi vero esset universalis episcopus, nihil tamen id huc faceret: tum quia de judicio totius ecclesiæ catholicæ, non episcopi, quæritur, cum hæreticus sit qui ab ecclesia catholica, non qui ab episcopo dissentit, ut ostensum supra §. 10. tum quia universalem legem & formulam dare, ex qua judicandum quis in cœtum seu gregem, & ad ejus ritus, beneficia, & jura admittendus, quia vero inde summovendus sit, vel totius gregis est, vel ejus qui in grege summum imperium habet: alterum per modum pacti & consensus valebit, alterum per modum legis. Episcopalis autem auctoritas non consistit nisi in docendo: uti plenius demonstravit Praeses in *Jurisprud. publ. cap. 18. §. 1. seqq.* Certe, cum regula ac formula catholicæ ecclesiæ semel totius gregis consensu, &, ut dicitur in *c. 1. dist. 16.* & in *Novell. 109, in praefat.* ecclesiarum patribus ex omni terrarum orbe convenientibus, constituta sit, non potest illa, nisi totius quoque gregis consensu, iterum mutari aut tolli.

„Quin Romanam ecclesiam ne primariam quidem ecclesiarum fuisse concedunt, & fatentur ipsi pontifices & canones, qui aperte testantur Antiochenam fuisse omnium primariam, & primatum hunc, jubente Deo, Romam deinde translatum fuisse. Ita enim Marcellus papa in *c. 15. causs. 24. qu. 1.* ad Antiochenos scribit: *ipse* (Petrus) *caput est totius ecclesiae, cui ait dominus, tu es Petru &c. Ejus sedes, NB. primitus apud vos fuit, quae postea NB. jubente domino Romam translata est.* Et mox in fine: *si vero vestra Antiochena NB, quae olim prima erat, Romanae cessit sedi, nulla est quae ejus non sit subjecta dominationi.* Idem traditur in *c. 2. dist. 22.* ibi *tertia sedes apud An[illegible]biam B. Petri apostoli nomine habetur honorat[illegible] quia illic NB. priusquam Romam veniret, h[illegible] &c.* Cum itaque in confesso sit, primatum [illegible]arum Antiochenæ ecclesiæ debitum, & j[illegible] Dei, ut dicitur, Romam translatum fuisse, jussus ille Dei aliter, quam dicto illo Salvatoris, *tu es Petrus* probandus erat: nam Petrus æque Antiochenam, & eam quidem primam, fundavit; & in dicto illo tantum de fundatione sedis, non de fundationis translatione in aliam sedem mentio fit. Nec sequitur, una, etsi prima cessit: ergo & reliquæ

„liquæ ceſſere. Et o! miſeram eccleſiæ conditio-
„nem, cujus petra Petrus, homo peccator, aut
„alius quisquam eſt, quam omnis peccati purus,
„ac morti meritæ propria virtute vincendæ par,
„id eſt, Θεάνθρωπος. Sed id huc non pertinet.

„Cum igitur ſatis demonſtratum ſit, hæreticos
„non eſſe niſi qui a formula totius eccleſiæ ca-
„tholicæ & univerſalis, ex toto orbe collectæ,
„quæ absque controverſia prædictis quatuor con-
„ciliis catholicis comprehenditur, diſſentiunt, E-
„vangelici autem omnes hæc quatuor ſanctiſſima
„concilia, eorumque formulam, omni veneratione
„ſuſcipiant, quin quintam quoque & ſextam ſy-
„nodum (de ſeptima vide ſupra §. 7.) etſi quis
„illas quoque pro univerſalibus habere velit, non
„rejiciant, non poſſunt illi a Romanæ eccleſiæ aſ-
„ſeclis, citra anathematis prædicti periculum, pro
„hæreticis haberi:

„His ita præmunitis, ſequitur, ut compendio
„videamus quid jure circa tales hæreticos, ab ec-
„cleſia catholica diſſentientes, conſtitutum ſit; ubi
„potiſſimum quæritur, an hæreſis hujus modi ſit
„verum delictum ſeu crimen, an mera culpa, an
„ne hoc quidem? Qua in re primum diſtinguen-
„dum eſt inter ipſam hæreſin, ſeu opinionem, &
„inter delicta vel crimina illa quæ hæreſi con-
„juncta vel implexa ſunt, vel eſſe ſolent: uti non
„tantum ſi cohæreant ſtudia ſeditionum, factio-
„num &c. ſed & ſi qualiscunque alia malitia, vel
„contumacia, vel injuſta cupido, vel pervicacia
„concurrat; uti in *c. 28. c. 30. cauſ. 24. qu. 3.*

„Deinde differentia facienda inter hæreſin ſeu
„opinionem de fide, & inter facinora quæ legi-
„bus prohibita ſunt, & a fanaticis hominibus de-
„fenduntur: uti fuit ille anabaptiſtarum furor,
„qui circa annum 1535. monaſterii polygamiam
„inſtituerunt, privato auſu templa deſtruxerunt,
„jura magiſtratus invaſerunt, quin cædibus pro
„lubitu graſſati ſunt, de quo *Sleidan. de ſtatu re-
„lig. lib. 10.* Hæc vero non ſunt hæreſes & diſpu-
„tationes de fide, ſed flagitia & ſcelera jure natu-
„rali omnibusque legibus prohibita, quæ proinde
„non rationibus convincenda, ſed legibus & ſup-
„pliciis vindicanda ſunt.

„Hæreſis igitur in ſe ſpectata, quatenus in ſolo
„opinionis circa fidem, & ejus fundamentum, er-
„rore ac falſitate conſiſtit, atque ab omni alia ma-
„litia ſegregata eſt, conſtat, quod pro crimine ha-
„beri nequeat. Crimen enim ſine dolo malo non
„committitur; nec malitia eſſe poteſt, ubi nulla
„eſt proæreſis, vel male agendi voluntas *l. 14. D.
„ad leg. Cornel. de ſicar. l. 3. §. 2. §. 3. l. 26. D. de
„injur. l. 5. C. eod. l. 37. D. de uſucap. l. 2. §. 2.
„verſ. præced. conſil. D. de vi bonor. rapt.* perpe-
„tuoque, cum in jure, tum apud Authores error
„& crimen ab invicem ſeparantur; uti *Cicero orat.
„pro Ligar. c. 1. & paſſ.* ac meritiſſime quidem
„diſcernit; Si enim crimen eſt ubi nullum con-
„currit conſilium aut proæreſis, parum abeſt, quin
„in bruta quoque crimina ſtatui poſſint.

„Sed & in prædicto ſenſu culpa quoque abeſſe
„ab hæreſi poteſt; nimirum ſi paratus aliter edo-
„ceri, & veritatis cupidus, omnibus probe per-
„penſis, aliud tamen animo ſuo perſuadere non
„poſſit: unde, cum uſu invaluerit ut vox hære-
„tici in malam partem, & pro ſpecie delicti ac-
„cipiatur, eum, qui ita nullo pravo conſilio, ſed
„perſuaſus bona fide errat, inter hæreticos non
„eſſe recenſendum dicitur in *c. 29. cauſ. 24. qu. 3.*
„cujus hæc verba ſunt: *Qui ſententiam ſuam,
„quamvis falſam atque perverſam, nulla pertinaci
„animoſitate defendunt, præſertim quam non au-
„dacia ſua præſumtionis pepererunt, ſed a ſedu-
„ctis atque in errorem lapſis parentibus acceperunt,
„quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem, cor-
„rigi parati cum invenerint, NB, nequaquam ſunt
„inter hæreticos deputandi.*

„Itaque in hæreſi omnis criminis & culpæ ra-
„ratio eſt a delictis cum hæreſi concurrentibus, ma-
„litia, pertinacia, prava libidine, vi, diſciplinæ impa-
„tientia &c. Talis ſpecies aſſertur in *c. 28. d. cauſ. 24.
„qu. 3.* cujus hic eſt contextus: *hæreticus eſt, qui
„alicujus temporalis commodi, & maxime gloriæ,
„principatusque ſui gratia, falſas ac novas opinio-
„nes vel gignit, vel ſequitur.* Et in *c. 31. d. qu 3.*
„dicitur: *qui in eccleſia Chriſti morbidum aliquid
„pravumque ſapiunt, ſi correpti, ut ſanum re-
„ctumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque
„peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt,
„ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſiunt.* Ut adeo
„conſtet, non opinionis errorem per ſe, ſed ſic-
„ubi conjuncta appareat cum perverſis cupiditati-
„bus, vel contumaciter reſiſtendi affectu &c. in-
„cipere eſſe crimen hæreſeos.

„Ex quibus infertur, eandem ſemper & certam
„hæreſeos pœnam ſtatui non poſſe, ſed plurimum
„illam pro modo concurrentium criminum va-
„riare. Et hoc quidem omni hæreſi commune
„eſt, quod hæreticus excludi poſſit a cœtu eccle-
„ſiæ, &, ſi clericus ſit, ab officio eccleſiaſtico re-
„moveri. *l. 2. §. fin. l. 3. §. 2. C. de ſumm. Trinit.*
„Quod ipſum & in eum hæreticum, qui culpa &
„delicto vacat, adeoque in uſu juris, prout expoſi-
„tum modo ſuit, pro hæretico proprie non habe-
„tur, ſtatui poſſe exiſtimamus; non quidem in
„pœnam, quia crimine eum vacare ſupponimus,
„ſed quia is eſt cœtus recte & ex formula eccle-
„ſiæ catholicæ ſentientium, qui in ſuum cœtum
„admittere nos tenentur eum qui inde diſſentit,
„ideoque membrum illius ſe eſſe facto ipſo ne-
„gat. Quanquam, ſi ita ex imbecillitate id fiat,
„ſacræ literæ id maxime commendent ut potius
„tolerentur, eoque occaſio fiat exemplo, vita, &
„argumentis eos ad veritatem pelliciendi, *Rom.
„14. v. 1. ſeq. Philipp. 2. v. 15.* idque ita in pri-
„mæva eccleſia obſervatum fuiſſe, ex antiquis pa-
„tribus docet *Grotius de verit. relig. Chriſt. libr.
„3. c. 9. n. 5.*

„Sed & illud in omnes edici poteſt, ne conventus
„fidei ſuæ cauſa agere, aut exercitium religionis
„ſuæ extrinſecum habere ipſis integrum ſit: tum
„ne obſtinatiores uſu & conventibus fiant; *l. 2. pr.
„C. de ſumm. Trinit.* tum quia conventus omnes
„& collegia quaſi conventicula mera factionum
„in urbe legibus prohibita ſunt, & pro crimine
„habentur, *tot. tit. D. de colleg. & corpor. l. 1 §.
„fin. D. de offic. præf. verb.* niſi a principe vel ma-
„giſtratu permiſſi conventus & comprobati ſue-
„rint,

tum demum cum hanc culpam magnis ſceleribus cumulaſſent, Gen. XV, 16. Sic & in aliis populis [aa] diſſimulavit ignorantiæ tempora circa falſorum numinum cultus [bb] Actor XVII, 38. Nimirum recte a Philone dictum eſt, religionem ſuam cuique videri optimam, [cc] ut quæ plerumque non ratione ſed affectu dijudicetur: unde non longe abit dictum [dd] Ciceronis, nemini ullam diſciplinam philoſophiæ probari, [ee] præter eam quam ipſe ſequatur. Addit, [ff] pleroſque teneri adſtrictos antequam quid eſſet optimum judicare poſſent.

Leg. ad Cajum p. 1032. B. *Acad. 4. c. 3.*

4. [gg] Sicut autem excuſabiles ſunt [hh] & ab hominibus certe non puniendi, qui [ii] cum legem a Deo proditam nullam acceperint, [kk] aut aſtrorum, aut aliarum rerum naturalium virtutes, aut ſpiritus, ſive [ll] in imaginibus, [mm] ſive in animantibus, [nn] ſive in rebus aliis colunt, [oo] aut etiam animas eorum qui virtute & beneficiis in humanum

„culares illas circumſtantias non habuiſſet: quod „igitur diſtulerit vindictam res ejus arbitrii ſint. „Sed & circumſtantiæ illæ particulares non demum ſupervenerunt poſt Cananæorum idololatriam, ſed cum ea originem ceperunt: crimina „enim quæ Cananæis imputantur omnibus fere „gentilibus communia fuerunt, hodieque ſunt.

„*aa*) (DISSIMULAVIT IGNORANTIÆ TEMPORA:) „Immo non diſſimulavit, ſed pœnis æternis eos „obnoxios fecit, aliisque pœnis temporalibus affecit, etſi eos non ejecerit ut Cananæos.

„*bb*) (ACTORUM XVII, 30.) Ibi non dicitur, „Deum diſſimulaſſe ignorantiæ tempora, omittendo pœnam: (nam æternis pœnis obnoxii omnino fuerunt,) ſed in eo diſſimulavit, quod Evangelium, & diem judicii per mediatorem exercendi, „iis non adnunciaverit, ad eum effectum, ut pœnitentiam agerent, uti diſerte id ita explicatur. „d. v. 30. & 31.

„*cc*) (UT QUÆ PLERUMQUE NON RATIONE, „SED AFFECTU DIJUDICETUR:) Lactantius *de origine erroris c. 6.* graviter id explicat: *Hæ ſunt* „*religiones, quas ſibi a majoribus traditas pertinaciſſime tueri ac defendere perſeverant, nec conſiderant, quales ſint, ſed ex hoc probatas atque* „*veras eſſe confidunt, quod eas veteres tradiderunt,* „*tantaque eſt auctoritas vetuſtatis, ut inquirere in* „*eam ſcelus eſſe ducatur. Itaque creditur ei paſſim* „*tanquam cognitæ veritati.* Add. *Camden. p. 4.* „*Hiſtor. Eliſab. p. 602. Thuan. l. 25 p. 509. & l.* „*53. p.* 1093. *Teſm. b.*

„*dd*) (CICERONIS:) *Academ. quæſt. l. 4 c. 3.*

„*ee*) (PRÆTER EAM, QUAM IPSE SEQUATUR:) „Qui philoſophi Sectarii dicuntur, & opponuntur „Eclecticis.

„*ff*) (PLEROSQUE TENERI ADSTRICTOS ANTEQUAM, QUID ESSET OPTIMUM, DIJUDICARE POSSENT:) Magnam enim in capiendis ingeniis vim „habet perpetua relatio eorum quibus vitam debemus.

„*gg*) (SICUT AUTEM EXCUSABILES SUNT:) Immo coram Deo excuſabiles non ſunt.

„*hh*) (ET AB HOMINIBUS CERTE NON PUNIENDI:) Hoc extra omne dubium poſitum eſt inter „gentes, quæ ideo bellum aliis inferre, (nam nec „in atheos id licere diximus §. 46.) non poſſunt: „At in republica, ubi religio publica lege ſtabilita „eſt, puniri omnino poſſunt qui contra regulas „illius cultus publici aliquid ſtatuunt, vel profitentur. Vid. §. 48.

„*ii*) (CUM LEGEM A DEO PRODITAM NULLAM „ACCEPERINT:) Nimirum per revelationem, uti „Judæi.

„*kk*) (AUT ASTRORUM, AUT ALIARUM RERUM „NATURALIUM VIRTUTES:) Illi enim, qui aſtra „colunt, v. g. ſolem, lunam &c. adorant vim „illam ſeu virtutem, quæ aſtris ineſt: immo & hi „qui imaginem faciunt, vel animantia venerantur, „reſpiciunt ad virtutes divinas, quæ per imaginem „repræſentantur, vel animantibus inſunt. Non „enim credendum eſt, gentes illas divinitatem ligno, æri, auro, animantibus &c. tribuiſſe, ſed „legislatores, ut ideam quandam divinitatis rudiori „populo præſentarent, ſimulacra conſtituerunt, „in quibus perfectiones divinas adorarent.

„*ll*) (IMAGINIBUS:) Plerumque adorabant Deum „ſub figura humana, tanquam in creatura omnium „perfectiſſima.

„*mm*) (SIVE IN ANIMANTIBUS:) Sic Ægyptii „bovem colebant, ſeu potius utilitatem & divinum beneficium, quod Deus per bovem humano „generi conceſſit.

„*nn*) (SIVE IN REBUS ALIIS:) Græci & Romani Priapum adorabant, i. e. vim productricem rerum, quæ Priapo ineſt.

„*oo*) (AUT ETIAM ANIMAS EORUM, QUI VIRTUTE ET BENEFICIIS IN HUMANUM GENUS EXCELLUERUNT:) Non enim homines mortuos colebant, ſed divinas virtutes, quibus homines illi „eminebant.

ſP

num genus excelluerunt, pp aut mentes quasdam incorporeas, qq præsertim si nec ipsi tales cultus commenti fuerint, rr nec summi Dei cultum ideo deserant; ita ss impiis magis quam errantibus annumerandi sunt, qui aut Cacodæmonas quos tales esse norunt, tt aut vitiorum nomina, uu aut homines quorum vita fuit flagitiis plena, divinis honoribus colere instituunt.

5. Nec minus illi vv qui deos colunt hominum innocentum sanguine, a quo more quod Carthaginenses abstinere coëgerit laudatur ww Darius Persarum rex, xx & Gelo Syracusarum tyrannus. Narrat & Plutarchus, barbaros quosdam, qui humanis victimis deos colebant, *Just. l. 19. c. 1 Plutarch apophth. p. 175. A. & de sera num. vind. p. 552. A. Quæst. Rom. 83*

„pp) (AUT MENTES QUASDAM INCORPOREAS:) „Scilicet angelos, genios &c. Nam Deum, qui „res incorporea est, mentes quoque incorporeas „creasse passim philosophi docent. Vid. *Stanlej, „Histor vet. philos.*

„qq) (PRÆSERTIM SI NEC IPSI TALES CULTUS „COMMENTI FUERINT:) Sed ex relatione paren„tum eos acceperint, adeoque in iis principiis in„nutriti fuerint: At idem esse diximus, si quis ipse „novam & falsam de religione opinionem sibi „format. Quia jus hic solius Dei est, qui proinde „solus injuriam sibi illatam vindicare potest.

rr) (Grot.) (NEC SUMMI DEI CULTUM IDEO DESERANT:) Sic victimas ab Ægypti regibus, ab Augusto, a Tiberio in templum admisere Judæi. Docent id & *Josephus* & *Philo*, [*de Legat. ad Caj.* p. 1036. C. Verum illi Reges & Principes non propterea Deum *Judæorum*, ut unicum & summum, adgnoscebant; eadem sacra cuivis alii Numini oblaturi. J. B.]

ADDITIO.

„Nulla gens, quæ idola adorat, summi Dei cul„tum excludit, omnes enim auctorem quendam „rerum omnium in ipsis suis idolis colunt: At di„ximus, crimen in eo consistere, quod Creato„rem cum creatura confundant, quod crimen e„normissimum quidem est, sed ideo gentes ab aliis „gentibus vindictam sumere non possunt, quia eis „non fit injuria.

„ss) (IMPIIS MAGIS ANNUMERANDI SUNT, QUI „AUT CACODÆMONAS:) Immo nec hi a gentibus „aliis puniri possunt: tum quia jus puniendi genti „in gentem non competit, tum quia injuria „genti facta non est, adeoque nec reparationem „exigere potest.

„Cæterum doctrina illa de diis bonis & malis „omnibus fere gentibus idololatris cognita fuit, „& hodieque Americæ populis cognita est, ado„rabant hos ne malum facerent. Ipsi Romani „Deos quosdam colebant ne obessent, uti Orba„nam, ne orbos faceret, *Rosin. Antiquit. p. 97.* „febrim, ne noceat &c. *idem p.* 105. Quin eo de„lapsæ quædam gentes sunt, ut ens illud summe „bonum nullo cultu prosequi opus esse statuant, „persuasæ ab eo nullum malum ipsis obventurum „esse.

„Neque inter gentiles saltem obtinuit mos „ille de cacodæmonis colendis, sed & inter Chri„stianos quidam exstitere, qui duo principia æter„na statuerunt, bonum & malum, qui Manichæi „sunt dicti ab Authore suo Manes: & qui seve„rissimis pœnis merito a legislatoribus afflicti sunt. „Vid. *tit. C. de Manich.*

„tt) (AUT VITIORUM NOMINA:) Ut Dicear„chus Philippi præfectus, qui missus a rege ad Cy„cladas insulas subigendas, in portu duas aras po„suit, alteram Ἀσεβείας, alteram παρανομίας. „*Polyb. l. 17. p. 772. Gronov. h.*

„uu) (AUT HOMINES, QUORUM VITA FUIT „FLAGITIIS PLENA:) Romani Claudium in Deo„rum numerum retulerunt, de quo ipse Seneca „*de morte Claudii: Hunc Deum facere vultis? „Vide corpus ejus, Diis iratis natum. &c. Hunc „Deum quis colet? quis credet? Denique dum ta„les Deos creatis, nemo vobis Deos esse credet.*

„vv) (QUI DEOS COLUNT HOMINUM INNOCEN„TUM SANGUINE:) Adeoque eos, qui victimis hu„manis Deos placare solent, bello puniri posse putat: „Quod itidem verum non est, quia aliis gentibus „non fit injuria.

ww) (Grot.) (DARIUS:) Hystaspis filius, Xerxis pater. Confer quæ supra §. XLI.

„xx) (ET GELO SYRACUSARUM TYRANNUS:) „Plutarchus in *apophth c.* 20. tradit, Gelonem „Carthaginenses ad Himeram devictos coëgisse „inter conditiones pacis etiam hanc adscribere, „ipsos in posterum liberos Saturno nunquam im„molaturos. Conf. *Pindar. schol in Pythiis, od. 11.* „At hoc non dedit causam bello.

„Alii Iphicratem finem imposuisse huic mori „apud Athenienses recepto ajunt. Vid. *Porphyr. „de abstinent. l. 2.* Alii hunc morem usque ad „excidium urbis continuatum tradunt; *Curt. 4, „3. 39.* Tertullianus *Apolog. c. 8.* notat, Carthagi„nenses sub principatu Tiberii prohibitos fuisse „ne humanas victimas Diis offerant, cruci quoque „affixis sacerdotibus: nihilominus tamen perseve„rasse in eo sacrificandi more, etiam sua ætate, „sed

lebant,[zz] pœnas daturos Romanis fuiſſe: ſed cum antiquitate moris ſe excuſarent nihil mali paſſos: vetitos tantum ne quid in poſterum tale facerent.

§. XLVIII.

1. [a] Quid de illis armis dicemus quæ inferuntur populis aliquibus eam ob cauſam, quod illi Chriſtianam religionem ſibi propoſitam amplecti nolunt? Non jam quæram [b] an talis proponatur qualis debet, & quomodo debet. [c] Demus ita fieri: duo notanda dicimus. Prius eſt veritatem Chriſtianæ religionis, [d] quatenus ſcilicet naturali ac primævæ religioni non pauca ſuperaddit, [e] argumentis mere naturalibus perſuaderi non poſſe, [f] ſed niti hiſtoria tum reſurrectionis Chriſti, [g] tum miraculorum ab ipſo & Apoſtolis editorum: quæ res & facti, [h] olim quidem irrefragabilibus teſtimoniis probata, [i] ſed olim: ita ut & hæc quæſtio [k] facti ſit, [l] & jam perantiqui. Quo magis fit, ut doctrina hæc ab his qui nunc primum eam audiunt [m] penitus in animum admitti nequeat, niſi ſecretis Dei auxiliis accedentibus, quæ ſicut quibus dantur [n] non dantur in operis alicujus mercedem, ita ſi quibus negantur aut minus large conceduntur, [o] id fit ob cauſas non iniquas illas quidem ſed plerumque nobis incognitas,

[p] ac

„ſed occulte. At certum eſt ideo bellum geſtum „non eſſe: Victis autem hoſtibus tales conditiones imponi poſſe, negari nequit.

„yy) (POENAS DATUROS ROMANIS FUISSE:) „Sed barbari illi armis ſubacti Romanis paruerunt, „adeoque prohiberi lege publica poterant, eodem „modo uti Druidæ a Claudio prohibebantur. *Sueton. Claud. c.* 25.

„a) (QUID DE ILLIS ARMIS DICEMUS:) Reſpicere hic Author videtur ad bella cum Indis „geſta ſpecie promovendæ religionis chriſtianæ, „& quærit an jure geri potuerint? quod merito „negat.

„b) (AN TALIS PROPONATUR QUALIS DEBET, „ET QUOMODO DEBET:) Id eſt, an Græca, an Latina, an Catholico-Romana, an Lutherana, an „Reformata.

„c) (DEMUS ITA FIERI:) Id eſt inferri bellum „populis, quod Chriſtianam religionem amplecti „nolint.

„d) (QUATENUS NATURALI RELIGIONI NON „SUPERADDIT:) Naturalem religionem quatuor „pronuntiatis niti vidimus ſupra §. 45. *pr.* His „præterea addit religio Chriſtiana, lapſum primorum parentum, Mediatorem Deum, Trinitatem, „reſurrectionem &c.

„e) (ARGUMENTIS MERE NATURALIBUS PERSUADERI NON POSSE:) Quia additiones illæ non „ex ratione ſequuntur, ſed ex ſola revelatione.

„f) (SED NITI HISTORIA TUM RESURRECTIONIS CHRISTI:) Ejusque diviniatis: utrumque ratione agnoſci & comprehendi nequit.

„g) (TUM MIRACULORUM AB IPSO ET APOSTOLIS EDITORUM:) De quibus itidem ex ratione non conſtat.

„h) (OLIM QUIDEM IRREFRAGABILIBUS TESTIMONIIS PROBATA:) Scilicet cum miracula „fierent, & Servator ſeſe diſcipulis exhiberet: „Utriusque enim facti eo tempore infiniti exſtabant teſtes.

„i) (SED OLIM:) Hodie enim teſtes illi non „amplius ſuperſunt.

„k) (FACTI SIT:) De quo non niſi ex certiſſimis documentis conſtare poteſt.

„l) (ET JAM PERANTIQUI:) Quod teſtibus amplius probari nequit.

„m) (PENITUS IN ANIMUM ADMITTI NEQUEAT, NISI SECRETIS DEI AUXILIIS ACCEDENTIBUS:) Author hic non intelligit gratiam aliquam „particularem & efficacem, utpote quam perpetuo „oppugnat; ſed externam, quam aſſiſtricem vocant.

„n) (NON DANTUR IN OPERIS ALICUJUS MERCEDEM:) Dantur mera Dei indulgentia. *Gron. h.*

„o) (ID FIT OB CAUSAS NON INIQUAS ILLAS „QUIDEM, SED PLERUMQUE NOBIS INCOGNITAS:) „Quas ſibi reſervat Deus, nec notas hominibus „reddit. *Gronov. h.*

„p) (AC PROINDE HUMANO JUDICIO NON PUNIBILES:) Author ut probet religionem Chriſtianam vi & pœnis obtrudi gentibus non poſſe, hoc

„argu-

p ac proinde humano judicio non punibiles. Huc respicit *q* Canon Concilii Toletani: *Præcipit sancta Synodus* *r* *nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miseretur, & quem vult indurat.* Mos enim est sacrorum librorum, *s* quarum rerum causæ nos latent eis causam assignare divinam voluntatem. Cap. 5. de Judæis, dist. 45.

2. *t* Alterum hoc est, *u* Christo novæ legis auctori omnino hoc placuisse, ut ad legem suam recipiendam *v* nemo hujus vitæ pœnis aut earum metu pertraheretur, Rom. VIII, 15. Hebr. XI, 15. Jean. VI, 67. Luc. IX, 54. Matth. XIII, 24. quo sensu verissimum illud *Tertullia-*

„argumento utitur, quod amplecti eam non sit „res arbitrii, sed gratiæ: Verum aliis rationibus „multo fortioribus id probari potest: Nam (1) „eædem hic militant rationes, quibus probavimus „in Atheos nec jus belli obtinere, nec jus puniendi: Sane (2) gens in gentis actiones, ejusve cogitationes jus sibi arrogare non potest, & injuria „hic esset vim inferre alterius conscientiæ, i. e. „jus sibi arrogare in alios: Neque (3) gens illa, „quæ respuit religionem Christianam, cuiquam injuriam facit, neminem hominum lædit; ubi autem injuria non est ibi nec bellum obtinet, quod „est injuriæ reparatio: Sed & (4) periculosa admodum hæc est sententia: Nam cum unaquæque gens suam religionem putet esse optimam, „gentilibus idem jus competeret Christianos cogendi ut eorum recipiant religionem; unde „perpetuum inter homines bellum foret. (5) Religio, inprimis Christiana, in fide, in puritate animi, adeoque libertate consistit, pugnant autem „hæc omnia cum vi, qua incredulitati jungitur „hypocrisis: augetur igitur potius vitium dum simulant in Christum credere, quem animo detestantur: Hinc (6) in primæva ecclesia & patrum & „conciliorum communi consensu vi propagare religionem nefas erat: Neque (7) credere debemus „impietatem gentilium inultam mansuram, Deus „eorum injurias sibi illatas a suis creaturis satis severe olim puniturus est.

„*q*) (CANON CONCILII TOLETANI:) Add. *Tertull. ad Scapul. in pr. Humani juris & naturalis „potestatis est unicuique, quod putaverit, colere: „nec alteri obest aut prodest alterius religio. Sed „nec religionis est colere religionem, qua sponte suscipi debet, non vi:* & in *Apologet. adv. gent. „ineptum existimaretur, si quis ab alio cogeretur „ad honorem Deorum, quos ultro sui causa placere „deberet:* Lactantius *de justit. c. 19. Quis mihi „imponat necessitatem vel colendi quod nolim, vel „quod velim non credendi? Nihil tam voluntarium, „quam religio, in qua si animus adversus est, jam „nulla est.* Conf. *Camden. p. 4. Histor. Elisab. „Cassiodor. Var. l. 2. c. 27 & l. 10. c. 26. Euseb. „de vit. Constant. 2, 56. Thuan. l. 1.* ubi de conversione Indorum ita ait: *verendum tamen est, „ne ita divina vocis promulgatio non ex præscripto „Dei, qui suos non ferro & rapinis, sed caritate „& piis admonitionibus grassari voluit, apud Indos instituta sit &c,* Vid. *Tesmar. h. Conf. §. seq.*

r) (Grot.) (NEMINI DEINCEPS AD CREDENDUM VIM INFERRE:) Josephus ita censet δεῖν ἕκαστον ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν θεὸν εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ κατὰ βίαν· *debere quemque libero animi proposito Deum colere, non vi coactum.* (In vit. sua, p. 11. §. 23. *Ed. Huds.* Tom. II.)

s) (Grot.) (QUARUM RERUM CAUSÆ NOS LATENT EIS CAUSAM ASSIGNARE DIVINAM VOLUNTATEM:) *Servius* ad initium III. Æneidos, (vers. 2.) *Quotiescunque ratio vel judicium non apparet, sic visum interponitur.* Sic & Donatus ad actum V. scena II. Eunuchi, (vers. 36.) Atque in eum sensum poni Hebræum חפץ notat Abarbanel.

„*t*) (ALTERUM:) Duo enim in quæstione, an „populi ad religionem amplectendam cogi possint, „notanda esse dixit Author n. 1.

u) (Grot.) (CHRISTO NOVÆ LEGIS AUCTORI HOC PLACUISSE:) Tractat hoc *Gregorius Nanzianzenus* oratione. Cum assumptus est a Patre: & Beda lib. 1, c. 26. *Isidorus* de Sisebuto rege: *Qui in initio regni sui Judæos ad fidem Christianam permovens, æmulationem quidem Dei habuit, sed non secundum scientiam: potestate enim compulit, quos provocare oportuit fidei ratione.* (Pag. 224. *Edit. Vulcan.*) Transscripsit hoc in historiam *Rodericus* II, 13. Posteriores in Historia reges eodem nomine culpant *Osorius* & *Mariana*; quem vide XXVI, 13. XXVII, 5.

ADDITIO.

„Christum non esse novæ legis Authorem alibi „probavimus. vid. *Diss. proœm. III. sect.* 3 Nam „virtutum saltem regulas, natura cuivis cognitas, „at a Judæis neglectas, inculcat. Add. *l. 1. c. 2. §. 6. n. 3.*

„*v*) (NEMO HUJUS VITÆ POENIS:) Naturalis „ratio nos docet singulis virtutibus præmium destinatum esse: hoc præmio privantur illi qui „perfectiones divinas non imitantur. Atque hæc „vera ratio est cur puniri hujus vitæ pœnis non „possint, virtutes enim in puritate mentis consistunt, cogitationis autem pœnam nemo patitur. „l. 18. D. de pœn.

„*w*) (LEX

tulliani [w] *Lex nova non se vindicat ultore gladio.* In [x] libro antiquo,
Lib. 6. c. 22. cui nomen constitutiones Clementis, de Christo dicitur: τὸ αὐτεξούσιον, τῶν ἀνθρώπων ἀφῆκεν ἐλεύθερον οὐ προσκαίρῳ θανάτῳ δικάζων, ἀλλ᾽ ἐν ἑτέρᾳ καταστάσει λογοθετῶν αὐτό: *Liberam reliquit hominibus arbitrii potestatem, non morte temporali eos puniens, sed in altero sæculo ad reddendam rationem vocans* [y] Athanasius: *Dominus non cogens, sed libertatem suam voluntati permittens dicebat quidem vulgo omnibus; Si quis vult venire post me. Apostolis vero;* [z] *nunquid & vos abire vultis?* Tom. II. p. 751. Ed Savil. Chrysostomus ad eundem Iohannis locum: ἐρωτᾷ λέγων, μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν, ὅπερ πᾶσαν ἦν ἀφαιροῦντος βίαν καὶ ἀνάγκην: *interrogat an & velint discedere, quod omnem est amoventis vim ac necessitatem.*

Nec obstat illud [aa] in fabula de nuptiis, [bb] quod quidam jubentur cogi intrare, Luc. XIV, 23. nam sicut in ipsa fabella illud cogere [cc] instantiam vocatoris significat, ita & in affabulatione, quo sensu vox ejusdem significationis accipitur Luc. XXIV, 29. nec aliter Matth. XIV, 22. Marc. VI, 45. Gal. II, 14. Procopius in Arcanæ historiæ parte docet, a sapientibus culpatum fuisse [dd] Justiniani consilium, quod Samaritas vi ac minis ad Christianam religionem compulerit: addit & incommoda inde secuta; quæ apud ipsum legas.

§. XLIX.

I. [a] Qui vero Christianismum docentes aut profitentes eam ob causam pœnis subdunt, haud dubie faciunt contra ipsam rationem, nihil enim est in disciplina Christiana ([b] ipsam hic per se considero, non [c] qua-

„w) (LEX NOVA:) Intelligit Evangelium, in„deque improprie lex dicitur. *dict. sect. 3.*

„x) (LIBRO ANTIQUO, CUI NOMEN &c.) Est „enim, si non omnis, certe magnam partem sup„posititius. Gron. h.

y) (Grot.) (ATHANASIUS:) Epistola ad solitarios. (Tom. I. p. 855. A.)

z) (Grot.) (NUNQUID ET VOS ABIRE VULTIS?) *Cyprianus* epistola LV. *Conversus ad Apostolos suos dixit: nunquid & vos vultis ire? servans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus; sibimet ipse vel mortem appetit, vel salutem.* (Epist 59. divis. *Fell.*)

„*aa*) (IN FABULA:) Seu parabola, *fabula* a „fando est, & pro familiari colloquio sumitur. „Vide late *Tem. b.*

„*bb*) (QUOD QUIDAM JUBENTUR COGI INTRA„RE:) Egregie hanc parabolam explicat Bayle in *comment. philosoph.* ad verba *compelle eos intrare.*

cc) (Grot.) (INSTANTIAM VOCATORIS SIGNIFICAT:) *Cyprianus* de idolorum vanitate hunc locum respiciens: *Per orbem vero discipuli, magistro & Deo monente, diffusi, præcepta Dei in salutem darent, ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, cæcos & ignaros ad agnitionem veritatis ocularent. Ac, ne esset probatio minus solida, & de Christo delicata confessio, per tormenta, per cruces, per multa pœnarum genera tentuntur.* (Cap. 7.)

ADDITIO.

„Intelligitur igitur per formulam illam serium „studium invitantis: neque enim eos coacte ve„nisse illo loco asseritur, sed ultro comparuisse „apparet.

dd) (Grot.) (JUSTINIANI CONSILIUM:) Ad eundem Justinianum epistolam Theodahadi vide in *Cassiodoro X, 26.*

„*a*) (QUI VERO CHRISTIANISMUM &c. IPSAM „RATIONEM:) Author ait, gentilium reges con„tra rationem peccare, si vel docentes in suis ter„ris Christianismum pœnis subdunt, vel eos, qui „Christianismum profitentur: quia doctrina Chri„stiana pia non tantum est, sed & reipublicæ ma„xime utilis.

„*b*) (IPSAM HIC PER SE CONSIDERO:) Quate„nus omnes perfectiones comprehendit.

„*c*) (QUA-

c quatenus ei infincerum aliquid admifcetur) quod humanæ focietati noceat, imo nihil quod non profit. Res ipfa loquitur, & extranei coguntur agnofcere. e Plinius Chriftianos facramento inter fe obftringi ait, ne furta, ne latrocinia committant, ne fidem fallant. f Ammianus ea religione nihil ait doceri nifi juftum & lene. Et Lib. 22. c. 11.
g Vulgi verbum, *Bonus vir Cajus Sejus, tantum quod Chriftianus.* Tert. Apol. c. 3. & 1.
h Nec admittendæ excufationes, nova omnia metuenda, præfertim coetus: i nam neque metuenda funt dogmata quamvis nova, fi modo ad honefta omnia k atque ad exhibendam fuperioribus obedientiam ducant, l nec fufpecti effe debent cœtus proborum hominum, m & qui latere non quærunt nifi cogantur. Recte huc aptem, quod Auguftum de Judæorum conventibus dixiffe n Philo commemorat: non eos o bacchanalia effe, aut coetus turbandæ pacis, fed virtutum Scholas. adverſ. Nat. c. 4.

2 p Qui in tales fæviunt ipfi in ea caufa funt ut puniri jufte poffint, quod

„c) (QUATENUS EI INSINCERUM &c.) Quo pertinet, quod hæreticis nun fit fervanda fides.

„d) (QUOD HUMANÆ SOCJETATI NOCEAT:) „Immo neque nocet ei, neque prodeft, quia talis „focietas humana noo exiftit.

„e) (PLINIUS.) *Lib. 10. epift. 67.*

f) (Grot.) (AMMIANUS:) Idem vere Chriftianam religionem abfolutam & fimplicem vocat (*Lib.* XXI. c. 16.) Zofimus & ipfe paganus: χριστιανῶν πίστεως ἐπαγγελία παντὸς ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή. *Chriftiana fidei hæc eft pollicitatio, libertas ab omni crimine atque impietate.* (*Lib. II. c. 29. Ed. Cell.*) Secta nemini molefta paffim a paganis dicebatur. *Tertullianus* Scorpiaco, (*Cap. I.*) Juftinus apologetico II. Ἀρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, ὅτι ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαθεῖν θεὸν κακοεργὸν, ἢ πλεονέκτην, ἢ ἐπίβουλον, ἢ ἐνάρετον ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἕκαστον εἰς αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι. *Nos vobis ad imperii tranquillitatem maxime adjutatores & collaboratores fumus, ut qui doceamus fieri non poffe ut Deo quis lateat, five fit maleficus, raptor, infidiator, five æqui amans; tum vero ad æternam aut falutem aut pœnam quemque mitti pro factorum fuorum dignitate.* (Pag. 44. *Edit. Sylburg.*) *Arnobius* de conventibus Chriftianorum loqueos lib. IV. *in quibus aliud auditur nihil nifi quod humanos faciat, nifi quod mites, verecundos, pudicos, caftos, familiaris communicatores rei cum omnibus quos folidet germanitatis neceffitudine copulatio.* (*Pag. 152. Edit. Lugd. B. Salm.*)

„g) (VULGI VERBUM:) Immo contrarium refert Tertull. in *apologet. adverf. gent. c. 3. ita „plerique claufis oculis in odium ejus impingunt, „ut bonum alicui teftimonium ferentes admifceant „nominis exprobrationem. Bonus vir Cajus Sejus, „fed malus tantum quia Chriftianus.*

„h) (NEC ADMITTENDÆ EXCUSATIONES, NOVA „OMNIA METUENDA, PRÆSERTIM COETUS:) Si „lege publica certus Dei cultus ftatutus, & alii co„lendi modi prohibiti fint, peccat oomioo con„tra leges reipublicæ, quisquis contra leges publi„cas invita fuperiore novos colendi ritus docet, „aut aliam religionem publice profitetur: Cum „enim focietas fub certis legibus contracta fit, fin„gula membra illius focietatis vivere juxta leges „civitatis debent, fi nolint, vel migrare e re„publica, vel vi ad obfequium adigi debent.

„i) (NAM NEQUE METUENDA SUNT OOGMA„TA, QUAMVIS NOVA:) Experieotia contrarium „docet.

„k) (ATQUE AD EXHIBENDAM SUPERIORIBUS „OBEDIENTIAM:) Atqui ipfi Chriftiani excipie„bant cafum, nifi quid contrarium religioni Chri„ftianæ præciperetur; addita ratione, quod ma„gis Deo effet obediendum.

„l) (NEC SUSPECTI ESSE DEBENT COETUS PRO„BORUM HOMINOM:) Semper fufpecti funt cœtus, „qui lege prohibeote conveniunt.

„m) (ET QUI LATERE NON QUÆRUNT, NISI „COGANTUR:) Sed & hæc latitatio, quæ lege pro„hibente fit, punibilis eft.

n) (Grot.) (PHILO COMMEMORAT:) In legatione, (p. 1035. E.) Similiter & libro de facrificantibus, facunde oftendit quantum fynagogæ diftent a paganicis myfteriis, (pag. 856. &c.) Locus uterque dignus infpici. Simile habet libro altero contra Appionem Jofephus.

„o) (BACCHANALIA:) De quibus *Liv. 39, 8.*

„p) (QUI IN TALES SÆVIUNT, IPSI IN EA „CAUSA SUNT, UT PUNIRI JUSTE POSSINT:) Quæ„ritur, an gentiles reges, qui in Chriftianos fæ„viunt,

Thom. 2. 2. 118. quod & Thomæ videtur. Atque eam ob causam q Constantinus Licinio, Imperatores r alii Persis bellum intulerunt, s quanquam hæc bella magis ad innocentem defensionem, de qua & t infra agemus, quam u ad pœnæ exactionem pertinent.

§. L.

„viunt, ideo bello peti possint? Author id affirmat exemplo Constantini, qui Licinio, & Menandri protectoris, qui ideo bellum Persis indixit: Ego ex tali causa bellum inferri posse nego, „quia gen[illegible]us injuria non fit si, quis in suos subditos ex [illegible]cunque causa sævit.

q) (Grot.) (CONSTANTINUS LICINIO:) Vide *Zonaram.* Simile illud apud *Augustinum* epist. L. *Maximianus episcopus Vagensis auxilium petit ab Imperatore Christiano contra hostes ecclesiæ, non tam sui ulciscendi causa quam tuenda ecclesiæ sibi credita.* Relatum est in causam XXIII. quæst. III. c. 2.

ADDITIO.

„Specialis ratio hic fuit, nam Licinius in Christianos sævit NB. *contra pacta & edicta, quæ „simul ediderant Imperatores:* Constantinus „ideo monuit Licinium, qui insolentius respondebat, bellumque minitabatur. Vid. *Guthberlet. „Chronol. in Constantino Magn. p. 254.* Hic ergo „Constantinus bellum movit, non quod in Christianos sævitum est, sed quod contra pacta & „edicta Licinius id fecit: neque alieni subditi hic „erant, sed æque erant subditi Constantini, quorum „defensionem etiam contra socium regni suscipere „tenebatur.

r) (Grot.) (ALII PERSIS:) Vide *Menandrum Protectorem.*

ADDITIO.

„Conf. infra *l. 2. c. 25. §. 8.* ubi id ex jure so„cietatis humanæ deducit.

„s) (QUANQUAM HÆC BELLA MAGIS AD IN„NOCENTUM DEFENSIONEM:) Fatetur ergo Author „exempla illa quæstionem propositam non probare: „Obiter autem hic notamus, nec aliorum subditorum, „etsi innocentium, defensionem suscipere nos posse „contra regem de cujus injuria queruntur.

„t) (INFRA:) *L. 2. c. 25. §. 6. & 8.*

„u) (AD POENÆ EXACTIONEM:) Hæc nunquam „inter gentes obtinet ex causa religionis.

„(AD § L.) Celebris hic est quæstio, *an Prin„ceps in subditos hæreticos pœnas capitales statuere „possit?* Prolixe eam examinavit B. Parens in dua„bus Dissertationibus, & quidem PRIMO in *Disput. „de jure circa hæreticos* ubi *§. 5. usque ad §. 42.* „explicat (1) quinam sint hæretici, (2) an puniri „homines ob solam hæresin possint? Verba ejus „hæc sunt.

„Ut igitur appareret, quæ esset communis uni„versæ & Catholicæ ecclesiæ sententia, & ab ea „reliquæ hæreses & opiniones segregarentur, evo„cavit Constantinus Magnus totius ecclesiæ Chri„stianæ episcopos, & œcumenica synodo Nicæna „inprimis doctrinam de Christi divinitate, ceu fi„dei nostræ fontem stabilivit. Cujusmodi deinde „concilia universalia & œcumenica vocatis uni„versæ & catholicæ ecclesiæ Christianæ episcopis, „deinde etiam a duobus Theodosiis, & denique „a Marciano Imperatore coacta, & universum il„lud de sacrosancta Trinitate dogma, ceu unicum „totius Christianæ fidei fundamentum, & sacra „anchora, constitutum fuit, hodieque Dei pro„videntia, quidquid immanium fluctuum in hanc „rupem illisum fuerit, immotum persistit. Atque „hæc quatuor concilia œcumenica ab Imperatori„bus coacta & habita fuisse, ad unum omnes una„nimiter testantur eorum temporum annales: ne„que ullum illius ætatis vestigium apparet ponti„ficiam auctoritatem concurrisse, nedum Osium, „Cordubensem episcopum, qui Nicæno præfuit, „legatum pontificis fuisse, quod utrumque Baro„nius fingit.

„Synodus quinta a Justiniano, & sexta a Con„stantino Pogonato congregata, etiam vulgo œcu„menicæ dicuntur: *c. 6 & 7. dist. 15.* neque nos „earum auctoritati quidquam detractum volumus. „Verum tamen id omnino constare credimus, non „eas esse pari cum prioribus auctoritate, nec ita, „ut superiores, vere universales: eo enim tempore „jam divisus fuit orbis Christianus in plura regna, „& quidem post Marcianum & Valentinianum III. „auctores concilii quarti, (vid. *l. 8. pr. C. de ha„ret.*) tota Italia avulsa fuit ab Imperio, & inde „ab Avito usque ad Augustulum proprios reges „habuit: deinde Gothi regnum Italiæ tenuere, id„que agnoverunt ipsi Imperatores Græci. Vid. „*Onuphr. de concil. Imper. c. 4. §. 4.* & alias quo„que ecclesiæ, valde jam laceratæ & segregatæ „fuere. Sed nec pontifex Vigilius, nec episcopi „ecclesiæ occidentales, interesse synodo voluerunt, „& subscribere quoque detractarunt; adeo, ut „Justinianus Vigilium papam ideo in exilium mi„serit, eoque tandem, ut assentiret, perpulerit. „Non ergo per modum synodi universalis res acta „& decisa fuit; reliquis quoque occidentis & Afri„cæ episcopis concilium hoc non tam de fide, „quam in personas deiformas coactum, & præ„judicium Chalcedonensi concilio factum fuisse „causantibus. Vid. *Petav. Rationar. tempor. part.* „1. *l. 7. c. 7.* Quin nec canones, nisi ex post fa„cto, eius & sexti concilii facti sunt. *c. 7. dist. 17.* „Sed & ipse Justinianus quatuor tantum concilia „pro norma fidei statuit & recipit in *epist. ad Jo. „Papam l. reddentes 9. C. de summ. trinit.* sub „cujus tamen antecessore, Vigilio papa, conci„lium

„lium quintum jam editum erat. Idem in *l. 7. §. 4. vers hanc alia C. eod.* ait. *hanc*, (scilicet formulam utriusque concilii prioris) *alia quoque omnia sancta concilia, hoc est, Ephesinum prius & Chalcedonense susceperunt.* Ergo statuit, non esse alia concilia, quæ sint formula fidei, quam hæc quatuor; quia ait, omnia concilia, quæ formula sint, esse quatuor; uti & in c. 2. & 3. dist. 15. reliqua non admittuntur, nisi post illorum quatuor auctoritatem.

„Sextæ autem synodo neque Africanæ, neque Hierosolymitanæ ecclesiæ interfuere, quæ non oon habuere amplius patriarcham sui juris, sed Saracenorum potestati subjectum. Septima vero synodus duplex fuit, altera Græcorum, & antiquior; altera Latinorum, quæ priori contraria, & anti-synodus est, ac deinde synodo Parisiana iterum improbata fuit. Vid. doctiss. *Sponhem. in epist. isagog. ad histor eccles. secul. 8. cap. 9. & sec. 9. cap. 10. §. 2.*

„Igitur de solis prædictis quatuor conciliis vere dici potest, ea a catholica seu universali ecclesia habita, decreta, ac recepta esse, eoque sola (de sacris litteris nunc non quæritur,) certam ecclesiæ & fidei catholicæ seu universalis, ratione jurium ejus, normam esse, ac in toto jure ita haberi. Hoc patet ex *l. 7. § 4. & 5. l. 9. §. 3. C. de summ. Trinit. Novell. 115. c. 3. §. 14.* ubi Justinianus orthodoxæ & catholicæ fidei regulam sola hæc quatuor concilia esse statuit, nec suum, quod quintum est, addit. Sed & jure canonico his quatuor conciliis tribuitur auctoritas & norma fidei catholicæ *c. 1. dist. 1.* ibi: *inter cæterea concilia quatuor esse scimus venerabiles synodus, NB. quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem paradisi flumina.* Et in *c. 2. pr. dist. 15.* ait B. Gregorius: *sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor &c.* quæ verba regulam & normam significant, imprimis ob comparationem cum quatuor Evangeliis. Unde & alibi additur, reliqua concilia post horum quatuor auctoritatem demum recipienda esse, ut in *c. 1. dist. 15.* ibi: *sed si qua sunt alia concilia, NB. post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilito vigore* & in *c. 3. dist. 15. ibi: sed &, si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus instituta, post istorum quatuor auctoritatem, & custodiendo, & recipiendo decernimus & mandamus.*

„Quin & disertissime regula & norma ecclesiæ catholicæ statuuntur hæc quatuor concilia in *d. l. 7. §. 4. pr. C. de summ. Trinit.* ubi Justinianus ait: *per omnia sequentes sancta quatuor concilia, & quæ ab unoquoque eorum constituta sunt, manifeste omnibus, qui nobiscum sunt, fidelibus sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ traditam NB. regulam fidei, h. e. sanctam formulam seu symbolum tenemus & custodimus.* Quin additur expresse, quod solum Nicænum sufficiat ad regulam, nec reliqua tria concilia ideo addita fuerint, quasi illud imperfectum esset; sed tantum ad Nicæni declarationem, quam veritatis inimici invertere volebant. d. §. 4. *vers. non quasi imperfectum*, adeo, ut anathema esse jussi sint illi, qui aliam regulam catholicæ ecclesiæ & fidei tradunt, quam formulam concilii Nicæni, & reliquorum trium, quæ illud declararunt. *d* §. 4. in verb. *similiter anathematisarunt & eos, qui aliud symbolum vel sanctam formulam tradunt præter eam, quam 318. sancti patres* (in synodo Nicæna) *exposuerunt, & 150. sancti patres, qui in hac regia civitate* (in Constantinopolitano synodo) *declararunt & illustrarunt*, (scil. præter duo concilia reliqua, quæ jam ante addidit, & mox quoque subjicit. Quemadmodum igitur hæc quatuor concilia, jure constituta, sunt norma ecclesiæ & fidei catholicæ, adeoque catholicæ ecclesiæ omnes illi sunt, qui hæc quatuor concilia catholica & œcumenica recipiunt atque custodiunt; ita hæreticus in toto jure ille unice dicitur, qui in aliquo articulo ab ecclesia catholica, seu ab his quatuor conciliis recedit; nec ullibi in jure aliter hæc vox hæretici accipitur. Hoc constat ex *l. 2. §. 1. C. de haret.* ubi idefinitur: *hæreticorum vocabulo continentur, qui vel levi argumento a judicio NB. catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare.* Catholicæ autem religionis tramitem unicum (civilem scil. & post verbum Dei, vid. & seq.) esse prædicta quatuor concilia, jam demonstratum est supra §. 8. 9. Pariter cum hæresis inter justas causas exheredationis recenseatur in *Novell. 115. cap 3. §. 14.* & hæreticus filius exheredari possit *d. l.* is dicitur filius hæreticus in *d §. 14.* qui non amplectitur sanctas quatuor synodos, & ideo perhibetur non esse catholicæ fidei, nec in sacrosancta ecclesia communicare. *d.* §. 14. Eadem ratione hæreticus describitur, qui non est catholicæ fidei *d Novell. 115. cap. 4. §. 8.* & ab Imp. Gratiano, Valentiniano, & Theodosio, *Nicæna fidei assertor*, dicitur *catholicæ religionis verus cultor: l. 2. §. 1. C. de summ. Trinit.* & tales jubentur *catholicorum Christianorum nomen amplecti*; reliqui autem demum *hæretici dogmatis infamiam sustinere: l. 1. §. 1. C. eod.* Consentiunt canones in *cap. 30. XXIV. quaest. 3.*

„Neque cum his pugnat, quod orthodoxi merito contendunt, non esse aliam fidei normam, quam sacrosanctum Dei verbum: Etenim non hic quærimus de authentica fidei norma, ejusque vero fonte, & supremo controversiarum judice, qualis norma ac fons unice omnino est æternum illud verbi divini oraculum, sed de regula civili fidei & cultus divini. Nimirum, cum de absconditis illis summæ Trinitatis & incarnationis mysteriis, adeoque de ipso fidei Christianæ fundamento, plures hæreses seu opiniones essent, & quælibet ex verbo Dei se pugnare, eoque nixam se testaretur, videndum fuit, quænam esset sententia universalis ecclesiæ, ut inde formula fieret, quam secuti pro membris ecclesiæ catholicæ Christianæ haberentur, atque ad ejus ecclesiæ exercitia, cultus, jura & beneficia admitterentur, reliqui autem ab hoc cœtu excluderentur. Putuitque eo securius hæc to-

„tius

„tius ecclesiæ sententia pro regula hactenus acci„pi, quod tali suæ ecclesiæ Servator spiritum ve„ritatis promiserit, nec adeo concessurus sit, si „pio zelo & veritatis studio congregetur, ut a ve„ro aberret.

„Hoc sensu ergo hæreseos vox in malam par„tem accipitur, cum quis a judicio totius eccle„siæ catholicæ, seu ab his quatuor conciliis ca„tholicis dissentit: quo sensu quoque sumitur „αἱρετικὸς ἄνθρωπος *ad Tit. III, 10.* add a *Petr.* „*II, 1.* neutiquam autem cum quis ab ecclesia ali„qua particulari, nedum cum duæ particulares ec„clesiæ ab invicem dissentiunt: uti, cum Græca ecclesia & Latina ritibus ordinationum ab invicem „discedunt, id pro hæresi nullo modo habetur „*in c. 11. X. de tempor. ordin.* adeo, ut Græci can„toris filius ex legitima uxore natus in ecclesia „Romana ordinari possit, etsi talia matrimonia „in ea improbentur. *c. 6. X. de cleric. conjug.* „Quin tantopere ab invicem dissentiunt, ut Græci „Latinorum aras pro impuris habeant, nec supra „iis, nisi purgatis & denuo consecratis, sacra fa„ciant.

„Talis est dissensus inter Romanam & Evan„gelicorum ecclesias: cum Evangelici, & magis „etiam quam Græci, omnia capita quatuor con„ciliorum, tamquam normam ecclesiæ catholicæ, „inviolabiliter recipiant, adeoque plane sinceræ ec„clesiæ catholicæ membra sint, per §. 8. *& seqq.* „supra.

„Et utrique adeo juri manifeste fraudem faci„unt, qui, cum hæreticus utroque jure, etiam ca„nonico, definiatur ille qui ab ecclesia catholi„ca dissentit, supra §. 10. & *30. causs. 24. quæst. 1.* „in ea definitione pro verbo *Catholica* substituunt „*Romanae*, cum tamen aliud sit ecclesia catholica „& universalis, aliud Romana; quam prorsus esse „constat ecclesiam particularem, a Græca, Alexan„drina, Antiochena ex perpetuo distinctam. *c. 1.* „*§. 1. §. ordo dist. 21, c. 2. c. 6. c. fin. dist. 22. c. 8.* „*X. de majorit. & obed.*

„Hi ergo, qui Romanæ ecclesiæ opiniones „pro regula ecclesiæ catholicæ obtrudunt, mani„feste anathemati illi obnoxii sunt, quo illi, qui „aliam, præter Nicæni, & reliquorum trium con„ciliorum formulam fingunt, expresse anathema„tizantur in *l. 7. §. 4. in fin. C. de summ. Trinit.* vid. „supr. §. 9. Constat enim, ecclesiam Romanam „plurima sentire ultra formulam quatuor conci„liorum; neque de iis, quæ hodie inter Roma„nos & Evangelicos disceptantur, agi in horum „conciliorum canonibus; uti de summa potestate „pontificis in ipsos etiam reges, de hodierna mis„sa, sacramentis, indulgentiis, & proinde hæc „formula ecclesiæ Romanæ, cum alia sit a formu„la quatuor conciliorum, non potest non dicto „anathemati obnoxia esse.

„Unde patet, nullo sensu, nec absque contra„dictione Romanæ ecclesiæ episcopum universa„lem videri posse; quod & canones abominantur „in *c. 4. dist. 99.* ubi Pelagius II. papa inquit: „*nullus patriarcharum universalitatis vocabulo un„quam utatur: quia si unus patriarcha universa„lis dicitur, patriarcharum nomen ceteris deroga„tur. Sed NB. absit hoc! absit a fidelis cujusquam „mente &c.* Idem in *c. 5. d. Dist. 99.* Gregorius „Magnus papa ad Alexandrum patriarcham sic „imprubat: *Ecce in præfatione epistolæ, quam ad „me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbae ap„pellationis verbum,* UNIVERSALEM *me* PAPAM *di„centes, imprimere curastis; quod peto, dulcissima „mihi sanctitas vestra ultra non faciat; quia vo„bis subtrahitur, quod alter plus NB. quam ra„tio exigit, praebetur. Ego enim non verbis quae„ro prosperari, sed moribus.* Et mox: *si univer„salem me papam vestra sanctitas dicit, negat se „hoc esse, quod me fatetur, universum. Sed NB. „absit hoc! Recedant verba quae vanitatem in„flant, & charitatem vulnerant.*

„Etiamsi vero esset universalis episcopus, nihil „tamen id huc faceret: tum quia de judicio to„tius ecclesiæ catholicæ, non episcopi, quæritur, „cum hæreticus sit qui ab ecclesia catholica, non „qui ab episcopo dissentit, ut ostensum supra §. „10. tum quia universalem legem & formulam „dare, ex qua judicandum quis in cœtum seu „gregem, & ad ejus ritus, beneficia, & jura ad„mittendus, quis vero inde summovendus sit, vel „totius gregis est, vel ejus qui in grege summum „imperium habet: alterum per mutuum pacti & „& consensus valebit, alterum per modum legis. „Episcopalis autem auctoritas non consistit nisi „in docendo: uti plenius demonstravit Præ„ses in *Iurisprud. publ. cap. 18. §. 1. seqq.* Certe, „cum regula ac formula catholicæ ecclesiæ semel „totius gregis consensu, &, ut dicitur in *c. 1. dist.* „*16.* & in *Novell. 109, in præfat.* ecclesiarum pa„tribus ex omni terrarum orbe convenientibus, „constituta sit, non potest illa, nisi totius quoque „gregis consensu, iterum mutari aut tolli.

„Quin Romanam ecclesiam ne primariam qui„dem ecclesiarum fuisse concedunt, & fatentur „ipsi pontifices & canones, qui aperte testantur „Antiochenam fuisse omnium primariam, & pri„matum hunc, jubente Deo, Romam deinde „translatum fuisse. Ita enim Marcellus papa in „*c. 15. causs. 24. qu. 1.* ad Antiochenos scribit: *ipse* „(Petrus) *caput est totius ecclesiae, cui ait domi„nus, tu es Petru &c. Ejus sedes, NB. primitus „apud vos fuit, quae postea NB. jubente domino „Romam translata est.* Et mox in fine: *si vero „vestra Antiochena NB. quae olim prima erat, Ro„manae cessit sedi, nulla est quae ejus non sit „subjecta dominationi.* Idem traditur in *c. 2. dist.* „*22.* ibi *tertia sedes apud Antiochiam B. Petri apo„stoli nomine habetur honorabilis: quia illic NB. „priusquam Romam veniret, habitavit. &c.* Cum „itaque in confesso sit, primatum ecclesiarum An„tiochenæ ecclesiæ debitum, & jussu Dei, ut di„citur, Romam translatum fuisse, jussus ille Dei „aliter, quam dicto isto Salvatoris, *tu es Petrus* „probandus erat: nam Petrus æque Antiochenam, „& eam quidem primam, fundavit; & in dicto „illo tantum de fundatione sedis, non de funda„tionis translatione in aliam sedem mentio fit. „Nec sequitur, una, etsi prima cessit: ergo & re„liquæ

„liquæ cessere. Et o! miseram ecclesiæ conditio„nem, cujus petra Petrus, homo peccator, aut „alius quisquam est, quam omnis peccati purus, „ac morti meritæ propria virtute vincendæ par, „id est, *Θεάνθρωπος*. Sed id huc non pertinet.

„Cum igitur satis demonstratum sit, hæreticos „non esse nisi qui a formula totius ecclesiæ ca„tholicæ & universalis, ex toto orbe collectæ, „quæ absque controversia prædictis quatuor con„ciliis catholicis comprehenditur, dissentiunt, E„vangelici autem omnes hæc quatuor sanctissima „concilia, eorumque formulam, omni veneratione „suscipiant, quin quintam quoque & sextam sy„nodum (de septima vide supra §. 7.) etsi quis „illas quoque pro universalibus babere velit, non „rejiciant, non possunt illi a Romanæ ecclesiæ as„seclis, citra anathematis prædicti periculum, pro „hæreticis haberi:

„His ita præmunitis, sequitur, ut compendio „videamus quid jure circa tales hæreticos, ab ec„clesia catholica dissentientes, constitutum sit; ubi „potissimum quæritur, an hæresis hujus modi sit „verum delictum seu crimen, an mera culpa, an „ne hoc quidem? Qua in re primum distinguen„dum est inter ipsam hæresin, seu opinionem, & „inter delicta vel crimina illa quæ hæresi con„juncta vel unplexa sunt, vel esse solent: uti non „tantum si cohæreant studia seditionum, factio„num &c. sed & si qualiscunque alia malitia, vel „contumacia, vel injusta cupido, vel pervicacia „concurrat; uti in *c. 28. c. 30. caus. 24. qu. 3.*

„Deinde differentia facienda inter hæresin seu „opinionem de fide, & inter facinora quæ legi„bus prohibita sunt, & a fanaticis hominibus de„fenduntur: uti fuit ille anabaptistarum furor, „qui circa annum 1535. monasterii polygamiam „instituerunt, privato ausu templa destruxerunt, „jura magistratus invaserunt, quin cædibus pro „lubitu grassati sunt, de quo *Sleidan. de statu re„lig. lib. 10.* Hæc vero non sunt hæreses & dispu„tationes de fide, sed flagitia & scelera jure natu„rali omnibusque legibus prohibita, quæ proinde „non rationibus convincenda, sed legibus & sup„pliciis vindicanda sunt.

„Hæresis igitur in se spectata, quatenus in solo „opinionis circa fidem, & ejus fundamentum, er„rore ac falsitate consistit, atque ab omni alia ma„litia segregata est, constat, quod pro crimine ha„beri nequeat. Crimen enim sine dolo malo non „committitur; nec malitia esse potest, ubi nulla „est proæresis, vel male agendi voluntas *l. 14. D. „ad leg. Cornel. de sicar. l. 3. §. 2. §. 3. l. 26. D. de „injur. l. 5. C. eod. l. 37. D. de usucap. l. 2. §. 2. „vers. praced. consil. D. de vi bonor. rapt.* perpe„tuoque, cum in jure, tum apud Authores error „& crimen ab invicem separantur; uti *Cicero orat. „pro Ligar. c. 1. & pass.* ac meritissime quidem „discernit; Si enim crimen est ubi nullum con„currit consilium aut proæresis, parum abest, quin „in bruta quoque crimina statui possint.

„Sed & in prædicto sensu culpa quoque abesse „ab hæresi potest; nimirum si paratus aliter edo„ceri, & veritatis cupidus, omnibus probe per„pensis, aliud tamen animo suo persuadere non „possit: unde, cum usu invaluerit ut vox hære„tici in malam partem, & pro specie delicti ac„cipiatur, eum, qui ita nullo pravo consilio, sed „persuasus bona fide errat, inter hæreticos non „esse recensendum dicitur in *c. 29. caus. 24. qu. 3.* „cujus hæc verba sunt: *Qui sententiam suam, „quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaci „animositate defendunt, præsertim quam non au„dacia sua praesumtionis pepererunt, sed a sedu„ctis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, „quærunt autem canta sollicitudine veritatem, cor„rigi parati cum invenerint, NB, nequaquam sunt „inter hæreticos deputandi.*

„Itaque in hæresi omnis criminis & culpæ ra„ratio est a delictis cum hæresi concurrentibus, ma„litia, pertinacia, prava libidine, vi, disciplinæ impa„tientia &c. Talis species assertur in *c. 28. d. caus. 24. „qu. 3.* cujus hic est contextus: *hæreticus est, qui „alicujus temporalis commodi, & maxime gloria, „principatusque sui gratia, falsas ac novas opinio„nes vel gignit, vel sequitur.* Et in *c. 31. d. qu 3.* „dicitur: *qui in ecclesia Christi morbidum aliquid „pravumque sapiunt, si correpti, ut sanum rec„tumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque „pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, „sed defensare persistunt, hæretici fiunt.* Ut adeo „constet, non opinionis errorem per se, sed sic„ubi conjuncta appareat cum perversis cupiditati„bus, vel contumaciter resistendi affectu &c. in„cipere esse crimen hæreseos.

„Ex quibus infertur, eandem semper & certam „hæreseos pœnam statui non posse, sed plurimum „illam pro modo concurrentium criminum va„riare. Et hoc quidem omni hæresi commune „est, quod hæreticus excludi possit a cœtu eccle„siæ, &, si clericus sit, ab officio ecclesiastico re„moveri. *l. 2. §. fin. l. 3. §. 2. C. de summ. Trinit.* „Quod ipsum & in eum hæreticum, qui culpa & „delicto vacat, adeoque in usu juris, prout exposi„tum modo fuit, pro hæretico proprie non habe„tur, statui posse existimamus; non quidem in „pœnam, quia crimine eum vacare supponimus, „sed quia is est cœtus recte & ex formula eccle„siæ catholicæ sentientium, qui in suum cœtum „admittere nos tenentur eum qui inde dissentit, „ideoque membrum illius se esse facto ipso ne„gat. Quanquam, si ita ex imbecillitate id fiat, „sacræ literæ id maxime commendent ut potius „tolerentur, eoque occasio fiat exemplo, vita, & „argumentis eos ad veritatem pelliciendi, *Rom. „14. v. 1. seq. Philipp. 2. v. 15.* idque ita in pri„mæva ecclesia observatum fuisse, ex antiquis pa„tribus docet *Grotius de verit. relig. Christ. libr. „3. c. 9. n 5.*

„Sed & illud in omnes edici potest, ne conventus „fidei suæ causa agere, aut exercitium religionis „suæ extrinsecum habere ipsis integrum sit: tum „ne obstinatiores usu & conventibus fiant; *l. 2. pr. „C. de summ. Trinit.* tum quia conventus omnes „& collegia quasi conventicula metu factionum „in urbe legibus prohibita sunt, & pro crimine „habentur, *tot. tit. D. de colleg. & corpor. l. 1 §. „fin. D. de offis. pref. verb.* nisi a principe vel ma„gistratu permissi conventus & comprobati fue„rint,

„rint, uti collagia opificum &c.

„Reliqua vero in hæreticos jure statuta non per-
„tinent nisi ad eos, quibus aliud delictum com-
„mixtum est, scilicet qui vel seditiose & turbu-
„lenter se gerunt, vel alias mala libidine adducti,
„aut per contumaciam resistunt. Tales enim hæ-
„retici non fruuntur privilegiis istis, quæ intuitu
„religionis concessa sunt: *l. 1. C. de haret.* uti
„sunt omnia privilegia piarum causarum, v. g. ra-
„tione solemnium testamenti, quæ in piis causis
„non attenduntur: *c. 4. X. de testam.* Falcidiæ,
„quæ legatis ad pias causas non detrahitur: *No-*
„*vell. 131, c. 12.* donationum, quæ non semper in-
digent insinuatione, etsi 500. solidos excedant, *l.*
36. §. 1. seq. C. de donat. &c. quæ omnia cessant
„in his hæreticis. *d. l. 1.* Qua ratione etiam pri-
„vilegia dotium, & tacitæ earum hypothecæ,
„illis non competunt. *Novell. 109. c. 1. Auth. it.*
„*privileg. C. de haret. Arg. l. 32. §. 2. D. de*
„*condict. indeb.*

„Sed nec testamenta facere possunt, nec ex te-
„stamento capere: *l. 4. l. 5. C. de haeret. Auth.*
„*credentes C. eod.* uti neque conventiculis eorum
„aliquid relinqui potest: *d. l. 5.* & domus, in
„quibus conventus domino connivente habent, ec-
„clesiæ loci cedunt. *d. l. 5.* Porro & anathema
„sunt, seu excommunicati, nec ipsi tantum, sed
„jure Canonico etiam eorum receptatores: *c. 13.*
„*§. credentes. c. 15. X. de haeret. & simon.*

„Præter hæc cum dictum sit hæresi varia cohæ-
„rere aliquando crimina, arbitrio legitimi magi-
„stratus pro modo eorum criminum pœnæ quo-
„que statui possunt; uti, si seditiones, rebelliones
„&c. moverint, ultimo supplicio & aliis pœnis
„etiam puniri possunt: ea enim non nudæ hære-
„seos, sed criminum istorum ordinariæ pœnæ
„sunt. Atque hinc omnino mortis quoque pœnæ
„jure infligitur, cum hæresis ipsa in manifesta bla-
„sphemia in Deum, aut simili aliqua atrocitate
„consistit, uti Manichæorum &c. qui crimen
„quasi læsæ majestatis divinæ committunt; in quos
„proinde ultimum supplicium constituitur; quin
„& rerum commercio iis interdicitur, & memo-
„ria post mortem quoque damnatur. *l. 4. §. 3. §.*
„*4. l. 11. seq. C. de haeret.*

„De hac Manichæorum hæresi specialiter statu-
„tum est, ut sit crimen publicum, quo omnes ac-
„cusare possunt. *l. 4. §. 1. C. de haeret.* In reliquis
„igitur hæresis pro crimine publico non habetur,
„sed æstimandum id est ex natura cujusque deli-
„cti, quod cum ea concurrit; cum ostensum sit,
„hæresin, seu nudum opinionis errorem, non esse
„in se crimen, sed omne crimen esse ab adjuncta
„ei malitia, v. gr. seditione, violentia &c. Igi-
„tur quale crimen sit quod hæresi annexum est,
„publicum, an extraordinarium, videndum, &
„pro ejus modo jus dicendum est.

„Hinc jure communi hæresis non infamat, nisi
„quod ei cohæret crimen famosum sit, uti, si il-
„lud crimen publicum fuerit, aut alias famosum;
„hæresi enim jure nullibi imposita est infamia.
„Neque obstat *l. 1. §. 1. C. de summ. Trinit.* nam
„ibi tantum definitur quinam catholici, & qui-
„nam hæretici dici debeant, &, uti illud hone-
„stum, ita hoc infame nomen esse statuitur. Hæc
„ergo tantum nominum differentia innuitur, non
„vero pœna infamiæ.

„Quod pœnas attinet, nisi conjuncti criminis
„ratio aliam pœnam requirat, (uti, si seditiones
„vel cædes ex hæresi factæ sunt,) jure communi
„in hæreticos, qui a catholicæ ecclesiæ formula
„recedunt, ob conjunctam malitiam pœna arbi-
„traria, *l. 1. §. 1. C. de summ. Trinit.* & com-
„muniter relegationis statuta est. *l. 8. §. nullum 4.*
„*C. eod.* Si quis autem eorum nomen presbyteri,
„aut aliud publicum recipere, vel iis imponere
„ausus est, pœna est exilium cum publicatione bo-
„norum. *d. l. 8. §. idcirco 2.* Si dominus con-
„venticulis eorum domum præbuerit, domus po-
„blicatur; si alia persona vilis, fustigatur; si hone-
„stior, decem libris auri punitur. *d. l. 8. §. 3.* Si
„contra sacram Chalcedonensem synodum, (quæ
„est quatuor synodorum ultima, & reliquas confir-
„mat,) aliquid ediderit, vel editum vulgaverit, per-
„petua deportatione; si discendi studio quis eos di-
„sputantes adieret, decem librarum auri mulcta; si
„quis publice talem docuerit hæresin, ultimo sup-
„plicio afficitur, libris hæreticis igne concremandis
„*d. l. 8. §. fin.*

„Atque ita juri communi & legibus primorum
„Christianissimorum Imperatorum tota hæc causa
„accuratissime sæculo quarto & quinto definita
„est, & omni ex parte pro natura delicti, & mo-
„do circumstantiarum, æque justaque satis severi-
„tate in hæreticos, a catholicæ ecclesiæ regula
„deviantes, animadvertitur. Verum hæc postea
„sæculo circiter duodecimo mirandum in modum
„exacerbata, & pœnarum istarum atrocitas im-
„mane quantum aucta & exasperata fuit. Quod
„tum factum est, cum orta inter imperium & Sa-
„cerdotium controversia, ecclesia Romana pot-
„estatem sæcularem, & jus in ipsos imperatores
„& reges sibi vindicaret, & jure quasi imperii le-
„ges ferret, quæ deinde in Corpus juris canonici
„collectæ sunt. Quæ mutationes paucis exponen-
„dæ sunt. Primum enim cum jure communi
„omnes hæretici sepeliendi essent, adeo, ut nec
„Manichæi quidem excepti fuerint, *l. 9. C. de ha-*
„*ret.* contra jure canonico omnes hæretici a se-
„pultura ecclesiastica exclusi sunt. *c. 8. X. de ha-*
„*ret. c. 2. eod. in 6. c. 12. X. de sepultur.* Id vero
„inhumanum nimis & impium in jure merito ha-
„betur: *d. l. 9.* verb. *humanum & pium esse pu-*
„*tantes:* Satis enim demonstratum est, hæresin
„in se crimen non esse, sed propter ea, quæ quan-
„doque accedunt, crimina; hæc autem crimina
„non inferunt privationem sepulturæ, nisi in per-
„duellionem incidant. Quemadmodum & hoc
„nimis a ratione & humanitate alienum est, quod
„qui eos vel eorum receptatores sepulturæ com-
„misit, hoc facto excommunicetur, quoad mani-
„bus suis sepultum exemerit, & alio projecerit.
„*c. 2. pr. in haret. in 6.* Quin & cœmeterium re-
„conciliatur, & quasi de novo consecratur. *c. 7.*
„*X. de consecr. eccles.* Quæ nec in extrema Barba-
„rie

„rie audita sunt.

„Deinde pœna ignis promiscue in quosvis hæreticos statuta est; nec tantum in eos qui a catholicæ ecclesiæ & quatuor conciliorum formula, sed & qui a Romanæ ecclesiæ traditionibus dissenserint, statuta, & sæpe, superiore quoque sæculo, executioni data est. Hæc vero pœna ignis jure canonico non quidem expressa fuit, quia canones pœnas capitales & sanguinis non infligebant, sed per brachium seculare eas exercebant; *c. penult. c. 1. eod. in 6.* atque adeo tradiderunt hæreticos igni comburendos seculari potestati, indeque illius pœnæ usus. Ultima vero canonum pœna est carcer perpetuus &, ut vocant, immuratio: qua de causa alternative pœnam statuunt, ut hæreticus vel curiæ seculari sit reliquendus, vel immurandus. *d. c. 1. de haeret. in 6.*

„Porro jure canonico in genere hæretici sunt intestabiles, officiorum incapaces, & nec testes esse, nec accusare, nec agere, nec testari, nec alius defendere possunt. *c. 13. §. credentes X de haeret.* Eorum subditi, vasalli, fideles, a vinculo & jurejurando, *c. fin. eod.* & liberi a potestate eorum solvuntur. *c. 2. §. fin. eod. in 6.* Omnia acta, ordinationes, collationes, alienationes rescinduntur, *c. 1. X. de schischmat.* quin ipso jure omnes fiunt infames. *tot. c. 13. §. credentes.* Cujusmodi constitutiones simul ac eodem tempore & iisdem fere verbis edidere Fridericus II. *Constit. de statut. & consuet. contr. lib. eccl. §. Gazaros 5. & §. credentes 8. (in collat. X in fine Corpori juris adjecta,)* & papa Innocentius III. in *d. c. 13. §. credentes.*

„Porro successionum & hæreditatum nulli sunt capaces; omnium bona publicantur; lex majestatis in eos exercetur, & filii quoque, etsi orthodoxi, hæreditate patris excluduntur: *c. 10. X. de haeret.* quod deinde ad nepotes quoque ex linea paterna extensum est in c. 15. in 6. & uxorum quoque, quæ scientes hæretico nupserunt, dotes confiscantur, *c. 14. eod. in 6.*

„Quin & post mortem damnari, excommunicari, bonaque eorum publicari possunt: *c. fin. caus. 24. qu. 2.* eaque omnia etiam ad fautores & receptatores eorum extenduntur tum in *d. c. 13. §. credentes,* tum in *d. const. Friderici II. §. credentes,* atque adeo prorsus lex illa majestatis & perduellionis, omnium toto orbe atrocissima, & in atrocissimum crimen lata, in errorem quoque etiam cum culpa caret, (non enim distinguunt,) exercetur. *d. c. 10. X. de haeret.*

„Nos equidem, an pœnæ hæ in hæreticos a catholicæ ecclesiæ formula, quæ de ipsa Christianæ fidei substantia & indubio fundamento concepta est, recedentes statui possint, nunc in medio relinquimus, & ad prætractata rejicimus: cæterum, quod spectat eos qui extra prædictam formulam ab ecclesiæ Romanæ traditionibus dissentiunt, satis quidem jam probatum est eos nulla specie hæreticos dici posse! quædam tamen sunt de quibus adhuc ad majorem rei illustrationem tractari operæ pretium videtur. Inprimis itaque quæritur, cujus sit de hæresi cognoscere ac statuere? Nec dubitare nos sinit communis gentium ratio, omniumque jurium, divinorum & humanorum, consensus, ejus id esse qui summum imperium in republica habet. Ita hoc jus fuit Imperatorum, Gratiani, Valentiniani, & Theodosii in *l. 2. §. 1. C. de summ. Trinit.* ibi: *divina primum vindicta, post etiam motus animi NOSTRI, quem ex cælesti arbitrio NB. sunserimus ultione plectendos,* Ergo hi Christianissimi Imperatores volunt ex *sui* animi motu, quem *ipsi* sumserint, hæreticos esse plectendos. Quod idem Theodosius & Valentinianus ad ipsum papam Hormisdam rescribunt in *l. 3. §. 1. 2. C. eod.* ubi, cum leges papæ dixissent quibus agi in hæreticos vellent, & jussissent ut clerici ejiciantur, laici anatematizentur, *secundum ea,* addunt, *quæ jam a* NOSTRA *divinitate sunt constituta;* & mox: *secundum* NOSTRAM *legislationem.* Tum denique aliis pluribus sancitis ita finiunt: *hæc igitur tua magnificent a sequens,* NOSTRÆ *religionis scopum observare, & effectui dare studebit.* Ita iidem *l. 2. C. de haeret. omnes,* inquiunt, *veteribus legibus divinis & NB. imperialibus constitutionibus haereses perpetuo quiescant.* Denique in *tot. tit C. de haeret.* & alibi, plurimæ sunt Imperatorum constitutiones de hæreticis, & eorum pœnis, &c. ex quibus certissime constat, doctrinâ aliqua judicio totius ecclesiæ semel hæreseos damnatâ, omnem potestatem puniendi statuendique penes Imperatores fuisse, non penes pontificem.

„Multo minus itaque, cum inter membra particularis ecclesiæ quæstio seu controversia de quibusdam articulis oritur, uti inter Romanos & Evangelicos; neque enim tum ipsa pars cum qua controversia est, potest judex in ea causa esse, nec sibi potestatem arrogare atrocissimas pœnas in alteram partem statuendi, & hæreseos eam damnandi: in primis cum neutra pars auctoritate invicem cedat, & non tumultuarii homines, sed tot regna, principatus, ac res publicæ, quæ adeo litterarum studiis, scientiis, ac omnigenæ eruditionis laudibus præclarissime florent, in eandem partem conspirent atque consentiant.

„Quodsi vero, inaudito exemplo, pars in partem sibi id arroget, poenarum diras excogitet, damnet, excruciet &c. quid aliud illa spirant, quam vindictam, non pœnam? Quid manifestius, quam hos animos esse infestissimi vindicis, non æqui judicis; qui non alios emendare satagit, sed se ulcisci. Quod in caussa hæreseos satis apparet. Nulla gens unquam tam fera, immanis, ac barbara fuit, nulla e contrario tam superstitiosa & religionum suarum tenax, ut aliud a se opinantes (jam diximus, non hic agi de dissensu a formula totius ecclesiæ de verissimo ejus fundamento concepta,) exquisitissimis & atrocissimis suppliciis, pœnisque dignos existimaverit.

„Christianis vero id omnium minime conveniebat, qui sane hac ratione crudelissimos tyran-

„nos & Christianorum persecutores absolvunt, & „piissimos martyres damnant: habuere enim gentes formulam religiosæ *πολυθεότητος* fitæ, totius terrarum orbis consensu comprobatam, & „tot seculorum, tot ætatum usu firmatam; cujus „jugulum petebant pauci Christiani, mere subditi ac privati, in quos proinde pœnas gravissimas „principes statuebant; atque ideo meritissimo suo „pessime audiunt,& nunc indubie poenas luunt. An „vero plus causæ quam tum gentibus fuit, hodie „uni ecclesiæ est in eos, qui, salva totius ecclesiæ formula fundamentali, in quibusdam ab ea „discrepant, sæviendi, eosque persequendi?

„Eandem quæstionem illustravit B.Parens in *Disputatione de evocatione sacrorum, sect. 3. §. 17 usque ad 21.* ubi ita differit.

„Id enim e contrario certum est, nullum esse „imperium in conscientias: & omnium longissime id excedit fines potestatis humanæ: Etenim „cum conscientia ne quidem sit in nostra ipsorumque potestate, nedum in alterius esse concipi potest. Non est illa res voluntatis nostræ, „quæ & nostro arbitrio mutari, & alterius parere „potest; sed res intellectus, quem formare aut „necare humanæ opis non est. Non magis itaque hominis est conscientiam vel alterius cogere, „vel propriam refingere, quam vel ipse statuere „potest, vel alii statuendum injungere, bis bina „esse centum, vel nivem esse atram, Philippus „Arabs Christianus fuit, *Cuspinian. in Philipp. Arab.* sed sacra imperii, quod fere totum adhuc „gentile erat, non mutavit; at mutavit Constantinus M. non coactis civibus, sed quia tum major „pars jam erat Christiana.

„Thuanus, vir ut eruditione, judicio ac ingenio incredibili, ita fide ac candore pari, provocans ad experientiam & gesta temporum, quæ „nemini uni magis comperta fuere, quam ipsi, „ita in epistola nuncupatoria, operibus suis præmissa, scribit: *experientia satis edocti sumus, „ferrum, flammas, exsilia, proscriptiones irritasse „potius, quam sanasse morbum menti inhærentem: „ad quem prorsus curandum non iis, quæ in corpus tantum penetrant, sed doctrina & sedula institutione, quæ in animum leniter instillata descendit, opus esse: alia quippe omnia pro arbitrio civilis magistratus, atque adeo Principis „sanciuntur; sola religio non imperatur, sed ex „praecepta veritatis opinione, accedente divini „Numinis gratia bene praeparatis mentibus infunditur. Ad eam cruciatus nihil valent, quin obfirmant potius animos, quam frangunt, aut „persuadent: quod de sua illa sapientia tam magnifice praedicavere Stoici, hoc nos multo justius de „religione dixerimus.* Et in sequentibus prolixe „rebus ipsis id commonstrat, tum ex Augustino „rem præclare deducit, ex quo in canones id relatum est: deinde, ex more & sententia primævæ ecclesiæ, quæ contenta fuit excludi hæreticos „ab ecclesia, idem demonstrat, ostenditque, quam „illa, & pii episcopi, ac inter eos B. Martinus „(quem *Sulpicius Severus libr. 2. histor. sacr. circa a Chr. 386. virum dicit plane apostolis conferendum*) inde abhorruerint, etiam in causa „Priscilliani, exitiabilis doctrinæ auctoris,& quantopere factum reliquorum episcoporum detestati „fuerint; idque ex relatione ipsius b. Ambrosii; „cujus hæc verba exhibet: *cum vero ex furialium „istorum episcoporum sententia, Maximus* (tum Imperator) *postea decrevisset tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui haereticos inquirerent, deprehensis vitam & bona adimerent, idem b. Martinus apud eum tenuit, ut „decretum revocaretur.* Deinde Sulpicium Severum *d. l. 2. circa finem* suæ ætatis episcoporum „violentiam, secutasque inde in ecclesia & miseram plebe Dei calamitates deplorantem, *d. l. 2. circa fin.* exhibet, & inde agnoscit imaginem temporum pueritiæ suæ (sub Henrico III.) Hinc laudat Ferdinandum I. ut sapientissimum principem, „qui pacem religionis sanciverit; tum incidit in „ea quæ contra Vallenses, homines innocentes, „simplices, & conscientiae suae tenaces, horrenda immanitate & truculentissime acta fuere, pleraque alia lectu perdigna in eam rem affert vir „pius ac cordatus, & ingenuus, quibus vim a conscientiis abesse debere evincit.

„Nec potest quisquam aliter sentire, nisi immanissimos & saevissimos primae ecclesiae persecutores ac tyrannos pari ratione absolvere velit, „quorum in martyres patrata omnia comprobare, „quin laudibus extollere eos oporteret. Illi enim „persecutores, non minus persuasi de sua religione, ejusque zelo accensi fuere, quin longe plus „causae ipsis fuit contra Christianos saeviendi, a „quibus tota religione, omnibusque castris dissentiebant, cum Christianis inter se de cultu veri Dei „conveniat, quin inter eos, qui quatuor conciliis „catholicis, quae verae ac sincerae ecclesiae catholicae, post Dei verbum, unica norma ac regula „sunt, & jure habentur, (vid. *Novell. 115. c. 3. §. 14. & c. 4. §. 8. junct. l. 7. §. 4. C. de summ. Trinit. Disp. Dn. praes. de jure circa haereticos § 5. seqq.*) subscribunt, lis magis fit de auctoritate hominis, vel humana, quam de cultu „Dei: scilicet lis inter imperium & sacerdotium, „quae factionibus Gibellinorum & Guelphorum, „ejusdem religionis hominum, cruenta adeo ac „funesta fuit.

„Sane, quam invisa res ea sit ipsi sanctissimo „Servatori, patet ex eo, quod tantopere abominatus fuit factum Pharisæorum, eorumque studium proselythos, id est socios religionis suae, „quaerendi: cum tamen iis nec vis ulla fieret, & „ab idololatrico illos volentes ad veri Dei cultum „converterent. Quid ergo statueret de his, qui „vero Deo ac Servatore imbutos, atque ad amussim verae ecclesiæ catholicæ, seu quattuor conciliorum formatos, sui commodi, non divini „cultus caussa, ad sua sacra, vi ac martyriis, suoque in immensum hominum ac Christianorum „sanguine, perpellere tantopere laborant, & alias „perpetuos hostes profitentur; ut nihil plane reliquum sibi fecerint, quo Pharisæis, quo sævissimis „ecclesiæ persecutoribus irasci possint. Quæ non „aliter, quam commendandæ pacis religiosæ causa

§. L.

1. In eos vero qui Chriſti legem pro vera habent. [a] ſed de quibusdam [b] quæ aut extra legem ſunt, [c] aut in lege ſenſum videntur habere ambiguum, [d] & ab antiquis Chriſtianis non eundem in modum ſunt expoſita, dubitant aut errant, ſuppliciis qui graſſantur [e] perinique faciunt: [f] quod oſtendunt & ea quæ ante diximus & Judæorum exemplum vetus. Nam hi cum legem haberent [g] quæ ſuppliciis hujus vitæ ſanciebatur, nunquam tamen pœnis ſubdiderunt Sadducæos [h] qui rejiciebant dogma reſurrectionis, [i] veriſſimum quidem, [k] ſed in ea lege [l] non niſi obſcure & ſub verborum aut rerum involucris traditum.

2. [m] Quid ſi vero gravior ſit error, & qui apud æquos judices facile poſſit ſacra autoritate, aut veterum conſenſu revinci? Cogitandum hic quoque [n] quanta ſit vis inolitæ opinionis, & quantum libertatem judicii minuat [o] in ſuam cujusque ſectam ſtudium, malum, ut Galenus ait quavis ſcabie inſanabilius. Apposite ad hanc *Lib. 1. de*
rem Origines εὐχερέςερόν γε ἄνθρωπος τὰς περὶ ἄλλα συνηθείας, κἂν δυσαπος *natural. facult.*
πάςως αὐτῶν ἔχῃ, καταλεῖψαι ἂν, ἢ τὰς περὶ τὰ δόγματα *Facilius quis alia* *Lib. 1. contr.*
ſibi conſueta exuat: quantumvis illis affixus ſit, [p] *quam ea quæ dogma-* *Celſ p 40 Ed Cantabri.*

„ſae, quae palladium imperii eſt, dicta ſunto. Vid. „*Iurisprud. noſtram publ. d. cap.* 18. §. 28.

„a) (SED DE QUIBUSDAM DUBITANT AUT „ERRANT:) Adeoque qui ſingularem hæreſin ſeu „opinionem circa religionem Chriſtianam fovent.

„b) (QUÆ AUT EXTRA LEGEM SUNT:) Ut „pontificiæ traditiones & conſtitutiones, ſacræ „ſcripturæ auctoritate carentes. *Gronov. b.*

„c) (AUT IN LEGE SENSUM VIDENTUR HA„BERE:) Ut doctrina de miſſa, de transſubſtan„tiatione, de gratia &c.

„d) (ET AB ANTIQUIS CHRISTIANIS NON „EUNDEM IN MODUM SUNT EXPOSITA:) Adeoque „ubi cum ratione dubitant aut errant.

„e) (PERINIQUE FACIUNT:) Quia credere non „eſt res arbitrii, adeoque pœnæ in impoſſibilia ſta„tuerentur.

„f) (QUOD OSTENDUNT ET EA, QUÆ ANTE „DIXIMUS:) Nimirum §. 48. quia pleraque capita „religionis Chriſtianæ nituntur rebus facti, & jam „perantiqui, uti hiſtoria de Meſſia, de reſurre„ctione Chriſti &c.

„g) (QUÆ SUPPLICIIS HUJUS VITÆ SANCIE„BANTUR:) A qua qui deſciſcerent, capite plecte„rentur. *Gronov. b.*

„h) (QUI REJICIEBANT O[illegible]A RESURRECTI„ONIS:) Animæque immortalitatem negabant.

„i) (VERISSIMUM QUIDEM:) Equidem reſurre„ctionis dogma argumentis mere naturalibus pro„bari non poteſt: pro immortalitate autem ani„mæ argumenta ex ratione deſumta non deſunt. „Vid. *not. ad prolg.* §. *II. lit.* k.

„k) (SED IN EA LEGE:) Scilicet Veteris Te„ſtamenti.

„l) (NON NISI OBSCURE ET SUB RERUM IN„VOLUCRIS:) Verum eſt in lege Moſis tempora„ria ſaltem præmia & pœnas ad hanc vitam per„tinentes contineri; Ratio in aprico eſt, quia Mo„ſes ſuæ reipublicæ leges dedit, adeoque non niſi „pœnas temporales ſtatuere potuit: Cæterum do„gma illud de immortalitate animæ a paucis ſal„tem Sadducæis in dubium vocatum fuit; pleri„que vero Judæorum Phariſæorum ſectæ adhære„bant, & ipſi reges eam doctrinam profitebantur, „teſte Salomone, qui ait, *redire ſpiritum ad do„minum, qui eum dederat:* Neque impune Sad„ducæi a communi hac Judæorum religione diſ„ſentiebant, quia ab officiis & honoribus publicis „excludebantur.

„m) (QUID SI VERO GRAVIOR SIT ERROR &c. „Opponere ſolent violenti illi reformatores, er„rores circa religionem aliquando eſſe gravio„res, & cum homines convinci facile poſſint, ma„litiæ indicium eſſe ſi reſiſtant, indeque vi ad aſſen„ſum adigi debere.

„n) (QUANTA SIT VIS INOLITÆ OPINIONIS:) „Videmus enim homines quosdam opiniones, „monſtroſas maxime, ad martyrium usque ſuſti„nuiſſe.

„o) (IN SUAM CUJUSQUE SECTAM STUDIUM:) „Quod

gmatum sunt. Adde quod quanta hæc sit culpa pendet q ex modo illuminationis, & aliis animi dispositionibus, quas hominibus pernoscere non est datum.

3. r Hæreticus Augustino is demum qui alicujus s temporalis commodi & maxime gloriæ principatusque sui gratia, falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur. Audiamus de Arianis Salvianum: *Hæretici sunt, sed non scientes: denique apud nos sunt hæretici, apud se non sunt; nam in tantum se Catholicos esse judicant, ut nos ipsos titulo hæreticæ pravitatis infament: Quod ergo illi nobis sunt & hoc nos illis. t Nos illos injuriam divinæ generationi facere certi sumus, quod minorem Patre Filium dicant. Illi nos injuriosos Patri existimant, quod u æquales esse credamus. Veritas apud nos est, sed illi apud se esse præsumunt. Honos Dei apud nos est, sed illi hoc arbitrantur honorem divinitatis quod credunt. Inofficiosi sunt, sed illis hoc est summum religionis officium. Impii sunt, sed hoc putant veram esse pietatem. Errant ergo, sed v bono animo errant, non odio sed affectu Dei, honorare se dominum atque amare credentes. Quamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei æstimant caritatem, & qualiter pro hoc ipso*

De Gubernat. Dei, lib. V. Cap. 2 pag. 100 Ed. Baluz. 3.

„Quod inprimis in materia religionis verum est, „utpote quæ plerumque non ratione, sed affectu „dijudicatur. Vid. supr. §. 47. n. 3.

p) (Grot.) (QUAM EA, QUÆ DOGMATUM SUNT:) Sequitur hoc *Chrisostomus* in 1 Cor. II. ὅταν δὲ καὶ ἐν δόγμασιν ἡ συνήθεια ᾖ, βεβαιοτέρα γίνεται. πάντα γὰρ τις εὐκολώτερον ἀμείψειε, ἢ τὰ περὶ τὰς θρησκείας. *ubi vero consuetudo in dogmata inciderit, multo fit immobilior. Nihil enim est quod non facilius homo mutet, quam ea quæ religionis sunt.* (Tom. VI. pag. 286. *Edit. Savil.*)

„q) (EX MODO ILLUMINATIONIS ET ALIIS „ANIMI DISPOSITIONIBUS, QUAS HOMINIBUS PER„NOSCERE NON EST DATUM:) Sensus est: quos„dam minori intelligentia a Deo præditos, vel stu„pidiores esse, indeque minus peccare: easque „circumstantias, cum pernosci ab homine non „possint, non esse punibiles.

r) (Grot.) (HÆRETICUS AUGUSTINO:) Libro de utilitate credendi (Cap. 1.) locus refertur in *causam* XXIV. *quæstione* 3. c. 28. Addit *Augustinus*, non idem sibi videri hæreticum & hæreticis credentem hominem. Vide eundem epistola CLXII. Hæresis *obstinatioris animi dementia. lib. 2. c. de summa Trinitate*, princ. [At illius pertinaciæ solus Deus Judex est, ut ab Auctoribus, de quibus modo dixi, indicatum. *J. B.*)

ADDITIO.

„Veram definitionem hæretici exposuimus *h.* „§. *n. 1.* ubi hæreticos esse diximus, qui dissen„tiunt a quatuor conciliis œcumenicis. Conf. *Cam„den. c. p. m. et.*

s) (Grot.) (TEMPORALIS COMMODI ET MAXIME GLORIÆ PRINCIPATUSQUE SUI GRATIA:) Scriptor *responsorum ad orthodoxos* quæstione IV. (pag. 308. inter Op. *Justin.* Martyr. *Ed Sylburg.*) δῆλοί εἰσιν ὅτι ἐκ φιλοδοξίας ἢ ἀντιπαθείας τὴν αἱρεσιαρχῶν πᾶσαι αἱ αἱρέσεις τὰς ἀφορμὰς ἐσχήκασι τῆς συστάσεως αὐτῶν. *apertum est, ex cupiditate gloriæ aut ex æmulatu, qui primos repertores agitaverit, sectas omnes existendi originem cepisse.* Chrysostomus ad *Gal.* V. ἡ γὰρ τῶν αἱρέσεων μήτηρ, ἡ τῆς φιλαρχίας ἐστὶν ἐπιθυμία. *mater hæresium, cupiditas principatus.* (In *vers.* 13. pag. 754. Tom. III.)

„t) (NOS ILLOS INJURIAM DIVINÆ GENERA„TIONI FACERE, CERTI SUMUS:) Quam ab æter„no esse, statuimus orthodoxi. *Gronov. h.*

„u) (ÆQUALES:) Patrem & filium. *Gron h.*

v) (Grot.) (BONO ANIMO ERRANT:) *Agathias* ubi de Alemanorum absurdis superstitionibus egerat historiarum 1. ἐλεεῖσθαι μὲν οὖν ἢ χαλεπαίνεσθαι δίκαιοι ἂν εἶεν καὶ πλείστης μεταλαγχάνειν συγγνώμης, ἅπαντες ὅσοι τοῦ ἀληθοῦς ἁμαρτάνουσιν. οὐ γὰρ δήπου ἑκόντες ἀλῶνται καὶ ὀλισθαίνουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφιέμενοι, ἔπειτα σφαλέντες τῇ κρίσει, τὸ λοιπὸν ἔχονται τῶν δοκηθέντων ἀτρεκῶς, ὁποῖα ἄττα καὶ τύχοιεν ὄντα. *miseratione quam odio digniores sunt, ac tales quibus ignosci par sit, quicunque a vero aberrant. Neque enim volentes palantur & cespitant, sed cum bonum*

ipso falsæ opinionis errore in die judicii puniendi sint w *nemo potest scire nisi judex. Interim idcirco eis, ut reor, patientiam Deus commodat, quia videt eos etsi non recte credere, affectu tamen piæ opinionis errare.*

4. x De Manichæis audiamus eum, qui in illorum crassis sordibus diu hæsit, Augustinum. *Illi sæviant in vos, qui nesciunt quo cum labore verum inveniatur, & quam difficile caveantur errores. Illi in vos sæviant, qui nesciunt quam rarum & arduum sit carnalia phantasmata piæ mentis serenitate superare. Illi in vos sæviant, qui nesciunt quanta difficultate sanetur oculus interioris hominis ut possit intueri solem suum. Illi in vos sæviant, qui nesciunt quantis gemitibus & suspiriis fiat ut ex quantulacumque parte possit intelligi Deus. Postremo, illi in vos sæviant qui nullo tali errore decepti sunt, quali vos deceptos vident. Ego autem sævire in vos omnino non possum, quos sicut me ipsum illo tempore ita nunc debeo sustinere, & tanta patientia vobiscum agere quanta mecum egerunt proximi mei, cum in vestro dogmate rabiosus & cæcus errarem.* *Contra Ep. Manichæi &c. Cap. 1, 3.*

5. y In Arianam hæresin acriter invehitur Athanasius epistola z ad solitarios, quod aa prima in contradicentes usa esset judicum potestate, &

num appetant, in judicando decepti, quæ semel visa sunt retinent mordicus, qualiacunque ea fuerint. (Cap. 5.)

w) (Grot.) (NEMO POTEST SCIRE NISI JUDEX:) *Chrysostomus* homilia contra Anathematizantes: τὸ κεκρυμμένον τῷ τῶν αἰώνων κριτῇ ἀνεπικινδύνως ἀποφαίνεσθαι, μόνῳ εἰδότι καὶ μέτρον γνώσεως καὶ ποσότητα πίστεως. πόθεν γὰρ ἴσμεν, εἰπέ μοι, παρακαλῶ, ποίοις ῥήμασι κατηγορήσει ἑαυτοῦ ἢ καὶ ἀπολογήσεται ἐν ἡμέρᾳ ὅτε μέλλει ὁ Θεὸς κρίνειν τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων; ὄντως ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. *id quod absconditum, solus sine periculo dijudicet seculorum judex, cui soli patet & scientia mensura & fidei quantitas. Unde enim nos sciamus, dic mihi quæso, quibus verbis ille se accusaturus aut excusaturus est, in die illa qua Deus dijudicabit arcana hominum? vere inscrutabilia sunt judicia ejus, & viæ ejus impervestigabiles.* (Tom. VI. p. 442.)

„x) (DE MANICHÆIS:) Qui inter alios errores „duo principia coæva statuerunt, alterum boni, „alterum mali: a Manete Persa dicti Manichæi, „de quibus alibi. In hos hæreticos prima mortis „pœna sub Honorio & Arcadio statuta est. *l. 1. §. „1. l. 2. C. de summ. Trinit. l. 5. C. de hæret.*

y) (Grot.) (IN ARIANAM HÆRESIN:) Non immerito odimus tam mali exempli inter Christianos repertores. Vide eorum sæva facta apud *Eusebium* de vita Constantini libro 1, §. 38. *Socratem* libro IV, 29. *Procopium* Vandalicorum 1. ubi de Hunericho (Cap. 8.) & Gothicorum 1. de Amalaricho (Cap. 13.) & *Victorem Uticensem:* de Semiarianis *Epiphanius:* τοὺς τὴν ἀλήθειαν διδάσκοντας διώκουσιν, οὐκέτι λόγοις βουλόμενοι ἀνατρέπειν, ἀλλὰ καὶ ἔχθραις καὶ πολέμοις καὶ μαχαίραις παραδιδόντες τοὺς ὀρθῶς πιστεύοντας. λύμην γὰρ οὐ μιᾷ πόλει καὶ χώρᾳ εἰργάσαντο, ἀλλὰ πολλαῖς. *Veritatem docentes vexant, neque verbis evertunt, sed odiis, bellis, gladiis tradunt recte sentientes. exitium quippe jam non uni, sed multis urbibus regionibusque attulere.* De talibus *Gregorius* episcopus Romanus ad Constantinopolitanum episcopum: (Lib. II. Ind. 2. Ep. 52.) *Nova & inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.* (Malè quidem egerunt *Ariani:* sed non primi tam malum exemplum ediderunt. Jam antea *Orthodoxi*, ad eos vexandos impulerant *Constantinum*, ut ex Historia Ecclesiastica constat. *J. B.*)

„z) (AD SOLITARIOS:) Anachoretas, qui ab „hominum commercio secedebant, & in solitudi„nes se abdebant ut vacarent contemplationi. „Gronov. h.

„aa) (PRIMA IN CONTRADICENTES:) Quod hi „primi instigassent principes suæ sectae fautores „ad supplicia in dissentientes orthodoxos statuen„da. *Gronov. h.* Cæterum in Arianos non eodem „modo sævitum est: nam Ariani episcopi damnati „in secundo concilio saltem in exilium abire jussi „sunt. *Gutbberlet. Chronol. p. m. 249.*

 bb) (Grot.)

& quos non potuisset verbis inducere, eos vi, plagis, carceribusque ad se pertrahere anniteretur. *Atque ita*, inquit, *seipsam, quam non sit pia, nec Dei cultrix, manifestat*, respiciens ni fallor, ad illud quod legitur [bb] Gal. IV, 29. Similia habet Hilarius oratione ad Constantium. « In Gallia jam olim damnati sunt Ecclesiæ judicio Episcopi qui ut in Priscillianistas gladio animadverteretur curaverant; & in Oriente damnata Synodus quæ iu [dd] Bogomili exustionem consenserat. Sapienter dixit Plato, [ee] errantis pœnam esse, doceri.

§. LI.

I. [a] Justius illi punientur qui in eos, quos Deos putant, irreverentes atque irreligiosi sunt. Atque hæc causa [b] inter cæteras allata belli Peloponnesiaci inter Athenienses & Lacedæmonios, [c] & a Philippo Macedone in Phocenses: de quorum sacrilegio sic Iustinus: *quod*

Thuc. 1. *c.* 126 *&c.*

bb) (Grot.) (GAL. IV, 29.) Ad quem locum vide *Hieronymum*, citatum c. qui secundum, 13. *causa* XXIII. *quæst.* IV.

ee) (Grot) (IN GALLIA JAM OLIM DAMNATI SUNT:) Sulpicius Severus: *tum vero Idacius atque Ithacius acrius instare, arbitrantes posse inter initia malum comprimi, sed parum sanis consiliis seculares judices adeunt, ut eorum decretis atque executionibus haretici urbibus pellerentur.* (Lib. II. c. 47.) Mox: *secuti etiam accusatores Idacius & Ithacius episcopi, quorum studium in expugnandis haereticis non reprehenderem, si non studio vincendi plus quam oportuisset certassent. Ac mea quidem sententia est, mihi tam reos quam accusatores displicere.* (Ibid. c. 50.) Postea: *Martinus apud Treviros constitutus non desinebat increpare Ithacium ut ab accusatione desisteret: Maximum orare, ut sanguine infelicium abstineret; satis superque sufficere ut episcopali sententia haretici judicati Ecclesiis pellerentur.* Vide & sequentia.

ADDITIO.

„Episcopi erant Idacius & Ithacius: hi incita„rerunt Clementem Maximum, tyrannum, qui „sumserat imperium in Britannia contra Theo„sium. *Sulpic. Sever. Gron. b.*

„*dd*) (BOGOMILI EXUSTIONEM:) Jussu Alexii „Comneni apud *Zonar. Annal. e. Gronov, b.* Cæ„terum Bogomilius incarnationem negabat, & „baptismum æque ac Sacram cœnam spernebat, „*Pictet. de la verite de la relig. Chret. p.* 2.

ee) (Grot.) (ERRANTIS POENAM ESSE, DOCERI:) *Seneca* in Tragœdia, (*Herc. fur.* vers. 1237)

Quis nomen unquam sceleris errori dedit?

& de Ira l. 14, *non est prudentis errantes odisse. alioquin ipse sibi odio erit. M. Antoninus* libro IX. (§. II. Edit. Gatak.) *εἰ μὲν δύνασαι, μεταδίδασκε. εἰ δὲ μή, μέμνησο, ὅτι πρὸς τοῦτο ἡ εὐμένειά σοι δέδοται. καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐμενεῖς τοῖς τοιούτοις εἰσίν. si potes, meliora doce: si non potes, memento in hoc tibi lenitatem datam. Ipsi Dii lenes sunt talibus, Chrisostomus* Eph. IV, 17. (Tom. VI. pag. 828.) τὸν γὰρ ἀγνοοῦντα, οὐ κακῶς πάσχειν οὐδὲ ἐγκαλεῖσθαι, ἀλλὰ μανθάνειν δίκαιόν ἐστιν ὅπερ ἀγνοεῖ. *eum qui ignorat neque malo affici neque accusari oportet, sed æquum est ut discat quæ ignorat.* Valentinianus, laudante *Ammiano Marcellino* libro XXX. *nec quemquam inquietavit, neque ut hoc coleretur imperavit, aut illud: nec interdictis minatibus subjectorum cervicem ad id quod ipse coluit inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes ut reperit.* (Cap. 9.)

ADDITIO.

„Error enim non vi erui, sed rationibus debet.

a) (Grot.) (JUSTIUS ILLI PUNIENTUR QUI IN EOS, QUOS DEOS PUTANT, IRREVERENTES ATQUE IRRELIGIOSI SUNT:) Vide de hac re egregia apud *Cyrillum* libro contra Julianum V. & VI. Solone auctore Amphictyones bello persecuti sunt Cirrhæos, quod ii templo Delphico vim intulissent. *Plutarchus* Solone, (p. 83. E.) Sic & qui falso sibi vatum nomen induunt recte puniuntur. consule *Agathiam* lib. V. (Cap. 3.)

ADDITIO.

„Quæritur, an gens ideo alii genti bellum pu„nitivum inferre possit, quod irreverens sit in „Deum. Auctor id affirmat exemplo Lacedæ„moniorum & Philippi Macedonis. Verum cum „ex illa irreverentia non redundet injuria in ho„mines, maxime extraneos, illi causam Dei vin„dicare non possunt, adeoque eædem rationes hic „obtinent, quas supra cum de atheis quæstio esset, „allegavimus.

„*b*) (INTER CÆTERAS:) Nam præcipua causa „afferebatur controversia de Sagunto. Vid. infr. „*c.* 22. §. I.

„*c*) (ET A PHILIPPO:) Vid. *Justin. l.* 8. *c.* 2.

„Sed

quod Orbis viribus expiari debuit. Hieronymus ad Danielis VI. *Quamdin* [d] *vasa fuerunt in* [e] *idolio Babylonis, non est iratus Dominus (videbantur enim rem Dei secundum pravam quidem opinionem, tamen divino cultui consecrasse) postquam autem humanis usibus divina contaminant,* [f] *statim pœna sequitur post sacrilegium.* Nimirum & [g] Augustinus existimat auctum a Deo Imperium Romanorum, [h] quod cordi illis fuisset quamvis falsa religio: &, ut Lactantius loquitur, summum hominis officium, [i] etsi non reipsa, tamen proposito tenerent.

Diod. l. 16. c. 60. &c. L. 8. c. 2. Pag. 581. B. Ed. Basil.

2. Et [k] supra diximus [l] qualiacunque quæ putantur numina pejerata a vero numine vindicari: *Punitur, quia tanquam Deo fecit,* ait Seneca: *opinio illum sua obligat pœnæ.* Sic accipio & illud [m] Senecæ: *Violatarum religionum alibi atque alibi diversa pœna est: sed ubique aliqua;* & quod [n] Plato capitis damnat religionis temeratores.

7. de Ben. cap. 7. De Ben. 3. 6. De Leg. 60. p. 907. & seq.

„Sed hic vindex injuriæ religioni illatæ simile sa„crilegium in eodem bello commisit. *Justin. lib.* „*8. cap.* 3. Certissimo indicio, causam belli nec „ipsi justam visam fuisse.

„*d*) (VASA:) Rapta e templo Hierosolymitano, „cum captam urbem vastaret Nebucadonusor. „*Gron. b.* Vid. *Dan. V,* 1. *seq.* quæ Balthasar rex „in ludibrium veri Dei adhibuit in convivio, quod „optimatibus paravit, & cujus pœnam eadem nocte „dedit.

„*e*) (IDOLIO:) Templo idolorum. *Gronov. b.*

„*f*) (STATIM POENA SEQUITUR POST SACRI„LEGIUM:) At gentes quæ urbem obsidebant, non „vindicabant hoc sacrilegium, neque ideo bellum „gerebant, sed Deus ob hoc crimen Assyrios ho„stium potestati tradidit.

„*g*) (AUGUSTINUS:) Epistola S. Marcellino „scripta.

„*h*) (QUOD CORDI ILLIS FUISSET, QUAMVIS „FALSA RELIGIO:) Pietatem Romanam maxime „commendat B. Parens in oratione, *Num legibus* „*magis, quam armis res publica defendi possit?*

„*i*) (ETSI NON RE IPSA, TAMEN PROPOSITO „TENERENT:) Id est, ea quæ pietatis sunt inten„tione & proposito egerunt, etsi in modo errave„rint.

„*k*) (SUPRA:) *L.* 2. *c.* 13. §. 12.

„*l*) (QUALIACUNQUE QUÆ PUTANTUR NUMINA „&c.) Quia, quanquam sub falsis notis, genera„li tamen complectione numen comprehenditur, „ideoque verus Deus in suam injuriam id factum „interpretabitur. *d. c. 13.* §. *12.* Exempla ubi post „Sacrilegium pœna secuta est, hic refert Grono„vius in Cambyse, qui Apim in Ægypto interfe„cit; & spoliatum Jovem Hammonem misit. *Ju*„*stin. I, 9.* Xerxis, cum templum Delphicum diri„piendum dedit. *Justin. l. 2. c.* 12 Gallorum, cum „& ipsi Delphos sunt adorti. *Justin. 24, 8.* Item „dum tenuerunt aurum Tholosanum.

„*m*) (SENECA:) Hic non loquitur de pœna „in gentes statuenda, seu de bello punitivo; sed „de pœnis civilibus, quæ eis quoque infligi pos„sunt qui per falsus Deos jurant, & de his ve„rum est, quod opinio sua illos obliget pœnæ.

„*n*) (PLATO:) *L. 10. de legib. p. 907. seq* Hic itidem „de pœna in subditos statuta loquitur, non vero „de jure puniendi gentes.

CAPUT XXI.

De pœnarum communicatione.

VIII. *Pœna jus in universitatem quamdiu duret.*
IX. *An fine delicti communicatione pœna transeat.*
X. *Distinctio ejus quod directo infertur & in consequentiam venit.*
XI. *Distinctio ejus quod sit occasione peccati & quod ex causa peccati.*
XII. *Proprie loquendo neminem juste puniri, ob delictum alienum, & cur?*
XIII. *Non filios ob parentum delicta:*
XIV. *Respondetur ad Dei facta circa filios nocentum.*
XV. *Multo minus cognatos alios,*
XVI. *Posse tamen liberis & cognatis nocentum aliquid negari, quod alioqui habere poterant: cum exemplis.*
XVII. *Nec subditos proprie puniri posse, ob regis delictum:*
XVIII. *Nec singulos qui non consenserunt ob delictum universitatis.*
XIX. *Heredes ad pœnam qua pœna est non teneri, & cur?*
XX. *Teneri tamen si pœna in aliud debiti genus transierit.*

§. I.

I. Quoties de pœna communicanda quæritur, aut de iis quæritur [a] qui delicti sunt participes, [b] aut de aliis. Qui delicti participes sunt, non tam ex alieno [c] quam ex suo delicto puniuntur. Hi qui sint ex his quæ [d] supra de damno injuria dato dicta sunt, intelligi potest. Ferme enim [e] iisdem modis in delicti partem quis venit quo in damni dati: [f] non tamen semper ubi damni obligatio est etiam delictum est, sed tum demum [g] si qua malitia notabilior accesse-

(Ad §. 1.) Videtur titulus hic inutilis, quia nemo obligatur ex alterius delicto, cum pœna suos saltem teneat auctores *l. 22. C. pœn.* Sane pœna est æstimatio delicti & mensura meriti, quod est personalissimum: At jam supra cœpimus dicere, quod ille quoque delinquat qui quocunque modo causa est damni dati, adeoque propter actum, quo causa est damni, puniri omnino potest, is enim actus verum delictum est. Vid. c. 17. §. atque de hac communicatione pœnæ hic agitur.

Duobus autem casibus quis puniri potest ex alterius delicto (1) si ipse est causa damni & injuriæ factæ, uti si in alieno quid vel facit vel omittit, quod faciendi vel omittendi jus non habet: (2) si princeps peccat, tunc enim subditi tenentur ex ejus facto. Vid. *infr.* §. 2. Prioris ratio in aprico est; pœna enim est ubi injuria est, ad cujus reparationem tenetur is qui eam fecit: Hinc necessario sequitur posse communicari pœnam cum eo qui particeps est injuriæ, & qui concurrit ad patrandum actum injustum: Hoc enim casu omnia requisita delicti adsunt, est enim actus illicitus quo quis facit vel omittit in alieno, quod agendi vel omittendi jus non habet: Si igitur hoc facto alii aliquid abest, vel jus ejus læsum est, necessario id reparari debet, tum restituendo damnum, de quo supra c. 17. tum patiendo tantundem mali quantum ipse fecit, de quo cap. 20.

Causa autem damni & injuriæ sunt, adeoque pœna communicatur cum iis qui (1) opem & auxilium ferunt, (2) qui hortantur, mandant, aut consilium dant, modo alter aliter facturus non fuisset, (3) qui omittunt quod facere debent, (4) qui receptu securitatem delinquentibus præstant.

Posteriori casu communicatio fit delicti, eoque & pœnæ, quia subditi sequi judicium principis, ejusque factum operis & opibus defendere, tenentur; adeoque causa sunt quo minus reparatio injuriæ a principe fiat.

a) (Grot.) (QUI DELICTI SUNT PARTICIPES:) *Tertullianus* de Resurrectione carnis: *dicent enim ministros & socios habere arbitrium ministrandi atque sociandi, & potestatem suæ voluntatis in utrumque, homines scilicet & ipsos; Idcirco cum auctoribus merita communicare, quibus operam sponte accommodant.* (Cap. 16.)

„b) (AUT DE ALIIS:) De quibus §. 9. seq.

„c) (QUAM EX SUO DELICTO PUNIUNTUR:) „Quia scilicet causa sunt injuriæ sive faciendo, sive „omittendo id quod facere debebant.

„d) (SUPRA:) *L. 2. c. 17. §. 6.*

„e) (IISDEM MODIS IN DELICTI PARTEM QUIS „VENIT, QUO IN DAMNI DATI:) Uti enim da„mnum datum restituit qui causa est damni, ita „eadem ratione injuriam illatam luit qui causa „est injuriæ.

„f) (NON TAMEN SEMPER UBI DAMNI OBLI„GATIO EST, ETIAM DELICTUM EST:) Imo sem„per: nam damnum non reparatur nisi dolo vel „culpa datum sit: (casum enim præstat dominus) „jure naturæ autem omne damnum, etiam culpa „levissima datum, injuria est, & pœnam meretur: „quamquam leges civiles imbecillitate humanæ „motæ, solam intentionem pœnis afficiant, cul„pam vero non nisi graviorem, & in paucissimis „casibus.

„g) (SI QUA MALITIA NOTABILIOR ACCESSE„RIT:) Imo jure naturæ quælibet culpa, qua jus „alterius læditur, est punibilis.

„h) (cum

cesserit, [h] cum ad damni dati obligationem [i] sæpe qualiscunque culpa sufficiat.

2. Ergo [k] qui factum vitiosum jubent, [l] qui consensum requisitum adhibent, [m] qui adjuvant, [n] qui receptum præstant, aliove modo in ipso crimine participant: [o] qui consilium dant, [p] laudant, assentantur: qui, cum [q] ex jure proprie dicto [r] teneantur vetare, non vetant, aut, cum teneantur [s] ex simili jure, [t] opem ferre injuriam patienti non ferunt, [u] qui non dissuadent cum dissuadere debeant, [x] qui factum reticent quod notum facere [y] ex jure aliquo tene-

„h) (CUM AD DAMNI DATI OBLIGATIONEM „QUALISCUNQUE CULPA SUFFICIAT:) Dixi, etiam „ad delicti obligationem qualemcunque culpam ju- „re naturæ sufficere.

„i) (SÆPE:) Imo semper: nam distinctio illa „inter culpam latam, levem, & levissimam est ex „jure mere civili.

k) (Grot.) (QUI FACTUM VITIOSUM JUBENT, *Saulus manibus omnium lapidabat, Augustinus* sermone V. de Sanctis, cap. 4. Similia sermone ejusdem argumenti primo, c. 3. & sermone XIV. [Qui omnes Sermones falso adscripti sunt *Augustino.*]

ADDITIO.

„Vide *Lib. 2. cap. 17. §. 6.*

„l) (QUI CONSENSUM REQUISITUM ADHIBENT:) „*d. c.* 17. §. 6.

m) (Grot.) (QUI ADJUVANT:) Opc. *Institutionibus* de furtis, [immo *De obligat. ex delict.*] §. interdum, II. *Edicti Theuderici*, c. 120.

ADDITIO.

„Vide *d. c. 17. §. 6.*

n) (Grot.) (QUI RECEPTUM PRÆSTANT:) *Hieronymus* [aut quisquis alius scripsit opus illud, p. 52. D. Tom. VII. *Ed. Bas.* in Cap. 29.] super parabolas: *non fur solum, sed ille reus tenetur qui furti conscius quærente possessore non indicat. Chrysostomus* de Statuis XIV. ὐ γὰρ οἱ ἐπιορκῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ συνειδότες μὲν, περιστέλλοντες δὲ, κοινωνῦσι τῶν ἐγκλημάτων. *non enim perjuri soli, sed & qui, conscii cum sint, celant perjuria, criminis tenentur.* (Tom. VI. pag. 555, 556. *Ed. Savil.*)

ADDITIO.

„Vid. *d. c. 17. §.* 6.

o) (Grot.) (QUI CONSILIUM DANT:) Vide *Institutiones & edictum Theuderici* dictis locis. *Andocides* ex lege Attica, τὸν βυλεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον. *qui consilium dedit eum non minus pœna teneri quam qui manu rem effecerit.* (Orat. I. de *Mysteriis*, p. 219. *Ed. Wech.*) ὐ γὰρ ἦν πραχθῆναι μὴ βυλευσαμένυ. *neque enim sine consilio res facta fuisset*, ait *Aristoteles* de poëtica cap. 17. [Immo *De Rhet.* I. 7.]

p) (Grot.) (LAUDANT, ASSENTANTUR:) *Chrysostomus* I. ad Romanos circa finem: καὶ γὰρ τῦ πλημμελῦντος ὁ τὴν ἁμαρτίαν ἐπαινῶν χαλεπώτερος. *pejor peccante qui peccatum laudat.* (Tom. III. pag. 28.) Qui facinorosum adstans hortatur, pro faciente habetur *lege Longobardica*, lib. I. tit. IX. §. 15. Vide quæ ex *Philone & Josepho* mox proferemus ad §. 17.

ADDITIO.

„Vid. *d. c. 17. §. 7.*

„q) (EX JURE PROPRIE DICTO:) Non ex cari- „tatis regula, seu, quod idem est, ex virtute. *Vid.* „*supr. c. 17. §. 9.*

r) (Grot.) (NON VETANT:) Chrysostomus I. adversus Judæos: (Tom. VI. p. 319) ὥσπερ ὖν ὐχ οἱ κλέπτοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ κύριοι μὲν ὄντες κωλῦσαι, μὴ κωλύοντες δὲ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις διδόασι δίκην. *si non ii modo qui furtum facere, sed & qui prohibere cum possent, non prohibuere, puniuntur, & quidem pari uterque pœna.* Sic eum qui sanari ægrotum prohibet, teneri quasi vulnerasset, ait idem Chrysostomus 2. ad Cor. c. VII. (Tom. III. pag. 672.)

ADDITIO.

„Vid. *d. c. 17. §. 8.* uti si dominus vel pater, „præsentes, filium vel servum non prohibent.

„s) (EX SIMILI JURE:) Proprie sic dicto. *Vid.* „*supr. c. 17. §. 9.*

„t) (OPEM FERRE INJURIAM PATIENTI NON „FERUNT:) *d.* c. 17. §. 8. uti si custodes publico tu- „multu orto non accurrunt.

„u) (QUI NON DISSUADENT CUM DISSUADE- „RE DEBEANT:) *d.* c. 17. §. 9.

„x) (QUI FACTUM RETICENT QUOD NOTUM „FACERE DEBEANT:) Vid. d. c. 17. §. 9.

„y) (EX JURE ALIQUO:) Forte quod mea in- „ter sit. Vid. tamen *d. c. 17. §. 9.*

tenebantur, hi omnes puniri possunt, [z] si in ipsis talis sit malitia quæ ad meritum pœnæ sufficiat, secundum ea quæ proxime tractata sunt.

§. II.

1. [a] Exemplis res fiet illustrior. [b] Communitas [c] ut alia ita &
civilis [d] non tenetur ex facto singulorum [e] sine facto suo, [f] aut
omissione; bene enim Augustinus: *Aliud est quod in populo quisque*
In Levit. quæst. 26. *habet peccatum proprium, aliud quod commune, quod uno animo fit, &*
una voluntate ad aliquid multitudine comparata committitur, Hinc
in formula fœderum est: [g] *Si defexit publico consilio.* Locri apud
Lib. 29. c. 17. [h] Livium ostendunt Senatui Romano culpam defectionis procul
[i] a consilio publico abfuisse. Narrante eodem Zeno pro Magne-
Lib. 35. c. 31. tibus deprecator apud T. Quintium, & Legatos qui ei aderant, flens
petebat, ait Livius, *ne unius amentiam civitati assignarent*; [k] *suo*
quemque periculo facere. Et Rhodii apud Senatum publicam causam
a privatorum causa segregant, dicentes, *nullam esse civitatem quæ*
non improbos cives aliquando, & imperitam multitudinem semper ha-
beat. [l] Sic nec pater ex delicto liberorum tenetur, [m] nec dominus
ex servi, [n] nec alii qui præsunt, [o] nisi aliquid in ipsis vitiosum hæ-
reat.

2. Ex

„z) (SI IN IPSIS TALIS SIT MALITIA:) Imo „sufficit culpa injuriam datam esse; quia facto suo „illicito alter causa est injuriæ.

„a) (EXEMPLIS RES FIET ILLUSTRIOR:) Scili- „cet materia de communicatione pœnæ.

„b) (COMMUNITAS:) Quæritur, an universitas „obligetur ex delictis singulorum? Negatur: quia „pœna suos saltem tenet auctores, nisi universitas „illa approbet factum singulorum, & impediat repa- „rationem injuriæ.

„c) (UT ALIA:) Quodvis collegium. Gron. h.

„d) (NON TENETUR EX FACTO SINGULORUM:) „Quia uti delictum ita pœna suos tenet auctores.

„e) (SINE FACTO SUO:) Nam si factum com- „munitatis concurrit, hæc tenetur ex sua injuria.

„f) (AUT OMISSIONE:) Si enim communitas „aliquid omittit quod facere debebat, itidem tene- „tur ex hoc facto illicito.

g) (Grot.) (SI DEFEXIT PUBLICO CONSILIO:) *Chrysostomus* de statuis III. *ὅτι οὐ κοινὸν τῆς πόλεως τὸ ἁμάρτημα γέγονεν, ἀλλὰ ἀνθρώπων τινῶν ξένων καὶ ἐπηλύδων, οὐδὲν λογισμῷ ποιούντων, ἡ τόλμῃ καὶ παρανομίᾳ πάσῃ. καὶ οὐκ ἂν εἴη δίκαιον ὑπὲρ τῆς ὀλίγων ἀπαιδευσίας πόλιν τοσαύτην ἀναρπάζεσθαι, καὶ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας διδόναι δίκην. Non commune fuisse delictum civitatis, sed extraneum & adventitium, qui cuncta temeritate ac legum ignorantia potius quam ratione facerent, neque vero æquum, ut ob paucorum imperitiam tanta urbs everteretur, & pœnam ferrent culpæ exsortes.* (Tom. VI. pag. 473.) *Ammianus* libro xxx. de Quadis: *nihil ex communi mente procerum gentis delictum asseverantes in nostros.* (Cap. 6.)

ADDITIO.

„Adde *Liv. lib. 1. c. 24.* & *Puffend. l. 8. c. 3.* „*§. 28.*

„h) (LIVIUM:) *Lib. 29. cap. 27*

„i) (A CONSILIO PUBLICO ABFUISSE:) Quere- „bantur Locri de Pleminii crudelitate, quod in „eos tanquam rebelles ageret, cum tamen culpa „defectionis procul a consilio publico abfuerit. „Similia exempla vide apud *Charcellin 30. c. 21.* „*Arrian, l. exped. Alex. c. 4. p. 284. Liv. 21. 18.* „*l. 6. c. 6. & 10. l. 8. c. 14. l. 9. c. 42. Tesm. h.*

„k) (SUO QUEMQUE PERICULO:) Quod quisque „privatim insanisset, ipsum luere debere. *Cicero 3.* „*de legib. 10. suo periculo progredi.* *Gron. h.*

„l) (SIC NEC PATER EX DELICTO LIBERORUM „TENETUR:) Etsi enim pater & liberi pro eadem „persona habeantur, ea tamen ratio cessat in deli- „ctis; nec e contrario liberi tenentur ex delicto „parentum.

„m) (NEC DOMINUS EX SERVI:) Non enim „est causa injoriæ: Hinc meri juris civilis est, quod „dominus ex delicto servi civiliter teneatur. *pr.* „*Inst. de noxal. act.*

„n) (NEC ALII QUI PRÆSUNT:) Sic v. g caupo „non tenetur ex delicto famulorum.

„o) (NISI ALIQUID IN IPSIS VITIOSUM HÆ- „REAT:) Uti si non prohibent, cum prohibere „possunt, vel si male eligunt.

„p) (QUI-

2. Ex his autem modis [p] quibus rectores aliorum in crimen veniunt, duo sunt qui maximum usum habent, & diligenti consideran. tione indigent: [q] patientia [r] & receptus. De patientia ita habendum est, [s] qui scit delinqui, qui prohibere potest & tenetur nec prohibet, eum ipsum delinquere. [t] Cicero in Pisonem: *Neque vero multum interest, præsertim in Consule, utrum ipse perniciosis legibus, improbis concionibus rempublicam vexet, an alios vexare patiatur.* Cap. 5. Brutus ad Ciceronem: *Alienæ igitur, inquies, culpæ me reum facies? Prorsus alienæ, si provideri potuit ne existeret.* Ep 55. ad Brut. ἴσον τῷ πλημμελεῖν τὸ μὴ κωλύειν τοὺς πλημμελοῦντας, ait Agapetus ad Justinianum: *par est delinquere & delinquentes non prohibere.* Paraneti. c. 28. *Quisquis patitur peccare peccantem, is vires subministrat audaciæ*, ait Arnobius. *In cujus manu est ut prohibeat, jubet agi si non prohibet admitti*, ait Salvianus. Adv. gent. l. 4. p. 149. Augustinus vere: *Qui desinit obviare, cum potest, consentit.* De Gubern. Dei, l. 7. c. 19. in fin Ed. Baluz.

3. Sic qui mancipium cum possit eximere prostitutum esse patitur, [u] pro prostituente habetur Romanis legibus. Si servus sciente domino occidit, [v] in solidum dominum obligat: [w] ipse enim videtur dominus occidisse. L. 7. D. qui sine manum. Et [x] lege Fabia in dominum animadvertitur, si servus [y] domino sciente alienum servum subduxerit. L. 2. de nox. act. princ.

4. Sed, [z] ut diximus, præter scientiam requiritur [aa] facultas prohibendi. Et hoc est quod ajunt leges, [bb] scientiam cum puniri jubetur Paul. l. 5. sent. tit. 30. § 2.

„p) (QUIBUS RECTORES ALIORUM IN CRIMEN „VENIUNT:) Adeoque Auctor hic quæstionem „tractat, quando quis ex delicto eorum qui pot„estati nostræ subsunt teneatur.

„q) (PATIENTIA ET RECEPTUS:) In genere „dicendum, participare eos de pœna quando caosa „sunt injuriæ.

„r) (ET RECEEPTUS:) De quo vide §. seq.

„s) (QUI SCIT DELINQUI, QUI PROHIBERE POT„EST, ET TENETUR, NEC PROHIBET:) Adeoque „quatuor requiruntur ad hoc, ut ex delicto ejus, „qui potestati meæ subest, puniri possim: (1) ut „sciam delictum committi, (2) ut prohibere pos„sim, (3) ut teoear prohibere, (4) ut omise„rim prohibere: *Vid. L: 2. c. 17. §. 7.*

„t) (CICERO:) Verba hæc reperiuntur quoque „apud Mareellinum *L. 27. c. 25. Tesm. b.*

„u) (PRO PROSTITUENTE HABETUR:) Casus „est, ubi quis aneillam vendit ea cooditione ne „prostituatur, si contra fiat, licitum fore vendi„tori manus injicere, & eam abdueere. *L. 1. C. si „manc. ita ven.* Si venditor secuta prostitutione „non abduxit, sed aeeepta pecunia manus injectio„nem vendidit, Hadrianus constituit, ut prosti„tuta libera esset, quia eum venditor possit exi„mere, & non eximit, ipse eam prostituere vide„tur. *L. 7. ff. Qui sine manum.* indeque in pœnam „non eximentis, venditio illa nulla declaratur.

„v) (IN SOLIDOM DOMINUM OBLIGAT:) *L. 2. „ff. de noxalibus act.*

„w) (IPSE ENIM VIDETUR DOMINUS OCCIDIS„SE:) Is enim vera causa homicidii est, tum quia „mandavit fieri, tum quia servus aliter facturus „non fuisset.

„x) (LEGE FABIA:) De plagiariis *Gron. b.*

„y) (DOMINO SCIENTE:) Ubi prohibere ser„vum potuit & debuit.

„z) (UT DIXIMUS:) Vid. n. 2.

„aa) (FACULTAS PROHIBENDI:) Aliud enim „est auctorem esse servo delinquenti, aliud pati „delinquere, quæ sunt verba *Legis 3. ff. Nox. act.* „Hine non tenetur dominus, qui, cum servus no„xam committeret, in altera stetit ripa, nec pro„hibere potuit. *L. 4. ff. nox. act.*

bb) (Grot.) (SCIENTIAM, CUM PUNIRI JUBETUR, ACCIPI PRO PATIENTIA:) *lege Wisigothorum* libro VIII. tit. 4. cap. 11. cap. 26. & alibi. libro IX, tit. 1. c, 1.

ADDITIO.

„Adde *L. 3. & 4. ff. de nox. act. l. 45. pr. ad „legem Aquil.*

tur accipi pro patientia, [cc] ut qui prohibere potuit teneatur ſi non fecerit, [dd] & ſcientiam hic ſpectari quæ habeat & voluntatem: [ee] ſcientiam accipi cum conſilio: ideoque [ff] non teneri dominum ſi ſervus in libertatem proclamaverit, [gg] ſi dominum contemſerit: [hh] quia ſcilicet culpa vacat qui ſcit quidem ſed prohibere non poteſt. [ii] Sic parentes tenentur ex delictis filiorum, ſed eorum demum [kk] quos habent in poteſtate. Viciſſim, etiamſi in poteſtate habeant & alioqui prohibere potuerint, [ll] non tenebuntur niſi & ſciverint. Pariter enim concurrere hæc debent, [mm] ſcientia & non prohibitio, ut quis ex facto alieno teneatur, [nn] quæ omnia ad ſubditos pari ratione ſunt referenda; [oo] veniunt enim ex naturali æquitate.

L. 45 ad l. Aquil. L. 1. §. 1. ſi fam. furt. fec. L. 4. de Nox. act. L. 50. de R. J. l. 109. eod. tit. L. 1. §. qui eam. in fine l. 13. §. 1. l. 19. D qui not. inf. L 7. §. 5. D. Arbor furt. cæſar. Pag. 64. Ed. Heinſ.

5. Egregie Proclus ad illud Heſiodi:

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακȣ̃ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ

Sæpe luit populus pœnas unius iniqui,

ait, ὡς ἐξὸν κωλύειν, μὴ κωλύȣσα τȣ̃ ἑνὸς πονηρίαν, *ut qui cum prohibere poſſit non probibet unius malitiam.* Sic in exercitu Græcorum, ubi Agamemnon ipſe & alii [pp] concilio communi ſuberant, non immerito.

Horat. l. 1. Ep. 2. 14.

Quid-

„cc) (UT QUI PROHIBERE POTUIT TENEATUR „SI NON FECERIT:) Nam vere cauſa eſt delicti, „quia prohibendo impedire & potuiſſet & debuiſſet.

„dd) (ET SCIENTIAM HIC SPECTARI QUÆ HABEAT ET VOLUNTATEM:) *Lib. 1. §. 1. Si fam. „furt. fec.*

„ee) (SCIENTIAM ACCIPI HIC CUM CONSILIO:) „*L. 4. ff. Noxal. act.* Adeoque non ſufficit dominum vidiſſe ſi prohibere non potuit. *ibid.*

„ff) (NON TENERI DOMINUM SI SERVUS IN „LIBERTATEM PROCLAMAVERIT:) Et ſe ingenuum „liberumve demonſtraverit judicio recuperatorio. „*Suet. Veſp. 3. Gron. h.*

„gg) (SI DOMINUM CONTEMSERIT:) Adeoque „non obſtante prohibitione noxam commiſerit.

„hh) (QUIA CULPA VACAT:) Non enim tunc „cauſa dici poteſt noxæ.

„ii) (SIC PARENTES TENENTUR EX DELICTO „FILIORUM:) Si prohibere potuerunt: uti ſi pater „filium, quem in poteſtate habet, patitur uxorem „ducere intra annum luctus: *L. 1. vs. qui eam &c. „ff. his qui notant. inf. l. 11. in f. eod.* vel ſi bina „ſponſalia ejus nomine, quem in poteſtate habet, „contrahit. *d. l. 1. in f. l. 13. §. 1. eod.*

„kk) (QUOS HABENT IN POTESTATE:) Adeoque in quos prohibendi jus habent.

„ll) (NON TENENTUR NISI ET SCIVERINT:) „Si enim neſcivere, nec prohibere potuerunt, adeoque ipſi cauſa actus dici nequeunt.

„mm) (SCIENTIA ET NON PROHIBITIO:) Et „præterea prohibendi facultas.

„nn) (QUÆ OMNIA AD SUBDITOS PARI RATIONE SUNT REFERENDA:) Quæritur, an ſubditi obligentur ex delicto magiſtratus? Affirmat Author, quia ſubditi prohibere debuiſſent, quod ſi omittunt ipſi cauſa ſunt criminis: At fallit hæc ratio in ſubditis qui prohibendi jus non habent: Diſtinguendum igitur eſt inter factum Principis notorie injuſtum, uti ſi ſtatum evertit; & quod dubium ſaltem eſt. *Poſteriori* caſu ſubditi neceſſario tenentur ſequi principis judicium, & factum ejus approbare, illudque pecunia & manu ſua defendere, adeoque ſubditi participes ſunt delicti, eoque cauſa injuriæ; *Priori* caſu ſubditi non tenentur ſequi judicium principis qui extra fines imperii agit, ſed eum prohibere poſſunt, utpote cum deſinat omne imperii jus, quod ſolum cauſa erat cur cives teneantur. Si igitur populus non prohibeat principem, tunc eorum culpa concurrit, & hactenus ex ſuo delicto tenentur.

ADDITIO.

„Alibi jam dixi, populum etiam in injuria no„toria, ſeu quæ populo notaria videtur, ſequi ju„dicium principis debere: Nam ſi princeps „neget notorietatem injuriæ, populus autem illam „affirmet, quis judex erit? Non populus, utpote „qui omne jus ſuum, omneque judicium in princi„pem tranſtulit.

„oo) (VENIUNT ENIM EX NATURALI JURE:) „Cujus ratio non conſiſtit in eo, quod is qui ſcit, „& non prohibet, teneatur ex delicto alieno: ſed „quia populus ſequi judicium principis, ejusque fa„cta vi primæ delationis approbare tenetur.

„pp) (CONCILIO COMMUNI:) Non vi ſummæ „poteſtatis, ſed ex pacto. Vid. *ſupr. l. 1. c. 3. § 7. n. 2.*

qq)

Quidquid delirant reges plectuntur Achivi

qq Ipsorum enim erat cogere Agamemnonem, ut rr sacerdoti ss filiam redderet. Sic post eorundem classis exusta narratur. *Virg. Æn. I. 39.*

tt *Unius ob culpam & furias Ajacis Oilei,*

qua de re Ovidius Metam. XIV: *Virgine rapta*

* *Quam meruit poenam solus digessit in omnes;*

quia cæteri non impedierant, uu ne virgo sacerdos raperetur. Apud Livium est: *Propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulsant. Cumque Laurentes* vv *jure gentium agerent* ww *apud Tatium gratia suorum & preces plus potuerunt. Igitur illorum poenam in se vertit.* Huc proprie pertinet illud Salviani de regibus: xx *Potestas magna & potentissima quæ prohibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri* yy *si sciens patitur perpetrari.* Et apud Thucididem est: ὁ δυνάμενος παῦσαι, ἀληθέςερον δρᾷ: *Magis ille facit qui potest prohibere.* Sic apud Livi- *Liv. l. 1. c. 14. De Gub. Dei l. 7. cap. 19. L. 1. c. 69.*

qq) (Grot.) (IPSORUM ERAT COGERE AGAMEMNONEM:) Ita hanc rem explicat *Cyrillus* libro V. contra Julianum, (pag. 175. *Edit. Spanhem.*)

ADDITIO,

„Hoc casu, ubi imperium non uni delatum „est sed communi concilio, verum est hoc „& potuisse & debuisse Agamemnonem prohibere, „quod cum concilium omitteret, merito suæ cul„pæ pœnas luit.

„rr) (SACERDOTI:) Chrysæ.

„ss) (FILIAM:) Chryseidam, quam Clitemne„stræ præposuit. *Homer. l. 1. f. m. 5.*

tt) (Grot.) (UNIUS OB CULPAM ET FURIAS AJACIS OILEI:) *Euripides* Troadibus sic loquentem Neptunum facit, (vers. 70.)

Οἶδ', ἡνίκ' Αἴας εἷλκε Κασσάνδραν βίᾳ.

Cum Phœbadem vi traxit Ajacis manus.

Et Minervam respondentem, (vers. 71.)

Κ' ὐδέν γ' Ἀχαιῶν ἔπαθεν, ὐδ' ἤκυσ' ὕπο.

Nilque audiit, nil passus a Graiis mali est.

Pari jure omnes Antiochenos statuarum crimine involvit *Chrysostomus* prima [Immo II. pag. 464. 465. Tom. V.] ejus argumenti ratione. ἰδὲ τὸ ἁμάρτημα γέγονεν ὀλίγων, καὶ τὸ ἔγκλημα γίνεται κοινόν. ἰδὲ δι' ἐκείνυς ἅπαντες δεδοίκαμεν νῦν καὶ τῶν ἐκείνοις τετολμημένων αὐτοὶ τὰς τιμωρίας ἀναμένομεν. εἰ δὲ προλαβόντες αὐτὲς ἐξεβάλλομεν τῆς πόλεως, καὶ τὸ νενοσηκὸς διωρθώσαμεν μέλος, ἐκ ἂν τὸν παρόντα ἐφοβύμεθα φόβον. *Ecce facinus paucorum fuit, accusatio in omnes fertur. Ecce propter illos nunc in metu omnes sumus, & eorum quæ illi ausi sunt pœnam nos ipsi exspectamus. Quod si antevertissemus eam, illos de urbe pellendo, & partem morbidam sicut oportet tractassemus, abesset jam a nobis hic timor.* Deinde: δι' αὐτὸ οὖν τοῦτο κολάζῃ, φησὶ, δίκην τὴν ἐχάτην, ὅτι μὴ παρῆς, μηδὲ ἐκώλυες, μηδὲ τοὺς ἀκοσμοῦντας κατεῖχες, μηδὲ τοὺς ἀκοσμοῦντας κατεῖχες, μηδὲ ἐκινδύνευες ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν βασιλέα τιμῆς. οὐ μετέχες τῶν τετολμημένων; ἐπαινῶ τοῦτο καὶ ἀποδέχομαι. ἀλλ' οὐδ' ἐπέσχες τὰ γενόμενα· τοῦτο κατηγορίας ἄξιον. *ob hoc ipsum, inquit, fer pœnas, & ultima lue supplicia quod non adfuisti, quod non prohibuisti, quod insanientes non retinuisti, quod pericula non subisti pro honore Imperatoris. Particeps non fuisti facinorum? Laudo hoc, & boni accipio. sed nec quæ fiebant impedisti; hoc vero jam dignum accusari.*

„uu) (NE VIRGO SACERDOS:) Cassandra.

„vv) (JURE GENTIUM AGERENT:) Poscerent „noxios sibi dedi *Grou. h.*

„ww) (ILLORUM POENAM IN SE VERTIT:) „In hoc casu subditi non tenebantur ex delicto „principis, sed principes ex delicto subditorum: „Alibi enim dictum est non statim jus belli obti„nere si subditi vicino principi, vel eius subditis „injuriam inferunt, sed eo casu requirendum es„se principem subditi lædentis, ut is puniat reum, „si nolit, ipse causa est injuriæ, & sic & princeps „& subditi ex propriis delictis tenentur.

xx) (Grot.) (POTESTAS MAGNA ET POTENTISSIMA QUÆ PROHIBERE SCELUS MAXIMUM POTEST:) Philo in Flaccum, (*pag.* 970. B.) ὁ γὰρ ἐπιπλήττειν ἢ τὸ πανύςατον ἐπέχειν ἂν δυνηθεὶς, εἰ μὴ κεκώλυκε, δῆλός ἐστιν ἐφιεὶς καὶ ἐπιτρέπων αὐτός. *nam qui castigare, certe inhibere potuit; si non impediit, habendus est permisisse aut etiam probasse quod agebatur.* Dion Galba: τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἀπόχρη μηδὲν ἀδικεῖν. τοῖς δὲ δὴ τὰς ἡγεμονίας ἔχουσιν ἀνάγκη προνοεῖν ὅπως μηδ' ἄλλος κακουργῇ. *Privatis sufficit non delinquere: in imperio agentibus incumbit & hoc curare ne delinquat alius*, (pag. 199. B. *Ed. H. Steph.*) In c. 4. Synodi Pistensis positæ inter *capitula Caroli Calvi* habemus: *Non est liber a consensu qui quod emendare potest emendare negligit. quapropter sine dubio peccat si se participem facit.* Vide *Nicetam Choniatem* libro II. de Andronico. (Cap. 3.)

yy) (SI

L 1, c. 30. Livium Vejentes & Latini Romanis se excusant, quod hostes eorum
L. 6 c. 10 a subditis suis adjuti essent, zz se insciis. Contra α Teutæ reginæ Illy-
Polib. l. 2. c. 8. riorum non accipitur excusatio, quod diceret non a se sed a subditis piraticam exerceri, β neque enim prohibebat. γ Olim ab Amphictyonibus damnati Scyrii, quod suorum quosdam piraticam exercere patiebantur.

6. Sciri autem facile est ut præsumantur δ quæ conspicua sunt, quæ frequentia, τὸ ἐκ πολλῶν συμβαῖνον, ἀνάγκη μηδένα ἀγνοεῖν: *id quod a*
Pag. 353. *multis fit necesse est a nemine ignoretur*, ait Dion Prusæensis Rhodia-
354. ca. Ætolos graviter reprehendit Polybius, quod cum hostes Phi-
L. 6. c. 27. lippi videri nollent, suos tamen ε palam paterentur agere hostilia, & ζ eorum qui talia facerent principes honoribus ornarent.

§. III.

1. Veniamus ad quæstionem a alteram de receptu adversus pœnas. Poenas, b ut ante diximus, c naturaliter cuivis d cui nihil simile objici potest exigere licet. e Institutis civitatibus id quidem convenit, ut singulorum delicta, quæ ipsorum cœtum proprie spectant, ipsis ipsarumque rectoribus pro arbitrio punienda f aut dissimulanda relinquerentur.

2. At non etiam g jus tam plenum h illis concessum est i in de-

„yy) (SI SCIENS PATITUR PERPETRARI:) Quia „cum prohibere possit & debeat, nec tamen pro„hibet, causa est delicti.

„zz) (SE INSCIIS:) Non publico consilio. vid. „pr. h §.

„α) (TEUTÆ:) Adde supra *L. 2. c. 17. §. 20.*

„β) (NEQUE ENIM PROHIBEBAT:) Cum jure „imperii prohibere debuisset.

γ) (Grot.) (OLIM AB AMPHICTYONIBUS DAMNATI SCYRII:) *Plutarchus* Cimone (pag. 483. C.)

„δ) (QUÆ CONSPICUA SUNT, QUÆ FREQUEN„TIA:) Imo id non ex præsumtionibus dijudicari „debet; sed is qui allegat alterum scivisse, id pro„bare, & altero id negante bello res decidi debet: „Jure civili certæ regulæ, ex quibus scientia col„ligitur statutæ sunt, quas refert *Tesm. h.*

„ε) (PALAM PATERENTUR AGERE HOSTILIA:) „Nam Scopa & Dorimachus regi Ætolorum Ari„stoni affinitate juncti, connivente rege, non ad„vocata Ætolorum concione, neque expectato ma„gistratuum jussu, nec jure aliquo servato, Mace„donibus bellum intulerunt emittendo piratas, qui „navem & vectores Macedonum ceperunt, & ven„diderunt, eorum socios deprædarunt &c, *Polyb.* „*l. 4. c. 2. & c. 5. in f.*

„ζ) (ET EORUM QUI TALIA FACERENT PRIN„CIPES HONORIBUS ORNARENT:) Scopam enim „qui omnium illarum injuriarum Author erat, du„cem non tantum elegerunt, sed & legati munus „ei decreverunt.

„a) (ALTERAM DE RECEPTU:) Prima enim „erat de patientia *Vid.* §. 2 *n.* 2.

„b) (UT ANTE DIXIMUS:) *Lib. 2. cap. 20.* §. 3. „*§. 7. n 2. §. 9. n. 2. §. 10.*

„c) (NATURALITER CUIVIS EXIGERE LICET:) „Late hunc errorem refutavimus supra *l. 1. c.* 4. „*§.* 2.

„d) (CUI NIHIL SIMILE OBJICI POTEST:) Si ob„jici simile potest, læsum eo ipso superiorem esse „lædente putat: vid. *l. 2. c. 20. §. 3. §. 9. n. 2.* quod refu„tavimus ibidem.

„e) (INSTITUTIS CIVITATIBUS:) Author ju„dicia non esse a natura, sed ex pacto hominum „statuit: quod oppugnavimus supra *L. 1. c.* 4. *§.* 2. „*l. 2. c. 20. §. 7. & 8.*

„f) (AUT DISSIMULANDA:) Scilicet in casibus, „quibus civitas dissimulare potest, de quibus actum „late est *l. 2. c. 20.* §. 21. *seq.* Sane in præjudicium „eorum, qui læsi sunt dissimulare nequit.

„g) (JUS TAM PLENUM:) Ut scilicet civitati„bus pro arbitrio punienda, aut dissimulanda re„linquerentur delicta talia.

„h) (ILLIS:) Civitatibus nimirum, earumque „rectoribus.

i) (IN

delictis quæ ad societatem humanam aliquo modo pertinent, [k] quæ persequi ita civitatibus aliis earumve rectoribus jus est, quomodo in civitatibus singulis [l] de quibusdam delictis actio datur popularis: [m] multoque minus illud plenum arbitrium habent in delictis quibus alia civitas aut ejus rector peculiariter læsus est; [n] & quo proinde nomine [o] ille [p] illave [q] ob dignitatem aut securitatem suam jus habent pœnæ exigendæ, secundum ea [r] quæ ante diximus, [s] Hoc ergo jus civitas apud quem nocens degit ejusque rector impedire non debet.

§. IV.

1. Cum vero non soleant civitates permittere ut civitas altera armata intra fines suos pœnæ expetendæ nomine veniat, neque id expediat, [a] sequitur ut civitas, apud quam degit [b] qui culpæ est com-

,,i) (IN DELICTIS QUÆ AD SOCIETATEM HU-,,MANAM ALIQUO MODO PERTINENT:) Adeoque ,,quæ illorum cœtum seu civitatem proprie non ,,spectant: In illis enim jus vindictam sumendi ,,non rectori tantum, sed universo humano generi li-,,cere in præcedentibus dixit. *Lib. 2. c. 20. §. 40. ,,n. 1.* Quod admitti non potest: Nam præterea, quod ,,non existat talis societas humana, indeque in id ,,quod non est delinqui non possit, alibi probatum ,,dedi, diviso humano genere in civitates, impe-,,rium cuique civitati competere intra fines illius ,,civitatis, & omnes extraneos ab eo imperio ex-,,cludi: Solius ergo civitatis ejusque rectoris est ,,imperii actus exercere, inter quos præcipuus est ,,pœnas statuere.

k) (QUÆ PERSEQUI ITA CIVITATIBUS ALIIS &c. JUS EST QUOMODO IN CIVITATIBUS SINGULIS ACTIO DATUR POPULARIS:) Uti igitur in singulis civitatibus cuique ex civibus jus est injuriam toti civitati illatam actione persequendi, ita in magna illa civitate generis humani cuique membro jus esse, ait, injuriam societati humanæ illatam armis vindicandi. *Conf. l. 2. c. 20. §. 40.* At toties diximus, verum non esse cuique licere injuriam aliis illatam vindicare. Actiones populares legibus Romanis introductæ sunt, & pœna non ab actore infligebatur, sed id saltem actione instituta petebat actor; Adeoque admitti nequit quod Author ait, pactis demum civitatum factum esse ut civitas ejusque rectores delicta puniant.

,,*l*) (DE QUIBUSDAM DELICTIS:) Quæ securi-,,tatem publicam turbant, adeoque ubi injuria ad ,,singulos quoque pertinet. *tot. tit. ff. de popul. ,,act.*

,,*m*) (MULTO MINUS PLENUM ARBITRIUM HA-,,BENT IN DELICTIS QUIBUS ALIA CIVITAS PE-,,CULIARITER LÆSA EST:) Adeoque si cives no-,,stræ civitatis vicinæ civitati vel ejus rectori inju-,,riam inferunt, non est in arbitrio nostræ civita-,,tis punire delictum, vel illud dissimulare, sed, ,,ex hypothesi Authoris, civitas læsa jure naturæ ,,punire reum etiam in aliena civitate potest: id-,,que demum jure gentium mutatum esse fingit ,,*§. seq.*

,,*n*) (ET QUO PROINDE NOMINE:) Scilicet pro-,,pter delicta quibus alia civitas, aut ejus rector ,,peculiariter læsus est.

,,*o*) (ILLE:) Scil. rector læsus.

,,*p*) (ILLAVE:) Scil. civitas læsa.

,,*q*) (OB DIGNITATEM AUT SECURITATEM ,,SUAM JUS HABENT POENÆ EXIGENDÆ:) Author ,,utilitatem ejus, cujus interest non peccatum esse, ,,in eo sitam esse dixit, ne posthac tale patiatur;, ,,*id enim tendere ad dignitatem ac securitatem, vid. ,,supr. c. 20. §. 8. §. n. 1.* Hunc igitur pœnarum finem ,,etiam obtinere putat, si alia civitas a nostro cive ,,peculiariter læsa est: Atque ideo civitati illi jus ,,puniendi nostrum civem competere ait: At ve-,,rum non est civitatem læsam nostrum civem pu-,,nire posse, sed modum procedendi in tali casu ,,exposuimus in *Diss. prooem. IX. §. 166. n. 6.*

,,*r*) (QUÆ ANTE DIXIMUS:) *d. c. 20. §. 8. n. 1,*

,,*s*) (HOC ERGO JUS CIVITAS IMPEDIRE NON ,,DEBET:) Imo jure impedire potest ne puniat ci-,,vitas læsa; id enim jus tantum magistratui civis læ-,,dentis competit: si hic reparare injuriam recu-,,sat, justa cum illo belli causa est. *Vid. §. seq.*

,,*a*) (SEQUITUR UT CIVITAS APUD QUAM DE-,,GIT QUI CULPÆ EST COMPERTUS, ALTERUM ,,FACERE DEBEAT:) Imo id non sequitur ,,ex principiis ab Authore positis: Si enim qui-,,libet extraneus jus pœnas sumendi habet ab alte-,,rius civitatis cive, potius dicendum, hanc ci-,,vitatem impedire non posse vindictam extranei, ,,nec

compertus, [e] alterum facere debeat, aut ut ipsa interpellata [d] pro merito puniat nocentem, [e] aut ut eum permittat arbitrio interpellantis; [f] hoc enim illud est dedere, quod in historiis sæpissime occurrit.

2. Sic [g] Israëlitæ alii a Benjaminitis postulant ut dedant facinorosos, Jud. XX. [h] Philistæi ab Hebræis ut Samsonem quasi maleficum sibi dedant, Jud. XV. Sic [i] Lacedæmonii Messeniis bellum intulerunt, quod interfectorem quendam Lacedæmoniorum non dederent: [k] & alio tempore ob non deditos eos qui [l] missis ad sacrum virginibus vim intulerant. [m] Sic Cæsarem Germanis, ob bellum in injuste illatum, dedi voluit Cato. [n] Sic Fabios sibi dedi Galli postulabant, quod in se pugnassent. [o] Ab Hernicis agri sui populato-

Pausf. l. 4. c. 4.

Strab. l. 8. p. 362.

Dion. Halic. l. 8. c. 64.

„nec allegari posse, quod non expediat civitatem al-„teram armatam in alterius civitatis fines intrare: „hic enim utilitatis prætextus, aut metus, jus „natura cuique læso quæsitum auferre non potest: „Apparet ergo consilium hoc, quod gentibus Au-„thor suppeditat, esse ipsum jus naturæ: Hoc enim „jure rector civitatis requiri ab extraneo læso de-„bet, ut vel puniat ipse, vel dedat: quem naturæ „processum non tantum in *Diss. proœm. IX. §. 167.* „sed & late *supra l. 1. c 3. §. 1. n. 1.* exposui.

b) (Grot.) (QUI CULPÆ EST COMPERTUS:) Deditionem enim præcedere debet causæ cognitio; non decet *ἀκρίτως ἐκδιδόναι, homines ded.re causa non cognita. Plutarchus* Romulo (pag. 21. C.) Rex Scotiæ apud *Camdenum* in anno LXXXV. ait Elisabethæ, transmissurum se in Angliam *Fernihurstium*, imo & Cancellarium, si præcogitate securitatem violasse vel cædem conscisse liquidis & legitimis probationibus convincerentur.

„*c*) (ALTERUM FACERE:) Unum ex duobus, „quæ statim commemorantur. *Gron. b*

„*d*) (PRO MERITO PUNIAT NOCENTEM:) Quo „casu causæ cognitio tota est rectoris illius civita-„tis, testes ei sisti, & ab eo examinari debent, ipse „sententiam pronunciat: Quanquam hodie vel „commune judicium constitui, vel arbitri eligi, „vel saltem observator aliquis judicio jungi soleat. „Vid. §. 6.

„*e*) (AUT UT EUM PERMITTAT ARBITRIO IN-„TERPELLANTIS:) Quo casu interpellans judici-„um format, dirigit, causam cognoscit, testes „examinat &c. *Vid. d. § 6.*

f) (Grot.) (HOC ENIM ILLUD EST DEDERE, QUOD IN HISTORIIS SÆPISSIME OCCURRIT:) Mithridatem a Tigrane poposcit Lucullus, & non dedenti bellum intulit; *Appianus* Mithridatico, (*pag. 228. Ed. H. Steph.*) & *Plutarchus* Lucullo, (p. 505.) Romani Salgas ab Allobrogibus dedi sibi postularunt; *Appianus* excerptis legationum XI. De Episcopo quem Romani dedere Scythis volebant, vide *Priscum* excerpto legationum 21. (Scil. *pag. 21. Ed. Hæschel.* & initio *Excerpt. Prisci.*) Dux Beneventanus a rege Vascone deditus Ferdinando Castellam regenti. *Mariana* xx, 1.

ADDITIO.

„Romani deposcebant Demetrium Pharium, bel-„lo victum, a Philippo Macedonum rege, ad quem „confugerat. *Liv. l. 22. c. 33.* Alexander dedi sibi „vult duces & oratores, quorum fiducia sæpius re-„bellaverant Athenienses. *Just. 11. 4.* Legatus Gal-„liæ Elisabetham rogat, ut perduelles ac patriæ „proditores dedat. *Thuan. l. 33. p. 665.* Andreas „Doria a Solymanno petiit, ut sibi dedatur famo-„sus ille pirata Dragutes. *Thuan. l. 7* Polus ex An-„glia profugus, & a Papa ad Henr. VIII. missus, „ab hoc dedi sibi postulatus est. *Gratian. de Ca-„sib. illustr. Rubr. de Reginaldo Polo. p. m. 209.* „Laurentes dedi sibi postularunt propinquos Regis „Tatii, qui legatos illorum pulsarant. *Liv. lib. 1. „cap.* 14

„*g*) (ISRAELITÆ:) *Jud. c. 10. v. 13*

„*h*) (PHILISTÆI:) *Jud. 15 v. 10. & 11.*

„*i*) (LACEDEMONII:) *Pausan. 14.*

„*k*) (ET ALIO TEMPORE:) *Strabo l. 8. p. 364.*

„*l*) (MISSIS AD SACRUM VIRGINIBUS:) *Justin. „3. 4.*

„*m*) (SIC CÆSAREM GERMANIS:) Catonem stu-„dio causæ consilium id dedisse probavit Au-„thor supra *l. 1. c. 3. §. 5. n. 4.*

n) (Grot.) (SIC FABIOS SIBI DEDI GALLI POSTULABANT:) *Plutarchus* Camillo, (pag. 136. 137.) *Appianus* excerpto legationum 9.

ADDITIO.

„Conf. *Liv. l. 5. c. 36.*

„*o*) (AB HERNICIS:) *Liv. lib. 38. cap. 42.*

latores dedi fibi poſtularunt Romani; & *p* a Pœnis Amilcarem, non illum nobilem ducem, ſed alium qui Gallos concitabat: *q* poſtularunt & poſtea Annibalem: item Iugurtham a Boccho his apud Salluſtium verbis: *ſimul nobis demeres acerbam neceſſitudinem pariter te errantem & illum ſceleratiſſimum perſequi.* Ab ipſis Romanis dediti *r* qui Carthaginenſium, quique *s* Appolloniatarum legatis manus intulerant. Achæi a Lacedæmoniis dedi ſibi poſtularunt eos qui Lanvicum oppugnaſſent, addito, ni dederentur violatum videri fœdus. Sic Athenienſes per præconem pronuntiarunt, ſiquis Philippo inſidias ſtruxiſſet, & Athenas confugiſſet, παραδόσιμον εἶναι *in eo ſtatu eſſe ut dedi deberet.* Bæoti ab Hippotenſibus exegerunt, ut qui Phocum interfecerant dederentur.

Iugurth. Bell. c. 109 Ed. Waſſ.
Livius. l. 38. c. 42.
Val. Max. l. 4. c. 6.
Livius, lib. 38. c. 31.
Diod. Sic. l. 16. c. 93.
Plutarch. Narr. amat. p. 774. 775.

3. Quæ omnia tamen ſic intelligenda ſunt, *t* ut non ſtricte populus aut rex ad dedendum teneatur, *u* ſed ut diximus ad dedendum aut puniendum. Nam ita legimus Eleos bellum intuliſſe Lacedæmoniis, quod illi in eos qui Eleis injuriam feciſſent non animadverterent: id eſt *** nec animadverterent nec reos dederent; eſt enim *v* disjunctiva obligatio.

4. *w* Interdum ſontes depoſcentibus *x* optio datur, quo cumulatius ſatisfiat. Cærites apud Livium Romanis ſignificant: *tranſeuntes agmine infeſto per agrum ſuum Tarquinienſes, cum præter viam nihil petiiſſent, traxiſſe quoſdam agreſtium populationis ejus, quæ ſibi crimini detur, comites: Eos ſeu dedi placeat, dedere ſe paratos eſſe, ſeu ſupplicio affici, daturos poenas.*

Liv. l. 8. c. 20.

5. In fœdere Carthaginenſium & Romanorum ſecundo, quod apud

„*p*) (A POENIS HAMILCAREM:) *Liv.* 31. 11.

q) (Grot.) (POSTULARUNT ET POSTEA ANNIBALEM:) *Diodorus Siculus* in fragmentis, (è Lib. XXV.) *Livius.* (Vide not. 32. *Gronovii.*)

ADDITIO.

„Si a Pœnis, certe antea, *Liv.* 21, 6. & 10. „Sed & poſtea cum non a Pœnis quidem ſed ab „Antiocho *Liv.* 37. 45. depopoſcerunt, & ut „nonnulli volunt, etiam a Pruſſia *Juſtin.* 32. *c.* 4. „quanquam paulo aliter *Liv.* 39. *c.* 51. *Vid. Gronov. b.*

„*r*) (QUÆ CARTHAGINIENSIUM:) *Liv.* 37. 42.

„*s*) (APOLLONIATARUM:) *Epit. Liv.* 15.

„*t*) (UT NON STRICTO:) Nam imperium illius rectoris in perſonam civis, ejusque actus „fundatum eſt, extraneus autem nullum jus in civem illum habet: neque delictum civis imperium tollit, omnium minime autem illud in læſum „transfert.

„*u*) (SED UT DIXIMUS:) Adeoque alternative.

„***) (NEC ANIMADVERTERENT NEC REUS DEDERENT:) Nam hæc quoque eſt ſpecies animadverſionis, reos dedere.

„*v*) (DISJUNCTIVA OBLIGATIO:) Cujus effectus „eſt, ut ſufficiat præſtare alterutrum. *Vid. Dd. ad* „*l.* 124. *ff. V. S.*

w) (Grot.) (INTERDUM SONTES DEPOSCENTIBUS OPTIO DATUR:) Vide fœdus inter reges Angliæ & Daniæ, memoratum *Pontano* de mari.

„*x*) (OPTIO DATUR:) Arbitrio eorum relinquitur „an dedi, an domi puniri malint. *Gron. b.*

y) (Grot.)

Lib. 3. c. 24. apud Polybium, exstat locus male vulgo & distinctus & versus: εἰ δὲ μή, ἰδίᾳ μεταπορευέσθω, ἐὰν δὲ τις τοῦτο ποιήσῃ, δημόσιον γινέσθω τὸ ἀδίκημα: *Ni id fiat* (quid id sit incertum est: nam quæ præcedunt sunt multa) *privatim quisque jus suum persequitur. Id ubi fecerit* (nimirum ni jus
Pag. 262. B. Ed. Basil. reddatur) *publicum delictum habetor.* Æschines in responso adversus accusationem Demosthenis de male obita legatione, narrat se, cum apud Philippum Macedonem ageret de pace Græciæ, dixisse inter alia, æquum esse ut pœnas luerent commissorum criminum non civitates sed qui peccassent: nec quicquam nocendum civitatibus quæ accusatos judicio sisterent. Quintilianus declamatione CCLV: *Proximos existimo eos transfugis* [y] *a quibus transfugæ recipiuntur.*

6. Inter mala quæ ex discordiis civitatum nascuntur & hoc ponit Dion
Pag. 480. D. Chrysostomus oratione ad Nicomedienses: ἔστι τοῖς ἀδικήσασι τὴν ἑτέραν καταφυγεῖν: *Licet his qui alteram injuria affecerunt* [z] *ad alteram confugere.*

7. [aa] Hic de deditis occurrit quæstio, an si a sua civitate dediti
L. ult. D. Legat. nec recepti sint ab aliis, cives maneant. Non manere censebat [bb] Pub. Mutius Scævola, quia quem populus dedidisset [cc] expulisse ex civitate sua videretur, sicut faceret [dd] cum aqua & igni interdiceret. Contrariam sententiam defendit [ee] Brutus, & post eum Cicero: quæ & verior est, [ff] non tamen proprie ob id argumentum quod Cicero affert

y) (Grot.) (A QUIBUS TRANSFUGÆ RECIPIUNTUR:) *Zonaras* Basilio Porphyrogenneto: ἔπεμψε πρὸς Χοσρόην ἀξιῶν μὴ παραδέξασθαι τὸν τυραννήσαντα καὶ κατὰ τοῦ οἰκείου δεσπότου γενόμενον, ἵνα μὴ καὶ κατὰ ἑαυτοῦ ὑπόδειγμα ἐπ' ἔχῃ ἀγαθόν. *misit ad Chosroëm postulatum ut dederetur sibi regni affectator, qui domino contraria cepisset arma, neve in semet ipsum perniciosum exemplum statueret Chosroës.* (Lib. XVII. Cap. 5. ubi agitur de *Sclero* Magistro Militum.) Vide de piratis Lesbi mendose receptis Chalcocondylam libro X. *init.*

„z) (AD ALTERAM CONFUGERE:) Quia ob dis„sidium inter civitates dedi criminum rei non „solebant.

„aa) (HIC DE DEDITIS OCCURRIT QUÆSTIO:) „Quæstionem, an dediti a sua civitate cives mane„ant, late explicavit B. parens in *Dissert. de postli„minio in pace Vol. I. Diss. pag.* 1123. §. 13. *usque* „*ad* §. 28. & nos explicavimus in *Dissert. proœm.* „*XII.* §. 748. *n.* 8.

„bb) (PUBLIUS MUTIUS:) Disputantur hæc a „Scævola in *l. fin. ff. d. legat. Larrea decis. Grenad.* „9. *n.* 68.

„cc) (EXPULISSE EX SUA CIVITATE VIDETUR:) „Idque ob delictum commissum.

„dd) (CUM AQUA ET IGNE INTERDICERET:) „Maxime deditio & illa interdictio differunt: *hæc* „enim statuitur a solo superiore, & statim effe„ctum habet ex quo superior interdicit: *illa* au„tem fit consensu civitatis quæ læsa est, illi enim in„juria facta est, eique fit deditio; quae proinde si „non vult recipere, imperfectum est negotium.

„ee) (BRUTUS:) In *d. l. f. ff. legat.*

ff) (NON TAMEN PROPRIE:) Imo ex sola illa ratione: Deditio est actus inter duos, & conditio ei inest si deditus ab altero recipiatur: quamdiu igitur alter non acceptat, negotium imperfectum est: Atque ita argumentatur JCtus in *l. 34. ff. acq. poss.* Sane libertas non amittitur dum civis deditur, sed dum ab hoste acceptatur, & ita capitur: Non enim servus dici hostium potest, quia non est in hostium potestate; in hostium enim potestatem nemo pervenit nisi occupatione & acquisitione hostili, non ergo sola deditione, nisi acceptatio hostis sequatur: uti res donata non pervenit in donatarii potestatem, nisi ab ipso acceptetur. Vid. sup. *l. 2. c. 6.* §. 2. Quod est argumentum Ciceronis.

Cæterum longe alia quæstio est Scævolæ & Bruti in *l. 34. capt. & postl.* ibi enim non quæritur, an deditus & non receptus ab hoste maneat civis; sed an deditus & *NB. ab hoste receptus*, sed postea

fert, quia ut donatio ita deditio sine acceptione non possit intelligi, [gg] Nam actus donationis perfectionem non habet nisi ex duorum consensu. At dedere, de quo hic agimus, [hh] nihil est aliud quam civem alterius populi potestati permittere, ita ut de eo statuat quod voluerit. [ii] Hæc autem permissio jus nullum dat [kk] aut adimit; [ll] executionis tantum impedimentum tollit. Quare [mm] si alter populus concesso jure non utatur, erit is qui deditus est eo loco ut a suo populo possit puniri ([nn] quod in Clodio Corsis dedito, nec ab iis accepto *Val.*
evenit) aut non puniri, [oo] ut multa sunt delicta in quibus utrumvis *Max. lib. 6, c. 3.*
fieri potest. [pp] Jus autem civitatis, [qq] ut & jura & bona alia, non amittitur ipso facto, [rr] sed decreto aliquo aut judicio, [ss] nisi lex aliqua factum velit habere pro re judicata, quod hic dici non potest. Hoc

ea reversus, recipiat jus civitatis postlimioil jure, si a civitate sua non recipiatur? Quod recte negatur, quia non videtur reversus ad limen civitatis suæ, si ab ea nno recipitur.

„gg) (NAM ACTUS OONATIONIS PERFECTIONEM NON HABET, NISI EX OUORUM CONSENSU:) „Authur rationem Ciceronis refutaturus differen„tiam inter donationem & deditionem hanc ponit, „quod actus donationis non habeat perfectionem, „nisi uterque eonsentiat, dsditio autem in solo fa„cto dedentis eonsistat: Tale factum aotem nul„lum jus dare vel adimere, quia saltem permittit „alteri ut de dedito pro lubitu statuat: Si proin„de altera civitas concesso jure non utitur, dedi„tum eo esse loco ait, ut a suo magistratu puniri pns„sit; jus civitstis enim non amitti ipso facto, „sed accedente demom decretn, aut judicio.

„At veruo non est actum deditionis coosi„stere in solo facto dedentis; deditio enim æque „ae donatio requirit acceptationem ejus eui de„ditur: Sane uti res dooata noo transit in pote„statem ae custodiam donatarii, nisi hie acceptet; „ita deditus (qui io servitutem transire debet) non „constituitur in alterius domino, nisi is eui dedi„tur, reeipiat; iuvito enim non acquiritur, nec „jus io re transit nisi apprehensa possessione cor„porali: Adeoque deditus & oon receptus manet „civis, prinrem enim statum hactenus non muta„vit.

„hh) (NIHIL ALIUO EST QUAM CIVEM ALTERIUS POTESTATI PERMITTERE:) At hæc permis„sin effectum noo hsbet si alter permissione oon „utitur: Res ergo manet in pristino statu.

„ii) (HÆC AUTEM PERMISSIO JUS NULLUM „DAT:) Scilicet ei cui deditio fit: Nam ex bypo„thesi Authoris jus puniendi jam ei competiit, & „jure gentium exeeutin saltem impedita fuit ob ra„tiones politicas: *Vid. n.* I. hoc vero impedimen„tum secuta permissione cessare ait.

„kk) (AUT ADIMIT:) Quia potuisset „suo jura punire, ut membrum magnæ socie„tatis.

„ll) (EXECUTIONIS TANTUM IMPEDIMENTUM „TOLLIT:) Seosus ergn est, quod jure naturæ læso „ante deditinnem quoque eompetat jus puniendi, „hoe jus autem exerceri ooo potuisse ideo quia „lædens fuit in aliena potestate; hoc impedimen„tum tolli, ait, per deditinnem: At eum „verum non sit, læsn jus pnoiendi unquam eom„petiisse, eertum est per deditionem demum id „jus ei tribui: adeoque verum non est deditione illa „executionis saltem impedimentum tolli.

„mm) (SI ALTER POPULUS CONCESSO JURE NON „UTATUR, ERIT IS OEOITUS EO LOCO UT A PO„PULO SUO &c.) Si deditus oon recipitur manet „in jure & potestste prinris populi, qui punire ci„vem & reum potest, vel remittere pœnam si ca„sus est remissibilis.

„nn) (QUOD IN CLODIO CORSIS DEDITO:) Hic „turpem eum Corsis inivit pacem, adeoque fines „mandati imperii exeessit, unde merito qua „civis suæ eivitati pœnas dedit. *Val. Max. l. 6. c. 3.*

„oo) (UT MULTA SUNT DELICTA IN QUIBUS „UTRUMVIS FIERI POTEST:) Vid. sup. *l. 2. c. 20.* „§. 21. *seq.*

„pp) (JUS AUTEM CIVITATIS NON AMITTI„TUR IPSO FACTO:) i. e. ex sola illa permissiooe eivi„tatis: At fallit hæc regula, quia bello captus ipso „facto jus eivitstis amittit, etiam iovita eivitate.

„qq) (UT ET JURA ET BONA ALIA:) Imo aliquan„do hæc quoque ipsn facto amittuntur, ut specifica„tione, perceptiooe fructuum ex re aliena &c.

„rr) (SED DECRETO ALIQUO AUT JUDICIO:) „At qui hosti deditur ex decreto eivitatis in ser„vitutem hosti nffertur, adeoqoe, posita sententia „Authoris, vi hujus decreti civitate privaretur „quia servus civis esse nno potest: Certum igitur „est, decreto huie inesse cooditionem si recipia„tur, adeoque deditum oon amittere eivitatem „nisi per receptionem alterius populi actu fiat ser„vus: Ut proinde res semper ad Cieeronis redest „rationem, *quod uti donatio, ita & deditio sine „acceptione non possit intelligi.*

„ss) (NISI LEX ALIQUA FACTUM HABERE VE„LIT

tt Hoc denique modo *uu* & bona, si dedita nec accepta sint, manebunt cujus fuerant. *vv* At si deditio accepta sit, & postea casu aliquo reversus sit is qui fuerat deditus, is civis non erit *ww* nisi ex novo

L. 4. D. de captivis. beneficio: *xx* quo sensu verum est quod Modestinus de dedito respondit.

8. Quæ autem diximus de nocentibus dedendis aut puniendis, *yy* non tantum ad eos pertinent qui subditi semper fuerunt ejus apud quem nunc reperiuntur, *zz* verum etiam ad eos qui post crimen commissum aliquo confugerunt.

§. V.

„LIT PRO RE JUDICATA:) i. e. nisi diserte statuerit lex, ut is, qui tale commiserit, habeatur „pro damnato & exule, vel ut sola deditio auferat jus civitatis.

„*tt*) (HOC DENIQUE MODO:) Ex illo principio, „quod civitas non amittatur facto ipso.

„*uu*) (ET BONA SI DEDITA NEC ACCEPTA „SINT, MANEBUNT CUJUS FUERUNT:) Vera ratio „est, quia negotium ante acceptationem est imperfe„ctum, & omnia manent in priori statu.

„*vv*) (AT SI DEDITIO ACCEPTA SIT ET POST„EA CASU ALIQUO REVERSUS SIT IS QUI FUE„RAT DEDITUS, IS CIVIS NON ERIT:) Imo erit „per expressam dispositionem *legis 4. ff. de capt. „& postl. rev.* ubi postliminium est in deditis.

„*ww*) (NISI NOVO BENEFICIO:) Imo reversus „pristina jura recipit jure postliminii.

„*xx*) (QUO SENSU VERUM EST QUOD MODE„STINUS DE DEDITIS RESPONDIT:) Imo simpli„citer id verum est, & absque restrictione:

„*yy*) (NON TANTUM AD EOS PERTINET QUI „SUBDITI SEMPER FUERUNT EJUS APUD QUEM „NUNC REPERIUNTUR:) Adeoque in quos origina„rium & perpetuum jus habet rector civitatis, a „quo deditio flagitatur.

„*zz*) (VERUM ETIAM AD EOS QUI POST CRI„MEN COMMISSUM ALIQUO CONFUGERUNT:) Vidimus „enim supra, fundatam esse territorii jurisdictio„nem etiam in advenas, quamdiu in illo territo„rio sunt: adeoque rector illius territorii in hos „quoque advenas animadvertere, vel dedere eos „potest & debet. Exemplum refert *Florus l. 2. c. 14.* „in Adrisco Pseudo Philippo, qui confugit ad regu„lum Thraciæ. *Gron. h.*

(AD §. V.) Postquam Author *ib. 3. & seq.* asseruit, unicuique civitati licere alterius civitatis subditos punire, hoc adeo verum esse ait, ut nec asyla lædentibus prosint, sed necessario puniendi sint si aliquid commiserunt quod aut societati humanæ, aut civitatibus aliis sit injuriosum. At diximus verum non esse unicuique civitati licere alterius civitatis subditos delinquentes punire, adeoque frustra hactenus quæritur, an hoc jus etiam obtineat in asylis.

Rectius quæritur, an magistratus punire delinquentem in suo territorio possit, qui ad asylum confugit, i. e. ad locum aliquem sanctum, in ædes legatorum, in templa, in loca quibus lege publica talis securitas est promissa? & merito affirmatur: Equidem negari nequit templa, legatorumque ædes exemtas esse injuriis hominum, & sine maximo scelere violari non posse; atque hinc merito loca illa sancta & inviolabilia dicuntur: at inviolabilitas illa non infert præsidium malitiæ, & refugium criminum: Sane nec ipsorum sacerdotum, nec legatorum sanctimonia extenditur ad impunitatem facinorum, nedum loca sacra, vel a legatis habitata. Salomon abstrahi jussit ab altari Joabum *1 Reg. 2.* Jojada Athaliam *2 Reg. 11.* Meleager dux Alexandri M. in templum confugit, at loci religione tutus non fuit. *Curt. l. 10. c. 9. in fin.* Tacitus ait, *multis templis tributa sanctitas est, & ut jus esset inviolabile. Ann. l. 3. c. 62. & l. 4. c. 14.* Dion in Cæsare Octavio ait *Romanos nulli Deo unquam tribuisse ut criminis causa ad ejus aram confugere liceret c. 42.* Idque confirmatur exemplo asylorum a Deo ipso institutorum, quæ toties securitatem indulgent quoties persecutio vitium aliquod habet, vel quod innocens est reus, vel quod is qui reum persequitur, non habet jus puniendi. Imo princeps non potest tale asylum statuere, quo impunitas delictis conceditur, quia remissio pœnæ tenderet in præjudicium læsi: Idque late probat *Heigius l. 2. q. 24. n. 44.*

Neque obstat (1) asylum Romuli, quod impunitatem spe religionis dedit supplicibus *Dion l. 47. Liv. l. 1. Halic. 2. 15.* Resp. Specialissima fuit ratio, ut rempublicam nascentem civibus augeret, & contra vicinos defenderet, adeoque excusari potest specie necessitatis publicæ. Obstat (2) nullum fore asylorum effectum, quia innocentes etiam in locis non sacris contra injurias defendi debent. Resp. Sanctimonia in eo consistit, quod gravior statuatur pœna in eos qui lædunt asyla, quæ speciali sanctione ab injuriis hominum exemta sunt. Sed & specialis effectus in eo est, quod vi ex loco illo extrahi non possint (etsi nocentes) sed postulati dedi debeant.

ADDITIO.

„Plenius hæc explicantur a B Parente in Disp.

„de

§. V.

I. Neque obstant illa adeo prædicata [a] supplicum jura & asylorum exempla. Hæc enim illis prosunt [b] qui immerito odio laborant, [c] non qui commiserunt quod societati humanæ [d] aut hominibus aliis sit injuriosum. Gylippus Laco apud [e] Diodorum Siculum agens de illo supplicum jure sic ait: *qui initio jura ista introduxerunt, infelicibus quidem misericordiam, at his qui malo animo injuriam intulerunt, pœnam exspectandam voluerunt.* Lib. 13. bibl. c. 29. Postea: *Hi vero si dolo malo, si injusta alieni cupiditate in mala hæc inciderunt, [f] ne accusent fortunam, ne supplicum sibi nomen imponant. Id enim jure hominum illis debetur [g] quibus innocens est animus irata fortuna. Horum vero vita plena factis injustis, nullum ipsis locum reliquit qui ad miserationem & perfugium pateret.* Duo illa, [h] fortunam & injuriam, Menander optime distinxit: Apud Stob. Tit. 7.

[i] Ἀτύ

„de immutabilitate juris naturæ *Vol. 1. Diss. p. 988.* „§. 13. & 14. his verbis: Cum rerum Creator Deus adeo detestetur scelera & crimina, imprimis „homicidia, quibus nullo modo parcendum voluit, „adulteria, quæ severissime in Hebræis sanctissimis „punita, ut nihil magis cum eo pugnet; quis non „horreat eorum morem qui homicidis & pessimorum scelerum reis impunitatem promittunt ac „præstant ea lege, si ad eorum religionem transeunt. Adeo invertitur divinæ voluntatis religionumque omnis ratio, ut cum Deus severissime „jusserit puniri scelera, inprimis vero prohibuerit „homicidiis gratiam facere, exempla satis frequentia homicidarum hodieque sint qui profugi ad „monasteria commissis criminibus confugerunt, „mutatæ religionis pretio sine ulla pœna dimissi „honoribusque aucti sint, eademque religio, quæ „coercendis & delendis sceleribus a Deo unice „constituta, ad effrenis licentiæ impunitatisque „mercatum adhibeatur.

„Nec minus horrendum est ab iisdem erigi in „templis scelerum asyla¹, quibus non tantum „incestant sacra, admittendo scelerosos, & debita „supplicia fugientes, cum ea sit sacrorum ratio ut „inde separentur & profligentur profani nedum „scelerati, qui facinorum suorum impunitatem in „sanctimonia loci quæritant. Nihil ergo indignius quam quod sanctitas loci, quæ crimina „quam maxime aversatur, & Deus ipse criminibus „patrocinandis autoritatem securitatemque præstet. „Longe melius itaque rex Salomon sensit, dum „Joabum homicidam apud aram quoque mactari „jussit. *1 Reg. 2. v. 30.*

a) (Grot.) (SUPPLICUM JURA:) *Κοινοὶ ἱκεσίας νόμοι Polybio, & Malcho* in *excerptis legationum.* (Hic dicit: *μὴ μὲν τοι ὅσιον Γότθοις, ὥσπερ ἤδη ἄλλοις ἀνθρώποις, ἱκέτας, καὶ σωτηρίας δεομένους ἀνθρώπους, τοῖς λαβεῖν βουλομένοις ἐκδιδόναι προχείρως.* Pag. 69. *Ed. Hæschel.*)

ADDITIO.

„Supplicum jura dicuntur, quia supplices ad „Deos confugiunt. Vid. *Liv. l. 27. c. 17.* Unde „differunt a supplicibus qui clementiam hostis „implorabant, & pœnam precibus evitare cupiebant, „quales supplices tam in pace quam in bello dari, Author ait *l. 3. c. 11. §. 3.* ubi late de hoste supplice agitur.

„*b*) (QUI IMMERITO ODIO LABORANT:) Adeoque qui non ex proposito delinquunt.

„*c*) (NON QUI COMMISERUNT QUOD SOCIETATI HUMANÆ: &c.) Frustra de tali crimine quæritur, cum non detur societas humana.

„*d*) (AUT HOMINIBUS ALIIS SIT INJURIOSUM:) „Quia sanctimonia asylorum securitatem præsteat „contra injuriam, non vero criminibus indulget, „vel facinorum impunitatem procurat.

„*e*) (DIOD. SICULUM:) *L. 13. p. m. 332. seq.*

„*f*) (NE ACCUSENT FORTUNAM:) Ne quærantur se in casum indignum incidisse. *Gron. h.* Sub fortuna autem continetur quoque culpa: Nam Laco „opponit fortunam dolo malo, quem Athenienses „admiserunt, dum decretum fecere injustissimum „de Syracusanis in servitutem redigendis. *Diod. „Sicul. d. l.*

g) (Grot.) (QUIBUS INNOCENS EST ANIMUS, IRATA FORTUNA:) Oraculum vetus (apud *Ælianum*, Var. Hist. III, 44.)

Ἔκτεινας τὸν ἑταῖρον ἀμύνων, οὐ σ' ἐμίανεν
Αἷμα. πέλεις δὲ χέρας καθαρώτερος ἢ πάρος ἦσθα.

Carum occidisti, dum vis succurrere, nullum
Crimen habes, manus est tibi purior ac fuit ante.

„*h*) (FORTUNAM ET INJURIAM:) Eos qui per „infelicitatem supplices fieri, & ad asyla confugere

i Α τύχημα καὶ ἀδίκημα διαφορὰν ἔχει.
Τὸ γὰρ διὰ τύχην γίγνεται τὸ δὲ αἱρέσει.
Injuria illud distat infortunio,
Hoc casus, illam quod voluntas efficit.

Apho- bum 1. sub fin. pag. 556. A. Non abit hinc *k* Domesthenis dictum δίκαιόν ἐστιν ἐλεεῖν οὐ τοὺς ἀδίκους τῶν ἀνθρώπων ἀλλὰ τοὺς παρὰ λόγον δυσυχοῦντας. Quod Cicero ita vertit de *Cap. 36.* inventione secundo: *Misereri oportet qui propter fortunam, non propter malitiam, in miseriis sunt.* Et Antiphanis illud: τὸ ἀκούσιον ἁμάρτημα τῆς τύχης ἐστὶ τὸ δὲ ἑκούσιον τῆς γνώμης: *Quod non sponte fit, fortunæ est; quod sponte, consilii.* Et hoc Lysiæ οὐδενὶ οὐδὲν ἑκούσιον δυστύχημα γίνεται: *nemini infortunium sponte sua accidit.* Sic in *l* sapientissima *Deut. 19 & seq.* lege, *m* quibus telum manu fugisset quo interfectus esset homo, *n* asyla

„compelluntur, & eos qui hoc faciunt, ut meritam scelere pœnam effugiant. Gron. h.

i) (Grot.) (Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα:) *Philo* de judice: ἔλεος ἐπ' ἀτυχήμασιν. ὁ δ' ἑκουσίᾳ γνώμῃ πονηρευόμενος, οὐκ ἀτυχὴς ἀλλ' ἄδικος. *misericordia infortuniis debetur; at qui deliberata sententia male agit, non infelix est, sed injustus.* (Pag. 722. A.) Sic M. Antoninus mentem vult inspici: ἵνα ἐπιστήσῃς πότερον ἀγνοίᾳ ἢ γνώμῃ, καὶ ἅμα λογίσῃ ὅ, τι συγγενές. *ut noris ignorantia in aliquo an consilium fuerit, & simul ea consideres quæ his cohærent.* Sic τὰ ἐξ ἀγνοίας ἢ λήθης, *quæ ab ignorantia aut oblivione veniunt*, & τὰ ἐκ προνοίας, *quæ ex consulto fiunt*, distinguit Totilas apud *Procopium* Gotthicorum III. *Cap.* 9. (In loco *Marci Antonini*, qui legitur Lib. IX. §. 22. *Edit. Gataker.* verba ultima male vertit Author, quæ significant, ut Interpres ille emendatissimus reddit: *cogitesque simul esse tibi cognatam*, i. e. natura. *J. B.*)

„*k*) (DEMOSTHENIS DICTUM:) *in Aphobum I. p. m. 556.* hic itidem fortunam opponit malitiæ, & sic non excludit culpam.

l) (SAPIENTISSIMA LEGE:) Scilicet Mosis *Num. 35. 6. Deut. 4. & 19. Jos. 20.*

„*m*) (QUIBUS TELUM MANU FUGISSET:) Verba „in *Deut. 19. v. 4.* hæc habentur: *Hæc erit lex* „*homicidæ fugientis, cujus vita servanda est: Qui* „*percusserit proximum suum nesciens, & qui &c.* „*nullum contra eum odium habuisse comprobatur,* „*sed abiisse cum eo simpliciter in sylvam ad ligna* „*cædenda & in succisione lignorum securis fugerit,* „*ferrumque lapsum de manubrio amicum ejus per-* „*cusserit & occiderit: Hic ad unam supra dictam* „*urbem confugiet, & vivet.*

„*n*) (ASYLA PATEBANT:) Lege Mosaica is qui „dolose aliquem percussit, a proximis agnatis sta„tim ut invenirent, & ut apprehenderent, jugula„ri poterat. *Num. 35. v. 19. & 21.* modo percussus „statim mortuus fuerit. *ibid. v.* 16. *Deut. 19. v. 11.* „Si enim percussus surrexit, & super baculum fo„ris ambulavit, innocens percussor fuit. *Exod.* „*21. v.* 19.

„Cum vero ultores sanguinis dolore stimulati „vix examinare soleant an dolo, an culpa, an „casu quis percussus fuerit, facile contingere pot„uit, ut innocens a vindice sanguinis occideretur: „Hinc utriusque, & proximi, & occisoris „securitati prospicere volens Deus, asyla in vi„cinia constituit, quo fugere innocentes & vindi„ctam vindicis sanguinis evitare possint. *Jos. 20.* „*v. 3.* Sane ipsius vindicis curam habuisse Deum „vel exinde patet, quia si innocentem, & qui „mortis reus non invenitur, antequam ad asylum „perveniat, in via occidat, ipse sanguinis reus fit. „*Deut. 19. v. 6. & 10.* Hinc si homicida in locum asyli „se recepit, causa inter vindicem sanguinis & oc„cisorem præsente populo ventilabatur. *Num. 35.* „*v.* 12. & 24. *Jos.* 20. *v. 4. 6. & 9.*

„Si causa cognita apparebat fugitivum *dolo* al„terum percussisse, seniores arripiebant reum de „loco effugii, eumque tradebant in manus vindi„cis sanguinis, ut morti traderetur: *Deut.* 19 *v.* „12. ab altari avellebatur ut moriatur *Exod.* 21. *v.* „14. etsi is qui percussus est, servus fuerit. *Exod.* „21. *v.* 20. & 21. Ultor sanguinis remittere vin„dictam non potuit, nedum pretium accipere; *Num.* 35. *v.* 31. expiari enim sanguinis non potuit nisi „vicissim effuso sanguine rei. *Num.* 35. *v.* 33. „*Deut.* 19. *v.* 13. Adeo ut remissa a vindice pœna, „judicia ordinaria successerint. *Selden. de jur. nat.* „*L.* 4. *c.* 1. & 2.

„Si *culpa* vel *casu* homicidium factum, & per„cussor nolens, *Deut.* 4. *v.* 42. *Num.* 35. *v.* 11. & „15. nesciens, *Deut.* 19. *v.* 4. *Josu.* 20. *v.* 3. for„tuito, & absque inimicitia *Deut.* 19. *v.* 4. & 5. „*Num.* 35. *v.* 11. 15. 22. & 23. alterum occidisse „probatur, adeoque si Deus ipse læsum in manus oc„cisoris tradidisse videtur, homicida liberabatur „de ultoris manu, & ex decreto populi reduceba„tur in urbem ad quam confugerat, ea tamen lege, „ut ibi maneret usque ad mortem magni sacrifi„catoris

la patebant: *o* servis quoque perfugium dabatur: at qui deliberato *Ibidem,*
hominem innocentem occidissent, qui civitatis turbassent statum, 23, 15.
p his ne ipsum sanctissimum Dei altare patrocinabatur. Hanclegem *Ex.* 21
Philo explicans ait, *ἀσυλίαν ἀνιέροις τό ἱερὸν μὴ παρέχεσθαι*: *profanis in fa-* 14. 1 *Reg* 11. 29.
no nullum esse receptum. *q* Nec aliter Græci antiquiores. *r* Naupli- 2 *Reg.* XI 13. & *seq.*
um narrantur Chalcidenses Achivis *s* dedere noluisse, sed causa ad- *De spec.*
ditur, quia *t* satis se purgaverat de his quæ ab Achivis objiciebantur. *legibus,* p 790. D.

2. Erat apud Athenienses *u* Ara misericordiæ, cujus meminerunt *Plut. quæst gr.* 32.

„catoris *Num.* 35. *v.* 25. *Iosu. c.* 20. *v.* 6. & senio„res interim ei dabant habitationem. Jos. c. 20. „v. 4. Si proinde extra fines habitationis inveni„retur percussor, impune ab ultore sanguinis oc„cidi potuit. *Num.* 35. *v.* 16.

„Quid si appareat *casu* alterum percussum esse, „merito quæritur, an percussor exilio mulctari, „&, si fines asyli egreditur, a vindice sanguinis „occidi potuerit? Equidem id statui lege Mosaica „videtur, nam lex illa præcise loquitur de occisore „qui *nolens* sanguinem fuderit *Num.* 35. *v.* 11. & „15. *Deut.* 4. *v.* 42. qui fortuito, & absque odio „ac inimicitia id fecerit *ibid. v.* 22. & exemplum „affertur in eo, qui cum amico in sylvam ad li„gna cædenda abiit, & cui in succisione lignorum se„curis fugit manu, ferrumque lapsum de ma„nubrio amicum percussit & occidit. *Deut. c.* 19. „*v.* 4.

„At verior est sententia, hanc legem supponere „*culpam* ejus qui alium occidit, adeoque formu„las illas opponi ei qui *ex proposito* sanguinem al„terius effundit: Nam *culpa* quoque pœnam me„retur, adeo ut illa aliquando ad mortem exten„di potuerit, exemplo quod occurrit *Exod.* 21. *v.* „29. Sane si quis *culpa* occidit, casus ille pro„videri potuit & debuit, factum igitur est illicitum, „quod talionem meretur, talio autem ab ipso nu„mine exilio mensuratur. Confirmantur hæc ex „ipsa justitia divina: nulla enim ratio dari potest „cur homo cui nihil imputari potest, ad„eoque qui nihil mali egit, exilio molestari, &, „si fines asyli egreditur, occidi possit: Rabbi„norum sententia est Seniores talem percussorem li„berum declarasse, & percussorem dimissum fu„isse. Vid. *Selden. jur. nat. l.* 4. *c.* 1. & 2.

„Cæterum vix exstant exempla ubi vindices „sanguinis privata authoritate pœnas a reo sum„sere, quia facultas illa admodum restricta fuit, „indeque metu ne excedant in vindicta, & ipsi „sanguinis rei fierent, deterrebantur, tutius igitur „duxere officium judicis implorare.

„*o*) (SERVIS QUOQUE PERFUGIUM DABATUR:) „Vid. *inf. l.* 3. *c.* 7. §. 8. ubi locum *Deut.* 23. *v.* „15. & 16. explicabimus.

„*p*) (HIS NE IPSUM SANCTISSIMUM DEI AL„TARE PATROCINABATUR:) Sed causa cognita, & „sententia desuper lata, reus tradebatur vindici „sanguinis. *Deut.* 19. *v.* 6. Exempla retulit B. Pa„rens *initio hujus* §.

„*q*) (NEC ALITER GRÆCI ANTIQUIORES:) Pau„sanias Græciæ proditor confugiens ad asylum „fame expugnatur. *Thucyd. l.* 1. *Add. Thucyd. l.* „4. *p. m.* 251.

„*r*) (NAUPLIUM:) Palamedis patrem, qui Græ„corum classem a Troja reducem, quum tempe„state jactaretur, elata face in scopulos quasi in „portum pellexit. *Senec. Agamemn.* 567. *Gron. h.*

s) (Grot.) (DEDERE NOLUISSE:) R cepit nec dedidit Pipinus ex Neustria ob tyrannidem ad se confugientes. Est id apud Fredegarium in rebus Pipini ad annum IↃ C LXXXVIII. Etiam ab ecclesia Romana ad se confugientes recepit Ludovicus Pius Imperator, ut apparet ex ejus decreto facto anno IↃ CCCXVII. inserto in tomum II. conciliorum Galliæ: & Carolus Calvus, qui ex parte fratris sui Ludovici ad se profugerant: Aymonius lib. v, cap. 34. De Cegena Patzinaca non dedito postulanti Tyracho vide in Constantini Monomachi rebus *Zonaram.* (Lib. XVII. Cap. 26. Ed. Reg.) Sic & Osmanes ab Inungino præfecto non deditus Eskisari: Leunclavius libro II. historiæ Turcicæ. Albuquercium Lusitani non dedidere, ut memorat Mariana XVI, 18.

„*t*) (SATIS SE PURGAVERAT:) Demonstran„do se justam vindictam sumsisse de illis, qui per „scelestem calumniam filium ejus pro proditore „occidissent. *Hygin fab.* 105. *Gron. h.* At bene „notandum est, exemplum hoc, æque ac ea quæ „Author in notis affert, non pertinere ad eos qui „ad asylum confugiunt, sed exempla illa loquuntur „de his qui ad extraneam civitatem profugiunt, „& quæritur an civitati cives reclamanti dedi de„beant? Hoc caso vel dedi debent omnino, vel „causa cognosci ab eo ad quem confugiunt: quod „ultimum ab Achivis factum est.

„*u*) (ARA MISERICORDIÆ:) Hæc saltem eis qui „vel injuria vim patiebantur, vel sine proposito „mali aliquid patrabant, securitatem præstabat. „Unde Callistratus qui spe impunitatis ad eam „confugiebat, criminis pœnam passus est, refe„rente Authore: de ara illa misericordiæ vide „*Diod. Sicul. l,* 13. *Statium Thebaid.* 12. *Claud.* „*bell. Geld. Alex. ab Alex. Gen.* 1. *c.* 13. *apud Tes*„*mar. h.*

Lib. 1. Inst. Attic c. 16. Lib. 1. Cap. 2. §. 1. runt Cicero, Pausanias, [v] Servius, etiam Theophilus in Institutionibus, & quam late describit Papinius duodecimo Thebaidos. At quibus patebat illa? Audi Poëtam,

Et [w] *miseri fecere sacram:*
mox convenisse eo ait,

Victos bellis patriaque a sede fugatos,
Regnorumque inopes.

Panathen. p. 187. B. Tom. I. Orat. Leuctr. 1. p. 89. A. Tom. II. Aristides [x] propriam Atheniensium laudem esse ait, τὴν τῶν πανταχόθεν δυςυχούντων ὑποδοχὴν καὶ παραμυθίαν, *quod omnibus undique infelicibus perfugio ac solatio esset.* Et alibi: τοῖς καθ' ἑκάςους ἀτυχοῦσι κοινὴ πᾶσιν ὑπεςιν εὐτυχία, τὸ της πόλεως ταύτης ἦθος ὑφ' οὗ σώζονται: *His qui ubivis locorum infelices sunt communis eis una est felicitas,* [y] *bonitas civitatis Atheniensis, postquam salutis compotes fiunt.* Apud Xenophontem *Hist. Græc. lib. 6. c. 5. n. 38. Ed. Oxon.* Patrocles Philasius in oratione quam Athenis habebat: ἐζήλουν τὴν δὲ τὴν πόλιν, ὅτι πάντας καὶ τοὺς ἀδικουμένους ἐνθάδε καταφεύγοντας ἐπικουρίας δεομένους ἥκουον τυγχάνειν; *laudabam hanc urbem, quod omnes aut injuria affectos, aut sibi præmetuentes, si huc perfugissent auxilii compotes fieri intellexeram.* *Pag. 114 B.* Idem sensus est in epistola Demosthenis pro Lycurgi liberis. Itaque Oedipus ad Colonum confugiens, in ejus nominis tragœdia, apud [z] Sophoclem ita testatur.

Heu, Cecropidæ, mala multa [aa] *tuli,*
Sed nempe tuli: Deus est testis,
Nihil horum sponte patratum.

Respondet Theseus:

Non me pigebat hospitem, qualem Oedipe
Te tueor, omni sospitare in tempore,
Homo esse memini

Similiter Thesei filius Demophon, cum Herculis posteri Athenas confugissent, sic ait:

Hæc patria nostra semper invalidos solet,
Sed jure fretos, ope sua defendere.
Antehac amicis mille relevandis tulit
Discrimina: & nunc aliud in promptu imminet.

Et

v) (Grot.) (SERVIUS:) Ad VIII. Æneidos, (vers. 342.)

w) (MISERI:) i. e. Innocentes, non facinorosi. *Gron. h.*

x)(Grot.)(PROPRIAM ATHENIENSIUM LAUDEM:) Quam Atragoniis tribuit Mariana xx, 13. Gepidæ perire omnes malunt quam Ildigisalem Romanis aut Longobardis dedere. Procopius Gotthicorum IV. [Hist. Miscell. Cap. 27.]

„*y*) (BONITAS CIVIUM ATHENIENSIUM:) Quam „etiam laudat Justinus l. 2. c. 4.

z) (Grot.) (APUD SOPHOCLEM:) Vide totum „locum; est enim lectu dignus.

aa).(TULI:) i. e. Passus sum non feci: Patrem „Lajum

Et hoc illud factum est, ob quod Athenienses præcipue prædicabat Callisthenes: τέτες γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσέα πετεμῆσαὶ ὑπὲρ τῶν παίδων τȣ̃ Ἡρακλέȣς τυραννȣ̃ντα ἐν τῷ τότε της Ἑλλάδος: *hos enim & in Euristhea bellum suscepisse* [bb] *pro Herculis liberis, cum Græciam Eurystheus tyrannide premeret.*

3. Contra [cc] de maleficis hoc habes in eadem tragœdia:

Hunc qui facinorum conscius, nunc legibus
Fidens ad aras volvitur supplex Deum,
Trahere ad tribunal nulla relligio mihi
Mala semper æquum ferre qui fecit male.

Idem Jone: (*vers.* 1315, *& seq.*)

Non enim tangi decet
Manu nocente numina, at justum fuit
Piis patere templa contra injurias.

Narrat orator Lycurgus Callistrátum quendam, qui capital commiserat, consulto oraculo responsum accepisse, si Athenas iiflet, τεύξεσθαι τῶν νομων, [dd] *consecuturum quod jus esset*: illum vero confugisse [ee] ad id quod Athenis sanctissimum esset altare, impunitatis fiducia; at nihilominus occisum eum ab observantissima suarum religionum civitate, atque ita impletam oraculi fidem. Et [ff] Tacitus improbat receptum suo sæculo morem, per Græcas urbes flagitia hominum [gg] ut ceremonias Deum protegendi. Apud eundem est: *Principes quidem* [hh] *instar Deorum esse*; *Sed neque a Diis nisi justas supplicum preces audiri.* *Adverf. Leocr. p. 156. Ed. Weeb.* *Ann. III. c. 60.* *Ibidem, cap. 36.*

4 [ii] Tales ergo aut puniendi, aut dedendi, [kk] aut certe amovendi. Sic narrante Herodoto Cymæi Pactyen Persam cum nec dedere *Lib. 1. c. 160 161.*

„Lajum imprudens ioterfecerat, matrem Jocastam „uxorem duxerat, & liberos ex ea genuerat; quo „cognito sese ultro execæcauerat regnoque exsue- „rat, & a Creonte in exilium ejectus erat, Gro- „nov. h.

bb) (Grot.) (PRO HERCULIS LIBERIS:) Vide Euripidem Heraclidis, & Apollodorum (Bibl. II. c. 8 §. 1.)

„*cc*) (DE MALEFICIS:) i. e. Qui scelus commi- „serunt & ad aram protugerunt.

dd) (Grot.) (AD ID QUOD ATHENIS SANCTISSIMUM ESSET ALTARE:) Io Lusitania Ferdinandum cubiculi præfectum e templo ad quod confugerat raptum, & igne combustum, ob vitium nobili virgini illatum, narrat Mariana libro XXI. Vide & de asylis librum viri magni Pauli Veneti, societatis *servorum* quæ dicitur.

„*ff*) (TACITUS:) *Ann.* 3. *c.* 36.

„*gg*) (UT CEREMONIAS DEUM:) Tamquam „nisi essent illa impunite jus sacrorum violare- „tur. Groo. h. Loquitur autem Tacitus de iis „qui ad statuas principis confugiebant. Vid. *l.* 28. „§. 7 *ff. pæn.* Decisa hæc res est in *Nov.* 17. *c.* 7. „ibi: neque homicidis, oeque adulteris, neque vir- „ginum raptoribus delinquentibus terminorum custodies cautelam, sed etiam inde extrahes, & „& supplieiun eis inferes, &c. Templorum cautela „non nocentibus sed læsis datur a lege, & non „erit possibile utrumque tueri cautelam sacrorum „locorum & lædentem & læsum. Tiberius su- „stulit morem asylorum. *Suet. Tib. cap.* 37. Add. „*Seldenum d. J. N. l.* 4, *c.* 2. *Alex. ab Alex. Gen.* „*dier. l.* 3. *c.* 20.

„*hh*) (INSTAR DEORUM ESSE:) Quorum quip- „pe imagioem gerunt.

„*ii*) (TALES ERGO AUT PUNIENDI AUT DE- „DENDI:) Hoc enim esse in arbitrio ejus civitatis, „ad quam confugiunt rei, dictum est §. 4.

„*kk*) (AUT CERTE AMOVENDI:) Ego id non „sufficere puto: Nam is cui injuria facta est ad „ejus

re vellent, nec retinere auderent, permiserunt abire Mitylenen. De-
Livius l. 22. c. 33. metrium Pharium qui bello victus ad Philippum Macedonum regem fugerat, a rege *ll* depoposcerunt Romani. *mm* Perscus rex Macedo-
Liv. lib. 42. c. 41. num, in purgatione ad Martium, de his agens qui Eumeni insidiati dicebantur. *Ego istos, ut primum in Macedonia esse admonitus a vobis comperi, requisitos abire ex regno jussi, & in perpetuum interdixi finibus meis.* Samothraces Euandro qui Eumeni insidias struxerat
Livius 45. c. 5. denuntiant, liberaret *nn* religione templum.

5. Cæterum, jus hoc quod diximus deposcendi ad pœnas eos qui extra territorium profugerunt, hoc & proxime actis seculis & plerisque Europæ partibus, *oo* circa ea demum crimina usurpatur quæ statum publicum tangunt, aut quæ eximiam habent facinoris atrocitatem. *pp* Minora mutua dissimulatione transmitti invaluit, *qq* nisi fœderis legibus propius quiddam convenerit. Sed & hoc sciendum est, latrones ac piratas qui ita invaluerunt ut formidabiles se fecerint, *rr* recte recipi ac defendi *ss* pœnam quod attinet, quia interest humani

„ejus reparationem agere potest, requirendo magistratum ejus qui injuriam fecit; & cui magistratus officium fit jus reddere, non potest dici „officio suo satisfecisse si reum amovet, non „enim hoc modo injuria reparatur.

„*ll*) (DEPOPOSCERUNT ROMANI:) *Liv. lib. 22. cap. 23.*

mm) (Grot.) (PERSEUS REX MACEDONUM:) Narrat & *Appianus* excerpto legationum, num. 20. Simile illud in latina vita Themistoclis. (*Corn. Nepos, c. 8.*) *cum ab Atheniensibus & Lacedæmoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit* (Admetus rex Molossorum) *monuitque ut consuleret sibi; itaque Pydnam eum deduci jussit, & quod satis esset præsidii dedit.* Sic & Ildigium Longobardum dimittunt Gepidæ apud *Procopium* Gotthicorum III (Cap. 35) Adde epistolam Theuderici ad Trasamundum regem Vandalorum Giselico suscepto, (apud *Cassiodor.*) V. 43. & 44. & ea quæ in vita regis Ludovici. Sic Christophorum Sborovium a se amovit Imperator Rudolphus II, teste *Thuano* lib. LXXXIII. in anno CIϽ IϽ LXXXV. Elisabetha Scotis respondet se Bothwellum aut redditturam aut ex Anglia exterminaturam. *Camdenus* id habet circa ann. CIϽ IϽ XCIII. (pag. 607.) De Alphonso Gegionis comite a rege Galliæ damnato, ac negato ei in Hispaniam receptu, vide *Marianam* XIX, 6.

„*nn*) (RELIGIONE:) Piaculo.

„*oo*) (CIRCA EAM DEMUM CRIMINA USURPATUR:) Ita Patkul a rege Sueciæ sub prætextu „quod in statum publicum commiserit, postulatus, „a rege Poloniæ deditus est: E contrario „Knigt anglus a Brabantinis dedi noluit, etsi in„stante acerrime rege Angliæ: Neque Solimannus „piratam Dragut Andreæ Doria dedere voluit, „*Thuan. l. 7. p. 153.* Hinc etsi aliquando remitti „rei hodie ad forum delicti soleant, id tamen fal„tem est urbanitatis. *Gail. d. pace publ. l. 1. c. 16. n 30. Carpz. p. 3. qu. 110. n. 54. Sand. decis. „fris. 1. 5. 1.*)

„*pp*) (MINORA MUTUA DISSIMULATIONE „TRANSMITTI INVALUIT:) Imo nec in majoribus nec in minoribus criminibus remissio est, „vel olim fuit, necessitatis: Sed & olim & hodie „moris est aut dedere talem reum, aut punire.

qq) (Grot.) (NISI FOEDERIS LEGIBUS PROPIUS QUIDDAM CONVENERIT:) Ut in fœdere Helvetiorum cum Mediolanensibus *Simlerus* recitat. Fœdera Anglorum cum Gallis dedi rebelles & profugos volunt, cum Burgundis expelli. *Camdenus* in anno CIϽ IϽ C. (pag. 758.)

ADDITIO.

„Tale pactum inter electores Brandenburgicos „& duces Pomeraniæ refert *Tesmarus h.*

„*rr*) (RECTE RECIPI AC DEFENDI:) Ponamus „piratam, qui pluribus gentibus injuriam fecit, se „certi cujusdam regis potestati ea lege subjicere „ne ulli eorum quos læsit dedatur, addita promis„sione se quoque inposterum ab omni deprædatione „destiturum. Author putat hoc casu piratam aliis „eum ad pœnam deposcentibus dedi non debere; „quia negotium humani generis utiliter geritur „dum pirata hoc pacto, cum aliter non possit, a „maleficiis revocatur.

„Ego talem quoque prædonem, ad instantiam „ejus qui injuriam ab eo passus est, dedi vel pu„niri debere omnino existimo; quia reparari in„juria debet, eaque lex naturæ est. Neque allegari „potest utiliter per receptionem piratæ geri nego„tium humani generis, quia paucissimæ & vicinæ „saltem

mani generis ut, si aliter non possunt, impunitatis fiducia a maleficiis, revocentur, ejus negotium gerere quivis populus aut populi rector potest.

§. VI.

1. Notandum & hoc, [a] interim dum de causæ justitia cognoscitur, defendi supplices. Sic Demophon ad Legatum Eurystheos: *Eurip. Heracl. vers. 251.*

Si [b] *crimen istis aliquod hospitibus struis.*
[c] *Ius impetrabis:* [d] *vi quidem hinc non abstrahes.*

Et in altera tragœdia Theseus ad Creontem

Es facinus ausus temet indignum, Creo,
Tuisque Thebis ac tuis maioribus:
Ingressus urbem quæ colit fas ac pium,
Quæ cuncta rite legis ex norma facit,
Nostris omissis moribus, quicquid lubet
Moliris, & vi cuncta te acturum putas.
Adeone hominibus vidua vel patiens jugi
Urbs ista visa est, & ego nullius rei.
Non te ista docuit [e] *civitas Amphionis*
Quippe educare haud solita mortales feros:
Nec approbabit illa cum te audiverit
Quæ sunt Deorum, quæque mea pervadere
Et rapere ab alma sede miseros supplices.
Ego [f] *Labdacea si urbe posuissem pedem*
Quamvis fuissent justa mihi certissima,
Indubia, nulli injicere tentassem manum,

Nisi

„saltem gentes piratæ illius injuriæ expositæ sint, „adeoque negotium hoc generis humani plane „non sit: Sane promissio piratæ de non ulterius „delinquendo jus puniendi læsis auferre nequit; „Et cum Author id fateatur circa reparationem „damni, eadem ratio obtinebit circa pœnas.

„ss) (POENAM QUOD ATTINET:) Nam quod „rei ablatæ restitutionem attinet, omnino obligatus manet iis quibus injuria abstulit. Nos „idem obtinere diximus in pœna, quia injuria „aliis facta reparari naturali ratione debet per passionem tantundem mali quantum fecit.

„a) (INTERIM DUM DE CAUSÆ JUSTITIA COGNOSCITUR DEFENDI SUPPLICES:) Dixit Author „populum non præcise teneri ad dedendum, §. 4. n. „3. sed vel ad dedendum vel puniendum: posteriori casu causa prius cognosci debet, quia populus judicis officio fungitur, & quamdiu reus declaratus per sententiam non est ab eo ad „quem confugit contra vim postulantis defendi debet. *d. §. 4. in pr. ibique not.* Exemplum est „apud *Livium lib. 23. cap. 10.* ubi Magius, qui „ab Hannibale vinctus ad statuam regis Ptolemæi „confugit, causa cognita liberatus fuit: Quo jure „alibi vidimus.

„b) (CRIMEN ISTIS STRUIS:) Accusare istos „& arguere vis. Gron. h.

„c) (JUS IMPETRABIS:) Causa cognita jus tibi „dicetur.

„d) (VI QUIDEM HINC NON ABSTRAHES:) Sed „interim & pendente processu contra vim tuam „defendetur.

„e) (CIVITAS AMPHYONIS:) *Ovid. 5. Met. 178.*

„f) (LABDACEA:) Thebis ab antiquo rege „Labdaco, Lasi patre, Oedipi avo, sic appellatis. „*Gron. h.*

Nisi annuente qui soli regnum tenet,
Quid in urbe deceat hospitem externa memor.
Tu nec merentem patriam aspergis tuam
Probro atque maculis, & senem certe tua
Te fecit ætas, sed parum mentis potem.

2. Quod si id cujus accusantur supplices [g] non sit vetitum jure naturæ aut gentium, [h] res dijudicanda erit ex jure civili populi unde veniunt; quod optime ostendit Æschylus Supplicibus, ubi rex Argivus Danaidum gregem ex Ægypto venientem sic affatur.

Pag. 321. Ed. H. Steph.

Εἴ τοι κρατῦσι παῖδες Αἰγύπτυ σέθεν,
Νόμῳ πόλεως φάσκοντες ἐγγύτατοι γένος
Εἶναι, τίς ἂν τοις δ' αντιωθῆναι θέλοι;
Δεῖ τοί σε φαίνειν κατὰ νόμυς τὺς οἴκοθεν
ὡς ὀυκ ἔχυσι κῦρος ὐδὲν ἀμφὶ σῦ

Manum tibi si imittat Ægypti genus,
Quod lege patria proximos se sanguine
Dicant, quis hæc objicere se contra velit?
Quare tuum est docere natalis soli
Ex lege, nullo jure te illis subjici

§. VII.

1. Vidimus quomodo a subditis, [a] aut veteribus [b] aut advenis, culpa [c] in rectores transeant: [d] vicissim a summa potestate in subditos culpa transibit, [e] si in crimen subditi consenserint, aut siquid fece-

„g) (NON SIT VETITUM JURE NATURÆ ET „GENTIUM:) Si enim crimen est jure naturæ ve„titum, (jus gentium non agnoscimus) diju„dicari res debet ex principiis juris naturæ, i. e. ex „sola ratione.

„h) (RES DIJUDICANDA ERIT EX JURE CIVI„LI POPULI:) Nam cum delictum commissum sit „contra leges loci unde profugit, illud reparari „debet juxta leges ejusdem loci.

„a) (AUT VETERIBUS:) i. e. Qui originarie & „perpetuo nobis subjecti fuere, & ad alios confu„gerunt. *Vid.* §. 4. *n.* 8.

„b) (AUT ADVENIS:) Qui aliis subjecti fuere, „& profugi ad nos se recipiunt. *d. n.* 8.

„c) (IN RECTORES TRANSEAT:) *Vid.* §. 2. *n.* 2. „quod fit si vel dedere reum, vel punire eum re„cusent.

„d) (VICISSIM A SUMMA POTESTATE IN SUB„DITOS CULPA TRANSIBIT:) Confundit Author „tres quæstiones: (1) An subditi teneantur ex cul„pa principis? quod supra §. 2. affirmavimus, (2) „An teneantur subditi si jussu principis mali quid „egerunt: & affirmatur, quia tunc ex proprio „quoque delictu tenentur. (3) An singuli ex de„licto civitatis teneantur? Distinguendum hic est, „an publice factum illud quo injuria infertur „approbetur, tunc enim pars minor quoque tene„tur ex facto majoris partis ad injuriæ illius repa„rationem, quia tota civitas reparare debet. Si „singuli delinquunt, etsi plures ex civitate, reliqui „non tenentur, quia civitas non fecit injuriam „sed singuli.

e) (SI IN CRIMEN SUBDITI CONSENSERINT) Uti si impedire potuerunt & debuerunt, uti dibent si notoria sit injuria: Si vero dubia est injuria, subditi tenentur judicium regis sequi, ac illud opibus suis & operis tueri, adeoque tunc consensisse in crimen censentur.

ADDITIO.

„Alibi jam diximus, distinctionem inter injuri„am-

nerint summæ potestates [f] imperio [g] aut suasu, quod facere sine facinore non poterant: qua de re rectius erit [h] infra agere, ubi quæ partes sint subditorum examinabitur. Etiam [i] inter universos & singulos communicatur delictum: quia ut [k] Augustinus ait loco supra adducto, ubi universi, ibi & singuli: universi non possunt nisi ex singulis quibusque constare: Nam singuli quique congregati, vel in summam reputati, faciunt universos. *Levitque ff. 16 n.*

2. Pertinet autem culpa [l] ad singulos qui consenserunt, [m] non ad eos qui aliorum sententiis victi sunt, [n] Distinctæ enim sunt poenæ singulorum & universitatis. Sicut singulorum pœnæ interdum [o] est mors, ita πόλεως θάνατος ἀνάστατον γενέσθαι, [p] *mors civitatis everti*; quod fit cum corpus civile dissolvitur; [q] qua de re diximus alibi. Atque hoc modo si civitas esse desinat, [r] usumfructum [s] velut morte finiri recte dixit [t] Modestinus. [u] Singuli in servitutem pœnæ nomine rediguntur, ut [v] Thebani sub Alexandro Macedona: [w] exceptis his qui decreto exuendæ societatis contradixerant. Sic & civitas subit [x] servitutem civilem in provinciam redacta. [y] Singuli *Lycurg. orat. p. 139. Ed Wech. Supra c. 9. §. 4. Leg 21. D. quib. mod. usufr. am. Plut. Alex. p. 670. D.*

„am notoriam & non notoriam effectu „carere: quid si enim princeps neget injuriam notoriam esse, quis judex erit? Sane subditi, qui omne suum judicium in principem transtulerunt, factum „ejus semper defendere tenentur, adeoque ex injuria ejus obligantur.

f) (IMPERIO:) Si tamen resistere huic imperio non potuere, delictum solius principis est.

ADDITIO.

„Diximus judicium semper esse principis, in „quem populus omne jus suum contulit.

„*g*) (AUT SUASO:) Tunc enim ultro faciunt, „& sic ex proprio facto illicito tenentur.

„*h*) (INFRA AGERE:) *Lib. 3. c. 2. §. 2. seq.*

„*i*) (INTER UNIVERSOS ET SINGULOS:) Ut „quod peccaverunt universi, etiam singuli luant, „quod ipse Author mox restringit.

„*k*) (AUGUSTINUS:) Locum vide supra *c. 9. §. 4.*

„*l*) (AD SINGULOS QUI CONSENSERUNT:) Non „autem consensere singuli nisi (1) convocatis sin„gulis membris (2) delinquendi consilium publi„ce initum sit. Non ergo sufficit sono tubæ vel „campanæ convocatos cives, & hoc modo deli„ctum commissum esse: *Menoch. arbitr. cas. 598. no. 5.* probari enim tunc debet cives singulos „actu deliquisse.

„*m*) (NON AD EOS QUI ALIORUM SENTENTIIS „VICTI SUNT:) Quia non sunt causa injuriæ: Si „tamen illi qui contradixere publicis edictis postea „hæc exequuntur, tenentur ex hoc facto illicito: „quanquam generosi hostes parcere illis soleant, „uti exemplo Antenoris & Æneæ constat. *Liv. l. „1. c. 1. Add. lit. w.*

„*n*) (DISTINCTÆ ENIM SUNT POENÆ SINGU„LORUM ET UNIVERSITATIS:) Bene Author distin„guit inter pœnas universitatis, & inter pœnas singulo„rum: pœnæ universitati inflictæ etiam singulis no„cent, uti si civitas dissolvitur, si judicia, leges, mœnia, „&c. ei auferuntur: Hic singulis quoque præjudi„cium fit; quod in nocentibus est pœna, in inno„centibus calamitas. At singulis inflictæ pœnæ „aliis non debent nocere qui criminis non sunt „participes.

„*o*) (EST MORS:) Quæ omnia jura personæ „tollit.

„*p*) (MORS CIVITATIS EVERTI:) Quia per ever„sionem omnia jura civitatis tolluntur.

„*q*) (QUA DE RE ALIBI:) *Lib. 2. c. 9. §. 4. seq.*

„*r*) (USUMFRUCTUM:) Civitati relictum.

„*s*) (VELUT MORTE FINIRI:) Cum enim omnia „jura civitatis intereant, etiam usufructus tollitur.

„*t*) (MODESTINUS:) *Leg. 21. ff. quib. mod. us. „am.*

„*u*) (SINGULI IN SERVITUTEM:) *d. c. 9. §. 6.*

„*v*) (THEBANI:) *d. §. 6.*

„*w*) (EXCEPTIS HIS QUI DECRETO EXUENDÆ „SOCIETATIS CONTRADIXERANT:) Quos vide „apud *Plutarch in Alex.* Testatur Arrianus Pin„dari familiam exceptam fuisse, item Sacerdotes „& Macedonum hospites. Vid. *Plin. 7. hist. 29.* „de Capua vide non dissimilia apud *Liv. 26. 33.*

„*x*) (SERVITUTEM CIVILEM IN PROVINCIAM „REDACTA:) *d. c. 9. §. 6.*

y) (SINGULI SUA BONA AMITTUNT CONFI-

 „SCA-

li bona ſua amittunt confiſcatione. Sic [z] civitati adimi ſolent quæ habet communia, muri, navalia, naves bellicæ, arma, elephanti, ærarium, agri publici.

3. At ut ſinguli ob delictum univerſitatis, citra conſenſum ſuum, [aa] ea amittant quæ ipſorum ſunt propria injuſtum eſt, ut recte oſtendit Libanius in ea quæ eſt de ſeditione Antiochena. Idem [bb] Theodoſii probat factum, qui commune delictum punierat interdictione theatri, balneorum, [cc] nominis Metropolitani.

§. VIII.

1. Egregia hic occurrit quæſtio, [a] an pœna ob delictum univerſitatis [b] ſemper exigi poſſit. Quamdiu durat univerſitas videtur poſſe, [c] quia idem corpus manet, quanquam particulis ſuccedentibus, ut [d] alibi oſtenſum eſt. Sed ex adverſo notandum eſt quædam de univerſitate dici [e] primo ac per ſe, ut habere ærarium, leges, & ſimilia: [f] quædam non niſi derivatione a ſingulis. [g] Sic namque doctam dicimus univerſitatem & fortem, quæ plurimos habet tales. De hoc genere eſt [h] meritum: primo enim convenit [i] ſingulis, ut animum

Ariſt. VII, pol. 13.

„CATIONE:) Adeoque ſervitus illa civilis noo infert „privationem bonorum ad ſingulos ſpectantium, „ſed ea demum tolluntur confiſcatione.

„z) (CIVITATI ADIMI SOLENT QUÆ HABET „COMMUNIA:) Exempla punitarum civitatum ex„hibet *Menoch. arb. caſ. 598. n. 27.* ita Antio„chenſibus inſignia & ornamenta publica abſtulit „Marcus Vulcatius io Avidio Caſſio: Idem fecit „Severus Byzantinis *Herodian. 3. 6.* Cæſar Pragen„ſes omnibus privilegiis, immunitatibus, tribuum „& ſocietatum juribus, jurisdictione &c. privavit. „*Thuanus l. 4. ad ann. 1547. p. 83.* ita Burdiga„lenſes privilegiis omnibus, decurionatu, concilii „ac ſigilli jore, jurisdictione, pecunia communi, „poſſeſſionibus publicis &c. mulctatos legimus „apud *Thuan. l. 5. p. 105.*

„aa) (EA AMITTANT, QUÆ IPSORUM SUNT „PROPRIA, INJUSTUM EST:) Quia ſinguli non pec„caverunt, ſed univerſitas.

bb) (Grot.) (THEODOSII PROBAT FACTUM:) Eadem quæ *Libanius* de hac re dicit & *Chryſoſtomus* in XVII. de ſtatuis. in eosdem Antiochenos paria olim conſtituerat Marcus Antoninus philoſophus, ut teſtis eſt *Capitolinus* (Cap. 25.) & in Byzantinos Severus, demto theatro, thermis, honore, ornamentisque omnibus. ſed & ipſa urbs Perinthiis data. vide *Herodianum* (Lib. III. c. 6. n. 19. *Ed. Bœcler.*) *Zonaram*, (Lib. XII. Cap. 8.) & quæ ſupra dicta a nobis.

„cc) (NOMINIS METROPOLITANI:) Ne poſthac „Antiochia metropolis vocaretur & provinciæ Sy„riæ caput eſſet. Gron. h.

a) (AN POENA OB DELICTUM UNIVERSITATIS SEMPER EXIGI POSSIT.) i. e. Ao obligatio reparandi etiam ad ſucceſſores univerſitatis tranſeat? Equidem de *reparatione damni* id indubium eſt, quia hactenus non tantum civitas obligatur ſed & territorium, adeoque hæc obligatio non deſinit etſi ſinguli cives mutentur: adeo ut licet unus tantum ſuperſit civis tota obligatio in eo hæreat, niſi vel civitas ipſa tollatur: de quo late egimus ſupra *c. 9. §. 3. ſeq.*

At de *pœna* ſeu de *talione* aliud dicendum: Nam quando de pœna *univerſitatis* agitur, omnioo eà nocet ſucceſſoribus, quia pars ſunt ejus civitatis, quæ deliquit: Si vero *ſinguli* puniendi ſunt, tune nocentes ab innocentibus probe ſunt diſtinguendi: & horum ſucceſſores oeque ex ſuis bonis tenentur, neque iis ſervitus imponi poteſt.

„b) (SEMPER:) v. g. Poſt aliquot ſecula, & „mortuis forte illis qui deliquerant.

„c) (QUIA IDEM CORPUS MANET:) Quanquam „particulis ſuccedentibus. Singuli enim non de„bent ſed corpus, quod non mutatur etſi aliæ „perſonæ corpus id conſtituant. *Vid. l. 76 ff. Jud.*

„d) (ALIBI:) Vid. ſup. *cap. 9. §. 3. ſeq.*

„e) (PRIMO AC PER SE, UT ÆRARIUM:) Quæ „proinde ſinguli ſua dicere oequeunt.

„f) (QUÆDAM NON NISI DERIVATIONE A SIN„GULIS:) Quæ non proprie corporis totius ſunt, „ſed ideo corpori tribuuntur, quia pluribus civi„bus ea qualitas propria eſt.

„g) (SIC NAMQUE DOCTAM DICIMUS:) Quia „multi illius civitatis cives docti ſunt. Unde „Athenæ

mum habentibus [k] quem universitas per se non habet. [l] Extinctis ergo illis per quos ad universitatem meritum deducebatur, ipsum quoque meritum extinguitur, ac proinde & pœnæ debitum, [m] quod sine merito diximus non consistere. Libanius in dicta oratione: ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖς ἀρκεῖν ἡγέμενος τὸ μηκετ' εἶναι μηδένα τῶν ταῦτ' ἠδικηκότων *Ita enim existimo, sufficere tibi ad poenam* [n] *quod nemo superfit eorum qui deliquerunt.*

2. Probanda igitur Arriani sententia damnantis vindictam [o] Alexandri in Persas [p] cum pridem interiissent qui in Græcos peccaverant. [q] De excidio Branchidarum facto per eundem Alexandrum hoc est Curtii judicium: *Quæ si in ipsos proditionis auctores excogitata essent, justa ultio esse, non crudelitas, videretur. Nunc culpam majorum posteri luere, qui ne viderant quidem Miletum, adeo Xerxi non potuerunt prodere.* Lib. VII. c. 5. [r] Simile est alio loco Arriani judicium de Persepoli incensa, [s] in ultionem eorum quæ Athenis Persæ fecerant: Lib. III. c. 18. ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ σὺν νῷ δρᾶσαι τοῦτό γε Ἀλέξανδρον, οὐδὲ εἶναί τις αὕτη Περσῶν

τῶν

„Athenæ dicuntur urbs doctissima ac eruditissima. „*Vid. Gron. h.*

„*h*) (MERITUM:) i. e. culpa seu noxa. *Gron. h.*

„*i*) (SINGOLIS UT ANIMUM HABENTIBUS:) i. e. „Propositum delinquendi.

„*k*) (QUEM UNIVERSITAS PER SE NON HA„BET:) Quia non decreto publico delictum com„missum est.

„*l*) (EXTINCTIS ERGO ILLIS PER QUOS AD „UNIVERSITATEM MERITUM DEDUCEBATUR IPSUM „QUOQUE MERITUM EXTINGUITUR:) Quia corpus „& universitas non peccavit, neque hæc proposi„tum delinquendi habuit: adeoque culpa fuit sin„gulorum, quibus extinctis pœna cessat.

„*m*) (QUOD SINE MERITO DIXIMUS NON CON„SISTERE:) *Vid. supra c. 20 §. 28. seq.*

„*n*) (QUOD NEMO SUPERSIT EORUM QUI DE„LIQUERUNT:) Loquitur de pœnis singulis, non „universitati infligendis: Universitas enim jam sa„tis punita erat interdictione theatri &c. Vid. §. „*præc. n. 3.*

o) (Grot.) (ALEXANDRI IN PERSAS:) Propterea aliam ei bello caussam attribuit *Julianus* in Constantii laudatione: καὶ ὅτι μὲν οὐδεὶς πω πόλεμος συνέστη πρότερον, οὐδ' ἐπὶ Τροίαν τοῖς Ἕλλησιν, οὐδ' ἐπὶ τοὺς Πέρσας Μακεδόσιν, οἵπερ δὴ δοκοῦσιν ἐν δίκῃ γενέσθαι, τοσαύτην ἔχων ὑπόθεσιν καὶ παιδὶ πρόδηλον. οὐ τῆς μέν γε λίαν ἀρχαίων ἀδικημάτων τιμωρίας σφόδρα νεωτέρας, οὔτ' εἰς παῖδας οὔτ' εἰς ἐκγόνους γενομένης, ἀλλ' εἰς τὸν ἀφελόμενον καὶ ἀποστερήσαντα τὴν ἀρχὴν τοὺς τῶν εὐδοκησάντων (male legitur ἀδικησάντων) ἀπογόνους. *nullum unquam bellum, quod quidem justum censeretur, tali ex causa gestum, non a Græcis in Trojanos, non a Macedonibus in Persas, vel puero liqueat. non enim illi obsita vetustate crimina feris pœnis, ne in nepotes quidem aut liberos, persequebantur, sed illos impetebant, qui virorum bene meritorum posteris vim inferebant, regna extorquebant.* [Locus est, pag. 95. B. Edit. Illustris *Spanhemii:* sed vertendum erat in posterioribus verbis. *Non enim ille* (scilicet *Constantius*) *obsita vetustate crimina feris pœnis, etiam in filios aut nepotes, persequebatur; verum eum impetebat* (i. e. *Magnentium*) *qui posteris virorum bene meritorum Imperium vi eripuerat.* Unde patet, *Julianum* laudi tribuere „*Constantio*, quod non imitatus sit veteres *Græcos*, aut *Alexandrum:* adeoque non aliam bello *Alexandri* in *Persas* causam attribuere, sed potius aliam non fuisse innuere. *J. B.*)

„*p*) (CUM PRIDEM INTERIISSENT QUI IN GRÆ„COS PECCAVERANT:) Inquirendum saltem est „an Græci quoad præsens bellum justam habue„rint causam, quod nemo negaturus est, cum „Persæ vi & clam libertati Græcorum eo tempore „insidiarentur. *Curt. ex edit. Freinsh. L. 1. c. 8.* „Alexander igitur jure victoriæ in urbes victas eo „magis quævis statuere potuit, quod Persæ eodem „jure in præcedentibus bellis usi erant. *Curt. l. 3.* „*c.* 10. Hinc alibi ait, imperium sibi a Græcis de„latum esse ut & novas & antiquas injurias vin„dicet. *Curt. l. 2. c. 2. ex supplem. Freinsh.*

„*q*) (DE EXCIDIO BRANCHIDARUM:) Diximus „hostem in victos pro lubitu statuere posse: adeo„que cum jus vitæ & necis in deditos Alexander „quæsiverit, jure in Branchidas sævire potuit, im„primis cum injuria ab eorum antecessoribus pa„triæ illata accesserit.

„*r*) (SIMILE EST ALIO LOCO ARRIANI:) *Lib.* „*3. de exped. Alex p. m. 66.*

Pars II. Mmm mmm m „*s*) (IN

τῶν πάλαι τιμωρία *t* At mihi non videtur hoc prudenter fecisse Alexander, neque vero hæc vera est vindicta in eos Persas qui pridem esse desierant.

Plutarch. Apopht. p. 176. D. & de sera num. vindict. p. 557. B. Pag. 160.

3. Nam *u* Agathoclis illud nemo non ridet; qui ad Ithacensium querelas de damnis illatis respondit, *v* plus mali Siculos ab Ulyxe olim pertulisse. Et Plutarchus libro contra Herodotum, minime ait vero esse simile, Corinthios ulcisci voluisse acceptam a Samiis injuriam μετὰ τρεῖς γενεὰς *w* post *tres hominum ætates.* *x* Nec procedit hujus & similium factorum defensio, quam apud Plutarchum legere est de sera numinis vindicta *y* Aliud enim est jus Dei, aliud hominum, ut mox apertius fiet. *z* Neque si æquum est posteros honores & præmia accipere ob merita majorum, ideo & puniri eos ob eorum peccata æquum est. *aa* Beneficii enim talis est materia, ut in quemvis conferri sine injuria possit; *bb* poena non item.

§. IX.

Diximus *a* de modis per quos communitas pœnæ accidit ex culpæ

„s) (IN ULTIONEM EORUM QUÆ ATHENIS PERSÆ FECERANT:) Voluit enim Alexander Persarum facinus ulcisci, qui cum in Græciam venissent, Athenas subverterant, templaque incenderant, aliaque multa in Græcos perpetraverant: *Arrian. d. 66.*

„t) (AT MIHI NON VIDETUR HOC PRUDENTER EGISSE:) Hinc etiam Parmenio dissuadebat *d. p. 66.* sed & ipsum Alexandrum postea ex India reversum facti pœnituit: *Arrian. l. 6. p. m. 145.* Merito igitur ait Arrianus, minus prudenter id peractum esse; nam jure omnino id fieri potuit.

„u) (AGATHOCLIS:) Qui civitatem Uticam sibi rebellem excidio punivit, *Diod. Sicul. l. 20. p. m. 680.*

„v) (PLUS MALI SICULOS AB ULYXE OLIM PERTULISSE:) Agathoclem natura facetum & gesticulatorem fuisse testis est Diodorus Siculus. *d. l. p. 683.* Ad has facetias quoque referenda videtur hæc responsio: Vera belli causa erat, quod Uticenses rebellassent. *d. p. 680.*

„w) (POST TRES HOMINUM ÆTATES:) Præscriptio jure gentium non datur: adeoque vindicari semper injuria ab universitate illata potest, nisi pace de injuria illa transactum fuerit.

„x) (NEC PROCEDIT:) Recte Author ait probari ejusmodi facta non posse prætextu vindictæ divinæ, quasi ad exemplum Dei posteri ab homine quoque puniri possint: Nam (a) id periculosum admodum esse merito ait *Puffend. l. 8. c. 3. §. 23.* Sane (b) cum omnes homines peccent, eadem ratione jure talionis aliæ gentes a nobis quoque pœnas sumere ob delicta tum propria, tum parentum nostrorum possent.

„y) (ALIUD ENIM EST JUS DEI, ALIUD JUS HOMINUM:) Quod late explicavimus *supra l. 1. c. 1. §. 10. n. 5. & 6.* Nam homo homini jus a Deo concessum auferre nec ob delictum antecessorum potest: at Deus, vi dominii sibi reservati, pro lubitu calamitates hominibus inferre etiam sine eorum culpa potest, nedum ob peccata parentum.

„z) (NEQUE SI ÆQUUM EST:) Plutarchus hoc argumento utebatur, ut probet posteros ob delicta parentum puniri posse; quia præmia quoque iis ob merita parentum tribui solent. Seneca *de benef. l. 4. c. 31.* ait: *Excusare hoc loco Deus volo: Quid sibi voluit providentia, quæ Aridæum regno imposuit? illi putas hoc datum? patri ejus datum est & fratri. Quare C. Cæsarem orbi terrarum præfecit, hominem humani sanguinis avidissimum? Quid ergo tu illi hoc datum existimas? patri ejus Germanico datum, datum avo, proavoque &c.*

„aa) (BENEFICII ENIM TALIS EST MATERIA, UT IN QUEMVIS CONFERRI SINE INJURIA POSSIT:) Beneficia igitur conferri possunt ob merita majorum, quia id dependet a dispositione conferentis. At pœnas statuere in successores ob delicta majorum, non dependet ab arbitrio statuentis, quia pœna suos saltem tenet auctores.

„bb) (POENA NON ITEM:) Quia statuitur in invitum, & in eum tantum qui peccavit.

„a) (DE MODIS PER QUOS COMMUNITAS POENÆ ACCIDIT EX CULPÆ COMMUNITATE:) *Vid. §. 7.*

pæ communitate. Restat spectemus [b] an & culpa non communicata communicetur poena; quæ res ut recte intelligatur, & ne quæ re ipsa diversa sunt [c] ob vocum similitudinem confundantur monenda sunt quædam.

§. X.

1. [a] Primum aliud esse damnum directe datum, aliud quod in consequentiam venit. Directe datum voco quo cuiquam aufertur ad quod [b] jus proprium habet. Per consequentiam, quo fit [c] ut quis non habeat quod habiturus alioqui fuisset, [d] cessante scilicet conditione sine qua jus non habebat. Exemplum est apud [e] Ulpianum: Si in meo puteum aperui quo factum est ut venæ ad te perventuræ præciderentur; negat operis mei vitio damnum datum in ea re, in qua jure meo usus sum. [f] Et alibi multum ait interesse, utrum damnum quis faciat, [g] an lucro quod adhuc faciebat uti prohibeatur. *Et* [h] *Paulus Jurisconsultus, præposterum esse* ait, *ante nos locupletes dici quam acquisierimus.* L. 24. §. f. d. dam. inf. L. 26. d. L. 63. D. ad L. Falc. princ.

2. Sic [i] parentum bonis confiscatis sentiunt quidem incommodum liberi, sed proprie ea poena non est, quia bona illa illorum futura non erant, nisi a parentibus ad ultimum spiritum essent conservata

„§. 7. n. 2. & §. *seq.*

„b) (AN ET CULPA NON COMMUNICATA COMMUNICETUR POENA:) Recte Author id negat §. „12. quia culpa non nisi suum tenet auctorem, „adeoque nec filii ex delicto patris, §. 13. nec sub- „diti ex delicto principis, §. 17. nec hæredes ex „delicto defuncti tenentur. §. 19.

„c) (OB VOCUM SIMILITUDINEM CONFUNDANTUR:) Imo Author his monitis magis confun- „dit rem: omnia perspicua sunt ex definitione „damni & pœnæ.

a) (PRIMUM:) Author distinguit inter damnum quod directe datur, & inter illud quod accidenter contingit; atque ex hoc nullum jus agendi competere, ait, ei qui damnum passus est: Ratio naturalis hæc est, quod is qui suo jure utitur nemini faciat injuriam, licet forte inde damnum aliquod tertio detur, vel in futurum jus alii auferatur.

Atque hinc concludit, filiis non fieri injuriam si a futura successione excluduntur; nam cum ea demum bona liberis debeantur quæ supersunt tempore mortis, revera nihil damni ipsis datur si patri ante mortem bona illa auferuntur.

„b) (JUS PROPRIUM HABET:) Damnum dicitur „a demendo, quando demitur id quod meum est: „*Vid. supr. c.* 17. §. 2. *seq.*

„c) (UT QUIS NON HABEAT QUOD HABITURUS ALIOQUI FUISSET:) Hoc non est damnum „nec per consequentiam, quia nihil quod alterius „est, demitur.

„d) (CESSANTE SCILICET CONDITIONE SINE „QUA JUS NON HABEBAT:) Vera ratio est quia „jus ejus non est, adeoque nihil ei demitur.

e) (ULPIANUM:) In *leg.* 24. §. *f. de damn. inf.* damnum enim tunc dicitur cum alii aliquid demitur quod ejus est, at aqua quæ ex meo fundo in vicinum fluit non est ejus nisi quatenus defluit, aqua autem perventura ejus esse dici nequit: indeque si non amplius defluat totum jus ejus cessat: Neque ego injuriam facio præscindendo venas, quia jure meo utor.

„f) (ET ALIBI:) *L.* 26. *de damn. inf.*

„g) (AN LUCRO QUOD ADHUC FACIEBAT UTI „PROHIBEATOR:) Lucrum enim quod nondum „comparavit ejus non est, adeoque nihil demi- „tur.

„h) (PAULUS:) *Leg.* 63. *ff. ad leg. Falc.*

i) (PARENTUM BONIS CONFISCATIS:) Hoc casu damnum non infertur liberis, nedum pœna: non *illud*, quia liberis nihil demitur, utpote qui jus demum habent in parentum bona post mortem: at Majestatis rei non relinquunt bona, nihil ergo aufertur liberis: non *hoc*, tum quia ipsi non privantur aliquo bono, tum quia nihil mali egere:

L. 3. D. de interdict. & releg. vata: Quod recte ab [k] Alpheno notatum est, cum ait patris pœna amittere liberos id quod ab ipso perventurum esset ad eos: [l] quæ vero non a patre, [m] sed a rerum natura [n] aut aliunde tribuerentur ea *Epist. ad Brut. L. II. ep. 12. & 15.* manere incolumia. Sic Themistoclis liberos eguisse scribit [o] Cicero, nec iniquum putat, ut eandem calamitatem ferant [p] liberi Lepidi. Idque ait antiquum esse & omnium civitatum: cui tamen mori *L. 7. D. de bon. damn. ubi vid. Intr.* [q] leges posteriores Romanæ multum temperamenti adjecerunt. Sic cum ex delicto majoris partis, quæ [r] ut alibi diximus personam universitatis sustinet, universitas in culpa est, [s] eoque nomine, amittit ea quæ diximus libertatem civilem, muros & alia commoda, [t] sentiunt damnum & singuli innocentes, [u] sed ea in re quæ ad ipsos non pertinebat, nisi per universitatem.

§. XI.

I. [a] Præterea notandum, interdum imponi alieni aliquid mali, aut boni aliquid auferri, [b] occasione quidem alicujus peccati, sed non ita ut id peccatum causa sit proxima ejus actionis, quod jus ipsum agendi attinet. [c] Sic qui occasione alieni debiti aliquid promisit malum patitur, ex [*] veteri verbo, ἐγγύα, παρὰ δὲ ἄτα: *Sponde, noxa præsto est*: [d] at proxima causa obligationis est ipsa promissio. Nam ut qui

„k) (ALPHENO:) In *leg. 3. ff. de interd. & releg.*

„l) (QUÆ VERO NON A PATRE:) Nam in his „bonis verum jus habent, quod ob culpam pa„rentum illis auferri nequit.

„m) (SED A RERUM NATURA:) Per modos „acquirendi juris gentium.

„n) (AUT ALIUNDE:) Ex peculio &c.

„o) (CICERO:) *Ad Brut. lib. 1. ep. 15.*

„p) (LIBERI LEPIDI:) Cujus bona publicata „erant.

„q) (LEGES ROMANÆ:) *Leg 5. §. 1. C. L. Jul. „Maj. L. 7. ff. bon. damn.* Hinc passim improba„tur hic mos. *Plutb. in Sylla. Vellej. Pat. 2. 28.*

„r) (UT ALIBI:) *Lib. 2. cap. 5. §. 27.*

„s) (EOQUE NOMINE AMITTIT:) Jura publica „& universitatis.

„t) (SENTIUNT DAMNUM ET SINGULI INNO„CENTES:) Imo non est damnum, quia jus eis „proprium non demitur.

„u) (SED EA QUÆ AD IPSOS NON PERTINE„BAT NISI PER UNIVERSITATEM:) Singuli jus in „rem universitatis non habent, nisi quatenus uni„versitati propria est, jure ergo universitatis ces„sante, exstinguitur etiam jus singulorum, qui in „hunc casum nullum jus unquam habuerunt, adeo„que id nec damnum est, nec pœna.

„a) (PRÆTEREA:) Hoc est alterum quod mo„nendum censet Author; (*Vid. §. præced. n. 1.*) „distinguendum nimirum esse inter causam proxi„mam & remotam mali quod patimur.

b) (OCCASIONE QUIDEM ALICUJUS PECCATI, SED NON ITA UT ID PECCATUM CAUSA SIT PROXIMA:) Late & obscure hæc ab Authore proponuntur: Innuit nimirum exemplum fidejussorum qui pro crimine alieno intercedunt, & qui proinde ex alieno crimine obligari videntur: Author recte ait talem fidejussorem malum ferre ex sua sponsione, adeoque non tanquam pœnam; & hinc concludit, non teneri eum ad majus malum quam de quo disponere potest: Cum autem de sua vita disponere nequeat, facile constat fidejussorem mortem aliamque pœnam corporalem pro alio subire non posse: Cum vero æstimari delictum possit per pecuniam, is qui ita cavit tenetur præstare æstimationem, non in pœnam quia nihil mali egit, sed ex conventione.

„c) (SIC QUI OCCASIONE ALIENI DEBITI ALI„QUID PROMISIT MALUM PATITUR:) Imo non magis „malum hic patitur quam si fidejussor id quod ex „stipulatu jure proprio debet solvit, id enim quod „ex cautione solvit debet ex promisso.

„*) (VETERI VERBO:) Thaletis Milesii ex se„tem sapientibus. *Gron. b.*

„d) (AT PROXIMA CAUSA OBLIGATIONIS EST „IPSA

qui pro emtore fidejussit [e] non proprie ex emto tenetur sed ex promisso: ita & qui pro delinquente, [f] non ex delicto sed ex sua sponsione. Atque hinc fit quod malum illi ferendum [g] mensuram accepit non ex delicto alterius, sed ex potestate quam ipse in promittendo habuit.

2. [h] Cui consequens est, ut ex sententia, quam veriorem credimus, [i] occidi nemo possit ex fidejussione, quia statuimus [k] neminem jus tale habere in vitam ut eam sibi ipse adimere, aut adimendam obligare possit: cum veteres Romani Græcique aliter ea de re senserint: ideoque & [l] vades capitali judicio crediderint obligari, ut in [m] Ausonii est versu, & ex notissima Damonis [n] & Pythiæ historia apparet: &

„IPSA PROMISSIO:) Vere igitur non est malum, „quia sua voluntate tenetur.

„e) (NON PROPRIE EX EMTO TENETUR SED EX „PROMISSO:) Nam duo hic sunt negotia (1) *emtio*, „quæ intercedit inter emtorem & venditorem; (2) „*fidejussio* quæ intercedit inter venditorem & fidejussorem qui venditori cavet: ex *illo* negotio datur actio ex emto inter solos contrahentes; ex *hoc* „actio ex stipulatu inter venditorem & fidejussorem.

„f) (NON EX DELICTO SED EX SUA SPONSIO„NE:) Hic itidem duo esse negotia diximus: (1) „*delictum*, unde obligatio oritur inter læsum & lædentem; (2) *cautio*, unde obligatio oritur inter læ„sum & caventem: ex *illo* læsus tenetur ad pœ„nam ex delicto suo & facto illicito: ex *hoc* ca„vens tenetur ad id quod interest ex pacto & dis„positione: Hic ergo pœna non est, nec pœnæ „communicatio, quia non est malum passionis pro„pter malum actionis.

„g) (MENSURAM ACCEPIT:) Pœna mensuram „accipit a merito, & tantundem delinquenti in„fligitur mali quantum egit: at fidejussor non „tenetur juxta meritum illud, sed in tantum quan„tum promisit, & quantum spondere potuit.

„h) (CUI CONSEQUENS EST:) Nimirum ei „quod modo dixit, malum fidejussori infligen„dum mensuram accipere ex potestate quam ipse „in promittendo habuit.

„i) (OCCIDI NEMO POSSIT EX FIDEJUSSIONE:) „Si scilicet caput suum pro alterius capite pignori „posuit. *Plaut. capt.* 2. 3. 33. *Vid. Gron. h.*

„k) (NEMINEM JUS TALE HABERE IN VI„TAM:) Quod late exposuimus *supra l.* 2. *c.* 19 „§. 5. adeoque cessat disponendi facultas, quia de „jure alieno disponeret; eoque nulla est talis spon„sio.

l) (Grot.) (VADES CAPITALI JUDICIO CREDIDERINT OBLIGARI:) Apertum id in verbis Rube„nis ad patrem Jacobum *Gen.* XLII, 37. & apud *Josephum* II. antiquæ historiæ, cap. 6. §. 5. *Edit. Hudson.* Hos vades ἀντιψύχες animæ vicarios vocat *Eutropius* Caligula; ἐγγυητὰς θανάτυ, mortis sponsores, *Diodorus Siculus*, in excerptis Peirescianis. [ubi de *Damone:* ἔγγυ@ εὐθὺς ἐγενήθη θανάτυ.] *Chrysostomus* ad Galatas II. καθάπερ τινὸς καταδικασθέντ@ ἀποθανεῖν, ἕτερ@ ἀνεύθυν@ ἑλόμεν@ θανεῖν ὑπὲρ ἐκείνε ἐξαρπάζει τῆς τιμωρίας αὐτόν. *sicut homine aliquo ad mortem damnato, innocens alter pro illo se morti devovens illum supplicio liberat.* [In *Cap.* III. 13. Tom. III. pag. 740. *Ed. Savil.*] *Augustinus* epistola LIV. ad Macedonium: *& aliquando qui causa fuit mortis potius in culpa est, quam ille qui occidit. velut si quispiam decipiat fidejussorem suum, atque ille pro isto legitimum supplicium luat.* [Mirum heic ab Auctore *Eutropium*, Scriptorem Latinum, testem adferri vocis Græcæ Ἀντιψύχοι de *Vadibus* usurpatæ. Neque vocem illam reperiri putes in Versione Græca *Paanii.* Sed Auctor noster, dum festinaret, nec satis attenderet, scripsit *Eutropium*, pro DIONE CASSIO: hic enim, ubi loquitur de *Publio Africanio Potito, & Atanio Secundo*, qui *Caligula* ægrotante juraverant, sese mortem sponte quæsituros si ille fatu fungeretur, ita ait, ἤλπιζον παρ' αὐτῦ, ὡς καὶ ΑΝΤΙΨΥΧΟΙ οἱ ἀποθανεῖν ἐθελήσαντες &c. Lib. LIX. pag. 741. B. *Ed. Steph.* Cæterum de re ipsa, ut & de voce, vide SALMASIUM in *Spartian.* Hadrian. c. 14. & Clariss. CLERICUM, in *Matth.* XX, 23. post *Hammondi* Adnotat. *J. B.*]

ADDITIO.

„Hac de re actum est supra *l.* 2. *c.* 15. §. 16. *n.* 3. „*in fin.* ubi exempla retulimus obsidum qui caverunt „ut capite luierent si pacto non stetur: Alia ex„empla vide vide apud *Liv. l.* 25. *c.* 4. *l.* 3. *c.* 13. *l.* „4. *c.* 42. *Quint. decl.* 6. *Puff. l.* 8. *c.* 2. §. 6. „*Larrea decis Grenad.* 9. *n.* 38. *in f.*

„m) (AUSONII:) In Technopægnio Monosyl„laborum: *Quis subit in pœnam capitali judicio?* „*vas. Gron. h.* Huc pertinet Germanorum prover„bium vetus: Den Bürgen muß man würgen.

„n) (ET PYTHIÆ:) Scribendum Phintiæ: *Cic.* „3. *de offic.* 10. *Gron. h.*

& obſides ſæpe capite plexerint, *o* ut alibi memorabimus. Quod de vita diximus, idem & *p* de membris intelligi debet: nam & in illa jus homini datum non eſt, niſi corporis ſervandi cauſa.

3. Quod *q* ſi exſilium, ſi pecuniarum damnum in promiſſione fuerit, & alterius delicto impleta ſit conditio, damnum feret fidejuſſor, quæ tamen in ipſo, ſi exacte loquimur, *r* pœna non erit. *s* Simile quid occurrit in eo jure quod quis habet ſic ut ab alterius voluntate pendeat, *t* quale eſt jus precarii, reſpectu habito ad rei dominium; *u* & jus privatorum reſpectu habito ad eminens dominium, quod utilitatis publicæ cauſæ civitas habet. Nam ſi quid tale alicui auferatur occaſione delicti alieni, *w* pœna in illis proprie non eſt, *x* ſed executio juris antecedentis, quod erat penes auferentem. Sic quia *y* in beſtias proprie delictum non cadit, ubi
Levit. 18, 23. 20, 15. 16. beſtia occiditur, *z* ut lege Moſis ob concubitum cum homine, *aa* non ea vere pœna eſt, ſed uſus dominii humani in beſtiam.

§. XII.

a His diſtinctionibus poſitis dicemus neminem delicti immumunem,

„*o*) (UT ALIBI:) *Lib. 2. c. 15. §. 16. n. 3. & l.* „*3. c. 4. §. 14.*

„*p*) (DE MEMBRIS INTELLIGI DEBET:) Nam „nec membrorum ſuorum quis dominus eſt. *l. 13. ff.* „*Leg. Aquil. Barboſa in loc. com. voc. membrum.* „*Ameſena de pot. in ſe ipſum. l. 1. c. 2. 3. 34.*

„*q*) (SI EXSILIUM:) Si quis promittit ſe in exi„lium iturum, ſummam pecuniæ numeraturum „&c. in caſum quo alter peccaturus eſt: exiſtente „conditione, i. e. ſi alter peccat, ſponſor tenetur „ad id quod promiſit.

„*r*) (POENA NON ERIT:) Damnum enim hoc „non fert ob malum actionis, ſed ex pacto: poteſt „autem quis diſponere de ſuo jure habitandi, de „bonis &c.

„*s*) (SIMILE QUID OCCURRIT IN EO JURE QUOD QUIS HABET SIC UT AB ALTERIUS VOLUNTATE PENDEAT:) Obſcura admodum ſunt quae hic ſequuntur.

t) (QUALE EST JUS PRECARII:) Dominus enim dum revocat precarium occaſione delicti alieni, nullo jure privat eum qui precario utitur, quia nullum jus in re habet, ſed ſolam rei poſſeſſionem: adeoque nulla hic privatio juris ſubeſt.

„*u*) (ET JUS PRIVATORUM RESPECTU HABITO „AD EMINENS DOMINIUM:) Nam privati quidem „de re ſua diſponere poſſunt, ſed juri huic ſemper „ineſt conditio niſi repugnet utilitati civitatis, a„deoque jus hoc privatorum dependet a volun„tate civitatis: *Vid ſupr. l. 1. c. 1. §. 6.* Si pro„inde jus hoc civi occaſione delicti alieni aufertur, „civitas ſaltem exequitur jus quod ei vi imperii „competit, & in eo conſiſtit, ut ob utilitatem pu„blicam jus quæſitum civibus auferre poſſit.

„*w*) (POENA IN ILLIS PROPRIE NON EST:) „Quia non privantur jure aliquo quod eis propri„um fuit, ſed quod ab arbitrio alterius dependebat.

„*x*) (SED EXECUTIO JURIS ANTECEDENTIS, „QUOD ERAT PENES AUFERENTEM:) Adeoque „quod dominus ſimpliciter, civitas vero ob utili„tatem publicam auferre potuit.

„*y*) (IN BESTIAS PROPRIE DELICTUM NON CA„DIT:) Beſtiæ juris non ſunt capaces. *Vid. l. 1.* „*c. 1. §. 11.* Adeoque nec privatio juris ibi locum „habere poteſt.

z) (Grot.) (UT LEGE MOSIS:) De qua vide *Maimonidem* ductore dubitantium III. 40.

„*aa*) (NON EA VERE POENA EST, SED USUS „DOMINII HUMANI IN BESTIAS:) Vera ratio legis „eſt quam jus canonicum affert, ne beſtia vivens & „oberrans oculos refricet continuo memoriam „tam infandi ſceleris. *c. 15. c mulier q. 1.* Si enim „effectus dominii eſſet, invito domino occidi be„ſtia non poſſet.

„*a*) (HIS DISTINCTIONIBUS POSITIS:) Quæ „ex

munem, [b] ob delictum alienum, puniri posse. [c] Cujus rei ratio vera non est ea quam adfert Paulus Jurisconsultus, quod pœnæ constituantur in emendationem hominum: nam exemplum videtur statui posse [d] etiam extra personam delinquentis, in ea tamen persona quæ ipsum tangat, ut [e] mox dicemus; [f] sed quia obligatio ad pœnam ex merito oritur: [g] meritum autem est personale, [h] quippe ex voluntate ortum habens, [i] qua nihil est magis nobis proprium, unde [k] αὐτεξούσιον vocatur. *L. 20. D de Pœn.*

§. XIII.

„ex vera definitione damni & pœnæ sponte sequuntur.

„b) (OB DELICTUM ALIENUM PUNIRE POSSE:) „Quia malum passionis esse non potest absque „malo actionis.

„c) (CUJUS VERA RATIO NON EST:) Imo est „verissima: Nam JCtus rationem allegat, cur pœ„na morte finiatur, *quia scilicet pœna constituitur* „*in emendationem hominum, quæ mortuo eo in* „*quem constitui videtur desinit.* Loquitur igitur „JCtus de emendatione ipsius delinquentis, non „de exemplo, quod tantum per accidens fit & „consequens est. Hic emendationis effectus o„mnis cessat mortuo delinquente: sed & pœna est „æstimatio meriti, quod personæ inhæret: acce„dit quod effectus pœnæ consistat in ejus sensu, „at non sentit mortuus.

„d) (ETIAM EXTRA PERSONAM DELINQUENTIS:) „Uti cum liberi malum ferunt propter delictum „parentum; At hoc exemplum pœnæ non est ex„tra personam delinquentis, sed in ipso patre: ille „privatur bono aliquo suo propter culpam, liberi „culpam non commisere.

„e) (MOX:). §. *seq.*

„f) (SED QUIA OBLIGATIO AD POENAM EX „MERITO ORITUR:) Eodem res recidit: Meritum „enim, ex quo quis ad pœnam obligatur, corrigi „debet; post mortem autem meritum non est, a„deoque emendari illud non potest.

„g) (MERITUM AUTEM EST PERSONALE:) „*Vide Diss. proœm. XII. §. 555. 556.*

„h) (QUIPPE EX VOLUNTATE ORTUM HABENS!) „Sine voluntate enim & intentione delictum non „committitur.

„i) (QUA NIHIL EST MAGIS NOBIS PROPRIUM:) „Ex mea igitur voluntate alius obligari nequit.

„k) (αὐτεξούσιον:) Propriæ facultatis. *Grou. h.*

(AD §. XIII.) Autor examinat quæstionem, an liberi ob delicta parentum puniri possint? Nos totam rem expedivimus in Disputatione *de obligatione hæredis ex delicto defuncti. Sect. IV. §. 25. Verba hæc sunt:*

Ex præmissis abunde constat, hæredes non teneri ex crimine defuncti ad pœnam, sive crimen sit *publicum, sive privatum & extraordinarium, l. 26. pœn. l. 22. c. eod. l. ult. ad l. Jul. Majest. Tot. tit. C. si reus vel acc. l. unic. in fin. si quis jus dic. per thes. 8.* Cui accedit, quod hæc pœna ne quidem sit res patrimonii, sed vindicta, eaque non privata, ex qua actori acquiritur, sed publica, ex qua fisco, *th. 15.* Quin nec tenentur hæredes, etsi lis cum defuncto contestata fuerit *d. l. ult. l. 2. l. 3. & 4. l. fin. C. si reus vel acc. l. 6. ff. de publ. jud.* quia litis contestatio in criminibus non potest pro quasi contractu haberi, cum nec possint privati contrahere de jure publico, seu de crimine, cujus vindicta ad rempublicam pertinet, *l. 27. §. 4. de Pact.* & si possent, ex eo acquiri deberet pœna partibus contrahentibus *per l. 38. §. 17. d. V. O.* quod non fit, sed acquiritur fisco, vel judici, qui non contraxit. Cum igitur non possit deberi ex quasi contractu, sed maneat pœna criminis, hæres teneri nequit *per thes. 8.*

Nec movet quod (1) Deus minetur se puniturum parentes in sobole. *Deut. 5. v. 9.* Et (2) perduellionis pœna in liberos quoque extendatur *l. 5. C. Majest.* Resp. Non esse pœnam filiorum, quia ipsis non propter delictum suum infligitur *per thes. 6.* Non magis, quam si alius homo, Deo disponente morte præmatura eripitur, morbis affligitur, vel a prædonibus spoliatur. Hæc enim beneficia fortunæ sunt, quæ Deus suo jure ac lubitu dare, vel auferre potest; sed hæc calamitas filiorum pœna parentum est, qui non tam suo, quam liberorum innocentium malo, cui ipsi imprimis delictis suis causam dederunt, augentur. *thes. 6.*

Ita quoque quantum ad *l. 5. C. Majest.* perduellium liberi extorres ac infames fieri ex aliis causis, absque ratione pœnæ, possunt, quia dignitates & jus domicilii sunt beneficia civitatis, quæ illa ex aliis quoque causis denegare potest, uti cum lex illegitime aut a vili patre (nedum perduelle) natos, excludit a præmiis ac dignitatibus publicis, & a juribus domicilii. Hæc igitur calamitas liberorum iterum est pœna parentum: unde de Lepido in rempublicam armato ait *Cicero ad Brut. epist. 12. Si damnatus esset eandem calamitatem subirent liberi, bonis publicatis, & ita Lepidum crudelem in liberos esse, non legem, qua Lepidum damnat.* At qui potest extra rationem pœnæ videri, quod præterea isti liberi ex *d. l. 5.* bonis suis propriis exuuntur, & suppliciis paternis digni existimantur, in quibus metuuntur exempla paterni criminis; quin quod aliarum gentium legibus actu suppliciis mactantur, uti eam Macedonum legem refert *Curtius lib. 6. cap. 11.* & quod Pœni propter Hanno-

 nia

§. XIII.

Epist. 3. de morte Nepotiani, p. 23. A Tom. I Epist. 105. (aut potius 106. ubi tamen verba non eadem.) Immo Jovis pag. 667. D. L. Sancimus, 22. C. de pœnis.

1. *Neque virtutes, neque vitia parentum,* inquit Hieronymus, *liberis imputantur.* Augustinus vero, *Deus*, ait, *ipse foret injustus, si quenquam damnaret innoxium.* Dion Chrysostomus oratione ultima, cum sanctione Atheniensium adjecta, Solonis legibus [a] devoveri posteros dixisset, [b] de Dei lege hæc subjicit: πλὴν παῖδας καὶ γένος ὐκ ἐπέξεισιν, ὡς ἐκεῖ, τῶν ἁμαρτανόντων. ἀλλ' ἕκαςος αὐτῷ γίνεται τῆς ἀτυχίας αἴτιος: *verum hæc non, ut illa, liberos & posteros peccantium puniit: sed sibi quisque sit infortunii causa.* Et huc illud vulgatum pertinet: [c] *Noxa caput sequitur. Sancimus*, ajunt [d] Imperatores Christiani, *ibi esse pœnam, ubi & noxa est.* Deinde: *Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum.*

Lib. II. de leg. spec. p. 802. E.

2. Justum est, ait Philo, eorum esse pœnas quorum sunt peccata; [e] reprehendens morem quarundam gentium quæ tyrannorum aut

nis perduellionem filios ipsius, omnesque cognatos occiderunt, ne quisquam, aut ad scelus imitandum, aut ad mortem ulciscendum, ex tam nefaria domo superesset, ut ait *Justin. hist. 21. c. 4.* Non enim utique civitas subditis suis vitam, aut dominia jure gentium quæsita auferre potest, nisi in pœnam delicti, neque ad id sufficit solus delicti metus. Est equidem præterea quoque jus aliquod civitatis in vitam, ac bona civium suorum, scil. quatenus necesse est ad defensionem communis patriæ, uti quod teneatur, etiam cum discrimine vitæ, hostem propellere, & bona sua ad communem defensionem contribuere: Quin & usitatum inter gentes fuit, quod pacis obtinendæ gratia; primarii cives obsides hostibus dari potuerint cum potestate necandi, si pactis non staretur, vid. *Alb. Gentil l. 2. Jur. bell. cap. 19.* occurruntque occisorum exempla passim. *Sigon de occid. imper. l. 18. pag. 453. &c.* Quanquam & Scipio generose id more suo improbaverit apud *Liv. lib. 28. c. 34.* & Narses Justiniani dux, & hostium perfidia, & suorum adhortationibus licet accensus, non tamen ad obsidum Lucensium cædem perpelli potuerit. *Agath. lib. 1. Hist.* Sane ob solum futuri delicti suspicionem metumque in innoxios suppliciis grassari, non videtur alia ratione defendi posse, quam quia id, quod ex iniquo habet, securitate publica pensatur. Ita quidem Cicero in eos qui Diis eam vim tribuunt, ut si quis morte sceleris pœnas effugerit expetantur eæ pœnæ a liberis, a nepotibus, a posteris, ita invehitur. *O miram æquitatem Deorum! ferretne una civitas latorem istius modi legis, ut condemnaretur filius, aut nepos, si pater aut avus deliquisset?* Eoque adducit autoritates Poetarum & Stoicorum *lib. 5. de natura Deor. in fin.* Idem tamen in prædicto exemplo Lepidi, quem perduellem judicabat, ait: *Parentum scelera filiorum pœnis lui acerbum quidem, at id præclare legibus comparatum esse, ut caritas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet, Ad Brut. epist. 12.* Idque facilius admitti potest in sanctione *d. l. 5.* quæ publicatione bonorum contenta, liberos non afficit suppliciis sed affici dignos tantum judicat. Pœnorum vero Macedonumque exempla, modum omnino justitiæ excedunt. Nec ullo modo inter exempla referri debent parricidia Antonini Bassiani, quibus in fratrem ac collegam, ejusque amicos omnes sævit apud *Herod. l. 4. c. 11.* non enim id ulla juris species fuit, sed plus quam belluina immanitas. Nec minus impia vox Demetrii, qui occiso per insidias Alexandro Cassandri filio, causatus est apud exercitium *Scelerum ultionem, quia nequisset ab ipso Cassandro exigere, ad liberos ejus transtulisse. Just. l. 16. c. 1.*

„a) (DEVOVERI POSTEROS:) i. e. Puniri ob „delicta parentum

„b) (DE DEI LEGE:) In sacris literis declarata.

„c) (NOXA CAPUT SEQUITUR:) *Vide Brissoni-„um, & Scaleri relegationes, voce, Noxa.*

„d) (IMPERATORES CHRISTIANI:) Honorius „& Theodosius in *l. 22. C. pœn.*

e) (REPREHENDENS MOREM QUARUNDAM GENTIUM:) Rationem hujus moris allegavimus in Dissertatione *de justitia pœnæ in abscures c. 2. §. 14. seq.* Hujus enim criminis perduellionis tantus inter gentes metus, tantumque periculum visum fuit, ut ei exarmando, quidquid machinarum mutuique terroris inveniri potuit, oppositum fuerit. Nec immerito: Non enim tantum periculi ab extraneo hoste impendet, ac ab eo qui intus alitur, & in ipsis visceribus nostris quasi pascitur. Unde

aut proditorum insontes liberos morte puniebant. *f* Quem reprehendit & Dionysius Halicarnassensis, ostenditque iniquam esse rationem quæ obtenditur, *g* quod parentibus similes futuri putantur cum id incertum sit, *h* nec incertus metus ad mortem cujusquam sufficere debeat. Nescio quis Christiano Imperatori. *i* Arcadio ausus est hoc dictare, debuisse paterno perire supplicio, in quibus paterni criminis exempla metuuntur: & *k* Ammianus narrat interemtam sobolem, parvam etiam tum, *ne ad parentum exempla succresceret*,

L. 5. §. 1. C. ad l. Jul. maj. *Lib. 28. c. 2. in fin.*

Unde pleræque gentium non tantum in auctorem sceleris, sed in totam ejus familiam suppliciis sævierunt. Exemplum Hannonis Pœni, una cum ratione tantæ acerbitatis, compendio refert *Justinus lib. 21. c. 4. in fin.* his verbis: *Filii, quoque, cognatique omnes, etiam innoxii, supplicio traduntur, ne quisquam ad amitandum scelus, aut ad mortem ulciscendam, ex tam nefaria domo superesset.* Talem quoque Macedonum legem refert *Curt. lib. 6, c. 11. & lib. 8. c. 6. in fin.*

In hoc vero crimine id singularissimum est, quod nempe judicium post mortem rei quoque inchoari possit. per *l. fin. ff. ad l. Jul. Maj. l. 1. §. 3. ff. de suis & leg. l. 31. §. fin. ff. d. donat. l. 86. §. 1. ff. de acquirend. her. l. 6. fin. C. ad l. Jul. Majest. §. 3. Inst. de Publ. Jud.* Minus igitur dubium est etiam in absentes judicium hoc Majestatis intentari posse, cum & in mortuos possit; idque speciali constitutione, *ad reprimendum &c.* expressit Henricus VII. Imp. quæ sub finem Corporis juris adjecta est & in quam Bartholus commentatus est.

Nec ratio in obscuro est, cum agatur de fulcienda nutantis ac sub potentium insidiis ac machinationibus periclitantis reipublicæ. Hujus necessitatibus cedunt & postponuntur omnes privatorum rationes: eademque sollicitudo & cautela reipublicæ, quæ leges Majestatis armavit in filios innoxios, & alicubi in omnes cognatos, easdem quoque instruxit adversus mortuos & absentes, aliaque in reipublicæ præsidium singularissime constituit, quæ remoto ejus metu ac periculo plena injuriarum ac truculentiæ videotur.

Pœnæ vero præcipuæ quibus lex Majestatis munita est adversus perduelles ad 4 capita referri possunt. (1) Capitalis & principalis pœna in ipsum perduellem constituta, scilicet ultimum supplicium: cujus genus variat *l. 5. pr. C. ad l. Jul. Maj. Ord. Crim. art.* 124, (2) Confiscatio bonorum, quæ & hodie recepta est. *d. l. 5. pr. Ord. Crim. art.* 218. *in fin.* (3) Filiorum exilium, infamia, & successionum privatio, quod horum periculo magis terreri parentes soleant, quam suo *d. l. 5. §. 1.* (4) Damnatio memoriæ. *l. 6. l. fin. C. eod. tit.*

Horum omnium capitum (excepto primo) executio vere & reapse fit, etiam perduelle mortuo vel absente, perinde ac vivo & præsente. In his igitur nihil simulati vel imaginarii est, sed pœnæ executio realis; nec pertinet illa ad personatam illam executionem, quæ moribus invaluit, & in effigie fieri dicitur, sed ad veram, quæ jure constituta est, de quo *cap. 3.* Damnatio vero memoriæ aliud quid est, quam infamia & multo latius patet. Pœna enim infamiæ in futurum tantum operatur, ne quis in posterum admitti ad honores, aut dignitates possit: at damnatio memoriæ omnia honorum & dignitatum, quas gessit, vestigia abolet, in præteritum memoriam eorum delet. Quicquid igitur occurrit, quod ad perduellis laudem, honorem, decus, famam aut memoriam factum scriptum compositumve fuerit, extinguitur, franguntur, nomen ex albis aufertur, statuæ, imagines, monumenta &c. destruuntur; ipsa domus diruitur, atque in universum id agitur, ut ejus hominis gestorumque honestam recordationem perpetua oblivio sepeliat; quæ fines infamiæ longe superant. Aliquando & solum sale conspergi, & statuæ facinoris mentio & execratio inscribi, quin & aliæ atrocitates excogitari, atque in cumulum solent addi. Exquisitissima damnationis memoriæ formula, qua Athenienses Philippum Macedonem execrati sunt, ejusque memoriam damnarunt extat apud *Livium 31. cap. 44.* Cæterum hæc omnia pœnæ perduellium capita ad amussim ita exacta fuere in Dania anno 1663. d. 24. Jul. in causa Cornificii Comitis ab Ulefeld vivi & absentis, quæ sententia extat in *Theatro Europ. tom. 9. ad an. 1663. fol. 1002.* & indignissime in Gallia in causa illustrissimi herois Colinii, jam ante occisi, cujus sententiæ capita refert *Thuanus Hist. lib. 55. in med. ad ann. 1572.*

„*f*) (QUEM REPREHENDIT ET DIONYSIUS HA„LICARNASSENSIS:) *Rom. antiq. l. 8. p. m. 290.* „Improbat quoque Puffendorf. *de jur. nat. l. 8. „c. 3. p. 1102.*

„*g*) (QUOD PARENTIBUS SIMILES FUTURI PU„TANTUR:) Vera ratio fuit hujus pœnæ, ut de„terreantur parentes, & ut ipsi puniantur in li„beris.

„*h*) (NEC INCERTUS METUS AD MORTEM CU„JUSQUAM SUFFICERE DEBEAT:) Nullum „enim adest malum actionis, propter quod ma„lum aliquod pati debeat.

„*i*) (ARCADIO:) In *l. 5. §. 1. C Leg. Jul. Maj.*

„*k*) (AMMIANUS NARRAT:) *Lib. 28. p. m. 394.*

Vid. de jure belli n. 38. *ret.* [l] Nec magis justa causa metus ultionis, unde natum est Græcum proverbium:

Desipit occidens patrem qui pignora servat.

Sen. lib. II. de Ira c. 34. 3. At Seneca: *Nihil est iniquius quam aliquem hæredem paterni odii fieri.* [m] Attagini, qui Thebanis ad Medos deficiendi auctor fuerat, liberos nullo malo affecit Pausanias Græcorum Imperator, φὰς τῦ Μηδισμῦ παῖδας ὀυκ εἶναι μεταιτίυς: *dicens illos extra culpam esse*

Herodot. lib. 9. c. 87. *partium Medicarum*, Marcus Antoninus in Epistola ad Senatum: [n] *Quare filiis Avidii Cassii* (is in eum conjuraverat) *& genere & uxori veniam debetis. Et quid dico veniam, cum illi nihil fecerint?*

§. XIV.

1. Deus quidem in Lege Hebræis data [a] paternam impietatem
Exod. 20, 5. in posteros se vindicaturum minatur: sed ipse jus dominii plenissimum habet, ut in res nostras ita in vitam nostram, [b] ut munus suum, [c] quod sine ulla causa & quovis tempore auferre cuivis quando vult potest. Igitur si morte immatura ac violenta rapit liberos
Jos. 24. Acanis, Saulis, Jeroboami, Achabi, [d] in ipsos jure dominii non pœ-
1 Samuel. 21. næ utitur, [e] sed eodem facto gravius punit parentes. Nam sive
1 Reg. 14. 2 Reg. 8, 19. 20. [f] superstites sunt, quod maxime spectavit lex divina, atque ideo lex

„*l*) (NEC MAGIS JUSTA CAUSA METUS ULTIONIS:) Nam (1) metum hunc aliis modis civitas evitare potest, v. g. per carcerem perpetuum &c. (2) idem metus obtineret in omnibus „pœnis capitalibus: adeoque si pater ob furtum, „ob adulterium &c. capite plecteretur, etiam liberis pereundum esset.

„*m*) (ATTAGINI:) De ejus proditione *Vid.* „*Pausan. l. 7. pag. 380.*

n) (Grot.) (QUARE FILIIS AVIDII CASSI:) Vide *Vulcatium* vita Avidii, (cap. 12.) Laudat patrem Constantii humanitatem *Julianus.* (Orat. II. p. 100, 101. Ed. Spanh.) ostenditque sæpe ex malis parentibus bonos venisse liberos, sicut e saxis apes evolant, e ligno amaro nascuntur ficus, e spinis prodit pomum Punicum. Ejusdem hæc sunt: *ἀλλὰ καὶ τα παῖδα τῦ τετελευτηκότος* [*τετολμηκότος* habent Edd.] *νήπιον κομιδῆ τῆς πατρῴας ὐδὲν εἴασας μετασχεῖν ζημίας ὅυτω σοι πρὸς ἐπιείκειαν ἡ πρᾶξις ῥέπυσα τελείας ἀρετῆς ὑπάρχει γνώρισμα. etiam mortui filium infantem admodum non sivisti pœna paterna implicari; ita tua agendi ratio ad lenitatem semper vergens perfectæ virtutis est testimonium.* (Orat. 1. in fin. pag. 49. A.)

„*a*) (PATERNAM IMPIETATEM IN POSTEROS „SE VINDICATURUM MINATUR:) Dixit Autor . „præcedenti liberos non posse puniri ex delicto „parentum: Objicit hic, Deum tamen id facere: „At bene respondet, Deum id jure facere, tum „vi absoluti dominii, tum quia nemo intuitu ejus „insons est. *Vid supr. §. 8. n. 3.*

„*b*) (UT MUNUS SUUM:) Ut beneficium quod „precario nobis concessit.

„*c*) (QUOD SINE ULLA CAUSA ET QUOVIS „TEMPORE AUFERRE:) Quæ tota ratio cessat in „hominibus, qui jus aliis a Deo concessum au„ferre non possunt citra eorum culpam: vita enim „& bona non sunt munus hominum, adeoque „nec ab horum arbitrio dependent.

d) (Grot.) (IN IPSOS JURE DOMINII NON POENÆ UTITUR:) Hæc est sententia Rabbini *Simeonis Barsema*, longe verissima.

ADDITIO.

„Ratione liberorum igitur pœna non est, si „Deus jure suo utitur, nec liberis fit injuria, quia „ea illos creavit lege ut mori debeantur.

„*e*) (SED EODEM FACTO GRAVIUS PUNIT PA„RENTES:) His enim ob malum actionis bonum „aliquod aufertur, quod ipsis in liberis positum „est.

„*f*) (SUPERSTITES SUNT:) Adeoque suis ocu„lis vident properatam mortem liberorum, cum „conscientia orbitatem sibi a Deo pœnæ loco sta„tui. *Gron. h.*

g) (UL-

lex minas istas g ultra abnepotes non extendit, Exod. XXV, quia ad eorum conspectum pertingere potest humana ætas; certum est parentes puniri tali spectaculo: h gravius enim id illis quam quod ipsi ferunt, ut a Chrysostomo recte dicitur, quicum consentit Plutarchus, ὀ λυπῦσα μᾶλλον ἑτέρα κόλασις ἢ τὸς ἐξ ἑαυτῶν κακὰ πάχοντας δ' αὐτὸς ὁρᾷν: *Nullum durius supplicium, quam eos qui ex se sunt ob se miseros spectare:* sive non eo usque provivunt, i tamen cum eo metu occidere magnum est supplicium. *Duritia populi*, inquit Tertullianus *ad talia remedia compulerat*, k *ut vel posteritatibus suis prospicientes legi divinæ obedirent.*

Homil. 29. in 9. Gen. Tom I pag. 231. De sera num. vind p. 561. A.

Adversf. Marcion Lib. II. c. 15.

2. Sed simul notandum est, hac graviore vindicta l non uti Deum, nisi adversus scelera proprie in suam contumeliam perpetrata, ut m falsos cultus, n perjurium, o sacrilegia. Nec aliter Græci existimarunt: Nam quæ crimina credita sunt posteritatem obstringere, p quæ ἄγη ipsi vocant q omnia istius sunt generis: quo de argumento facunde disserit Plutarchus, libro de sera Numinis vindicta. Exstat apud r Ælianum oraculum tale Delphicum:

At scelerum fontes divinum persequitur jus,
Nec pote vitari; non si genus ab Jove ducant:
Sed capiti ipsorum quique enascuntur ab ipsis
Imminet; inque domo cladem subit altera clades.

s Agebatur autem ibi de sacrilegio: quod & historia comprobat au-

g) (ULTRA ABNEPOTES NON EXTENDIT:) Exempla habes in Zimri & Jehu.

ADDITIO.

„Minatur Deus pœnas in tertium & quartum „saltem gradum: quia eo usque superstites solent „esse parentes.

„h) (GRAVIUS ENIM ID ILLIS, QUAM QUOD „IPSI FERUNT:) *Vid. Jerem. c. 52. v. 10. Sen. l. 1. „benef. c. 11. Quintil. Inst. l. 2. c. 13. Tesm. h.*

„i) (TAMEN CUM EO METU:) Quem metum, „Deo ipso minante, vanum non esse, sed pœnam „certo secuturam sciunt.

k) (Grot.) (UT VEL POSTERITATIBUS SUIS PROSPICIENTES LEGI DIVINÆ OBEDIRENT:) Alexander apud *Curtium lib. 8. Non oportebat vos scire quid de his statuissem, quo tristiores periretis.* (Cap. 8.)

„l) (NON UTI DEUM, NISI ADVERSUS SCELERA „PROPRIE IN SUAM CONTUMELIAM PERPETRATA:) „Quæ, quia vel clam committuntur, vel ab iis qui „superiorem in terris non habent, impunita in „foro soli manent.

„m) (FALSOS CULTUS:) *Vid. c. 20. §. 44.*

„n) (PERJURIUM:) Deus enim in liberis Saul „vindicavit perjurium a patre commissum: qui „Gabeonitas contra fidem jurisjurandi a patre „eis præstiti occidit. *2 Sam. 21. v. 1. junct. „v. 9.*

„o) (SACRILEGIA:) Quo pertinet Achanis „exemplum, cujus uxor & liberi jussu divino la„pidati sunt. Causa erat sacrilegium, quod Achan „commisit surripiendo vasa anathemate affecta & „Deo dicata. *Jos. c. 6. v. 17 - 19. junct. c. 7. v. 11. „21. 24. & 25.* ubi tamen uxor & liberi compli„ces fuisse videntur, quis in tentorio, ubi præsen„tes erant, defossum fuit aurum. *d. v. 21.*

p) (Grot.) (QUÆ ἄγη IPSI VOCANT:) Vide *Plutarchum* Pericle: (Tom. 1. pag. 170. A.) & quæ supra dicta hoc libro c. 13. §. 1.

„q) (OMNIA ISTIUS SUNT GENERIS:) Scilicet „in contumeliam Dei perpetrata.

„r) (ÆLIANUM:) *l. 3. var. hist. c. 43.*

s) (Grot.) (AGEBATUR AUTEM IBI DE SACRILEGIO:) Ut & *Libanius:* ὧν οἱ μὲν ἔδοσαν ἤδη δίκην, οἱ δὲ ὄπω μέν. ὐκ ἔςι δὲ ὅτε αὐτὸς ἐξαιρήσεται. λέγω δὲ αὐτὸς καὶ παῖδας, λέγω καὶ τὸς

Lib. 4. p. 188. auri Tolosani apud Strabonem[t] & [u] Gellium. De perjurio similes
Lib. III. c. 9. sententias [v] supra adduximus. Deinde vero, etsi id comminatus est Deus, non tamen semper eo jure utitur, maxime si [w] insignis quædam virtus in liberis eluceat, ut videre est [x] Ezech. cap. XVIII.
Vers. 20. & exemplis quibusdam a Plutarcho dicto loco probatur.

3. Et cum in novo fœdere [y] apertius quam olim declarata sint supplicia, quæ impios post hanc vitam manent, [z] ideo in eo fœdere nulla exstat comminatio [aa] personas peccantium egrediens; [bb] quo præcipue, quanquam minus aperte, ut mos est vatibus, spectat dicta jam Ezechielis oratio. [cc] Factum autem illud Dei hominibus imitari non licet: neque par ratio est, quia, ut jam diximus, Deus [dd] sine culpæ intuitu jus habet in vitam; homines non nisi ex gravi culpa, & quidem [ff] quæ personæ sit propria.

Deuteron. 24, 16. 4. Quare eadem illa divina lex, ut [gg] parentes pro liberis, ita ob

τὸς ἐξ ἐκείνων, *quorum alii jam pœnas dedere, alii nondum quidem, sed nemo eos pœna eximet: nec ipsos tantum dico, sed & liberos & ex iis nascituros.* Similia habet idem *Libanius* oratione quam edidit *Gothofredus*.

„t) (AURI TOLOSANI:) Tectosagi cum in antiquam patriam Tolosam reverterentur, & pestifera lue comprehenderentur, non prius sanitatem recuperaverunt quam Aruspicum responsis moniti aurum argentumque bellis sacrilegiisque quæsitum in Tolosanum lacum mergerent: Cepio Romanorum consul id magno post tempore abstulit, eoque & ipse & ejus exercitus periit. *Just. l. 32. c. 3,* Similia exempla vide apud „*Justin. l. 29. c. 8. & c. 18.*

„u) (GELLIUS:) *l. 3. c. 9.*

„v) (SUPRA:) *l. 2. c. 3. §. 1.*

w) (Grot.) (INSIGNIS QUÆDAM VIRTUS:) Et publica paterni criminis detestatio, qualem fecit Andronicus Palæologus Imperator, apud *Gregoram* libro 7. pag. 81. (*Ed. Colon.* seu *Genev* 1616.)

„x) (EZECH. C. XVIII.) Ubi ita loquitur propheta: *Quod si genueris* (scilicet impius) *filium, qui videt omnia peccata patris sui quæ fecit, timueritque, & non fecit simile eis &c. hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet: quare non portabit filius iniquitatem patris, videlicet quia filius judicium & justitiam operatur &c. vita vivet: Anima, quæ peccaverit ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris &c. d. c. 18.* „*v.* 14. 17. 19. 20. 21.

„y) (APERTIUS QUAM OLIM DECLARATA SINT SUPPLICIA &c.) Quia in veteri testamento traditur jus Ebræorum civile, adeoque pœnæ quoque saltem civiles ibi statuuntur.

z) (Grot.) (IDEO IN EO FOEDERE NULLA EXSTAT COMMINATIO PERSONAS PECCANTIUM EGREDIENS:) *Tertullianus* de monogamia: *desinit uva acerba a patribus manducata dentes filiorum obstupefacere; unusquisque enim in suo delicto morietur.* (Cap. 7.)

„aa) (PERSONAS PECCANTIUM EXPEDIENS:) Quæ in posteros eorum porrigatur: Quid ergo illud *Ioh. 9. v. 2.* Quis peccavit? An hic an parentes ejus: *Vid. Tesm. h.*

„bb) (QUO PRÆCIPUE SPECTAT DICTA JAM EZECHIELIS ORATIO:) Optime Autor, ut concilieт locum hunc cum cæteris S. S. Scripturæ locis, conjecturatur Prophetam loqui de pœnis æternis: Nam in suppliciis post mortem infligendis verum est quod ait, *Dominum unumquemque juxta vias suas judicare, d. c. 18. v. 30.* & certissimum est vitam ac mortem, quæ ibi præmii loco proponuntur, de æterna vita vel morte intelligenda esse.

„cc) (FACTUM AUTEM ILLUD DEI HOMINIBUS IMITARI NON LICET:) i. e. Hominibus non licet liberos punire propter delicta parentum, quia homo non absolutum jus in hominem habet uti Deus. *Vid. n. 1. b.*

„dd) (SINE CULPÆ INTUITU:) Vitam & bona homo tenet ex solo beneficio divino, & Deus ea concessit ut munus suum. *Vid. n. 1. b.*

„ee) (HOMINES NON NISI EX GRAVI CULPA:) Adeoque tantum ob malum actionis: Quia magistratus imperium in homines ea lege a natura accepit, ut jura eorum defendat, non ut pro arbitrio suo ea auferat.

„ff) (QUÆ PERSONÆ SIT PROPRIA:) Eamque non excedat.

„gg) (PARENTES PRO LIBERIS:) *Ezech. d. c. 18. v. 21.*

„hh)

ob parentum facta liberos [bb] mortis pœna affici vetat: quam legem [ii] pii reges etiam [kk] in perduellibus secuti leguntur: eamque legem valde laudant Josephus & Philo, ut & similem Ægyptiam Isocrates, & Romanam [ll] Dionysius Halicarnassensis. Platonis est *πατρὸς ὀνείδη καὶ τιμωρίας παίδων ἐδενὶ ξυνέπεσθαι.* Quod Latine ita exprimit Callistratus Jurisconsultus: *Crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest.* Addita causa: *Namque unusquisque ex suo admisso* [mm] *sorti objicitur, nec alieni criminis successor constituitur. Ferretne,* inquit Cicero, *ulla civitas latorem istiusmodi legis, ut condemnetur filius aut nepos, si pater aut avus deliquissent?* Hinc factum ut [nn] prægnantem mulierem mortis supplicio afficere [oo] nefas habitum sit [pp] Ægyptiorum, [qq] Græcorum, & [rr] Romanorum legibus.

Lib. 4. c. 8. § 39. De Leg. Spec. lib. II. p. 801. & seq. Busiride. De Leg. Lib. 9. pag. 856. D. Tom. II Ed. H. Steph. Lib. 26. D. de Pœnis. Leg. III. de nat. Deor. c. 38.

§. XV.

Quod si injustæ [a] leges humanæ, quæ liberos occidunt ob parentum delicta, injustior sane [b] lex Persarum [c] & Macedonum [d] devovens & propinquorum capita, quo qui in regem peccarant [e] tristiores perirent, ut [f] Curtius loquitur: cujus legis diritate exsuperari leges omnes scripsit [g] Ammianus Marcellinus.

Dan. 6. 24. Just. lib. 10. c. 2. Lib. 8. c. 8. Lib. 23. c. 6.

§. XVI.

„*bb*) (MORTIS POENA AFFICI VETAT:) *Deut.* „*25. v. 16.*

ii) (Grot.) (PII REGES:) Ut Amasias. (2 Reg. XIV, 6.)

„*kk*) (IN PERDUELLIBUS:) Exempla vide 2. *paral.* „*25. v. 4. 2 Reg. 14. v. 6.* Sane contraria exempla „excusari non possunt nisi ex argumento Cassii „apud Tacitum *Annal. 4. Lib. IV. habet aliquid ex* „*iniquo omne magnum exemplum, quod in singulos* „*utilitate publica rependitur.*

ll) (Grot.) (DIONYSIUS HALICARNASSENSIS:) Qui sic ait lib. VIII. (c 80.) *τὸ ἔθος τῦτε Ῥωμαίοις ἐπιχώριον γέγονεν, ἀφεῖσθαι τῆς τιμωρίας ἀπάσης τὺς παῖδας, ὧν ἂν οἱ πατέρες ἀδικήσωσι. Mos ille Romanis proprius, a pœna omni liberos eximere quorum parentes deliquerunt.* Habet idem *lex Wisigothica* libro VI. tit. 1. cap. 8. (Non aperte laudat morem illum *Dionysius Halicarnassensis*, ut jam observavimus, & ex inspectione loci patebit. *J. B.*)

„*mm*) (SORTI SUBJICITUR:) i. e. Calculis, qui„bus judices in dando suffragio utebantur. *Gron. h.*

nn) (Grot.) PRÆGNANTEM MULIEREM MORTIS SUPPLICIO AFFICERE NEFAS HABITUM:) Laudat *Philo* libro de humanitate, (*pag.* 710.)

„*oo*) (NEFAS HABITUM:) Ne partus inno„cens delictum matris luat.

„*pp*) (ÆGYPTIORUM:) *Vid. Ælian. var. l. 5,* „*c. 18. Plutarch. de ser. num. vind. Diod. Sic. l. 2. c. 3.*

„*qq*) (GRÆCORUM:) *Ælian d. c. 18.*

rr) (Grot.) (ROMANORUM:) L. Imperator Adrianus, 18. D. *de statu hominum*, l. prægnantis, 3. D. *de pœnis*

ADDITIO.

„Adeo ut nec quæstio de muliere prægnante „habeatur: *d. l. 3.* Moribus indulgeri solent sex „septimanæ antequam supplicio tradatur mulier „partum enixa, ne hic alimentis careat. *Carpz,* „*p. 3. q. 137. n. 22. & q. 144. n. 55.*

„*a*) (LEGES HUMANÆ:) Quas Nebucadnezar „secutus accusatores Danielis cum liberis in fos„sam leonis dimisit, *Dan. 6. v. 6.*

„*b*) (LEX PERSARUM:) *Curt. 6.* 11. Claudianus „ad Honorium de Persis ait: Unaque toti pœna „manet generi &c.

„*c*) (ET MACEDONUM:) *Just. l. 10. c. 1.*

d) (Grot.) (DEVOVENS ET PROPINQUORUM CAPITA:) *Philo* morem esse tyrannis dixit cum damnatis una tollere quinque familias eis proximas. Vide *Herodianum* libro III. & exemplum Mediolanense occiso Galeatio apud *Bizarum* lib. XIV. [Locus *Philonis* legitur lib. II. *De specialib. Legg.* pag. 802. D. sed inspicienti patebit, sensum ejus valde mutatum fuisse ab Auctore nostro. Ille etiam, aut exscriptor, sine dubio posuit heic *Herodianum*, apud quem nil huc faciens reperitur, pro *Herodoto*, qui lib. III. cap. 119. narrat, *Intaphernem*, cum liberis & universa familia, capite damnatum fuisse a *Dario*, secundum *Persarum* morem. *J. B.*]

„*e*) (TRISTIORES PERIRENT:) Nam & ideo „supplicii diritatem auget, causari mortem agra„tis innocentibus.

„*f*) (CURTIUS:) *d. l. 6. c. 11.*

§. XVI.

Illud tamen est notandum, siquid habeant aut exspectare possint perduellium liberi [a] in quod jus proprium sit non ipsis [b] sed populo aut regi, id auferri ipsis posse [c] jure quodam dominii, cujus tamen usus [d] simul in pœnam redundet eorum qui peccaverint. Huc refer quod Antiphanis ut proditoris posteri ἄτιμοι ἐνεγράφησαν, narrante Plutarcho, id est [e] *honoribus prohibiti sunt*, ut Romæ liberi [f] a Sul- L. 22. C. de Pœn. la proscriptorum. Sic in dicta Arcadii lege illud tolerabile in liberos: *Ad nullos honores, ad* [g] *nulla sacramenta perveniant.* [h] Servitus autem quomodo & quatenus in liberos sine injuria transeat alibi a nobis est explicatum.

§. XVII.

1. Quod de liberis malo afficiendis, ob parentum delicta, diximus [a] idem aptari potest & ad populum [b] vere subditum: [c] (nam qui subditus non est, [d] ex sua culpa, id est ex negligentia puniri potest, [e] ut diximus) [f] si quæratur an is populus malo possit affici ob regis aut rectorum facinora? Non jam quærimus [g] si ipsius populi con-

g) (Grot.) (AMMIANUS MARCELLINUS:) *Abominandas* leges vocat. Vide & *concilium Toletanum* IV.

ADDITIO.

„Exstat locus apud A. *Marcell. l.* 23. *c.* 31. Exem„plum præterea exstat in Sejano cujus tota domus „exstincta fuit. *Tac.* 5. *ann.* 9. & *l.* 6. *c.* 19. Conf. „*Herod. l.* 3. *c.* 119.

„*a*) (IN QUOD JUS PROPRIUM SIT NON IPSIS:) „Bona enim & jura liberis propria auferri eis ob „delictum parentum nequeunt. *Vid.* §. 10. *n.* 2.

„*b*) (SED POPULO AUT REGI:) Uti jus domi„cilii, hooores publici &c.

„*c*) (JURE QUODAM DOMINII:) Quia scilicet „in potestate regis est, civem habere quem velit, „& honores conferre cui vult.

„*d*) (SIMUL IN POENAM REDUNDET:) Puniuntur igitur parentes, qui culpa sua liberos exror„res fecerunt, & incapaces omnium honorum.

e) (Grot.) (HONORIBUS PROHIBITI SUNT:) Simile reperies in C. in quibusdam, 12. *De Pœnis.* (DECRETAL. V. 37.)

„*f*) (A SYLLA:) *Vellej. Pat.* 2. 28. Idque inter „crudelitates Syllæ refertur. *Sen. de ira, l.* 2. *c.* 4. „Cæsar legem hanc neglexit. *Suet. in Jul. c.* 41.

„*g*) (NULLA SACRAMENTA:) Nullum militiæ „gradum. *Gron. b.*

„*h*) (SERVITUS AUTEM QUOMODO ET QUATE„NUS SINE INJURIA IN LIBEROS TRANSEAT:) „Servitutem in liberos jure naturæ transire dixi„mus. *l.* 2. *c.* 5. §. 29.

„*a*) (IDEM APTARI POTEST ET AD POPULUM:) „Quatenus populus ex delicto principis teneatur „jam expositum est supra §. 2.

„*b*) (VERE SUBDITUM:) In quem Rex jure pro„prio imperium habet.

„*c*) (NAM QUI SUBDITUS NON EST:) Uti non „est qui voluntate sua communi concilio se sub„jecit,

„*d*) (EX SUA CULPA i. e. EX SUA NEGLIGEN„TIA PUNIRI POTEST:) Quia non prohibuit cum „prohibere & potuerit & debuerit. *d.* §. 2. *n.* 4. „*Conf. l.* 1. *c.* 3. §. 8. *n.* 16.

„*e*) (UT DIXIMUS:) Idque exemplo Agamem„nonis probavit Author *d.* §. 2. *n.* 4.

„*f*) (SI QUÆRATUR AN IS POPULUS MALO AF„FICIENDUS SIT OB REGIS FACINORA:) Populus „qui facta regis approbat, & defendit, vel defen„dere tenetur, omnino puniri potest: *Vide supra* „§. 2.

g) (Grot.) (SI IPSIUS POPULI CONSENSUS ACCESSERIT:) *Philo* de Ægyptii regis subditis Abrahami tempore; (*De Abrah.* pag. 363. D.) παρααπήλαυσε δὲ τῆς τιμωρίας σύμπας αὐτῷ ὁ οἶκος, μηδενὸς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ δυσχεράναντος, ἀλλὰ πάντων ἕνεκα τοῦ συναινεῖν μονονοὺ συγχειρουργησάντων τὸ ἀδίκημα· *sensit & pœnam omnis cum eo familia, quod nemo indignatus esset super injuste facto, sed omnes laudando pene & ipsi illud fecissent.* *Josephus*, ubi vaticinium contra Jeroboamum prolatum narrat: μεθέξειν δὲ τῆς τιμωρίας καὶ τὸ πλῆθος ἐκπεσὸν τῆς ἀγαθῆς γῆς, καὶ διασπαρὲν εἰς τοὺς πέραν Εὐφράτου τόπους, ὅτι τοῖς τοῦ βασιλέως ἀσεβήμασι κατηκολούθησε· Par-

consensus accesserit, [b] aut factum aliud quod per se sit pœna dignum, [i] sed agimus de eo contractu qui ex natura oritur ejus corporis cuius caput est rex, membra cæteri. [k] Deus quidem ob Davidis peccatum populum pestilentia confecit, & quidem ut David censet innocentem, sed Deus qui in vitam ipsorum jus habebat plenissimum.

2. Interim hæc pœna erat [l] non populi sed Davidis: nam, ut ait scriptor Christianus, πικροτάτη τιμωρία τῶν ἡμαρτηκότων βασιλέων ἡ τιμωρία τοῦ λαοῦ; [m] *Acerbissimum est delinquentibus regibus supplicium id quod populis infligitur.* Perinde enim hoc est, ait idem scriptor, ac si quis qui manu peccavit [n] in tergo feriatur: quomodo in simili argumento Plutarchus non aliter id ait accipiendum quam si medicus ad curandam coxam urat pollicem. Hominibus cur id non liceat [o] jam antea diximus.

Quæst. ad orth. 138.

De sera Num. vind. p. 559. E.

§. XVIII.

[a] Idem dicendum de singulis qui non consenserunt malo afficiendis circa ea quæ ipsorum sunt, ob delictum universitatis.

§. XIX.

Hæres vero cur [a] de cæteris debitis teneatur, [b] de pœna non te-

ticeps pœnæ & populus erit, excidet quippe felici terra, sparsusque per loca transeuphratensia exsulabit, quod impietati regis socium se fecerit. (Ant. Jud. Lib. VIII. cap. XI. §. I. *Ed. Hudson.*)

ADDITIO.

„Tunc enim populus ex propria culpa & suo „delicto tenetur. *Vid. supr.* §. *2. n. 1. in f.* item *n.* „*5.* & §. *7. n. 1.*

„*b*) (AUT FACTUM ALIUD QUOD PER SE:) „Uti si quid fecit summæ potestatis jussu quod „facere sine facinore non poterat. *d.* §. *7. n. 1.*

„*i*) (SED AGIMUS DE EO CONTRACTU &c.) „Adeoque quæritur an ille contractus quo popu„lus omne jus suum in principem transtulit, hunc „effectum habeat, ut singuli ex delicto principis „puniri possint? quod negat Author: nos affir„mamus.

„*k*) (DEUS QUIDEM:) Auctor ad objectionem, quod Deus ob solum Davidis delictum puniverit po„pulum, respondet, Deum jure dominii quod in „bona & vitam hominum habet, utrumque ho„minibus auferre pro lubitu posse, & hactenus „injuriam eis non fieri: sed pœnam fuisse non ra„tione populi sed ratione Davidis, utpote qui mi„seris populi sui maxime afficiebatur, Equidem „populum puniri posse propter crimina in *homi„nes* commissa exinde probavimus quia facta „principis in quem omne suum judicium transtu„lit probat, vel probare tenetur: At ratio hæc „cessat in criminibus in *solum Deum* commissis. „Nam populus non defendit talia facta in „Deum commissa, nec defendere tenetur.

„*l*) (NON POPULI:) Utpote quem David ipse „innocentem declaravit.

„*m*) (ACERBISSIMUM EST DELINQUENTIBUS „REGIBUS:) Salus principis consistit in salute „populi.

„*n*) (IN TERGO FERIATUR:) i. e. In alia cor„poris sui parte. *Vid. Gron. h.*

„*o*) (JAM ANTEA DIXIMUS:) Quia Deus libere „agit, homines autem non nisi intra terminos „facultatis a Deo concessæ.

„*a*) (IDEM DICENDUM DE SINGULIS QUI NON „CONSENSERUNT:) In genere dictum est, singulos „non teneri ex delicto universitatis, nisi quatenus „participes sunt delicti. *Vid.* §. *7.* adeo ut ea quæ ipsis „propria sunt ideo auferri non possint: *d.* §. *7. n. 3.* „Aliud esse diximus in illis commodis, quæ ad „singulos non pertineant nisi per universitatem, „nam his commodis universitati ablatis singuli „innocentes quoque damnum sentiunt. *Vid.* §. *10. n. 2.* „*Conf.* §. *16. pr.*

a) (Grot.) (DE CÆTERIS DEBITIS:) Defuncti

 scilicet

L. 21. D. de pœnis. teneatur, ficut a Paulo Jurifconfulto fcriptum eft, *fi pœna alicui irrogatur receptum eft* [c] *commentitio jure ne ad hæredes tranfeat,* [d] vera caufa hæc eft, quod hæres perfonam defuncti refert, non in meritis [e] quæ funt mere perfonalia, [f] fed in bonis quibus ut cohærerent ea quæ alicui debentur [g] ex ipfa rerum inæqualitate, [h] fimul cum dominio fuit introductum. Dion Prufæenfis Rhodiaca: Pag. 129. C. ἅπαντα ὀφείλουσι τὰ τῶν προγόνων οὐχ ἧττον αὐτῶν ἐκείνων εἰς οὓς ἄν ποτε καθήκετο γένος, οὐ γὰρ ἀφίςασθαι φήσετε τῆς διαδοχῆς: *Quæ debuerunt majores ea non minus debent pofteri, neque enim dicere poteftis repudiatam a nobis hæreditatem.*

§. XX.

Et hinc fequitur, ut [a] fi ultra meritum nova quædam caufa obligationis exftiterit, deberi jam poffit id quod in pœna erat, [b] quanquam non proprie ut pœna. Sic [c] alibi poft fententiam, [d] alibi poft litem conteftatam, quibus rebus [e] vis contractus datur, [f] pœna

Scilicet, quæ patrimonio inhærent, & ex bonis debeotur.

b) (OE POENA NON TENEATUR:) *Maimonides* titulo גזלות, c. VII, fectione 6. *Gemara* Baba Cama cap. x. §. 1.

ADDITIO.

„Quia eam perfona fola debet.

„*c*) (COMMENTITIO JURE:) Alii id ioterpre„tantur de jure fabulofo, oam pro fynonimis ea „habet *Suet. in Cef. c. 18. ne quis fabulofam aut „commentitiam putet.* Alii de jure inveoto & „legibus introducto. *Vid. Gron. n. h.* Rectius in„telligendum eft de jure antiquo, feu quod anti„quitus receptum eft, quod ex Suetonio *in Claud. „c. 21.* probat *Gothofredus ad l. 20. ff. Pæn.*

„*d*) (VERA CAUSA HÆC EST QUOD HÆRES „PERSONAM OEFUNCTI REFERT NON IN MERI„TIS &c.) Vera caufa eft quod quisque ex fuo „malo actionis teoeatur, non ex alieoo, adeoque „nec ex delicto defuncti: excipe fi pœna debetur „ex patrimooio, hoc enim cum fua qualitate & „omni onere tranfit in hæredem, quod alibi late „explicavimus.

„*e*) (QUÆ SUNT MERE PERSONALIA:) Adeo„que io quæ hæres ooo fuccedit. *Vid. fupr.* §. 12.

f) (Grot.) (SED IN BONIS:) Vide *concilium Toletanum* VIII. in caufa Recceswinthi, Vide quæ fupra hoc libro, c. XIV. § 10. Nulla eft perfona quæ ad vicem ejus qui e vita emigraverit propius accedat quam hæres, ut *Cicero* ait fecundo de legibus, (Cap. 19.)

„*g*) (EX IPSA RERUM INÆQOALITATE CUM „IPSO DOMINIO FUIT INTRODUCTUM:) Ex hypo„thefi Authoris omnis obligatio quæ ex contractu „eft venit ex inæqualitate. *Vid. cap. 12. §. 8.* Si „proinde ioæqualitas fuit io defuncti boois, eam „etiam tranfire ait in hæredem, & hactenus *hæredem* repræfentare perfooam defuncti. Equidem „in monitis ad *d. §. 8.* jam obfervavi, æqualitatem „proprie non effe obligationum caufam, indeque „defunctum noo teneri ideo quia inæqualitas eft „in ejus bonis, fed quia plus habet in bonis, quod „reftituere tenetur ei cujus eft: & hæc obligatio „quæ bonis inhæret, traofit cum bonis ad quos„cuoque poffeffores. *Vid. c. 14. §. 10.*

„*h*) (SIMUL CUM DOMINIO:) Author eoim „introducto dominio hanc quafi focietatem inter „homines contractam effe ait, ut qui reio alienam „in fua haberet poteftate eam domino redderet, „*l. 2. c. 10. §. 1. n. 2.* quod refutavimus *ibid.*

„*a*) (SI ULTRA MERITUM NOVA QUÆDAM „CAUSA OBLIGATIONIS EXSTITERIT, OEBERI JAM „POSSIT &c.) Rectius, fi pœna ex patrimooio „debetur.

„*b*) (QUANQUAM NON PROPRIE UT POENA:) „Scilicet ratione hæredis: nam proprie eft pœna „ratione defuncti, ex cujus bonis debetur.

„*c*) (ALIBI POST SENTENTIAM:) Uti fi ob cri„men pecuniaria pœna per fententiam inflicta fit. „*L. 20. ff. Accuf. L. Pen. C. Si reus vel accuf.* illa „enim pœna noo ex crimine, fed ex fententia „debetur.

„*d*) (ALIBI POST LITEM CONTESTATAM:) Tunc „enim pœna quafi ex contractu debetur, quod „verum eft in actionibus ex delicto civili oriun„dis: in delictis enim publicis oec poft litem con„teftatam actiones in hæredes tranfeunt. *l. fin. „leg. jul. Maj. l. 6. ff. jud. publ. §. 1. Inft. de perp. „& temp. act.*

„*e*) (VIS CONTRACTUS DATUR:) Partes eoim „adeun-

na pecuniaria ab hærede debebitur, [g] ut & ea quæ in conventionem deducta est. [h] Jam enim nova accessit debendi causa.

CAPUT XXII.

De Causis injustis.

§. I.

1. Diximus supra, [a] cum de causis agere institueremus; [b] causas alias esse justificas, alias suasorias. [c] Polybius, qui id discrimen *Lib. II. c. 1.*

„adeundo judicem quasi compromittunt in ejus „sententiam.

„f) (POENA PECUNIARIA AB HEREDIBUS DEBEITUR:) Quia pœna ex bonis defuncti debetur, „quæ bona sunt penes hæredem.

„g) (UT ET EA QUÆ IN CONVENTIONEM DEDUCTA EST:) *Vid. l. 56. pr. & pass. Ev ct. l 38.* „§. 17. *V. O.* §. 18. *invit. stip.* Nam hæc pœna „conventionalis debetur ex pacto, adeoque obli„gatio inhæret bonis defuncti.

„h) (JAM ENIM NOVA ACCESSIT CAUSA DEBENDI:) i. e. Pœna non solvitur ab hærede ob „malum actionis, seu ob culpam suam; sed ideo, „quia possessor est bonorum defuncti ex quibus „pœnæ illæ debentur.

(AD §. 1.) Non opus fuisset speciatim exponere causas belli injustas, nam positis principiis causarum justarum, ex natura oppositorum injustæ sufficienter cognosci possunt, uti ipse fatetur Author §. 4.

ADDITIO.

„Author discrimen inter causas justificas & „suasorias exponit in §. 1. 2. 3. & 4. Iisque ex„positis ordine recenset causas belli injustas: bel„lumque justum non esse ait (1) ob metum vici„næ potentiæ, §. 5. (2) ob matrimonii negatio„nem, §. 6. (3) ob solam utilitatem, §. 7. (4) ob „necessitatem mutandi sedes, §. 8. (5) ob inven„tionem terrarum ignotarum, §. 9. & 10. (6) ob „cupiditatem pristinæ libertatis, §. 11. (7) ob stu„piditatem, § 12. (8) ob dominium orbis quod Im„peratores Romani prætendunt, §. 13. (9) ob con„cessionem Papæ & Romanæ Ecclesiæ, §. 14. (10) „ob vaticinia, §. 15. (11) ob id quod ex virtute „debetur. §. 16.

„a) (CUM DE CAUSIS &c.) Ex quibus nimi„rum bellum licite geri possit.

b) (CAUSAS ALIAS ESSE JUSTIFICAS ALIAS SUASORIAS) Causas suasorias varias hic affert, cupidinem gloriæ, divitarum imperii, metum vicinæ potentiæ &c. *Vid.* §. 1. Aliquando autem ait bella geri ex causa nec suasoria nec justifica, sed quia motu naturali quis ad pericula & bella fertur. *Vid.* §. 2. Tandem addit plerosque causas justificas non curare, *vid.* §. 3. Alios causas quasi justificas afferre, quæ tales non sunt. *Vid.* §. 4. & harum catalogum recenset in §. 5. seq.

Cæterum supra *l. 2. c.* 1. §. 1. diximus causas belli *justificas* esse quibus pars contendit jure bellum geri, licet ex iis ad bellum gerendum non moveatur: Atque hinc bellum justum esse potest etsi causa movens sit vitiosa. *Vid. §. f. h. c. Suasoriæ* sunt quibus pars expendit an utile sit; *Priores* ad jus, *posteriores* ad rationes politicas pertinent:

men primus notavit, [d] illas [e] vocat προφάσεις, quia palam proferri solent, [f] (titulum dixit aliquoties [g] Livius) [h] has generis nomine αἰτίας.

2. Sic [i] in bello Alexandri adversus Darium πρόφασις fuit ultio injuriarum quas Persæ Græcis intulerant, αἰτία cupido gloriæ, imperii, divitiarum, [k] cui accedebat spes magna facilitatis concepta [l] ex Xenophontis & [m] Agesilai expeditionibus. Sic πρόφασις [n] belli Punici secundi controversia de Sagunto, causa indignatio Carthaginensium, ob pactiones quas Romani iniquis temporibus ipsis expresserant, & aucti spiritus ex secundis per Hispaniam rebus, quæ
Lib. III. c. 6. 7. 8. 9. [o] Polybio notata. Similiter [p] Thucydides belli Peloponnesiaci veram causam censet fuisse vires Atheniensium augescentes & Lacedæmoniis suspectas, [q] obtentum vero [r] controversiam Corcyrensium,
Lib. I. c. 23. 56. 88.
Poti-

illas solas allegare, has vero occultare solent bellum gerentes.

,,c) (POLYBIUS:) L. 3. c. 6. & 7.

,,d) (ILLAS:) Scilicet causas justificas.

e) (Grot.) (ILLAS VOCAT προφάσεις, QUIA PALAM PROFERRI SOLENT, (TITULUM DIXIT ALIQUOTIES LIVIUS) HAS GENERIS NOMINE αἰτίας:) Sic & *Plutarchus* distinguit in Galba, (pag. 1062. D.) & *Dion.* in rebus Cæsaris & Pompeji. [aut potius *Xiphilin.* p. 13 *Ed. H. Steph.*] & *Polybius*, ubi de Romanorum bello in Illyrios agit, excerpto legationum 125. Cum *Suetonio* recte illas *prætextum*, has *causas* dixeris. Ita enim ille de Julio Cæsare: *& prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinatur,* (cap. 30.) *Thucydides* alibi distinguit πρόφασιν & τὸ ἀληθὲς, (Lib. VI. c. 6.) ut in Atheniensium motu adversus Siciliam, prætextum fuit opitulari Egestanis, res ipsa, cupiditas Siciliæ sibi acquirendæ. Hermocrates in oratione de Atheniensibus loquens illud πρόφασιν prætextum vocat, hoc διάνοιαν propositum. Utrumque est in libro Thucydidis VI. [postremum in Cap. 33. ubi tamen est ἀληθὲς, ut in priori διάνοια, quæ Author heic permutavit.] *Appianus* etiam προφάσεων vocem usurpat in Mithridatico, (pag. 209.) Idem civilium V. ubi de rupta pace inter Octavium & Sextum Pompejum agit, dicit αἰτίας causas intus fuisse, alias quæ præferebantur, (*pag. 716. Ed. H. Steph.*) *Agathias* libro quinto id quod alii πρόφασιν, vocat σκῆψιν καὶ προκάλυμμα, figmentum & obtentum; cui opponit αἰτίαν in historia Hunni Zaberganis. (Cap. 5.) Adde quæ diximus supra libri hujus capite 1. §. 1. *Procopius* Persico uno II. dicit, stultum esse non libere loqui ubi dux est justitia, comes utilitas. (cap. 15.)

ADDITIO.

,,Προφάσεις sunt prætextus, quia scilicet bellum ,,gerentes magis ad bellum moveri solent ex cau- ,,sis utilitatis quas occultant, quam ex illis quas ,,prætexere solent.

,,f) (TITULUM DIXIT ALIQUOTIES LIVIUS:) Titulus nihil aliud est quam causa, cujus vi ac potestate jus alicui acquiritur, & competere dicitur: Unde tituli dominii translativi sunt causæ, seu negotia illa quibus dominium transfertur; sicut venditio, donatio, solutio, usucapio, permutatio, legatum &c. uti e contrario alii tituli, seu causa sunt ex quibus non dominium, sed usus tantum vel custodia, aut simile quid transfertur, uti commodatum, depositum &c.

Dicitur autem titulus a tuendo, teste Varrone: quia factum auctoris, & jus inde natum titulus tuetur; quasi tutulus: Nam ita promiscue ea olim scribebantur, uti *maxumus optumus, & maximus optimus* scribebant. Unde milites olim tituli dicti sunt, Festo auctore, quia tuendæ civitati assumuntur: & Titus militem significabat. ut apud *Pers. Sat. 1. v. 20.*

Ingentes trepidare Titos &c.

Atque ita jus omne a titulo, vel causa sua æstimatur, atque defenditur. *Vid. Disp. nostra de Titul. & commend. differentia §. 4. & 5.*

,,g) (LIVIUS:) Item *Justinus l. 5. c. 1. & Curtius l. 7. c. 5.*

,,h) (HAS:) Scilicet causas suasorias.

,,i) (IN BELLO ALEXANDRI:) *Curt. l. 2. c. 2.*

,,k) (CUI ACCEDEBAT:) Ipse causas has allegat ,,*d. c. 2. & supplem. freinsh.*

,,l) (EX XENOPHONTIS:) *Xenoph. l. 2. seq. & Just. l. 5. c. 11.*

,,m) (AGESILAI:) *Plutarch. in Agesil. c. 8. seq. & Justinus l. 6. c. 2.*

,,n) (BELLI PUNICI SECUNDI:) *Polyb. l. 2. c. 5. & 6.*

,,o) (POLYBIO:) *d. c. 5. & 6.*

,,p) (THUCYDIDES:) *L. 1. p. m. 48.*

,,q) (OB-

Potidæensium, & alia; [r] ubi tamen ille αἰτίας & προφάσεως nomina permiscet. Est idem discrimen [t] in oratione Campanorum ad Romanos, cum adversus Samnites pugnasse se ajunt verbo pro Sidicinis, re pro se ipsis: quod viderent ubi conflagrassent Sidicini *ad se trajectum esse incendium. [u] Antiochum quoque Livius memorat in Romanos bella suscepisse, in speciem causas habentem [v] Barcillæ necem, [w] & alia quædam; [x] revera quod ex labente Romanorum disciplina spem magnam concepisset. Sic Plutarchus notat non ex vero objectum Antonio a Cicerone, quod causa esset belli civilis, cum Cæsar bellandi certus [y] prætextum tantum ab Antonio cepisset.

Livius l. 7. c. 30. *Lib 36. c. 6.* *Philipp. II. 22.*

§. II.

Sunt qui [a] neutro causarum genere feruntur in bella, [b] periculorum, ut Tacitus loquitur, propter ipsa avidi. [c] Horum vitium humanum excedit modum, θηριότητα Aristoteles vocat. De his Seneca: *Possum dicere non esse banc crudelitatem, [d] sed feritatem, cui voluptati nullum*

Ethic. Nicom. 7. 1. *Lib II. de Clem. c. 4.*

„q) (OBTENTUM:) i. e. Prætextum, seu causam „justificam quam allegabant.

„r) (CONTROVERSIAM CORCYRENSIUM:) Quod „Athenienses Corcyræis Corinthiorum hostibus auxilium tulissent, eorundem Coloniam Potidæam „ad se avertissent, Megarensibus portu & foro „interdixissent, Ægynetas liberos & sui juris non „esse sinant. *Gron. b.*

s) (Grot.) (UBI TAMEN ILLE αἰτίας ET προφάσεως NOMINA PERMISCET:) Sic & libro v. (c. 53.) de Argivis contra Epidaurios agens, quam prius vocaverat πρόφασιν, mox vocat αἰτίαν, quomodo & Græcum ἀρχῶν, Latinum *principiorum* vocem, aliasque ejus generis, esse sensus ambigui notavimus d. c. 1. §. 1. hujus libri. Scriptores Constantinopolitani Imperii id quod alii πρόφασιν sæpe πάτροκλον vocant, nimirum ex Achillis historia, qui ad resumenda arma ex Patroclo sumpsit materiam. [De hoc vide MEURSIUM, *Gloss. Græco - Barbar.* pag 415. SALMASIUM, in *Achill. Tatium*, p. 581. DUPORT. *Gnomolog. Homeric.* p. 112.]

„t) (IN ORATIONE CAMPANORUM:) Apud „*Liv. l. 7. c. 30.*

*) (AD SE TRAJECTURUM ESSE INCENDIUM:) „Adeoque causa suasoria ibi erat metus vicinæ po„tentiæ, causa justifica quod bellum sociis infer„retur *d. c.* 30.

„u) (ANTIOCHUM QUOQUE LIVIUS MEMORAT:) „*Justin.* 31. 1. *Flor.* 2. 8. *Liv. l.* 36. *c.* 6.

„v) (BARCYLLÆ:) Beotorum præfecti *Liv. l.* „33. *c.* 13. quem occiderunt Romani. *ibid. c.* 14. „& *l.* 35. *c.* 47. *l.* 36. *c.* 6.

„w) (ET ALIA QUÆDAM:) Scilicet bellum a „Quintin Coroneæ propter Romanorum militum „cædes illatum. *Liv. l.* 36. *c.* 6.

„x) (REVERA QUOD EX LABENTE ROMANO„RUM DISCIPLINA SPEM MAGNAM CONCEPISSET:) „Non de Romanorum sed de Thebanorum disci„plina loquitur *Vid. Tesm. b.* Livius *l.* 36. 6.

y) (Grot.) (PRÆTEXTUM TANTUM AB ANTONIO CEPISSE:) Ταῦτα πάλαι δεομένῳ προφάσεως σχῆμα καὶ λόγον εὐπρεπῆ τοῦ πολέμου παρέσχεν. *hac pridem prætexto opus habenti speciem aliquam & decorum titulum bellandi dedere* Verba sunt in hac historia *Plutarchi*, (Vit. *M. Antonii*, p. 918. C. D.) *Lucani* autem, (*Pharsal.* 1. 263. &c.)

— Cunctasque pudoris
Rumpunt fata moras. Justos fortuna laborat
Esse ducis motus, & causas invenit armis.

„a) (NEUTRO CAUSARUM GENERE.) Nec ob „causas justificas nec ob suasorias.

b) (Grot.) (PERICULORUM, UT TACITUS LOQUITUR, PROPTER IPSA AVIDI:) De Alanis Ammianus libro XXXI. *Ut hominibus quietis & placidis otium est voluptabile, ita illos pericula juvant & bella.* (Cap. 2. p. 672. *Edit. Gron. Vales.*)

ADDITIO.

„Sic Pyrrho non major ex imperio quam ex „bello voluptas erat. *Justin.* 25 4. *Gron. b.* Adde „*Liv. l.* 10. *c.* 31. *Justin.* 2. Priolus de Anna Bur„bonia, Longavillæi uxore, ait *Turbida Gratuito*, „*ex motu nihil sperare præter motum.* *Tesm. b.*

„c) (HORUM VITIUM HUMANUM MODUM EX„CEDIT:) Prædones hi sunt, & prædonum jure ha„bendi:

d) (Grot.) (SED FERITATEM:) Idem libro II. de Ira c. 5.

sævitia est: possumus insaniam vocare: uam varia sunt genera ejus, & nullum certius quam quod in cædes hominum & laniationes pervenit. Cap 7. Cui sententiæ perquam similis est illa Aristotelis ultimo Nicomachiorum: δόξαι γὰρ ἂν παντελῶς μιαιφόνος τὶς εἶναι εἰ τοὺς φίλους πολεμίους ποιοῖτο ἵνα μάχαι καὶ φόνος γίγνοιντο: *Omnino enim crudelis habendus sit, qui ex amicis hostes faciat pugnandi & fundendi sanguinis cupiditate.* Dion Orat 37. pag. 473. B. Prusæensis: τὸ δὲ καὶ χωρὶς ὑποθέσεως πολεμεῖν καὶ μάχεσθαι, τί ἄλλο ἢ μανία παντελής ἐστι, καὶ δία ταύτην κακῶν ἐπιθυμία: *Nam sine causa in bella ac pugnas ferri, mera est insania malum sibi quærens.* Idem ille Seneca epistola IV. [c] *Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci.*

§. III.

1. Plerique vero bellantium [a] causas suasorias habent, aut sine justificis [b] aut cum justificis. [c] Sunt qui justificas plane non curant, de quibus dici potest illud quod a Romanis Jurisconsultis est proditum, prædonem esse eum, [d] qui rogatus de possidendi causa nullam 1 Rhet. 3. aliam adfert nisi quod possideat. Aristoteles de belli suasoribus: ὡς οὐκ ἄδικον τοὺς ἀστυγείτονας καταδουλοῦσθαι, καὶ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας πολλάκις οὐδὲν φροντίζουσι: *qui justum sit vicinos innoxios in servitutem redigere, & eos qui nullam faciunt injuriam, sæpe nihil curant?*

Livius. 5. 36. De Bell. Pun. lib. XI vers. 183. 2. Talis [e] Brennus [f] qui omnia dicebat esse validiorum. Talis Silio Annibal, cui

pro

c. 5. de Apollodoro locutus & Phalaride: *hæc non est ira, feritas est.*

„c) (NEMO AD HUMANUM SANGUINEM:) Nam, „seposita ratione, instinctus naturæ genus a suo „congenere tutum reddit. Vid. *proleg.* §. 6.

„a) (CAUSAS SUASORIAS HABENT AUT SINE „JUSTIFICIS:) Tunc latrocinia sunt, non bella. Vid. „*L.* 2. *c.* 1. §. 1. *n.* 3. *l.* 3. *c.* 16. §. 1.

„b) (AUT CUM JUSTIFICIS:) Nam supra dictum „est non semper inchoari bellum ob injuriam il„latam, sed eam sæpius dissimulari, forte quod „rationes politicæ dissuadeant.

„c) (SUNT QUI JUSTIFICAS PLANE NON CU„RANT:) Hos prædones esse Author ait, & me„rito.

d) (Grot.) (QUI ROAGTUS DE POSSIDENDI CAUSA, NULLAM ALIAM ADFERT NISI QUOD POSSIDEAT:) L. pro hærede. 11. §. ultimo & sequentibus legibus, D. *de hereditate petitione.* Talis Herulorum in Langobardos πόλεμος ἀπρόφασιστος, bellum sine prætextu. [Apud PROCOPIUM, *Goth.* II. 14.] Galli apud Livium V. *in armis se jus ferre, & omnia fortium virorum esse.* (Cap. 36.)

ADDITIO.

„Hoc verum est si domino rei id opponi„tur. *L.* 11. §. *f.* *l.* 12. *l.* 13. *pr.* *ff.* *De hered. pet.* „At aliud dicendum si is qui dominus non est, „nec antiquiorem possessionem docet, de possi„dendi causa possessorem rogat; hoc enim casu „prædo quoque hoc ipso quod possidet plus juris „habet, quam is qui non possidet. *l* 2. *ff.* *uti possid.* „*l.* 3. § 5. *ff.* *de Acq. poss.* Quod verum esse naturæ „quoque rationibus alibi probavimus. *Vid. Diss.* „*procem. XII.* §. 597. *n.* 5.

„e) (BRENNUS:) *Liv.* 5. 36.

„f) (QUI OMNIA DICEBAT ESSE VALIDIORUM:) „Similia late cumulavit Author *in proleg.* §. 3. 19. „24. 25. 26.

g) (HÆC

pro foedere quoque,

Justitia est ensis.

Talis Attila, & quibus illud in ore est,

Quæritur belli exitus, Senec. Herc. fur vers. 407.

Non causa.

Et:

g *Hæc acies victum factura nocentem est:* Lucan. 7. 260.

Et:

h *Id in summa fortuna æquius quod validius:* Tacit. Ann. 15. 1.

Nec male his aptes illud i Augustini: *Inferre bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate conterere, quid aliud quam grande latrocinium nominandum est?* Lib. 4. de Civ. Dei c. 6. De talibus bellis Vellejus: k *Bella non causis inita, sed prout eorum merces fuit.* Lib. 2. c. 6. Apud l Ciceronem legimus de Officiis primo: *Ea animi elatio, quæ cernitur in periculis & laboribus, si justitia vacat, non modo virtutis non est, sed potius* m *immanitatis omnem humanitatem repellentis.* Cap 19. Andronicus Rhodius: οἱ μεγάλων ἕνεκα κερδῶν λαμβάνοντες ὅθεν ἐ δεῖ, πονηροὶ καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἄδικοι καλῶν δὲ, οἷοι εἰσιν οἱ τύραννοι, καὶ οἱ τὰς πόλεις πορθȣ̃ντες: *Qui magni compendii sui causa accipiunt unde non oportet, hi pravi, impii, injusti appellantur,* n *quales sunt tyranni & urbium vastatores.* In Ethic. Nicom. IV. 2. pag 202

§. IV.

„g) (HÆC ACIES VICTUM FACTURA NOCENTEM EST:) Hoc effatum æque pertinet ad eos „qui justo bello invicem pugnant, & utrinque „causam justificam allegant: cum enim judex hic „non sit, per ultimam demum victoriam deciditur quis nocens sit. *Vid. Proleg.* §. 28. & *l.* 2. „*c.* 1. §. 17. & 18.

„h) (ID IN SUMMA FORTUNA ÆQUIUS QUOD „VALIDIUS:) Allegavit id Author in *proleg.* §. 3. „& desumtum est ex Tacito *Ann.* 15. *c.* 1.

„i) (AUGUSTINI:) Similia habet contra Faustum. 22. *c.* 74.

„k) (BELLA NON CAUSIS INITA SED PROUT „EORUM MERCES FUIT:) Non adversus quos justa „bellandi causa erat, sed quos operæ precium erat „vincere ob divitem prædam. *Gron. h.*

„l) (CICERONEM:) *l.* 1. *offic. c.*19.

m) (Grot.) (IMMANITATIS OMNEM HUMANITATEM REPELLENTIS:) *Agathias* libro II. ὅσοι δὲ κέρδȣς ἕκατι ἢ δυσμενείας ἀλόγȣ, μηδὲν ἔγκλημα ἔνδικον ἔχοντες, ἔπειτα φοιτῶσιν ἀνὰ τὴν ὀθνείαν τȣ̀ς μηδὲν ἠδικηκότας σινόμενοι, ȣ̃τοι δὲ ἀλαζονές εἰσι καὶ ἀτάσθαλοι· *Qui vero aut lucri causa, aut cæco odio, nullam habentes justam querelam, alienas terras invadunt innoxiis noxii, hi homines sunt & superbi & improbi.* (Cap. 1.) Exemplum nobis dat illustre *Menander Protector:* ὅτι Βαϊᾶνος ὁ τῶν Ἀβάρων χάγανος ȣ̓δεμιᾶς ἀφορμῆς ἢ σκήψεως λαβόμενος, ȣ̓δὲ ψευδῆ γοῦν κατὰ Ῥωμαίων αἰτίαν ἀξιώσας τινὰ συνθεῖναι ἀναισχυντότατα καὶ βαρβαρικώτατα παρέλυσε τὰς συνθήκας· *Bajanus Avarorum chaganus, nulla occasione aut obtentu, ne conatus quidem causam vel falsam contra Romanos comminisci, inverecunde plane, barbarum in morem exuit pacta.* (Cap. 21.)

n) (Grot.) (QUALES SUNT TYRANNI:) Bene *Philo in* Decalogum: ὅσοι τοίνυν τῶν κλεπτῶν ἰσχὺν προσέλαβον, ὅλας συλῶσι πόλεις, ἀλογοῦντες τιμωριῶν, διὰ τὸ ἐπικυδέστεροι τῶν νόμων εἶναι δοκεῖν· ȣ̃τοι δέ εἰσιν οἱ ὀλιγαρχικοὶ τὰς φύσεις, οἱ τυραννίδος καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμȣ̃ντες, οἱ τὰς μεγάλας ἐργαζόμενοι κλοπάς, σεμνοῖς ὀνόμασι τῆς ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐπικρύπτοντες λῃστείαν τ' ἀληθέστερον· *Qui vero furum vires nacti sunt, hi totas prædantur urbes, pœnarum securi, quod supra leges eminere videantur. Tales sunt homines ingenio minime civili, dominatuum & potentatus avidi, magna furta committentes, qui pulchris nominibus magistratuum & imperiorum id obtegunt quod verius latrocinium appelletur.* (Pag. 763. C. D.) Optime conveniunt hæc cum iis quæ ex

Pars II.

§. IV.

Alii causas quasi justificas adferunt, [a] quæ expensæ ad rectam rationem injustæ reperiuntur: &, ut Livius loquitur, non certamen juris, sed vim quæri apparet. Reges plerosque, ait Plutarchus, duobus nominibus, pacis & belli, [b] tanquam nummis uti, non ad id quod justum est, sed ad id quod expedit: Quæ autem sint causæ injustæ [c] cognosci aliquatenus potest ex justis causis quas hactenus explicavimus, [d] Rectum enim obliqui est index. Sed perspicuitatis causa summa genera annotabimus.

Lib. 21. c. 6.

Vit. Pyrrh. p. 389.

§. V.

V. I. [a] Metum ergo ex vicina potentia non sufficere supra diximus. Ut enim justa sit defensio, necessariam esse oportet, qualis non est nisi constet non tantum de potentia [b] sed & de animo, & quidem ita constet ut certum id sit [c] ea certitudine quæ in morali materia locum habet.

2. Quare minime est probanda eorum sententia, qui justam belli causam statuunt, si vicinus nulla pactione impeditus in suo [d] arcem

ex *Curtio*, *Justino*, *Seneca* & *Augustino* producta sunt ad dictum cap. 1. §. 1. libri hujus.

„*a*) (QUÆ EXPENSÆ AD RECTAM RATIONEM „INJUSTÆ REPERIUNTUR:) Et quarum catalo„gum hoc capite exhibet.

„*b*) (TANQUAM NUMMIS UTI:) Quibus com„paramus id quod utile nobis est.

c) (COGNOSCI ALIQUATENUS POTEST EX JUSTIS CAUSIS QUAS HACTENUS EXPLICAVIMUS:) Omnes enim causæ quæ non tendunt ad reparationem juris nostri, injustæ sunt.

ADDITIO.

„Author causas ex quibus bellum juste geri „potest, oriri dixit vel *ex injuria non facta*, vel „*ex facta*: ex injuria *facta* dari ait actionem ut „vel *reparetur*, vel *puniatur*: Reparationem autem „spectare aut *id quod nostrum est vel fuit*, unde „vindicationes deducit; aut *id quod nobis debetur* „sive ex pactione, sive ex maleficio. *Vid. supra* „*l. 2. c. 1. §. 2. ibique not.*

„*d*) (RECTUM ENIM OBLIQUI EST INDEX &c.) „Injustum igitur esse ait quicquid justum non est. „*Vid. supr. l. 1. c. 1. §. 3. n. 1.*

„*a*) (METUM EX VICINA POTENTIA NON SUF„FICERE SUPRA DIXIMUS:) *L. 2. c. 1. §. 2. n. 1. &* „§. 17. Jus enim belli (1) oritur ex injuria facta: „Ubi igitur metus saltem est injuriæ, ibi nondum „est facta, adeoque nec bello vindicari poterit. „Sane non sequitur nocere potest, ergo nociturus „est: Cessat ergo (2) defensio juris nostri necessa„ria seu reparatio injuriæ, in quo tota ratio belli „consistit; frustra enim quis se defendit ubi nemo „est qui aggreditur, & frustra reparatio petitur „ubi nihil nobis ablatum, nec jus nostrum læsum „est. Negari (3) nequit unicuique jus competere „suam augendi potestatem, hoc jus qui turbat in„juriam facit, invidia hæc est non defensio: Unde „merito Themistocles castigat Athenienses, quod „tutiores se reddere velint potius in aliorum de„bilitate quam sua virtute, *Corn. Nep. in Themist.* „& Dionysius egregie ait, si quas in futurum „timetis injurias, iram quoque oportet servare „in illa tempora. *l. 2. c. 27.* Conf. *Euripid. in Jon.* „*v.* 1300. *& in Herc. fur. v.* 210. *Burgers observ.* „*cent. t. o. 4. Tesin. b.* Exceptiones vidimus supra „*l.* 1. *c.* 1. §. 17.

„*b*) (SED ET DE ANIMO:) Imo nec animus „sufficit, quia injuria facta non est nisi animus „in actus quosdam externos deductus sit: de quo „late actum est *supra c.* 20. §. 18. 19. *&* 39.

„*c*) (EA CERTITUDINE QUÆ IN MORALI MA„TERIA LOCUM HABET:) Adeoque non quidem „mathemathica necessitate, sed quatenus in actio„nibus humanis, quæ sæpe numero ambiguæ sunt, „potest fides haberi. *Gron. h.* De quo certitudinis „discrimine agetur *infra c.* 23. §. 1.

„*d*) (ARCEM FACIAT AUT MUNITIONEM:) „Nam suo jure utitur & de re sua disponit: idem „est si exercitum conscribit, vel classem colligit.

„*e*) (SI-

cem faciat, aut munitionem aliam quæ damnum aliquando dare possit. Nam adversus tales metus contrariæ in suo munitionis & si qua sunt [e] similia remedia quærenda sunt, non vis bellica. Injusta igitur bella [f] Romanorum in Philippum Macedonem, [g] Lysimachi in Demetrium, [h] ni alia causa adfuit. Valde mihi placet [i] Taciti illud de Cauchis: *Populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit justitia tueri, sine cupiditate sine impotentia: quieti, secretique: nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur: idque præcipuum virtutis ac virium argumentum est, quod ut superiores agant non per injurias assequuntur; prompta tamen omnibus arma, ac si res poscat, exercitus: plurimum virorum equorumque, & quiescentibus eadem fama.* *Zonaras. Lib. 9.* *c. 15.* *Pausan. l. 1. c. 10.* *Germ. c. 35.*

§. VI.

[a] Nec utilitas par jus facit cum necessitate.

§. VII.

Ita ubi laxa est matrimoniorum copia; negatum aliquod matrimonium causam bello præbere non potest: qualem olim Hercules arripuit in Eurytum [a] Darius in Scythas.

§. VIII.

[a] Nec magis mutandæ sedis amor, ut paludibus & solitudinibus relictis solum fœcundius possideatur: [b] quam Germanis veteribus bellandi causam fuisse ait Tacitus.

§. IX. *Hist. 4. 73.*

„e) (SIMILIA REMEDIA QUÆRENDA SUNT:) „Thuanus *l.* 10. *p. m.* 202. ait: *Senatui Veneto* „*solenne esse arma parare ubi videt vicinos in* „*armis esse.*

„f) (ROMANORUM IN PHILIPPUM:) *Liv. 30. 42.*

„g) (LYSIMACHI IN DEMETRIUM:) *Pausan.* „l. 17. Ubi ita rem refert, *ubi vero Demetrius* „*Antigoni filius regnum adeptus est, ne se ille pro-* „*vocaret metuens, prior contra eum arma movet,* „*Plutarch. in Demetr. 908.*

„h) (NI ALIA CAUSA ADFUIT:) Alia quoque „allegatur a Pausania *d. l.* nimirum quod Deme- „trius in Macedoniam profectus Alexandro „Cassandri filio, a quo accersitus fuerat, inter- „empto ejus regno potitus sit, & tunc addit, *proba-* „*bilem belli causam eum nactum esse.*

„i) (TACITI:) *De mor. Germ. c. 35.*

„a) (NEC UTILITAS PAR JUS FACIT CUM „NECESSITATE:) Necessaria juris mei defensio „sola justa belli causa est, non ergo sufficit utile „mihi esse bellum gerere; utilitas enim nullum „mihi jus tribuit in res alterius, uti late probavi „*L. 1. c. 1. §. 1. seq. & c. 2.* §. 6, & 13. *n.* 4. Sed „nec necessitatem jus belli in res ejus qui hostis „non est, tribuere alibi demonstravimus.

„(AD §. VII.) Quæritur an denegatio matri- „moniorum sit justa belli causa? Author id vi- „detur affirmare si copia matrimoniorum sit „restricta, secus si laxa sit: Nos dicimus bellum ob „denegata matrimonia inferri nunquam posse, „quia hæc a consensu partium dependent: adeo- „que unicuique liberum est matrimonia oblata „respuere: Modo quædam gens non excludatur „ex contemtu: quod latius explicavi supra *l. 2. c. 2.* „*§.* 21. 22. & 23.

a) (Grot.) (DARIUS IN SCYTHAS:) Antoninus in Caracalla in Artabanum Parthorum regem. Vide *Xiphilinum* (pag. 356. C. *Ed. H. Steph.*)

ADDITIO.

„Alia exempla vide apud *Crantz.* 1. *Dan.* 7. *Se-* „*nec. in Herc. Oet.* v. 420.

„a) (NEC MAGIS MUTANDÆ SEDIS AMOR:)

§. IX.

Æque est improbum, [a] inventionis titulo sibi vindicare ea quæ ab alio tenentur, [b] etiamsi is qui tenet sit improbus, de Deo male sentiens, [c] aut hebetis ingenii. [d] Nam inventio est eorum quæ nullius sunt.

Vict. de Ind. rel I. n. 31.

§. X.

1. [a] Neque ad dominium requiritur aut virtus moralis, aut religiosa, aut intellectus perfectio: [b] nisi quod hoc videtur posse defen-

Vict. de bello n. 5. 6. 7. 8. Id. l. 2, n. 18.

„Sane neminem teneri extraneis sedes concedere, licet inculta sit terra, vidimus Supra *l.* „2. *c.* 2. §. 16. & 17.

„*b*) (QUAM GERMANIS VETERIBUS:) Et Helvetiis ad Galliam invadendam. *Flor.* 3. 10. Vid. „*Suet. l.* 3. §. 4. *Liv.* 5. 36. *Marcell.* 3. 1. & 9. 12. „*Tesin. b.*

„*a*) (INVENTIONIS TITULO:) Quo usi sunt „Hispani in occupandis Americæ provinciis, quæ „tamen occupatæ jam erant: adeoque non erant „res nullius, in quibus solis jus occupandi locum „habet.

„*b*) (ETIAMSI IS QUI TENET SIT IMPROBUS:) „Tunc enim in Deum quidem injuriam committit, at hominibus jus non aufert; hi ergo ad re„parandum agere non possunt. Idque verum est „etiamsi populus circa religionem in quatuor no„tiones omni ævo communes peccet: quicquid „dissentiat Author *supra c.* 20. §. 45. *n.* 1. & §. 46. „*n.* 1.

„*c*) (AUT HEBETIS INGENII:) De quibus *vide* „§. *seq.* & supra *l.* 1. *c.* 3. §. 8. *n.* 4.

„*d*) (NAM INVENTIO EST EORUM QUÆ NUL„LIUS SUNT:) Quæ enim jam occupata sunt, non „demum inveniuntur, sed jam sunt inventa, adeoque „jus quæsitum est inventori, quod ei auferri nequit, „*Vid. l.* 2. *c.* 8. §. 6.

(AD §. X.) Author regulam, quam ante posuit *ob stuporem bellum populis inferri non posse*, limitat hoc §. ut, si rationis usu destituantur, dominia rerum auferri ipsis possint. At merito ipse dubitat tales populos amentes dari. Fabula de ejusmodi populis inde nata est, quod in populis recenter inventis, cum non potuerint intelligi, & cæteris moribus nobis essent dissimiles, ac feris propiores, inventores finxerunt non habere eas gentes rationis usum, qui inventoribus non apparuit: & ideo prætextum hunc suæ occupationis quæsiverunt: cum tamen certum sit non sequi, alium alii esse sapientiorem adeoque & superiorem. Cæterum supra demonstravimus, non tantum stupidos sed furiosos quoque dominii esse capaces.

Equidem si adeo feræ sunt quædam gentes ut separatim in antris, ferarum instar, sine legibus & absque imperio vivant, (pro ut quasdam describit *Becm. Hist. univ. c.* 9. *S.* 4. §. 8.) hæ gentes erunt extra societatem humanam, & extra imperium quod natura humano generi dedit, quodque postea in plura imperia distributum est: hujusmodi igitur homines redigi ad societatem hominum potuerunt, etiam, si aliter fieri non possit, constituto ipsis imperio. Occupari igitur hoc imperium potest, quia hactenus eis jus quæsitum non est,

ADDITIO.

„Recte B. Parens notavit, non dari gentes omni „rationis usu destitutos; nec, si darentur, dominia „ipsis jure belli auferri posse: Sed nec admittimus imperium in ejusmodi gentes quæ separa„tim in antris habitant, ideo quod extra humanam „societatem videantur constitutæ, vi occupari „posse: Nam (1) negamus dari aliquam societatem humanam ad quam homines illi redigi de„beant: (2) & si daretur talis societas, negamus „homines illos extra illam societatem constitutos „esse, nam homo qui in deserto vivit ideo non „est extra jus commune hominum positus, licet „non sit sub imperio singulari. (3) Negamus homines „illos sine legibus & sine imperio esse; nam cum in „familias sint dispersi, pater cujusque familiæ est „rex & imperator suæ domus: & licet legibus „scriptis non utantur, leges tamen naturæ se„quuntur. Adeoque (4) certum est jus imperii, „quod etiam hebetis ingenii hominibus in familiam, ejusque membra, res, & jura competit, ac „a natura eis quæsitum est, auferri ipsis non posse, „nedum rerum dominia. Quod pluribus ratio„nibus probavit *Grotius de mari libero c.* 2.

„*a*) (NEQUE AD DOMINIUM REQUIRITUR AUT „VIRTUS MORALIS, AUT RELIGIOSA, AUT INTEL„LECTUS PERFECTIO:) Adeoque vitium tale non „impedit dominii acquisitionem. Sane Deus „facultatem occupandi res terræ concessit „toti humano generi, & singulis speciatim, „adeoque probis æque ac improbis, & stu„pidis æque ac prudentioribus: Jus hoc ex „voluntate Dei singulis hominibus concessum, „nemo auferre prætextu religionis vel stupiditatis „pot-

fendi, si qui sint [c] populi omnino destituti a rationis usu, [d] eos dominium non habere, [e] sed ex caritate tantum iis deberi quæ ad vitam sunt necessaria. Nam [f] quæ alibi diximus [g] de sustentatione dominii, quam pro infantibus & amentibus facit jus gentium, [h] ad eos populos pertinet cum quibus est pactorum commercium: [i] tales autem non sunt populi si qui reperiuntur toti amentes: de quo merito dubito.

2. Male ergo Græci Barbaros ob morum diversitatem, forte & quod ingenio cedere viderentur, [k] hostes sibi quasi naturaliter dicebant. Quatenus autem ob peccata gravia & naturam aut societatem humanam impugnantia, auferri dominium possit, alia est quæstio, & modo, [l] cum de pœnarum jure ageremus, nobis tractata.

Plato de rep. Lib. 5. pag. 470. C. Arist. Polit. 1. 2 Eurip. Iphig. in Aul. vers. 1400. &c. Liv. l. c. 29. Isocr. Panath. p. 267 B. Ed. H. Steph. Hoc lib. c. 20. §. 40.

§. XI.

Sed [a] nec libertas, [b] sive singulorum [c] sive civitatum, id est αὐτο-

„potest, inprimis cum gens in gentem non habeat jus de ejus probitate aut prudentia judicandi.

„b) (NISI QUOD HOC VIDETUR POSSE DEFENDI:) Imo nec hoc defendi ulla ratione posse „vidimus *pr. h.* §.

„c) (POPULI OMNI DESTITUTI A RATIONIS „USU:) Tales non dari ipse fatetur Author.

„d) (EOS DOMINIUM NON HABERE:) Quod „refutavimus supra *l. 2. c. 3.* §. *6.* ubi etiam furiosis „jus dominii competere diximus.

„e) (SED EX CARITATE TANTUM:) Cum non „dentur gentes omni ratione destitutæ, frustra „quæritur an nil nisi alimenta eis debeantur: Adeo„que errat Author (1) quod populis stupidis do„minium neget, & alimenta eis saltem relinquenda „statuat: (2) quod ex caritate eis demum necessa„ria relinquenda esse putet: quia inde sequeretur „in arbitrio prudentioris esse, num stupidos ejus„modi fame necare velit: neque enim stupidis „fieret injuria, quia ex caritate (juxta hypothesin „Authoris) jus proprium non nascitur.

„f) (QUÆ ALIBI DIXIMUS:) *l. 2. c. 3. §. 6. c. 4.* „*§. 10. & c. 11. §. 14.*

„g) (DE SUSTENTATIONE DOMINII:) Author „eum finxit *d. c. 3. §. 6.* humanum genus in acquiren„do dominio sustinere personam infantium, & „jus gentium supplere in illis possidendi ac ac„ceptandi animum: quod refutavimus *ibidem.*

„h) (AD EOS POPULOS PERTINET CUM QUI„BUS EST PACTORUM COMMERCIUM:) Dictum „jam est (1) sustentationem illam dominii ex jure „gentium fabulam esse; unde (2) frustra asseri„tur fictionem hanc saltem pertinere ad eos po„pulos cum quibus commercium est, cum ad nul„los populos pertineat: Sed & (3) falsum est dari „populos cum quibus non sit pactorum commer„cium, cum omnibus enim populis jus est com„merciorum, idque jure naturali. *Vid. supr. c. 3.* „*§. 6.*

„i) (TALES AUTEM NON SUNT POPULI &C. TOTI „AMENTES:) Frustra hæc disputantur, cum tales „gentes non dentur, fatente ipso Authore.

„k) (HOSTES SIBI QUASI NATURALITER DI„CEBANT:) Adeoque in quos sibi jus belli esset: „Hinc extraneus & hostis illis sunt synonima, „Vid. *l. 2. c. 15. §. 5. & l. 2. c. 6. §. 14. n. 2.* Sallu„stius *de ord. rep. l. 1. externæ nationes natura* „*nobis sunt hostes*, & Livius ait, *cum barbaris* „*æternum græcis bellum est*, *l. 31. c. 29.* Conf. „*Liv. l. 7. c. 30. & l. 8. c. 4.*

„l) (CUM DE POENARUM JURE AGEREMUS:) „Quam infeliciter Auctor hanc materiam tractaverit „demonstravimus *d. c. 20. §. 38. usque ad fin.* Dixi„mus enim his peccatis non jus hominum lædi, „nec societatem humanam, (utpote quæ non exi„stit) sed jus Dei tantum, adeoque huic soli vin„dictam reliquendam esse.

(AD §. XI.) Quæritur an homo cui libertas ablata est, vel civitas quæ autonomiam, seu libertatem civilem amisit, armis eam recipere jure possit? Negatur si libertas illa juste, i. e. legitimo bello & per ultimam victoriam ablata sit: Autonomiâ enim amissâ civitas illa fit subdita, eoque jus belli cessat; & sic esset rebellio subditorum contra superiores.

a) (Grot) (NEC LIBERTAS SIVE SINGULORUM SIVE CIVITATUM, ID EST, *αὐτονομία*, QUASI NATURALITER ET SEMPER QUIBUSVIS COMPETAT, JUS BELLO PRÆSTARE POTEST:) Vide *concilium* IV. *Toletanum*, & quæ nos supra cap. IV. hujus lib. §. 14.

„b) (SIVE SINGULORUM:) Servus, qui justo „bello

αὐτονομία, quasi naturaliter, & semper quibusvis competat, jus bello præstare potest. Nam *d* libertas cum natura competere hominibus aut populis dicitur, *e* id intelligendum est de jure naturæ præcedente factum omne humanum, & de libertate *f* κατὰ στέρησιν, non de ea quæ est *g* κατ' ἐναντιότητα, hoc est, ut natura quis servus non sit, *h* non ut ius habeat ne unquam serviat: nam hoc sensu nemo liber est; Senec. III. cont. 21. quo pertinet illud Albutii: *i* *Neminem natum liberum esse*, *k* *neminem servum; hæc postea nomina singulis imposuisse fortunam.* Et Ari- 1 Polit. c. 3. stotelis illud: νόμῳ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι τὸν δ' ἐλεύθερον: *l* *e lege venisse ut alius esset liber, alius servus.* Quare *m* qui legitima causa in servitutem sive personalem *n* sive civilem devenerunt, contenti sua conditione 1 Cor. 7. 21. esse debent, ut & Paulus Apostolus docet: δοῦλος ἐκλήθης, μή σοι μελέτω; *o* *Vocatus es ad servitutem, ne id te torqueat.*

§. XII.

Neque minus iniquum *a* armis subigere aliquos velle quasi dignos qui serviant, quos naturaliter servos interdum *b* Philosophi vocant. *c* Non enim si quid alicui est utile, id statim mihi licet ei per vim

„bello servus factus est, non potest vi recipere libertatem amissam ex judicio civitatis ubi „servus est; de quo plenius *l. 3. c 7. §. 7.*

„*c*) (SIVE CIVITATUM, ID EST, αὐτονομία:) „Populus qui semel sui juris esse desiit, (*vid. l. 1. c. 3. §. 12.*) qui autonomiam justo bello amisit, „& non suis sed alienis legibus vivit, libertatem amissam vi & armis recipere nequit, uti late „exposuimus *l. 2. c. 4. §. 14.* Conf. *l. 3. c. 9. §. 9.* „adeo, ut nec postliminio locus sit, *l. 3. c. 9. §. 9.* „*&* *12. c. 16. §. 4.*

„*d*) (LIBERTAS CUM NATURA COMPETERE „HOMINIBUS AUT POPULIS DICITUR:) Omnes „enim homines natura liberi sunt; & civitas quoque naturaliter liberam facultatem disponendi „de jure suo habet, adeoque libertatem civilem „quoque a natura esse recte asseritur. *l. 4. §. 1. ff. de stat. hom.* Conf. Supra *l. 7. c. 7. §. 1.*

„*e*) (ID INTELLIGENDUM EST DE JURE NATURÆ PRÆCEDENTE OMNE FACTUM HUMANUM:) „Adeoque antequam facto hominum libertas illa „ablata sit: Etsi enim quilibet homo liber nascatur, certum tamen est *jure* auferri posse libertatem quibusdam casibus. Nam hæc ipsa est definitio libertatis, quod sit facultas agendi quicquid „lubet, donec vel vi vel *jure* prohibeatur. *d. l. 4. pr.* Libertas igitur uti alia hominum jura auferri „possunt vel ex propria dispositione, vel vi legitima.

„*f*) (κατὰ στέρησιν:) Per privationem, sic ut „ei absit servitus. *Gron. h.*

„*g*) (κατ' ἐναντιότητα:) Per contrarium, quasi servitus ei supervenire non possit. *Gron. h.*

„*h*) (NON UT JUS HABEAT NE UNQUAM SERVIAT:) Nam jus hoc naturæ vi vel jure auferri „potest. *d. l.*

„*i*) (NEMINEM NATUM LIBERUM ESSE &c.) „Quia potest in servitutem deduci: Nam statim „addit, scis & nos nuper servos fuisse. *Senec. Contr. l. 3. c. 21. p. m. 274.*

„*k*) (NEMINEM SERVUM:) Quia uti liber volente fortuna potest fieri servus, ita volente & „eadem servus potest fieri liber.

„*l*) (E LEGE VENISSE UT ALIUS SIT LIBER „ALIUS SERVUS:) Imo ex naturali ratione id venit, uti alibi probavimus. Conf. *l. 4. & 5. ff. de just. & jur. l. 5. §. 1. ff. Stat. hom.*

„*m*) (QUI LEGITIMA CAUSA IN SERVITUTEM „DEVENERUNT:) Scilicet in pœnam, vel ex sua „dispositione.

„*n*) (SIVE CIVILEM:) Qua scilicet populo autonomia, seu jus propriis legibus vivendi aufertur, „de quo discrimine late actum est. *l. 1. c. 3. §. 12.*

„*o*) (VOCATUS ES AD SERVITUTEM:) i. e. „Fortuna te servum fecit.

„*a*) (ARMIS SUBIGERE VELLE QUASI DIGNOS „QUOS SERVIANT:) Tales homines non dari diximus *supra l. 1. c. 3. §. 8 n. 4.* Sane ob imprudentiam nemini jus natura quæsitum auferri potest. *Vid. supr. §. 10.*

„*b*) (PHILOSOPHI:) Author hujus sententiæ „est Aristoteles. *Vid. d. §. 8. n. 4.*

„*c*) (NON ENIM SI ALICUI QUID EST UTILE, ID STATIM MIHI LICET EI PER VIM IM- „PONE-

vim imponere. Nam [d] his qui rationis habent usum [e] libera esse debet utilium & inutilium electio, [f] nisi alteri jus quoddam in eos quæsitum sit. [g] Infantium plane alia est ratio, [h] quorum regimen, [i] cum ipsi jus exercendæ αὐτοπραγίας actionumque suarum moderandarum non habeant, occupanti & idoneo natura concedit. *Vid. de Ind. n. 14.*

§. XIII.

I. 1. Vix adderem [a] stultum esse titulum, quem quidam tribuunt *Ayala de jur. bell. lib. 1, c. 2. n. 29. Covar. c. peccatum, p. 1. §. 9. n. 5. & seq.*

„PONERE:) Beneficia enim obtrudi nemini possunt.

„d) (HIS QUI RATIONIS USUM HAIENT:) „Aliud enim esse dixit in iis qui rationis usum „non habent, *Vid. §. 10.* & quales non existere „ipse Author fatetur. *Ibid.*

„e) (LIBERA ESSE DESET OTILIUM ET INU„TILIUM ELECTIO:) Quia nemo jus habet in eo„rum actiones.

„f) (NISI ALTERI JOS QUODDAM IN EOS QUÆ„SITUM SIT:) Sive jure belli, sive ex lege superi„oris.

„g) (INFANTIUM PLANE ALIA RATIO:) Ad„eoque infantibus, si quid eis est utile, id per vim „imponere licere, statuit.

„h) (QUORUM REGIMEN OCCUPANTI ET IDO„NEO NATURA CONCEDIT:) Nollem tanto viro „hæc excidisse: Mens Authoris hæc est; Infantes „ob defectum rationis jure naturali dominii esse „incapaces, vid. *l. 2. c. 3. §. 6.* jus gentium voluntarium „autem ob communem utilitatem introduxisse ut „infantes dominia accipere & retinere possint. „*d.* § *6. & supra §. 10.* & statuisse ut genus hu„manum interim sustineat eorum personam. *d. §. 6.* „*d. §. 10*, Et ut e genere humano is præferatur, „qui prior regimen occupavit, & qui ideoneus „est. *§. b.*

„Diximus allegatis locis jus dominii infantibus „non ex jure aliquo gentium voluntario, & quasi „genos humanum eorum personam sustineat, sed „ex ipsa naturæ ratione competere: Etsi admini„stratio ob defectum rationis iis concedi non „possit. At hunc defectum ipsa supplet natura „per familiam, cujus officium est membra sua „tueri. *Vid. l. 2. c. 5. §. 2. seq.* Unde in imperiis „quoque ex dispositione populi delatis, proximis „agnatis delata tutela naturali jure videtur. *d.* „*§. 2. seq.*

„Monstrosa ergo est sententia Authoris, *natu„ram concedere regimen infantis occupanti idoneo*, „quæ non bellorum inde seges: unusquisque se „magis idoneum prædicabit, idque, cum inter „gentes concurrentes judex non sit, armis vindi„care conabitur.

„i) (CUM IPSI JUS ACTIONUM SUARUM MO„DERANDARUM NON HABEANT:) Confundit Au„thor *dominium & administrationem: illud* infan„tibus quoque natura competit, adeo ut exercere „quoque illud, v. g. consumendo res, possit: *hac* „vero cessat in infante, & natura eam aliis com„misit. *d. l. 2. c. 5. §. 2. seq.*

a) (STULTUM ESSE TITULUM QUEM QUIDAM TRIBUUNT IMPERATORI ROMANO &c.) Recte Author refutat eos, qui Imperatori Romano verum imperium in totum terrarum orbem concedunt, adeoque eum jure bellum in omnes gentes gerere posse statuunt: Sane Imperatores Romani, qui *mundi* se *dominos* dixere, nunquam eo sensu id allegaverunt quasi actu imperium in terrarum orbem habeant, sed per eminentiam: atque ita intelligenda est Lex *9. ff. ad leg. Rhod.* Et cum peculiari dissertatione, cui titulus est: *De dominio orbis &c.* mentem hujus legis explicaverim, caput ejus tertium & quartum hic inserere licebit. *Verba hac sunt:*

Non nostrarum equidem partium est, stare ab inmanibus Bartoli ausis, qui in *l. Hostes 24. n. 2. & seq. ff. d. Capt. postl.* ut illum textum componeret cum sacro codice, compulsum se putavit, ut statueret omnes Reges totius orbis jure quodam subjectos imperatori Romano, idque & dicendum & credendum esse; ita ut qui aliter sentiunt eos præcipiti nimis & incompetenti judicio hæreticos proclamaverit.

Nos ut nihil detractum volumus majestati nominis Romani, ita nec juribus & dignitati Germaniæ. At enim si causam hanc Bartolo, ipsam quoque victricem Germaniam Romanis, victorem victo subjiciemus: & si populi olim Romani imperium in omnia orbis regna fuit, etiam in Germaniam fuisse fatendum erit. Quo fieret, ut nunquam populus Romanus hostem habere, nunquam ulli regno cum populo Romano bellum esse potuisset; cum Bartolo auctore nulla regna libera, sed Romano Imperio obnoxia, atque adeo non hostes Romanis, sed perduelles, nec bella in Romanos fuissent, sed rebelliones. Quæ non alia re efficacius quam ipso hoc textu refelluntur.

Etenim definitur ibi, quinam jure gentium hostes dicendi sint, ita ut jura & effectus belli, captivitatis, postliminii &c. inter eos valeant: scil. liberi populi, qui neque invicem, neque aliis subjecti sunt, adeoque judicem non habent nisi Martem, ut est populus Romanus, & populi ei similes, qui invicem bellum indicunt, adeoque hactenus pares sunt. Exempla hujus modi popu-

 lorum

lorum refert JCtus in *d. l.* 24. Germanos & Parthos, duos imperii Romani ab utroque latere Orientis & Occidentis vicinos, eoque perpetuos hostes. Per hunc itaque textum, adeoque ipsius populi Romani judicio, post Cæsares, Augustos, Tiberios, Germanicos, qui orbis terrarum prope vires in Germaniam & Belgium converterant, Germani perinde liber populus fuerunt, ac Romani ipsi.

Qua ratione porro labi videtur Bartolus, cum duo adhuc populorum genera refert, quos imperio quidem Romano non parere, & tamen subesse autumat. Quosdam enim ait esse populos, qui non parent imperio, quia dicunt id se facere ex privilegio imperatoris, & in id allegat Venetos ad *d. l.* 24. *n.* 4. Quod nunc mittimus; etsi quam inepta & frivola ejus ratio sit, quod cum ex privilegio Imperatoris id fit ille id revocare possit, nemini obscurum esse poterit.

Alios vero esse qui non parent, quia afferunt se libertatem habere ex contractu, & huc refert terras domino Papæ donatas, & Reges Siciliæ, Franciæ, Angliæ & reliquos ad *d. l.* 24. *n.* 6. Enim vero etsi de terris istis & Sicilia concedimus, Anglia certe Britannia, ex quo ab Anglo Saxonibus e cimbrica Chersoneso occupata fuit, in nullius deinde potestatem pervenit, & nec a Merovingis nec Carolingis, nec sequentibus tentata fuit. Francia vero Gallica subjugata quidem fuit a Francis Germanis, quibus Imperium Romanum Occidentis deinde accessit; at pactis divisionis usque ad Scaldin, Mosam, Ararim, Rhodanum, inde separata ac sui iuris facta est.

Major Bartolo labor est qua ratione Græcos, Tartaros & Saracenos in hujus imperii unitatem conciliet, quos ait extraneos esse, & suum singulos regem Dominum orbis asserere. Sed breviter se expedit ad *d. l.* 24. *n.* 8. hoc verbo: *Parum ad nos, qui foris sunt:* Ut adeo in cassum laborare cum Bartolo non lubeat Cunf. §. 15. *inf.*

Etsi vero Romani imperii magnitudo plenum & quasi exundantem illum, ac immodicum dominii orbis sensum non impleat, qui nec cum humani generis conditione satis pacari potest; nihilominus tamen solenni & eximia quoque ratione, (quæ si non Bartolum, at Antoninum sapientissimum ac pientissimum imperatorem, ac sacrum omnino codicem plane absolvet) verissime a laudato Antonino dictum est, Imperatorem Romanum esse *dominum orbis* terrarum.

Etenim certum imprimis est, Romanum imperium præcipuum totius orbis esse, uti ex *Livio l.* 1. *c.* 4. jam produximus illud: *Roma maximum, secundum Deorum opes, imperium esse.* Id vero evidenti hac ratione demonstratur, quoniam tria superiora orbis imperia summa armis vicit; victor autem in omne jus victi succedit, ejusque locum eminentiam ac dignitatem ultima victoria sibi acquirit. *Grot. de jure B. & P. l.* 3. *c.* 8. & 15. Unde non tantum primæ illius partes erunt si cum reliquis sui ævi regnis, sed & si cum superioribus imperiis summis contendatur. Primo enim a Persis subacto, jus ejus & excellentia omnis ad alterum; hoc pariter domito utriusque majestas ad tertium; & hoc quoque a Romanis superato, omnium in Romanum Imperium confluxit & coaluit.

Accedit, quod priora summa imperia destructa penitus, nec unquam deinde restituta fuere, sed in busta & tumbas suas evanuere; & ruinis suis in perpetuum consepulta nunquam e naufragiis emersere.

At Romanum imperium iterum destructum ita ab alio non fuit, sed adhuc perdurat: Etsi enim cum barbararum gentium invasionibus quoque diu multumque conflictaverit, quin & sedes ipsius, Italia, a Gothis & Longobardis capta, & totum deinde Occidentis imperium Francorum seu Germanorum regum armis ac virtute victum fuerit; horum tamen victoriis, etsi occupatum & populo suo germanico acquisitum, non tamen destructum, sed e contrario defensum & restauratum felicissime fuit. Etenim hi piissimi & vere heroica indole reges Germani Romanum Imperium non Romanis, sed Romanorum hostibus & invasoribus bellica virtute ac felicitate abstulerunt, ereptumque iis cum victrice sua Germania individuo nexu, æternoque fœdere univerunt. Adeo quicquid in reliquis omnibus imperiis insedit Gloriæ, Majestatis, ac eminentiæ, id omne quasi inde collectum congregatumque in populum Germanum, & quod ei quæsitum est, Imperium Romano Germanicum transfusum fuit, atque in ejus visceribus resocillatum gloriosissime revixit.

Hoc igitur imperium recte ac vere *dominium orbis* dicitur, quod præcipuum orbis membrum atque adeo orbis caput est. Hic enim verus principatus est orbis terrarum quem gerit princeps terrarum populus: uti in civitatibus præcipuum Senatus membrum princeps civitatis, seu princeps Senatus dicitur qui principatum in civitate gerit, non potestate imperii, quod penes totum Senatum vel populum fuit, sed autoritate & facultate dirigendi rerum Senatus communium. Atque id proprie Principatus est, quem ita accurate describit *Doctiss. Gronov. ad Grot. d. J. B. & P. lib.* 1. *c.* 3. §. 10. *n.* 1. ubi ait: *Principatus est primus dignitate & autoritate locus inter jure liberos:* adeoque non infert imperium, seu propriam potestatem magistratus, sed dirigendi autoritatem. Ita Scipio Africanus Principatum Senatus obtinuisse dicitur. *Plut in Scip. Afric c.* 39. Et apud Athenienses Aristides & Themistocles de principatu civitatis certasse. *Corn. Nep. in Aristide c.* 1. quemadmodum & duæ illæ clarissimæ civitates Græciæ, Athenæ & Sparta, de principatu acerrimis studiis contendisse, *Idem in Themistocle c.* 6. & Rhodii principatum maris obtinuisse feruntur. *Polyb. l.* 4. *hist. c.* 47. Quin Græcia, quæ fuit & armorum & sapientiæ eo tempore fama ac gloria, Princeps orbis terrarum dicta est. *Justin. l.* 8. *c.* 4. & in eundem sensum Pompejus *apud Ciceronem sæpius*, & Æmilius apud *Livium l.* 3. *c.* 1. Princeps civitatis, & alius princeps gentis Ætolorum; apud *eund. l.* 34. *c.* 23. quemadmodum apud Tacitum principes

principes juventutis &c. Quibus locis omnibus per principatum intelligi patet præcipuam in rebus gerendis autoritatem, & quandam ut *Thucydides, l. 1. fol. 64.* appellat, ἡγεμονίαν, seu quasi directoriam potestatem.

Hujusmodi igitur principes etiam κύριοι, *Domini*, recte dicuntur, atque ita princeps Romanus, κύριος τῦ κόσμȣ, Dominus mundi in *l. 9. ff. ad l. Rhod. de Jact.* laudatur. Voces enim domini ac dominii eandem vim habent, ac principatus, ut primariæ autoritati tribuantur: quemadmodum principes Domini dicuntur, etiam ab iis in quos potestatem non habent. Et solenne Romanis fuit iis qui curam habebant ludorum ac certaminum publicorum, & in factiones distincti erant, *dominos factionum* dicere. *Sueton. in Neron. c. 5.* etiam in inscriptionibus publicis, ut in illa Lanurii quæ refertur ad *dictum locum Suetonii in not.*

Voce enim ea non solum dominium proprietarium, sed & omnium jurium, nec tantum jurisdictionis sed & cujusque potestatis dicimus. In *d. l. 9.* igitur dominium mundi est principatus imperiorum mundi, id est caput, seu primarium mundi imperium: de cujus vi & effectibus deinceps.

Hoc dominum seu principatus universi, etiam regnum seu imperium mundi eodem sensu dicitur, quomodo Roma regina insularum quandoque vocatur. Hæc enim verba generaliter cum ad omnem præeminentiam singularem referri solent, tum omnem regendi ac curandi potestatem complexu suo continent. Nam & rex sacrorum erat apud Romanos. *Liv. l. 2. cap. 2. Gell. Noct. Att. lib. 15. c. 27.* cujus præcipua sacrorum cura, at ab omni alia administratione ipse exclusus fuit. *Dionys. Halic. l. 4. c. 79. in f. & lib. 5. cap. 1. in f.* ejusque uxor regina dicta fuit. *Rosin. Antiq. Rom. lib. 3. c. 25.* Apud Spartanos Reges fuere, quibus præcipua bellorum potestas commissa erat ex instituto Lycurgi. *Justin. lib. 3. c. 3.*

Atque hic orbis principatus, hoc dominium, hoc regnum nemini unquam justius, quam populo Romano vindicatum fuit: Nullum enim a superiobus imperium tanta virtute, tanto justitiæ & pietatis studio quæsitum, gestum munitum & cultum fuisse quam Romanum, non poterit inficias ire qui res gestas ejus populi, & bellorum causas evolverit & perspectas habuerit. Etenim incredibile dictu est, quanta animorum constantia casus omnes cladesque pertulerint: quanta fortitudine ac prudentia rem labantem restituerint ac fulserint: quanta sollicitudine caverint ne quicquam nisi auspicato, id est peractis ante sacris, nec bella nisi ex justis causis sedulo primum excussis inciperent: ne quid vel in hostem injuria, vel in victoria impotenter aut immoderate fieret: quam justitiæ & æqui & fidei tenaces: quantum juris & inveniendi & constituendi & servandi studium: quam gentes omnes eorum leges reveritæ fuerint: quanta contentione egerint, ut socii incolumes & populorum & gentium jura integra & salva manerent. &c. Quæ omnia ad miraculum usque eximia & adeo præclara fuere, ut in pauca cogi non possint.

Delibatum aliquid est sup. *c. 2. §. 17. 18. 19. & in orat. inaugurali Trajecti habita. Adde Disp. nostr. 40. Tom. 2. De justo præliorum exitu.* Compendio autem disertissimo ea recenset ac deprædicat *Flor. in hist. Rom. per tot.* qui *l. 1. c. 18.* cum acta virtutesque hujus populi in bello quod cum Pyrrho gessit attigisset, ita concludit: Quis ergo miretur, his moribus virtute militia victorem populum Romanum fuisse. Eodemque loco Pyrrhum ipsum admirabundum exclamasse refert: *O quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis.*

Prodita quidem etiam sunt exempla, quod Romani vel pacem superbe spreverint, vel in bello protervius egerint. Sed & pauca illa fuere, &, quod argumentum videtur populi Deo cari, ne impune peccando a virtute, eoque a felicitate sua deficeret, proterviam e vestigio continentibus cladibus & calamitatibus luere oportuit: uti ad Alliam, ad furcas Caudinas, ad Trasimenum Lacum, ad Cannas; & impietatem P. Claudii consulis naufragio classis in mari Siculo.

Huic igitur tantæ virtuti frustra cum Bartolo opposueris vel Græcorum imperium, quod non fuit nisi provincia Romani; vel duo illa Scythica fulmina, Attilam & Tamerlanem, qui & ipsi victores orbis terrarum post Romanos jactantur. De Attila enim loquitur *Sigebertus ad ann.* 804. cum inquit, *Avaros seu Hunnos victores orbis domitos a Carolo M. fuisse.* Tamerlanes vero omni Asia peragrata armis, & Bajazethe capto, Europam quoque terrore concussit. *Boxhorn. Hist. univ. ad ann. 1378. pag. 891. & seq.* Etenim illi prædandi magis more terras percurrerunt, quam bellum imperii promovendi causa gesserunt, &, prædonum magis quam hostium ritu, non tam imperium occuparunt, quam prædas domum retulerunt; & vastitatibus, incendiis. ac cædibus, quam victoriis lætiores, sævire magis, quam imperare voluisse videntur. Unde uterque Dei flagellum dicti sunt, alter Occidentis, alter Orientis. De utroque ipsos se maximi Dei iram ac flagellum professos tradunt *Munster Cosmogr. lib. 3. c. 63. Boxhorn. d. l. p. 890.* fuisse sane certum est. Hos ergo in censum talium orbis imperiorum, nedum summorum, non referimus; quanquam Hunnos Occidentis invasores, a Carolo M. perdomitos, jam ex Sigeberto dictum sit.

Hic igitur imperiorum principatus Romanus indubitato virtute maximorum Germaniæ regum Caroli M. & Ottonis M. Germanis perpetuo fœdare aggregatus est. Ita vere *Glossa canonica ad c. Venerabilem 34. X. de elect. in verb. in Germanos* ait: *Sic regnum mundi translatum est ad Teutonicos.* Neque si partes quædam imperio Romano hodie detractæ sunt, etiam principatum istum detractum esse sequitur, qui semel optimo maximoque jure in hoc imperio inveteravit, & cum ipso in Germanos transiit; neque adeo quousque invicta stat res Germana avelli inde potest.

Hinc Rex a Germanis electus hoc ipso Rex Romanorum, nullo alio quam electionis actu interveniente, appellatur, & inde caput orbis Chri-

stiani agnoscitur & audit. Hinc in *Aurea Bulla cap. 3. §. 2. & 3.* sæpius & inprimis in ipsa solennis jurisjurandi formula, quod præstant ante electionem Serenissimi Archi-Principes Electores, dicitur: *Eligere volo temporale caput populo Christiano, id est regem Romanorum &c. Et §. 3. Nisi prius major pars ipsorum temporale caput mundo elegerit, seu populo Christiano, Regem videlicet Romanorum*, &c. & mox: *vel per majorem partem ipsorum Rector & temporale caput fidelium electum fuerit.* Hinc & populi Germani signum non aliud est quam Aquila illa Romana; & ipsi Bullæ aureæ, seu sigillo quo Carolus 4. usus fuit, in averso inscriptus est ille ex genio seculi rythmus.

Roma caput mundi regit orbis frena rotundi. Atque hinc inter insignia imperatoris est figura orbis, quem manu ille gestare solet, quemque in curiis solennibus Comes palatinus præfert ex constitutione *A. B. cap.* 22. §. 3. ubi pomum vocatur ex usu vulgi. Adeo principatus ille Romani nominis transiit in populum Germanum.

Neque tamen prætereundum est alio quoque sensu, qui tamen ab altero haud multum abludit, Imperium Romanum pro imperio orbis accipi, scilicet quo pars insignis sumitur pro universo; quod & in omni linguarum genere, & in imperiis frequens est, ac Romanis maxime solenne fuit. Uti cum *Lucanus lib.* 3. *v.* 247. canit:

Ignotum vobis, Arabes venistis in orbem

Et mox *v.* 273. Europam & Asiam duos orbes, diversosque mundos appellat Tanai divisos, cum ita pergit.

—— Tanais diversi nomina mundi
Imposuit ripis, Asiaque & terminus idem
Europa, media dirimens confinia terræ
Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampliat orbem.

Quin & diserte *Polybius lib.* 4. *hist. c.* 38. terras imperii Romani vocat οἰκουμένην *& orbem nostrum.* Ita cum bellum inter duos populos, Romanos & Carthaginienses, videbatur in Italiam transiturum, jactabatur *cum orbe terrarum bellum gerendum esse in Italia* i. e. cum imperio populi Carthaginiensis *Liv. lib.* 21. *c.* 16. Ac cum Lysimachus ac Seleucus reliquos Alexandri M. duces profligassent, dicitur, quod duo soli tenuerint orbem terrarum. *Just. lib.* 17. *cap.* 1. *in f. & cap.* 2. Ita ante bellum Punicum cum & Pœni & Romani Siciliæ inhiarent, dicitur, *quod eodem tempore paribus uterque votis, ac viribus imperium orbis agitaverit. Florus Hist. Rom. lib.* 2. *c.* 2. Atque ita & Alexander M. regem mundi se dici voluit. *Just. lib.* 12. *c.* 16. Et terræ recens inventæ dicuntur *novus orbis, novus mundus.* Quo faciunt ea, quæ *toto capite* 2. *huj. diss.* passim exposita sunt. Unde patet quam hoc tralatitium fuerit ut magna pars orbis pro toto acciperetur, idque omnium convenientissime dicitur de imperio Romano, quod sub Trajano principe eousque armis propagatum fuit, ut nullum aliud latius: Vid. *S. Aurel. Victor de Cæsar. in Ulpio Trajano.*

Quodsi hæc ratio conjungatur cum superiore rem omnem perspicue conficiet; adeo invicem parocinantur & suffragantur. Etenim tum illud, quod præcipua universi pars pro toto accipitur, præclare convenit in imperium Romanum, ut appareat imperium orbis pro Romano recti dici *juxta §.* 19, tum ex eo quod idem, ut præcipua pars, ita præcipuum orbis imperium fuerit, rectissime sequitur, ei inter imperia orbis principatum competere; & hunc orbis principatum genuino quoque sensu dici dominium mundi, per ea quæ toto hoc capite exposita sunt: hanc denique principatum orbis summo jure cum imperio romano translatum fuisse in Germanos eisque individue adhuc cohærere per §. 10. 17. & 18. *supra.*

Denique nihil ei officere quod omnis hodie Asia inde detracta, quin totus oriens avulsus sit. Certe enim totus oriens nil nisi provincia imperii Romani fuit, a populo Romano victa ac triumphata, quæ etsi iterum detracta imperium ipsum non tollit: nec provinciis mutatis mutatur populus cujus imperium est, si salva sit imperii sedes. Habebatur enim jam populus romanus princeps orbis populos, antequam oriens imperio subjugata Græcia accesserat; ut ex locis *cap.* 2. & 3. videre est. Sed nec hodie impar potentia est, si discordia eam non rumperit, nec vana exemtionum figmenta præsidiis suis eam spolient, & exhauriant. Discordiam imperiorum pestem essa graphice depingit Carol. IV. *in pref. A. B.* De exemtionum viiis doctissime egit *Conring. in tract. de Fin. Imper.* quo de republica præclarissime meritus est. De Græciæ civitatibus memorabile est quod Trogus inquit apud *Just. l.* 8. *c.* 1. *Dum singulæ imperare cupiunt, imperium omnes perdiderunt, & omnibus perire, quod singula amitterent, non nisi oppressæ senserunt.* At nos summum numen supplices veneramur, ut hoc omen a populo Romano-germanico averruncet, ejusque majestatem votis, studiis, ac voluntatibus uniat & muniat.

Neque vero inane id nomen, aut nudatum effectibus est. Inprimis enim consistit ille principatus in regendis negotiis gentium communibus, ut quoties de communi populorum, vel plurimum gentium salute ageretur, earum rerum quoddam directorium esset imperatoris, veluti primi orbis principis. Quæ res omnino juris gentium est, nulla enim causa est cur præterito illo, cujus primæ partes sunt, sequentes se regimini negotiorum ingererent, quod sine injuria loci principis non fieret. Et hac ratione in comitiis directoria nulla alia sunt, quam eorum qui primum in curia vel scamno locum habent. Ita in *l.* 4. *in f. C. de quadr. præscr.* de principe Romano dicitur: Qui enim suis consiliis, suis laboribus pro toto orbe terrarum diu noctuque laborat, quare non habeat dignam sua prærogativa fortunam? Hinc in *A. B. tit.* 12. §. 1. sancitum est, ut serenissimi principes electores, veluti primaria imperii fulcra & archiofficia, frequenter congregentur ad consultandum, non de imperii tantum sed & *de orbis salute.* Quod & canones intendunt, quando duplicem potestatem, quasi duo magna luminaria mundo præesse memorant, quibus portendunt Pontificem & Imperatorem in *c.* 6. *de major. & obed.* Ita Gelasius

Gelasius Papa ad imperatorem Anastasium scripsit, *Duo esse, quibus principaliter hic mundus regitur*, idque ad pontifices & imperatores applicat in *c. duo 10. distinct. 96. junct. c. 6. ead.* Item Bonifacius ad Honorium Augustum scripsit: Deum nostrum ecclesiæ sacerdotium, imperatori vero res humanas regere deputasse in *c. 1. distinct. 97. &c.* Quemadmodum & patres concilii constantiensis, literis ad Sigismundum Augustum datis *legari se scribunt, operam ipsius pro salute totius orbis procedere: apud Goldast. Tom. un. fol. 148. ad annum 1416.*

Cum vero barbari & pagani hostes potius nominis christiani sint, adeoque comercium hujus principatus orbis cum iis vix supersit, hinc ad orbem christianum ille referri, & imperator caput orbis christiani appellari consuevit ut in *A. B. d. cap. 2. §. 2. & 3.* Quemadmodum prædicti reges barbari quoque, & ipse Turcarum Sultanus, imperatorem inter reges christianos, unter den Potentaten JEsu, principem fatetur & agnoscit. *Hermes fasc. jur. publ. c. 4. n. 4.* Hinc illæ summus ecclesiæ christianæ advocatus audit, oberster Voigt und Schirms-Herr der Christenheit, uti in *Recess. Imper. passim & in capitulationibus Imp. in princ.* Atque ita Sigismundus imperator in literis ad concilium constantiense scribit de sua *sollicitudine quotidiana, qualiter generali bono, statui totius populi christiani variis multis modis proficere valeat, apud Goldast. d. tom. un. fol. 146. ad ann. 1413. §. 2.* ubi ita pergit *in fin. d. §. 2. Cum teneamur sanctam matrem ecclesiam per imperiale officium tueri, cujus etiam canones sanctorum patrum nos appellant advocatum & defensorem.* Unde & prædictis ad concilium literis Londino ex Anglia missis ita se subscripsit: *Sacrosancta matris & universalis ecclesia advocatus &c. Goldast. d. tom. un. fol. 148.* Sed & serenissimi Principes electores litteris ex comitiis Reinensibus Anno 1338. ad Pontificem datis, quæ & ipsæ exstant apud *Gold. d. tom. un. fol. 100. ad ann. 1338.* scribunt, se more antiquo ibi congregatos fuisse, *pro defensione & recuperatione jurium, honorum &c. sacri imperii romani, ac NB. totius christianitatis, ad cujus regimen ac defensionem idem imperium principaliter ordinatum dignoscitur &c.* Fuitque usus ejus haud exiguus in conciliis universalibus, quorum directio penes imperatorem ut ecclesiæ advocatum fuit, uti ex prædicatis quoque litteris Sigismundi Augusti, & patrum concilii Constantiensis apparet.

Hinc vero haud inscite Michael Praun, *in tractatu*, von den 7. Heer-Schilden, *cap. 3. part. 3. §. 495. §. 500. & seqq.* orbem christianum vocat *universalem gentium christianarum rempublicam*, das allgemeine Christen-Völcker-Reich, in qua primum ordinem, den ersten Heer-Schild, & directorium tribuit imperatori, & pluribus exemplis usum ejus illustrat: ut in regum &c. titulis concedendis, §. 503. in conciliis universalibus, & expeditionibus contra infideles, v. g. in cruciatis, quas vocant, §. 504. Ubi & exhibet litteras Ferdinand. III. ad regem Sueciæ ita scriptas: *Pro eo sane munere, quod nobis imperatori in republica christiana inter reges & principes ejusdem summum competit.* §. 507. Item fœderatæ Belgiæ ordinum, qui imperatorem, *ut vigore directorii sui inter principes christianos in eo dissidio cum rege Hispaniarum se interponeret*, rogasse dicuntur. §. 508. Nec non principis Polonici, qui Polonos confugere *in tutelam imperatoris, ut supremi capitis totius christianitatis*, scripserit *ibid.* Quin & Francisci I. Galliarum regis, qui Carolo V. obtulerit, *se pro re christiana exemplo antecessorum suorum, expeditionem in Turcicos hostes una suscepturum, primumque ordinem concessurum imperatori. ibid.* Quin & refert reges ætatis veniam ex usu publico impetrasse aliquando ab imperatore. §. 510. Regem quoque Arragoniæ Alphonsum, Aulicis suis respondisse: Reges Romano Imperatori reverentiam debere, ut summo capiti. §. 512. Denique Johannis Georgii Electoris Sax. litteras ad Landgrafium Hassiæ: *Germanos summæ id gloria loco duxisse, se de suo sanguine, & gente Teutonica nationis, libere regem eligere, cui omnes christiani orbis populi honorem singularem exhibeant, principatumque inter reges tribuant.* §. 513. Hæc hactenus Praunius.

Quodsi vero quidam adversus communem istam gentium, seu christiani orbis salutem insurgant, committant, aut atrociter machinentur, an in eos exequendi quædam potestas competat, quæri potest? Equidem diserte refert *Justinus lib. 19. Histor. c. 1.* cum summi imperii authoritas penes Persas esset, *Darium per legatos edictum misisse Chartaginem, quo Pœni,* (liber populus) *humanas hostias immolare, & canina vesci prohibebantur; mortuorumque corpora cremare potius, quam terra obruere, a rege jubebantur; præterea quoque auxilia adversus Græciam petiisse:* Et additur, *Carthaginienses auxilia negantes propter assidua finitimorum bella, cæteris, ne per omnia contumaces viderentur, cupide paruisse.* Quæ apprime iis, quæ jam tractata sunt, respondent: Etenim auxilia nihil ad hunc principatum pertinuerunt & precibus tantum expetita sunt: at reliqua ad communem hominum conditionem, ejusque communia jura dignitatemque spectabant, & adversus naturæ leges committi videbantur; etsi quæ de mortuis condendis rex præcipit, ex Persarum usu & superstitionibus, non ex naturæ, vel gentium decretia statuerit; sed & in fœderibus, quibus inter populos liberos vel principes societas initur, caput fœderis statui solet, cui, etsi potestatem superiorem non habeat, quædam tamen fœderis executio competit: Exemplo fœderis Suevici, quo executio in ducem Würtenbergicum Ulricum facta est. Vid. *Disp. nostram 3. T. 2. de Imperio in pares.* Sane justam belli causam esse, si qui contra humanæ societatis securitatem committere, & moliri deprehensi fuerunt, pluribus exequitur *Grotius d. J. B. & P. lib. 2. cap. 20. §. 40. & seqq.* quæ examinavit

Hinc vero imperatori Romano aliæ quoque prærogativæ debentur, uti in loco, in compellatione &c. unde ipsi ab omnibus regibus tribuitur majestas, quæ tamen compellatio ex parte imperii Romani in solennibus literis aliis regibus dari non

 solet

solet. Vid. *Jur. publ. cap.* 8. §. 25. & si quae sunt alia eximia de quibus nunc agendi locus non est.

Superest, ut textum nostrum a scrupulis, quibus implicitus est, evolvamus brevissime, quos quidem affert *Wissenb. part.* 1. *disp.* 28. §. 10. *& seqq.* sed non eximit. Textus ita habet: *Deprecatio Eudaemonis Nicomediensis ad Antonium Imperatorem. Domine Imperator Antonine. Naufragium in Italia facientes, direpti sumus a publicanis, Cycladas insulas habitantibus. Respondit Antoninus Eudaemoni: Ego quidem mundi dominus; Lex autem maris. Lege id Rhodia, qua de rebus nauticis praescripta est judicetur: quatenus ei nulla nostrarum legum adversatur. Hoc idem quoque divus Augustus judicavit.*

Prima difficultas est, quod in Italia naufragi direpti dicuntur a publicanis. Cycladum insularum, quae in alio plane mari, Egaeo, scil. sitae sunt, & immensum distant a mari Italico. Unde certatim ingenia correctionibus textus, & pro Italia in graeco textu legunt, vel Telia Telo insula, vel Icaria, vel Paralia, quae omnia merito rejicit *Wissenb. d. l.* §. 16.

Nos lectionem salvam esse posse sentimus. Etsi enim in Italia naufragium fecerint, & a publicanis qui Cycladas insulas habitant direpti fuerint, non tamen dicitur quod ad insulas istas direptio facta fuerit. Publicani enim seu conductores vectigalium publicorum, etsi alibi habitent, tamen in locis vel portubus, ubi commodior aut frequentior est vectigalium exactio, vel familiam habent, vel ipsi quoque praesentes plerumque sunt, & inprimis Romae, ac in Italia, ubi ut vectigalium fons & scaturigo fuit, ita & maximae publicanorum manus & factiones, quam prompta quarum fuerit ad diripiendum aut laedendum temeritas atque audacia, describitur in *l.* 12 *pr.* §. §. *seqq. ff. de publ.* adeo, ut speciali edicto a praetore compescenda illa fuerit *d. l.* 12. *pr.* Credibile vero est, inter eos qui maritima vectigalia conducta habuerunt, plurimos ex insulanis fuisse, quippe mari assuetis, & ita hos direptores quoque, incolas Cycladarum, in Italia portubus quaestum ex conductis vectigalibus per se vel per familiam & factiones suas (uti vocantur in *d. l.* 12. *pr.*) fecisse.

Quanquam & illud fieri in vasto mari mediterraneo, ubi haec acta sunt, forsan potuerit, ut coorta atroci tempestate coeperit naufragium in Italia, fractis excussisque navis armamentis, ipsa tamen navis ventis & fluctibus obsecuta, longe & ab oris Italiae ad Cycladas insulas jactata fuerit, cum experientia constet, naves vi tempestatis in alium quoque orbem abreptas fuisse, maxime si procella nec in alteram, pluresqua oostes defaviat.

Altera dubitatio est, quod Antoninus sibi dominium maris arrogasse videatur, cum inquit: Ego quidem mundi dominus, lex autem maris, cum exceperit mare a mundi dominio, & legi subjecerit. Quasi vero mare non sit pars mundi. Alii ut scrupulum evellant, ajunt, Antoninum se dixisse legem maris, ut dominum mundi. *Struv. Exerc.* 20. *&* 49. Alii pro νόμος legendum volunt ἄνεμος, quod ventus sit dominus maris *Wissenb. d. disp.* 28. §. 12. Alii ab interpunctione remedium quaerunt, ut uno spiritu legatur: *lex maris lege Rhodia judicetur. Wissenb. ibid.* §. 13. quae sane perridicula esse fatendum est.

At planus jam sensus est. Fuit Antoninus dominus mundi seu orbis, qui terra & mari constat: sed orbis romani, potestate & imperio; orbis terrarum, principatu, *juxta c.* 3. Verum hujus dominii potestate non tollit ille leges bonas & utiliter latas; & nec suo libitu, nec absque causae cognitione pronunciat sed secundum leges, quibus submittere principatum e re & majestate regnatis esse, duo Augusti praeclare contestantur in *l. digna vox* 4. *C. d. leg.* Duo igitur Antoninus, verè Pius, responso hoc complexus est: nam & Eudaemoneio ad judices, ut de causa judicetur & cognoscatur, judices vero ad l. Rhodiam ut ex ea sententiam ferant, remittit, nec voluit in causa maritima provocari ad mundi dominium, cum de ea exstaret lex maris, scil. lex Rhodia.

Denique mirum videtur, cur imperator cives & subditos imperii Romani legi Rhodiae subjicere voluerit, cum Rhodii nullum jus legis ferendae in Romanos habuerint, sed illi his e contrario subjecti fuerint. Verum non valuit illa lex vi & autoritate propria, sed voluntate populi Romani & imperatorum; quam ob rem etiam non ultra obtinere eam voluit imperator, quam quatenus ei legibus Romanis abrogatum non fuerit, *d. l.* 9. *in fin.*

Neque respondit ita Antoninus absque gravi causa. Rhodii floruerant prae omnibus cum artis nauticae peritia, tum omnibus pacis bellique artibus ac studiis, maximisque opibus: adeo ut maris quoque imperium, pyratis inde pulsis & ejectis, obtinuerint, quae pluribus refert & merito laudat *Strabo Rer. Geogr. lib.* 14. *c.* 8. Inde cum Graecia omnis victa jure armorum in potestatem Romanorum pervenisset, haec etiam insula quidem cum aliis cessit imperio Romano, sed ita, ut suis legibus uti, quemadmodum & aliis Graeciae civitatibus, permissum ipsi fuerit. *Strabo d. l.* 14. *c.* 8. *in fin.* Cum igitur Rhodii interim, stante maris principatu, leges de re nautica condidissent, quae & ab aequitate sua maxime commendabantur, perstitit vi hujus αὐλονομίας ipsi reservatae authoritas istarum legum etiam sub Romanis; ad quas proinde merito Antoninus, si leges Romanae non obstarent, provocavit: Atque adeo vim legis scriptae quoque eam apud Romanos habuisse, dicendum videtur.

Quod denique idem Augustum quoque judicasse in *d. l.* 9. additur, id *Wissenb. d. l.* §. 10. de Augusto sui temporis intelligit, quod appellatio illa omnibus imperatoribus sit communis. Verum in Pandectis illa promiscue accipi, aut a JCtis Romanis tribui aliis, nisi nomine adjecto, non solet: Nihilque omnino obstat; quo minus Augusti Octaviani judicium intelligi queat.

b) (BAR-

unt Imperatori Romano, quaſi ipſe etiam in remotiſſimos & incognitos hactenus populos jus imperandi habeat, niſi Juriſconſultorum diu princeps habitus [b] Bartolus hæreticum auſus eſſet pronuntiare qui id negat; nimirum quia & [c] Imperator interdum ſe [d] mundi dominum vocet, & in Sacris literis imperium illud, quod [e] Romaniam poſteriores ſcriptores vocant, appelletur [f] τῆς οἰκυμένης nomine: qualia ſunt & illa: *Ad l. 24. D. de capt.* *Leg. ἀξίωσις. 9. Ad l. Rhod.*

[g] *Orbem jam totum victor Romanus habebat,* *Petron. c. 119. Edit. Burm.*

multaque ſimilia [h] per complexionem, [i] aut exceſſum, [k] aut excellentiam dicta: quippe cum & in iisdem Sacris literis ſola [l] Judæa ſæpe veniat nomine τῆς οἰκυμένης; quo ſenſu accipiendum dictum vetus Judæorum, [m] medio telluris ſitam urbem Hieroſolyma, id eſt in medio Judææ, ſicut in medio Græciæ Delphi ſimiliter dicti [n] orbis umbilicus. Neque eſt quod quemquam moveant [o] Dantis argumenta, quibus probare nititur Imperatori jus tale competere, [p] quia *Luc. 2. 1.* *De Monarchia, Lib. 1.* *Ariſt. 7. pol. 7.*

„*b*) (BARTOLUS:) *Ad l. hoſtes 24. ff. de capt. & „poſtl.* Et mortaliter aliud ſentientes peccare ait „*Hoſtienſis in cap. Venerab. X. de Elect. & ad c. 13. „X. qui filii ſunt leg.* Ratio horum compilatorum „eſt, quod Auguſtus in ſacris literis vocetur domi„nus orbis, ſed jam demonſtratum eſt, intelligi „ibi orbem Romanorum.

„*c*) (IMPERATOR INTERDUM SE MUNDI DOMI„NUM VOCET:) Ut Antoninus in *l. 9. ff. ad leg. „Rhod.* Conſtantius cum Perſis agens ſe mundi „dominum dixit apud *Marcellin. l. 9. c. 4. & l. 15. „c. 1.* item *l. 23. c. 6.* In ſigillo Aureæ Bullæ ex„ſtat verſiculus notiſſimus:

Roma caput mundi regit orbis fræna rotundi.

(*d*) (Grot.) (MUNDI DOMINUM VOCET:) Ut in *concilio Chalcedonenſi* actione XI. & XII.

e) (Grot.) (ROMANIAM POSTERIORES SCRIPTORES VOCANT:) Ut & *Athanaſius* ad ſolitarios. (*Tom. I. pag. 832.*) Id vix ſexta pars erat mundi tunc cogniti.

f) (Grot.) (Τῆς οἰκυμένης NOMINE.) *Philo* de legatione: τῶν πλείςων καὶ ἀναγκαιοτάτων μερῶν τῆς οἰκυμένης, ἃ δὴ καὶ κυρίως ἄν τις οἰκυμένην εἴποι, δυσὶ ποταμοῖς ὁριζομένην Εὐφράτῃ τε καὶ Ῥήνῳ· *De pluribus utiliſſimisque orbis partibus loquor, quas & eminenter aliquis orbem appellet, definitum amnibus duabus Euphrate & Rheno.* (Pag. 993. D. E.)

ADDITIO.

„I. e. *Orbis* nomine.

„*g*) (URBEM JAM TOTUM:) Ita in ſacris dici„tur exiiſſe edictum, ut totus orbis cenſeretur. „*Luc. 2. v. 1.* Add. *Flor. in præf. & l. 4. c. 3. „Juſtin. l. 43. c. 3. Vellej. pat. 1. 12. & 2, 32. Ovid. „de art. am. 1. 117. Herodian. 1. 5. Lucan. 7. 425.*

„*h*) (PER COMPLEXIONEM:) Cum plura com„plectimur verbis, quam re aut ſententia ſignifica„mus.

„*i*) (AUT EXCESSUM:) Hyperbolem. *Gron. h.* „Nam ex hiſtoria Romana H. parens in dicta di„ſputatione probavit pauciſſimas orbis partes tunc „temporis ad Romanos pertinuiſſe.

„*k*) (AUT EXCELLENTIAM:) Hæc vera ratio „eſt; ideo enim mundi dominus dicitur impera„tor, quia præcipuum ejus eſt membrum: eodem „modo uti venetiæ dicuntur regio inſularum.

l) (Grot.) (JUDÆA SÆPE VENIAT NOMINE τῆς οἰκυμένης:) Hieronymus: *nomen terræ, etiam cum additur particula* omnis, *reſtringi debet ad eam regionem, de qua ſermo eſt.* [Vide *Palæſtinam* Eruditiſſimi RELANDI, nuper cum ſummo Reip. literariæ damno his terris erepti, *lib. 1. cap. 5.* ubi & teſtimonia Veterum referuntur de *Hieroſolyma* in medio terræ ſita. *J. B.*]

ADDITIO.

„Idque de aliis quoque provinciis paſſim apud „Authores occurrit, ſic orbis terrarum ſumitur „pro imperio Alexandri, *Juſtin.* 17. 1. pro Græcia „eidem *l. 42. c. 2. Gron. h.*

m) (Grot.) (MEDIO TELLURIS SITAM URBEM, ID EST IN MEDIO JUDÆÆ:) Diſcas hoc ex *Joſephi* lib. III. belli judaici, (cap. 3. §. 5. *diviſ. Hudſon.*)

„*n*) (ORBIS UMBILICUS:) *Cic. 2. divin. 56. Ovid.* „10. 168. *Liv.* 41. 23. *Gron. h.*

„*o*) (DANTIS:) Aligheri, dicti, in tractatu *de „Monarchia mundi.* Vid. *Iſelin. Lexic. univ. voce „Aligheri.*

p) (QUIA

p quia id humano generi expediat. Nam commoda quæ adfert, suis compensantur incommodis. Ut enim navis aliqua ad eam magnitudinem pervenire potest quæ regi nequeat, sic & hominum numerus & locorum distantia tanta esse, ut *q* unum regimen non ferat.

Silv. verb. bellum p. 1, n. 21. Covar. loco citato, n.

2. Deinde vero *r* concesso hoc expedire, jus imperii non sequitur, ut quod *s* nisi ex consensu aut pœna nasci nequit. Ne in omnia quidem, quæ olim fuere populi Romani, *t* Imperator Romanus jus nunc habet, *u* multa enim ut bello quæsita ita bello amissa sunt; *v* alia pactionibus, *w* alia derelictione *x* in aliarum gentium aut regum jus transierunt. Quædam etiam civitates olim plane subditæ, *y* postea tantum ex parte subditæ, aut tantum *z* inæqualiter fœderatæ esse cœperunt. Nam *aa* omnes hi modi aut amittendi, aut mutandi juris, non minus adversus Romanum Imperatorem, quam adversus alios valent.

§. XIV.

p) (QOIA ID HUMANO GENERI EXPEDIAT:) Insani potius hæc est sententia quam JCti: Recte ait Author (1) utile non esse unum toti imperare orbi. *Zosimus Hist. l. 1.* caussam perditæ Romæ ait, quod unus Augustus prospicere non potuerit: verba ejus hæc sunt: *Non suffecturus erat ad satisfaciendum omnibus ex officio longissimo forte spatio remotis, quibus expedite succurrere non posset; nec ad inveniendum tot magistratus, ques judicie de se facte non respondere puderet; nec alias ad congruendam tot morum diversitatibus: sive fines regni violans ad tyrannidem deflexisset, officia magistratuum conturbans, delicta negligens, pecunia venale jus habens, subditos servorum loco ducens. Tum enim necessario consecuturus erat, ut bruta potestas ejus qui rerum potiretur calamitas publica fores,* (2) ex eo quod expedit jus non nasci: Addo (3) facta divisinne generis humani, eoque imperii, neminem in sui similem jus sibi arrogare posse.

„*q*) (UT UNUM REGIMEN NON FERAT:) Mag„na imperia sua ipsa mole sæpius corruere experi„entia docet. De Romano imperin id dixit „*Florus l. 3. c. 12.* & Zosimus *alleg. l.* de Carolo V. „id notavit *Brachel. Hist. l. 1. pr.* Conf. *Curs.* „4. 81.

„*r*) (CONCESSO HOC EXPEDIRE, JUS IMPERII „NON SEQUITUR:) Utilitas enim nunquam jus in „res alienas concedit. *Vid. indicem voce utilitas*

„*s*) (NISI EX CONSENSU AUT POENA:) *L. 2.* „*c. 5. §. 1.* Consensu acquiritur imperium per de„lationem; pœna, jure belli.

„*t*) (IMPERATOR ROMANUS JUS NUNC HABET:) „*Vide l. 2. c. 9. §. 11.*

„*u*) (MOLTO ENIM UT BELLO QUÆSITA ITA „BELLO AMISSA SUNT:) Ut totum imperium „Orientis: Quomodo singulæ provinciæ a cor„pore hoc avulsæ fuerint prolixe refert *Limnæus l.* „*1. de Jur. publ. c. 9.*

„*v*) (ALIA PACTIONIBUS:) *Vid. Limn. d. l.*

„*w*) (ALIA DERELICTIONE:) Uti totum Impe„rium occidentis præter Italiam.

x) (Grot.) (IN ALIARUM GENTIUM AUT REGOM JUS TRANSIERUNT:) Exemplum sume in Hispania, de qua vide *Gomezium* in §. fuerat. num. 5. de actinnibus. *Panormitanum* in c. venerabilem. col. 9. de electione. *Jasonem* in l. cunctos populos, 1. col. 1. Cod. *de summa Trinitate. Menochium* conf. II, num. 10a. Cardinalem *Tuschum* practicarum conclusinnum 345. §. rex Hispaniæ. *Molinæum* in couf. Paris. in pr. num. 20. *Chassanæum* de gloria Mundi parte V, consid. 28. *Azorium* institutionum moralium lib. II, cap. 5. p. 2.

„*y*) (POSTEA TANTUM EX PARTE SUBDITÆ:) „Olim tota Italia suberat imperio Romano hodie „pars tantum.

„*z*) (INÆQUALITER FOEDERATÆ:) Quid sit in„æquali fœdere jungi *Vide supra l. 2. c. 15. §. 6.* „*& l. 1. c. 3. §. 21.*

„*aa*) (OMNES HI MODI AUT AMITTENDI AUT „MUTANDI JURIS:) Jura enim *bello* san tti, *pactis* „mutari, & *derelictione* tolli suis locis vidimus: „de bello id apparet ex *L. 3. c. 6. §. 1.* de pactis „id probavimus *lib. 2. c. 11. seq.* de derelictione „egimus *l. 2. c. 3. §. 19. n. 1. l. 3. c. 21. §. 8. n. 2.* „*l. 2. c. 9. §. 1. seq.*

(AD §. XIV.) Quæritur an Papa & Ecclesia Romana jus habeat in populos hactenus ignotos, ita ut imperium in illos huic vel illi pro lubitu conferre ac donare possit? Sane Americæ populos mox Hispanis mox Lusitanis e Papa donatos fuisse historia nos docet; et merito hunc titulum rejicit

§ XIV.

I. [a] Sed & Ecclesiæ jus fuerunt qui adsererent etiam in populos ignotæ hactenus partis terrarum, cum tamen ipse Paulus Apostolus aperte dixerit [b] eos qui extra Christianismum sunt, judicandi sibi jus non esse: *τί γάρ μοι τὸς ἔξω κρίνειν*; I. Cor. V, 12. Et quod jus Apostolis judicandi competiit, quamquam [c] etiam ad res terrenas suo modo pertinebat, [d] erat tamen cœlestis, ut ita dicam, non terrestris ingenii, exercendum scilicet [e] non per arma & flagra, sed [f] per verbum Dei gene-

Vict. de Ind. rel. 21. & seq. Ayala l. 1. c. 2. n. 29.

cit. Author: Nam ecclesiæ non competit olla potestas secularis: Sed utraque ab invicem distiuctissima est: Scilicet duo sunt quæ a creatore apparent hominibus injuncta, *jus* & *virtus*: Ex *jure* nascitur nececessitas agendi, *virtus* arbitrio nostro est relicta: *illud* Deus absolute voluit, *hanc* non absolute voluit, sed ideo, quia enti perfectissimo non potest oon placere id quod perfectum est: Adeoque ea quæ virtutis sunt agimus cum amore perfectionis, & spe felicitatis quæ est eit annexa, adeoque libere: virtus eoim exigitur ad normam perfectionis & felicitatis divinæ, quo magis igitur accedimus ad illam perfectionem divinam, eo magis ad summi booi felicitatem.

Hæc duo capita diversimode expediuntur, *jus* seu necessitas agendi ea quæ Deus voluit, vi inducitur, & ad solam potestatem politicam pertinet. *Virtus* autem docendo, persuadendo, & proponendo proëmia. Naturæ enim virtutis contrarium est cogi, quia præmia hæc ultro facientibus destinata sunt, & desinit esse perfectio ex quo vis accedit; hinc latro qui cogitur ad restituendum justus quidem est, quia suum cuique tribuit, at virtuosus noo est quia non ultro tribuit:

Prius ad officium secularis potestatis pertinet, cui potestas, voluntatem numinis inter eos qui curæ suæ commissæ sunt exequendi, delegata est. *Posterius* est officium ecclesiæ, ut homioes præceptis virtutum imbuat, noo ut cogat. Unde Servator caute ubique regnum *suum* a mundano, quod vi sustinetur, distinguit; Neque ille unquam judicis officium egit, sed perpetuo a jure dicundo abstinuit: Idque exemplo *Adulteræ* probavimus supra.

Servator Pilato ex eo quærenti num rex sit Judæorum, id quidem affirmat, sed de solo regno ecclesiastico non seculari. Ita enim ait Joh. 18. v. 36. *Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum ministri utique mei decertarent, ut non tradere Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc.* & cum porro ioterrogaret, ergo rex es tu? addit, *ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati &c. omnis qui ex veritate audit vocem meam:* &c. certissimo indicio imperium ecclesiæ, cujus caput Christus est, non consistere io temporali aliqua jurisdictione, seu in jure cogendi &c. Sed in docendo, exhortando, præmia proponendo, & veritati testimonium perhibendo. Imperium igitur quod Ecclesia non habet, alii concedere nequit.

„a) (SED ET ECCLESIÆ JUS FUERUNT QUI „ADSERERENT:) Alludit eo quod Alexander VI. „papa divisit ioter Lusitaniæ & Castellæ reges „bello subigendos Iodos (A. C. 1494.) *Gron. h.* „Hinc Elisabetha se non intelligere, ait, cur sui „& aliorum Principum subditi ab Indiis prohibe„antur, quas Hispanici juris esse persuadere sibi „non posset ex pootificis Romani donatione, in „quo prærogativam in ejusmodi causis agnoscat nul„lam, oedum authoritatem, ut prioeipes obliga„ret qui nullam ei obedientiam debeot; aut Hi„spanum novo illo orbe, infeudaret, & posses„sione iovestiret; apud *Camd. p. 2. pag.* 328.

„b) (EOS QUI EXTRA CHRISTIANISMUM SUNT:) „Ecclesiæ enim Christianæ in hos jurisdictio nulla „competit, quia nec in ipsos christiaoos vim ha„bet; sed oec censuræ ecclesiasticæ subjacent, „quæ in solos ejusdem religionis socios Ecclesiæ „competit.

„c) (ETIAMSI AD RES TERRENAS SUO MODO „PERTINERAT ERAT TAMEN COELESTIS:) Nam „ipse apostolus judicii naturam explicat 1 *Cor. V.* „*v. 3. seq. & v. 11. Ego quidem absens corpore ju„dicavi ut præsens eum qui sic operatus est* (loqui„tur de iocestuoso.) *tradere ejusmodi hominem Sa„tanæ, in interitum carnis, ut spiritus salvus sit* „*in die domini*, & postea hortatur, *ne cibum cum* „*eo sumant.*

„d) (ERAT TAMEN COELETIS &C. INGENII:) „Scilicet jus illud judicandi Apostolorum.

„e) (NON PER ARMA ET FLAGRA:) Quæ „summis saltem potestatibus delegata sunt.

„Atqui Levitæ in veteri testamento judices fuere „& jus dixere. *Deut.* 17. *v.* & 9. Resp. Id ibi „noo asseritur: Sed loquitur textus de consulta„tione. Quoties enim judici lex dubia videbatur, „Deus ioterpretationem a Levitis sumi voluit.

„f) (PER VERBUM DEI:) Conscientiam mo„vendo.

gna terrena: [x] *non impedio dominationem vestram in hoc mundo: regnum meum non est de hoc mundo. Nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes ille major cum Christus natus nuntiaretur expavit, & tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis quam irascendo crudelior. Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo. Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod non est de hoc mundo: Venite credendo, & nolite sævire metuendo.*

3. Episcopo inter cætera interdicit Paulus [y] ne percussor sit, 1. Tim. III, 2. *ἀνάγκῃ κρατεῖν, imperare* [z] *imposita necessitate*, ea scilicet quæ ex humana vi proficiscitur, regum esse non Episcoporum, [aa] dixit Chrysostomus. Et alibi: *Non est nobis data potestas ut* [bb] *auctoritate sententiæ* (tales scilicet quæ jus exsequendi per manum regiam aut militarem [cc] aut juris qualiscunque humani ademptionem in se contineat) *cobibeamus homines à delictis:* Et Episcopum officio suo fungi ait ὀ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα, *non cogendo, sed suadendo.* Et ex

Act. Ap. Tom. IV. p. 626. Hom. 3. ep. ad Tit. (p. 385.) Hom. 1 ep. 1. ad Theß. Hom. 2. p. 168. 169. de sacerd. lib. 2.

x) (Grot) (NON IMPEDIO DOMINATIONEM VESTRAM IN HOC MUNDO:) Hilarius Arelatensis: *non enim ad hoc venerat Christus ut alienam invaderet gloriam, sed ut suam donaret: non ut regnum terrestre præriperet, sed ut cæleste conferret.*

„y) (NE PERCUSSOR SIT:) I. e. Talis, qui jus „habet virgarum vel fascium. *Gron. h.* Officium „enim Episcopi est non vi, sed rationibus; non „cogendo, sed docendo peccata castigare.

„z) (IMPOSITA NECESSITATE:) Coercendo „vinculis, carcere, supplicio &c.

aa) (Grot.) (DIXIT CHRYSOSTOMUS:) Verba ejus sunt de sacerdotio libro II. (Tom. VI. pag. 90. *Edit. Savil.*) *μάλιστα μὲν οὖν τοῖς χριστιανοῖς οὐκ ἐφεῖται πρὸς βίαν ἐπανορθοῦν τὰ τῶν ἁμαρτανόντων πταίσματα· ἀλλ' οἱ μὲν ἔξωθεν δικασταὶ τοὺς κακούργους, ὅταν ὑπὸ τοῖς νόμοις λάβωσι, πολλὴν ἐπιδείκνυνται τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἄκοντας τοῖς τρόποις κωλύουσι χρῆσθαι τοῖς αὐτῶν· ἐνταῦθα δὲ οὐ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα δεῖ ποιεῖν ἀμείνω τὸν τοιοῦτον· οὔτε γὰρ ἡμῖν ἐξουσία τοιαύτη παρὰ τῶν νόμων δέδοται πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς ἁμαρτάνοντας· οὔτε, εἰ καὶ ἐδέδοτο, ἔχομεν ὅπου καὶ χρησαίμεθα τῇ δυνάμει, οὐ τοὺς ἀνάγκῃ τῆς κακίας, ἀλλὰ τοὺς προαιρέσει ταύτης ἀπεχομένους στεφανοῦντος τοῦ Θεοῦ. διὰ τοῦτο πολλῆς χρεία τῆς μηχανῆς ἵνα πεισθῶσιν ἑκόντες ἑαυτοὺς ὑπέχειν ταῖς παρὰ τῶν ἱερέων θεραπείαις οἱ κάμνοντες· Omnium maxime Christianis non licet vi castigare sontium delicta. Sæculi quidem judices, ubi maleficos sub legum potestatem nacti sunt, multum potestatis jus exercent, & invitos quamvis prohibent ex suopte ingenio vivere. At apud nos non cogendo sed suadendo id agendum est, ut qui ejusmodi sit, melior evadat. Neque enim nobis a legibus ad coërcendos peccatores potestatis jus datum est, & si datum maxime esset, locus non esset juris ejus exercendi, cum Deus coronet non eos qui necessitate sed qui voluntate libera a malo abstinent: quare multo labore opus ut persuadeantur morbidi sponte sua se præbere sacerdotali curationi.* Et mox: (Pag. 10.) *οὐ γὰρ ἑλκύσαι πρὸς βίαν ἐστὶν, οὐδὲ ἀναγκάσαι φόβῳ· Neque enim qui a fide aberrat vi pertrahi, imo nec metu compelli potest.* Idem ad Ephes. IV. *εἰς διδασκαλίαν λόγου προεχειρίσθημεν, οὐκ εἰς ἀρχὴν, οὐδὲ εἰς αὐθεντίαν, συμβούλων τάξιν ἐπέχομεν παραινούντων· ὁ συμβουλεύων λέγει τὰ περὶ ἑαυτοῦ, οὐκ ἀναγκάζων τὸν ἀκροατὴν, ἀλλ' αὐτὸν ἀφίησι τὸν τῶν λεγομένων αἱρέσεως κύριον· Ad docendos vero homines constituti sumus, non ad imperium, non ad exercitium potestatis. Consiliariorum locum obtinemus suadentium; qui consilium dat, de suo dicit, auditorem non cogit, sed liberam ei relinquit electionem circa ea quæ dicuntur.* (Tom. III. pag. 283) *Ambrosius* libro II. de Cain & Abel c. 4. *Sacerdos quidem officium suum exhibet, at nullius potestatis jura exercet.* Citatur c. *verbum*, de pœnitentia distinct. 1. (*Cap.* 51.)

„bb) (AUTHORITATE SENTENTIÆ:) I. e. Tan„quam judices pro tribunali sedentes, & jus di„centes.

cc) (Grot.) (AUT JURIS QUALISCUNQUE HUMANI ADEMTIONEM:) Ad reges enim non ad ecclesiam pertinet judicare de feudis. c. novit 18. *de judiciis*: de possessionibus, c. causam quæ inter 7. *qui filii sunt legitimi.* Reges enim superiorem in temporalibus minime recognoscunt. c. per venerabilem, 13. eod. tit. *Christus voluit ut Christiani Imperatores pro vita æterna Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium rerum imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritu-*

ex his quidem satis apparet, [dd] Episcopos, qua tales sunt, jus regnandi in homines humano more nullum habere. [ee] Hieronymus regem & Episcopum comparans: *Ille nolentibus præest, hic volentibus.*

4. An vero reges ipsi [ff] iis qui Christianam religionem rejiciunt, arma quasi pœnæ nomine inferre possint, supra capite de pœnis à nobis disquisitum est quantum instituto sufficit.

§. XV.

Hoc quoque monebo non frustra, sed quia veteribus recentia conferens magnum malum ni caveatur, prævideo, [a] justam belli causam non dare spem conceptam ex aliqua divinorum vaticiniorum explicatione. Nam præterquam quod [b] quæ nondum impleta sunt oracula, interpretari certo vix contingit sine prophetico spiritu, [c] etiam

alis actio a carnalibus distaret incursibus, & Deo militans minime secularibus negotiis se implicaret. c. quoniam, 8. *distinct.* x. & c. cum ad verum, 6. *distinctione* XCVI. unde aliena noo sunt quæ libro primo sunt posita, c. II. §. ultimo, *num.* 8. ex secuodo & octuagesimo canone eorum qui apostolici dieuotur, & quæ in eam rem ibi plura in textu ootisque afferuntur.

„*dd*) (EPISCOPOS QUA TALES SUNT:) Secus „si simul sunt principes seculares, ut Papa &c.

ee) (Grot.) (HIERONYMOS:) Idem in epitaphio Nepotiani: *minus licet episcopo quam regi. Ille enim nolentibus præest: hic volentibus. Ille terrori subjicit, hic servituti donatur.* (Tom, I. pag. 25. *Edit. Basil.*) *Cassiodorus* lib. XI. io epistola ad episcopos. (Ep. 3.) *episcopus doceat, ne judex possit invenire quod puniat.* Friderieus primus Imperator apud *Guntherum* Ligurino de Pontifice: (*Lib.* VI. *vers.* 362. 363.)

Ecclesiam regat ille suam, divinaque jura
Temperet: imperium nobis facesque relinquat.

Suenonem Daniæ regem excommunicatum eum Roschildensis episcopus Wilhelmus ab iogressu ecclesiæ opposito baculi pastoralis arceret, & regii capulis admoverent manum, fecit quod episcopi erat, & cervicem porrexit. [Vide *Saxonem Grammatic.* lib. XI. pag. 189. 190.] Adde quæ supra habuimus libro I. c. 5.

„*ff*) (IIS QUI RELIGIONEM CHRISTIANAM RE„JICIUNT ARMA &c. INFERRE POSSINT:) Recte „hoc oegavit Author *supra l. 2. c. 20. §. 49.* quia „iojuria nemini hominum fit.

a) (Grot.) (SPEM CONCEPTAM EX ALIQUA DIVINORUM VATICINIORUM EXPLICATIONE:) Vide de Theodoro quodam, Gratiani tempore, *Zosimum* (Lib. IV. c. 13.) & *Ammianum Marcellinum* (Lib. XXIX. c. I.) de Joanne Cappadoce *Procopium* Persicorum II. (*Cap. ult.*) & *Leunclavium* historiæ Turcicæ lib. XVIII.

ADDITIO.

Nam (1) aliud est prædictio, aliud coocessio juris; hæc oon nisi ex dispositiooe nostra vel superioris oritur, oeutra io vaticinio continetur. (2) Cum pleruinque vaticinia fiot obscura ac incerta, *vid. Plat. in apol. Socr. p. 22.* nemo sibi jus inde arrogare potest: Neque (3) homines, quibus id commissum est ingerere se debent in executionem voluntatis divinæ: Deus ipse vaticiniorum & author est & executor: Adeoque (4) exspectandus est eveotus noo præoccupandus: *Ammian. Marc. 23, 12. Augustin. de civ. Dei, l. 3. c. 17.* Conf. *Grot. l. 1. c. 2. §. 8. n. 1.* Pertinet hoc ad futura contigentia quæ solus Deus sibi reservavit.

ADDITIO.

„Author merito ait ooo frustra hoc a semo„oeri, quia ex veteribus exemplis conjecturatur „hodieque tales fanaticos existere posse, qui vati„cinio abuteotes turbas movere possent: Exem„pla receotiora refert *Gron. b.* Carolus VIII. Gal„liarum rex ad Neapolitanam expeditionem in„flaounatus est, quod pervaserat in vulgus ex anti„quis vatum carminibus fama, Carolo maximum „totius orbis imperium portendi, & mathemati„corum responsis fatum esse illum occidentis si„mul & orieotis imperium oancisci: *Jovius l. 1.* „*hist. p.* 11. & nostro fuisse, pergit, tempore belli„cosos reges qui sperarent se Babylona subversu„ros quod nummo signato Ludovicus XI. promi„sit: Conf. *Tac. l. 5. Hist.* 13. ubi Judæi sibi tantam „magnitudioem fatorum velut ex oraculo spon„debant.

b) (Grot.) (QUÆ NONDUM IMPLETA SUNT ORA-

[c] etiam rerum certarum latere nos possunt tempora. Ac postremo, [d] prædictio, [e] nisi expressum adsit Dei mandatum, jus nullum dat, cum Deus quæ prædixit sæpe [f] per improbos homines aut pravas actiones ad exitum ire permittat.

§. XVI.

Illud quoque sciendum est, si quis quid debet [a] non ex justitia propria, sed ex virtute alia, puta liberalitate, gratia, misericordia, dilectione, [b] id sicut in foro exigi non potest, ita nec armis deposci. Nam [c]. ad utrumque horum non sufficit ut id quod postulatur

ORACOLA INTERPRETARI CERTO VIX CONTINGIT SINE PROPHETICO SPIRITU:) Clausi enim obsignatique sunt libri prophetici ad præfinitum usque tempus, ita ut intelligi nequeant, *Danielis* XII, 4. 8. 9. Hieronymus ad Danielem (Tom. V. pag. 606. B.) *si propheta audivit & non intellexit, quid facient hi qui signatum librum & usque ad tempus consummationis multis obscuritatibus involutum præsumtione mentis edisserunt? Procopius* Gothicorum I. (*Cap. 24.*) τῶν γὰρ Σιβύλλης λογίων τὴν διάνοιαν πρὸ τοῦ ἔργου ἐξευρεῖν ἀνθρώπῳ οἶμαι ἀδύνατα εἶναι· *Sibyllinorum oraculorum sensum ante rei eventum invenire existimo supra hominem esse.* Mox: ταῦτα τε ἀδύνατά ἐστιν ἀνθρώπῳ ἐστωῦν πρὸ τοῦ ἔργου τῶν Σιβύλλης λόγων ξυνεῖναι, ἢν μὴ καὶ ὁ χρόνος αὐτὸς ἐκβάντος ἤδη τοῦ πράγματος, καὶ τοῦ λόγου εἰς πεῖραν ἐλθόντος, ἀκριβὴς τοῦ ἔπους ἑρμηνευτὴς γένηται· *Fieri nequit, ut homo qualiscunque ante exitum Sibyllina oracula intelligat, sed exspectandum donec ipsa dies, re jam consummata, & verbis experiendo comprobatis, certa fiat carminum interpres.* Gregoras libro V. ἀλλ' ὥσπερ καὶ τ' ἄλλα τῶν χρησμῳδουμένων δυσείκαστά ἐστι καὶ δυσξύμβολα καὶ πλείστας δεχόμενα τὰς ἀνελίξεις καὶ ἀναπτύξεις μέχρις αὐτῆς ἐκβάσεως· οὕτως καὶ οὗτος ὁ χρησμὸς ἐπλάνα τοὺς πλείστους. καὶ αὐτὸν δὴ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον μέχρις αὐτῆς τελευτῆς, ὡς εἰρήσεται· ἐξ ἀνθρώπων δὲ αὐτοῦ γενομένου, αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ χρησμὸς διεσάφησεν· *Sicut & prædictiones aliæ difficillimæ conjectu interpretatuque sunt, quod & multa habeant involucra, & explicationes recipiant multas: ita & hoc oraculum decepit omnes, ipsumque Imperatorem, quamdiu ei vita mansit. Eo autem erepto rebus humanis, ipsum semet oraculum hominibus aperuit.* (Pag. 67. *Edit. Genevens.*) Cavete vobis nimis audaces theologi: cavete vobis a nimis audacibus theologis politici. Dignus qui inspiciatur locus apud *Thuanum* libro LXXIX, in anno cIↄ Iↄ LXXXIII. de Jacobo Brocardo.

„c) (ETIAM RERUM CERTARUM LATERE NON „POSSUNT TEMPORA:) Certum esse potest quod „contingere debeant, sed non quando.

„d) (PRÆDICTIO JUS NULLUM DAT:) Diximus „enim jus non acquiri nisi vel ex nostra dispositione, „vel ex concessione superioris, quarum neutra est in „prædictione, utpote quæ continet saltem relationem ejus quod fieri debet, non quod per hunc „vel illum fieri necessario debeat.

„e) (NISI EXPRESSUM ADSIT DEI MANDA„TUM:) Ut in Israelitis qui ex prædictione Abra„hamo facta terram sanctam occuparunt, jubente „Deo.

„f) (PER IMPROBOS HOMINES AUT PRAVAS „ACTIONES:) Adeoque in pœnam eorum quoque „qui exequuntur.

a) (NON EX JUSTITIA PROPRIA SED EX VIRTUTE ALIA:) Author optime hic ait neminem bello cogi posse ad ea quæ virtutis sunt: adeoque distinctionem inter jus & virtutem, quæ toties confundit, agnoscit.

ADDITIO.

„Nullibi Author asseruit hominem homini ex „virtute obligari; contrarium passim docuit, jus „nimirum proprium ex tali aptitudine nemini com„petere, adeoque nec jus exigendi. *Vid. Differt.* „*proœm. II.* §. *21. seq.*

„b) (ID SICUT IN FORO EXIGI NON POTEST „ITA NEC ARMIS DEPOSCI:) Quia ex virtute ne„mini jus aliquod quæritur, adeoque nihil alii „deest quod ei tribui debeat.

„c) (AD UTRUMQUE HORUM:) Nimirum ut „quid exigi in foro, aut bello posci possit.

„d) (SIT EX MORALI RATIONE FACIENDUM:) „Quatenus scilicet conveniens est naturæ humanæ „judicium recte conformatum sequi in his quæ „delectant aut noceant. *Vid. proleg.* §. *9.*

„e) (SED PRÆTEREA OPUS EST IN NOBIS JUS „QUODDAM SIT AD ILLUD:) Seu facultas, quam „Sui nomine JCti appellant. *Grot. proleg. 8.* & „*44.* item *l. 1. c. 1.* §. *5.* Omnis enim obligatio „supponit detentionem juris alicujus alieni: At „ea quæ virtutis sunt in nostra sunt potestate, „nemo alius in ea jus habet, adeoque nemini in„juriam facimus si ea omittimus.

„f) (QUALE JUS INTERDUM LEGES DIVINÆ „ET HUMANÆ DANT ETIAM CIRCA DEBITA ALIA„RUM VIRTUTUM:) Aptitudinem enim occasio-

 „nem

latur [d] fit ex morali ratione faciendum, [e] fed prætcrea opus eft in nobis jus quoddam fit ad illud, [f] quale jus interdum leges divinæ & humanæ dant etiam circa debita aliarum virtutum; quod cum fit [g] nova tunc debendi ratio accedit, quæ jam ad juftitiam pertinet. [h] Id cum deeft, [i] injuftum ex hac caufa bellum eft, [k] ut Romanorum in regem Cypri tanquam ingratum. [l] Nam qui beneficium dedit, nullum habet jus ad repofcendam gratiam: [m] alioqui contractus effet, non beneficium.

§. XVII.

Vid. de Jure bell. n.2. I. Notandum & hoc fæpe accidere, ut bello caufa quidem jufta fubfit, [a] fed vitium actioni accidat ex animo agentis: five quod aliud quiddam, non illicitum per fe, magis & principalius animum movet quam jus ipfum, puta [b] honoris ftudium, [c] aut utilitas aliqua, [d] five

„nem dare legibus Author dixit fupra *l. 2. c. 20.* „*§. 2. n. 2.* Equidem verum omnino eft leges aliquando ftatui de iis quæ virtutis funt, fuperior „enim, uti res indifferentes imperare & prohibere „poteft, ita & de iis leges ferre quæ virtutis funt: „Idem obtinet fi ea quæ virtutis funt pactis pro„mittuntur, tunc enim alii jus quæfitum eft ex „pacto, quod in foro exigere vel bello pofcere „poteft: fed tunc cogi homines ad ea poffunt non „qua virtutes, fed qua legis partes funt, vel ex „pacto.

g) (NOVA TUNC DEBENDI RATIO EST QUÆ „JAM AD JUSTITIAM PERTINET:) Jam enim ille „qui negligit virtutes lege præceptas, ultra facul„tatem lege conceffam agit, adeoque jus aliis lege „quæfitum violat, indeque tenetur.

„*h)* (ID CUM DEEST:) Scilicet jus alii quæfi„tum lege vel pacto.

„*i)* (INJUSTUM EX HAC CAUSA BELLUM EST:) „Quia fola & unica jufti belli caufa eft reparandæ „injuriæ neceffitas.

„*k)* (UT ROMANORUM IN REGEM CYPRI:) „Ptolomæum. *Flor. 3. 9. Plutharb. in vit. Cat.* „*Gron. b.*

„*l)* (NAM QUI BENEFICIUM DEDIT NULLUM „HABET JUS AD REPOSCENDAM GRATIAM:) Acti„onem enim ingrati, quam Bœclerus fibi effinxit, „explofimus *fupra l. 2. c. 14. §. 6. & c. 20. §. 20.* „*Add. infra c. 25. §. 3.*

„*m)* (ALIOQUI CONTRACTUS ESSET NON BENE„FICIUM:) Si enim eo animo eaque lege dedi „ut alter viciffim aliquid præftet, non eft benefi„cium, utpote quod non eft nifi gratuitum, fed „effet fpecies contractus innominati, do ut des, „aut facias. Si vero locis quibusdam talis lex „ftatuta eft, uti de Perfis tradit *Marcell. 32. 31* „*& Xenoph. Inft. 1.* vel fi quibusdam ca„fibus actio ingrati datur, uti contra libertum „ingratum, *Leg. at. ff. quod met, c. &c.* tunc „exigi id poteft ex nova debendi caufa, fcilicet „ex lege.

„(AD §. XVI.) Author ait fæpius juftam alicui „effe belli caufam, fed ob eam non inchoari bel„lum; adeoque illud geri non ea intentione ut „jus ei reparetur, etfi id bellum gerens alleget, „fed quia providet utile fibi fore hoc bellum: Quærit „igitur an hoc bellum juftum fit? & recte affir„mat, quia revera jus ejus læfum ab altero eft, „adeoque alteri non fit injuria: At peccat contra „regulas perfectionis, quod ex vitiofa intentione „jus fuum perfequitur: Ita in Alexandro M. jufti„tia belli Perfici erat notoria, quia per aliquod „fecula Perfæ laceffabant Græcos: at gloria & „ambitio magis eum movebant, quam reparatio „juris. Sic Romani juftiffimam habebant belli „caufam cum Punicum fecundum inchoarent, „ex oppugnatione Saguntorum, qui focii erant, „at vitium in eo erat, quod intuitu Siciliæ poti„undæ id fufciperent. *Vid. l. 2. c. 1. §. 1.* ubi vidi„mus pleraque bella ex caufis fuaforiis magis „geri, quam ex caufis juftificis.

„*a)* (SED VITIUM ACTIONI ACCIDAT EX ANI„MO AGENTIS:) Si bellum gerit non tam animo „reparandi juris, quam confulendi utilitati fuæ, „Senec. *Phœniff. v. 376.* ait:

. . Caufa repetentis bona eft;
Mala, fic petentis.

b) (Grot.) (HONORIS STUDIUM:) Quod vitium maxime nobis virtutis quadam immagine blanditur. Sed recte monet *Auguftinus* libro III. de Civitate Dei, cap. 14. *Satius effe cujuslibet inertiæ pœnas luere, quam illorum armorum gloriam quærere.* Repete quæ ex *Agathia* fupra pofuimus hic ad §. 5. [Sed in illis locis bella arguuntur per fe injufta. *J. E.*]

„*c)* (AUT UTILITAS ALIQUA:) Forte acqui„rendi territorii, uti Romani in bello Punico „fecundo.

„*d)*

[d] sive privata sive publica, quæ ex bello ipso seorsim à causa sua justifica consideratο exspectatur: sive quod adest affectus plane illicitus ut gaudium acquiescentis in malo alieno [e] sine boni respectu. Sic Aristides de Societate secunda, [f] Phocenses ait merito periisse, [g] at non bene fecisse Philippum cum eos perderet, quippe non religioni studentem, quod præferebat, sed augendo imperio.

Tom III. p. 256. 257.

2. *Una & ea vetus causa bellandi est*, inquit [h] Sallustius, *profunda cupido imperii & divitiarum. Aurum & opes præcipuæ bellorum causæ*, apud Tacitum & in Tragœdia:

Rupere fœdus impius lucri furor
Et ira præceps.

Fragm. W. 3. Ed. Wass. Hist. W. 74. Senec. Hippol. vers. 540.

Quo & Augustini illud recte referas: *Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si quæ sunt similia, hæc sunt quæ in bellis jure culpantur.*

Contra Faustum ib. 22. l. 74.

3. Sed hæc, ubi causa justifica non deest, [i] peccatum quidem arguunt, [k] ipsum tamen bellum proprie injustum non faciunt, [l] unde nec ex tali bello restitutio debetur.

Covarr. d. P. 2. in c. Pecc. §. 9. n. 2. Cajet. 2. 2. q. 40. art. 1. Sylv. verb bellum n. 2. Summa Ang. verb. bellum n. 4. Sum. Ros. ib n 3. & 8. Ib. 2, 2. 66. 8.

CAP.

„d) (SIVÉ QUOD ADEST AFFECTUS PLANE „ILLICITUS:) Ut ii in solo ioimici dolore voluptatem quærunt, de quibus Author egit *l. 2. c. 20.* „§. 5.

„e) (SINE BONI RESPECTU:) Quod late explicavit supra *l. 2. c.* 20. *§. 29.*

„f) (PHOCENSES AIT MERITO PERIISSE:) Quia „commune Græciæ faoum expilarunt. *Justin. l. 8.* „*c. 1. & 2. Vid. supr. l. 2. c. 20. §. 51. n. 1.* Vera „hæc ratio foret, si Philppus fidem noo dedisset, „Conf. *Just. l. 8. c. 5.*

„g) (AT NON BENE FECISSE PHILIPPUM CUM „EOS PERDERET:) Si intelligit per *bene* non *jure* „fecisse, admitti id noo posset, quia causa & in„juria Græciæ communis erat: *Vid. d. §. 51.* Si „vero mens Aristidis est, Philippum *vitiose* egisse „cum eos perderet, quia non inteotione reparan„dæ injuriæ, sed augeodi imperii, ioprimis vero „contra fidem datam eos perdidit. *Just. d. c. 5.* „adeoque minos perfecte, facile id admittimus.

„h) (SALLUSTIUS:) Io *Catil. c.* 2. & 33. & in „*Jugurth. c. 87.* alias authoritates vide *supra §. 3.*

„i) (PECCATUM QUIDEM ARGUUNT:) Adeo„que imperfecte agunt, eoque præmiis destituun„tur, quæ Deus actibus perfectis destinavit.

„k) (IPSUM TAMEN BELLUM PROPRIE INJU„STUM NON FACIUNT:) Quia alter, cui bellum „infertur, revera vel alieni aliquid tenet, vel in „alieno aliquid male egit, adeoque ad reparatio„nem tenetur: Queri ergo non potest, quia con„tra enm jus nostrum persequimur.

„l) (UNDE NEC EX TALI BELLO RESTITUTIO „DEBETUR:) Author enim statuit eum qui ex in„justa causa bellum gerit, etsi victor existat, ob„ligari ad restituendum omne damnum, *Vid. l. 3.* „*c. 10. §. 3.* quod examinavimus *ibidem.*

(AD §. 1.) Diximus belli jus noo esse nisi ex justa causa: at cum sæpe medium sit inter fas & nefas, & facta sua natura dubia sint, merito quæritur quid in tali dubio liceat? Dicimus io causis dubiis nullum jus belli esse, quia injuria certa esse debet, utpote quæ unica belli ratio est, de qua proinde constare debet. Quamdiu igitur ei qui bellum iotentat res dubia est, nondum potest de injuria conqueri;

Si tamen princeps omnibus rite perpensis, consultis quoque prudentioribus, confidit & credit justam sibi esse causam, conscientiæ ejus, quia alius judex non est, id relinquendum erit; & eventus, Deo arbitro, demonstrabit an justè an verò injuste judicaverit.

Unde simul apparet Principem de jure non teneri aut colloquium accipere *Vid. §. 2.* aut arbitriom *Vid. §. 8.* aut sorti rem committere: *Vid. §. 9.* quia actus hi sunt meræ voluntatis: quanquam negari non possit laudabiliter facere Principem qui media amicabilis compositionis in causa dubia non rejicit:

CAPUT XXIII.

De caufis dubiis.

I. *Dubitandi cauſæ in moralibus unde.*
II. *Nihil faciendum contra animi dictamen quamvis errans.*
III. *Judicium in alteram partem duci argumentis rerum.*
IV. *Aut auctoritate.*
V. *Si utrinque dubitetur in re gravi, & alterum ſit eligendum, ſumendum quod eſt tutius:*
VI. *Unde ſequi, tali caſu a bello abſtinendum.*
VII. *Id autem vitari poſſe colloquio:*
VIII. *Aut arbitrio: ubi de Chriſtianorum regum officio circa partes bellantes:*
IX. *Aut etiam ſorte.*
X. *Certamen ſingulare ad vitandum bellum, an permitti poſſit.*
XI. *Meliorem eſſe conditionem poſſidentis in pari dubio.*
XII. *Si neuter poſſideat, in pari dubio rem dividendam.*
XIII. *An bellum utraque ex parte juſtum detur multis diſtinctionibus explicatur.*

§. I.

1 Eth. Nic. 1. VEriſſimum eſt quod ſcripſit Ariſtoteles, [a] in moralibus non æque ut in mathematicis diſciplinis certitudinem inveniri, quod eo evenit, quia [b] mathematicæ diſciplinæ à materia omni formas ſeparant, & quia formæ ipſæ tales plerumque ſunt [c] ut nihil habeant interjectum, ſicut inter rectum & curvum nihil eſt medii. [d] At in moralibus circumſtantiæ etiam minimæ variant materiam, & formæ de quibus agitur [e] ſolent habere interjectum aliquid [f] ea latitudine, ut modo ad hoc, modo ad illud extremum propius accedatnr. Ita enim inter id quod fieri oportet & inter id quod fieri nefas eſt, [g] medium eſt quod licet, ſed modo huic, modo illi parti propinquius: unde ambiguitas ſæpe incidit, [h] ut in crepuſculo, aut in aqua frigida caleſcente: Et hoc eſt quod ait Ariſtoteles, ἔςι χαλεπὸν
3 Nicom. c 1. ἐνίοτε τὸ κρίνειν ποῖον ἀντὶ ποίȣ αἱρετέον: *quid cui anteponendum ſit difficilis*
Paraphr. lib. 1. c. 3. p. 10. *ſæpe eſt judicatio.* Andronicus autem Rhodius; τὸ κατ᾽ ἀλήθειαν δίκαιον δύχερές ἐςι τȣ̃ δοκȣ̃ντος διελεῖν: *difficile eſt id quod vere juſtum eſt ab eo quod tale videtur diſcernere.*

§. II.

„a) (IN MORALIBUS NON ÆQUE UT IN MA„THEMATICIS DISCIPLINIS CERTITUDINEM INVE„NIRI:) *Vid. proleg.* §. *58. L. 1. c. 2. §. 8. n. 4.* „*L. 2. c. 1. §. 5.*

„b) (MATHEMATICÆ DISCIPLINÆ A MATERIA „OMNI FORMAS SEPARANT:) Figuras conſiderant „a corporibus remotas, ut loquitur Author *in pro„leg. §. 58. Gron. h.*

c) (Grot.) (UT NIHIL HABEANT INTERJECTUM:) In his mutatio fit εἰς τὸ ἀντικείμενον, in aliis εἰς τὸ μεταξύ.

ADDITIO.

„Senſus eſt, formas ita eſſe circumſcriptas & „præciſas ut nullum habeant confinium cum aliis, „ut dubitari poſſit huc an illuc pertineant. *Gron. h.*

„d) (AT IN MORALIBUS CIRCUMSTANTIÆ „ETIAM MINIMÆ VARIANT MATERIAM:) Quia „moralium natura ex operationibus cognoſcitur. „*L. 1. c. 3. §. 11. n. 2.* operationes autem ille ma„ximæ ſunt incertæ: Unde recte alibi dixit Au„thor punctum in moralibus non inveniri ſine „aliqua latitudine *L. 1. c. 2. §. 8. n. 4. & l. 2. c. 1.* „*§. 5. n. 1.*

e) (Grot.) (SOLENT HABERE INTERJECTUM ALIQUID:) Vide *Chryſoſtomum* ad IV. Epheſiorum 31. moral. [id eſt, in τῷ ἠθικῷ Homiliæ illius, *Tom.* III. p. 844. *Edit. Savil.*]

„f) (EA LATITUDINE:) Quod medium ratio„nis vocatur: *Horne], Eth. 3. 1. 14. Gron. h.*

„g) (MEDIUM EST:) An aliquid fas an nefas „ſit dependet a facto, & animo agentis; utrum„que dubium eſſe poteſt.

„h) (UT IN CREPUSCULIO:) Quod tu nec te„nebras, nec poſſis dicere lucem *Gron. h.* dubiam „lucem

§. II.

1. Primum autem illud est tenendum, etiamsi quid justum reipsa est, [a] sed ab eo fit qui omnibus expensis injustum id existimat, actum esse vitiosum. [b] Hoc enim est quod dicit Paulus Apostolus, *Rom. 14, 23.* quicquid non fit ex fide peccatum esse: [c] quo in loco fides animi judicium

„lucem vocat *Curt.* 7. 11. lucem incertam *Liv.* 9. „42. Galli eleganter, *entre chien & loup.*

„a) (SED AB EO FIT QUI OMNIBUS EXPENSIS „INJUSTUM ID EXISTIMAT ACTUM ESSE VITIO„SUM:) Quamdiu enim ipsi principi res dubia „videtur, nec is de justitia causæ persuasus est, sal„va conscientia asserere nequit injoriam sibi illa„tam esse: peccatum autem est quicquid contra „conscientiam fit: 1 *Cor.* 8. & 9.

„b) (HOC ENIM EST QUOD DICIT APOSTOLUS „QUICQUID NON FIT EX FIDE PECCATUM EST:) „Vide *animadversiones Grotii pro suis notis ad* „*conf. Cassandri ad art. 2. 68. in examine Riveti,* „*& hujus examen pr. 71. tum ipsius Riveti apolog.* „*c. votum Hug. Grotii n. 76. p. 141. item* διάλυσιν „*Grotianæ discussionis. p. 328. Gron* b.

c) (Grot) (QUO IN LOCO FIDES ANIMI JUDICIUM DE RE SIGNIFICAT:) Eodem tendunt in eadem *Pauli* epistola eodem capite ista (vers. 5.) ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. *unusquisque sui sensus sibi certus sit.* Et (vers. 22.) μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει. *beatus ille, qui, quod præfert, in eo sui damnator non est.* Ambrosius: *peccatum est, quod aliter fit quam probatum est.* Sequitur *Augustinus:* citati ambo a Gratiano post cap. 14, causa 28. quæst. 1. Non longe hinc abit illud Plutarchi in Timoleonte: δεῖ οὐ μόνιμον τὴν πρᾶξιν εἶναι καλὴν καὶ δικαίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν ἀφ' ἧς πράττεται μόνιμον καὶ ἀμετάπτωτον ἵνα πράττωμεν δοκιμάσαντες *requiritur. non modo, ut quod agitur sit honestum justumque, sed ut firma ac constans adsit persuasio, unde fiat actio, ut quod fit, fiat ideo quod animus ita faciendum judicaverit.* (Pag. 258. C.)

ADDITIO.

Jus Canonicum quoque in *c. fin. X. de Præscr.* Apostolum *de fide politica* loqui contendit, atque ideo præscriptionem improbat, quia non ex fide fit sed contra animi nostri conscientiam: At plane alio sensu *fidem* ibi accipi demonstravi *in Diss. de finib. bona fides 11. Dub. 11. §. 18. seq.* simulque dubiis quæ B. Lynkerus mihi obmovit, satisfeci. Verba hæc sunt!

Juris Canonici dispositio non reprehenditur, sed hæc ejus ratio & illatio. (*Quicquid non fit ex fide peccatum est. Rom. 14. v. fin. Ergo in præscriptione omni tempore requiritur bona fides, c. fin. X. de præscr.*) negatur. Neque a Ferrariense tantum, sed a Wesenbecio & Cujacio, præclarissimis JCtis supra in hanc rem allegatis, exploditur.

Cum vero Lynkerus in ipso dubii textu concedat, plerosque locum Apostoli de *fide salvifica* intelligere, contrarium sine fundamento asseritur propter paucorum opinionem: Neque jam de opinionibus, sed veritate disputatur: Neque hæc auctoribus, sed rationibus evincitur. Iis igitur missis, sententiam dicti apostolici, & quid inde inferatur, videamus.

Convenientissima igitur textui videtur recepta illa sententia, quæ eum interpretatur *de fide in Christum.* Hæc enim illa fides est quam ubique inculcant Apostoli, & sine qua omnis hominum actio, etiam virtuosissima, peccatum est, eoque sensu dicitur gentilium virtutes maximas fuisse splendida peccata, propter cohærentem actionibus nostris labem illam hæreditariam, quæ cum animum inficiat, omnes quoque inde procedentes actiones infectas esse necesse est. Nec adeo potest ullum hominis peccatoris factum, quantumcunque gloriosum, ob fontis inquinationem ab omni labe immune videri, nisi fides in sponsorem, qui pro labe ista satisfecit eam abstergat, & deleat, & quod ob dictam saltem animæ maculam perfectæ justitiæ deest, sua satisfactione suppleat. Qui verborum horum sensus, quo nihil planius videtur, nihil ad bonam fidem usucapionis pertinet.

Sed nec magis ex altera illa interpretatione, quæ in Dubio 2. assumitur, etsi admittatur, constitutio juris Canonici inferri potest. Ex hac enim hypothesi dicti hujus: *Quicquid non fit ex fide peccatum est:* sententia erit, quicquid contra conscientiam fit peccatum est: Atqui concessum & in confesso est, juris civilis quoque dispositionem vitio carere, & æquam ac justam esse. vid. Præf. §. 4. 5. 6. & 7. & verba Dubii 3. h. disp. An vero contra conscientiam agit, qui jus quod vitio caret, & æquum ac justum est, sequitur? Leges a summa potestate latæ, uti jubendo obligant, ita permittendo tranquillam tutamque reddunt conscientiam, si nihil adversus jus naturæ sanciunt: Quemadmodum juri naturali nullatenus adversari constat, si magistratus publicæ utilitatis & tranquillitatis causa certum tempus statuat, velitque ut cives intra præfixi temporis spatia in res suas inquirant, vel si hanc saluberrimam legem negligant, postea non audiantur, sed dominio rerum neglectarum cadant. §. 4. *& seq. h. disp.*

Quanto minus igitur inferri inde potest, hanc consuetudinem vel constitutionem juris civilis absque mortali peccato observari non posse, uti infertur *in d. c. fin. X. de præscr.* An jus a summa in terris potestate constitutum, quod æquum esse, & omni vitio carere conceditur; quod negligentiam, quin contumaciam eorum qui legibus certum terminum ad inquirendum res suas injungentibus non obediunt, damno rei suæ punit; quod tranquil-

 litati

dicium de re significat. [d] Nam vim judicatricem humanis actionibus ducem Deus addidit, qua contemta obbrutescit animus.

2. Sæpe autem accidit, [e] ut judicium nihil certi monstret, sed hæsitet: quæ hæsitatio si [f] attenta consideratione expediri nequeat, se-

itati & securitati publicæ prospicit, litesque amputat; an inquam hoc jus peccatum mortale observatoribus suis impingit ex allegato dicto Apostoli.

Quot vero hac ratione & quanta peccata mortalia ita permissa erunt per ipsos canones, qui partem sententia gravatam solo 5 (postea 10.) dierum lapsu a jure appellandi excludunt, eoque ipso totius causæ damno, etsi eam justissimam habeat, mulctant. *c. 27. caus. 2. quæst. 6. c. 32. in fin. X. de Elect. c. 15. X. de sentent. & re jud.* Idemque faciunt, si quis saltem Apostolos intra 5. (deinde 30.) dies non petierit: *c. 24. d. qu. 6. c. 6. de Appell. in 6 to. Clem. 2. eod.* vel terminum probationis labi passus sit: *c. pen. X. de testib. & attest.*. vel emphyteuta biennio canonem non solverit *c. 4. X. de locat. & cond.* &c. In quibus omnibus aliisque casibus ob solum neglectum termini præfixi, etsi satis angusti, pars jure suo excidit, idque lucro partis alterius cedit, nullo discrimine bonæ vel malæ fidei, & adeo promiscue, ut nihil pœnam hanc impediat, quam justa restitutionis in integrum causa, quæ vero eadem æque contra lapsum præscriptionis datur, v. g. ex causa justæ absentiæ vel clausula generali *l. 1. ff. Ex quib. caus. maj.* Quanta vero graviora sunt ista, quam jus illud quo per usucapionem ei qui bona fide & justo titulo accepit, contra eum qui tanti temporis moram in requirendis rebus suis commisit, acquiritur? Atque adeo multo magis hæc essent mortalia peccata.

Quodsi hæc dispositio juris civilis pugnet cum dicto Apostoli, & ideo mortale peccatum inferat, cur usque ad Innocentii 3. tempora jus hoc permiserunt tot christianissimi Imperatores, Constantini, Theodosii, Justiniani &c. tot doctissimi pontifices, tot eminentissimi ecclesiæ purissimæ patres, nec ab ævo saltem Constantini M. orbem Christianum a mortali hoc peccato nisi post 9. integra demum secula liberarunt. Taceo doctissimos & religiosissimos JCtos christianos, quorum opera in componendo juris civilis corpore usus est Justinianus. Hi an nescivere hunc locum, adeo tritum, ut nullus magis? An mentem Apostoli non intellexere? An si sciverunt & intellexerunt, adeo nullam conscientiæ curam habuerunt, ut hanc pugnam legum & Apostoli sedare, hunc dissensum expungere, atque mortale hoc peccatum abolere, cum facillime potuissent, aspernati fuerint?

At vero nimium distant vox illa πίστεως, qua Apostolus utitur, & formula illa juris romani, *bona fide.* Quæ sit illa πίστις de qua Apostoli agunt constat, scilicet πίστις illa & fides novi fœderis, quam ipsi perpetuo inculcant. Sed formula illa, *bona fide*, non explicatur per vocem πίστεως, sed est propria legibus Romanis, & quasi thechnica, quæ Græcis vel alterius linguæ vocabulis propriis, ita ut vim ejus sensumque rite exprimant, reddi nequit. Si quis enim *bona fide*, & *mala fide*, verteret, καλῇ πίστει, κακῇ πίστει, (quod tamen apud Apostolum non est) parum græce loqueretur, & licet græce, non tamen eo exprimeretur vis formulæ, *bona fide.* Unde Theophilus, Pharaphrastes græcus, retinuit formulam, & ad §. *si quis a non domino Instit. d. Rer. div. & tot. tit. Inst. d. Usuc. &c.* nunquam græce id vertit, sed semper retinet βονα φιδε, vel per περίφρασιν, παρὰ γνώμην δεσπότου: uti & cum vox usucapionis propria sit legibus Romanis, eam retinet græce, & usucapi reddit ὀυσουκαπιλεύεσθαι, *d. tit. d. Usuc.* Toto igitur cœlo distat πίστις Apostoli a formula, *bona fide*, quæ & alias alio longe sensu in jure usurpatur, ut cum contractus alii dicuntur bonæ fidei, alii stricti juris, quæ distinctio quoque jure canonico firmata est, *c. 6. §. ad hæc X. de Except. c. fin. X. de Depos.* & opponitur hoc sensu bona fides stricto juri. Uti ergo nemo hinc intulerit, contractus stricti juris ideo esse peccata moralia, quia quicquid non fit ex fide, peccatum est; ita apparet formulam illam *bonæ fidei* in legibus non esse id, quod Apostolus πίστιν vocat.

Ut adeo credendum omnino sit, nec ipsius pontificis mentem fuisse, quasi hæc ratio concluderet, sed pro more seculi egisse: solebant enim cum pro authoritate aliquid statuissent, vel similitudinem, vel sententiam aliquam, quæ quodammodo saltem ad id alludere videretur, ex sacris adjicere, uti cum in *c. 6. X. d. Major. & obed.* ex eo quod Deus duo magna luminaria, solem & lunam, in cœlo fecerit, duplex summa in mundo potestas Pontificia & Imperatoria deducitur. Ita cum & vox Apostoli πίστις, fides, vertatur, & fidei quoque mentio in formula *bona fide* fiat, inde sumsit Pontifex occasionem allegandi hujus textus in *re* quam authoritate sua statuerat.

„*d*) (NAM VIM JUDICATRICEM HUMANIS ACTI„ONIBUS DUCEM DEUS ADDIT:) Ideo enim Deus „judicium nobis dedit, ut mala a bonis, fas ab eo „quod nefas est, discernere possimus. Si proinde „judicium illud negligimus, vel contra illud judi„cium quædam committimus, peccatum est. Conf. „*c. 44. c. 33. de pœnit. q. 3. Dist. 3.*

„*e*) (UT JUDICIUM NIHIL CERTI MONSTRET, „SEU HÆSITET:) Forte quod facti circum„stantiæ dubiæ sint.

„*f*) (ATTENTA CONSIDERATIONE:) Post matu-
„ram

ſequendum erit illud g Ciceronis: *Bene præcipiunt* h *qui vetant* De Off.
quicquam agere quod dubites æquum ſit an iniquum. Hebræi magi- l. 1. c. 9.
ſtri dicunt: הסתלק מן הספק *abſtine a re dubia.* Sed hoc locum habe-
re non poteſt i ubi alicui omnino alterutrum eſt faciendum, & de Covar.
utroque an æquum ſit dubitatur: tunc enim licebit ei eligere quod tom. 1. de
minus iniquum ei videtur. Semper enim ubi electio evadi non pot- matr. p. 2.
eſt, minus malum rationem induit boni: τὰ ἐλάχιςα ληπτέον τῶν κα- c. 7. §. 1.
κῶν, ait Ariſtoteles: k Cicero, *de malis minima.* l Quintilianus *in* n. 9. Ethic.
comparatione malorum, boni locum obtinet levius. Nic. 2. c. 9. De Off. 3. c. 1.

§. III.

Lib. 9. c. 4.

Plerumque vero in rebus dubiis poſt examen aliquod animus a non in medio hæret, ſed huc aut illuc ducitur b argumentis ex re petitis, aut ex opinione quam habet de aliis hominibus c ſententiam Vaſquez. ſuper ea re pronunciantibus. Nam & hic verum eſt illud d Heſiodi, 1. 2. diſp. 63. c. 1. præſtantiſſimum eſſe per ſe ſapere; proximum, duci aliena ope. num. 1. med. 1. 2. quæſt. 14.
e Ar-

,,ram deliberationem, adhibito quoque conſilio ,,prudentum.

,,g) (CICERONIS:) *L. 1. de off. c. 9.* ubi addit, ,,*æquitas enim lucet ipſa per ſe, dubitatio cogitati-* ,,*onem ſignificat injuriæ.* Plutarchus in Timoleonte: ,,*Requiritur non modo ut quod agitur ſit honeſtum* ,,*juſtumque, ſed ut firma ac conſtans adſit perſuaſio* ,,*unde fiat actio, ut quod fit, fiat ideo quod animus* ,,*ita faciendum judicaverit.*

h) (Grot.) (QUI VETANT QUICQUAM AGERE QUOD DUBITES:) *Plinius* lib. 1. epiſt. 18. *Quod dubitas, ne feceris.*

ADDITIO.

,,Unde is qui errat in titulo jure civili non ,,uſucapit, etſi revera titulus juſtus adfuerit. *l. 32.* ,,*§. 1. ff. uſurp.*

,,i) (UBI ALICUI OMNINO ALTERUTRUM EST ,,FACIENDUM, ET DE UTROQUE AN ÆQUUM SIT, ,,DUBITATUR:) Si certo conſtet utrumque eſſe in- ,,juſtum neutrum faciendum eſt, nec ex neceſſi- ,,tate: Si vero dubitetur de utriusque æquitate, ,,nec res in poteſtate noſtra ſit, eligi poteſt id quod ,,minus malum videtur.

,,k) (CICERO:) *L. 3. off. c. 1.*

,,l) (QUINTILIANUS:) *Duo mala, licet ſint om-* ,,*nino cautiſſime præcavenda, tamen ſi periculi ne-* ,,*ceſſitas ex his unum perpetrare compulerit, id* ,,*debemus reſolvere, quod minori nexu noſcitur obli-* ,,*gare. Diſt. 13. c. 1.* Et Cicero *3. in Verr. 87. Mini-* ,,*ma malorum eligenda. Tr. fin. h.*

,,a) (NON IN MEDIO HÆRET, SED HUC AUT ,,ILLUC DUCITUR:) Non ambiguus manet, ſed ,,inclinat magis in alterutram partem. *Gron. h.*

b) (Grot.) (ARGUMENTIS EX REPETITIS, AUT EX OPINIONE, QUAM HABET DE ALIIS HOMINIBUS:) *Auguſtinus* lib. II. de Ordine: *duplex eſt via, quam ſequimur, cum rerum nos obſcuritas movet, aut rationem, aut certe auctoritatem.* (Cap. 5.) Explicat hoc *Gabriel Vaſquez* diſput. LXII. cap. 3. num. 10.

,,c) (SENTENTIAM SUPER EA RE PRONUNCI- ,,ANTIBUS:) Teneri enim audire conſilia pruden- ,,tum Grotius ait §. *ſeq.*

d) (Grot.) (ILLUD HESIODI:) Uſus eſt Minutius poſt malam pugnam apud *Livium* libro XXII. (cap. 29) *Eum primum eſſe virum qui conſulat quid in rem ſit: ſecundum eum, qui monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenii eſſe.* Et pro A. Cluentio *Tullius: ſapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui, quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.* (Cap. 31.) *Heſiodi* verſus, unde hæc fluxere, ſic habent:

Οὗτος μὲν πανάριςος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει.
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ εἰς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὃδ' αὖ ἀχρήιος ἀνήρ.
Ille quidem ante omnes, per ſe ipſe quid utile, quid non
Qui videt, & longe fines proſpectat agendi:
Qui bene conſultis didicit parere, ſecundus.
Ac qui conſiliis pollet nihil ipſe, nec audit
Suadentes alios, nullos homo vivit ad uſus.
(Oper. & Dier. *verſ. 293. & ſeqq.*)

ADDITIO.

,,*Heſiod. Ἐργ. v. 291. Liv. 22. 29. Gron. h.*

e) (AR-

[e] Argumenta ex re petuntur e causis, effectis, & adjunctis aliis.

§. IV.

Victor. de Ind. Rel. I. n. 11. & de Jure Belli, 21. & 24. Tom. II.

1. Sed [a] ad hæc recte noscenda [b] usu quodam & peritia opus est; quam qui non habent, [c] ut activum judicium recte conforment, [d] tenentur audire sapientum consilia, Nam ἔνδοξα, sive [e] probabilia sunt, Aristotele teste, quæ omnibus videntur, aut plurimis, aut certe sapientibus; iisque rursum aut omnibus, aut pluribus, aut præstantioribus. [f] Et hac via judicandi maxime utuntur reges, quibus [g] artium momenta edifcere aut expendere vix vacat:

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

Dat sapere regi turba sapientum comes.

P. 378. B. C. Aristides de concordia ad Rhodios ait: sicut [h] in facti quæstionibus [i] id pro vero habetur unde plures maximeque idonei stant testes, [k] ita sententiarum eas sequendas quæ plurimis præstantissimisque nitantur auctoribus. Sic Romani veteres non nisi [l] consulto collegio fecialium, ad id instituto, Imperatores Christiani vix nisi [m] auditis Episcopis, bella suscipiebant, [n] ut si quid esset quod religionem posset injicere, ejus monerentur.

§. V.

„e) (ARGUMENTA EX RE PETUNTUR E CAUSIS &c.) Omne dubium in hac materia oritur „ex facto ipso, si scilicet ejus circumstantiæ dubiæ „& incertæ sunt, & ex animo agentis, si nimirum „non constet an malitia, an casu, an culpa egerit.

„a) (AD HÆC:) Scilicet argumenta, quæ ex „re petuntur.

„b) (USU QUODAM ET PERITIA OPUS EST:) „Quia facti interpretatio admodum fallit. *l. 2. ff.* „*Jur. ign.*

„c) (UT ACTIVUM JUDICIUM RECTE CONFORMENT:) Ut in examinando facto rite procedant.

„d) (TENENTUR AUDIRE SAPIENTUM CONSILIA:) Sane etiam privatis imputatur si peritorum „consilium non adhibeant.

„e) (PROBABILIA SUNT:) Adeoque non ea pro„babilia sunt quæ nobis talia videntur, sed quæ „aut omnibus, aut saltem sapientioribus, & inter „hos illis qui præstantiores sunt.

„f) (ET HAC VIA JUDICANDI MAXIME UTUNTUR REGES:) Vix enim reges sunt, qui non con„silium aliquod status deligunt, ad quod in causis „arduis recurrunt.

„g) (ARTIUM MOMENTA:) I. e. præcepta acti„vum judicium recte confirmandi.

„h) (IN FACTI QUÆSTIONIBUS:) I. e. in veri„tate & circumstantiis facti examinandis.

„i) (ID PRO VERO HABETUR, UNDE PLURES „MAXIMEQUE IDONEI STANT TESTES:) Vid. *Mar„tini in Comment. Forensi tit. XX. §. 3. n. 247.* „*seq. ibique Dd.*

„k) (ITA SENTENTIARUM EAS SEQUENDAS:) „Ad eum effectum ut quis de veritate certus sit.

l) (CONSULTO COLLEGIO FECIALIUM:) De quo „ritu late egi supra *l. 2. c. 15. §. 3.*

„m) (NISI AUDITIS EPISCOPIS:) Qui tunc soli „juridum periti erant. Legimus apud *Cæsarem de* „*B. G. l. 6. & Tacit. d. M. G. c. 11.* antiquissimo „Gallorum & Germanorum more sacerdotes in „omni deliberatione publica judicium tulisse num „jure fieri potuerit. Atque hæc vera est origo „hodiernorum Archicancellariorum imperii. *Vid.* „*B. Parent. I. publ. c. 10. §. 3. 4. 5. & 6.*

„n) (UT SI QUID ESSET QUOD RELIGIONEM „POSSET INJICERE:) Illi enim soli divinarum & „humanarum rerum periti censebantur. *d. §. 4.* „*& 5.*

„) (AD §. V.) Author ait: si utrinque argu„menta sint æque probabilia optionem esse judican„tis, nisi de re gravi agatur, scilicet de bello; „Ac dictum jam est in dubio, & ubi argumenta „utrinque æqua sunt probabilia, justam belli cau„sam non esse.

„a) (SIVE INTRINSECA:) I. e. ex re petita. „*Vid. §. 3.*

„b) (SIVE

§. V.

1. Accidere autem in multis controversiis potest, ut ab utraque parte probabilia se ostendant argumenta, [a] sive intrinseca, [b] sive ab aliorum auctoritate. Id cum accidit, si res mediocres sunt de quibus agitur, [c] videtur vitio carere posse electio, in utramvis partem ceciderit. At si de re magni momenti, ut de supplicio capitali hominis, agitur, jam propter magnum discrimen quod est inter eligenda, [d] præferenda est pars tutior, ut dici solet:

[e] *In istam partem potius peccato tamen.*

[f] Ideo satius est nocentem absolvere quam innocentem condemnare. *Terent. Adelp. II. 1. 20.*

2. Scriptor problematum quæ Aristotelis nomen præferunt: *Sect. 19. n. 13.* ἕκαςος ἡμῶν μᾶλλον ἀν προέλοιτο τȣ̃ ἀδικȣ̃ντος ἀποψηφίσασθαι ὡς ὀυκ ἀδικεῖ, ἢ τȣ̃ μὴ ἀδικȣ̃ντος καταψηφίσασθαι ὡς ἀδικεῖ (quibus in verbis vulgo pro ἀδικȣ̃ντος, legitur μὴ ἀδικȣ̃ντος & contra.) *Nemo est nostrum*, ait, *qui non malit absolvere quamvis nocentem, quam damnare innocentem.* [g] Et mox addit rationem quam jam dedimus: ἔςι γὰρ ὅταν τὶς ἀμφιδοξῆ, τὰ ἐλάττω τῶν ἁμαρτημάτων αἱρετέον; *Nam ubi quis dubitat, eligendum in quo minus delinquitur.* Antiphon: εἰ δέον τι ἁμαρτεῖν, τὸ ἀδίκως ἀπολῦσαι ὁσιώτερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι. τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημά ἐςι, τὸ δὲ ἀδίκως ἀποκτεῖναι ἀσέβημα: *Orat 14. 15. pag. 133. Ed. Wech.* *Si errandum est, sine jure absolvere quam per injuriam condemnare est sanctius. Nam in illo error est, in damnatione insontis, facinus,*

§. VI.

„b) (SIVE AB ALIORUM AUTHORITATE:) „Quos rex consuluit. *Vid.* §. 4.

„c) (VIDETUR VITIO CARERE POSSE ELECTIO:) „Imo etiam in re mediocri certus esse debet de „suo jure, nec ante agere potest.

d) (Grot.) (PRÆFERENDA EST PARS TUTIOR:) *Ammianus Marcellinus* libro XXVIII. *Si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas. Sin autem exorabiles, summa levitas: quæ tamen, ut in malis, acerbitati anteponenda est.* [Cap. 1. p. 562. ex *Cicerone* ad Q. fratrem, Epist. 1.] Et hoc explicat *Vasquez* dicto libro, c. 4. num. 21.

ADDITIO.

„Abstinere a bello debet, non quia in re magni momenti pars tutior eligenda est, sed quia in „causa dubia non constat injuriam factam esse.

„e) (IN ISTAM PARTEM:) *Terent. Adelph. 2. 1. 20.*

„f) (IDEO SATIUS EST NOCENTEM ABSOLVERE:) Dixi rationem non in eo consistere, „quod in re magni momenti tutius sit reum ab„solvi, (nam id etiam in minori debito obtinet) „sed quia quamdiu de injuria non certo constat, „res manet in pristino statu. *Vid. supra l. 2. c. 7.* „§. 2. Conf. *l. 5. ff. Pœn.*

„g) (ET MOX ADDIT RATIONEM:) Ratio au„tem hujus rationis est, quod injuria non sit si „de ea certo non constet.

(AD §. VI.) Author tres modos proponit quibus vitari potest ne in bellum res deveniat, *colloquium, compromissum & sortem*: At hæc consilii sunt non juris, & non nisi ex utriusque voluntate locum habere possunt. Sane alter invitus jus suum compromisso aut sorti submittere non tenetur, inprimis si tutus est sua possessione.

„a) (MAXIMI AUTEM MOMENTI EST BELLUM:) „Dictum jam est in dubio nullum jus agendi com„petere, adeoque nec bello agi posse, sive causa

 „sit

§. VI.

[a] Maximi autem momenti est bellum, ut [b] ex quo mala plurima [c] etiam in innocentes sequi soleant. [d] Ideo inter sententias alternantes vergendum ad pacem. Laudatur Silio Italico Fabius:

Lib. 1. vers. 679.

cauta speculator mente futuri,
Nec lætus dubiis pravisque lacessere Martem.

[e] Tres autem sunt modi quibus vitari potest ne controversiæ in bellum erumpant.

§. VII.

I. [a] Primum est, colloquium: *Cum duo sint genera disceptandi*, ait Cicero, [b] *unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet priore.* Et Terentius.

[c] *Omnia prius experiri quam armis sapientem decet:*
Qui scis, an quæ jubeam sine vi faciat?

Apol-

„sit gravis sive levis

„b) (EX QUO MALA PLURIMA:) Quæ Author „late explicat *l2. c. 24. §. 1. 4. 8. & 9.*

„c) (ETIAM IN INNOCENTES:) *Tacit. Ann. 1. „48. In pace causas & merita spectari, ubi bellum „ingruat, innocentes ac noxios juxta cadere.*

„d) (IDEO INTER SENTENTIAS ALTERNANTES „VERGENDUM AD PACEM:) Si scilicet de injuria „certo non constet, adeoque de ea dubitetur.

„e) (TRES AUTEM SUNT MODI:) Hæc consi„lia sunt prudentiæ non juris: sane ex arbitrio par„tium dependet, an consentire in colloquium, „arbitrium &c. velint, an non.

„a) (PRIMUM EST COLLOQUIUM:) Si is qui du„bitat se læsum esse provocat alterum, qui negat „se injuriam fecisse, ad colloquium, hic autem id „respuit, inde non justa oritur belli causa: non „ob injuriam illatam, utpote quæ dubia est, nec „ob denegatum colloquium, quia de suo jure di„sponit is qui renuit: exempla denegati colloquii „vide apud *Liv. 32. 37. Cæsar de bello Gall. l. 34. „& 35. Thuan. l. 42. ad an. 1566. & l. 30. p. 604. „& l. 17. p. 350. &c. Vid. Tesin. b.* Neque Scripto„res allegati thesin Authoris firmant, uti mox vi„debimus.

„b) (UNUM PER DISCEPTATIONEM:) Cicero „per disceptationem non intelligit colloquium, sed „judicium ubi privati inter se disceptant, quo „cessante, (uti cessat inter gentes quæ judicem „non habent, & inter privatos si judicis copia „non est,) vi contendi debet. *Vid. supra l. 1. c. 1. „§. 2.*

c) (Grot.) (OMNIA PRIUS EXPERIRI QUAM ARMIS:) *Dionysius Halicarnassensis* in excerptis legationum: *μὴ πρότερον ἄρξαι τῶν ἔργων πρὶν ἢ πειραθῆναι τῶν λόγων· Non ante ad res veniendum est, quam tentata sit verborum via.* (Pag. 704. *Edit. Oxon.*) Menelaus apud Libanium: *πρῶτον μὲν γὰρ τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιπηδᾷν, ἀνθρωπινώτερον δήπουθεν· Homini convenientius, prius verborum experimentum facere, quam statim ad arma prosilire.* (Declam. I. p. 196. D. *Ed Paris. Morell.*) Non abeunt hinc illa chori dicta in Euripidis Helena, (*vers.* 1166. *& seqq.*)

τὸ θεῶν
Ἔπος ἀληθὲς εὗρον
Ἄφρονες, ὅσοι τὰς ἀρετὰς πολέμῳ
Κτᾶσθε, δορὸς ἀλκαίῳ
Λογχαῖσι καταπαυόμενοι
Πόνους θνατῶν ἀμαθῶς·
Εἰ γὰρ ἅμιλλα κρινεῖ νιν
Αἵματος, οὔ ποτ' ἔρις
Λείψει κατ' ἀνθρώπων πόλεις·

Stulti nimium, queis virtutis
Mensura placet unica, ferrum:
Quibus humani pausa laboris
Non nisi sævo quæritur ense:
Nam si virtus sanguine tantum
Spectanda venit, numquam discors
Furor investas deseret urbes.

„d) (Μηδ' &c:) *Non statim vi, priusquam verbis „tentari. Gron. b.* At Apollonius loquitur de clari„gatione, ea enim præcedere bellum debet.

VER-

Apollonius Rhodins dixit: [d] Μηδ' αὔτως ἀλκῇ πρὶν ἔπεσσί γε πειρηθῆναι. Et Euripides: *Argon. III 185.* *Supplic. verf. 347.*

Λόγοισι πείσων, εἰ δὲ μή, βίᾳ δορός,

[e] Verbis id impetrabo; fin nequeo, manu.

Idem reprehendit Supplicibus civitates quæ hanc viam omitterent:

Et vos quoque urbes quæ [e] quod est verbis datum
Transigere, potius fertis ad cædem arbitram.

Achilles Iphigenia in Aulide:

Si paret æquo, nil mea vobis ope
Opus est salutis est in hoc uno satis
Ego simul amici gratiam servaverim:
Minusque vitio vertet omne agmen mihi,
f Ratione si rem gesserim, non viribus

Quod in Phœnissis apud Euripidem legimus:

[g] πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος
Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν:

id auctum sic extulit apud Livium Phaneas; [h] *multa homines ne bellare necesse sit voluntate remittere, quæ bello & armis cogi non possint.* Mardonius apud Herodotum Polymnia Græcos culpat hac in parte: τὸς χρεῶν ἐόντας ὁμογλώσσους, κήρυξί τε διαχρωμένους καὶ ἀγγέλοισι καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχῃσι: *quos oportuit, cum ejusdem essent linguæ, [i] caduceatorum & legatorum opera non præliis controversias tractare.* *Lib. 35. c. 45.* *Lib. 7. c. 9*

2. Coriolanus apud Halicarnassensem: τὸ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτεῖν, καὶ μὴ τυγχάνοντα τούτου πολεμεῖν, ἅπαντες ἂν ὁμολογοῦσιν εἶναι καλόν: *Si quis non aliena cupiat, sed sua postulet, [k] atque iis* *Ant. Rom. L. 8. c. 8.*

„*) (VERBIS ID IMPETRABO:) I. e. reparatio„nem postulabo: Quæ clarigatio est, non collo„quium.

„e) (QUOD EST VERBIS DATUM TRANSIGERE:) „Agitur ibi de supplicibus, qui reparationem offe„rebant: Hinc merito reprehendit civitates, quod „conditiones quas supplices offerebant respuerent.

„f) (RATIONE SI REM GESSERIM &c.) Agitur „ibi de mediatore, qui officia impendit ante„quam vis paretur.

„g) (Πᾶν &c.) Quæ ita vertit Gronovius *b.* „*Omnia enim eximit colloquium, quæ alioqui fer„rum hostile faceret.*

b) (Grot.) (MULTA HOMINES, NE BELLARE NECESSE SIT, VOLUNTATE REMITTERE, QUÆ „BELLO ET ARMIS COGI NON POSSINT.) *Donatus* ad Eunuchum: *pervulgatum est enim, quod summa vi defenderis quum extorquetur, hoc idem postmodum remitti remittenti.* (Act. I. Sc. II. verf. 94.)

„i) (CADUCEATORUM ET LEGATORUM:) In„juria ibi erat notoria, sed improbat quod clarigatio „fuerit neglecta & omissa, i. e. quod per caducea„tores & legatos reparatione postulata non „fuerit.

„k) (ATQUE IIS NON IMPETRATIS:) Facta scilicet clarigatione; non ergo quæstio erat de collo„quio: Neque de injuria dubia ibi agitur, sed de certa.

„l) (QUÆ VERBIS COMPONI NEQUEUNT:) Ibi „utriusque partis consensu colloquium placuit „*Liv.*

iis non impetratis bellum moveat, id omnium confessione æquum est. Apud
Lib. III. c. 2. eundem Halicarnassensem rex Tullus, [l] *quæ verbis componi neque-*
Annal. 15, 2. *unt, ea armis* ait *decerni.* Apud Tacitum Vologeses: *æquitate quam sanguine, causa quam armis retinere parta majoribus malueram.* Et
Cass. III Var. 1. rex Theodoricus: *Tunc utile solum est ad arma concurrere,* [m] *cum locum apud adversarios justitia non potest invenire.*

§. VIII.

1. Alterum est inter eos qui communem judicem nullum habent [a] compromissum: ἐπὶ τὸν δίκας διδόντα ὀ νόμιμον ὡς ἐς ἀδικοῦντα ἰέναι,
Lib. 1. c. 85. ait Thucydides: *In eum qui arbitrum accipere paratus est nefas ut in injuriosum ire.* Sic de regno Argivo Adrastus & Amphiaraus Eri-
Lib. 4. c. 67. phylæ judicium permiserunt, narrante Diodoro. De Salamine inter
Plutarch. in Solon. p. 83. E. Athenienses & Megarenses lecti judices tres Lacedæmonii. Apud dictum modo Thucydidem Corcyrenses Corinthiis significant para-
Lib. 1. c. 28. tos se disceptare controversias apud Peloponnesi civitates, de qui-
Orat. Platon. II. p. 242. B. Tom. III. bus inter ipsos convenisset. Et Periclem laudat Aristides quod ut bellum vitaretur voluerit δίκῃ διαλύεσθαι περὶ τῶν διαφόρων, *de controversiis arbitros sumere.* Et Isocrates oratione adversus Ctesiphontem laudat Philippum Macedonem, quod quas habebat cum Atheniensibus controversias de iis paratus esset ἐπιτρέπειν πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ *arbitrium permittere alicui civitati æquæ utrique parti.*

2. [b]

„*Liv.* 1. *c.* 23.

„*m*)(CUM LOCUM APUD ADVERSARIOS JUSTITIA „NON POTEST INVENIRE:) I. e. ubi facta clari„gatione adversarius reparare injuriam non vult:

a) (Grot.) (COMPROMISSUM:) Spreta plerumque potentioribus via. Vide *Connestagium* de Conjunctione regnorum Castellæ & Portugalliæ, digna tamen, quam insistant æqui & pacis amantes. Fecere magni reges ac populi, quorum in textu memoria. Addamus alios. Arbitri sumti inter magnum Norvagiæ & Canutum Daniæ reges de regno utroque certantes: Nempe quomodo Julianus primus ejus nominis cum Severo de principatu Romano certante interdicto agere voluit. [SPARTIAN. in Vit. *Pescennii Nigri*, Cap. 2] Magnus rex Suediæ arbiter sumtus inter Ericos duos Daniæ & Norvagiæ reges. In fœdere Lacedæmoniorum & Argivorum apud Thucydidem: δίκας διδόντας κατὰ πάτρια, *qui stare arbitris volent more avito.* Et mox: εἰ δέ τις τῶν ξυμμάχων πόλις πόλει ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθεῖν ἄν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πόλεσι δοκοίη. *Si qua sociarum civitatum cum socia civitate controversiam habeat, rem deferant ad civitatem, quæ utrisque æqua videbitur.* Est utrumque apud Thucydidem libro V. (c. 79.) M. Antonium multi extra Romanum imperium populi controversiarum suarum, ut bella vitarent, arbitrum sumsere. meminit *Victor* & alii. Apud *Procopium* Gotthic. III. Gepidæ Langobardis dicunt: δίκῃ γὰρ διαλύειν τὰ διάφορα ἐν σπουδῇ ἔχομεν, δικάζεσθαι δὲ οἷς ἂν σπουδάζεται, βιάζεσθαι οὐδαμῇ πρόσεστιν. *arbitro sumto dirimere controversa parati sumus. at qui stare judicio volunt, eos vi impetere iniquum est.* (Cap. 34.) Apud eundem Gotthicorum IV. Theudibaldus Franc. rex paratum se ostendit, judicem accipere de iis quæ Romani disputabant. (*Cap.* 24.) Vide & quid olim Romani Philippo significaverint apud *Polybium* excerpto legationum n. 4. & quod est in fœdere Antiochi ex eodem *Polybio* itidem in excerptis n. 35. Rex Angliæ judex de Scotiæ successione: Comes Holsatus inter regem Daniæ & fratres, *Pontano* memorante historiæ Danicæ lib. VII. Adde exempla apud *Marianam* libro XXIV, cap. 20. XXIX, cap. 23. *Parutam* libris VII. & IX. *Bizarum* libro XII. *Crantzium* libro VI. Saxonicorum c. 15. & nostra infra libro III, cap. XX. §. XLVI. [Quod de *Marco Antonino* dicit Author, nec in iis, quæ nomine *Aurelii Victoris* circumferuntur, reperio, nec alibi. Certe in epitome *Victoris*

2. *b* Sic olim Ardeates & Aricini, postea Neopolitani & Nolani controversias suas arbitrio populi Romani permiserunt. Et Samnites in controversia cum Romanis ad communes amicos provocant. Cyrus sibi & Assyrio arbitrum fert regem Indorum. Pœni in controversiis cum Masinissa, ut bellum vitent, ad judicia provocant. Romani ipsi de controversia cum Samnitibus apud *c* Livium ad communes socios. Et Philippus Macedo in controversia cum Græcis ait se arbitrio usurum populorum cum quibus pax utrisque fuisset. Parthis & Armeniis postulantibus Pompejus finibus regendis arbitros dedit. Fecialium Romanorum hoc præcipuum ait officium fuisse Plutarchus: οὐκ ἐᾶν ϛρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι; *ne finerent prius ad bellum veniri, quam spes omnis judicii obtinendi periisset.* De Gallorum Druidibus Strabo: ὥϛε καὶ πολέμȣς διήτων πρότερον καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον, *olim & inter bellantes erant arbitri, ac sæpe jam acie congressuros diremerunt*, Eodem officio functos in Iberia sacerdotes idem testis est.

Livius lib. 3. c. 71.
Xen. Cyrop. lib. 2. c. 4. §. 7.
Livius lib. 40. c. 17.
Lib. 8. c. 23.
Idem lib. 32. c. 10.
Plutarch. Pomp. p. 637.
In Num. p. 68. A.
Lib. 4. p. 197.
Lib. 11. p. 501.

3. *d* Maxime autem Christiani reges & civitates *e* tenentur hanc inire viam ad arma vitanda. Nam si ut judicia alienorum a vera religione judicum vitarentur, *f* & a Judæis & a Christianis arbitri quidam sunt constituti, *g* & id a Paulo præceptum, quanto magis id faciendum est, *h* ut majus multo vitetur incommodum, id est bellum? Sic alicubi Tertullianus argumentatur, non militandum Christiano, *i* ut cui ne litigare quidem liceat: quod tamen, secundum ea *k* quæ alibi diximus, *l* cum temperamento quodam est intelligendum.

Vid. de Jure bel. n. 28.

4. Et

Horis id dicitur de *Antonino Pio.* J. B.]

ADDITIO.

„Compromissum est conventio qua arbitri sen„tentiæ utraque litigantium pars se se submittit. „*Gron. h.* Quid si alter recuset, an tunc dubitan„tis causa justa est? Merito id negamus, non „enim certus est sibi injuriam fieri, & jus suum „læsum esse.

„*b*) (SIC OLIM ARDEATES:) *Liv. l. 3. c. 71.*

„*c*) (LIVIUM:) *Lib. VIII. 23.*

d) (Grot.) (MAXIME AUTEM CHRISTIANI REGES ET CIVITATES TENENTUR HANC INIRE VIAM:) *Gregoras* libro X. de Alexandro Bulgaro: οὐκ ἄξιον εἶναι λέγων Χριϛιανοῖς ἀπηνῶς οὕτωσὶ κατ᾽ ἀλλήλων ἐπιέναι, ἐνὸν ὁμοδοξεῖν ἀλλήλοις τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ ὁμοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρατάττεσθαι. *indecorum esse Christianis tanta cum acerbitate inter se armis certare, cum rationes sint conveniendi ad pacem, & communes vires in impios vertendi.* (Pag. 219. *Edit. Genev.*)

„*e*) (TENENTUR HANC INIRE VIAM:) Pruden„ter ac pie facient ineundo eam viam, at alter „acceptare compromissum non tenetur, nec si re„cusat ideo alterius causa justa fiet.

„*f*) (ET A JUDÆIS ET A CHRISTIANIS AR„BITRI QUIDAM SUNT CONSTITUTI:) Cum sub „Ethnicorum imperio essent.

„*g*) (ET ID A PAULO PRÆCEPTUM:) 1 *Cor. 6.* „*v. 3.* non per modum legis, sed per modum con„silii, & quia id laudabile est.

„*h*) (UT MULTO MAJUS: &c.) At causa hujus „mali non est is qui jure suo utitur, & arbitrium „recusat, sed is qui bellum movet cum de injuria „non constet.

„*i*) (UT CUI NE LITIGARE QUIDEM LICEAT:) „Scilicet coram judice Gentili. *Vid. l. 1. c. 2. §. 8.* „*n.* 4. At non loquitur de eo quod juris, sed „quod virtutis est.

„k) (QUÆ ALIBI:) *L. 1. c. 2. §. 8. 9. 10. & 12.*

„*l*) (CUM TEMPERAMENTO QUODAM:) Nimi-

„rum

Molina disp. 103. § quando ius. Ægid. Reg. de act. supern. disp. 31. dub. 4 n. 72. Biblioth. lib. 5. c. 31. Gregor. lib. 4 pag. 197.

4. Et tum ob hanc tum ob alias causas utile esset, imo quodammodo factu necessarium, *m* conventus quosdam haberi Christianarum potestatum, ubi per eos quorum res non interest aliorum controversiæ definiantur: imo & rationes ineantur *n* cogendi partes ut æquis legibus pacem accipiant: quem & ipsum olim apud Gallos *o* Druidum fuisse usum Diodoro ac Straboni proditum. Etiam *p* proceribus suis de regni divisione judicium permisisse Francos reges legimus.

§. IX.

Thom. 2, 2. qu. 95. art. 8. & ibi Cajetan.

a Tertia ratio est *b* per sortem: quam *c* in hoc commendat Dion

„rum ne militent Christiani gentilibus, & ne litigent contra Christianos in foro gentili: rationem dedimus *dicto c. 2. §. 8.*

„*m*) (CONVENTUS QUOSDAM HABERI CHRISTIANARUM POTESTATUM:) Sic Leo X. consilium dedit de communi fœdere contra Turcas ineundo, vi cujus omnes Christiani non tantum de suo conferre possint, sed plane debeant. *Guicciard. l. 12. p. 349. Huldenberg. de æquilibrio Jur. Gent. c. 1. §. 7. & 8.* Latius patebat institutum Henrici IV. qui, ut fama fert, commune aliquod concilium principum christianorum meditatus est, in quo omnes causæ belli & pacis non vi sed jure disceptari debuerint: de quo integram dissertationem scripsit præfatus *L. B. a Huldenberg d. l. c. 2. & 3. per tot.*

n) (Grot.) (COGENDI PARTES, UT ÆQUIS LEGIBUS PACEM ACCIPIANT:) Vide exemplum apud *Cassiodorum* III, 1. 2. 3. 4. & *Gailium* de Pace publica, II, cap. XVIII. n. 12.

ADDITIO.

„Tale commune concilium olim fuit in Græcia. *Vid. l. 1. c 3. §. 17. 2.* In Germania quoque fœdus Suevicum hunc in finem initum fuit. *Vid. B. Par. J. publ. c.* hodieque tale commune concilium inter plures civitas obtinet, ut in Belgio, Helvetia &c.

o) (Grot.) (DRUIDUM FUISSE USUM:) Druidibus hac in parte, & meliori cum jure, episcopi successere. Vide epistolam episcoporum ad Ludovicum regem in *capitulis Caroli Calvi*, & de episcopis Hispaniæ *Rodericum* Toletanum libro VII. c. 3.

„*p*) (PROCERIBUS SUIS DE REGNI DIVISIONE JUDICIUM PERMISISSE FRANCOS REGES:) Id non factum est per modum compromissi, sed ideo quia absque eorum quorum interest consensu imperium dividi non potest. *Vid. supra l. 2. c. 6. per tot.*

„Monendum hic est speciem compromissi esse MEDIATIONEM: Quia Mediatores quoque communi consensu eliguntur non ut decidant, sed ut persuadeant, officia interponant &c. B. Parens dissertationem conscripsit *de officio Mediatorum*, cujus compendium exposuimus in Elementis juris naturalis & Romani §. 232. usque ad finem verba hæc sunt:

„Mediator est, qui transigendis litibus, inter duas summas potestates ortis, ex utriusque partis placito, volens intercedit.

„Constitui mediatores possunt mares & fœminæ, etiam privati, cujusque religionis.

„Plerumque eligi solent Principes potentes, quorum interest publicam securitatem a neutro litigantium turbari, & quorum potentia metuenda est iis qui justas pacis conditiones respuunt: Unde sæpius videmus mediatores in unius litigantium partes transiisse.

„Officium mediatorum est conciliare pacem, omniaque quæ eo pertinent instruere.

„Hinc (a) præliminaria congressus præparant, locum & diem congressus statuunt, (b) ceremoniale, quod vocant, instruunt, & suo nomine publicant, (c) gravamina cujusque partis mediatori exhibentur, exhibita partibus communicantur, (d) mediatores lites intervenientes monendo, hortando &c. componunt, (e) formulam pacis delineant, (f) eis præsentibus paciscentes pacis articulos subscribunt.

„Ceterum, mediator non est Guaranta pacis, nec is interpretari pacem, si dubia est, potest.

„Finitur mediatoris officium, (1) finito negotio, si nimirum vel tractatus abrumpuntur, vel pax conclusa est, (2) dissensu mutuo, (3) morte mediatorum, nisi in successorem partes consenserint, (4) renunciatione vel mediatoris, vel unius litigantium.

„*a*) (TERTIA RATIO EST PER SORTEM:) Author ait eum qui de justitia causæ suæ dubitat sorti rem committere debere; nimirum si alter consentiat: Quid si alter nolit? diximus inde causam dubiam non fieri justam.

b) (Grot.) (PER SORTEM:) Vide *Augustinum* de Doctrina Christiana lib. 1. c. 28.

„*c*) (IN HOC:) Imo id non tantum commendat si causa dubia, sed etiam si certa est: nam „ipsum

Dion Chrysostomus oratione in Fortunam altera: & multo ante Pag. 599.
[d] Solomo Prov. XVIII, 18.

§. X.

1. [a] Sortis autem affine quid est certamen singulare, cujus usus non videtur omnino repudiandus, si duo, [b] quorum controversiæ alioqui totos populos gravissimis malis sint implicituræ, inter se parati sint armis decernere, ut olim de Peloponneso [c] Hyllus & Echemus, de regione ad Inachum: [d] Hyperochus & Phemius, de Elide: [e] Pyræchma Ætolus & Degmenus Epeus, de Iba Corbis & Orsua. Videtur enim id, [f] si non ab ipsis recte fieri, certe [g] a civitatibus posse acceptari ut minus malum. Apud Livium Metius Tullum sic alloquitur: *Ineamus aliquam viam qua utri utris imperent sine magna clade, sine multo sanguine utriusque populi decerni possit.* [h] Strabo vetustam hanc fuisse ait Græcorum consuetudinem: [i] & apud Virgilium Æneas æquum fuisse ait ut inter se & Turnum eo modo res definiretur.

Herodot Calliop. sive lib. 9. 26. Plut. quæst. Gr. pag. 294. Strab. 8. Livius lib 28. c. 21. Lib. 1. cap. 23. Ubi supr. L. 8 p. 357.

2. Cer-

„ipsum bellum sors est; adeoque potius commen-„dat sortem quam tanta pericula & incommoda „non sequuntur.

„d) (SALOMO PROV. XVIII.) *Contradictiones „comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat.*

„a) (SORTIS AUTEM AFFINE QUID EST CER-„TAMEN SINGULARE:) Author consilium dat ei „qui de justitia causæ dubitat, ut alteri certamen „singulare offerat idque licitum esse statuit: Quod „admitti haud potest. Nam is qui de justitia causæ „suæ dubitat, nullum jus belli, neque privati ne-„que publici habet, adeoque si alterum occidit „homicidii reus erit; Sed & si alter nolit decer-„tare, ideo causa offerentis certamen justa non fit, „sed res manet in statu quo est. Denique causa „populi est, jus publicum autem absque ejus „consensu committi certamini singulari ne-„quit.

b) (Grot.) (QUORUM CONTROVERSIÆ ALIOQUI TOTOS POPULOS GRAVISSIMIS MALIS SINT IMPLICITURÆ;) Scriptor tragœdiæ *Thebaidos*, (Phœniss. *vers. 564.*)

Rex sit e vobis uter,
Manente regno quæris.

Dion Othone: πολὺ γάρ που καὶ κρεῖττον καὶ δικαιότερόν ἐστιν ἕνα ὑπὲρ πάντων ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι. *Multo enim satius justiusque est, unum pro omnibus, quam multos unius causa perire.* (Xiphilin. pag. 240. B. *Ed. H. Steph.*)

ADDITIO.

„Vide omnino ea quæ Author habet. *l. 3. c. 20. „§. 43.*

„c) (HYLLUS ET ECHEMUS:) *Herod. Pol. 9. 2. 6.* „Fuit hic Echemus Evandri pater.

„d) (HYPEROCHUS ET PHEMIUS:) *Pluth. qu. „græc. 294.* Hyperochus erat Argivorum rex.

„e) (PYRECHMA ÆTOLUS ET DEGMENUS EPEUS:) „*Strabo l. 8. pag. 357.* Hic erat Æniaoum rex.

„f) (SI NON AB IPSIS RECTE FIERI:) Imo „semper injuria est a parte ejus qui in causa „dubia, i. e. quam ipse talem judicat, alterum „ad duellum provocat.

„g) (A CIVITATIBUS POSSE ACCEPTARI:) Ra-„tione acceptantium (qui contendunt causam „suam justam esse,) est species necessariæ defen-„sionis, adeoque eligere oblatum certamen pos-„sunt ad evitandum bellum.

„h) (STRABO:) *d. l. 8. p. 357.*

i) (Grot.) (ET APUD VIRGILIUM:) Æneidos XI.

Æquius huic Turnum fuerat se opponere morti.
(vers. 115.)

Pari de causa Antonius Octavium ad singulare certamen provocabat. *Plutarchus* Antonio. (Non ea de causa, sed ἀντικομπάζων, ut dicit *Plutarchus*, pag. 944. E. *J. B.*)

k)

dicium de re significat. [d] Nam vim judicatricem humanis actionibus ducem Deus addidit, qua contemta obbrutescit animus.

2. Sæpe autem accidit, [e] ut judicium nihil certi monstret, sed hæsitet: quæ hæsitatio si [f] attenta consideratione expediri nequeat, se-

itati & securitati publicæ prospicit, litesque amputat; an inquam hoc jus peccatum mortale observatoribus suis impingit ex allegato dicto Apostoli.

Quot vero hac ratione & quanta peccata mortalia ita permissa erunt per ipsos canones, qui partem sententia gravatam solo 5 (postea 10.) dierum lapsu a jure appellandi excludunt, eoque ipso totius causæ damno, etsi eam justissimam habeat, multant. *c. 27. caus. 2. quæst. 6. c. 32. in fin. X. de Elect. c. 15. X. de sentent. & re jud.* Idemque faciunt, si quis saltem Apostolos intra 5. (deinde 30.) dies oon petierit: *c. 24. d. qu. 6. c. 6. de Appell. in 6 to. Clem. 2. eod.* vel terminum probationis labi passus sit: *c. pen. X. de testib. & attest.*. vel emphyteuta biennio canonem oon solverit *c. 4. X. de locat. & cond.* &c. In quibus omnibus aliisque casibus ob solum neglectum termini præfixi, etsi satis angusti, pars jure soo excidit, idque lucro partis alterius cedit, nullo discrimine bonæ vel malæ fidei, & adeo promiscue, ut oihil pœnam hanc impediat, quam justa restitutionis in integrum causa, quæ vero eadem æque contra lapsum præscriptionis datur, v. g. ex causa justæ absentiæ vel clausula generali *l. 1. ff. Ex quib. caus. maj.* Quanta vero graviora sunt ista, quam jus illud quo per usucapionem ei qui bona fide & justo titulo accepit, contra eum qui tanti temporis moram in requirendis rebus suis commisit, acquiritur? Atque adeo multo magis hæc essent mortalia peccata.

Quodsi hæc dispositio juris civilis pugnet cum dicto Apostoli, & ideo mortale peccatum inferat, cur usque ad Innocentii 3. tempora jus hoc permiserunt tot christianissimi Imperatores, Constantini, Theodosii, Justiniani &c. tot doctissimi pontifices, tot eminentissimi ecclesiæ purissimæ patres, nec ab ævo saltem Constantini M. orbem Christianum a mortali hoc peccato nisi post 9. integra demum secula liberarunt. Taceo doctissimos & religiosissimos JCtos christianos, quorum opera in componendo juris civilis corpore usus est Justioianus. Hi an nescivere hunc locum, adeo tritum, ut oullus magis? An mentem Apostoli non intellexere? An si sciverunt & intellexerunt, adeo nullam conscientiæ curam habuerunt, ut hanc pugnam legum & Apostoli sedare, hunc dissensum expungere, atque mortale hoc peccatum abolere, cum facillime potuissent, aspernati fuerint?

At vero nimium distant vox illa πίστεως, qua Apostolus utitur, & formula illa juris romani, *bona fide*. Quæ sit illa πίστις de qua Apostoli agunt constat, scilicet πίστις illa & fides nuvi fœderis, quam ipsi perpetuo inculcant. Sed formula illa, *bona fide*, oon explicatur per vocem πίστεως, sed est propria legibus Romanis, & quasi thechnica, quæ Græcis vel alterius linguæ vocabulis propriis, ita ut vim ejus sensumque rite exprimant, reddi nequit. Si quis enim *bona fide*, & *mala fide*, verteret, καλῇ πίστει, κακῇ πίστει, (quod tamen apud Apostolum oon est) parum græce loqueretur, & licet græce, oon tamen eo exprimeretur vis formulæ, *bona fide*. Unde Theophilus, Pharaphrastes græcus, retinuit formulam, & ad §. *si quis a non domino Instit. d. Rer. div. & tot. tit. Inst. d. Usuc. &c.* nunquam græce id vertit, sed semper retinet βονα φιδε, vel per περίφρασιν, παρὰ γνώμην δεσπότου: uti & cum vox usucapionis propria sit legibus Romanis, eam retinet græce, & usucapi reddit οὐσουκαπιλεύεσθαι, *d. tit. d. Usuc.* Toto igitur cœlo distat πίστις Apostuli a formula, *bona fide*, quæ & alias alio longe sensu in jure usurpatur, ut cum contractus alii dicuntur bonæ fidei, alii stricti juris, quæ distinctio quoque jure canonico firmata est, *c. 6. §. ad hæc X. de Except. c. fin. X. de Depos.* & opponitur hoc sensu bona fides stricto juri. Uti ergo oemo hinc intulerit, contractus stricti juris ideo esse peccata moralia, quia quicquid oon fit ex fide, peccatum est; ita appares formulam illam *bonæ fidei* in legibus noo esse id, quod Apostolus πίστιν vocat.

Ut adeo credendum omnino sit, nec ipsius pontificis mentem fuisse, quasi hæc ratio concluderet, sed pro more seculi egisse: solebant enim cum pro authoritate aliquid statuissent, vel similitudinem, vel sententiam aliquam, quæ quodammodo saltem ad id alludere videretur, ex sacris adjicere, uti cum in *c. 6. X. d. Major. & obed.* ex eo quod Deus duo magna luminaria, solem & lunam, in cœlo fecerit, duplex summa in mundo potestas Pootificia & Imperatoria deducitur. Ita cum & vox Apostoli πίστις, fides, vertatur, & fidei quoque mentio in formula *bona fide* fiat, inde sumsit Pontifex occasionem allegandi hujus textus in re quam authoritate sua statuerat.

„d) (NAM VIM JUDICATRICEM HUMANIS ACTIONIBUS DUCEM DEUS ADDIT:) Ideo enim Deus „judicium nobis dedit, ut mala a bonis, fas ab eo „quod nefas est, discernere possimus. Si proinde „judicium illud negligimus, vel contra illud judicium quædam committimus, peccatum est. Conf. „*c. 44. c. 33. de pœnit. q. 3. Dist. 3.*

„e) (UT JUDICIUM NIHIL CERTI MONSTRET, „SED HÆSITET:) Forte quod facti circum„stantiæ dubiæ sint.

„f) (ATTENTA CONSIDERATIONE:) Post matu-

,rum

sequendum erit illud g Ciceronis: *Bene præcipiunt* h *qui vetant quicquam agere quod dubites æquum sit an iniquum.* Hebræi magistri dicunt: הםתחק מן הםפק *abstine a re dubia.* Sed hoc locum habere non potest i ubi alicui omnino alterutrum est faciendum, & de utroque an æquum sit dubitatur: tunc enim licebit ei eligere quod minus iniquum ei videtur. Semper enim ubi electio evadi non potest, minus malum rationem induit boni: τὰ ἐλάχιςα ληπτέον τῶν κακῶν, ait Aristoteles: k Cicero, *de malis minima.* l Quintilianus *in comparatione malorum, boni locum obtinet levius.*

De Off. l.1.c.9. *Covar. tom.1. de matr. p.2. c.7. §.1. n.9.* *Ethic. Nic. 2. c. 9.* *De Off. 3. c. 1.* *Lib. 9. c. 4.*

§. III.

Plerumque vero in rebus dubiis post examen aliquod animus a non in medio hæret, sed huc aut illuc ducitur b argumentis ex re petitis, aut ex opinione quam habet de aliis hominibus c sententiam super ea re pronunciantibus. Nam & hic verum est illud d Hesiodi, præstantissimum esse per se sapere; proximum, duci aliena ope. e Ar-

Vasquez. 1.2. disp. 62. c. 1. num. 1. med. 1. 2. quæst. 14.

„tam deliberationem, adhibito quoque consilio „prudentum.

„g) (CICERONIS:) *L. 1. de off. c. 9.* ubi addit, „*æquitas enim lucet ipsa per se, dubitatio cogitati-* „*onem significat injuriæ.* Plutarchus in Timoleonte: „*Requiritur non modo ut quod agitur sit honestum* „*justumque, sed ut firma ac constans adsit persuasio* „*unde fiat actio, ut quod fit, fiat ideo quod animus* „*ita faciendum judicaverit.*

h) (Grot.) (QUI VETANT QUICQUAM AGERE QUOD DUBITES:) *Plinius* lib. 1, epist. 18. *Quod dubitas, ne feceris.*

ADDITIO.

„Unde is qui errat in titulo jure civili non „usucapit, etsi revera titulus justus adfuerit. *l. 32.* „*§. 1. ff. usurp.*

„i) (UBI ALICUI OMNINO ALTERUTRUM EST „FACIENDUM, ET DE UTROQUE AN ÆQUUM SIT, „DUBITATUR:) Si certo constet utrumque esse in„justum neutrum faciendum est, nec ex necessi„tate: Si vero dubitetur de utriusque æquitate, „nec res in potestate nostra sit, eligi potest id quod „minus malum videtur.

„k) (CICERO:) *L. 3. off. c. 1.*

„l) (QUINTILIANUS:) *Duo mala, licet sint om-* „*nino cautissime præcavenda, tamen si periculi ne-* „*cessitas ex his unum perpetrare compulerit, id* „*debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obli-* „*gare. Dist. 13. c. 1.* Et Cicero *3. in Verr. 87. Mini-* „*ma malorum eligenda. Tesm. h.*

„a) (NON IN MEDIO HÆRET, SED HUC AUT „ILLUC DUCITUR:) Non ambiguus manet, sed „inclinat magis in alterutram partem. *Gron. h.*

b) (Grot.) (ARGUMENTIS EX REPETITIS, AUT EX OPINIONE, QUAM HABET DE ALIIS HOMINIBUS:) *Augustinus* lib. 2. de Ordine: *duplex est via, quam sequimur, cum rerum nos obscuritas movet, aut rationem, aut certe auctoritatem.* (Cap. 5.) Explicat hoc *Gabriel Vasquez* disput. LXII. cap. 3. num. 10.

„c) (SENTENTIAM SUPER EA RE PRONUNCI„ANTIBUS:) Teneri enim audire consilia pruden„tum Grotius ait §. *seq.*

d) (Grot.) (ILLUD HESIODI:) Usus est Minutius post malam pugnam apud *Livium* libro XXII. (cap. 29) *Eum primum esse virum qui consulat quid in rem sit: secundum eum, qui monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere sciat, eum extremi ingenii esse.* Et pro A. Cluentio *Tullius*: *sapientissimum esse dicunt eum, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.* (Cap. 31.) *Hesiodi* versus, unde hæc fluxere, sic habent:

Οὗτος μὲν πανάριςος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει.
Φρασσάμενος τὰ κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλȣ ἀκȣ́ων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὃδ' αὖ ἀχρήιος ἀνήρ.
Ille quidem ante omnes, per se ipse quid utile, quid non
Qui videt, & longe fines prospectat agendi:
Qui bene consultis didicit parere, secundus.
At qui consiliis pollet nihil ipse, nec audit
Suadentes alios, nullus homo vivit ad usus.

(Oper. & Dier. *vers. 293. & seqq.*)

ADDITIO.

„*Hesiod.* Ἐργ. *v. 291. Liv. 22. 29. Gron. h.*

[e] Argumenta ex re petuntur e caufis, effectis, & adjunctis aliis.

§. IV.

Victor. de Ind. Rel. 1. n. 12. & de d Jure Belli, 21. & 24. Tom. II.

1. Sed [a] ad hæc recte nofcenda [b] ufu quodam & peritia opus eft; quam qui non habent, [c] ut activum judicium recte conforment, tenentur audire fapientum confilia, Nam ἔνδοξα, five [e] probabilia funt, Ariftotele tefte, quæ omnibus videntur, aut plurimis, aut certe fapientibus; iisque rurfum aut omnibus, aut pluribus, aut præftantioribus. [f] Et hac via judicandi maxime utuntur reges, quibus [g] artium momenta edifcere aut expendere vix vacat:

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

Dat fapere regi turba fapientum comes.

p. 378. B. C. Ariftides de concordia ad Rhodios ait: ficut [h] in facti quæftionibus [i] id pro vero habetur unde plures maximeque idonei ftant teftes, [k] ita fententiarum eas fequendas quæ plurimis præftantiffimisque nitantur auctoribus. Sic Romani veteres non nifi [l] confulto collegio fecialium, ad id inftituto, Imperatores Chriftiani vix nifi [m] auditis Epifcopis, bella fufcipiebant, [n] ut fi quid effet quod religionem poffet injicere, ejus monerentur.

§. V.

„e) (ARGUMENTA EX RE PETUNTOR E CAUSIS &C.) Omne dubium in hac materia oritur „ex facto ipfo, fi fcilicet ejus circumftantiæ dubiæ „& incertæ funt, & ex animo agentis, fi nimirum „non conftet an malitia, an cafu, an culpa egerit.

„a) (AD HÆC:) Scilicet argumenta, quæ ex „re petuntur.

„b) (USU QUODAM ET PERITIA OPUS EST:) „Quia facti interpretatio admodum fallit. *l. 2. ff.* „*Jur. ign.*

„c) (UT ACTIVUM JUDICIUM RECTE CONFORMENT:) Ut in examinando facto rite procedant.

„d) (TENENTUR AUDIRE SAPIENTUM CONSILIA:) Sane etiam privatis imputatur fi peritorum „confilium non adhibeant.

„e) (PROBABILIA SUNT:) Adeoque non ea pro„babilia funt quæ nobis talia videntur, fed quæ „aut omnibus, aut faltem fapientioribus, & inter „hos illis qui præftantiores funt.

„f) (ET HAC VIA JUDICANDI MAXIME UTUNTUR REGES:) Vix enim reges funt, qui non con„filium aliquod ftatus deligunt, ad quod in caufis „arduis recurrunt.

„g) (ARTIUM MOMENTA:) I. e. præcepta acti„vum judicium recte confirmandi.

„h) (IN FACTI QUÆSTIONIBUS:) I. e. in veri„tate & circumftantiis facti examinandis.

„i) (ID PRO VERO HABETUR, UNDE PLURES „MAXIMEQUE IDONEI STANT TESTES:) Vid. *Mar„tini in Comment. Forenfi tit. XX. §. 3. n. 247.* „*feq. ibique Dd.*

„k) (ITA SENTENTIARUM EAS SEQUENDAS:) „Ad eum effectum ut quis de veritate certus fit.

l) (CONSULTO COLLEGIO FECIALIUM:) De quo „ritu late egi fupra *l. 2. c. 15. §. 3.*

„m) (NISI AUDITIS EPISCOPIS:) Qui tunc foli „jurium periti erant. Legimus apud *Cæfarem de* „*B. G. l. 6. & Tacit. d. M. G. c. 11.* antiquiffimo „Gallorum & Germanorum more facerdotes in „omni deliberatione publica judicium tuliffe num „jure fieri potuerit. Atque hæc vera eft origo „hodiernorum Archicancellariorum imperii. *Vid.* „*B. Parent. I. publ. c. 10. §. 3. 4. 5. & 6.*

„n) (UT SI QUID ESSET QUOD RELIGIONEM „POSSET INJICERE:) Illi enim foli divinarum & „humanarum rerum periti cenfebantur. *d. §. 4.* „*& 5.*

„) (AD §. V.) Author ait: fi utrinque argu„menta fint æque probalia optionem effe judican„tis, nifi de re gravi agatur, fcilicet de bello; „At dictum jam eft in dubio, & ubi argumenta „utrinque æqua funt probabilia, juftam belli cau„fam non effe.

„a) (SIVE INTRINSECA:) I. e. ex re petita. „*Vid. §. 3.*

„b) (SIVE

§. V.

1. Accidere autem in multis controversiis potest, ut ab utraque parte probabilia se ostendant argumenta, [a] sive intrinseca, [b] sive ab aliorum auctoritate. Id cum accidit, si res mediocres sunt de quibus agitur, [c] videtur vitio carere posse electio, in utramvis partem ceciderit. At si de re magni momenti, ut de supplicio capitali hominis, agitur, jam propter magnum discrimen quod est inter eligenda, [d] præferenda est pars tutior, ut dici solet:

[e] *In istam partem potius peccato tamen.* Terent. Adelp. II. 1. 20.

[f] Ideo satius est nocentem absolvere quam innocentem condemnare.

2. Scriptor problematum quæ Aristotelis nomen præferunt: Sect. 19. n. 13. ἕκαςος ἡμῶν μᾶλλον ἂν προέλοιτο τοῦ ἀδικοῦντος ἀποψηφίσασθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἢ τοῦ μὴ ἀδικοῦντος καταψηφίσασθαι ὡς ἀδικεῖ (quibus in verbis vulgo pro ἀδικοῦντος, legitur μὴ ἀδικοῦντος & contra.) *Nemo est nostrum*, ait, *qui non malit absolvere quamvis nocentem, quam damnare innocentem.* [g] Et mox addit rationem quam jam dedimus; ἐςι γὰρ ὅταν τὶς ἀμφιδοξῇ, τὰ ἐλάττω τῶν ἁμαρτημάτων αἱρετέον; *Nam ubi quis dubitat, eligendum in quo minus delinquitur.* Antiphon: εἰ δέον τι ἁμαρτεῖν, τὸ ἀδίκως ἀπολῦσαι ὁσιώτερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι. τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημά ἐςι, τὸ δὲ ἀδίκως ἀποκτεῖναι ἀσέβημα: *Si errandum est, sine jure absolvere quam per injuriam condemnare est sanctius. Nam in illo error est, in damnatione insontis, facinus.* Orat 14. 15. pag. 133. Ed. Wech.

§. VI.

„b) (SIVE AB ALIORUM AUTHORITATE:) „Quos rex consuluit. *Vid.* §. 4.

„c) (VIDETUR VITIO CARERE POSSE ELECTIO:) „Imo etiam in re mediocri certus esse debet de „suo jure, nec ante agere potest.

d) (Grot.) (PRÆFERENDA EST PARS TUTIOR:) *Ammianus Marcellinus* libro XXVIII. *Si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas. Sin autem exorabiles, summa levitas: quæ tamen, ut in malis, acerbitati anteponenda est.* [Cap. 1. p. 562. ex *Cicerone* ad Q. fratrem, Epist. 1.] Et hoc explicat *Vasquez* dicto libro, c. 4. num. 21.

ADDITIO.

„Abstinere a bello debet, non quia in re magni momenti pars tutior eligenda est, sed quia in „causa dubia non constat injuriam factam esse.

„e) (IN ISTAM PARTEM:) *Terent. Adelph.* 2. „1. 20.

„f) (IDEO SATIUS EST NOCENTEM ABSOLVERE:) Dixi rationem non in eo consistere, „quod in re magni momenti tutius sit reum ab- „solvi, (nam id etiam in minori debito obtinet) „sed quia quamdiu de injuria non certo constat, „res manet in pristino statu. *Vid. supra l.* 2. *c.* 7. „§. 2. Conf. *l.* 5. *ff. Pœn.*

„g) (ET MOX ADDIT RATIONEM:) Ratio autem hujus rationis est, quod injuria non sit si „de ea certo non constet.

(AD §. VI.) Author tres modos proponit quibus vitari potest ne in bellum res deveniat, *colloquium, compromissum* & *sortem*: At hæc consilii sunt non juris, & non nisi ex utriusque voluntate locum habere possunt. Sane alter invitus jus suum compromisso aut sorti submittere non tenetur, inprimis si tutus est sua possessione.

„a) (MAXIMI AUTEM MOMENTI EST BELLUM:) „Dictum jam est in dubio nullum jus agendi com- „petere, adeoque nec bello agi posse, sive causa

 „sit

Apollonius Rhodins dixit: [d] Μηδ' αὔτως ἀλκῇ πρὶν ἔπεσσί γε πειρηθῆναι. Et Euripides: *Argon. III 185.* *Supplic. verf. 147.*

Λόγοισι πείσων, εἰ δὲ μή, βίᾳ δορός,
[*] Verbis id impetrabo; fin nequeo, manu.

Idem reprehendit Supplicibus civitates quæ hanc viam omitterent:

Et vos quoque urbes quæ [e] quod est verbis datum
Transigere, potius fertis ad cædem arbitram.

Achilles Iphigenia in Aulide:

Si paret æquo, nil mea vobis ope
Opus est salutis est in hoc uno satis
Ego simul amici gratiam servaverim:
Minusque vitio vertet omne agmen mihi,
[f] Ratione si rem gesserim, non viribus

Quod in Phœnisiis apud Euripidem legimus:

[g] πᾶν γὰρ ἐξαίρει λόγος
[h] Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν:

id auctum sic extulit apud Livium Phaneas; [b] *multa homines ne bellare necesse sit voluntate remittere, quæ bello & armis cogi non possint.* *Lib. 35. c. 45.* Mardonius apud Herodotum Polymnia Græcos culpat hac in parte: *Lib. 7. c. 9* τὺς χρεὼν ἐόντας ὁμογλώσσυς, κήρυξί τε διαχρωμένυς καὶ ἀγγέλοισι καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχῃσι: *quos oportuit, cum ejusdem essent linguæ, [i] caduceatorum & legatorum opera non præliis controversias tractare.*

2. Coriolanus apud Halicarnassensem: τὸ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτεῖν, καὶ μὴ τυγχάνοντα τύτυ πολεμεῖν, ἅπαντες ἂν ὁμολογῦσιν εἶναι καλόν: *Ant. Rom. L. 8 c. 8.* *Si quis non aliena cupiat, sed sua postulet, [k] atque iis*

„*) (VERBIS ID IMPETRABO:) I. e. reparationem postulabo: Quæ clarigatio est, non colloquium.

„e) (QUOD EST VERBIS DATUM TRANSIGERE:) Agitur ibi de supplicibus, qui reparationem offerebant: Hinc merito reprehendit civitates, quod conditiones quas supplices offerebant respuerent.

„f) (RATIONE SI REM GESSERIM &c.) Agitur ibi de mediatore, qui officia impendit antequam vis paretur.

„g) (Πᾶν &c.) Quæ ita vertit Gronovius *b. Omnia enim eximit colloquium, quæ alioqui ferrum hostile faceret.*

b) (Grot.) (MULTA HOMINES, NE BELLARE NECESSE SIT, VOLUNTATE REMITTERE, QUÆ BELLO ET ARMIS COGI NON POSSINT.) *Donatus* ad Eunuchum: *pervulgatum est enim, quod summa vi defenderis quum extorquetur, hoc idem postmodum remitti remittenti.* (Act. I. Sc. II. verf. 94.)

„i) (CADUCEATORUM ET LEGATORUM:) Injuria ibi erat notoria, sed improbat quod clarigatio fuerit neglecta & omissa, i. e. quod per caduceatores & legatos reparatione postulata non fuerit.

„k) (ATQUE IIS NON IMPETRATIS:) Facta scilicet clarigatione; non ergo quæstio erat de colloquio: Neque de injuria dubia ibi agitur, sed de certa.

„l) (QUÆ VERBIS COMPONI NEQUEUNT:) Ibi utriusque partis consensu colloquium placuit „Liv.

iis non impetratis bellum moveat, id omnium confessione æquum est. Apud
Lib. III. c. 2. eundem Halicarnassensem rex Tullus, [l] *quæ verbis componi neque-*
Annal. 15, 2. *unt, ea armis* ait *decerni.* Apud Tacitum Vologeses: *æquitate quam sanguine, causa quam armis retinere parta majoribus malueram.* Et
Cass. III. Var. 1. rex Theodoricus: *Tunc utile solum est ad arma concurrere, [m] cum locum apud adversarios justitia non potest invenire.*

§. VIII.

I. Alterum est inter eos qui communem judicem nullum habent [a] compromissum: ἐπὶ τὸν δίκας διδόντα ὡς νόμιμον ὡς ἐς ἀδικοῦντα ἰέναι,
Lib. 1. c. 85. ait Thucydides: *In eum qui arbitrum accipere paratus est nefas ut in injuriosum ire.* Sic de regno Argivo Adrastus & Amphiaraus Eri-
Lib. 4. c. 67. phylæ judicium permiserunt, narrante Diodoro. De Salamine inter
Plutarch. in Solon. p. 83. E. Athenienses & Megarenses lecti judices tres Lacedæmonii. Apud dictum modo Thucydidem Corcyrenses Corinthiis significant para-
Lib. 1. c. 28. tos se disceptare controversias apud Peloponnesi civitates, de qui-
Orat. Platon. II. p. 148. B. Tom. III. bus inter ipsos convenisset. Et Periclem laudat Aristides quod ut bellum vitaretur voluerit δίκῃ διαλύεσθαι περὶ τῶν διαφόρων, *de controversiis arbitros sumere.* Et Isocrates oratione adversus Ctesiphontem laudat Philippum Macedonem, quod quas habebat cum Atheniensibus controversias de iis paratus esset ἐπιτρέπειν πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ *arbitrium permittere alicui civitati æquæ utrique parti.*

2. [b]

„*Liv.* 1. c. 23.

„*m*)(CUM LOCUM APUD ADVERSARIOS JUSTITIA „NON POTEST INVENIRE:) I. e. ubi facta clari- „gatione adversarius reparare injuriam non vult:

a) (Grot.) (COMPROMISSUM:) Spreta plerumque potentioribus via. Vide *Connestagium* de Conjunctione regnorum Castellæ & Portugalliæ, digna tamen, quam insistant æqui & pacis amantes. Fecere magni reges ac populi, quorum in textu memoria. Addamus alios. Arbitri sumti inter magnum Norvagiæ & Canutum Daniæ reges de regno utroque certantes: Nempe quomodo Julianus primus ejus nominis cum Severo de principatu Romano certante interdicto agere voluit. [SPARTIAN. in Vit. *Pescennii Nigri*, Cap. 2] Magnus rex Suediæ arbiter sumtus inter Ericos duos Daniæ & Norvagiæ reges. In fœdere Lacedæmoniorum & Argivorum apud Thucydidem: δίκας διδόντας κατὰ πάτρια, *qui stare arbitris velent more avito.* Et mox: εἰ δέ τις τῶν ξυμμάχων πόλις πόλει ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθεῖν ἄν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πόλεσι δοκοίη. *Si qua sociarum civitatum cum socia civitate controversiam habeat, rem deferant ad civitatem, quæ utrisque æqua videbitur.* Est utrumque apud Thucydidem libro V. (c. 79.) M. Antoninum multi extra Romanum imperium populi controversiarum suarum, ut bella vitarent, arbitrum sumsere. meminit *Victor* & alii. Apud *Procopium* Gotthic. III. Gepidæ Langobardis dicunt: δίκῃ γὰρ διαλύειν τὰ διάφορα ἐν σπουδῇ ἔχομεν. δικάζεσθαι δὲ οἷς ἂν σπουδάζεται, βιάζεσθαι οὐδαμῇ πρόσεστιν. *arbitro sumto dirimere controversa parati sumus. at qui stare judicio volunt, eos vi impetere iniquum est.* (Cap. 34.) Apud eundem Gotthicorum IV. Theudibaldus Franc. rex paratum se ostendit, judicem accipere de iis quæ Romani disputabant. (*Cap.* 24.) Vide & quid olim Romani Philippo significaverint apud *Polybium* excerpto legationum n. 4. & quod est in fœdere Antiochi ex eodem *Polybio* itidem in excerptis n. 35. Rex Angliæ judex de Scotiæ successione: Comes Holsatus inter regem Daniæ & fratres, *Pontano* memorante historiæ Danicæ lib. VII. Adde exempla apud *Marianam* libro XXIV, cap. 20. XXIX, cap. 23. *Parutam* libris VII. & IX. *Bizarum* libro XII. *Crantzium* libro VI. Saxonicorum c. 15. & nostra infra libro III, cap. XX. §. XLVI. [Quod de *Marco Antonino* dicit Author, nec in iis, quæ nomine *Aurelii Victoris* circumferuntur, reperio, nec alibi. Certe in epitome *Victoris*

2. [b] Sic olim Ardeates & Aricini, poſtea Neopolitani & Nolani controverſias ſuas arbitrio populi Romani permiſerunt. Et Samnites in controverſia cum Romanis ad communes amicos provocant. Cyrus ſibi & Aſſyrio arbitrum fert regem Indorum. Pœni in controverſiis cum Maſiniſſa, ut bellum vitent, ad judicia provocant. Romani ipſi de controverſia cum Samnitibus apud [c] Livium ad communes ſocios. Et Philippus Macedo in controverſia cum Græcis ait ſe arbitrio uſurum populorum cum quibus pax utriſque fuiſſet. Parthis & Armeniis poſtulantibus Pompejus finibus regendis arbitros dedit. Fecialium Romanorum hoc præcipuum ait officium fuiſſe Plutarchus: οὐκ ἐᾶν ϛρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι; *ne finerent prius ad bellum veniri, quam ſpes omnis judicii obtinendi periiſſet.* De Gallorum Druidibus Strabo: ὥϛε καὶ πολέμȣς διήτων πρότερον καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον, *olim & inter bellantes erant arbitri, ac ſæpe jam acie congreſſuros diremerunt,* Eodem officio functos in Iberia ſacerdotes idem teſtis eſt.

Livius lib. 3. c. 71. Xen. Cyrop. lib. 2. c. 4. §. 7. Livius lib. 40. c. 17. Lib. 8. c. 23. Idem lib. 32. c. 10. Plutarch. Pomp. p. 637. In Num. p. 68. A. Lib. 4. p. 197. Lib. 11. p. 501.

3. [d] Maxime autem Chriſtiani reges & civitates [e] tenentur hanc inire viam ad arma vitanda. Nam ſi ut judicia alienorum a vera religione judicum vitarentur, [f] & a Judæis & a Chriſtianis arbitri quidam ſunt conſtituti, [g] & id a Paulo præceptum, quanto magis id faciendum eſt, [h] ut majus multo vitetur incommodum, id eſt bellum? Sic alicubi Tertullianus argumentatur, non militandum Chriſtiano, [i] ut cui ne litigare quidem liceat: quod tamen, ſecundum ea [k] quæ alibi diximus, [l] cum temperamento quodam eſt intelligendum.

Vid. de Jure bel. n. 28.

4. Et

ſtoris id dicitur de *Antonino Pio.* J. B.]

ADDITIO.

„Compromiſſum eſt conventio qua arbitri ſen„tentiæ utraque litigantium pars ſe ſe ſubmittit. „*Gron. h.* Quid ſi alter recuſet, an tunc dubitan„tis cauſa juſta eſt? Merito id negamus, non „enim certus eſt ſibi injuriam fieri, & jus ſuum „læſum eſſe.

„*b*) (SIC OLIM ARDEATES:) *Liv. l. 3. c. 71.*

„*c*) (LIVIUM:) *Lib. VIII.* 23.

d) (Grot.) (MAXIME AUTEM CHRISTIANI REGES ET CIVITATES TENENTUR HANC INIRE VIAM:) *Gregoras* libro X. de Alexandro Bulgaro: *οὐκ ἄξιον εἶναι λέγων Χριϛιανȣ̃ς ἀπηνῶς οὑτωσὶ κατ' ἀλλήλων ἐπιέναι, ἐνὸν ὁμοδοξεῖν ἀλλήλοις τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ ὁμοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρατάττεσθαι. indecorum eſſe Chriſtianis tanta cum acerbitate inter ſe armis certare, cum rationes ſint conveniendi ad pacem, & communes vires in impios vertendi.* (Pag. 219. *Edit. Genev.*)

„*e*) (TENENTUR HANC INIRE VIAM:) Pruden„ter ac pie facient ineundo eam viam, at alter „acceptare compromiſſum non tenetur, nec ſi re„cuſat ideo alterius cauſa juſta fiet.

„*f*) (ET A JUDÆIS ET A CHRISTIANIS AR„BITRI QUIDAM SUNT CONSTITUTI:) Cum ſub „Ethnicorum imperio eſſent.

„*g*) (ET ID A PAULO PRÆCEPTUM:) 1 *Cor. 6.* „*v. 3.* non per modum legis, ſed per modum con„ſilii, & quia id laudabile eſt.

„*h*) (UT MULTO MAJUS: &c.) At cauſa hujus „mali non eſt is qui jure ſuo utitur, & arbitrium „recuſat, ſed is qui bellum movet cum de injuria „non conſtet.

„*i*) (UT CUI NE LITIGARE QUIDEM LICEAT:) „Scilicet coram Judice Gentili. *Vid. l. 1. c. 2. §. 8.* „*n.* 4. At non loquitur de eo quod juris, ſed „quod virtutis eſt.

„k) (QUÆ ALIBI:) *L. 1. c. 2. §. 8. 9. 10. & 12.*

„*l*) (CUM TEMPERAMENTO QUODAM:) Nimi-

„rum

Molina disp. 103. § quando int. Ægid. Reg. de act. supern. disp. 31. dub. 4 n. 72. Biblioth. lib. 5. c. 31. Geogr. lib. 4 pag. 197.

4. Et tum ob hanc tum ob alias causas utile esset, imo quodammodo factu necessarium, m conventus quosdam haberi Christianarum potestatum, ubi per eos quorum res non interest aliorum controversiæ definiantur: imo & rationes ineantur n cogendi partes ut æquis legibus pacem accipiant: quem & ipsum olim apud Gallos o Druidum fuisse usum Diodoro ac Straboni proditum. Etiam p proceribus suis de regni divisione judicium permisisse Francos reges legimus.

§. IX.

Thom. 2. 2. qu. 95. art. 8. & ibi Cajetan.

a Tertia ratio est b per sortem: quam c in hoc commendat Dion

„rum ne militent Christiani gentilibus, & ne litigent contra Christianos in foro gentili: rationem dedimus *dicto c. 2. §. 8*,

„m) (CONVENTUS QUOSDAM HABERI CHRISTIANARUM POTESTATUM:) Sic Leo X. consilium „dedit de communi fœdere contra Turcas ineundo, vi cujus omnes Christiani non tantum de suo „conferre possint, sed plane debeant. *Guicciard.* „*l. 12. p. 349. Huldenberg. de æquilibrio Jur. Gent.* „*c. 1. §. 7. & 8.* Latius patebat institutum Henrici „IV. qui, ut fama fert, commune aliquod concilium principum christianorum meditatus est, in „quo omnes causæ belli & pacis non vi sed jure „disceptari debuerint: de quo integram dissertationem scripsit præfatus *L. B. a Huldenberg d. l.* „*c. 2. & 3. per tot.*

n) (Grot.) (COGENDI PARTES, UT ÆQUIS LEGIBUS PACEM ACCIPIANT:) Vide exemplum apud *Cassiodorum* III, 1. 2. 3. 4. & *Gailium* de Pace publica, II, cap. XVIII. n. 12.

ADDITIO.

„Tale commune concilium olim fuit in Græcia. *Vid. l. 1. c 3. §. 17. 2.* In Germania quoque „fœdus Suevicum hunc in finem initum fuit. *Vid.* „*B. Par. J. publ. c.* hodieque tale commune „concilium inter plures civitas obtinet, ut in Belgio, „Helvetia &c.

o) (Grot.) (DRUIDUM FUISSE USUM:) Druidibus hac in parte, & meliori cum jure, episcopi successere. Vide epistolam episcoporum ad Ludovicum regem in *capitulis Caroli Calvi*, & de episcopis Hispaniæ *Rodericum* Toletanum libro VII. c. 3.

„p) (PROCERIBUS SUIS DE REGNI DIVISIONE „JUDICIUM PERMISISSE FRANCOS REGES:) Id non „factum est per modum compromissi, sed ideo „quia absque eorum quorum interest consensu imperium dividi non potest. *Vid. supra l. 2. c. 6.* „*per tot.*

„Monendum hic est speciem compromissi esse „MEDIATIONEM: Quia Mediatores quoque communi consensu eliguntur non ut decidant, sed ut „persuadeant, officia interponant &c. B. Parens „dissertationem conscripsit *de officio Mediatorum*, cujus compendium exposuimus in Elementis juris naturalis & Romani §. 232. usque ad „finem verba hæc sunt:

„Mediator est, qui transigendis litibus, inter „duas summas potestates ortis, ex utriusque partis „placito, volens intercedit.

„Constitui mediatores possunt mares & fœminæ, „etiam privati, cujusque religionis.

„Plerumque eligi solent Principes potentes, quorum interest publicam securitatem a neutro litigantium turbari, & quorum potentia metuenda „est iis qui justas pacis conditiones respuunt: Unde sæpius videmus mediatores in unius litigantium partes transiisse.

„Officium mediatorum est conciliare pacem, „omniaque quæ eo pertinent instruere.

„Hinc (a) præliminaria congressus præparant, „locum & diem congressus statuunt, (b) ceremoniale, quod vocant, instruunt, & suo nomine „publicant, (c) gravamina cujusque partis mediatori exhibentur, exhibita partibus communicantur, (d) mediatores lites intervenientes monendo, „hortando &c. componunt, (e) formulam pacis „delineant, (f) eis præsentibus paciscentes pacis „articulos subscribunt.

„Cæterum, mediator non est Guaranta pacis, „nec is interpretari pacem, si dubia est, potest.

„Finitur mediatoris officium, (1) finito negotio, si nimirum vel tractatus abrumpuntur, vel „pax conclusa est. (2) dissensu mutuo, (3) morte „mediatorum, nisi in successorem partes contulerint. (4) renunciatione vel mediatoris, vel „unius litigantium.

„a) (TERTIA RATIO EST PER SORTEM:) Author ait eum qui de justitia causæ suæ dubitat „sorti rem committere debere; nimirum si alter „consentiat: Quid si alter nolit? diximus inde „causam dubiam non fieri justam.

b) (Grot.) (PER SORTEM:) Vide *Augustinum* de Doctrina Christiana lib. 1. c. 28.

„c) (IN HOC:) Imo id non tantum commendat si causa dubia, sed etiam si certa est: nam „ipsum

Dion Chryſoſtomus oratione in Fortunam altera: & multo ante Pag. 599.
[d] Solomo Prov. XVIII, 18.

§. X.

1. [a] Sortis autem affine quid eſt certamen ſingulare, cujus uſus non videtur omnino repudiandus, ſi duo, [b] quorum controverſiæ alioqui totos populos graviſſimis malis ſint implicituræ, inter ſe parati ſint armis decernere, ut olim de Peloponneſo [c] Hyllus & Echemus, de regione ad Inachum: [d] Hyperochus & Phemius, de Elide: [e] Pyræchma Ætolus & Degmenus Epeus, de Iba Corbis & Orſua. Videtur enim id, [f] ſi non ab ipſis recte fieri, certe [g] a civitatibus poſſe acceptari ut minus malum. Apud Livium Metius Tullum ſic alloquitur: *Ineamus aliquam viam qua utri utris imperent ſine magna clade, ſine multo ſanguine utriusque populi decerni poſſit.* [h] Strabo vetuſtam hanc fuiſſe ait Græcorum conſuetudinem: [i] & apud Virgilium Æneas æquum fuiſſe ait ut inter ſe & Turnum eo modo res definiretur.

Herodot Calliop. ſive lib. 9, 26. Plut. quæſt. Gr. pag. 294. Strab. 8. Livius lib 28. c. 21. Lib. 1. cap. 23. Ubi ſupr. L. 8 p. 357.

2. Cer-

„ipſum bellum fors eſt; adeoque potius commendat ſortem quam tanta pericula & incommoda „non ſequuntur.

„d) (SALOMO PROV. XVIII.) *Contradictiones „comprimit ſors, & inter potentes quoque dijudicat.*

„a) (SORTIS AUTEM AFFINE QUID EST CERTAMEN SINGULARE:) Author conſilium dat ei „qui de juſtitia cauſæ dubitat, ut alteri certamen „ſingulare offerat idque licitum eſſe ſtatuit: Quod „admitti haud poteſt. Nam is qui de juſtitia cauſæ „ſuæ dubitat, nullum jus belli, neque privati neque publici habet, adeoque ſi alterum occidit „homicidii reus erit; Sed & ſi alter nolit decertare, ideo cauſa offerentis certamen juſta non fit, „ſed res manet in ſtatu quo eſt. Denique cauſa „populi eſt, jus publicum autem absque ejus „conſenſu committi certamini ſingulari ne„quit.

b) (Grot.) (QUORUM CONTROVERSIÆ ALIOQUI TOTOS POPULOS GRAVISSIMIS MALIS SINT IMPLICITURÆ;) Scriptor tragœdiæ *Thebaidos*, (Phœniſſ. *verſ. 564.*)

Rex ſit e vobis uter,
Manente regno quærit.

Dion Othone: πολὺ γὰρ που καὶ κρεῖττον καὶ δικαιότερόν ἐστιν ἕνα ὑπὲρ πάντων ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι. *Multo enim ſatius juſtiusque eſt, unum pro omnibus, quam multos unius cauſa perire.* (Xiphilin. pag. 240. B. *Ed. H. Steph.*)

ADDITIO.

„Vide omnino ea quæ Author habet. *l. 3. c. 20. „§. 43.*

„c) (HYLLUS ET ECHEMUS:) *Herod. Pol. 9. 2. 6.* „Fuit hic Echemus Evandri pater.

„d) (HYPEROCHUS ET PHEMIOS:) *Pluth. qu. „græc. 294.* Hyperochus erat Argivorum rex.

„e) (PYRECHMA ÆTOLUS ET DEGMENUS EPEUS:) „*Strabo l. 8. pag. 357.* Hic erat Ænianum rex.

„f) (SI NON AB IPSIS RECTE FIERI:) Imo „ſemper injuria eſt a parte ejus qui in cauſa „dubia, i. e. quam ipſe talem judicat, alterum „ad duellum provocat.

„g) (A CIVITATIBUS POSSE ACCEPTARI:) Ratione acceptantium (qui contendunt cauſam „ſuam juſtam eſſe,) eſt ſpecies neceſſariæ defenſionis, adeoque eligere oblatum certamen poſſunt ad evitandum bellum.

„h) (STRABO:) *d. l. 8. p. 357.*

i) (Grot.) (ET APUD VIRGILIUM:) Æneidos XI.

Æquius huic Turnum fuerat ſe opponere morti. (verſ. 115.)

Pari de cauſa Antonius Octavium ad ſingulare certamen provocabat. *Plutarchus* Antonio. (Non ea de cauſa, ſed ἀντικομπάζων, ut dicit *Plutarchus*, pag. 944. E. *J. B.*)

f)

2. Certe [l] inter cæteros Francorum veterum mores hunc im-
Cap. 2 pense laudat Agathias libro primo, cujus ipsa verba (sunt enim insignia) apponam. ἀλλ' εἴπερ ἄρα καὶ τιν' ἔριν τοῖς βασιλεῦσιν ἐγγενέσθαι συνενεχθείη παρατάττονται μὲν ἅπαντες ὡς πολεμήσοντες καὶ τοῖς ὅπλοις διακριθησόμενοι, καὶ εἶτα ὁμόσε χωροῦσιν. ἰδόντες δὲ ἀλλήλους ἑκατέρωθεν ἡ πληθὺς, αὐτίκα τὸ χαλεπαῖνον ἀποβάλλοντες εἰς ὁμοφροσύνην μεταχωροῦσι, καὶ τοὺς ἡγεμόνας κελεύουσι δίκῃ μᾶλλον τὰ ἀμφίβολα διακρινήσασθαι, εἰ δὲ μὴ, μόνους ἐκείνους ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς διακινδυνεύειν, ὡς οὐχ ὅσιον ὂν, οὐδὲ πάτριον, ἰδίας αὐτῶν ἕνεκα δυσμενείας, τὰ κοινὰ πημαίνεσθαι καὶ ἀνατετράφθαι. εὐθύς τε οὖν τάς τε φάλαγγας διαλύουσι, καὶ τὰ ὅπλα τίθενται, καὶ τὸ λοιπὸν εἰρήνη αὖθις καὶ ἡμερότης, φοιτήσεις τε παρ' ἀλλήλοις ἀφύλακτοι, καὶ ἐπιμιξίαι, καὶ φροῦδα οἴχεται τὰ δεινά. οὕτως ἄρα αὐτοῖς τὸ μὲν ὑπήκοον δίκαιον καὶ φιλόπατρι. τὸ δέ γε ἄρχον εὐμενὲς ἐν δέοντι καὶ πειθήνιον: *Si quæ forte inter reges oriantur controversiæ, aciem quidem omnes instruunt, tanquam bellaturi ad rem armis decernendam: & obviam alii aliis procedunt. At ubi conspicati sunt se invicem exercitus, abjecta ira ad concordiam redeunt, & regibus auctores sunt ut jure potius certent: aut si id nolint, ipsi inter se singulari dimicent certamine, & suo duntaxat ipsorum periculo rem transigant: Neque enim aut æquo & bono, aut patriis institutis convenire, ut ipsi ob propria odia bonum publicum labefactent aut evertant. Ergo confestim solvunt exercitus, & restituta pace tuto inter se commeant, sublatis malorum causis. Tanta in subditis cura justitiæ & patriæ amor: in regibus vero animus placidus & suis obsequens.*

§. XI.

Quanquam vero in causa dubia [a] pars utraque tenetur quærere conditiones quibus bellum vitetur, [b] magis tamen id tenetur qui petit

l) (Grot.) (INTER CÆTEROS FRANCORUM VETERUM MORES:) Vide *Caroli Calvi capitulum* apud *S. Arnulfum*, & *pactionem Aquisgranensem*. Æquitas eadem apud Langobardos. Vide *Paulum Warnafredi* libro I. cap. 12. IV. cap. 17. V. cap. 46.

ADDITIO.

„Alia exempla refert Bodinus *de rep. l.* 4. *c.* 7. „*n.* 474. *seq.* Inter Principes ad Aquilonem regen„tes nihil frequentius hisce duellis occurrit. Vi„deatur *Crantz. rer. Dan. l.* 1. *c.* 5. 18. 21. & 27. „Nota est provocatio illa ad duellum inter Car. V. „& Franciscum, Galliæ regem apud *Limm. ad* „*cap. Car. V. p.* 79. Cæterum an licitum sit con„dicto certamine bellum finire late examinat Au„thor *l.* 3. *c.* 20. §. 43. *seq.* Et an justus sit proban„di modus inter privatos, disputavimus in *Diss.* „*prooem. XII.* §. 691. *seq.* Conf. *supra l.* 2. *c.* 1. §. 10. „& 15.

„*a*) (PARS UTRAQUE TENETUR QUÆRERE CON„DITIONES:) Diximus laudabiliter facere qui acceptant tales conditiones, at nemo offerre vel acceptare „eas tenetur, si justam se causam habere existimat.

b) (Grot.) (MAGIS TAMEN AD ID TENETUR QUI PETIT, QUAM QUI POSSIDET:) Vide *Herreram* Tomo II.

ADDITIO.

„Regula naturæ est, meliorem esse conditio„nem possidentis. *Vid. supr. l.* 2. *c.* 2. §. 8. Sed „& rationes naturæ, cur is qui petit jus suum „docere teneatur, allegavimus supra *l.* 2. *c.* 7. §. 2 „*n.* 1.

tit quam qui possidet. [c] Ut enim in pari causa melior sit possidentis conditio, [c] non civili tantum juri sed & naturali convenit; [d] cujus rei causam alibi etiam ex Aristotelis quæ dicuntur Problematibus attulimus. [e] Atque hic & illud addendum est, ab eo qui justam causam habere se scit, sed documenta non habet sufficientia quibus possessorem de injustitia suæ possessionis convincat, bellum licite non sumi: [f] quia non habet jus cogendi alterum ut de possessione decedat.

L. in pari. 128. D. de R. I. Vict. de Jure bel. n. 27. & 30. Less. de Just. c. 29. dub. 10. Molina, disp. 103. §. injecando vero. Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 53. n 4. Lorca 2. sect. 40. disp. 53. Soto V. de Instit. jur. 41. art. 7.

§. XII.

Ubi vero & jus ambiguum est, [a] & neuter possidet, aut ex æquo uterque, ibi iniquus censendus erit [b] qui oblatam rei controversæ divisionem repudiat.

§. XIII

„n. 1. Non autem probat, qui ipse de jure suo „dubitat.

„c) (NON CIVILI TANTUM JURI:) *L. 128. pr. „Reg. jur. ibique Goth.* ubi late textus eo perti„nentes cumulat.

„d) (CUJUS REI CAUSAM ALIBI ETIAM EX „ARISTOTELE ATTULIMUS:) *Vid. l. 2. c. 2. §. 8.* „Vera ratio est, quod res maneat in eodem statu „donec probetur mutatio. *Vid. Alciat. de prob. reg. 2.*

„e) (ATQUE HIC ET ILLUD ADDENDUM EST:) „Imo qui scit se justam belli causam habere bellum „licite sumit, etsi documenta non habeat, quia „Deus, qui testis & moderator est bellorum, per „eventum de justitia causæ decisurus est. Ipse Au„thor *inter privatos* ait deficientibus documentis „redire jus pristinum, quo sibi ipsi quilibet (quod „ipsum tamen merito negamus) jus dicere potuit. „*Vid. l. 2. c. 7. §. 2. in fin.* Si igitur inter privatos „deficientibus documentis bellum privatum licite „sumi potest, cur non inter reges bellum publi„cum? Quod prolixius explicavi *d. c. 2. §. 8.*

„f) (QUIA NON HABET JUS COGENDI ALTE„TERUM, UT DE POSSESSIONE DECEDAT:) Imo „qui certus est alterum injuria possidere habet „jus eum cogendi; nam probatio in bello non fit „per documenta, sed per ultimam victoriam.

„a) (ET NEUTER POSSIDET:) Si enim alter „possidet, meliorem esse conditionem possidentis „diximus. *§. præced. lit. b.*

„b) (QUI OBLATAM REI CONTROVERSÆ DIVI„SIONEM REPUDIAT:) Author hic suadet, ut par„tes litigantes rem de qua litigatur dividant; ubi „duo supponit: (1) ut offerens dubitet de jure suo, „(2) ut neuter possideat, vel ex æquo uterque. At „utroque casu dicendum est, recusante eo qui „justam sibi scit esse causam jus belli inde non oriri.

(AD §. XIII.) Quærit Author: an bellum utrique justum esse possit? Et juxta varias acceptiones vocis *justi* hanc quæstionem decidit: Potius dicendum, non distinguendas hic esse voces *justi*, sed diversas quæstiones & causas jurium: *Aliud* enim est, an uterque possit habere jus belli gerendi; *aliud*, an illud de quo controversia est, & bellum geritur, respectu utriusque justum esse possit: Uterque litigantium *priori* sensu bellum juste gerit, quia uterque summa gaudet potestate, & superiorem non habet qui de justitia vel injustitia judicare possit: Ut autem hoc respectu bellum justum sit, non requiritur justitia causæ, sed tantum probitas & bona fides, ut quisque putet se habere justam causam, idque ideo, quia bellum est instar judicii, uti igitur ad justitiam litis non requiritur justitia causæ, quia de hac judex statuere debet, non litigantes, quibus sufficit quod putent justam litigandi causam se habere, & ejus judicium committunt judici; ita & ad jus belli gerendi non requiritur jus ipsius causæ de qua bellum geritur, sed sufficit justa opinio & bona fides de sua justitia, reliquum enim committitur summo rerum arbitro.

At *posteriori* sensu causa controversa justa utrinque esse non potest: cum enim utraque pars sibi jus esse contendat, rationi repugnat utriusque assertionem & prætensionem esse veram & justam, utpote directo sibi contrarium; in contradictoriis enim una tantum pars vera esse potest. Si ergo unus verum jus, seu justum sibi asserit, necessario alterius assertio falsa & injusta erit, cum insuper idem jus duorum in solidum esse nequeat. Cæterum id verum est, utriusque causam aliquid ex vero & justo habere posse.

ADDITIO.

„Grotius ait ex præmissis definiri posse agita„tam illam quæstionem: *An bellum utrinque ju„stum esse possit?* Distinguendas autem (I.) esse pu„tat varias acceptiones vocis *justi:* Justum enim „aliquid dici, (1) aut *ex causa*, aut *secundum effe„ctus*, (2) *ex causa* rursum aut *speciali acceptione „justitiæ*, aut *generali illa* qua *omnis rectitudo* eo „venit nomine (3) specialem acceptionem iterum „dividit in eam, *quæ ad opus pertinet*, & eam, „*quæ pertinet ad operantem. Vid. n. x.*

Bbb bbb bb 2 „His

„His præmissis (II.) concludit, *speciali acceptione justitiæ* bellum utrinque justum esse non posse: fieri tamen posse ut neuter injuste agat, si scilicet uterque putat justam sibi causam esse. *Vid. n.* 2.

„Sed & in *generali acceptione justitiæ* accidere posse, ait, ut pars utraque non tantum injustitia, sed & vitio careat, *vid. n.* 3. uti si causa dubia est, vel alieno nomine quis litigat, *ibid.* quanquam in bello vix temeritatem abesse putet. *Vid. n.* 4.

„Denique & (III.) si justum accipitur *secundum effectus quosdam juris*, hoc sensu bellum utrinque justum dici posse statuit. *Vid. n.* 5.

„Exemplum ponit in *bello publico solenni*: Huic enim bello, (quod nimirum inter duas summas potestates geritur, & indictum est) fingit gentes certa privilegia tribuisse, interque se convenisse, ut uterque jure agere videatur: Adeoque gentes hactenus recessisse a jure naturæ, quod præcise justam causam requirit, adeo, ut quælibet gens, imo quilibet privatus, ab eo qui sine justa causa bellum gerit, tanquam a prædone & homicida pœnam sumere possit.

„Vi igitur hujus privilegii gentium de justitia causæ non quæri, adeoque utrumque jure bellum gerere ait, non quidem quoad justitiam internam sed externam; cujus effectus est, ut etiam is qui injustam causam defendit impune hostem lædere, & rerum hostilium dominium externum acquirere, neque ideo ab aliis gentibus puniri possit: Quod systema plenius examinavimus in *Diss. procem. IV. § 20. seq. & Diss. IX. §. 63. seq.*

„Refutavimus suave hoc somnium in eadem *Diss. prooem. IX. §. 168.* & diximus, distinctionem inter *bellum solenne ex jure gentium & minus solenne* mere esse cerebrinam. Nam (1) alibi demonstravimus non dari jus gentium, nec existere talem constitutionem universalem qua gentes jura quædam inter se statuere voluisse appareat; adeoque (2) verum non est gentes constituisse ut bellum illud, quod inter duas potestates summas geritur & indictum est, solenne sit, & quod ei quosdam effectus singulares tribuerint, *impunitatem* scilicet intuitu aliarum gentium, & *dominium externum*. Unde quæso consensus, pactum, & statutum tale probari poterit? sane (3) omnes illi effectus juris particulares, quos Auctor bello solenni ex jure gentium tribuit, vel ad jus naturæ pertinent, vel plane non sunt juris, adeoque nec juris gentium. Inutilis ergo est tractatio operosa Grotii in explicandis his effectibus.

„(IV) Causam huic invento dedit quæstio illa celebris: *an bellum utrinque justum esse possit?* Grotius ex lumine rationis recte judicavit, alterutrum necessario injuria agere. Quia vero de justitia causæ inter duas summas potestates, quarum utraque jure se agere putat, nihil affirmari, adeoque neuter injuriæ argui potest, admodum hæret, quo sensu bella hæc justa utrinque dici possint; & tandem concludit, *jure gentium* id statutum esse.

„Id autem gentes saltem constituisse fingit in bellis *solennibus*: (quæ nimirum inter duas summas potestates geruntur & indicta sunt.) In *minus solennibus* vero (i. e. quæ a potestate non summa geruntur, vel quæ indicta non sunt) nec jure gentium bellum justum utrinque esse, sed eum qui injuria agit capta restituere teneri, & tanquam latronem, raptorem, &c. a quovis puniri posse.

„Equidem opus non fuisset, ut illa difficultas evitetur, ad distinctionem confugere quæ meris & vagis conjecturis nititur, ac omni ratione caret. Decisio propositæ quæstionis ex ipsa ratione naturali sequitur.

„Repetendum autem est, morali ratione inter duas summas potestates judicium de justitia causæ ferri non posse: Non ab *ipsis litigantibus*, quia uterque suam causam justam esse asserit; nec ab *aliis gentibus*, quia gens in alias gentes judicium sibi arrogare nequit.

„*Suspensa igitur est justitia causæ*, & tota res dependet ab eventu belli; indeque suspendi quoque debet judicium de justitia causæ, donec Deus, bellorum arbiter, litem hanc per ultimam victoriam decidat.

„Sed anne durante saltem hac lite uterque jure agit? Anne uterque mediis defensionis propitio jure uti potest? Resp. Nec hoc admittimus: quia is qui injuria agit, etsi id publice non testetur, omnia illicite agit, adeoque hæc ipsa defensionis media injusta sunt.

„At, ais, uterque in bona fide esse, & jure se agere opinari potest, adeoque saltem ex opinione litigantium utrinque bellum justum erit. Resp. Ex eo quod quis opinatur sibi justam esse causam non sequitur eam vere justam esse: facile enim in propria imprimis causa falli potest: sed & vix est ut uterque in bona fide esse possit circa justitiam causæ; ea enim est rationis nostræ conditio, ut examinatis rite circumstantiis, & adhibitio consilio prudentum, facile cuivis constare possit quid justum sit, quid injustum. Si quis igitur vel ex malitia, vel ex ignorantia, justam sibi fingit causam quæ talis non est, semper injuria manet, & eventus belli id declaraturus est.

„Illustratur hæc ratio exemplo litium privatarum, in quibus durante processu pariter neuter litigantium injuriæ argui potest. Tota enim quæstio de justitia causæ suspensa est, usque dum per sententiam judicis de ea constet, eâque declaretur cujus causa injusta sit, quis injuria processui causam dederit, adeoque quis & ad reparationem, & ad pœnam teneatur.

„Cum vero dictum sit, gentes in duas summas potestates bellum inter se gerentes, judicium sibi sumere non posse, necessario inde sequi videtur, eos utriusque factum pro jure habere? Resp. Formula illa, quod gentes *utriusque factum pro jure habeant*, nihil aliud significat, quam quod judicium de jure belli suspendant, & præsentem utrobique sequantur possessionem. Inde autem non sequitur, gentes asserere aut statuere bellum utrinque esse justum; quod insigne mendacium foret.

„Hinc jam omnes illæ differentiæ inter *jus naturæ*, & *jus gentium* quod Auctor in *bello solenni* obtuere,

§. XIII.

1. [a] Ex his quæ diximus definiri poteſt [b] illa a multis agitata quæſtio, [c] an bellum [d] ratione habita eorum qui principales belli motores ſunt utrinque juſtum eſſe poſſit. [e] Diſtinguendæ enim ſunt variæ acceptiones vocis juſti. Juſtum enim aliquid dicitur [f] aut ex causa, [g] aut ſecundum effectus. Ex cauſa rurſum, [h] aut ſpeciali acceptione juſtitiæ, [i] aut illa generali qua omnis rectitudo eo venit nomine. Specialis acceptio iterum dividitur [k] in eam quæ ad opus pertinet [l] & eam quæ pertinet ad operantem: nam ipſe operans juſte agere interdum dicitur, [m] quoties injuſte non agit, [n] etiamſi id quod agit juſtum non ſit: quomodo recte diſtinguit Ariſtoteles, τὸ ἀδικεῖν, & τὸ ἄδικον πράττειν [o] *injuſte agere.* [p] & *agere quod injuſtum eſt:*

Covar. c. peccatum §. 10. n. 6. Alc. 2. parad. 21. Fulgoſ. l. 5. de Juſt. Piccolom. lib. VI. Phil. Civil c. 21. Alberic. Gent. l. 1. c. 6. L. V. Eth. c. 10. & 11. Rhet. 1. c. 13. Aug. l. 15. de Civ. Dei c. 5. & lib 19. c. 15. Covarr. c. peccat. §. 10. n. 2. Vict. n. 32. Suares de Legibus lib. III. c. 8. Alph. de Caſtro de Poteſt. leg. pœnal. l. 1. c. 1. & 3.

2.

„neat, ultro corruunt. Nam is, qui injuſtam tuetur cauſam omnia illicite agit, injuria interficit „hoſtem, perſonas & res ejus capit &c. Quod „vero neuter convinci de injuria poſſit id oritur „ex natura rei, quia judicem & ſuperiorem „non habent bellum gerentes, qui de injuſtitia „cauſæ cognoſcat.

„Etſi vero tales prædones gentium hominum „judicio non ſubſint, certum tamen eſt ſeveriori „longe judicio ſubjectos eſſe, nimirum judicio „ſummi numinis, bellorum arbitri, cui illi qui „injuſtam cauſam fovent, tanquam omnium cædium & rapinarum durante bello commiſſarum „authores, graviſſimas pœnas, ſive temporales „ſive æternas, daturi ſunt.

„a) (EX HIS QUÆ DIXIMUS:) De cauſis ſcl. „belli dubiis, & quomodo tunc procedendum ſit.

„b) (ILLA A MULTIS AGITATA QUÆSTIO:) „Quæ hactenus a nemine recte deciſa eſt.

„c) (AN BELLUM &c. UTRINQUE JUSTUM ESSE POSSIT:) Adeoque an uterque bellum gerentium juſtam habere cauſam poſſit?.

„d) (RATIONE HABITA EORUM QUI PRINCIPALES BELLI MOTORES SUNT:) Imo in iis, „quoque qui utrique parti tanquam ſocii vel mercenarii accedunt, hæc quæſtio uſum habere poteſt.

e) (Grot.) (DISTINGUNDÆ SUNT VARIÆ ACCEPTIONES VOCIS JUSTI:) Sic *Gratianus* cauſa XI, quæſtione III. poſt c. Epiſcopus, 65. diſtinguit *juſtitiam cauſæ, ordinis, animi.*

ADDITIO.

„Has diſtinctiones, obſcuras admodum, rem „non exhaurire, nec ex illis quæſtionem decidi „poſſe, quin pleraſque falſas eſſe, & ad diſciplinam „juris naturalis non pertinere vidimus: In genere „dicendum eſt, nullo ſenſu bellum utrinque „juſtum eſſe poſſe: Sed ſuſpendi debet judicium „usque dum belli eventus de juſtitia cauſæ decidat: „Per ultimam enim victoriam victus reus fit judicio Dei, qui bellorum arbiter eſt. *Vid. prol.* §. „28. Adde *Supra l. 1 c. 3 §. 4. l. 2. c. 15. §. 13. n.* „*1. c. 17. §. 18. & infra c. 26 §. 4. n. 3. Alciat. l.* „*2. Paradox in fin. Burgers l. 1. obſ. 7.*

„f) (AUT EX CAUSA:) Quando ſcil. cauſa belli „juſta eſt, ſive jure *ſociali*, ſive jure naturæ *laxiori* ſenſu ſumto.

„g) (AUT SECUNDUM EFFECTUS:) Si juſtum „bellum eſt quoad effectus ſaltem externos, uti in bello „publico & jure gentium ſolenni. *Vid. n. 5.*

„h) (AUT SPECIALI ACCEPTIONE JUSTITIÆ:) „Quatenus cauſam habet a jure ſociali, adeoque „a jure naturæ proprie ſic dicto. *prol. §. 8.*

„i) (AUT ILLA GENERALI QUA OMNIS RECTITUDO &c.) Quæ non tantum præcipit quod „juſtum, ſed & quod rectum eſt. *Vid. proleg.* „*§. 9. l. 1. c. 1. §. 7. ſeq.*

„k) (IN EAM QUÆ AD OPUS PERTINET:) „Quo ſenſu bellum utrinque juſtum eſſe non poſſe „ait. *Vid. n. 2.*

„l) (ET EAM QUÆ PERTINET AD OPERANTEM:) Quo ſenſu utrumque non injuſte agere „poſſe ait. *vid. n. 2.*

„m) (QUOTIES INJUSTE NON AGIT:) i.e. Quoties neſcit ſe injuria agere *Vid. n. 2.*

„n) (ETIAMSI ID QUOD AGIT JUSTUM NON „SIT:) Acceptione ſcl. juſtitiæ ſpecialis ad rem ipſam „relata: At ipſe Author fatetur in bello vix eſſe „ut temeritas abeſſe poſſit. *vid. n. 4.*

„o) (INJUSTE AGERE:) Id enim ſupponit ſcientiam id quod agit injuſtum eſſe

„p) (ET AGERE QUOD INJUSTUM EST:) Quod „ſine culpa, imo & ſine vitio aliquando contin-

[e] Argumenta ex re petuntur e causis, effectis, & adjunctis aliis.

§. IV.

1. Sed [a] ad hæc recte noscenda [b] usu quodam & peritia opus est; quam qui non habent, [c] ut activum judicium recte conforment, tenentur [d] audire sapientum consilia, Nam ἔνδοξα, sive [e] probabilia sunt, Aristotele teste, quæ omnibus videntur, aut plurimis, aut certe sapientibus; iisque rursum aut omnibus, aut pluribus, aut præstantioribus. [f] Et hac via judicandi maxime utuntur reges, quibus [g] artium momenta ediscere aut expendere vix vacat:

Victor. de Ind. Rel. 1. n. 11. & de Jure Belli, 21. & 24. Tom. II.

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

Dat sapere regi turba sapientum comes.

p. 378. B. C. Aristides de concordia ad Rhodios ait: sicut [h] in facti quæstionibus [i] id pro vero habetur unde plures maximeque idonei stant testes, [k] ita sententiarum eas sequendas quæ plurimis præstantissimisque nitantur auctoribus. Sic Romani veteres non nisi [l] consulto collegio fecialium, ad id instituto, Imperatores Christiani vix nisi [m] auditis Episcopis, bella suscipiebant, [n] ut si quid esset quod religionem posset injicere, ejus monerentur.

§. V.

„e) (ARGUMENTA EX RE PETUNTUR E CAUSIS &c.) Omne dubium in hac materia oritur „ex facto ipso, si scilicet ejus circumstantiæ dubiæ „& incertæ sunt, & ex animo agentis, si nimirum „non constet an malitia, an casu, an culpa egerit.

„a) (AD HÆC:) Scilicet argumenta, quæ ex „re petuntur.

„b) (USU QUODAM ET PERITIA OPUS EST:) „Quia facti ioterpretatio admodum fallit. *l. 2. ff. „Jur. ign.*

„c) (UT ACTIVUM JUDICIUM RECTE CONFORMENT:) Ut in examinando facto rite procedant.

„d) (TENENTUR AUDIRE SAPIENTUM CONSILIA:) Sane etiam privatis imputatur si peritorum „consilium non adhibeant.

„e) (PROBABILIA SUNT:) Adeoque non ea pro„babilia sunt quæ nobis talia videntur, sed quæ „aut omnibus, aut saltem sapientioribus, & inter „hos illis qui præstantiores sunt.

„f) (ET HAC VIA JUDICANDI MAXIME UTUNTUR REGES:) Vix enim reges sunt, qui non con„silium aliquod status deligunt, ad quod in causis „arduis recurrunt.

„g) (ARTIUM MOMENTA:) I. e. præcepta acti„vum judicium recte confirmandi.

„h) (IN FACTI QUÆSTIONIBUS:) I. e. in veri„tate & circumstantiis facti examinandis.

„i) (ID PRO VERO HABETUR, UNDE PLURES „MAXIMEQUE IDONEI STANT TESTES:) Vid. *Mar„tini in Comment. Forensi tit. XX. §. 3. n. 247. „seq. ibique Dd.*

„k) (ITA SENTENTIARUM EAS SEQUENDAS:) „Ad eum effectum ut quis de veritate certus sit.

l) (CONSULTO COLLEGIO FECIALIUM:) De quo „ritu late egi supra *l. 2. c. 15. §. 3.*

„m) (NISI AUDITIS EPISCOPIS:) Qui tunc soli „jurium periti erant. Legimus apud *Cæsarem de „B. G. l. 6. & Tacit. d. M. G. c. 11.* antiquissimo „Gallorum & Germanorum more sacerdotes in „omni deliberatione publica judicium tulisse num „jure fieri potuerit. Atque hæc vera est origo „hodiernorum Archicancellariorum imperii. *Vid. „B. Parent. I. publ. c. 10. §. 3. 4. 5. & 6.*

„n) (UT SI QUID ESSET QUOD RELIGIONEM „POSSET INJICERE:) Illi enim soli divinarum & „humanarum rerum periti censebantur. *d. §. 4. „& 5.*

„) (AD §. V.) Author ait: si utrinque argu„menta sint æque probalia optionem esse judican„tis, nisi de re gravi agatur, scilicet de bello; „At dictum jam est in dubio, & ubi argumenta „utrinque æque sunt probabilia, justam belli cau„sam non esse.

„a) (SIVE INTRINSECA:) I. e. ex re petita. „*Vid. §. 3.*

„b) (SIVE

§. V.

1. Accidere autem in multis controversiis potest, ut ab utraque parte probabilia se ostendant argumenta, [a] sive intrinseca, [b] sive ab aliorum auctoritate. Id cum accidit, si res mediocres sunt de quibus agitur, [c] videtur vitio carere posse electio, in utramvis partem ceciderit. At si de re magni momenti, ut de supplicio capitali hominis, agitur, jam propter magnum discrimen quod est inter eligenda, [d] præferenda est pars tutior, ut dici solet:

[e] *In istam partem potius peccato tamen.* Terent. Adelp. II. 1. 20.

[f] Ideo satius est nocentem absolvere quam innocentem condemnare.

2. Scriptor problematum quæ Aristotelis nomen præferunt: Sect. 29. n. 13. ἕκαςος ἡμῶν μᾶλλον ἂν προέλοιτο τοῦ ἀδικοῦντος ἀποψηφίσασθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἢ τοῦ μὴ ἀδικοῦντος καταψηφίσασθαι ὡς ἀδικεῖ (quibus in verbis vulgo pro ἀδικοῦντος, legitur μὴ ἀδικοῦντος & contra.) *Nemo est nostrum*, ait, *qui non malit absolvere quamvis nocentem, quam damnare innocentem.* [g] Et mox addit rationem quam jam dedimus: ἔςι γὰρ ὅταν τὶς ἀμφιδοξῇ, τὰ ἐλάττω τῶν ἁμαρτημάτων αἱρετέον; *Nam ubi quis dubitat, eligendum in quo minus delinquitur.* Antiphon: εἰ δέον τι ἁμαρτεῖν, τὸ ἀδίκως ἀπολῦσαι ὁσιώτερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι. τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημά ἐςι, τὸ δὲ ἀδίκως ἀποκτεῖναι ἀσέβημα: Orat 14. 15. pag. 133. Ed. Wech. *Si errandum est, sine jure absolvere quam per injuriam condemnare est sanctius. Nam in illo error est, in damnatione insontis, facinus.*

§. VI.

„b) (SIVE AB ALIORUM AUTHORITATE:) „Quos rex consuluit. *Vid.* §. 4.

„c) (VIDETUR VITIO CARERE POSSE ELECTIO:) „Imo etiam in re mediocri certus esse debet de „suo jure, nec ante agere potest.

d) (Grot.) (PRÆFERENDA EST PARS TUTIOR:) *Ammianus Marcellinus* libro XXVIII. *Si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas. Sin autem exorabiles, summa levitas: quæ tamen, ut in malis, acerbitati anteponenda est.* [Cap. 1. p. 562. ex *Cicerone* ad Q. fratrem, Epist. 1.] Et hoc explicat *Vasquez* dicto libro, c. 4. num. 21.

ADDITIO.

„Abstinere a bello debet, non quia in re magni momenti pars tutior eligenda est, sed quia in „causa dubia non constat injuriam factam esse.

„e) (IN ISTAM PARTEM:) *Terent. Adelph.* 2. „1. 20.

„f) (IDEO SATIUS EST NOCENTEM ABSOLVERE:) Dixi rationem non in eo consistere, „quod in re magni momenti tutius sit reum ab„solvi, (nam id etiam in minori debito obtinet) „sed quia quamdiu de injuria non certo constat, „res manet in pristino statu. *Vid. supra l. 2. c. 7.* „§. 2. Conf. *l. 5. ff. Pœn.*

„g) (ET MOX ADDIT RATIONEM:) Ratio au„tem hujus rationis est, quod injuria non sit si „de ea certo non constet.

(AD §. VI.) Author tres modos proponit quibus vitari potest ne in bellum res deveniat, *colloquium, compromissum* & *sortem*: At hæc consilii sunt non juris, & non nisi ex utriusque voluntate locum habere possunt. Sane alter invitus jus suum compromisso aut sorti submittere non tenetur, inprimis si tutus est sua possessione.

„a) (MAXIMI AUTEM MOMENTI EST BELLUM:) „Dictum jam est in dubio nullum jus agendi com„petere, adeoque nec bello agi posse, sive causa

 „sit

Apollonius Rhodins dixit; [d] Μηδ' αὔτως ἀλκῇ πρὶν ἔπεσσί γε πειρηθῆναι. Et Euripides: *Argon. III 185. Supplic. verf. 347.*

Λόγοισι πείσων, εἰ δὲ μή, βίᾳ δορός,

**Verbis id impetrabo; fin nequeo, manu.*

Idem reprehendit Supplicibus civitates quæ hanc viam omitterent:

Et vos quoque urbes quæ [e] quod eſt verbis datum

Tranſigere, potius fertis ad cædem arbitram.

Achilles Iphigenia in Aulide:

Si paret æquo, nil mea vobis ope

Opus eſt ſalutis eſt in hoc uno ſatis

Ego ſimul amici gratiam ſervaverim:

Minusque vitio vertet omne agmen mihi,

[f] *Ratione ſi rem geſſerim, non viribus*

Quod in Phœniſiis apud Euripidem legimus:

[g] πᾶν γὰρ ἐξαίρει λόγος

Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν:

id auctum ſic extulit apud Livium Phaneas; [h] *multa homines ne bellare neceſſe ſit voluntate remittere, quæ bello & armis cogi non poſſint.* *Lib. 35. c. 45.* Mardonius apud Herodotum Polymnia Græcos culpat hac in parte: *Lib. 7. c. 9* τὺς χρεὼν ἐόντας ὁμογλώσσυς, κήρυξί τε διαχρωμένυς καὶ ἀγγέλοισι καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχῃσι: *quos oportuit, cum ejusdem eſſent linguæ, [i] caduceatorum & legatorum opera non præliis controverſias tractare.*

2. Coriolanus apud Halicarnaſſenſem: τὸ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτεῖν, καὶ μὴ τυγχάνοντα τύτυ πολεμεῖν, ἅπαντες ἂν ὁμολογῦσιν εἶναι καλόν: *Si quis non aliena cupiat, ſed ſua poſtulet, [k] atque iis* *Ant. Rom. L. 8 c. 8.*

„*) (VERBIS ID IMPETRABO:) I. e. reparationem poſtulabo: Quæ clarigatio eſt, non colloquium.

„e) (QUOD EST VERBIS DATUM TRANSIGERE:) „Agitur ibi de ſupplicibus, qui reparationem offerebant: Hinc merito reprehendit civitates, quod „conditiones quas ſupplices offerebant reſpuerent.

„f) (RATIONE SI REM GESSERIM &c.) Agitur „ibi de mediatore, qui officia impendit antequam vis paretur.

„g) (Πᾶν &c.) Quæ ita vertit Gronovius *b. „Omnia enim eximit colloquium, qua alioqui ferrum hoſtile faceret.*

h) (Grot.) (MULTA HOMINES, NE BELLARE NECESSE SIT, VOLUNTATE REMITTERE, QUÆ BELLO ET ARMIS COGI NON POSSINT.) *Donatus* ad Eunuchum: *pervulgatum eſt enim, quod ſumma vi defenderis quum extorquetur, hoc idem poſtmodum remitti remittenti.* (Act. I. Sc. II. verſ. 94.)

„i) (CADUCEATORUM ET LEGATORUM:) Injuria ibi erat notoria, ſed improbat quod clarigatio „fuerit neglecta & omiſſa, i. e. quod per caduceatores & legatos reparatione poſtulata non „fuerit.

„k) (ATQUE IIS NON IMPETRATIS:) Facta ſcilicet clarigatione; non ergo quæſtio erat de colloquio: Neque de injuria dubia ibi agitur, ſed de certa.

„l) (QUÆ VERBIS COMPONI NEQUEUNT:) Ibi „utriusque partis conſenſu colloquium placuit „Liv.

iis non impetratis bellum moveat, id omnium confessione æquum est. Apud [Lib. III. c. 2.] eundem Halicarnassensem rex Tullus, [l] *quæ verbis componi nequeunt, ea armis* ait *decerni.* Apud [Annal. 15, 2.] Tacitum Vologeses: *æquitate quam sanguine, causa quam armis retinere parta majoribus malueram.* Et [Cass. III. Var. I.] rex Theodoricus: *Tunc utile solum est ad arma concurrere,* [m] *cum locum apud adversarios justitia non potest invenire.*

§. VIII.

1. Alterum est inter eos qui communem judicem nullum habent [a] compromissum: ἐπὶ τὸν δίκας διδόντα ὡς νόμιμον ὡς ἐς ἀδικοῦντα ἰέναι, [Lib. I. c. 85.] ait Thucydides: *In eum qui arbitrum accipere paratus est nefas ut in injuriosum ire.* Sic de regno Argivo Adrastus & Amphiaraus Eri- [Lib. 4. c. 67.] phylæ judicium permiserunt, narrante Diodoro. De Salamine inter [Plutarch. in Solon. p. 83. E.] Athenienses & Megarenses lecti judices tres Lacedæmonii. Apud dictum modo Thucydidem Corcyrenses Corinthiis significant para- [Lib. I. c. 28.] tos se disceptare controversias apud Peloponnesi civitates, de quibus inter ipsos convenisset. Et Periclem laudat Aristides quod ut [Orat. Platon. II. p. 248. B. Tom. III.] bellum vitaretur voluerit δίκῃ διαλύεσθαι περὶ τῶν διαφόρων, *de controversiis arbitros sumere.* Et Isocrates oratione adversus Ctesiphontem laudat Philippum Macedonem, quod quas habebat cum Atheniensibus controversias de iis paratus esset ἐπιτρέπειν πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ *arbitrium permittere alicui civitati æquæ utrique parti.*

2. [b]

„*Liv.* I. c. 23.

„m)(CUM LOCUM APUD ADVERSARIOS JUSTITIA „NON POTEST INVENIRE:) I. e. ubi facta clari„gatione adversarius reparare injuriam non volt:

a) (Grot.) (COMPROMISSUM:) Spreta plerumque potentioribus via. Vide *Connestagium* de Conjunctione regnorum Castellæ & Portugalliæ, digna tamen, quam insistant æqui & pacis amantes. Fecere magni reges ac populi, quorum in textu memoria. Addamus alios. Arbitri sumti inter magnum Norvagiæ & Canutum Daniæ reges de regno utroque certantes: Nempe quomodo Julianus primus ejus nominis cum Severo de principatu Romano certante interdicto agere voluit. [SPARTIAN. in Vit. *Pescennii Nigri*, Cap. 2] Magnus rex Suediæ arbiter sumtus inter Ericos duos Daniæ & Norvagiæ reges. In fœdere Lacedæmoniorum & Argivorum apud Thucydidem: δίκας διδόντας κατὰ πάτρια, *qui stare arbitris volent more avito.* Et mox: εἰ δέ τις τῶν ξυμμάχων πόλις πόλει ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθεῖν ἄν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πόλεσι δοκοίη. *Si qua sociarum civitatum cum socia civitate controversiam habeat, rem deferant ad civitatem, quæ utrisque æqua videbitur.* Est utrumque apud Thucydidem libro V. (c. 79.) M. Antoninum multi extra Romanum imperium populi controversiarum suarum, ut bella vitarent, arbitrum sumsere. meminit *Victor* & alii. Apud *Procopium* Gotthic. III. Gepidæ Langobardis dicunt: δίκῃ γὰρ διαλύειν τὰ διάφορα ἐν σπουδῇ ἔχομεν. δικάζεσθαι δὲ οἷς ἂν συμβαίνεται, βιάζεσθαι οὐδαμῇ πρόσεστιν. *arbitro sumto dirimere controversa parati sumus. at qui stare judicio volunt, eos vi impetere iniquum est.* (Cap. 34.) Apud eundem Gotthicorum IV. Theudibaldus Franc. rex paratum se ostendit, judicem accipere de iis quæ Romani disputabant. (*Cap.* 24.) Vide & quid olim Romani Philippo significaverint apud *Polybium* excerpto legationum n. 4. & quod est in fœdere Antiochi ex eodem *Polybio* itidem in excerptis n. 35. Rex Angliæ judex de Scotiæ successione: Comes Holsatus inter regem Daniæ & fratres, *Pontano* memorante historiæ Danicæ lib. VII. Adde exempla apud *Marianam* libro XXIV. cap. 20. XXIX, cap. 23. *Parutam* libris VII. & IX. *Bizarum* libro XII. *Crantzium* libro VI. Saxonicorum c. 15. & nostra infra libro III, cap. XX. §. XLVI. [Quod de *Marco Antonino* dicit Author, nec in iis, quæ nomine *Aurelii Victoris* circumferuntur, reperio, nec alibi. Certe in epitome *Victoris*

2. *b* Sic olim Ardeates & Aricini, postea Neopolitani & Nolani controversias suas arbitrio populi Romani permiserunt. [*Livius lib. 3. c. 71.*] Et Samnites in controversia cum Romanis ad communes amicos provocant. Cyrus sibi & Assyrio arbitrum fert regem Indorum. Pœni in controversiis cum Masinissa, ut bellum vitent, ad judicia provocant. [*Xen. Cyrop. lib. 2. c. 4. §. 7.*] Romani ipsi de controversia cum Samnitibus apud *c* Livium ad communes socios. [*Livius lib. 40. c. 17.*] Et Philippus Macedo in controversia cum Græcis ait se arbitrio usurum populorum cum quibus pax utrisque fuisset. [*Lib. 8. c. 23.*] Parthis & Armeniis postulantibus Pompejus finibus regendis arbitros dedit. [*Idem lib. 32. c. 10.*] Fecialium Romanorum hoc præcipuum ait officium fuisse Plutarchus: οὐκ ἐᾶν ϛρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι; *ne finerent prius ad bellum veniri, quam spes omnis judicii obtinendi periisset.* [*Plutarch. Pomp. p. 637. In Num. p. 68. A.*] De Gallorum Druidibus Strabo: ὥϛε καὶ πολέμους διῄτων πρότερον καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον, *olim & inter bellantes erant arbitri, ac sæpe jam acie congressuros diremerunt*, [*Lib. 4. p. 197.*] Eodem officio functos in Iberia sacerdotes idem testis est. [*Lib. 11. p. 501.*]

3. *d* Maxime autem Christiani reges & civitates *e* tenentur hanc inire viam ad arma vitanda. Nam si ut judicia alienorum a vera religione judicum vitarentur, *f* & a Judæis & a Christianis arbitri quidam sunt constituti, *g* & id a Paulo præceptum, quanto magis id faciendum est, *h* ut majus multo vitetur incommodum, id est bellum? [*Vid. de Jure bel. n. 28.*] Sic alicubi Tertullianus argumentatur, non militandum Christiano, *i* ut cui ne litigare quidem liceat: quod tamen, secundum ea *k* quæ alibi diximus, *l* cum temperamento quodam est intelligendum.

4. Et

storis id dicitur de *Antonino Pio.* J. B.]

ADDITIO.

„Compromissum est conventio qua arbitri sen„tentiæ utraque litigantium pars se se submittit. „*Gron. h.* Quid si alter recuset, an tunc dubitan„tis causa justa est? Merito id negamus, non „enim certus est sibi injuriam fieri, & jus suum „læsum esse.

„*b*) (SIC OLIM ARDEATES:) *Liv. l. 3. c. 71.*

„*c*) (LIVIUM:) *Lib. VIII. 23.*

d) (Grot.) (MAXIME AUTEM CHRISTIANI REGES ET CIVITATES TENENTUR HANC INIRE VIAM:) *Gregoras* libro X. de Alexandro Bulgaro: *οὐκ ἄξιον εἶναι λέγων Χριϛιανοῖς ἀπηνῶς οὑτωσὶ κατ' ἀλλήλων ἐπιέναι, ἐνὸν ὁμοδοξοῦν ἀλλήλοις τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ ὁμοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρατάττεσθαι. indecorum esse Christianis tanta cum acerbitate inter se armis certare, cum rationes sint conveniendi ad pacem, & communes vires in impios vertendi.* (Pag. 219. *Edit. Genev.*)

„*e*) (TENENTUR HANC INIRE VIAM:) Pruden„ter ac pie facient ineundo eam viam, at alter „acceptare compromissum non tenetur, nec si re„cusat ideo alterius causa justa fiet.

„*f*) (ET A JUDÆIS ET A CHRISTIANIS AR„BITRI QUIDAM SUNT CONSTITUTI:) Cum sub „Ethnicorum imperio essent.

„*g*) (ET ID A PAULO PRÆCEPTUM:) 1 *Cor. 6.* „*v. 3.* non per modum legis, sed per modum con„silii, & quia id laudabile est.

„*h*) (UT MULTO MAJUS: &c.) At causa hujus „mali non est is qui jure suo utitur, & arbitrium „recusat, sed is qui bellum movet cum de injuria „non constet.

„*i*) (UT CUI NE LITIGARE QUIDEM LICEAT:) „Scilicet coram judice Gentili. *Vid. l. 1. c. 2. §. 8.* „*n.* 4. At non loquitur de eo quod juris, sed „quod virtutis est.

„k) (QUÆ ALIBI:) *L. 1. c. 2. §. 8. 9. 10. & 12.*

„*l*) (CUM TEMPERAMENTO QUODAM:) Nimi„rum

Molina disp. 103. § quando int. Ægid. Reg. de act. supern. disp. 31. dub. 4 n. 72. Biblioth. lib. 5. c. 31. Geogr. lib. 4 pag. 197.

4. Et tum ob hanc tum ob alias causas utile esset, imo quodammodo factu necessarium, *m* conventus quosdam haberi Christianarum potestatum, ubi per eos quorum res non interest aliorum controversiæ definiantur: imo & rationes ineantur *n* cogendi partes ut æquis legibus pacem accipiant: quem & ipsum olim apud Gallos *o* Druidum fuisse usum Diodoro ac Straboni proditum. Etiam *p* proceribus suis de regni divisione judicium permisisse Francos reges legimus.

§. IX.

Thom. 2, 2. qu. 95. art. 8. & ibi Cajetan.

a Tertia ratio est *b* per sortem: quam *c* in hoc commendat Dion

„rum ne militent Christiani gentilibus, & ne litigent contra Christianos in foro gentili: rationem dedimus *dicto c. 2. §. 8.*

„*m*) (CONVENTUS QUOSDAM HABERI CHRISTIANARUM POTESTATUM:) Sic Leo X. consilium „dedit de communi fœdere contra Turcas ineundo, vi cujus omnes Christiani non tantum de suo „conferre possint, sed plane debeant. *Guicciard. l. 12. p. 349. Huldenberg. de æquilibrio Jur. Gent. c. 1. §. 7. & 8.* Latius patebat institutum Henrici „IV. qui, ut fama fert, commune aliquod concilium principum christianorum meditatus est, in „quo omnes causæ belli & pacis non vi sed jure „disceptari debuerint: de quo integram dissertationem scripsit præfatus *L. B. a Huldenberg d. l. c. 2. & 3. per tot.*

n) (Grot.) (COGENDI PARTES, UT ÆQUIS LEGIBUS PACEM ACCIPIANT:) Vide exemplum apud *Cassiodorum* III, 1. 2. 3. 4. & *Gailium* de Pace publica, II, cap. XVIII. n. 12.

ADDITIO.

„Tale commune concilium olim fuit in Græcia. *Vid. l. 1. c 3. §. 17. 2.* In Germania quoque „fœdus Suevicum hunc in finem initum fuit. *Vid. B. Par. J. publ. c.* hodieque tale commune „concilium inter plures civitas obtinet, ut in Belgio, „Helvetia &c.

o) (Grot.) (DRUIDUM FUISSE USUM:) Druidibus hac in parte, & meliori cum jure, episcopi successere. Vide epistolam episcoporum ad Ludovicum regem in *capitulis Caroli Calvi*, & de episcopis Hispaniæ *Rodericum* Toletanum libro VII. c. 3.

„*p*) (PROCERIBUS SUIS DE REGNI DIVISIONE „JUDICIUM PERMISISSE FRANCOS REGES:) Id non „factum est per modum compromissi, sed ideo „quia absque eorum quorum interest consensu imperium dividi non potest. *Vid. supra l. 2. c. 6. per tot.*

„Monendum hic est speciem compromissi esse „MEDIATIONEM: Quia Mediatores quoque communi consensu eliguntur non ut decidant, sed ut „persuadeant, officia interponant &c. B. Parens „dissertationem conscripsit *de officio Mediatorum*, cujus compendium exposuimus in Elementis juris naturalis & Romani §. 232. usque ad „finem verba hæc sunt:

„Mediator est, qui transigendis litibus, inter „duas summas potestates ortis, ex utriusque partis „placito, volens intercedit.

„Constitui mediatores possunt mares & fœminæ, „etiam privati, cujusque religionis.

„Plerumque eligi solent Principes potentes, quorum interest publicam securitatem a neutro litigantium turbari, & quorum potentia metuenda „est iis qui justas pacis conditiones respuunt: Unde sæpius videmus mediatores in unius litigantium partes transiisse.

„Officium mediatorum est conciliare pacem, „omniaque quæ eo pertinent instruere.

„Hinc (a) præliminaria congressus præparant, „locum & diem congressus statuunt, (b) ceremoniale, quod vocant, instruunt, & suo nomine „publicant, (c) gravamina cujusque partis mediatori exhibentur, exhibita partibus communicantur, (d) mediatores lites intervenientes monendo, „hortando &c. componunt, (e) formulam pacis „delineant, (f) eis præsentibus paciscentes pacis „articulos subscribunt.

„Cæterum, mediator non est Guaranta pacis, „nec is interpretari pacem, si dubia est, potest.

„Finitur mediatoris officium, (1) finito negotio, si nimirum vel tractatus abrumpuntur, vel „pax conclusa est. (2) dissensu mutuo, (3) morte „mediatorum, nisi in successorem partes consenserint. (4) renunciatione vel mediatoris, vel „unius litigantium.

„*a*) (TERTIA RATIO EST PER SORTEM:) Author ait eum qui de justitia causæ suæ dubitat „sorti rem committere debere; nimirum si alter „consentiat: Quid si alter nolit? diximus inde „causam dubiam non fieri justam.

b) (Grot.) (PER SORTEM:) Vide *Augustinum* de Doctrina Christiana lib. 1. c. 28.

„*c*) (IN HOC:) Imo id non tantum commendat si causa dubia, sed etiam si certa est: nam „ipsum

Dion Chrysostomus oratione in Fortunam altera: & multo ante *Pag. 599.*
[d] Solomo Prov. XVIII, 18.

§. X.

1. [a] Sortis autem affine quid est certamen singulare, cujus usus
non videtur omnino repudiandus, si duo, [b] quorum controversiæ
alioqui totos populos gravissimis malis sint implicituræ, inter se pa-
rati sint armis decernere, ut olim de Peloponneso [c] Hyllus & Eche- *Herodot*
mus, de regione ad Inachum: [d] Hyperochus & Phemius, de Elide: *Calliop. sive lib.*
[e] Pyræchma Ætolus & Degmenus Epeus, de Iba Corbis & Orsua. *9. 26. Plut.*
Videtur enim id, [f] si non ab ipsis recte fieri, certe [g] a civitatibus *quæst. Gr. pag.*
posse acceptari ut minus malum. Apud Livium Metius Tullum sic *294. Strab. 8.*
alloquitur: *Ineamus aliquam viam qua utri utris imperent sine magna* *Livius lib 28.*
clade, sine multo sanguine utriusque populi decerni possit. [h] Strabo ve- *c. 21. Lib. 1.*
tustam hanc fuisse ait Græcorum consuetudinem: [i] & apud Virgi- *cap. 23. Ubi supr.*
lium Æneas æquum fuisse ait ut inter se & Turnum eo modo res de- *L. 8 p. 357.*
finiretur.

2. Cer-

„ipsum bellum sors est; adeoque potius commen-
„dat sortem quam tanta pericula & incommoda
„non sequuntur.

„d) (SALOMO PROV. XVIII.) *Contradictiones*
„*comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat.*

„a) (SORTIS AUTEM AFFINE QUID EST CER-
„TAMEN SINGULARE:) Author consilium dat ei
„qui de justitia causæ dubitat, ut alteri certamen
„singulare offerat idque licitum esse statuit: Quod
„admitti haud potest. Nam is qui de justitia causæ
„suæ dubitat, nullum jus belli, neque privati ne-
„que publici habet, adeoque si alterum occidit
„homicidii reus erit; Sed & si alter nolit decer-
„tare, ideo causa offerentis certamen justa non fit,
„sed res manet in statu quo est. Denique causa
„populi est, jus publicum auteoi absque ejus
„consensu committi certamini singulari ne-
„quit.

b) (Grot.) (QUORUM CONTROVERSIÆ ALIOQUI
TOTOS POPULOS GRAVISSIMIS MALIS SINT IM-
PLICITURÆ;) Scriptor tragœdiæ *Thebaidos*, (Phœniss. *vers. 564.*)

Rex sit e vobis uter,
Manente regno quærit.

Dion Othone: πολὺ γάρ πυ καὶ κρεῖττον καὶ δικαιότερόν ἐστιν ἕνα ὑπὲρ πάντων ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι *Multo enim satius justiusque est,* *unum pro omnibus, quam multos unius causa perire.* (Xiphilin. pag. 240, B. *Ed. H. Steph.*)

ADDITIO.

„Vide omnino ea quæ Author habet. *l. 3. c. 20.*
„*§. 43.*

„c) (HYLLUS ET ECHEMUS:) *Herod. Pol. 9. 2. 6.*
„Fuit hic Echemus Evandri pater.

„d) (HYPEROCHUS ET PHEMIUS:) *Pluth. qu.*
„*grae. 294.* Hyperochus erat Argivorum rex.

„e) (PYRECHMA ÆTOLUS ET DEGMENUS EPEUS:)
„*Strabo l. 8. pag. 357.* Hic erat Ænianum rex.

„f) (SI NON AB IPSIS RECTE FIERI:) Ioio
„semper injuria est a parte ejus qui in causa
„dubia, i. e. quam ipse talem judicat, alterum
„ad duellum provocat.

„g) (A CIVITATIBUS POSSE ACCEPTARI:) Ra-
„tione acceptantium (qui contendunt causam
„suam justam esse,) est species necessariæ defen-
„sionis, adeoque eligere oblatum certamen pos-
„sunt ad evitandum bellum.

„h) (STRABO:) *d. l. 8. p. 357.*

i) (Grot.) (ET APUD VIRGILIUM:) Æneidos XI.

Æquius huic Turnum fuerat se opponere morti.
(vers. 115.)

Pari de causa Antonius Octavium ad singulare certamen provocabat. *Plutarchus* Antonio. (Non ea de causa, sed ἀντικομπάζων, ut dicit *Plutarchus*, pag. 944. E. *J. B.*)

l)

2. Certe [l] inter cæteros Francorum veterum mores hunc impense laudat Agathias libro primo, cujus ipsa verba (sunt enim insignia) apponam. *ἀλλ' εἴπερ ἄρα καὶ τιν' ἔριν τοῖς βασιλεῦσιν ἐγγενέσθαι συνενεχθείη παρατάττονται μὲν ἅπαντες ὡς πολεμήσοντες καὶ τοῖς ὅπλοις διακριθησόμενοι, καὶ εἶτα ὁμόσε χωρȣ̃σιν. ἰδόντες δὲ ἀλλήλȣς ἑκατέρωθεν ἡ πληθὺς, αὐτίκα τὸ χαλεπαῖνον ἀποβάλλοντες εἰς ὁμοφροσύνην μεταχωρȣ̃σι, καὶ τȣ̀ς ἡγεμόνας κελεύȣσι δίκῃ μᾶλλον τὰ ἀμφίβολα διακρινήσασθαι, εἰ δὲ μὴ, μόνȣς ἐκείνȣς ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς διακινδυνεύειν, ὡς ȣ̓χ ὅσιον ὂν, ȣ̓δὲ πάτριον, ἰδίας αὐτῶν ἕνεκα δυσμενείας, τὰ κοινὰ πημαίνεσθαι καὶ ἀνατετράφθαι. εὐθύς τε ȣ̃ν τάς τε φάλαγγας διαλύȣσι, καὶ τὰ ὅπλα τίθενται, καὶ τὸ λοιπὸν εἰρήνη αὖθις καὶ ἡμερότης, φοιτήσεις τε παρ' ἀλλήλοις ἀφύλακτοι, καὶ ἐπιμιξίαι, καὶ φρȣ̃δα οἴχεται τὰ δεινά. ȣ̃τως ἄρα αὐτοῖς τὸ μὲν ὑπήκοον δίκαιον καὶ φιλόπατρι. τὸ δέ γε ἄρχον εὐμενὲς ἐν δέοντι καὶ πειθήνιον.* *Si quæ forte inter reges oriantur controversiæ, aciem quidem omnes instruunt, tanquam bellaturi ad rem armis decernendam: & obviam alii aliis procedunt. At ubi conspicati sunt se invicem exercitus, abjecta ira ad concordiam redeunt, & regibus auctores sunt ut jure potius certent: aut si id nolint, ipsi inter se singulari dimicent certamine, & suo duntaxat ipsorum periculo rem transigant: Neque enim aut æquo & bono, aut patriis institutis convenire, ut ipsi ob propria odia bonum publicum labefactent aut evertant. Ergo confestim solvunt exercitus, & restituta pace tuto inter se commeant, sublatis malorum causis. Tanta in subditis cura justitiæ & patriæ amor: in regibus vero animus placidus & suis obsequens.*

Cap. 2

§. XI.

Quanquam vero in causa dubia [a] pars utraque tenetur quærere conditiones quibus bellum vitetur, [b] magis tamen id tenetur qui petit

l) (Grot) (INTER CÆTEROS FRANCORUM VETERUM MORES:) Vide *Caroli Calvi capitulum* apud *S. Arnulfum*, & *pactionem Aquisgranensem.* Æquitas eadem apud Langobardos. Vide *Paulum Warnafredi* libro I. cap. 12. IV. cap. 17. V. cap. 46.

ADDITIO.

„Alia exempla refert Bodinus *de rep. l.* 4. *c.* 7. „*n.* 474. *seq.* Inter Principes ad Aquilonem regen„tes nihil frequentius hisce duellis occurrit. Vi„deatur *Crantz. rer. Dan. l.* 1. *c.* 5. 18. 21. & 27. „Nota est provocatio illa ad duellum inter Car. V. „& Franciscum, Galliæ regem apud *Limm. ad* „*cap. Car. V. p.* 79. Cæterum an licitum sit con„dicto certamine bellum finire late examinat Au„thor *l.* 3. *c.* 20. §. 43. *seq.* Et an justus sit proban„di modus inter privatos, disputavimus in *Diss.* „*prooem. XII.* §. 691. *seq.* Conf. *supra l.* 2. *c.* 1. §. 10. „& 15.

„a) (PARS UTRAQUE TENETUR QUÆRERE CON„DITIONES:) Diximus laudabiliter facere qui acceptant tales conditiones, at nemo offerre vel acceptare „eas tenetur, si justam se causam habere existimat.

b) (Grot.) (MAGIS TAMEN AD ID TENETUR QUI PETIT, QUAM QUI POSSIDET:) Vide *Herreram* Tomo II.

ADDITIO.

„Regula naturæ est, meliorem esse conditio„nem possidentis. *Vid. supr. l.* 2. *c.* 2. §. 8. Sed „& rationes naturæ, cur is qui petit jus suum „docere teneatur, allegavimus supra *l.* 2. *c.* 7. §. 2 „*n.* 1.

tit quam qui possidet. [b] Ut enim in pari causa melior sit possidentis conditio, [c] non civili tantum juri sed & naturali convenit; [d] cujus rei causam alibi etiam ex Aristotelis quæ dicuntur Problematibus attulimus. [e] Atque hic & illud addendum est, ab eo qui justam causam habere se scit, sed documenta non habet sufficientia quibus possessorem de injustitia suæ possessionis convincat, bellum licite non sumi: [f] quia non habet jus cogendi alterum ut de possessione decedat.

L. in pari. 128. D. de R. I. Vict. de Jure bel. n. 27. & 30. Less. de Just. c. 29. dub. 10. Molina, disp. 103. §. in secundo vero.

§. XII.

Ubi vero & jus ambiguum est, [a] & neuter possidet, aut ex æquo uterque, ibi iniquus censendus erit [b] qui oblatam rei controversæ divisionem repudiat.

Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 53. n. 4.

§. XIII

Lorca 2. sect. 42. disp. 53. Soto V. de Instit. jur. 41. art. 7.

„n. 1. Non autem probat, qui ipse de jure suo „dubitat.

„c) (NON CIVILI TANTUM JURI:) *L. 128. pr. „Reg. jur. ibique Goth.* ubi late textus eu perti„nentes cumulat.

„d) (CUJOS REI CAUSAM ALIBI ETIAM EX „ARISTOTELE ATTULIMUS:) *Vid. l. 2. c. 2. §. 8.* „Vera ratio est, quod res maneat in eodem statu „donec probetur mutatio. *Vid. Alciat. de prob. reg. 2.*

„e) (ATQUE HIC ET ILLUD ADDENDUM EST:) „Imo qui scit sa justam belli causam habere bellum „licite sumit, etsi documenta non habeat, quia „Deus, qui testis & moderator est bellorum, per „eventum de justitia causæ decisurus est. Ipse Au„thor *inter privatos* ait deficientibus documentis „redire jus pristinum, quo sibi ipsi quilibet (quod „ipsum tamen merito negamus) jus dicere ponit. „*Vid. l. 2. c. 7 §. 2. in fin.* Si igitur inter privatos „deficientibus documentis bellum privatum licite „sumi potest, cur non inter reges bellum publi„cum? Quod prolixius explicavi *d. c. 2. §. 8.*

„f) (QUIA NON HABET JUS COGENDI ALTE„TERUM, UT DE POSSESSIONE DECEDAT:) Imo „qui certus est alterum injuria possidere habet „jus eum cogendi; nam probatio in bello non fit „per documenta, sed per ultimam victoriam.

„a) (ET NEUTER POSSIDET:) Si enim alter „possidet, meliorem esse conditionem possidentis „diximus. *§. praced. lit. b.*

„b) (QUI OBLATAM REI CONTROVERSÆ DIVI„SIONEM REPUDIAT:) Author hic suadet, ut par„tes litigantes rem de qua litigatur dividant; ubi „duo supponit: (1) ut offerens dubitet de jure suo, „(2) ut neuter possideat, vel ex æquo uterque. At „utroque casu dicendum est, recusante eo qui „justam sibi scit esse causam jus belli inde non oriri.

(AD §. XIII.) Quærit Author: an bellum utrinque justum esse possit? Et juxta varias acceptiones vocis *justi* hanc quæstionem decidit: Potius dicendum, non distinguendas hic esse voces *justi*, sed diversas quæstiones & causas jurium: *Aliud* enim est, an uterque possit habere jus belli gerendi; *aliud*, an illud de quo controversia est, & bellum geritur, respectu utriusque justum esse possit: Uterque litigantium *priori* sensu bellum juste gerit, quia uterque summa gaudet potestate, & superiorem non habet qui de justitia vel injustitia judicare possit: Ut autem hoc respectu bellum justum sit, non requiritur justitia causæ, sed tantum probilitas & bona fides, ut quisque putet se habere justam causam, idque ideo, quia bellum est instar judicii, uti igitur ad justitiam litis non requiritur justitia causæ, quia de hac judex statuere debet, non litigantes, quibus sufficit quod putent justam litigandi causam se habere, & ejus judicium committunt judici; ita & ad jus belli gerendi non requiritur jus ipsius causæ de qua bellum geritur, sed sufficit justa opinio & bona fides de sua justitia, reliquum enim committitur summo rerum arbitro.

At *posteriori* sensu causa controversa justa utrinque esse non potest: cum enim utraque pars sibi jus esse contendat, rationi repugnat utriusque assertionem & prætensionem esse veram & justam, utpote directo sibi contrariam; in contradictoriis enim una tantum pars vera esse potest. Si ergo unus verum jus, seu justum sibi asserit, necessario alterius assertio falsa & injusta erit, cum insuper idem jus duorum in solidum esse nequeat. Cæterum id verum est, utriusque causam aliquid ex vero & justo habere posse.

ADDITIO.

„Grotius ait ex præmissis definiri posse agita„tam illam quæstionem: *An bellum utrinque ju„stum esse possit?* Distinguendas autem (I.) esse pu„tat varias acceptiones vocis *justi:* Justum enim „aliquid dici, (1) aut *ex causa*, aut *secundum effe„ctus*, (2) *ex causa* rursum aut *speciali acceptione „justitiæ*, aut *generali illa* qua *omnis rectitudo* eo „venit nomine (3) specialem acceptionem iterum „dividit in eam, *quæ ad opus pertinet*, & eam, „*quæ pertinet ad operantem. Vid. n. 4.*

„His

§. XIII.

I. a) Ex his quæ diximus definiri potest b) illa a multis agitata quæstio, c) an bellum d) ratione habita eorum qui principales belli motores sunt utrinque justum esse possit. e) Distinguendæ enim sunt variæ acceptiones vocis justi. Justum enim aliquid dicitur f) aut ex causa, g) aut secundum effectus. Ex causa rursum, h) aut speciali acceptione justitiæ, i) aut illa generali qua omnis rectitudo eo venit nomine. Specialis acceptio iterum dividitur k) in eam quæ ad opus pertinet l) & eam quæ pertinet ad operantem: nam ipse operans juste agere interdum dicitur, m) quoties injuste non agit, n) etiamsi id quod agit justum non sit: quomodo recte distinguit Aristoteles, τὸ ἀδικεῖν, & τὸ ἄδικον πράττειν o) *injuste agere.* p) & *agere quod injustum est:*

Covar. c. peccatum §. 10 n. 6. Alc. 2. parad. 21. Fulgos. l. 5. de Inst. Piccolom. lib. VI. Phil. Civil c. 21. Alberic. Gent. l. 1. c. 6.

2. L. V. Eth. c. 10. & 11. Rhet. 1. c. 13. Aug. l. 15. de Civ. Dei c. 5. & lib 19. c. 15. Covarr. c. peccat. §. 10. n. 2. Vict. n. 32. Suares de Legibus lib. III. c. 8. Alph. de Castro de Potest. leg. pœnal. l. 1. c. 1. & 3.

„neat, ultro corruunt. Nam is, qui injustam tuetur causam omnia illicite agit, injuria interficit „hostem, personas & res ejus capit &c. Quod „vero neuter convinci de injuria possit id oritur „ex natura rei, quia judicem & superiorem „non habent bellum gerentes, qui de injustitia „causæ cognoscat.

„Etsi vero tales prædones gentium hominum „judicio non subsint, certum tamen est severiori „longe judicio subjectos esse, nimirum judicio „summi numinis, bellorum arbitri, cui illi qui „injustam causam fovent, tanquam omnium cæ„dium & rapinarum durante bello commissarum „authores, gravissimas pœnas, sive temporales „sive æternas, daturi sunt.

„a) (EX HIS QUÆ DIXIMUS:) De causis scl. „belli dubiis, & quomodo tunc procedendum sit.

„b) (ILLA A MULTIS AGITATA QUÆSTIO:) „Quæ hactenus a nemine recte decisa est.

„c) (AN BELLUM &C. UTRINQUE JUSTUM ES„SE POSSIT:) Adeoque an uterque bellum geren„tium justam habere causam possit?

„d) (RATIONE HABITA EORUM QUI PRINCI„PALES BELLI MOTORES SUNT:) Imo in iis, „quoque qui utrique parti tanquam socii vel mer„cenarii accedunt, hæc quæstio usum habere pot„est.

e) (Grot.) (DISTINGUNDÆ SINT VARIÆ ACCEPTIONES VOCIS JUSTI:) Sic *Gratianus* causa XI, quæstione III. post c. Episcopus, 65. distinguit *justitiam causæ, ordinis, animi.*

ADDITIO.

„Has distinctiones, obscoras admodum, rem „non exhaurire, nec ex illis quæstionem decidi „posse, quin plerasque falsas esse, & ad disciplinam „juris naturalis non pertinere vidimus: In genere „dicendum est, nullo sensu bellum utrinque „justum esse posse: Sed suspendi debet judicium „usque dum belli eventus de justitia causæ decidat: „Per ultimam enim victoriam victus reus fit judi„cio Dei, qui bellorum arbiter est. *Vid. prol.* §. „28. Adde *Supra l. 1 c. 3* §. *4. l. 2. c. 15.* §. *13. n.* „*1. c. 17.* §. *18. & infra c. 26* §. *4. n. 3. Alciat. l.* „*2. Paradox in fin. Burgers l. 1. obs. 7.*

„f) (AUT EX CAUSA:) Quando scil. causa belli „justa est, sive jure *sociali*, sive jure naturæ *la*„*xiori* sensu sumto.

„g) (AUT SECUNDUM EFFECTUS:) Si justum „bellum est quoad effectus saltem externos, ut in bello „publico & jure gentium solenni. *Vid. n. 5.*

„h) (AUT SPECIALI ACCEPTIONE JUSTITIÆ:) „Quatenus causam habet a jure sociali, adeoque „a jure naturæ proprie sic dicto. *prol.* §. *8.*

„i) (AUT ILLA GENERALI QUA OMNIS RE„CTITUDO &c.) Quæ non tantum præcipit quod „justum, sed & quod rectum est. *Vid. proleg.* „§. *9. l. 1. c. 1.* §. *7. seq.*

„k) (IN EAM QUÆ AD OPUS PERTINET:) „Quo sensu bellum utrinque justum esse non posse „ait. *Vid. n. 2.*

„l) (ET EAM QUÆ PERTINET AD OPERAN„TEM:) Quo sensu utrumque non injuste agere „posse ait. *vid. n. 2.*

„m) (QUOTIES INJUSTE NON AGIT:) i.e. Quo„ties nescit se injuria agere *Vid. n. 2.*

„n) (ETIAMSI ID QUOD AGIT JUSTUM NON „SIT:) Acceptione scl. justitiæ specialis ad rem ipsam „relata: At ipse Author fatetur in bello vix esse „ut temeritas abesse possit. *vid. n. 4.*

„o) (INJUSTE AGERE:) Id enim supponit sci„entiam id quod agit injustum esse.

„p) (ET AGERE QUOD INJUSTUM EST:) Quod „sine culpa, imo & sine vitio aliquando contin„gere

2. [q] Speciali & ad rem ipſam relata acceptione bellum utrumque juſtum eſſe non poteſt, [r] ut nec lis; [s] quia facultas moralis ad contraria, puta ad agendum & impediendum, non datur per rei ipſius naturam. At vero [t] ut neuter bellantium injuſte agat fieri ſane poteſt; injuſte enim agit nemo [u] niſi qui & ſcit ſe rem injuſtam agere: multi autem id neſciunt. [v] Sic juſte, id eſt bona fide litigari poteſt utrinque. [w] Multa enim & in jure & in facto, unde jus oritur, fugere homines ſolent.

3. [x] Generali acceptione juſtum dici ſolet [y] quod omni culpa agentis vacat. Multa autem [z] etiam ſine jure fiunt abſque culpa, ob ignorantiam inevitabilem: cujus rei exemplum eſt in his [aa] qui legem non obſervant, quam ſine culpa ſua ignorant [bb] poſtquam lex ipſa

„gere poſſe ait. *Vid. n. 2. & 3.*

„q) (SPECIALI ACCEPTIONE &c. BELLUM UTRUMQUE JUSTUM ESSE NON POSSE:) Imo nulla acceptione id accidere poteſt:

„r) (UT NEC LIS &c.) Privati, qui diſceptant „in judicio, utrinque juſtitiam cauſæ allegant, „unus ſaltem obtinet.

„s) (QUIA FACULTAS MORALIS AD CONTRARIA NON DATUR PER REI IPSIUS NATURAM:) „i. e. eadem cauſa ab una parte peti, ab altera „parte prohiberi, pari jure nequit: Neque enim „jus petendi uni, & jus prohibendi alteri compe„tere poteſt: Si enim actor jus petendi habet, ne„ceſſario ſequitur reum injuria rem tenere: Si „reus jus prohibendi ſeu impediendi habet, ſe„quitur actorem injuria petere.

„t) (UT NEUTER BELLANTIUM INJUSTE AGAT FIERI SANE POTEST:) i. e. Uterque bona fide „putare poteſt cauſam ſuam juſtam eſſe, adeoque „ſe jus ſuum ſummo jure defendere: Proceſſus „igitur hic utrinque juſtus eſt, etſi ex eventu ap„pareat cauſam ipſam, quam alter hactenus bona „fide defendit, juſtam non eſſe.

ADDITIO.

„Nos demonſtravimus bellum nec quoad *pro„ceſſum* utrinque juſtum dici poſſe: Vix enim „eſt ut princeps facto rite examinato, & adhibi„tis prudentum conſiliis ignorare poſſit, num cauſa „juſta ſit, num injuſta: Si negligit examen, ejus „culpa eſt, adeoque injuria agit. Sed & po„namus, utrumque omnibus rite examina„tis, ſibi juſtam eſſe cauſam putare, non tamen „aſſerere poſſumus utrumque jure agere: Sed ſu„ſpendi debet judicium de juſtitia proceſſus, us„que dum per ultimam victoriam, & Deo arbi„trante, lis decidatur: Ex hac demum ſententia „apparet victum injuria bellum geſſiſſe: atque „tum & ſumtus & expenſas victori ſolvere, ac „præterea pœnam dare tenetur. Vid. *Diſſ. proœm. IX. §. 168.*

„u) (NISI QUI ET SCIT SE REM INJUSTAM „AGERE:) Author igitur ſtatuit opinionem cauſæ „juſtæ bellum licitum utrinque efficere, quia uter„que credit ſe jus ſuum defendere, & ſic vitium „hic videtur nullum eſſe in animo agentium.

„v) (SIC JUSTE i. e. BONA FIDE &c.) Quia „uterque opinari poteſt ſe juſtam habere litigandi „cauſam.

„w) (MULTA ENIM ET IN JURE ET IN FACTO, UNDE JUS ORITUR, FUGERE HOMINES SOLENT:) Senſus eſt, quod juſta ſæpius opinandi „cauſa utrinque eſſe poſſit, quia in concluſioni„bus juris naturæ fallere ſæpius ſolemus, magis „autem in interpretatione facti.

„x) (GENERALI ACCEPTIONE:) Quatenus con„tinet etiam quod rectum, ſeu quod virtutis eſt: „adeoque quatenus jus naturæ laxiori ſenſu ſumitur. „Vid. *n. 1.*

„y) (QUOD OMNI CULPA AGENTIS VACAT:) „I. e. ubi is, qui jure deſtituitur, non tamen in„juſte agit.

z) (ETIAM SINE JURE FIUNT ABSQUE CULPA:) „I. e. multa fiunt quæ injuſta ſunt, etſi faciens in„juria careat.

„aa) (QUI LEGEM NON OBSERVANT QUAM SINE CULPA CULPA IGNORANT:) Hoc exem„plum huc non quadrat; Naturali enim ratione „non injuſtum eſt legem ignorare ſi publicata „mihi non eſt, nec per me ſtat quo minus ad no„titiam meam pervenire potuerit. Sed merito „quæritur, cur ergo cives ex tali lege obligantur? „Reſp. id ob utilitatem publicam jure Romano ita „ſtatutum eſt, & ad eas injurias privatas pertinet, „quæ utilitate publica penſantur.

„bb) (POSTQUAM LEX IPSA PROMULGATA EST:) „Nam ſubditi demum ex promulgatione obligan„tur legibus *l. f. ff. Decr. ab ord.*

„cc) (ET TEMPUS PER SE AD SCIENTIAM SUFFICIENS TRANSIIT:) Jure Romano ſubditi ela„pſis

ipſa promulgata eſt, [cc] & tempus per ſe ad ſcientiam ſufficiens tranſiit. [dd] Sic & in litibus accidere poterit, ut pars utraque non modo injuſtitia ſed,& omni alio vitio careat, [ee] præſertim ubi pars utraque aut altera litigat non ſuo ſed alieno nomine, puta ex tutoris officio, cui congruit jus etiam incertum non deſerere. Sic Ariſtoteles in litibus juris controverſi, ait [ff] neutrum eſſe improbum, quod ipſe dicit πονηρὸν. Cui conſentiens Quintilianus poſſe accidere ait, [gg] ut ex utraque parte orator id eſt vir bonus dicat. Imo & [hh] juſte judicare judicem ambigue dici ait Ariſtoteles, ſignificari enim aut judicare ὡς δεῖ *plane ut oportet*, ſine ulla ignorantia aut κατὰ τὴν ἑαυτῦ γνώμην, *ex animi ſui ſententia.* Et alibi ait: εἰ ἀγνοῶν ἔκρινεν, ὀυκ ἀδικεῖ, *ſi quis per ignorantiam judicavit,* [ii] *non egit injuſte.* III Rhet. c. 17. Lib. II. c. 17. Top. 1, 13. Nic. 5 12.

4. At in bello [kk] vix eſt, ut temeritas ſaltem omnis & dilectionis defectus abſit, ob negotii ipſius gravitatem, quæ omnino talis eſt ut cauſis probabilibus non contenta, quam maxime evidentes requirat.

5. [ll] At juſtum ſi accipimus, quoad effectus quoſdam juris, [mm] certum

„pſis 60 diebus, tenebantur legibus promulgatis.

„*dd*) (SED IN LITIBUS ACCIDERE POTEST, UT „PARS UTRAQUE VITIO CAREAT:) Eadem hic „ratio eſt quæ in bello: Vix enim eſt ut quis ignorare „poſſit cauſam vel injuſtam, vel ſaltem dubiam „eſſe, utroque caſu a bello abſtinere debet.

„Sed & ſi uterque juſtam ſibi eſſe cauſam putet, „bellum ideo non fit juſtum, ſed in ſuſpenſo res „eſt donec lis per ſententiam decidatur, tunc „enim condemnatus retro injuria egiſſe cenſetur, „& pœnas dat in temere litigantes ſtatutas.

„*ee*) (PRÆSERTIM UBI LITIGAT NON SUO „SED ALIENO NOMINE, PUTA EX TUTORIS OFFI„CIO, CUI CONGRUIT JUS ETIAM INCERTUM NON „DESERERE:) Cum ipſe pupillus ſi major eſſe ex „cauſa dubia bellum gerere nequeat, nedum ejus „tutor poterit.

„*ff*) (NEUTRUM ESSE IMPROBUM:) Imo contrarium aſſerit Ariſtoteles in allegato *lib. 3. Rhet.* „*c. 17.* ibi *Neque vero lateat neceſſarium eſſe in* „*hac controverſia ſola alterum eſſe improbum.*

„*gg*) (UT EX UTRAQUE PARTE ORATOR:) In „oratore contingere poteſt, ut uterque bona fide „cauſam defendat, quia illi juxta informationem „clientum cauſam proponunt. At proceſſus ipſe „ideo non fit juſtus, ſed juſtitia proceſſus ſuſpenſa „manet usque ad finem litis.

„*hh*) (JUSTE JUDICARE:) Imo ſi ex animi quidem ſententia ſed male judicat, non poteſt dici *juſte* judicare, quia judex male judicando „injuriam committit, culpa ſua alteri damnum „dat, quod afferi non poſſet ſi juſte judicaviſſet: „Hinc improprie *juſtum* hic ab Ariſtotele ſumitur, „nam in allegato loco ait *Top. 1. c. 13.* multis modis *juſte* aliquid dici ſolere, indeque concludit, „multa quoque ejus quod juſtum eſt eſſe genera, „eoque refert ſententiam judicis injuſtam: Optime „rem explicat JCtus in *l. pen. ff. juſt. & jur. Prætor jus reddere dicitur etiam cum inique decernit,* „*relatione facta non ad id quod prætor facit, ſed* „*quod prætorem facere convenit.*

„*ii*) (NON AGIT INJUSTE:) Imo agit injuſte „dum profitetur peritiam quam non habet, dum „judicis officium ambit nec tamen jura intelligit. „Hinc jure Romano judex per imprudentiam male „judicans ex quaſi delicto tenetur, & litem ſuam „facit: *pr. Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del.* Quod „verum non eſſet ſi non injuſta egiſſet.

„*kk*) (VIX EST UT TEMERITAS SALTEM OMNIS „ET DILECTIONIS DEFECTUS ABSIT:) Adeoque „Author concludit, ex generali *juſti* ſignificatione, „& quatenus *juſtum* dici ſolet *quod omni culpa* „*agentis caret*, bellum vix utrioque juſtum dici „poſſe, quia vix eſt ut temeritas & dilectionis defectus ibi abſit: Adeoque cauſas evidentiores & „notorias ibi requiri ait. Sane dictum eſt in præcedentibus, vix eſſe ut de jure vel injuria agentis „non conſtet, ſi omnes rationis & conſilii vires „adhibentur. Saltem id conſtabit an dubium jus „ſit, an nec hoc caſu juſta erit belli cauſa: Denique diximus, etſi quoque uterque putet jus ſibi „eſſe, non tamen juſtum utrinque eſſe belli proceſſum, ſed hanc quæſtionem ſuſpendi usque ad „finem litis.

„*ll*) (AT JUSTUM SI ACCIPIMUS QUOAD EFFECTUS QUOSDAM JURIS:) Ut in bello ſolenni, „quod

tum est aellum hoc sensu justum utrimque dari, ut ex iis apparebit quæ de bello publico solenni *nn* infra a nobis dicentur. *oo* Sic enim & sententia non ex jure lata *pp* & possessio sine jure habent quosdam juris effectus.

CAP.

„quod solennitates juris gentium voluntarii habet, „ubi ex hypothesi Authoris non inspicitur justitia „causæ, sed an sint duæ summæ potestates, quæ „prævia clarigatione bellum gerunt:. Hujus enim „justitiæ effectum hunc esse putat, ut impune etiam „ex injusta causa bellum geri possit quoad effectus „externos. De quo systemate vide *Diss proœm. IV.* „§. 20. *&* *Diss. IX.* §. *63. seq.*

„At ibidem §. 168. demonstravimus bellum jure „gentium solenne, quoad certos effectus externos, „esse merum figmentum; & hoc sensu *justum* a „nemine unquam hominum usurpatum esse.

„*mm*) (CERTUM EST HOC SENSU BELLUM JU„STUM UTRINQUE DARI:) Imo hoc sensu bellum „ nunquam justum dici potest, quia jus gentium „voluntarium non existit, nedum tale, quod so„lennitates quasdam certo bellorum generi tri„buat, datur.

„*nn*) (INFRA:) Integrum systema de bello „jure gentium solenni, ejusque effectu exposuimus „in *Diss. proœm. IX.* §. *63. seq.*

„*oo*) (SIC ENIM ET SENTENTIA NON EX JURE „LATA:) Imo sententia judicis non quosdam sal„tem effectus juris tribuit victori, sed verum jus „verumque dominium, idque ex naturali quoque „ ratione, quia subditi cœundo in civitatem, & „eligendo superiorem, eumque adeundo, com„promittunt in ejus sententiam: adeoque hæc „valet, ut ut injusta, ex consensu partium. *Vid. Diss.* „*B. Par. de vero deb. injur. &c. Sect. 3.* §. 2 Par„tes adeundo judicem & litem contestando quasi „contrahere dicuntur, ex quo consensu oritur „actio rei judicatæ. *l. 3. §. 11. pecul. l. 6. §. f. de re* „*jud. Vid. Laub. Comp. p. 580. pr.* Et propter hunc „contractum sententia, etsi iniqua, habetur pro ve„ritate *l. 25. ff. Stat. hom. l. 3. de agnosc. & alend.* „*l. p. ff. just. & jur.* adeo, ut nec propter instru„menta noviter reperta retractetur. *l. 4. 1. de re* „*jud.* Hinc est quod debitore injuria absoluto „pignus liberetur: *l. 13. quib. mod. pign. solv.* quod „verum non esset, si natura debitum maneret, quia „pignus etiam naturali debito accedit: Alias rati„ones allegavi in jure meo controverso, *tit. de* „*cond. indeb. q. 11.*

„Equidem in *l. 60. ff. de cond. indeb.* contrarium „videtur statui, disertis enim verbis ibi traditur, „*sententia judicis absolutum natura debitorem ma*„*nere:* Resp. Casus ibi singularis est, ubi debitor „post litem contestatam, durante judicio, non ex„spectata sententia, agnoscit debitum, illudque „solvit: Judex forte ignarus solutionis factæ ab„solvit debitorem, quæritur an hic condicere „possit, id quod debitori solvit? & recte id negat „JCtus, *quia licet absolutus sit, natura tamen* „*permanet debitor*, non ideo, quia injuria absolu„tus est, sed quia debitum agnovit, illudque sol„vit, adeoque liti renunciavit: neque sententia „quæ postea sequitur ullum effectum habere po„test, quia caret illo fundamento rei judicatæ, & „quod partes in eam consenserint, hic enim ali„ter pacti sunt Atque hinc notanter dicitur eum, „qui stante lite debitum solvit, & postea absolvi„tur sententia, *similem esse ei, qui ita promisit, sive na*„*vis ex Asia venerit*, sive non *venerit:* nam solvens „agnoscit debitum, sive absolutus sive condemnatus postea fuerit, & sic in omnem casum debitum fatetur. „Unde JCtus refert non exspectari alterum casum, „quia ex utroque eadem causa & origo solvendi „sequitur: qui est sensus verborum in *d. l. 60* *ex* „*una causa alterius solutionis originem proficisci.* „Vid. *Disp. B. Par. de vero debit. injur. jud. abs. sect.* „*4.* §. *3.*

„Sed & porro in *l. 8. §. 1. ff. rem rat. hab.* de„bituri injuria absoluto obstare dicitur exceptio „doli, *quia natura manet debitor.* At intuenti „textum statim constabit, debitorem ibi non fuisse „absolutum a *debito*, nam hoc ipse semel agnovit, „& procuratori creditoris solvit: sed absolvitur. „ab *actione*, quam creditor, qui solutionem pro„curatori factam ratam non habebat, contra de„bitorem instituit; Hic ergo *naturale* manet *de*„*bitum*, quia *actio* saltem injuria judicis contra „verum dibitorem denegatur creditori, debitum „autem fuisse, utrinque in confesso erat: quæ „omnia plenius explicavi in jure meo controverso. „d. q. 11. *Add. d. Diss. B. Par. Sect. 3. & 4.*

„*pp*) (ET POSSESSIO SINE JURE:) Quia in „nuda possessione plane non de jure, sed de solo „facto possessionis quæritur: adeoque in hac quæ„stione facti ex naturali quoque ratione potior „est is qui rem tenet, ac is qui rem non tenet: „& hactenus possessio aliquid ex jure mutuari dici„tur, quia remediis juris factum illud defendit „jus. Vide omnino *Diss. prooem. XII.* §. *588.*

(AD §. I.) Author toto hoc capite nihil aliud agit, quam ut rationes suadendi colligat, quibus Princeps, licet jus habeat, abstinere debeat a bello gerendo, quæ legi omnino merentur, at interpretatione opus non habent.

ADDITIO.

„Author hoc capite ex rationibus tum politicis, „tum piis probat nec ex justa causa bellum „suscipere consultum, sed aliquando jus potius re„mittendum esse, ut bellum vitetur; *c. h. §. 1,* in„primis si bellum saltem est punitivum, & geri„tur ad vindicandam injuriam illatam, §. 2. Id-

„que

CAPUT XXIV.

Monita de non temere etiam ex justis causis suscipiendo bello.

§. I.

1. Quanquam instituti, quod de jure belli inscriptum est, [a] pars proprie non videtur exsequi quid circa bellum virtutes aliæ præcipiant aut suadeant, obiter tamen obviam eundem est errori, [b] nequis existimet ubi jus satis compertum est, statim [c] aut oportere bellum suscipi, [d] aut semper etiam licere. Contra enim evenit, ut plerumque [e] magis pium rectumque sit de jure suo cedere. Nam [f] nostræ quoque vitæ curam honeste deseri, ut alterius & vitæ & salutiperpetuæ quantum in nobis est consulamus, [g] supra suo loco dictum est. Maxime autem [h] Christianis hoc convenit, [i] qui in eo perfectissimum Christi imitantur exemplum, qui pro nobis adhuc impiis *Vid. de jure belli n. 14. & 33.*

„que suadet (1) ob dilectionem, seu regulam caritatis: condonare enim delicta christiano, & principi præcipue, gloriosum esse ait §. 3. (2) Ob curam sui & suorum, §. 4. ubi tres normas deliberationis ponit, quæ omnes eo tendunt, a bello abstinendum esse si oppositi mali par aut justior sit exspectatio. §. 5. & 6. Hinc (3) concludit, nunquam contra viribus pares pœnalia bella suscipienda esse, §. 7. sed belli causam sumendam esse tunc cum injuria armis est sævior, mediaque sufficientia adsunt. §. 8. & 9. Tandem & (4) ait, rem sævam esse bellum, & cum invita quoque homicidia per fugam ad Asyla expiari debuerint, inde argumentatur, magis justa bella fugienda esse. §. 10.

„a) (PARS PROPRIE NON VIDEATUR QUID CIRCA BELLUM VIRTUTES ALIÆ PRÆCIPIANT &c.) Institutum enim Authoris est, tradere id quod justum est in bello jure proprie sic dicto. Quid juxta præcepta virtutum in bello observandum sit, ex jure naturæ sensu laxiori sumto, i. e. ex regulis perfectionum, caritatis, adeoque ex doctrina morum & Ethicis præceptis petit.

„b) (NE QUIS EXISTIMET &c.) Longe latius enim patent honestatis regulæ, & multa inter homines licite peraguntur, quæ pia rectaque non sunt.

„c) (AUT OPORTERE BELLUM SUSCIPI:) Prætextu, scil. officii regis, quod consistit in vindicando jure subditorum contra injurias extraneorum.

„d) (AUT SEMPER ETIAM LICERE:) Nam tales sæpius circumstantiæ obvenire possunt, ut jure suo abstinere non tantum laudabile, sed & debitum sit. *Vid. §. seq. n. 3.*

„e) (MAGIS PIUM RECTUMQUE SIT DE JURE SUO CEDERE:) I. e. remittere aliquid de illo quod optimo jure exigere possis, ut humano sanguini parcatur. *Gron. h.*

„f) (NOSTRÆ QUOQUE VITÆ CURAM HONESTE DESERI, UT ALTERIUS VITÆ ET SALUTI CONSULAMUS:) *Vid. l. 1. c. 3. §. 3.* Inprimis, si persona alijs sit valde utilis: *l. 2. c. 1. §. 9.* quod examinavimus *ibidem.*

„g) (SUPRA:) *L. 2. c. 1. §. 8. & 9. l. 1. c. 3. §. 3. vid. §. seq. n. 3.*

„h) (CHRISTIANIS HOC CONVENIT:) Ut scilicet vitæ suæ curam negligant, si majus inde redundet commodum:

„i) (QUI PRO NOBIS MORI VOLUIT:) Alibi dixit, hoc exemplum imitari laudabile esse, & suo præmio non cariturum, at non tale, ut aut ex lege veniat, aut legem faciat. *L. 1. c. 3. §. 3. n. 8.*

piis & infestis mori voluit, Rom. V, 6. Quod ipsum multò etiam magis nos excitat, [k] ne res nostras aut nobis debitas persequamur, cum tanto aliorum incommodo quantum secum ferunt bella.

2. [l] Non ob quamvis [m] causam talem bellum suscipiendum, & Aristoteles monet, & Polybius. Nec a veteribus laudatus Hercules, quod [n] Laomedonti & [o] Augiæ arma intulit ob non solutam laboris mercedem. Dion Prusæensis in ea oratione quæ est de bello & pace, non hoc tantum ait quæri solere εἰ συμβέβηκεν ἀδίκημα παρὰ τούτων οἷς διανοοῦνται πολεμεῖν, *an injuria accepta sit ab his de quibus bello petendis agitur, sed etiam* πήλικόν τι τοῦτο συμβεβηκὸς, [p] *quanti æstimandum sit id quod accidit.*

Rhet. ad Alex. c. 3. Lib IV. c. 31. Pausan. Lib. 5. c. 2. Pag. 275. C.

§. II.

1. [a] Ad pœnas vero omittendas multa sunt quæ nos hortantur. Videamus [b] quam multa patres in filiis dissimulant; qua de re dissertatio

„k) (NE RES NOSTRAS AUT NOBIS DEBITAS „PERSEQUAMUR, CUM TANTO ALIORUM INCOM„MODO:) Nam ex bello mala plurima etiam in „innocentes sequi solent. *Vid. l. 2. c. 23. §. 6.*

l) (Grot.) (NON OB QUAMVIS CAUSAM TALEM BELLUM SUSCIPIENDUM:) *Seneca* suasoria V. *Gallio dixit, bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro conjugibus, pro liberis: pro re supervacua & nihil nocitura, si fieret, non esse suscipiendum.* Plus aliquid Apollonius dixit regi Babyloniæ apud *Philostratum* Lib. I. Cap. 23. (38. *Edit. Olear.*) προσετίθει δὲ καὶ τὸ μὴ δεῖν ὑπὲρ κωμῶν, ἃν μείζους κέκτηνται τάχα καὶ ἰδιῶται, διαφέρεσθαι πρὸς Ῥωμαίους, καὶ πόλεμον οὐδ᾽ ὑπὲρ μεγάλων αἱρεῖσθαι· *Addidit vero, non oportere cum Romanis disputare de vicis, quibus majores privati sæpe possident, ad bellum vero ne ob magnas quidem venire causas.* *Josephus* altero libro adversus Appionem de popularibus suis: οὔτε τὴν ἀνδρείαν ἠσκησαμένων ἐπὶ τῷ πολέμους ἄρασθαι χάριν πλεονεξίας, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ τοὺς νόμους διαφυλάττειν· τὰς γοῦν ἄλλων ἐλαττώσεις πρᾴως ὑπομένοντες, ἐπειδάν τινες ἡμᾶς τὰ νόμιμα κινεῖν ἀναγκάζωσι, τότε καὶ παρὰ δύναμιν αἱρέμεθα πολέμους καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων ταῖς συμφοραῖς ἐγκαρτεροῦμεν· *Neque nostri fortitudinem exercent ut suas res augeant, sed ut leges ipsis maneant. Cætera igitur damna ferentes leniter, ubi sunt, qui nos a legibus cogant discedere, tunc etiam supra vires bella sumimus, & ad ultima usque mala duramus.* (Pag. 493. §. 47. division. Hudson.)

ADDITIO.

„Xenoph. Hist. Gr. 6. p. 638. ait, *Hominum sane „sapientum est ne quidem si graves sint controver„sia bellum suscipere.* Add. Apollonius *apud Grot. „§. seq. in fin.*

„m) (TALEM CAUSAM:) Ubi jus satis compertum est.

„n) (LAOMEDONTI:) Cujus filiam, Hesionem, „a ceto cui ex oraculo fuit objecta, liberaverat, & „ab eo mercede operis promissa fraudabatur. *Ovid. „II. 214. Gron. h.*

„o) (AUGIÆ:) Regi Elidos, cujus stabulum „purgaverat, item inficianti quod promiserat „mercedis. *Gron. h.*

„p) (QUANTI ÆSTIMANDUM SIT ID QUOD „ACCIDIT:) Adeoque an operæ pretium sit armis „damnum datum vindicare.

„a) (AD POENAS VERO OMITTENDAS MULTA „SUNT QUÆ NOS HORTANTUR:) Grotius eum „qui læsus est hortatur ne puniat, sed ut potius vindi„ctam omittat, (1) exemplo parentum, qui multa con„donant liberis; (2) exemplo Dei; (3) ob legem „quæ diligere jubet proximum, etiam inimicum; „inprimis si pluribus utilis esse possit; (4) ob le„gem Servatoris, quæ litem in minoribus rebus „dissuadet.

„b) (QUAM MULTA PATRES IN FILIIS DISSI„MULANT:) Princeps autem pater est subditorum. „*Vid. n. seq.*

c) (Grot.) (UT SENECA AIT:) *De Clementia* I. cap. 14. Augustus patri in consilio assidens de filio, qui in parricidio deprehensus esset, dixit: *relegandum, quo patri videretur. Non culeum, non serpentes, non carcerem decrevit: memor non de quo censeret, sed cui in consilio esset. Mollissimo genere pœnæ contentum esse debere patrem dixit.* Verba sunt *Senecæ* eodem libro c. 15. *Terentius* Andria (V. 3. 32.)

Pro peccato magno paululum supplicii satis est patri.

Philo

tatio est Ciceronis apud Dionem Cassium. *Pater*, [c] ut Seneca ait: *nisi multæ & magnæ injuriæ patientiam devicerunt* [d] *nisi plus est quod timet quam quod damnat, non accedet ad* [e] *decretorium stylum*: unde non multum discrepat Phinei dictum, recitante [f] Diodoro Siculo: μηδένα πατέρα λαβεῖν παρ υἱῶν ἑκουσίως τιμωρίαν, εἰ μὴ τῷ μεγέθει τῶν ἀδικημάτων ὑπερθεῖντο τὴν φυσικὴν τῶν γονέων εἰς τέκνα φιλοστοργίαν: & illud [g] Andronici Rhodii, οὐδεὶς πατὴρ ἀφίσαται τοῦ υἱοῦ, εἰ μὴ ὑπερβαλλόντως εἴη μοχθηρός.

Lib. 44. pag 290. A. B Ed. H. Steph.

Lib. IV. Cap. 45.

Paraphr. Lib. 8. Cap. 18. pag. 569.

2. At quisquis alium punire vult, [h] rectoris, id est patris quodammodo personam suscipit: quo respiciens Augustinus ad Comitem Marcellinum: *Imple*, inquit, *Christiane judex*, *pii patris officium*. Pittaci dictum laudat Julianus Imperator: ὃς τὴν συγγνώμην τῆς τιμωρίας προετίθει, *qui veniam pœnæ præferebat*. Libanius in oratione de seditione Antiochena [i] qui Deo, inquit, similis esse vult, ἀφιεὶς τιμωρίας χαιρέτω μᾶλλον ἢ λαμβάνων, *magis gaudeat condonatione quam pœna*.

Epist. 159.

Orat. II. p. 50. E.

3. Interdum eæ sunt rerum circumstantiæ, [k] ut jure suo abstinere non

Molina, tract. II. de Just. disp. 153. n. 11. Ægid. Reg. de act. supern. disp. 31. dub. 7. n. 107.

Philo περὶ εὐγενείας ait: πατέρας ἀπαρνήσεις χρηματίζειν τῶν υἱῶν, ἀποσχοινίζοντας αὐτοὺς τῆς οἰκίας καὶ συγγενείας, ὅταν τὴν ἐκ φύσεως περιττὴν καὶ ὑπερβάλλουσαν εὔνοιαν ἡ ἐν ἐκείνοις μοχθηρία κατακρατήσειεν *Patres abdicationis tristia verba pronunciant, filiosque a domo sua & omni cognatione abrumpunt, ita demum, ubi amorem illum, quem ingentem ac super omnia eximium natura parentibus indidit, filiorum improbitas vincit.* (Pag. 904. B.) Cicero pro Ligario: *ignoscite, Judices, erravit, lapsus est, non putavit; si unquam posthac; ad parentem sic agi solet.* (Cap. 10.)

„d) (NISI PLUS EST QUOD TIMET, QUAM „QUOD DAMNAT:) Nisi prospicit graviora scelera „filii ex impunitate, quam sunt præterita quæ „pœnam merentur, aut graviora incommoda fa„miliæ. *Gron. h.*

„e) (DECRETORIUM STYLUM:) Exhæredatio„nem. *Gron. h.*

„f) (DIODORO SICULO:) *Neminem patrum li„benter de filio sumere supplicium, nisi magnitu„dine peccatorum supergressus sit naturalem pa„rentum in liberos pietatem. Gron. h.*

„g) (ANDRONICI RHODII:) *Nullus pater ab„dicat filium, ni summopere improbum. Gron. h.*

h) (Grot.) (RECTORIS, ID EST PATRIS, QUODAMMODO PERSONAM SUSCIPIT:) *Seneca* epistola LXXXVII. *Clementia alieno sanguini tanquam suo parcit, & scit homini non esse homine prodige utendum.* *Diodorus Siculus* in fragmentis: οὐ δεῖ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἐκ παντὸς τρόπου κολάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μὴ μεταδιδασκομένους *Non omnes omnino qui deliquere puniendi sunt, sed ii, quos male factorum nihil pœnitet.* (E. Lib. XXI. n. 17.) Chrysostomus de Statuis VI. (Tom. VI. p. 504. *Edit. Savil.*) μαθέτωσαν οἱ ἄπιστοι πάντες, ὅτι ὁ τοῦ Χριστοῦ φόβος πᾶσαν ἐξουσίαν δύναται χαλινοῦν· δόξασόν σου τὸν δεσπότην, τοῖς συνδούλοις ἄφες τὰ ἁμαρτήματα, ἵνα καὶ αὐτός σε δοξάσῃ μειζόνως, ἵνα ἡμέραν σοι κατὰ τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν δείξῃ τὸ ὄμμα καὶ γαληνὸν, ταύτης μεμνημένος σου τῆς φιλανθρωπίας· *Discant omnes, qui a fide nostra sunt extranei, reverentiam qua Christo exhibetur tantam esse, ut cuilibet potestati injiciat frænos. Honora dominum tuum: condona peccata conservis tuis, ut & ipse multo magis te honoret, ut in illo judicii die vultum tibi ostendat serenum atque clementem, hujus tua lenitatis memor.* Citat *Gratianus* causa XXIII. quæst. IV. ex *Augustino*, [aut potius *Beda*, in Galat. c. 6.] *duo ista nomina, cum dicimus homo & peccator, non utique frustra dicuntur: quia peccator est, corripe: quia homo, miserere.* Vide & quæ sequuntur, & quæ supra posuimus ad caput XX. §. XII. §. XXVI. & XXXVI.

ADDITIO.

„Qui punit jure magistratus & superioris pu„nit, & necessario punit. At pater nunquam pu„nit, sed castigat: neque id necessario fit, aut ad „reparationem juris, sed ad corrigendos mores.

„i) (QUI DEO, INQUIT, SIMILIS ESSE VULT:) „Uti enim omnis perfectionis, ita & clementiæ ratio „consistit in imitatione perfectionum divinarum.

„k) (UT JURE SUO ABSTINERE NON LAUDA-

 „BILE

non laudabile tantum sit sed & debitum, ratione ejus quam hominibus etiam inimicis debemus dilectionis, [l] sive in se spectatæ sive [m] qualiter eam exigit sanctissima lex Evangelii. [n] Sic quosdam esse diximus pro quorum, etiamsi nos impetant, salute mortem optare debeamus, quod eos sciamus rei communi humanæ aut necessarios aut valde utiles. [o] Si res quasdam negligi vult Christus ne lites subeantur, [p] tanto credendum est majora a nobis negligi voluisse ne ad bellum eatur quanto bellum lite est nocentius.

4. *De suo jure virum bonum aliquid relaxare non solum liberalitatis sed plerumque etiam commoditatis est,* [q] ait Ambrosius. Aristides suadet civitatibus συγχωρεῖν καὶ παριέναι ὅ, τι ἂν ᾖ μέτριον, *concedere & largiri si quid sit mediocre.* Rationem addit: ὥσπερ γὰρ καὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐπαινεῖτε τοὺς εὐγνώμονας καὶ βλαβῆναί τινα μᾶλλον αἱρουμένους ἢ διαφέρεσθαι πρός τινας: *Nam & privatorum hominum eos laudatis, qui facili sunt ingenio, & damni aliquid subire malunt quam litigare.* Xenophon historiæ Græcæ sexto: σωφρόνων μὲν δήπου ἐστὶ μηδὲ εἰ μὴ μικρὰ τὰ διαφέροντα εἴη, πόλεμον ἀναιρεῖσθαι; *Sapientum est ne ob graves quidem causas bellum suscipere.* Et apud Philostratum Apollonius: πόλεμον οὐδ᾽ ὑπὲρ μεγάλων αἱρεῖσθαι: *ne ob magnas quidem causas bellum capiendum.*

Lib. II de Off. c. 21.

Cap. 3. §. 4. Ed. Oxon.

Lib. 1. c. 38.

§. III.

1. [a] Circa pœnas, officii primum nostri est, [b] si non ut hominum [c] certe ut Christianorum, ut facile ac libenter condonemus quæ in nos sunt commissa, sicut Deus nobis condonat in Christo. Eph. IV, 32. τό γε περὶ τούτων ἀόργητον ὑπὲρ ὧν τὸ ζῆν ὑπεύθυνον τῇ κολάσει γίνε-

ται

„BILE TANTUM SIT, SED ET DEBITUM:) Scilicet „debito laxiori sensu sumto, pro eo quod convenit judicio rite confirmato ad eligendum ea quæ „delectant vel nocent. *Proleg.* §. 9. *Diss. proœm.* „*II.* §. 30. *seq.*

„l) (SIVE IN SE SPECTATÆ:) I. e. quatenus „per se perfectio est.

„m) (QUALITER EUM EXIGIT SANCTISSIMA „LEX EVANGELII:) Imo Servator nullibi per modum legis dilectionem exigit, sed eam in se spe- „ctatam commendat, & auditoribus inculcat, „uti alibi diximus. *Conf. supra c.* 22. §. 14.

„n) (SIC QUOSDAM ESSE DIXIMUS &c.) *Supr.* „§. 1. *n.* 1. *Conf. lib.* 2. *c.* 1. §. 8. & 9.

„o) (SI RES QUASDAM NEGLIGI VULT CHRI- „STUS:) Mentem Servatoris explicavimus supra „*l.* 1. *c.* 2. §. 8. *n.* 4.

„p) (TANTO CREDENDUM EST MAJORA A NO- „BIS NEGLIGI VOLUISSE:) Laudabiliter agit qui „jure suo cedit, sed nec contra præcepta Servato- „ris peccat qui jus suum bello vindicat. *Vid. supra* „*l.* 1. *c.* 2. §. 6. & *seq.*

„q) (AIT AMBROSIUS:) Quæ allegantur autho- „ritates in eo conveniunt, consultius esse bello ab- „stinere etiam ex magna causa: quod prudentiæ „consilii, & perfectionis est, non juris.

„a) (CIRCA POENAS:) I. e. circa vindictam „injuriæ nobis illatæ.

„b) (SI NON UT HOMINUM:) Nam jure naturæ, laxiori sensu sumto, hominem obligari ad „ea quæ perfectionis sunt, dixit supra *prol.* §. 9. & 10. „& *l.* 1. *c.* 1. §. 4. & 7. *Vid. Diss. proœm. II.* §. 8.

c) (Grot.) (CERTE UT CHRISTIANORUM:) Theodosius, ut Antiochenis condonaret crimen in se commissum, a Flaviano episcopo illis maxime Christi verbis permotus fuit: *dimitte illis, Pater, quia nesciunt quid faciunt.* Narrat *Chrisostomus* de Statuis vicesima. [Tom. VI. pag. 602. *Ed. Savil.*]

d) (Grot.)

ται τῶν ἠδικηκότων, Θεῷ φύσει προσετέθη, ait [d] Iosephus: *Ira vacare circa ea ob quæ nocentes poenæ mortis sunt obnoxii, ad divinam naturam accedit.* Lib. 1. de Clem. c. 20.

2. Seneca [e] de principe: *Longe sit in suis quam in alienis exorabilior injuriis. Nam quemadmodum non est magni animi qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat sibi detrabit: ita clementem vocabo non in alieno dolore facilem, sed eum qui cum suis stimulis agitatur non prosilit: qui intelligit magni animi esse injurias in summa potentia pati, f nec quicquam esse gloriosius Principe impune læso.* Quintilianus: *Suadebimus Principi ut laudem humanitatis potius quam voluptatem ultionis concupiscat.* [g] In C. Cæsaris laudibus posuit Cicero ut præcipuum, quod oblivisci nihil soleret nisi injurias. Livia in allocutione ad Augustum apud Dionem: τὲς ἄρχοντας νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τὲς μὲν τὸ κοινὸν ἀδικοῦσιν ἐπεξιέναι χρῆναι, τὲς δ' ἰδίᾳ τι εἰς αὐτὲς πλημμελεῖν δοκοῦντας φέρειν: *Ita plerique existimant, rectoribus punienda quæ contra communem utilitatem peccantur; quæ vero in ipsos, dissimulanda.* [h] Antoninus Philosophus, in oratione ad Sedatum: *Non enim unquam placet in Imperatore vindicta sui doloris, quæ etsi justior fuit, acrior videtur.* Ambrosius in epistola ad Theodosium: *Antiochenis tuam donasti injuriam.* Et in ejusdem Theodosii laudibus ad Senatum Themistius: ὅτι οὐκ ἀντιβλάπτοντα χρὴ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα, ἀλλ' εὖ ποιοῦντα μείζω φαίνεσθαι τῶν ἠδικηκότων: *Bonum regem oportet bis qui in se peccarunt superiorem esse, non vicissim nocendo, sed bene faciendo.*

Inst. Orat. Lib. 5. Cap. 13. — Orat. pro Ligar. c. 12. — Lib. 55. p. 643. C. Ed. H. Steph. — Epist 29. in fin. — Orat. 5. pag. 137. Ed. Petav. 1618.

3. Magnanimus qui sit eum Aristoteles negat esse μνησίκακον *injuriarum memorem*: quod Cicero sic exprimit; *nibil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.* Hujus eximiæ virtutis insignia nobis exempla [i] sacræ literæ suppeditant in Mose, Num. XI, 12.

Ethic. Nicom. IV, 8. — De Off. 1. c. 25.

d) (Grot.) (JOSEPHUS:) Antiquæ historiæ lib. II. (Cap. 6. §. 9. *division. Hudson.*)

„e) (DE PRINCIPE:) Facilem esse debere Prin„cipem ad dissimulandas injurias, passim inculca„tur a morum doctoribus. *Sen. 1. clem. 3. 5. & 19. „Sallust. Cat. 9. Augustin. de Civ. Dei, 1. 6. Ælian. „2. 15. Marcell. 30. 27. Tesm. b.*

f) (Grot.) (NEC QUICQUAM ESSE GLORIOSIUS PRINCIPE IMPUNE LÆSO:) *Chrysostomus* in laude clementiæ: ἅπαντα μὲν γὰρ ἄνθρωπον τοῦτο κοσμεῖν δύναται· διαφερόντως δὲ τὲς ἐν ἐξουσίαις· τὸ γὰρ πάντα ποιεῖν ἐπιτρεπούσης τῆς βασιλείας, κατέχειν ἑαυτὸν, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τῶν ἔργων, μέγα μὲν εἰς εὐφημίαν τε καὶ δόξαν *Omnem illa hominem ornare insigniter potest: maxime vero eos qui in imperiis sunt constituti. Nam cum regia potestas omnia permittat, semet retinere, ac divinam legem actionibus suis ducem præficere, egregium est ad famam gloriamque.* (Tom. VI. pag. 753. 754.) *Augustinus* epist. CIV. quæ est ad Bonifacium comitem: *memento cito ignoscere si quis in te peccaverit, & veniam postulaverit.* (Epist. 205. vulg. 189. autem §. 8 *division. Benedictin*)

„g) (IN C. CÆSARIS:) *Cic. pro Ligar. c. 12.*

h) (Grot.) (ANTONINUS PHILOSOPHUS:) Apud *Vulcatium Gallicanum* vita Avidii Cassii. (cap 12.)

„i) (SACRÆ LITERÆ SUPPEDITANT:) Moses „oravit pro populo qui eum lapidare voluit. *Num. „14. v. 10. 12. & 13.* David noluit vindictam sumi „a

Dried. Lib. II. de Lib. Christ. c. 6.

De Offic. I. 2.

De Clem. II, 7.

12: & Davide, 2 Sam. XVI, 7. Maxime vero id locum habet, [k] ubi aut nos quoque nobis peccati alicujus sumus conscii, aut id quod in nos peccatum est [l] ab humana quadam & excusabili infirmitate procedit, aut satis apparet [m] pœnitere eum qui nocuit. *Est ulciscendi & puniendi modus*, inquit Cicero, *& haud scio an satis sit* [n] *eum qui lacessierit injuriæ suæ pœnitere. Sapiens*, inquit Seneca, *multa remittit; multos parum sani sed sanabilis ingenii servabit.* Et hæ quidem causæ a bello abstinendi [o] ex dilectione nascuntur, quam ipsis inimicis aut [p] debemus, [q] aut recte impendimus.

§. IV.

Pag. 68. B.

Luc. 14, 31.

1. Sæpe vero [a] nobis ipsis nostrisque præstandum habemus ne ad arma veniatur. Plutarchus in Numæ vita ait, postquam juste posse suscipi bellum decrevissent [b] feciales, [c] consultatum a Senatu an ex usu esset suscipere. [d] In parabola quadam Christi dicitur, siquis rex cum rege altero bello certandum habeat, primo sedentem, qui mos est cum cura consultantium, expensurum apud se, an ipse qui decem millia militum habeat hosti ducenti bis totidem par esse possit; quod si

„a Semei, qui convitiis eum laceverat, 2 *Sam.* 16. „*v.* 7. *seq.*

„k) (UBI AUT NOS QUOQUE PECCATI ALICU„JUS SUMMUS CONSCII:) Ex hypothesi enim Au„thoris is qui criminis alicujus reus est, non potest „ab alio ejusdem criminis reo pœnam sumere: „quod examinavimus. *c.* 20. §. 3.

„l) (AB HUMANA QUADAM ET EXCUSABILI „INFIRMITATE PROCEDIT.) Hanc causam liberan„di a pœna explicavit Author *c.* 20. §. 19. §. 26. „& 31.

„m) (POENITERE EUM QUI NOCUIT:) Pœni„tentiam inter causas remittendi pœnam recensuit „Author supra *c.* 20. §. 10. *n.* 6. &. §. 11.

n) (Grot.) (EUM QUI LACESSIERIT INJURIÆ SUÆ POENITERE:) *Procopius* Vandalicorum II. (Cap. 16.) *μετάμελος γὰρ ἐν δέοντι ἐπταικόσιν ἐπιγιγνόμενος, συγγνώμονας αὐτοῖς τοὺς ἠδικημένους ποιεῖν εἴωθεν. pœnitentia in tempore oboriens iis qui peccarunt ad veniam dandam provocare læsos solet.*

„o) (EX DILECTIONE NASCUNTUR:) *Vid.* §. 2. „*n.* 3.

„p) (DEBEMUS:) Scl. non ex debito juris, sed „virtutis. *Vid.* §. 1. *n.* 1.

„q) (AUT RECTE IMPENDIMUS:) Citra debitum.

a) (Grot.) (NOBIS IPSIS NOSTRISQUE:) *Procopius* Gotthicorum II. Gotthos ita ait locutos Belisario: *ὅταν δὲ αὐτὰ οὕτως ἔχῃ, τοὺς ἑκατέρων ἡγουμένους προσήκει μὴ δόξης τῆς οἰκείας τὴν τῶν ἀρχομένων σωτηρίαν προΐεσθαι, ἀλλὰ τά τε δίκαια τά τε ξύμφορα, οὐ σφίσιν αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σφῶν ἐναντίοις ἑλέσθαι. hæc cum ita se habeant, officium erit utriusque gentis rectorum, subditorum sibi salutem non projicere propria laudis studio, sed ea præferre, quæ & justa sunt & utilia non ipsis tantum, sed & hostibus.* (Cap. 6.)

ADDITIO.

„Nostra ipsorum & subjectorum nostrorum in„terest, ut potius aliquo careamus quam id bello „repetamus, non minus nos nostrosque, quam „hostes discrimini ubjecturi. *Gron. b.*

„b) (FECIALES:) Hi enim de justitia bellorum „decidebant. *Vid. supr. c.* 23. §. 4. §. 8. *n.* 2.

c) (Grot.) (CONSULTATUM A SENATU, AN EX USU ESSET SUSCIPERE:) *Diodorus* apud Thucydidem III. (Cap. 44.) *ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον. etiamsi enim maxime illos peccasse pronuntiem, non utique & occidi eos jubebo, nisi expediat.*

ADDITIO.

„Prior igitur quæstio ad jus, posterior ad poli„ticam spectat. *Vid. proleg.* §. 57. Nam in omni „deliberatione publica & privata duo quæri solent „(1) an jure quid fieri possit; (2) an utile sit: Ne„que enim statim ille qui jus agendi habet actio„nem instituet, sed deliberabit num conducat, forte „ob potentiam adversarii, ob sumtuum defectum „&c.

„d) (IN PARABOLA QUADAM CHRISTI:) B. Parens „Egregiis

ſi videat ſe imparem fore, antequam ille intra fines adſit, [e] miſſurum legationem cum mandatis pacis cauſa.

2. [f] Sic Tuſculani omnia patiendo, & [g] nihil recuſando pacem Liv. l. 6. c. 26.
a Romanis meruerunt. Apud [h] Tacitum eſt: *Fruſtra adverſus Æduos* Hiſt. 1. 64.
quæſita belli cauſa. Juſſi pecuniam atque arma deferre, [i] gratuitos inſuper commeatus præbuere. Sic [k] legatis Juſtiniani Amalaſunta regina negavit armis ſe certaturam.

3. Poteſt & temperamentum adhiberi, ut a Syrmo Triballorum rege factum Strabo memorat, qui Alexandrum Macedonem & inſu- Lib. 7.
lam Peucen intrare vetuit, & ſimul donis eum honoravit, ut oſten- pag. 301.
deret ſe quod faceret [l] juſto metu, non odio aut contemptu ipſius Supplic. verſ. 481.
facere. Quod Euripides de Græcis dixit civitatibus idem ad alios & ſeqq.
quosvis recte aptes:

De Marte quoties itur in ſuffragia,
Nemo imminere cogitat mortem ſibi:
Sed quisque cladem deſtinamus alteri:
Quod ſi in comitiis funera ante oculos forent,
Furiata bello non periiſſet Græcia.

Apud [m] Livium eſt: *Cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemque* Lib. 30.
communem propone animo. Et apud [n] Thucydidem: τȣ̃ πολέμȣ τὸ c. 30. Lib. 1.
παράλογον ὅσον ἐςὶ πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι προδιάγνωθι; *Quicquid inopinum ac-* c. 78.
cidere poteſt in bello, priusquam aggrediare, conſidera.

§. V.

„Egregiis rationibus probavit in diſputatione *de* „*juſto præliorum exitu, Sect. 4. per tot.* Principes, qui imbecillitatis ſuæ gnari bellum ſuſcipiunt, e temeritatis culpa non liberari, indeque „excuſari non poſſe eos qui non ſatis parati & inſtructi hoſtem potentem adoriuntur: Sane hoc „caſu non jus deficit, ſed media jus ſuum proſequendi.

„*e*) (MISSURUM LEGATIONEM CUM MANDATIS „PACIS CAUSA:) Quid ſi Princeps adverſarius „nullas conditiones admittet, vel non æquas? Reſpondet B. Parens *d. Sect. 4. §. 9. & 10.* Tunc „emergendi eluctandique vias a *conſilio* & *tempore* „petendas eſſe: Pannones apud *Bellenium rerum* „*Tranſilv. 2. 2. Sect. 6. p. 58. impares ſe ad gerendum contra Turcas bellum,* & (*quia Deo ita* „*viſum eſſet*) *jugum potius, licet grave, ſe ſubituros quam arma moturos, declarant univerſi.*

f) (Grot.) (SIC TUSCULANI.) Vide *Plutarchum* Camillo. (pag. 149.)

ADDITIO.

„Leguntur hæc apud Livium. *l. 6. c. 26.*

g) (Grot.) (NIHIL RECUSANDO:) Fecit idem Armeniorum rex Severi tempore: meminit *Herodianus* libro III. (Cap. 9. *num.* 3. *Ed. Bœcler.*)

„*h*) (TACITUM:) *1 Hiſt. 64.*

„*i*) (GRATUITOS INSUPER COMMEATUS PRÆBUERE:) Sponte aluere exercitum, quod non „erant juſſi. *Gron. h.*

k) (Grot.) (LEGATIS JUSTINIANI AMALASUNTHA:) Vide *Procopium* Vendalicorum II. & (*Cap. 5.*) & Gotth. I. (*Cap. 3.*)

„*l*) (JUSTO METU, NON ODIO AUT CONTEMTU:) Atqui metum e multitudine transeuntium non eſſe juſtum ipſe Author dixit *l. 2. c. 2.* „*§. 3. n. 4.*

„*m*) (LIVIUM:) *L. 30. c. 30.*

„*n*)(THUCYDIDEM:) Idque prudenter obſervavit „Fabius Maximus apud *Liv. l. 28. c. 41. & 42.* „*Adde Cic. 1. off. 23. Vid. Teſm. h.*

„(AD §. V.) Author dixit non eſſe incipiendum bellum niſi præmiſſa deliberatione: *Vid. §. præced. n. 1.* hic jam quærit de quibus rebus deliberatio illa inſtituenda ſit? & ait, in utilitate quæ „ex bello ſperari poteſt, ejusque æſtimatione & „com-

§. V.

1. [a] Qui deliberant, partim de finibus [b] non quidem ultimis, [c] sed interjectis deliberant, partim [d] de iis quæ eo ducunt. [e] Finis semper est bonum aliquod, [f] aut certe mali declinatio quæ vicem boni obtinere possit. Quæ vero huc aut illuc ducunt, [g] per se non expetuntur sed [h] quatenus ducunt: quare in deliberationibus comparandi sunt & fines inter se, & eorum quæ ad finem ducunt [i] facultas effectiva ad finem producendum: nam ut recte dixit Aristoteles de animalium motione: *Cap. 7.* αἱ προτάσεις αἱ ποιητικαὶ διὰ δύο εἰδῶν γίνονται διά τε τῦ ἀγαθῦ καὶ διά τῦ δυνατῦ: *propositiones quæ actionem efficiunt duorum sunt generum, ab eo quod bonum est, & ab eo quod fieri potest:* [k] quæ comparatio [l] tres habet normas.

2. Prima est; [m] si res de qua agitur æqualem, [n] morali scilicet æstimatione, efficaciam habere videatur ad bonum & ad malum, ita demum eligenda est [o] si bonum aliquanto plus habeat boni quam malum mali. Hoc est quod [p] Aristides sic enuntiat: *Orat. 1. De Pace, Tom. II. pag. 63. B* ὅτ' ἔλαττον τῦ δυχερῦς τ' ἀγαθον, κρεῖττον διηλλάχθαι. Andronicus Rhodius ubi magnanimum *Lib. 4. c. 5. pag. 219.*

,,compntu, non tantum fines inter se conferen-
,,dos esse, sed & facultates ad finem perveniendi,
,,& in iis præferendum esse, ait, in quo plus boni
,,est detracto damno. Sensus hie est: Non con-
,,siderandum esse tantum, an in illo qui petitur
,,bello plus boni sit quam mali, sed an non dif-
,,cilior & damnosior sit ejus boni comparandi ra-
,,tio, quam ipsum bonum; adeoque non tantum
,,finium utilitatem, sed & mediorum facilitatem
,,ac copiam esse iospieiendam; iisque omnibus per-
,,pensis demum concludendum, an deductis malis
,,adhuc sufficiens bonum supersit, quod armis peti
,,mereatur: quæ confuse admodum & obscure *h.*
,,*§. & seq.* exponuntur.

,,*a*) (QUI DELIBERANT:) An scl. utile sit bel-
,,lum suscipere.

,,*b*) (NON QUIDEM ULTIMIS:) Forte quod tota
,,respublica perire possit.

,,*c*) (SED INTERJECTIS:) Seu subordinatis, qui
,,ad ulteriorem finem referuntur *Gron. h.*

,,*d*) (DE IIS QUI EO DUCUNT:) i. e. De me-
,,diis, quæ ad illum finem ducunt, & sunt viæ,
,,rationes, instrumenta obtinendi propositi. *Gro-*
,,*nov. h.*

,,*e*) (FINIS SEMPER EST BONUM ALIQUOD:)
,,Sive verum sive imaginarium. *L. 2. c. 20. §. 29.*
,,*n. 3.*

,,*f*) (AUT CERTE MALI DECLINATIO:) Nam
,,& hoc verum bonum est, si malum a nobis de-
,,clinamus *d. §. 29. n. 1.*

,,*g*) (PER SE NON EXPETUNTUR:) Media igi-
,,tur quæ ad illum finem ducunt, non per se ex-
,,petuntur sed ideo quia ducunt, & quatenus du-
,,cunt.

,,*h*) (QUARE IN DELIBERATIONIBUS: &c.)Sen-
,,sus est quod comparari debeat (1) an plus boni
,,vel mali ex bello sperare possit is qui deliberat;
,,(2) an sufficiant vires ad bonum illud vindican-
,,dum.

,,*i*) (FACULTAS EFFECTIVA:) i. e. An media
,,quæ ad finem illum ducere debent sufficiant.

,,*k*) (QUÆ COMPARATIO:) Et finium inter se,
,,& mediorum ad finem ducentium.

,,*l*) (TRES HABET NORMAS:) Dixi jam nor-
,,mas has obscuras esse, & vix intelligibiles: Sen-
,,sus totius tractationis hic videtur esse, quod quo-
,,ties boni majoris justior aut par est expectatio de-
,,liberans id eligere, si autem mali majoris justior
,,aut par sit exspectatio, abstinere debeat. *Vid.*
,,*Not. ad pr. h.* Hæc res mere prudentiæ ac consilii
,,est, & ad rationem status pertinet, non ad scien-
,,tiam juris naturæ.

,,*m*) (SI RES DE QUA AGITUR ÆQUALEM EF-
,,FICATIAM VIDEATUR HABERE AD BONUM ET
,,AD MALUM:) i. e. Si res de qua deliberatur æque
,,ad malum quam ad bonum perducere potest.

,,*n*) (MORALI SCILICET ÆSTIMATIONE:) i. e.
,,Cum aliqua latitudine. *Vid. indic. voc.* æstimatio.

,,*o*) (SI BONUM ALIQUANTO PLUS HABEAT
,,BONI QUAM MALUM MALI:) Si ab una parte li-
,,bertatem civilem amitteret civitas, ab altera parte
,,internecioni se exponeret, prius potius eligendum
,,est, quia malum plus mali habet; & melius est
,,libertatem perdere quam vitam. *Vid. §. seq.*

,,*p*)

mum describit, ait, eum [q] non ob quasvis causas pericula subiturum, [r] sed ob maximas.

3. Altera; [s] si videatur esse æquale bonum & malum quod a re de qua quæritur possit procedere, ita demum ea res eligenda est [t] si efficacia ad bonum quam ad malum major sit.

Tertia; [u] si videatur & bonum & malum esse inæquale, [v] nec minus inæqualis rerum efficacia, res ea ita demum eligenda est; [w] si efficacia ad bonum major sit collata efficaciæ ad malum quam ipsum malum est collatum bono; [x] aut si bonum sit majus comparatione mali, quam efficacia ad malum comparata ad bonum.

4. Hæc nos [y] limatius paulo; sed eodem tendit via planiore [z] Cicero: cum ait fugiendum [aa] ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil potest esse stultius: quapropter in adeundis periculis *De Off. l. 1. c. 24.* consuetudinem imitandam Medicorum, [bb] qui leviter ægrotantes leviter curant, [cc] gravioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur: Quare [dd] subvenire tempestati sapientis esse dicit, eoque magis [ee] si plus adipiscare re explicata boni [ff] quam addubitata mali.

5.

„p) (ARISTIDES:) Verba latine reddita hæc „sunt: *Quum difficultas major est quam bonum spe„ratum melius transigere & reconciliari.*

„q) (NON OB QUASVIS CAUSAS PERICULA „SUBITURUM:) Quia ibi malum plus habet mali „quam bonum boni.

„r) (SED OB MAXIMAS:) Idque a contrario.

„s) (SI VIDETUR ESSE ÆQUALE BONUM ET „MALUM, QUOD A RE DE QUA QUÆRITUR POS„SIT PROCEDERE:) Si æque bonum ac malum ex „re de qua deliberatur nobis obvenire possit, & „facultas nostra effectiva ad obtinendum bonum „major sit quam facultas alterius ad inferendum „malum, deliberans eligere bellum debet.

„t) (SI EFFICACIA AD BONUM QUAM AD MA„LUM MAJOR SIT:) Si major spes sit obtinendi „boni quam mali.

„u) (SI VIDEATUR ET BONUM ET MALUM „ESSE INÆQUALE:) Si vel bonum majus est malo, „vel malum majus bono quod ex re de qua deli„beratur procedit.

„v) (NEC MINUS INÆQUALIS RERUM EFFI„CACIA:) Si major spes sit obtinendi vel boni vel „mali.

w) (Grot.) (SI EFFICACIA AD BONUM MAJOR SIT COLLATA EFFICACIÆ AD MALUM, QUAM IPSUM MALUM EST COLLATUM BONO:) Utitur hac regula prudenter Narses apud *Procopium* Gothicorum II. (*Cap. 18.*)

ADDITIO.

„Si spes ad obtinendum bonum major sit quam „malum quod metuitur, etsi malum bono sperato „minus non sit. *Gron. b.*

„x) (AUT SI BONUM SIT MAJUS COMPARATI„ONE MALI QUAM EFFICACIA AD MALUM COM„PARATA AD BONUM:) Si magnitudo boni longe „vincat modum mali, etsi facilius forte sit exstitu„rum malum. *Gron. b.*

„y) (LIMATIUS:) Dic, obscurius.

„z) (CICERO:) *De offic. l. 1. c. 24.*

„aa) (NE OFFERAMUS NOS PERICULIS SINE „CAUSA:) Add. *Arist. l. 2. Rhet. 8. Just. 18. 6.* „*Liv. l. 30. c. 32. Cic. 3. in verr. 57.*

„bb) (QUI LEVITER ÆGROTANTES LEVITER „CURANT:) Quia efficacia ad bonum quam ad „malum major est in re unde æquale bonum & „malum potest procedere. *Vid. n. præced. pr.*

„cc) (GRAVIORIBUS AUTEM MORBIS PERICU„LOSAS CURATIONES ET ANCIPITES ADHIBERE „COGUNTUR:) Quia efficacia ad bonum major est „collata efficacia ad malum, quam ipsum malum „est collatum bono. *Vid. n. præced. in fin.*

„dd) (SUBVENIRE TEMPESTATI:) I. e. fugere „ubi tuto resistere non possumus.

„ee) (SI PLUS ADIPISCARE RE EXPLICATA BONI:) „I. e. Si re confecta plus boni sequatur, quam ma„nente sequeretur mali.

„ff) (QUAM ADDUBITATA:) I. e. ob metum in„certi

Epist. ad Attic. lib. 13. e. 27. Pag. 416. D. 5: gg Et alibi: *Ubi* ἐπίτευγμα *magnum nullum fieri possit,* ἀπότευγμα *vel non magnum nociturum sit, quid opus est* παρακινδυνεύειν. Dion Prusæensis Tarsensi altera: ἔσω δεινὸν καὶ ἄδικον. ἀλλ' οὐκ εἴ τι μὴ δίκαιον πέφυκε γίνεσθαι, δεῖ πρὸς τοῦτο φιλονεικοῦντας αὐτοὺς περιβάλλειν ἀτόπῳ τινί: *Sit sane hoc injustum & indignum quod toleretur. At non siquid injusti accidit, nos ideo debemus certandi studio nosmet incommodis objicere.* Et postea: ὥσπερ, οἶμαι, τὰ βάρη ταῦτ' ἂν μὲν σφόδρα πιέζῃ καὶ ἀνέχεσθαι μὴ δυνώμεθα, ζητοῦμεν ὡς τάχιστα ἀποῤῥίψαι. μετρίως δὲ ἐνοχλούμενοι καὶ ὁρῶντες ἀνάγκην οὖσαν φέρειν ἢ τοῦτο, ἢ τοῦτο, ἢ τούτου μεῖζον ἕτερον, σκοποῦμεν ὡς κουφότατα ἔπεσθαι *Sicut onera ubi ita valde nos urgent ut durare nequeamus quærimus abjicere: mediocriter autem pressi, & rebus talibus ut aut ista aut graviora ferenda sint, in hoc nos componimus ut quam expeditissime subsequamur.* *Tom. II. pag. 52. D.* Aristides Sicula secunda: ὅτε μείζων ὁ φόβος τῆς ἐλπίδος, πῶς οὐκ ἄξιον φυλάττεσθαι: *ubi major spe metus est, quomodo non tempus est cavendi?*

§. VI.

I. a Exemplum sumamus ab eo quod inter Galliæ civitates consultatum olim narrat Tacitus: *Hist. IV. 67.* *Libertas an pax placeret:* b Libertatem intelligit civilem, hoc est, jus regendæ per se reipublicæ: c quod jus plenum est in statu populari, d temperatum in statu optimate, e præsertim tali ubi nemo civium ab honoribus arceatur, f Pacem vero talem qua bellum redimatur internecinum, id est, ut *Lib. 9. ep. ad Att. epist. 4.* Cicero alibi g Græcis verbis hanc quæstionem explicat, ἐὰν μέλλῃ διὰ

„certi eventus omissa. Quod hic Cicero docet „præstitit Alexander Magnus, cujus valetudo cum „esset conclamata, & solus Medicus Philippus, „(quem cavendum tanquam suspectæ fidei, & corruptum a Dario, monuerat eodem tempore Jarmenio,) remedium ei offerret, *Tutius est ratus „dubiæ se fidei medico credere, quam indubitato „morbo perire. Græv. ad Cic. l. 1. de off. c. 24.*

„gg) (ET ALIBI:) Verba latina hæc sunt, *ubi „summam in rem proficias parum minime autem „casu contrario magnam plagam acceperis, quid „opus est periclitari.*

„a) (EXEMPLUM SUMAMUS:) Author exemplo „docet, quomodo is qui deliberat & fines inter „se & media ad finem ducentia comparare debet.

„b) (LIBERTATEM INTELLIGIT CIVILEM:) I. e. „facultatem suo jure suisque legibus vivendi, quæ „autonomia vocatur: De qua late egimus *supra „l. 1 c. 3. §.*

„c) (QUOD JUS PLENUM EST IN STATU POPULARI:) Ubi & jus imperii & administratio „penes populum est.

„d) (TEMPERATUM IN STATU OPTIMATE:) „Verum hoc est quoad administrationem: Cæterum hic, & in statu regio, libertas populi quoad „autonomiam æque plena est, ac in statu populari, „uti demonstravimus *d. c.* §.

„e) (PRÆSERTIM TALI UBI NEMO CIVIUM AB „HONORIBUS ARCEATUR:) In quibusdam enim „rebus publicis certis familiis, exclusis aliis, magistratus conferuntur: uti olim Romæ, nunc Venetiis. &c. *Gron. h.*

„f) (PACEM VERO TALEM QUA BELLUM REDIMATUR INTERNECINUM:) Si enim recusassent „Galli in jus Romanorum concedere, eorumque „potestati se subjicere, in servitutem eos, destructa „republica, redegissent Romani.

„g) (GRÆCIS VERBIS:) Latina hæc sunt: *etiamsi „civitas propter id de omni statu & salute sua sit „periclitatura.*

„h) (RECTA ÆSTIMATIO FUTURI:) Intelligit „moralem æstimationem, quæ supponit judicium „prudentum, & semper cum aliqua latitudine „procedit. *Vid. §. 5. n. 2.*

„i)

διὰ τῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύειν. Puta, ubi [h] recta æstimatio futuri nihil ferme aliud [i] quam totius populi exitium videatur portendere: [k] qualis erat status Hierosolymorum obsessorum a Tito. Hic Cato quid dicturus sit, [l] qui mori quam uni parere maluit, nemo nescit; quo & illud pertinet:

Quam sit non ardua virtus
[m] *Servitium fugisse manu.* Lucan. 4, 576.

[n] Et multa alia ad eum modum.

2. [o] At aliud dictat recta ratio: [p] Vitam scilicet, [q] quæ fundamentum est omnium bonorum temporalium [r] & æternorum occasio, pluris esse quam libertatem: [s] sive utrumque sumas in uno homine, [t] sive in toto populo. Itaque Deus [u] ipse pro beneficio imputat quod non perdat homines, sed in servitutem tradat. Et alibi suadet per Prophetam Hebræis, ut sese Babyloniis [v] in servitutem dedant, ne fame ac peste moriantur. Quare illud quamquam laudatum antiquis. II Paral. 12, 7. 8. Jer. 27, 13.

Obsessum Pœno gessit quod Marte Saguntum:
[w] laudandum non est, nec quæ eo ducunt. Lucan 3. 350. Augustin de Civ. Dei lib. 3. 12. c. 6.

„i) (QUAM TOTIUS POPOLI EXITIUM VIDEA„TUR PORTENDERE:) Cum amittendo libertatem „civilem jus populi & civitatis mediatæ conservent.

„k) (QUALIS ERAT STATUS HIEROSOLYMO„RUM:) Uti eum describit *Joseph. de bell. jud. l. 6.* „*c. 11. p. m. 485.* ubi ait Romanos salva civitate „& religione tributum saltem poposcisse.

„l) (QUI MORI QUAM UNI PARERE MALUIT:) „Apud *Senec. de prov. c. 2.*

„m) (SERVITIUM FUOISSE MANU:) Vel pug„nando, vel sibi ipsi vim inferendo. *Gron. h.*

„n) (ET MULTA ALIA:) Hæc causa fuit belli „Maccabæis, uti late exposuit B. B[illegible]ens *de Auto*„*nom. J. G. c. 17. §. 4.* sed & in genere quantum „sit beneficium *suis legibus vivere*, & quanti id „inter gentes habitum fuerit, explicat *ibid. c. 15.* „16. & 17.

„o) (AT ALIUD DICTAT RATIO:) Author sta„tuit, privationem Autonomiæ præferri debere „bello internecino.

„p) (VITAM SCILICET PLURIS ESSE QUAM LI„BERTATEM:) Hinc ad redimendam vitam om„nia impendi solem. *Job. 2, 4.*

„q) (QUÆ FUNDAMENTUM EST OMNIUM BO„NORUM TEMPORALIUM:) Quicquid enim boni in „orbe conditum est viventium causa conditum est.

„r) (ET ÆTERNORUM OCCASIO:) Quorum per„dendorum periculum incurrimus, si projicimus „vitam & ultro nos occidimus. *Vid. Gron. h.*

„s) (SIVE UTRUMQUE SUMAS IN UNO HOMINE:) „Quilibet homo servitutem personalem præferre „morti debet.

„t) (SIVE IN TOTO POPULO:) Adeoque pari „ratione popolus servitutem civilem præferre in„ternecino bello debet.

„u) (IPSE DEUS PRO BENEFICIO IMPUTAT:) „Imo beneficium Dei non in eo consistebat, quod „non perdiderit Judæos, i. e. vitam ipsis ademerit; „sed quod populus non esse desierit, uti desiit esse „per captivitatem babylonicam: Nam secuta hu„miliatione censum saltem solverunt Sisaci, salvo „jure populi, salvaque Autonomia. *II. Paralip.* „*c. 12. v. 7. 8. 12. & c. 14. v. 9.*

v) (Grot.) (IN SERVITUTEM DEDANT, NE FAME AC PESTE MORIANTUR:) Guido Blandratensis in oratione ad Mediolanenses apud *Guntherum.* (Lib. VIII. *vers* 155. & *seq.*

Omnia securi pro libertate feremus.
Sed libertatem contemta nemo salute
Sanus amat, neque enim certa susceptio cladis,
Quam vitare queas, nisi cum ratione salutis,
Libertatis amor, sed gloria vana putanda est.

ADDITIO.

„Hoc ideo suasit, quia simul promisit Deus eos „qui collum jugo subjecerint redituros esse cum „vasis domini: *Jerem. c. 27. v. 10. 11. 16. & 22.*

„w) (LAUDANDUM NON EST:) Respicit ad ur„bem Saguntum, civitatem Hispaniæ, cujus incolæ „obsessi ab Hannibale aurum argentumque ex „publico privatoque in forum collatum, in ignem „ad

3. [x] Internecio enim populi in hoc rerum genere pro maximo malo haberi debet. Cicero de Inventione secundo necessitatis hoc ponit exemplum, [y] necesse esse Casilinenses se dedere Annibali, quanquam necessitati aderat hæc adjunctio [z] nisi malint fame perire. De Thebanis qui Alexandri Macedonis temporibus vixerunt exstat hoc Diodori Siculi judicium: τοῖς παρασήμασιν ἀνδρειότερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον χρησάμενοι προέπεσον εἰς πάνγημον της πατρίδος ὄλεθρον: *animi [aa] spiritu forti magis quam prudente internecionem patriæ accersiverunt.*

Cap. 57.

Lib. 17. c. 10.

4. De eo quem diximus Catone & Scipione, qui post victoriam Pharsalicam cedere Cæsari noluerunt, judicium exstat apud Plutarchum: αἰτίαν ἔχουσιν ὡς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν Λιβύῃ παραναλώσαντες οὐκ ἀναγκαίως [bb] *culpandi sunt, tanquam qui viros multos & egregios in Africa perdiderint, nullo operæ pretio.*

In Othon. pag. 1072. D.

5. Quod autem de libertate dixi, [cc] idem de aliis rebus expetibilibus dictum volo, [dd] si oppositi mali majoris justior aut par sit exspectatio. Nam, ut recte Aristides, moris est navem servare [ee] rerum, non vectorum jactu.

Orat. Platon. II pag. 281. B. Tom. III.

§.VII.

„ad id raptim factum conjicientes eodem se se „cum uxoribus & liberis præcipitaverunt. *Liv.* 21. „*c.* 14. *Gron. h.*

„x) (INTERNECIO ENIM POPULI IN HOC RE„RUM GENERE PRO MAXIMO MALO HABERE DE„BET:) Ibi enim efficacia ad bonum minor erat „collatum bono: vel ut intelligibilius rationem „exponam, oppositi mali minor erat exspe„ctatio: hoc est quod Galli dicunt: *le remede est* „*pis que le mal.*

„y) (NECESSE ESSE CASILINENSES SE DEDERE AN„NIBALI:) Exemplo hoc apparet necessitatem non „tollere voluntatem: etsi enim, si res libertatis fuisset, „dedere se noluissent, coacti tamen voluere. Vide „*indicem* voce *necessitas*, & voce *metus.*

z) (Grot.) (NISI MALINT FAME PERIRE:) Anaxilai, qui ob famem Byzantium dediderat, hæc defensio fuit: pugnandum hominibus in homines, non in rerum naturam. Ita *Xenophon. Procopius* Goth. IV. (Cap. 12.) οὐ γὰρ ἐπαινοῦσι τὴν ἑκούσιον τελευτὴν ἄνθρωποι, ἔνθα τις ἐπίκειται κρείσσων τοῦ κατ' αὐτὴν κινδύνου ἐλπίς· *Non laudant mortem voluntariam homines, quamdiu spes aliqua est periculo potentior.* [Dictum, quod Auctor noster tribuit *Anaxilao*, non legitur apud *Xenophontem*, eo loco ubi Historia illa narratur, *Hist. Græc.* Lib. I. Cap. 3. §. 12. Confudit fore Auctor, quod a *Cyro* dictum refert idem, *Cyrip.* Lib. VI. c. 1. §. 10. *J. B.*]

aa) (Grot.) (SPIRITU FORTI MAGIS QUAM PRUDENTE:) Idem cum explicasset consilia belli suscepti ab Atheniensibus post Alexandri mortem, ait, saniorum judicio eos πρὸς εὐδοξίαν εὖ βεβουλεῦσθαι, τοῦ δὲ συμφέροντος διημαρτηκέναι *ad gloriam quidem recte consuluisse, sed ab utilitate aberrasse:* ut qui properassent διακινδυνεύειν μηδεμιᾶς ἀνάγκης κατεπειγούσης *periclitari nulla necessitate impellente:* ne Thebanorum quidem tam nobili clade passi se admoneri. (*Lib.* XVIII. c. 10.)

ADDITIO.

„Similia exempla legimus de Astapa urbe Hi„spaniæ, apud *Liv.* 28. 22 de Abydenis apud *Liv.* „*l.* 31. *c.* 17. de Chartagine vide *Flor. l.* 2. *c.* 15. „*Tesm. h.*

„bb) (CULPANDI SUNT:) Quod majus malum „elegerint, quam bonum obtinere potuissent.

„cc) (IDEM DE ALIIS REBUS EXPETIBILIBUS „DICTUM VOLO:) De quibus scl. deliberandum est: „nam ibi quoque comparatio institui debet, an peri„culum seu malum quod inde obvenire potest sit „majus, quam bonum; vel contra.

„dd) (OPPOSITI MALI MAJORIS JUSTIOR AUT „PAR SIT EXSPECTATIO:) i. e. Si aut credibilius „est nos perituros, aut nihilo certius perituri; an „servaturi eas simus. *Gron. h.*

„ee) (RERUM NON VECTORUM JACTU:) Majus „enim est malum perdere homines.

e)

§. VII.

[a] In pœnis quoque exigendis illud maxime obſervandum eſt, ne unquam eo nomine bellum ſuſcipiatur [b] in eum cui pares ſunt vires. [c] Nam ut judicem civilem [d] ita qui atmis facinora velit vindicare multo eſſe validiorem altero oportet: [e] neque vero prudentia tantum, [f] aut ſuorum caritas exigere ſolet ut bello periculoſo abſtineatur, [g] ſed ſæpe etiam juſtitia, [h] rectoria ſcilicet, quæ ex ipſa regiminis natura [i] ſuperiorem non minus ad curam pro inferioribus. quam inferiores ad obedientiam obligat. Cui conſequens eſt id quod recte a Theologis eſt traditum, regem qui ob cauſas leves, aut ad exigendas pœnas non neceſſarias, & magnum ſecum periculum trahentes, bellum ſuſcipit, [k] teneri ſubditis ad reparationem damnorum quæ inde oriuntur; [l] nam etſi non in hoſtes, [m] in ſuos tamen veram committit injuriam, qui [n] talibus de cauſis tam gravi malo eos implicat. Livius: *Juſtum bellum* [o] *quibus neceſſarium, & pia arma quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes.* Optat hunc ſtatum Ovidius Faſtorum I:

Cajet. 2. 2. q. 95. art. 8. Molina tract. 1. de Juſtitia cap. 102.

Lib. IX. c. 1.

Sola gerat miles, [p] *quibus arma coërceat, arma.*

§. VIII.

„a) (IN POENIS QUOQUE EXIGENDIS:) Si nimirum præter damni reparationem injuriæ pœna „exigitur.

„b) (IN EUM CUI PARES SUNT VIRES:) Cur „non? Cum Deus ſit vindex injuriæ, & judex li„tis: Spes boni major hic eſt, quam exſpectatio „mali.

„c) (NAM UT JUDICEM CIVILEM &c. MULTO „ESSE VALIDIOREM ALTERO OPORTET &c.) Ita „ut cogere reum ad reparandum poſſit.

„d) (ITA ET QUI ARMIS FACINORA VELIT „VINDICARE:) Ipſa ſacra pagina contrarium evincit, „ubi fiducia juſtæ cauſæ inæqualibus ſæpe viribus „bella geſta legimus.

„e) (NEQUE VERO PRUDENTIÆ TANTUM:) i.e. „rationes politicæ.

„f) (AUT SUORUM CARITAS:) Rationes Ethicæ „ſeu perfectionis.

„g) (SED SÆPE ETIAM JUSTITIA:) Vi cujus „juſtitiæ rectricis ſalutem populi quærere tenetur. „B. Parens *in diſſ. de juſto bellorum exitu. §. 4.*

„h) (RECTORIA SCILICET:) Hujus rectoriæ ju„ſtitiæ paſſim mentionem facit Author noſter. Vi„de *L. 2. c. 20. §. 24. n. 1. & §. 27. L. 1. c. 1. §.* „*3. n. 1.*

„i) (SUPERIOREM NON MINUS AD CURAM PRO „INFERIORIBUS:) Nam princeps defendere quidem „ſubditos tenetur, ſed non eſt defenſio quæ cum „majori periculo conjuncta eſt, uti eſt ſi media „defenſionis deficiant: Non autem deficiunt ſi pa„res ſunt viribus.

„k) (TENERI SUBDITIS AD REPARATIONEM „DAMNORUM:) Imo populus omne ſuum jus defen„dendi, omneque de eo judicium in Principem „transtulit, is igitur tenetur populi injurias vindi„care, & ejus eſt arbitrium an utile ſit an non: „Sane nullum inchoari poſſet bellum his poſitis „principiis, quia omne bellum periculoſum eſt, „& plerumque cum eis, qui pares ſunt viribus „geri ſolet.

„l) (NAM ETSI NON IN HOSTES:) Hi enim „queri non poſſunt, quia tenentur reparare inju„riam illatam, & inviti ad id adigi poſſunt.

„m) (IN SUOS TAMEN VERAM COMMITTIT IN„JURIAM:) Dixi jam arbitrium principis eſſe, nec „temere populum committi poſita cauſæ juſtitia, „etſi vires utrinque pares ſint.

„n) (TALIBUS DE CAUSIS:) Scilicet quæ vel „leves ſunt, vel tendunt ad exigendas pœnas non „neceſſarias.

„o) (QUIBUS NECESSARIUM:) Semper eſt neceſ„ſarium, quoties alter injuriam utut leviſſimam re„parare recuſat, tunc enim bellum eſt unicum ju„ris reparandi medium.

„p) (QUIBUS ARMA COERCEAT:) i. e. Vim & „& injuriam ab alio illatam, etiamſi leviſſima ſit „injuria: Judicium enim eſt principis.

a) (Grot.) (RARA ERGO BELLI SUMENDI CAUSA EST, QUÆ OMITTI AUT NON POSSIT AUT

§. VIII.

[a] Rara ergo belli sumendi causa est, quæ omitti aut non possit (Lib. 4. c. 18. n. 32.) aut non debeat, puta [b] cum jura sunt, ut Florus loquitur, armis sæviora. Seneca *incurri* ait *in pericula ubi quiescenti paria metuuntur*, (Orat. I. De Pace, Tom. II p. 67. B.) aut etiam pejora: quem sensum [c] Aristides sic extulit: τότε χρὴ κἂν ἄδηλον ᾖ τὸ μέλλον αἱρεῖσθαι κινδυνεύειν, ὅταν τὸ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν φανερῶς χεῖρον ᾖ. (Hist. IV, 32.) *Miseram pacem bello bene mutari*, ait [d] Tacitus, nempe cum, ut idem ait, *aut* [e] *ausos libertas sequetur, aut victi iidem erunt*: aut *ubi* (Lib. X. c. 16.) (ut Livius loquitur) *pax servientibus gravior quam liberis bellum*. (Ad Att. VII, 7.) Non si, ut apud Ciceronem est, apparet futurum, ut [f] si victus eris proscribaris: si viceris, tamen servias.

§. IX.

[a] Alterum belli tempus, [b] si, [c] ita ut oportet rem æstimanti, a jure, & quidem quod momenti sit maximi simul stent vires. Hoc est (Suet. c. 25.) quod Augustus ajebat, bellum non suscipiendum [d] nisi cum major emolumenti spes quam damni metus ostenderetur. Et quod de prælio dicere solebant Scipio Africanus & L. Æmilius Paulus, idem huc (Gell. lib. 13. c. 3. Val. Max. lib. 7. c. 2.) non male aptaveris: *Non decertandum esse*, [e] *nisi summa necessitudo aut summa occasio data esset*. Locum autem tum maxime hoc habebit

NON DEBEAT:) *Servius* ad illud in X. Æneidos, (*vers.* 758.)

Iram miserentur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.

Quia nulla causa tam justa est, ut propterea bellum geri debeat,

ADDITIO.

„Quia plerumque mala belli majora sunt bonis „quæ bello expetuntur.

„*b*) (CUM JURA SUNT ARMIS SÆVIORA:) Hoc „est quod Authores agunt bellum præferendum „esse paci atroci. *Augustin. de Civ. Dei l. 3. c. 28.* „*Thuan. l. 4.*

„*c*) (ARISTIDES:) Latine ita reddit *Gronov. h.* „*Tunc oportet quanquam incerta sint futura, præ-* „*ferre periculum, quum pacem colere palam pejus* „*est.*

„*d*) (TACITUS:) *L. 3. ann. 44.*

„*e*) (AUSOS LIBERTAS SEQUETUR:) Bellum „sumentibus si res feliciter cesserit, magna bona: „si secus nullum gravius quam adest malum con- „tinget. *Gron. h.*

„*f*) (SI VICTUS ERIS PROSCRIBARIS:) Adeo- „que ubi utroque casu periturus es.

„*a*) (ALTERUM BELLI TEMPUS:) Dixit enim „præcedenti §. eligendam esse causam belli non „quamlibet, sed raram & necessariam: hic jam „præterea tempus belli aptum eligi debere statuit, „i. e. quo omnia ad bellum parata sunt.

„*b*) (SI &c. A JURE &c. SIMUL STENT VIRES:) „I. e. si & justa sit causa, & media adsint inju- „riam vindicandi.

„*c*) (ITA UT OPORTET REM ÆSTIMANTI:) „Nam deliberanti normas prudenter eligendi „præscribit.

„*d*) (NISI CUM MAJOR EMOLUMENTI SPES „QUAM DAMNI METUS OSTENDERETUR:) Adeo- „que ubi bonum aliquanto plus habet boni quam „malum mali, §. *5. n. 2.* aut ubi efficacia ad bo- „num quam ad malum major est. *d. §. 5. n. 3.*

e) (Grot.) (NISI SUMMA NECESSITUDO AUT SUMMA OCCASIO DATA ESSET:) *Plutarchus* Gracchis: τὸ ἄνευ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης ἐπιφέρειν σίδηρον, οὔτε ἰατρικὸν, οὔτε πολιτικόν. *Extra summam necessitatem ferrum inferre, nec boni medici est, nec boni præsidis.* (Pag. 845. A.) Marciani dictum apud *Zonaram*: μὴ δεῖν ὅπλα βασιλέα κινεῖν, ἕως εἰρηνεύειν ἐξόν. *Non debere regem arma movere, quamdiu pace frui liceat.* (Lib. XIII. Cap. 25 fin.) *Augustinus* L. epistola ad Bonifacium: *pacem habere voluntatis est: bellum autem debet esse necessitatis, ut liberet Deus a necessitate & conservet in pace.* [Ubi legitur: *pacem habere debet voluntas, bellum necessitas.* Epist. 95. vulg. 189. §. 6. *Edit. Benedictin.*]

f) (Grot.

bit, cum spes est *f* terrore ac fama, nullo aut exiguo periculo rem confici posse: quale erat Dionis consilium ad liberandas Syracusas. *Diod. l. 16. c. 17.* In epistolis *g* Plinii est: *quod est pulcherrimum victoriæ genus terrore perdomuit.* *Lib. II. Ep. 7.*

§. X.

I. *a* Sæva res bellum est, inquit Plutarchus, cumulumque secum trahit injuriarum & insolentiæ: *Vita Camill. p. 134. B.* Et sapienter Augustinus: *Quorum malorum* (de his loquitur quæ ex bello nascuntur) *multas & multiplices clades duras, & diras necessitates, si ut dignum est eloqui velim, quamquam nequaquam sicut res postulat possim, quis erit prolixæ disputationis modus? Sed sapiens, inquiunt, justa bella gesturus est: quasi non, si se hominem meminit, multo magis dolebit justorum necessitatem sibi exstitisse bellorum; quia nisi justa essent, ei gerenda non essent: ac per hoc sapienti nulla bella essent. Iniquitas enim partis adversæ justa bella ingerit gerenda sapienti, imo & necessaria: quæ iniquitas homini* *b* *utique dolenda, quia hominum est, & si nulla ex eo bellandi necessitas nascatur. Hæc itaque mala tam magna, tam horrenda, tam sæva quisquis cum dolore considerat, miseriam necesse est fateatur; quisquis autem vel patitur ea sine animi dolore vel cogitat, multo utique miserius ideo se putat beatum quod & humanum perdidit sensum.* *De Civit. Dei lib. 19. c. 7.* Idem alio loco: *Belligerare malis videtur felicitas, bonis necessitas.* *Lib. 4. de Civit. Dei. c. 15.* Maximus autem Tyrius: τῆς τῦ πολεμεῖν χρείας κἂν ἀφέλῃς τὸ ἄδικον, ἐλεεινὸν αὐτῆς τὸ ἀναγκαῖον: *de bello etiamsi demas injustitiam, ipsa per se neces-* *Dissert 14 pag. 146. Ed. Davis.*

f) (Grot.) (TERRORE AC FAMA:) *Leo spernens tela diu se terrore solo tuetur, ac velut cogi testatur.* Habet id *Plinius* historiæ naturalis VIII. c. 16.

ADDITIO.

„Hoc argumento utuntur Campani ad persuadendum Romanis bellum Samniticum, *si ostenderitis auxilia vestra, ne bello quidem arbitror vobis opus esse. Liv. 8. 30. vid. Gron. b.*

„*g*) (PLINII:) *L. 2. ep. 7.*

„*a*) (SÆVA RES BELLUM EST:) Author hic „authoritatibus probat maxima esse bellorum in„commoda, læsos æque ac lædentes ibi injuriis expo„ni, indeque merito bella evitenda monet.

b) (Grot.) (UTIQUE DOLENDA:) Lacedæmonii in oratione, quæ exstat apud *Diodorum Siculum*, libro XIII. (Cap. 52.) θεωρῦντες τὰς ἐν τῷ πολέμῳ φιλονεικίας πολλὰ καὶ δεινὰ πάθη ποιῦσας, ᾠόμεθα δεῖν φανερὸν ποιῆσαι πᾶσι καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, ὅτι τύτων ἥκιστα πάντων ἐσμὲν αἴτιοι: *Cum videamus, ex bello plurimas inimicitias, plurima atrocia oriri, nostri officii duximus cunctis Diis hominibusque testatum facere, causam horum a nobis non esse.* Plutarchus Numa, (pag. 78. B.) τί ὖν, φήσει τις, ὐκ ἐπὶ τὸ βέλτιον προῆλθεν ἡ Ῥώμη τοῖς πολέμοις, ἐρωτῶν ἐρώτημα μακρᾶς ἀποκρίσεως δεόμενον, πρὸς ἀνθρώπυς τὸ βέλτιον ἐν πλύτῳ, καὶ τρυφῇ, καὶ ἡγεμονίᾳ, μᾶλλον ἢ σωτηρίᾳ καὶ πρᾳότητι καὶ τῇ μετὰ δικαιοσύνης αὐταρκείᾳ τιθεμένυς: *Hic si quis mihi dixerit, nonne Roma per bella profecit plurimum, quæstionem moverit longa responsionis egentem, apud homines, qui profectum ponunt in opulentia, in deliciis, in imperius militaribus, non in salute populi, in lenitate, in justitia suo contenta.* Stephanus medicus Chosroi Persarum regi apud *Procopium* Persicorum II. ἐκῦν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ, φόνυς σοι καὶ μάχας ἐργαζομένῳ καὶ πόλεων ἀνδραποδισμὺς, τον μὲν ἄλλων ἴσως ὀνομάται παρέσται τυχεῖν· τὸ δὲ ἀγαθῷ εἶναι δοκεῖν, ὐ μήποτε ἔσται· *Tibi, rex maxime, in*

cessitas miseranda est. Idem: Φαίνεται ὁ πόλεμος τοῖς μὲν δικαίοις ἀναγκαῖος ὢν, τοῖς δὲ ἀδίκοις ἑκούσιος: *Apparet bellum a justis non sumi nisi necessario, ab injustis sponte.*

Epist. 88. 2. Cui Senecæ illud addendum, [c] non esse homini homine prodige utendum. Philiscus Alexandrum monebat ut gloriæ quidem studeret, sed ea lege [d] ne se pestilentiam aut magnum morbum faceret: intelligens populorum occidionem, desolationem urbium, pestilentiæ esse opera: [e] nihil autem magis esse regium quam consulere omnium saluti, quæ pace continetur.

Ælian. lib. 14, 1.

Num. 35. Deut. 19. 1 Chron. 17. 3. 3. Si jure Hebræo [f] & qui non volens hominem occidisset fugere debebat: Si Deus a Davide, qui pia bella gessisse dicitur, ideo templum suum ædificari vetuit [g] quod multum sanguinem fudisset: Si [h] apud Græcos veteres expiatione opus habebant etiam qui sine culpa manum cæde maculassent: quis non videat, [i] præsertim Christianus, quam res sit infelix & mali ominis, [k] quantoque nisu fugiendum bellum etiam non injustum? Certe apud Græcos Christianismum

in cædibus & pugnis & urbibus subigendis occupato alia forte nomina contingant, bonus autem ut per hæc credaris, fieri nequit. (Cap. 26.) Adde locum egregium *Guicciardini* libro XVI. (in Oratione Episcopi *Osim.*)

ADDITIO.

„Demosthenes *Phil. 4.* ait, Necesse est multas oriri „e bello molestias: Conf. *Quintil. Inst. or. 8. 3. Sallust. Cat. c. 21. & 51. August. de Civ. Dei l. 1. c. 7. & l. 3. c. 27. Claudian. in Ruff. 1. v. 230.*

„c) (NON ESSE HOMINI HOMINE PRODIGE UTENDUM:) Non decere hominem alterius hominis vitam tanquam rem vilem facile ac sine parcimonia impendere. *Gron. h.*

„d) (NE SE PESTILENTIAM AUT MAGNUM MORBUM FACERET:) Bellum enim magnæ calamitates comitari solent.

„e) (NIHIL AUTEM MAGIS ESSE REGIUM QUAM CONSULERE OMNIUM SALUTI:) Salus populi suprema lex Principi esse debet.

„f) (ET QUI NON VOLENS HOMINEM OCCIDISSET FUGERE DEBEBAT:) Ad loca scilicet Asyli: rationem hujus rei explicavimus supra *c. 21.* „§. 5.

„g) (Grot.) (QUOD MULTUM SANGUINEM FUDISSET:) Οὐκ ἐπιτρέπει δὲ πολλοὺς πολέμους ἠγωνισμένῳ καὶ φόνῳ τῶν ἐχθρῶν μεμιασμένῳ. *Non permissum sit templum struere ei qui multa bella bellasset, pollutusque esset, hostili quidem, attamen sanguine,* Verba sunt *Josephi* libro VI. c. 4 ubi & plura in hanc sententiam sequuntur. *Plinius* libro VII, cap. 25. post relata Cæsaris Dictatoris prælia: *non equidem in gloria posuerim tantam etiam esse coactam humani generis injuriam.* *Philo* de Vita Mosis: καὶ γὰρ εἰ νόμιμοι αἱ κατ᾽ ἐχθρῶν σφαγαὶ, ἀλλ᾽ ὅγε κτείνων ἄνθρωπον, εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμυνόμενος καὶ βιασθεὶς, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀνωτάτω καὶ κοινὴν συγγένειαν· οὗ χάριν καθαρσίων ἐδέησε τοῖς κτείνασι πρὸς ἀπαλλαγὴν τοῦ νομισθέντος ἄγους γεγενῆσθαι. *Quamvis enim legibus permissæ sint hostium occidiones, attamen quisquis hominem interfecerit, quamvis juste, quamvis ad sui tutelam, quamvis coactus, aliquid labis contraxisse creditur, propter illam communem a summa causa venientem cognationem. Quapropter & purgatione quadam opus habebant tales interfectores, ad eluendum quod commissum videbatur piaculum.* (Pag. 653. E.)

„h) (APUD GRÆCOS VETERES EXPIATIONE OPUS HABEBANT:) De qua latius agetur. *l. 3. c. 4. §. 5.* „Ritus expiationis, quibus Circe usa est in expiando homicidio Medeæ & Jasonis, explicat *Lafitau des Mœurs des Americains.*

„i) (PRÆSERTIM CHRISTIANUS:) Cui religio „caritatem perpetuo inculcat.

„k) (QUANTOQUE NISU VITANDUM BELLUM ETIAM NON INJUSTUM:) Hæc virtutis sunt; & „perfectionis indicium est dissimulare injurias: cæterum exempla allegata movere non debent: nam „ibi fuga, expiatio &c. ideo necessariæ erant, quia „culpa supponitur, adeoque delictum, quod „expiari omnino debuit: quæ ratio cessat, si quis „alium occidit sine culpa, uti hostem &c Ex „Davidis exemplo non potest inferri abstinendum „esse a bello justo, sed saltem sequitur Deum maluisse templum, symbolum concordiæ & caritatis,

mum professos diu observatus est canon, quo sacris [l] ad tempus arcebantur qui hostem in qualicumque bello interfecissent. *Basil. ad Amphil. epist. 1. 13.*

CAPUT XXV.

De causis belli pro aliis suscipiendi.

I. *Bellum suscipi juste pro subditis:*
II. *Non semper tamen suscipiendum.*
III. *An subditus innocens hosti dedi possit, ut periculum vitetur.*
IV. *Bella item juste suscipi pro federatis æqualibus & inæqualibus.*
V. *Et pro amicis:*
VI. *Imo & pro hominibus quibusvis.*
VII. *Posse tamen id sine peccato omitti, si quis aut sibi metuat, aut etiam nocentis vitæ.*
VIII. *An pro subditis alienis defendendis justum sit bellum, distinctione explicatur.*
IX. *Injustas esse societates & mercenariam militiam sine causarum discrimine.*
X. *Etiam præcipue prædæ aut stipendii causa militare vitiosum esse.*

§. I.

1. [a] Supra cum de his qui bellum gerunt egimus dictum ostensumque a nobis est, naturaliter non tantum unumquemque sui juris esse executorem [b] sed & alieni; quare quæ causæ justæ sunt ipsi cujus res agitur, [c] eædem justæ sunt iis qui aliis opem ferunt. *L. 1. c. 5.*

2,

„tis, per alium exstrui, quam eum qui sanguinem „humanum plurimum effudit.

l) (Grot.) (AD TEMPUS:) Trienno. *Zonarus* Nicephoro Phoca. (Lib. XVI. Cap. 25. Pag. 203. Tom. II. *Ed, Reg.*)

ADDITIO.

„Loquitur ille canon de eo qui sub Imperatori„bus gentilibus militat, hic enim ob sacramentum „præstandum &c. non potuit militare, uti late „exposuit Author supra *l. 1. c. 2. §. 10. n. 7. & 8.*

(AD §. I.) Author hoc & sequenti capite causas recenset ex quibus pro aliis quoque bellum suscipi potest: & quidem *primo* agit de bellis summarum potestatum pro suis, quin & pro alienis subditis; nec non pro sociis & amicis. *c. 25. Deinde* de bello subditorum ac civium pro suo Principe vel pro extraneo: *c.* 26.

Regula est, bellum pro aliis geri non posse, quia bellum suscipitur ad reparandum injuriam nobis (non ergo aliis) illatam, quod latius explicatum est supra *c.* 20. §.3.

At juvare & assistere possumus (&, si socii sumus, debemus) aliis quibus injuria facta est: Nam tunc nostra causa non est, non nostram vindicamus injuriam, utpote quæ illata nobis non est, sed sequimur causam alterius, & is qui juvat saltem est instrumentum ejus cui assistit, totaque actio non est juvantis sed ei cui juvantur; Id vero omni jure licitum est, quia is qui læsus est vel propriis vel alienis viribus injuriam sibi illatam vindicare potest: Quin & laudabile est oppressis assistere, quod Cyrus in oratione ad milites egregie probat apud *Xenoph. Cyrop. l. 1.*

Verum hi qui juvant & qui juvantur tum sunt in eadem causa, quia illi participant de injuria, & sunt simul causa injuriæ quam alter patitur: hinc etiam omnes defensores hujus causæ æque hostes sunt alteri qui injuriam sibi fieri asserit: Sane Histrici belli causa fuit quod Ætolis auxilium præstiterunt *Flor. l. 2 c. 10.* alia exempla vide apud *Liv. l. 34. c. 22. l. 30. c. 42. Cæs. de bel. Gall. l. 4. f. 66. Conf. inf.* §. 4.

ADDITIO.

„Grotius, ut alii assistere liceat requirit justi„tiam causæ: Quod verum omnino est, quia in„juria est injuriam alterius defendere: Adeoque „is quoque qui alterius causæ accedit, examinare „debet an is cui assistit jure bellum gerat an in„juria, si omnibus rite perpensis causam ejus ju„stam judicet, ei assistere poterit, sed eventus de „justitia causæ decidet. Excipe, si socius simpli„citer alteri auxilia promisit in casum existentia „belli; nam tunc sibi imputare debet quod in omnes „casus promiserit, adeoque alterius judicium sequi „tenetur; neque ejus est examinare an justa sit „causa an injusta:

„*a*) (SUPRA:) *L. 1. c. 3. §. 21. n. 5. cap. 5. §. 1.* „*& 2.* Add. *l. 2. c. 20. §. 7. n. 2; §. 8. n. 2. §. 9.* „*n. 2.* §. 38. §. 40.

„*b*) (SED ET ALIENI:) Quod allegatis locis re„futavimus, quia injuria nobis illata non est: At „requirente læso eum defendere ejusque causæ ac„cedere possumus, ita enim disposuimus.

„*c*) (EÆDEM JUSTÆ SUNT IIS QUI ALIIS OPEM „FERUNT:) Nam non suam sed alienam causam

 defen-

2. Prima autem maximeque necessaria cura [d] pro subditis [e] sive
Novar r. 24. 18. qui familiari, [f] sive qui civili subsunt imperio; [g] sunt enim quasi
pars rectoris, [h] ut ibidem diximus. Sic pro Gabaonitis qui se po-
Jos. 10. 6. pulo Hebræo subjecerant [i] arma sumpsit is populus, duce Josua,
Orat. pro Leg. *Majores nostri*, inquit [k] Cicero ad Quirites, *sæpe mercatoribus ac*
Man. c. 5. *naviculariis injuriosius tractatis bella gesserunt.* Alibi: *Quot bella ma-*
Verr. 5. 58. *jores nostri susceperunt, quod cives Romani injuria affecti, navicularii retenti, mercatores spoliati esse dicerentur?* Iidem Romani pro quibus socios arma sumere noluerant, [l] pro iis deditis, id est, factis subditis, eadem sumere necessarium duxerunt. [m] Campani ad Roma-
Apud Liv. 7. 31. nos: *Quando quidem nostra tueri adversus vim atque injuriam justa vi non vultis, vestra certe defendetis.* Florus a Campanis fœdus quod
Lib. 1. c. 16. n. 2. ante habebant, [n] sanctius ait factum omnium suorum deditione:
Lib. 7. c. 31. [o] *Fides agi visa*, inquit Livius, *deditos non prodi.*

§. II.

Non tamen semper, quamvis justa causa, subditi alicujus [a] obligat rectores ad bella sumenda: sed ita demum [b] si id sine omnium aut plurium subditorum incommodo fieri potest. Rectoris enim officium [c] magis circa totum quam circa partes versatur: [d] & quo pars est major, eo ad totius naturam propius accedit.

§. III.

„defendunt, injuriam non sibi sed aliis illatam „vindicant, non suo sed aliorum jure: adeoque „ejus causæ justitiam vel injustitiam sequuntur.

d) (Grot.) (PRO SUBDITIS:) *Procopius* Persicorum II. *οὐ γὰρ ὁ μηδὲν αὐτὸς ἀδικῶν δίκαιος, εἰ μὴ καὶ τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀδικουμένους ἔχων ἐν ἐξουσίᾳ ῥύεσθαι πέφυκεν. neque enim statim justus est, qui injuriam nulli facit, nisi & eo sit animo, ut tueatur sibi commissos adversus alienas injurias.* (Cap. 15.)

ADDITIO.

„Ideo enim populus in unum contulit imperium, „ut jura totius populi & singulorum tueatur con„tra injuriam, tum concivium, tum extraneorum: „Neque tunc aliorum tantum causa est, sed & ipsius „principis, qui ut pars reipublicæ præcipua vindi„care injuriam suo jure potest, & subditorum jura „tueri tenetur.

„*e*) (SIVE QUI FAMILIARI &c.) Quod in pri„mævo rerum statu obtinuit, ubi imperium penes „patres familias fuit, qui proinde jure belli fami„liæ suæ membra tueri debebant: idque exemplo „Abrahami probatur, qui fratrem armis liberavit.

„*f*) (SIVE QUI CIVILI SUBSUNT IMPERIO:) Qui „pacto in unam civitatem coiverunt, seque unius „arbitrio subjecerunt.

„*g*) (SUNT ENIM QUASI PARS RECTORIS:) „Quod late explicavimus supra *L. 1. c. 3. §. 7.* „Add. *c. 9. §. 8.*

„*h*) (UT IBIDEM DIXIMUS:) *d. c. 3. §. 7.*

„*i*) (ARMA SUMSIT IS POPULUS:) Cum quin„que Ammorhæorum reges Gabeonitas tanquam „transfugas bello peterent. *Jos. c. 10. v 1. 2. 4. 5.*

„*k*) (CICERO:) Similia habet in oratione pro „L. Manlio.

„*l*)(PRO IIS DEDITIS, i. e. FACTIS SUBDITIS:) „Factum hoc Romanorum alibi examinavimus.

„*m*) (CAMPANI:) *Liv. l. 7 c. 31.*

„*n*) (SANCTIUS AIT FACTUM OMNIUM SUO„RUM DEDITIONE:) Adeoque veteri præferendum „quod cum Samnitibus habebant.

„*o*) (FIDES AGI VISA:) Visum est interesse fi„dei publicæ, ne qui in subjectionem venirent, de„sererentur. *Gron. h*

„*a*) (OBLIGAT RECTORES AD BELLA SUMEN„DA:) Tota res judicio, arbitrio, & prudentiæ „Principis relinquenda est: Nam populus omne „jus suum in Principem transtulit.

„*b*) (SI ID SINE OMNIUM AUT PLURIUM SUB„DITORUM INCOMMODO FIERI POTEST:) Salus „publica semper præferenda commodis privatorum: „at judicium est Principis.

„*c*) (MAGIS CIRCA TOTUM QUAM CIRCA PAR-

„TES VERSATUR:) i. e. Magis utilitati publicæ „prospicit, quam privatorum.

„d) (ET QUO PARS EST MAJOR:) Regula ge„neralis & naturæ est, partem majorem jus habere „integri. *l.* 2. *c.* 5. §. 17. & *l.* 3. *c.* 20. §. 4.

(AD §. III.) Quærit Author, an subditus innocens deseri vel dedi debeat, si hostis eum dedi vult, nec defendi potest? Resp. Deseri potest, quin & dedi, (1) quia nemo tenetur ad impossibilia, adeoque princeps tenetur deserere subditum qui defendi non potest: (2) ex duobus malis minimum est eligendum *Vid. l.* 2. *c.* 23. §. 2. *n.* 2. Minus autem est deserere innocentem, quam totam exponere rempublicam. Neque (3) injuria fit ei qui deseritur, quia duoi defendi nequit æque periturus est cum civitate: Atque ex hoc principio (4) Jcti negant injuriam fieri ab eo qui ædes alienas æque ab igne devorandas diruit. *l.* 7. §. 4. *quod met. c.*

ADDITIO.

„Tres quæstiones hic distinguunt Doctores. (1) „an civitas civem desere, i. e. permittere hosti pos„sit ut auttant qui eum auferant? (2) An civis se de„dere hosti vel petenti teneatur? (3) ao, si nolit, „civitas eum invitum hosti dedere possit?

„Equidem, si cives ille *deliquit* dubium non est „quin deseri possit, aut ipse se dedere teneatur, „aut invitus quoque hosti tradi possit, de quo su„pra *c.* 21. § 4. Sed alia quæstio est si civis *inno„cens* deposcatur? & hoc casu variæ exstant opi„niones.

„DOMINICUS SOTUS negat (1) civem deseri „posse: at (2) putat eum teneri se dedere. Non „vero (3) invitum cogi posse.

„VASQUIUS itidem negat (1) deseri posse, (2) „negat quoque civem dedere se teneri, (3) negat „quoque invitum cogi posse.

„GROTIUS affirmat (1) civem deseri posse, (2) af„firmat civem dedere se teneri, non quidem jure pro„prie sic dicto, sed ex lege caritatis, (3) cogi quoque „posse a civitate ad faciendum id quod caritas ex„igit.

„NOS dicimus (1) deseri civem posse: (2) Eum te„neri se dedere etiam jure proprie sic dicto: Indeque „ 3) dedi quoque invitum posse.

„Vasquii rationes pro negativa hæ sunt, (1) quia „cives ideo coeunt in civitatem, eaque lege socie„tatem hanc contrahunt, ut tuti sint adversus in„jurias aliorum, illa igitur fides utrinque data vio„lari non potest, violaretur autem si desereretur, „aut hosti dederetur: *Vasq. d. c.* 13. *n.* 2. 3. 13. & „15. (2) quia imperium ejusque finis consistit in „tuendis civibus, non vero defendit qui deserit, „vel qui dedit. *ibid. n.* 16. Addit (3) civi jus a na„tura quæsitum esse ut in civitate tutus sit, hoc „jus auferre principem nulli civium posse. Idque „(4) probat exemplo eorum qui metu latronum „coeunt in societatem itineris & securitatis, hi fi„dem datam violarent si communis utilitatis causa „unum sociorum forte divitem poscentibus latro„nibus dederent. *ibid. n.* 14. Hinc (5) conclu„dit omnibus civibus & sociis unum & commune „periculum esse debere, *ibid. n.* 3. adeoque aut „omnes prælium inire, aut omnes se dedere de„bere. *ibid. n.* 5. & ridiculum esse putare, ali„quem precio capitis reliquorum incolumitatem „comparare teneri. *ibid.* Addit (6) hostem præci„pua membra reipublicæ deposcere posse, ut in„ermem postea tutoribusque destitutam civitatem „eo tutius deprædaretur, quod Demosthenes, cujus „deditionem Philippus postulabat, celebri illa fa„bula de lupis & ovibus explicavit. *ibid. n.* 4. & 5.

„At contrariæ sententiæ rationes potiores sunt. „Nam (1) civis qui se civitati jungit simul promit„tit se civitatem, etiam suæ salutis dispendio, defen„surum: isque est primus finis civitatis, salus pu„blica, & tunc privatorum: idque ipse Author „fatetur passim *l.* 2. *c.* 1. §. 9. *n.* 2. & *c.* 25. §. 3. „*n.* 3. Atque ex hoc principio statuit utilitatem „publicam jus dare Principi in bona privatorum „*l.* 3. *c.* 20. §. 7. & jus subditis quæsitum auferri „posse ob utilitatem reipublicæ *l.* 2. *c.* 12. §. 7. §. „14. *c.* 13. §. 20. *n.* 3. & *d. c.* 25. §. 3. *n.* 4. „Ut proinde ex ipsa Grotii assertione appareat, „civem dedere se debere non ex sola caritatis lege, „sed ex vero naturæ jure; adeo, ut, si nolit, me„rito ad illud cogi possit: Accedit (2) quod civi „nulla fiat injuria, utpote cum ponamus non sine „discrimine totius reipublicæ denegari deditionem „posse, ibi igitur æque periturus est civis: Atque „ex hac ratione JCti Romani actionem non dant „ei qui diruit ædes alienas æque perituras *Vid. supr.* „*c.* 2. §. 6.

„Sed & (3) civitas defendere civem potest si „defensio est possibilis, ad impossibilia enim nemo „tenetur.

„Porro & (4) ipse Grotius ait si ex duobus ma„lis unum necessario est eligendum, minus ma„lum induere naturam boni. *L.* 2. *c.* 23. §. 2. Mi„nus autem est deserere innocentem, quam totam „exponere rempublicam.

„Idque (5) omnium gentium consensu & au„toritate probatur: Omnes salutem publicam pri„vatæ præferunt. Hinc Judæi, etsi ex falsa hy„pothesi, allegabant expediri ut unus homo mo„riatur pro populo. *Joh.* 18. 14. *Add. Cicer.* 3. „*in Verr. n.* 89. *Liv.* 4. 44. *l.* 6. *c.* 16. *Quintil.* „*decl.* 253. *Ames de consc. l.* 5. *c.* 31. *q.* 3.

„Atque hæc vera sunt ubi certa persona de„poscitur: secus vero si in genere quidam ex civi„bus postulantur, uti Anglus Caleto urbe obsessa „sex e nobilioribus civibus dedi postulavit, in quos „ad arbitrium procedi possit? *Frossard. Hist. l.* 1. „*p. m.* 37. Sane ibi unum præ alio defendere ci„vitatem suo dispendio non tenetur. Tali ergo „casu forti res committenda est. Quanquam ple„rumque quidam generosioris animi cives inveni„antur, qui ultro se patriæ devovere solent: quod „Caleti quoque factum, & quos salvos & incolu„mes dimisit victor. *d. l.* 1.

§. III.

1. [a] Itaque si civis unus, quamvis innocens, ad exitium ab hoste deposcatur, [b] dubium non est quin deseri possit, [c] si appareat civitatem hostium viribus multo esse imparem. Disputat contra hanc sententiam Ferdinandus Vasquius: sed si non tam verba ejus quam propositum spectetur, [d] hoc videtur agere ne civis talis temere deseratur, ubi eum defendi posse spes sit. [e] Nam & historiam adfert Italici peditatus, qui Pompejum rebus nondum plane desperatis deseruit, [f] de sua salute certior factus a Cæsare, [g] quod ille non immerito improbat.

Soto de Just. & Jur. l. 5. q 1. art. 7.

Lib. 1. contr. ill. c. 23.

App. Alex. Bell. Civ. lib. 2. p. 478. Ed. H. Steph.

2. [h] An vero etiam tradi in manus hostium possit civis innocens, ut vitetur imminens alioqui civitatis excidium, disputant eruditi, [i] & olim disputatum est, ut cum Demosthenes nobilem illam de canibus, quos lupi pacis causa ab ovibus tradi sibi postulabant, fabulam protulit. Negant id licere non [k] Vasquius tantum, s. d is cujus sententia [l] ut perfidiæ propinqua a Vasquio arguitur [m] Sotus. Ponit tamen Sotus teneri talem civem se hostibus tradere: [n] hoc quo-

„a) (ITAQUE:) Quia rector magis toti civitati „cousulere debet quam singulis.

b) (Grot.) (DUBIUM NON EST, QUIN DESERI POSSIT:) Vide consilium Nicephori Patriarchæ datum Michaëli Langabæ de transfugis pacis causa reddendis Bulgarorum duci, ubi hæc verba apud *Zonoram: κρεῖσσον εἶναι παθεῖν κρίνοντες μετρίους τινὰς, ἢ πλήθη πάσχειν ἀνήριθμα. satius judicemus esse paucos aliquos mala ferre quam immensam multitudinem.* (Lib. XV. Cap. 17. pag. 127.)

„c) (SI APPAREAT CIVITATEM HOSTIUM VIRIBUS MULTO ESSE IMPAREM:) Adeoque si tota „civitas periclitaretur.

„d) (HOC VIDETUR AGERE NE CIVIS TALIS „TEMERE DESERATUR:) Imo plane deseri non „posse statuit, nec ob commune periculum: Et „id si fiat, putat a perfidia non multum abesse, „quia unum & commune periculum inter concives esse debet, cum hac de causa potissimum cives se civitati jungant. *Vasq. l. 1. c. 13. n. 2. 3.* „13. & 15. idque probat exemplo viatorum & sociorum itineris, qui prædonibus unum e sociis „absque perfidia dedere nequeunt. *d. c. 13. n. 3.* „*&* 14.

„e) (NAM ET HISTORIAM AFFERT ITALICI „PEDITATUS:) Cœpto enim prælio qood fuit inter Pompejum & Cæsarem, cum equitatus Pompejanus terga vertere cœpisset, Cæsarque totam „vim Pompejani exercitus in peditatu Italico consistere animadvertisset, jussit proclamari salvum „fore universum Italorum peditatum si pugnare „destitissent, quo audito omnes destiterunt, &c. quo „subsecuto reliquæ omnes partes exercitus Pompejani facile fusæ sunt.

„f) (DE SU.. SALUTE:) Postquam a Julio fidem „acceperunt, nihil ipsis mali fore si a Pompejo „abstinerent. *Gron. h.*

„g) (QUOD ILLE NON IMMERITO IMPROBAT:) „Miles enim nunquam deserere ducem potest „quamdiu spes vincendi vel evadendi superest; „adeoque hoc exemplum ad casum propositum „non pertinet.

„h) (AN VERO ETIAM IN MANUS HOSTIUM „TRADI POSSIT CIVIS INNOCENS:) Merito id „affirmamus ex rationibus ante allegatis.

„i) (ET OLIM DISPUTATUM EST CUM DEMOSTHENES:) Alexander Magnus enim ab Atheniensibus oratores & duces dedi sibi voluit. *Just.* „*11. 4.*

„k) (VASQUIUS:) *L. 1. controv. ill. c. 13. n. 3.* „*11. 15.*

„l) (UT PERFIDIÆ PROPINQUA:) Quia scilicet „fidem fallit civitas quæ civem innocentem aut „deserit aut hosti tradit, cum ideo in civitatem „se contulerit ut ab injuria tutus esset.

„m) (SOTUS:) Imo Sotus contrarium statuit, „ipse enim Author fatetur Sotum docere civem „se dedere teneri. *Sot. l. 5. de just. & jur. q. 1.* „*art. 7.* Si tenetur se dedere, necessario sequitur „eum, si nolit, cogi posse.

„n) (HOC QUOQUE NEGAT VASQUIUS:) Sed „male: quia civis quoque utilitatem publicam privatæ suæ præferre debet.

„o) (QUIA NATURA SOCIETATIS CIVILIS ID NON POSTU-

quoque negat Vasquius, ° quia natura societatis civilis, quam sui quisque commodi causa iniit, id non postulet.

3. ᵖ Sed hinc nihil aliud sequitur quam ᵠ ex jure proprie dicto, civem ad hoc non teneri: ʳ at non etiam caritatem pati, ut aliter faciat. Multa enim sunt ˢ non justitiæ propriæ dictæ ᵗ sed dilectionis officia, ᵘ quæ non tantum cum laude præstantur, quod Vasquius agnoscit, ᵛ sed etiam omitti sine culpa nequeunt. ʷ Tale autem omnino hoc videtur esse, ut maximæ multitudinis innocentis vitam suæ unius quis præferat. Praxithea in Euripidis Erechtheo:

Εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τὸ μεῖζον, ὃς
Τὸ μεῖζον, εἷς μὲν οἶκος ἐ πλέον σθένει,
Πταίσας ἁπάσης πόλεος, ἐδ' ἴσον φέρει.

Si namque numeros quidque sit plus aut minus
Percipimus animo, ʸ non malo unius domus
Commune vinci, sed nec æquari potest.

ᶻ Atque ita Phocion Demosthenem atque alios hortabatur ad exemplum Leï filiarum & ᵃᵃ Hyacinthidum potius mortem ipsi subirent, quam malum irreparabile patriæ inferri sinerent. Cicero pro P. Sextio: *Si mihi in aliqua nave cum meis amicis naviganti hoc accidisset,* Diod. libro 17. c. 15. Cap. 20.

„POSTULET:) Ratio hæc fallit: *tum* quia non sui „tantum sed magis totius civitatis utilitati consulere quilibet civis tenetur; *tum* quia æque periturus est cum civitate: *tum* quia civitas ad impossibilia non tenetur, quale est si defendi absque præsenti periculo civitatis non potest. At „hoc verum tantum esse diximus, ubi hostis vel „alia gens certum civem dedi jubet, secus si unum „e civibus, vel plures, tunc enim sorte res dirimenda est.

„*p*) (SED HINC:) Author contra Vasquium „asserit civitatem dedere posse civem etiam innocentem, non ex jure proprie dicto, sed ex caritate, i. e. non ex jure naturæ sociali, sed ex jure „naturæ laxiori: Nos dicimus (1) non dari jus „sociale: & jus naturæ laxiori sensu sumtum, prout ab Authore definitur, nullam producere obligationem, adeoque frustra quæri an vi horum „jurium dedi possit? sed & (2) probavimus talem „civem, utpote æque periturum, etiam jure proprie sic dicto dedi posse.

„*q*) (EX JURE PROPRIE DICTO:) Quod jus Sociale Author vocat: *proleg.* §. 8. *l.* 1. *c.* 1. 5.

„*r*) (AT NON ETIAM CARITATEM PATI UT „ALTER FACIAT:) Quam caritatem refert ad jus „naturæ laxius: *Vid. diss. proœm. II.* §. 8.

„*s*) (NON JUSTITIÆ PROPRIE SIC DICTÆ:) „Quæ Authori *sui* & *facultatis* nomine venit, „*Vid. d. c.* 1 §. 5.

„*t*) (SED DILECTIONIS OFFICIA:) Quibus id „agitur ut hæc quæ nostra sunt perficiantur, vel „alteri prudenter distribuantur. *Vid. Diss. proœm.* „*II.* §. 8.

„*u*) (QUÆ NON TANTUM CUM LAUDE PRÆSTANTUR:) Grotius enim distinguit inter virtutes quæ sunt præscripta quidem honesta sed non „obligantia, quas legis nomine non venire ait: „*Diss. proœm. II.* §. 9. & inter virtutes quæ non „tantum cum laude præstantur; sed etiam obligant. *Ibid.* §. 8.

„*v*) (SED ETIAM OMITTI SINE CULPA NEQUEUNT:) Adeoque quæ homines quoque obligant. *d.* §. 8. Hanc autem obligationem saltem „esse in agente ait: Neque aliis jus inde quæri, „*ibid.* §. 10. sed soli Deo, *ibid.* §. 11. cui pœnam „olim daturi sint illi qui actus tales negligunt. „*Ibid.* §. 10.

„*w*) (TALE AUTEM OMNINO VIDETUR:) Imo „civis tenetur se dedere ex jure proprie sic dicto, „& si omittit, adigi ad id potest.

y) (Grot.) (- - NON MALO UNIUS DOMUS:) Οὐ δίκαιον προσθήκην τὸ ὅλον μέρους εἶναι· *Iniquum est totum fieri accessionem partis.* Locus est apud *Philonem* fine libri II. Mosis, de vita ubi „& alia lectu dignissima. (Pag. 652.)

„*z*) (ATQUE ITA PHOCION:) *Apud. Diod. Sic.* „*l.* 17. *c.* 15.

disset, ut multi ex multis locis prædones classibus eam navem se oppressuros minarentur nisi me unum sibi dedissent: si id vectores negarent, ac mecum simul interire, quam me hostibus tradere mallent, jecissemme potius ipse in profundum ut cæteros conservarem, quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, sed in magnum vitæ discrimen adducerem [bb] Idem de Finibus III. *Vir bonus & sapiens, & legibus parens, & civilis officii non ignarus, utilitati omnium plus quam unius alicujus aut suæ consulit.* Apud Livium de Molossis quibusdam dictum legimus: *Equidem pro patria qui lethum oppetissent sæpe fando audivi: qui patriam pro se perire æquum censerent, hi primi inventi sunt.*

Cap. 19. Lib. 45. c. 26.

4. Sed hoc posito restat dubitatio, an [cc] quod ille facere tenetur ad hoc [dd] cogi quoque possit. Negat hoc [ee] Sotus [ff] exemplo divitis qui egeno stipem dare ex misericordiæ præscripto tenetur, cogi tamen nequit. Sed notandum est, [gg] aliam esse rationem partium inter se, aliam superiorum ubi cum sibi subditis comparantur. Nam [hh] par parem cogere non potest, nisi ad id quod ex jure debetur stricte dicto; at superior cogere potest [ii] etiam ad alia quæ virtus quælibet præcipit, [kk] quia in jure proprio superioris, [ll] qua superior est, hoc est comprehensum. Sic in magna frumenti penuria [mm] cives cogi pos-

Less. lib. II. c. 9. dub. 7.

aa) (Grot.) (HYACINTHIDUM:) Vide *Apollodorum* in bibliotheca. (*Lib.* III. *Cap.* 14. *n.* 8)

„bb) (IDEM DE FINIBUS:) Cicero igitur non „officio tantum & caritati id tribuit, sed juri & „legibus.

„cc) (QUOD ILLE FACERE TENETUR:) Ex „officio caritatis. *Vid.* *n.* 3.

„dd) (COGI QUOQUE POSSIT:) I. e. invitus „dedi.

„ee) (SOTUS:) *De just. & jur. l.* 5. *q.* 1. *art.* 7.

„ff) (EXEMPLO DIVITIS:) Vera omnino hæc „ratio esset, si ex caritate saltem dedere se teneretur, i. e. si ex legibus perfectionis & virtutis saltem id facere obligaretur, tunc enim res meri arbitrii foret. At cum dictum sit hanc obligationem ex lege & jure esse, omnino dicimus cogi „quoque civem posse.

„gg) (ALIAM ESSE RATIONEM PARTIUM INTER SE, ALIAM SUPERIORUM UBI CUM SIBI SUBDITIS COMPARANTUR:) Diversa esse quæ civis a „cive, & quæ magistratus aut populus a cive possunt exigere, *Gron. h.* at statim videbimus, hac „diversitate dubium non tolli.

„hh) (PAR PAREM COGERE NON POTEST NISI „AD ID QUOD EX JURE DEBETUR STRICTE DICTO:) „Sæpius jam dictum est parem nullum jus habere „in parem, & neminem cogi posse nisi a superiore, „solo casu necessariæ defensionis excepto.

ii) (Grot.) (ETIAM AD ALIA QUÆ VIRTUS QUÆLIBET PRÆCIPIT:) Sic apud Lucanos pœna erat dicta prodigis, ingratis apud Macedonas, otiosis apud eosdem Lucanos & Athenienses. Adde quæ allata ad libri 1, c. 1. §. 9.

ADDITIO,

„Nemo ad ea quæ virtutis sunt cogi potest: „Imo contradictio est rem arbitrii & voluntatis „meæ esse, & tamen aliquem cogi posse ad id „faciendum. Author ipse hoc fassus est *c.* 20. §. 20.

„kk) (QUIA IN JURE PROPRIO SUPERIORIS „HOC EST COMPREHENSUM:) Imo negamus Principis jure comprehendi ut cogere aliquem ad „id quod virtutis est possit, nisi lex præcedat.

„ll) (QUA SUPERIOR EST:) Explicat hoc Gronovius: *quatenus de inferioribus in usum publicum statuendi potestatem habet.* At si qua superior circa ea quæ virtutis sunt aliquid statuit, „dici non potest cives teneri ex sola caritate, sed „tunc tenentur ex jure proprie sic dicto.

„mm) (CIVES COGI POSSUNT QUOD HABENT „IN MEDIUM CONFERRE:) Male exemplum hoc „ad officium caritatis refertur: id enim sequitur „ex jure proprie sic dicto: ipse Author fatetur „uti-

possunt quod habent in medium conferre: quare & in nostra illa controversia verius videtur, [nn] cogi posse civem ut id faciat quod exigit caritas. Atque ita quem dixi [oo] Phocion amicissimum quendam sibi Nicoclem nomine demonstrans ajebat, huc malorum ventum ut si Alexander eum deposceret [pp] ipse dedendum censeret. *Plutarch. in Phocion. p. 749. C.*

§. IV.

Subditis proximi, imo pares sunt in hoc, [a] ut defendi debeant socii, in quorum fœdere comprehensum id est, [b] sive in tutelam sese & fidem aliorum dederunt, [c] sive mutua auxilia pacti sunt. [d] *Qui non repellit injuriam a socio si potest, tam est in vitio quam ille qui facit,* ait Ambrosius. *De Offic. l. 36.* Pactiones autem tales, [e] ad bella quibus justa causa non subsit, porrigi haud posse [f] diximus alibi. [g] Et hæc est causa cur Lacedæmonii, priusquam bellum in Athenienses suscipe- *Thucyd. l. 1. c. 119. 125.* rent, sociis omnibus de causæ justitia judicium permiserint: [h] Et Romani Græcis de bello in Nabidem. Nunc illud addamus, ne [i] tunc quidem teneri socium si nulla spes sit boni exitus. [k] Boni *Livius lib. 34 c. 22.* enim

„utilitatem publicam jus dare principi in bona „privatorum, *l. 3. c. 20. §. 7.* & jus subditis quæsi„tum auferri posse ob utilitatem publicam. *L. 2.* „*c. 12. §. 7. 8. & 14. & c. 13. §. 20. n. 3.*

„*nn*) (COGI POSSE CIVEM UT ID FACIAT, „QUOD EXIGIT CARITAS:) Cives tum non ex „lege caritatis, sed ex jure proprie sic dicto obli„gantur ad præferendum commoda publica utilitati „privatæ, latente ipso Authore *l. 3. c. 20. §. 7. n. 1.*

„*oo*) (PHOCION:) *Vid. n. 3.*

„*pp*) (IPSE DEDENDUM CENSERET:) Quia dedendo civem saluti publicæ consuluisset.

a) (UT DEFENDI DEBEANT SOCII:) Qui ea lege „nobiscum societatem contraxere, ut mutua auxi„lia præstentur, quale pactum omnino licitum esse „initio hujus capitis probavimus.

„*b*) (SIVE IN TUTELAM SE SE ET FIDEM A„LIORUM DEDERUNT:) Per inæquale fœdus.

„*c*) (SIVE MUTUA AUXILIA PACTI SUNT:) „Tunc enim socii invicem ex pacto tenentur.

„*d*) (QUI NON REPELLIT INJURIAM A SOCIO „SI POTEST:) Apud Livium duabus maxime re„bus amicitiam violari traditur, si socios meos pro „hostibus habeas, & si cum hostibus te conjungas, „*l. 34. c. 32.* Exempla vide initio h. c. quibus „adde *Liv. 31. l. 34. c. 22. l. 23. c. 5. l. 30. c. 31. De„mosth. olynth. 3. & de republ. ord. Thucyd. 1. p. 47.* „*Xenoph. inst. 5. p. 127. Just. 3. 7. Thuan. 3. p. 61.* „Nec exspectandum esse ut petantur auxilia, sed „sociales Deos, fidemque fœderum per se id po„scere, traditur apud *Liv. l. 3. c. 18. Tesm. h.*

e) (Grot.) (AD BELLA, QUIBUS JUSTA CAUSA NON SUBSIT:) Vide *Simlerum* de Republica Helvetiorum [pag. 160. *Edit. Elzevir.*] *Domino guerram faciente alicui, si sciatur quod juste, aut cum dubitabitur, vasallus eum adjuvare tenetur. Sed cum palam est, quod irrationabiliter eam facit, adjuvet eum ad ejus defensionem, ad offendendum vero alium non adjuvet.* Lib. II. *de Feudis* Tit. 28. *Hic finitur.*

ADDITIO.

„Hoc jam refutavimus supra *c. 15. §. 13.* Socio „non competit judicium de justitia seu injustitia „belli quod a socio geritur: sed is sequi causam „socii debet & sufficit hunc justam sibi causam „esse existimare: sane alias hic socius omni tem„pore allegare posset injustam esse causam, eoque „prætextu auxilia promissa denegare.

„*f*) (DIXIMUS ALIBI:) *L. 2. c. 15. §. 13.*

„*g*) (ET HÆC EST CAUSA CUR LACEDÆMO„NII:) Imo socii accersebantur non ut de justitia „causæ consulerent: de eo enim jam constabat & „decretum jam exstabat *fœdifragos atque inju„rios esse Athenienses.* Thucyd. *l. 1. p. m 46.* Sed „sociorum consilium expetebatur, *num quid bellum* „*suscipere expediret nec ne. Ibid.*

„*h*) (ET ROMANI GRÆCIS:) *Vid. Liv. l. 34. c. 32.* „Græcorum sententia de bello ideo expetebatur, „quia eorum causa erat; non Romanorum. Hi „enim tanquam socii offerebant auxilium adversus „tyrannum Nabidem, qui Achæis abstulit Argos: „Hanc injuriam sociis illatam iis invitis vindicare „Romani non potuerunt.

„*i*) (NE TUNC QUIDEM TENERI SOCIUM „SI NULLA SPES SIT BONI EXITUS:) Imo si so„cius cui auxilia promissa sunt bonum exitum „sperat, ejus judicium sequi socius, & auxilia pro„missa mittere debet: & bene notat Zieglerus *ad* *h. §.*

enim non mali causa societas contrahitur. Defendendus autem socius est *l* etiam contra alium itidem fœderatum, *m* nisi priori fœdere aliquid specialius convenerit. *n* Sic Corcyræos, si causa eorum justa erat, Athenienses defendere potuerunt etiam contra Corinthios socios vetustiores.

Vide su. pra, cap. 16. §. 13. n. 2.

§. V.

Vid. de Ind. p. 2. n 17. Ca. jet. 2. 1. q. 4. art. 1.

a Tertia causa est amicorum, quibus auxilium promissum quidem non est *b* sed tamen amicitiæ quadam ratione debetur, si facile & sine incommodo exhiberi possit. *c* Sic pro Lotho cognato arma sumsit Abrahamus; *d* Antiatibus præceperunt Romani ne in Græcos, utpote *e* Italorum cognatos, piraticam exercerent. Iidem sæpe non pro sociis tantum, quibus ex fœdere id debebatur, sed *f* pro amicis bella susceperunt, aut suscipere minati sunt.

§. VI.

„*b.* §. socium omni tempore allegare posse, nullam esse spem boni exitus.

„*k*) (BONI ENIM NON MALI CAUSA SOCIETAS CONTRAHITUR:) Societas contrahitur ad avertendum malum, quod auxilio socii fieri debet.

„*l*) (ETIAM CONTRA ALIUM ITIDEM FOEDERATUM:) Sensus est, quod defendi socius debeat contra alium socium etiam antiquiorem, si injuria ab hoc incipit, & in specie cautum non est ne adversus eum auxilia mittere liceat. *Vid. c. 15.* „§. 13. *n.* 1.

„Nos hanc quæstionem late examinavimus allegato loco, & diximus: (1) male distingui an causa sociorum justa sit an non: (2) auxilia potius antiquiori præstari debere: (3) defendi non debere socium antiquiorem si socius posterior nobis sit subditus. *L.* 2. *c.* 15. §. 13. *n.* 4. Cujus rei exempla Author refert §. 1. *b. c.*

„*m*) (NISI PRIORI FOEDERE ALIQUID SPECIALIUS CONVENERIT:) Scilicet ne adversus eum auxilia mittere liceat. *d.* §. 13, *n.* 1.

„*n*) (SIC CORCYREOS SI CAUSA EORUM JUSTA ERAT ATHENIENSES DEFENDERE POTUERUNT:) Vide orationes & Corcyræorum & Corinthiorum apud *Thucyd. l.* 1. *p. m.* 14. *& seq.* Cæterum Athenienses in casu proposito noluerunt fœdus antiquius rumpere, & Corinthios hostes declarare, sed *subsidiorum saltem inivere societatem, ut utrique forent alteris auxilio, si quis adversus Corcyram cat, Athenasve Authorum socios:* quod salvo fœdere fieri posse rebantur. *d. l. p.* „*m.* 20.

(AD §. V.) Quæritur an iis qui amici saltem sunt, non socii, auxilia bello præstari possint? Resp. Suo jure nec sociorum nec amicorum causam defendere quis potest; iis rogantibus potest, & ratione sociorum tenetur. Neque enim tunc ipse agere videtur, sed amicus cujus causam defendit, & cujus jus sequitur. Cyrus in oratione ad milites, ait: *quid pulchrius est quam succurrere amicis*, apud *Xenophont. Cyrop. l.* 1.

a) (Grot.) (TERTIA CAUSA EST AMICORUM:) Oraculum vetus, [apud *Ælianum*, *Var. Hist.* III. 44.]

> Ανδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐβοήθεις·
> Οὔ σε θεμιστεύσω περικαλλέος ἔξιθι ναοῦ·
>
> *Non ope juvisti præsens in morte sodalem:*
> *Effabor tibi nil, nisi, Templi finibus exi.*

„*b*) (SED TAMEN AMICITIÆ CAUSA DEBETUR SI FACILE ET SINE INCOMMODO EXHIBERE POSSET:) Adeoque citra pactum, ex solo jure quo causæ aliorum accedere & jus alterius defendere licet.

„*c*) (SIC PRO LOTHO:) Hic fuit pars familiæ, adeoque ex eo quoque capite Abrahamus bellum licite pro eo suscepit. *Vid. supr.* §. *1. n.* 2.

„*d*) (ANTIATIBUS PRÆCEPERUNT ROMANI:) Antiates non erant summa potestas, sed Colonia Romana, cui civitas Romana data, *Liv. l. 8. c.* „*13. & 14. l. 36. c. 3. l 27. c. 40.* & jus statuum fuit *l. 9. c. 20.* adeoque Romani hic non auxilia præstabant Græcis, sed suos subditos prohibebant ne sociis damnum inferrent.

„*e*) (ITALORUM COGNATOS:) Quia Æneas, e Græcorum gente, in Italiam profugit, ibique regnum Italiæ condidit. *Liv. l. 1. c. 1. seq.*

„*f*) (SED PRO AMICIS BELLA SUSCEPERUNT.) Ut Carthaginenses pro Tyriis, quos parentum loco colebant, *Curt 4, 2.* Cæribus pro Tarquiniensibus, quorum Consanguinei erant. *Liv.* „*7.* 19. Hinc Amarones auxilia petebant a Sagillo rege Scythiæ, quod ex genere Scytharum oriundi erant. *Just. 2. 4. Vid. Test. b.*

„*h*)

§. VI.

Postrema latissimeque patens est, [a] hominum inter se conjunctio, [b] quæ vel sola ad opem ferendam sufficit. [c] *Homo in adjutorium mutuum generatus est*, ait Seneca. Ejusdem est: *Sapiens quoties poterit* [d] *fortunæ intercedet.* Euripides in Supplicibus:

Præbent saxa perfugium feris,
Aræque famulis. urbibus pressis malo
Tutamen urbes.

Ambrosio *fortitudo quæ defendit infirmos plena justitia est:* qua de re [e] supra quoque egimus.

Cic. de Fin. III. de Off. II. L. utvim 3. D. de Just. & Jur. De Ira l. I. cap. 5. De Clem. II. 16. De Off. I. 27. Lib. I. c. 5.

§. VII.

1. Quæritur hic, [a] an teneatur etiam homo hominem, populus populum ab injuria defendere. [b] Plato puniendum censet qui vim alteri illatam non arcet: quod & Ægyptiorum legibus cavebatur. Sed primum, [c] si manifestum sit periculum, non teneri certum est; potest enim suam vitam & res alienis præferre. Atque ita interpretandum censeo illud [d] Tullii, *Qui non defendit nec obsistit si potest injuriæ, tam est in vitio quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat?* ut [e] *potest* illud intelligamus, cum suo commodo: nam & idem alibi dicit, *non defendi homines sine vituperatione fortasse possunt.* Apud Sallustium est in historiis: *omnes qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur considerare debent, liceatne tum pacem agere; dein, quod quæritur, satisne pium, tutum, gloriosum, an indecorum sit.*

De legib. IX. pag. 881. Diod. I. I. c. 77. De Offic. I. 7. Apud Ammian. Marc. Lib. 30. c. 4. pag. 643. Fragm. IV, 2.

2.

„a) (HOMINUM INTER SE CONJUNCTIO:) Author intelligit illam societatem humanam, quam „non existere diximus ad *prol.* §. 8.

„b) (QUÆ VEL SOLA AD OPEM FERENDAM „SUFFICIT:) Sæpius dictum est (1) talem conjun„ctionem universalem inter homines non existere; „(2) si existeret, eam potius suadere ut neutri „assistamus; quia cum uterque societate no„bis junctus sit, non uni magis quam alteri „opem ferre licebit: Jus igitur aliis assistendi „non ex illa conjunctione oritur, sed quia quili„bet vi juris quod in suas actiones habet instru„mentum alterius esse, eoque causæ alienæ acce„dere, eamque sequi potest.

„c) (HOMO IN ADJUTORIUM MUTUUM NATUS „EST:) Homo hominis causa natus est, *Sen. 4.* „*benef. 18. Cic. l. 1. off. c. 7. & 9.* & homini pro„pterea quod homo est benefaciendum, *Senec. ep.* „*95. Sadi Rof. Perf. c. 1. Tesm. h.* latius hoc ex„plicavimus supra *l. 1. c. 1. §. 3.*

„d) (FORTUNÆ INTERCEDET:) Quos adfligit „fortuna, sublevabit. *Gron. h.*

„e) (SUPRA:) *L. 1. c. 5. §. 2. & l. 2. c. 20. §. 40.*

„a) (AN TENEATUR:) Eum enim id facere „*posse*, præcedenti §. Author dixit.

b) (Grot.) (PLATO PUNIENDUM CENSET, QUI VIM ALTERI ILLATAM NON ARCET:) Et Hebræi, *Moses de Kotzi* præcepto jubente LXXVII. LXXX. Vetante CLXIV. CLXV.

„c) (SI MANIFESTUM SIT PERICULUM NON „TENERI CERTUM EST:) Imo simpliciter dicen„dum est eum non teneri, etsi nullum periculum „adsit: quia homo non tenetur homini bene fa„cere: Neque alter jus in meas actiones habet. „Sane ipse Author supra *c. 17. §. 8. & c. 21.* §. 1. „docuit, injuriam non facere qui cum non te„neatur opem ferre id omittit.

„d) (TULLII:) *L. I. off. 7.*

„e) (UT POTEST ILLUD INTELLIGAMUS EUM „SUO COMMODO:) Non ergo si manifestum est „periculum.

f) (Grot.) (SENECÆ QUOQUE:) Locus est de bene-

Pars II.

2. [f] Senecæ quoque hoc non ſpernendum: *Succurram perituro, ſed ut ipſe non peream, niſi [g] futurus ero magni hominis aut magnæ rei merces.* Sed ne tunc quidem tenebitur, [h] ſi oppreſſus niſi morte invaſoris eripi non poteſt. Nam ſi invaſoris vitam qui invaditur ſuæ poteſt præferre, [i] ut alibi diximus, non peccabit [k] qui invaſum id aut credet, aut volet malle: præſertim [l] cum ex parte invaſoris majus ſit periculum damni irreparabilis & ſempiterni.

Leſſ. lib. II. c. 4. dub. 15.

§. VIII.

1. Eſt & illud controverſum, [a] an juſta ſit belli cauſa pro ſubditis alienis ut ab eis arceatur imperantis injuria. Sane [b] ex quo civiles ſocietates inſtitutæ ſunt, certum eſt rectoribus [c] cujusque [d] ſpeciale quoddam in ſuos jus quæſitum. Euripides Heraclidis:

δίκαιοι δ' ἐσμὲν οἰκῦντες πόλιν
Αὐτοὶ καθ' αὐτῆς κυρίας κρίνειν δίκας.

Nos quotquot hujus colimus urbis mœnia
Sufficimus ipſi noſtra judicia exſequi.

Nec alio illud pertinet:

Fragm. Phœnicis Euripid. verſ. 19. 20.

[e] *Spar-*

beneficiis II, 15. alter non diſſimilis ejusdem argumenti lib. 1, cap. 10. *Dignum etiam impendio ſanguinis mei tuebor, & in partem diſcriminis veniam: indignum, ſi eripere latronibus potero clamore ſublato, ſalutarem vocem homini non pigebit emittere.* Vide quæ ſupra libro II. cap. I. §. 2.

„g) (NISI FUTURUS ERO MAGNI NOMINIS AUT „MAGNÆ REI MERCES:) I. e. niſi pro homine aut „re maximi pretii & valde utili me impendam. „*Gron. h.*

„h) (SI OPRESSUS NISI MORTE INVASORIS ERI„PI NON POTEST:) Adeoque invaſor in peccato „periturus eſſet.

„i) (UT ALIBI DIXIMUS:) *L. 2. c. 1. §. 9.*

„k) (QUI INVASUM ID AUT CREDET AUT VO„LET MALLE:) Ex hujusmodi conjecturis, nullum „jus, nedum naturæ ſequitur.

„l) (CUM EX PARTE INVASORIS MAJUS SIT „PERICULUM DAMNI IRREPARABILIS ET SEMPI„TERNI:) Quia forte in peccato periturus eſt ſine „pœnitentia. *Conf. l. 2. c. 20.* §. 12. At ibidem no„tavimus invaſorem ipſam cauſam eſſe damni „illius irreparabilis, neque ejus periculum jus in„vaſo quæſitum auferre poſſe.

„a) (AN JUSTA SIT BELLI CAUSA PRO SUBDITIS ALIENIS, UT AB EIS ARCEATUR IMPERANTIS INJURIA:) Negatur, ſi contra legitimum Principem ſubditi inſurgunt: ſecus ſi contra eum, qui notorie tyrannus eſt, i. e. ſtatum evertit. Camdenus in hiſtoria Eliſabethæ recenſet, Eam cum Belgicæ provinciæ, (*p. 2. pag. 267.*) ejus opem imploraſſent, diu hæſitaſſe, tandem autem ſævitia Hiſpanorum, & quod ſtatum religionis evertere tentarent motam, cauſam Belgarum defendiſſe; *p. 3. p.* 411. quanquam præterea alias rationes afferat ad an. 1569. & ſeq. ad an. 1585. & paſſim.

ADDITIO.

„Noſtram ſententiam alibi expoſuimus, *vid.* „*l. 2. c. 4.* ubi exemplum Piſanorum examinavi„mus, quos rex Galliæ Florentinorum imperio „exemit.

„b) (EX QUO CIVILES SOCIETATES INSTITUTÆ „SUNT:) Imo ante inſtitutas ſocietates civiles „Rectoribus familiæ ſpeciale jus quoddam in ſuos „quæſitum fuit ab ipſa natura: At poſtquam ſin„gulæ familiæ in unam civitatem coaluerunt, „rectoribus civitatis jus ſpeciale imperii quæſitum „eſt in illas familias ex pacto.

„c) (CUJUSQUE:) Scilicet ſocietatis civilis.

„d) (SPECIALE QUODDAM JUS IN SUOS QUÆ„SITUM:) Familiæ enim, (i.e. populus) omne ſuum „jus imperii, quod ante habuerunt, in rectorem civi„tatis tranſtulerunt. Cum ergo ipſi populo nullum „judicium in rectorem ejusque actiones competat, „nedum extraneis tale arbitrium concedi poteſt. „Regina Scotiæ regerit Eliſabethæ, *ſuos ſubditos* „*ſuo ſibi relinquat judicio; cum ipſa in cauſis ſub*„*ditorum Anglorum minime ſe intermiſceat. Camd.* „*Lib. 1. p. 94.* & Batavis, qui ſe imperio Hiſpanorum „eximere tentabant, ac Eliſabethæ imperium offerebant, reſponſum datum fuit, *nihil ſibi antiquius* „*quam fidem cum honore conjunctam & Principe* *dignam*

[e] *Spartam tibi quæ contigit orna:*
Nobis fuerint cura Mycenæ.

Et Thucydides inter summi imperii signa posuit τὸ αὐτόδικον, [f] *judiciorum summam potestatem*, non minus quam τὸ αὐτόνομον καὶ τὸ αὐτοτελὲς, id est, [g] *legum & magistratuum creandorum jus*. Nec alio pertinet [h] poëticum illud: *Lib. 5. c. 18.*

Non illi imperium pelagi regnumque tridentis, *Virg. Æn. 1. vers. 142.*
Sed mihi forte datum.

Et huic non dissimile illud:

[i] *Rescindere numquam* *Ovid. Met. 14. vers. 784.*
Dis licet acta Deum.

Et apud Euripidem:

Mos ille est Deum; *Hyppolyto vers. 1328.*
Quod cupit unus, [k] *huic nefas obsistere:*

Nimirum, ut recte explicat Ambrosius: *ne usurpata aliarum partium sollicitudine bellum inter se incitarent.* τὺς σφετέρυς αὐτόν τινα κολάζειν; [l] *ut in suos quisque animadvertant*, æquum esse censent Corinthii apud Thucydidem. Et Perseus in oratione ad Martium quod in Dolopes fecisset negat se defensurum: *jure*, inquiens, *feci meo, cum mei regni, meæ ditionis essent.* [m] Sed hæc omnia locum habent ubi vere delinquunt subditi, adde etiam [n] ubi dubia est causa. [o] In hoc enim instituta est illa imperiorum distributio. *L. 1. de Off. c. 13.* *Lib. 1. c. 43.* *Livius l. 42. c. 41.* *Vict. rel. de Ind. n. 15.*

2. [p] At non etiam si manifesta sit injuria, [q] si quis Busiris, Pha-la-

„dignam tueri, necdum sibi constare quomodo salvo „honore & conscientia integra posset provincias „illas oblatas in protectionem, multo minus in pos- „sessionem accipere: ceterum apud Hispanum sedulo „acturum ut pax feliciter convalesceret. *Camp.* „*p. 2. p. 267. Tesm. b.*

„e) (SPARTAM TIBI QUÆ CONTIGIT ORNA:) „Proverbium quo quisque jubetur, alienis rebus „omissis, suas curare. *Gron. b.*

„f) (JUDICIORUM SUMMAM POTESTATEM:) „Vide supra *l. 1. c. 3. §. 6.*

„g) (LEGUM ET MAGISTRATUUM CREANDO- „RUM JUS:) *Vid. d. c. 3. §. 6.*

„h) (POETICUM:) Apud *Virgil. Æn. l. 1. v.* 142.

i) (Grot.) — RESCINDERE NUNQUAM
DIS LICET ACTA DEUM:) Ejusdem est III. Metaphorseon, (vers. 336.)
— *Neque enim licet irrita cuiquam*
Facta Dei fecisse Deo.

„k) (HUIC NEFAS OBSISTERE:) Argumentum „Authoris hoc est, Deos in Deorum actus non in- „quirere, ergo nec Principem in alterius Principis „jura involare debere.

l) (Grot.) (UT IN SUOS QUISQUE ANIMADVERTANT:) *Augustinus* II. de Libero Arbitrio: *non enim ut alicujus est bonitatis, alienis præstare beneficia, ita justitia, vindicare in alienos.* (Cap. 1.) Procopius Vandalicorum 1. τὴν ὑπάρχουσαν ἡγεμονίαν αὐτόν τινα διοικεῖσθαι καλὸν, καὶ μὴ ἀλλοτρίας οἰκειοῦσθαι φροντίδας. *quod cuique obtigit imperium, id ut administret, ac ne alienas curas in se trahat, honesto convenit.* (Cap. 9.)

„m) (SED HÆC OMNIA LOCUM HABENT UBI „VERE DELINQUUNT SUBDITI:) Adeoque ubi Prin- „ceps agit intra fines justæ punitionis; & ubi subditi „injuria conqueruntur.

„n) (UBI DUBIA CAUSA EST:) An scl. jure an „injuria subditos castigaverit: quia judicium extra- „neis regibus nullum competit.

„o) (IN HOC ENIM INSTITUTA EST ILLA IM- „PERIORUM DISTRIBUTIO:) Ut arbitrium sit Prin- „cipis delicta subditorum castigare.

„p) (AT NON ETIAM SI MANIFESTA SIT IN- „JURIA:) Si tyrannus promiscue in totum popu- „lum sævit, omnino desinit esse princeps: At si pri- „vatæ sunt injuriæ ideo non amittit imperium.

„q) (SI QUIS BUSIRIS PHALARIS &c.) De qui- „bus vide supra *l. 2. c. 20. §. 40. n. a.*

 „r)

laris, Thrax Diomedes ea in subditos exerceat quæ æquo nulli pro-
Vid. rel. de Ind. p. 8, n. 13. bentur, [r] ideo præclusum erit jus humanæ societatis. [s] Sic in Maxentium & in Licinium Constantinus, [t] in Persas alii Romanorum Imperatores arma ceperunt, aut capere minati sunt, [u] nisi vim Christianis religionis nomine arcerent.

3. Imo [v] etiam si daretur ne in summa quidem necessitate arma recte a subditis sumi [w] (qua de re dubitare vidimus illos ipsos quorum institutum fuit regiam potestatem defendere) non tamen inde sequetur non posse pro ipsis ab aliis arma sumi. [x] Quoties enim actioni alicui impedimentum ponitur [y] personale, non ex re; toties [z] quod uni non licet, alteri pro eodem licere potest, [aa] si modo tale sit negotium in quo alter alteri prodesse possit. [bb] Sic pro pupillo, cui

„r) (IDEO PRÆCLUSUM ERIT JUS HUMANÆ „SOCIETATIS:) Ut hoc rite intelligatur notan„dum est, Authorem jus puniendi delicta cuique „privato permittere, inprimis si quid contra naturam „aut societatem humanam committitur. *L. 2. c.* „*20.* §. *40. & §. 46. n. 4.* Atque hoc adeo verum „esse ait, ut institutis quoque civitatibus reserva„tum hoc jus fuerit societati humanæ, singulisque „ejus membris. Hinc concludit, quamlibet civi„tatem delicta in societatem humanam etiam in „alieno territorio commissa suo jure vindicare, „neque Principem id impedire posse, *l. 2. c. 21. §.* „*3.* Atque ex eodem principio infert subditis, „qui iniqua patiuntur notoria, defendi contra Prin„cipem a quocunque posse, quia præclusum est jus „societatis humanæ. Quæ omnia refutavimus „allegatis locis.

„s) (SIC IN MAXENTIUM ET LICINIUM CON„STANTINUS:) Rationes pro Constantino allega„vimus alias quam quæ a jure humanæ societatis „desumuntur supra *l. 2. c. 20. §. 49. n. 2.*

t) (Grot.) (IN PERSAS ALII ROMANORUM IMPERATORES:) Exemplum simile habes in rebus Pipini apud *Fredegarium* in fine.

ADDITIO,

„Author allegavit in hunc finem Menandrum „protectorem supra *l. 2. c.* 20. §. 49. *n.* 2.

„u) (NISI VIM A CHRISTIANIS RELIGIONIS NO„MINE ARCERENT:) i. e. Nisi abstinerent a per„secutione & suppliciis Christianorum ob religio„nem. *Gron. h.* Simile exemplum in Elisabetha „allegavimus in præcedentibus.

v) (ETIAMSI DARETUR NE IN SUMMA QUIDEM NECESSITATE ARMA RECTE A SUBDITIS SUMI &c. NON TAMEN SEQUITUR:) Imo hoc necessario sequitur: si enim subditi jus non habent resistendi principi, nec per alios id efficere poterunt.

„w) (QUA DE RE DUBITARE VIDIMUS:) *Supra* „*l. 1. c. 4. §. 7. seq.*

„x) (QUOTIES ENIM ACTIONI ALICUI PONI„TUR IMPEDIMENTUM PERSONALE:) Author ra„tionem affert, cur quis pro subditis alienis, de „injuria principis querentibus, arma sumere *possit* „etsi subditi non possint; quia defectus (qui ra„tione subditorum personalis est) cessat in extra„neis, qui nullo juris vinculo eidem principi obligan„tur: His ergo nihil obstare ait, quo minus jus aliorum „subditorum defendere possint. At fallit hæc „ratio; si enim subditi jus non habent resistendi, „nec alii eorum nomine resistere poterunt.

„Equidem exemplo tutoris & defensoris Author „thesin suam probare vult; at pupilli & absentes „verum jus se se defendendi habent; cum vero „ipsi propter ætatem aut absentiam se defendere „non possint, non tantum alii concives possunt „defensionem eorum suscipere, sed etiam tenen„tur.

„y) (PERSONALE, NON EX RE:) Atqui juxta prin„cipia eorum, qui nunquam jus resistendi subditis „concedunt, &, quod ponit Author, impedimen„tum est in ipsa re & causa; jus nimirum resi„stendi deficit; hoc ergo nec per alios exerceri „potest.

„z) (QUOD UNI NON LICET ALTERI PRO EO„DEM LICERE POSSIT:) Si uni non licet *ob de*„*fectum juris*, nec alii ejus nomine id licere po„test.

„aa) (SI MODO TALE SIT NEGOTIUM IN QUO „ALTERI PRODESSE POTEST:) Si alter jus non „habet, nec hoc prætextu alius ei prodesse pot„est.

„bb) (SIC PRO PUPILLO &c. LITIGAT TUTOR:) At pupil-

" cujus persona judicium non capit, litigat tutor aut alius: [dd] pro absente etiam sine mandato defensor. Impedimentum autem quod resistere subditum prohibet, " non ex causa venit quæ eadem est in subdito & in non subdito, [ff] sed ex personæ qualitate, [gg] quæ in alios non transit.

4. Sic Seneca existimat bello a me peti posse qui a mea gente sepositus suam exagitat, ut [bb] diximus cum de pœnis exposcendis ageretur: [ii] quæ res sæpe cum defensione innocentium conjuncta est. Scimus quidem ex veteribus novisque historiis, [kk] alieni cupiditatem hos sibi quærere obtentus: [ll] sed non ideo statim jus esse definit, siquid a malis usurpatur. Navigant & piratæ: ferro utuntur & latrones. *De Benef. 7, 19.*

§. IX.

1. Sicut autem societates bellicas eo initas animo, [a] ut in quodvis bellum nullo causæ discrimine promittantur auxilia, [b] illicitas diximus, ita nullum vitæ genus est improbius quam eorum [c] qui sine causæ respectu mercede conducti militant, & quibus. *Sile. in verbo bellum p. 3. §. 10. circa f.*

[d] *Ibi fas, ubi plurima merces.*

Quod Plato ex Tyrtæo probat. Hoc ipsum est quod Ætolis a Philippo exprobratum legimus: & Arcadibus a Dionysio Milesio his ver- *Livius, 32, 34.*

„pupillus jus habet, quod tutor defendit.

„cc) (CUJUS PERSONA JUDICIUM NON CAPIT:) „I. e. qoi propter ætatem se ipsum defeudere ne„quit: At id non impedit quo minus verum jus „habeat, quod desirit in subditis. Confer ea quæ „diximus *l. 2. c. 3. §. 6.*

„dd) (PRO ABSENTE ETIAM SINE MANOATO „OEFENSOR:) At hic absens jus habet se defenden„di, quod concives non tantum suscipere nomine „abseotis possunt, sed & tenentur.

„ee) (NON EX CAUSA VENIT, QUÆ EAOEM EST „IN SUBOITO ET NON SUBDITO:) Imo eadem utro„bique est causa; Nam *non subditis* ooo potest de„fendere aliorum jus subditorum quod non habent: „*Non subditi* eniui non suum causam defeodunt, sed „causam aliorum, atqui causa hæc injusta est, erit „igitur quoque iojusta intuitu *non subditorum* qui „aliorum defensionem suscipiunt.

„ff) (SEO EX PERSONÆ QUALITATE:) Scilicet „ex necessitate parendi & patiendi. *Vid. Gron. h.*

„gg) (QUÆ IN ALIOS NON TRANSIT:) Verum „est necessitatem parendi ad *non subditos* non „pertinere, sed id non quæritur; hoc potius quæ„ritur: *an jus quod subditi non habeant, ab aliis* „*non subditis defendi possit?* quod merito negatur: „cum eoim subditi jus non habeant resistendi, neque „ipsi neque per alios se defendere potuerunt.

„bh) (OIXIMUS:) *L. 2. c. 20. §. 40. n. 3.*

„ii) (QUÆ RES SÆPE CUM OEFENSIONE INNO„CENTIUM CONJUNCTA EST:) Et quam licitam „esse statuit Author *l. 2 c. 20. §. 40.*

„kk) (ALIENI CUPIOITATEM HOS SIBI QUÆ„RERE OBTENTUS:) Qui cupiuot aliena invadere hoc „prætextu dissimulare propositum suum solent, quasi „veniant vindicatum alienas injurias, (*Justin. 4. 3.* „*15. 1. 16. 1. 17. 8. 18. 3.*) etsi serviant aviditati suæ. „*Gron. h.*

„ll) (SED NON IOEO STATIM JUS ESSE DE„SINIT:) Jus unius ob alterius injuriam tolli nequit: „abusus non tollit usum: Equidem regula vera est, „at male hic applicatur, ubi ex positione Autho„ris subditi jus se defendendi oon habeat, adeo„que nec per alios id exercere possunt.

a) (Grot.) (UT IN QUODVIS BELLUM NULLO CAUSÆ OISCRIMINE PROMITTANTUR AUXILIA:) Iterum *Smlerum* hac de re vide.

„b) (ILLICITAS OIXIMUS:) Quia non nisi cum „eis qui justam causam habent id licere statuit „*supra §. 4. & l. 2. c. 15. §. 13.*

„c) (QUI SINE CAUSÆ RESPECTU MERCEDE „CONDUCTI MILITANT:) Non video quid in mi„lite conductitio adeo improbandum obveniat.

verbis: ἀγορὰ πολέμου πρόκειται, καὶ τὰ τῶν ἑλλήνων κακὰ τὴν Ἀρκάδων τρέφει καὶ περιέχεται πόλεμος αἰτίαν οὐκ ἔχων: *belli instituuntur nundinæ, & Græcorum mala* [e] *in fructu sunt Arcadibus, & sine causarum respectu modo huc modo illuc arma circumferuntur*, Res sane miseranda, ut Antiphanes loquitur:

Ὃς ἕνεκα τοῦ ζῆν ἔρχετ' ἀποθανούμενος,

Miles [f] *qui vitæ causa se auctorat neci.*

Orat. 17. pag. 249. D. Dion Prusæensis: καὶ τοι τί τοῦ ζῆν ἀναγκαιότερόν ἐστιν, ἢ τί τούτου περὶ πλείστου ποιοῦνται πάντες; ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἀπολύουσι διὰ χρημάτων ἐπιθυμίαν: *Quid magis est necessarium nobis, aut quid pluris fit quam vita? & tamen hanc quoque non pauci perdunt, dum pecuniam quærunt.*

Bellinus de Re milit. 1, p. tit. 2, n. 4. Apud Stob. Serm. 49. pag. 350. Diod. Sic. 18, 10.

2. Parum vero quod suam vendunt necem, [g] nisi & aliorum sæpe innocentium venderent: tanto carnifice detestabiliores, [h] quanto pejus est sine causa quam ex causa occidere: Sicut Antisthenes dicebat carnifices tyrannis esse sanctiores, quod illi nocentes, hi innocentes interficerent. [i] Major Philippus Macedo huic hominum generi, τὰς τροφὰς εἰωθόσιν ἔχειν οὐκ τοῦ μισθοφορεῖν, *quibus unus ex militia quæstus esset*, [k] dicebat [l] bellum esse pacem, [m] pacem bellum.

3. [n] Non est inter artificia bellum, imo res est tam horrenda ut eam [o] nisi summa necessitas, [p] aut vera caritas honestam efficere nequeat: [q] quemadmodum ex iis intelligi potest quæ capitum antece-

de-

„Miles talis fit subditus, adeoque qua talis judi„cium sui principis sequi tenetur, sane is de justi„tia causæ arbitrari nequit, cum Arcana consilii „ei cogoita non sint, & rationes sæpius ocurrant, „quæ tuto allegari non possunt. Cæterum milites „jus in suas operas habent, easque, cui volunt, „locare possunt, inprimis pro jure alterius defen„dendo, contra injuriam quam is sibi factam „contendit.

„*d*) (IBI FAS, UBI PLURIMA MERCES:)ut Gal„lorum humiliores, mercenarias manus vocatur. „*Justin.* 28. 3. *Gron. h.*

„*e*) (IN FRUCTU SUNT ARCADIBUS:) Quæstum „præbent. *Vid. Gron. h.*

f) (Grot.) (QUI VITÆ CAUSA SE AUCTORAT NECI:) Vita parari ea in quibus vita consumitur, dixit *Seneca* naturalium v, 18. *Plautus* Bacchidibus, [ibi nil tale, nec alibi, quod sciam, apud *Plaut.* J. B.]

Suam qui auro vitam venditant.

Guntherus (Ligurin. L. VII. 510. &c.)

Ære dato conducta cohors, & bellica miles
Dona sequens, pretioque suum mutare favorem
Suetus, & accepto pariter cum munere bello
Hunc habuisse, dator pretii quem jusserit, hostem.

„*g*) (NISI ET ALIORUM SÆPE INNOCENTIUM „VENDERENT:) Invitos ad militiam trahendo, ali„isque pro pretio relinquendo.

h) (Grot.) (QUANTO PEJUS EST SINE CAUSA QUAM EX CAUSA OCCIDERE:) *Seneca* naturalium v, 18. *Hoc vero quid aliud quis dixerit quam insaniam? circumferre pericula, & ruere in ignotos, iratum sine injuria, occurrentia devastantem, ac ferarum more occidere quem non oderis?*

„*i*) (MAJOR PHILIPPUS:) Amyntæ filius, pater „Alexandri: Minor Philippus fuit Demetrii filius, „pater Persei. *Gron. h.*

„*k*) (DICEBAT:) Apud *Diod. Sic. l.* 18. *c.*

„*l*) (BELLUM ESSE PACEM:) Quia quæstum ex „militia caperent.

„*m*) (PACEM BELLUM:) Quod quæstum illum „facerent sanguine & cæde aliorum.

„*n*) (NON EST INTER ARTIFICIA BELLUM:) „Quæ addiscere homines vitæ transigendæ causa „solent.

„*o*) (NISI SUMMA NECESSITAS:) Si nimirum „aliter jus meum reparare non possum.

„*p*) (AUT VERA CARITAS:) Si socius, amicus „meus &c. jus suum aliter reparare non potest.

„*q*)

dentium proximo dicta a nobis sunt. [r] Augustino judice *militare non est delictum,* [s] *sed propter prædam militare peccatum est.*

De verbis Domini, secundum Matthæum citatur causa 32. quæst. 1. c. 5. Vide supr 1. 2 10 n. 5. 1 Cor. 9. 7.

§. X.

[a] Imo & propter stipendium, si id unice aut præcipue spectetur: cum alioqui stipendium accipere [b] licitum sit omnino: τίς ϛρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ: ait [c] Paulus Apostolus: [d] *quis suis impensis militat?*

Caput XXVI.

De Causis justis ut bellum geratur ab his qui sub alieno imperio sunt.

I. *Qui dicantur esse sub alieno imperio.*
II. *Quid hic faciendum si ad deliberationem adhibeantur, aut liberam electionem habeant.*
III. *Si imperetur ipsis, & causam belli injustam credant, non militandum.*
IV. *Quid si dubitant?*
V. *Pietatis esse hac in re dubitantibus subditis parcere, sub onere tributi extraordinarii.*
VI. *Quando subditorum arma justa sint in bello injusto.*

§. I.

„q)(QUEMADMODUM EX IIS INTELLIGI POTEST &c.) Ubi nec ob causas justas temere suscipiendum esse bellum, ob bellorum mala, statuit. *Vid. l. 2. c. 24. §. 1. 8. 9, 10.*

„r) (AUGUSTINO JUDICE:) *Vid. c. 33. 1.*

„s) (SED PROPTER PRÆDAM:) At nos supponimus casum ubi quis non animo prædandi, sed jus alterius defendendi operam alii locat. Etsi forte id pactum sit, ut præda loco mercedis cedat. *Conf. l. 3. c. 6. §. 17. n. 1.*

„a) (IMO ET PROPTER STIPENDIUM:) Cohæreut hæc cum verbis finalibus §. *præced.* ubi Augustinus *propter prædam militare* peccatum esse dixit: Author hoc extendit etiam ad eos qui propter stipendium unice aut præcipue militant; Quod verum non esse in §. præcedenti vidimus.

„b) (LICITUM SIT OMNINO:) Quia nemo gratis alii assistere vel operam suam locare tenetur: Ipse servator milites, qui interrogabant eum quid facere ut salventur debeant, non hortatur ut desinant pro stipendio militare, sed ut contenti sint stipendiis. *Luc. 3. 14.*

„c) (PAULUS APOSTOLUS.) 1. *Cor. 9. v. 7.*

„d) (QUIS SUIS IMPENSIS MILITAT:) Chaldæos pro stipendiis aliis gentibus militasse Author est *Xenophon. Inst. 3.* Hodieque Helveti subditorum suorum operam in bellis aliis locare solent.

(AD §. 1.) Hactenus egimus de justis causis belli pro aliis suscipiendi, nimirum pro subditis, amicis, ac hominibus quibusvis, etiam subditis alienis: adeoque pro defendendis his qui sui juris sunt. Hoc capite Author agit de causis justis ut bellum geratur ab his qui alieno imperio parent: nimirum quatenus filiis. servi, subditi, etiam singuli cives bellum gerere possint.

Author principii loco ponit subditum non teneri si causa Principis injusta sit §. 2. & 3 nisi ex capite necessariæ defensionis §. 6. Secus si dubitet. §. 4. & 5.

Equidem subditi triplici sensu venire possunt sunt enim (1) vel alterius principis subditi, qui mercenariam nobis operam offerunt, (2) vel proprii subditi, vel (3) Vasalli.

Subditi prioris generis operam suam alii Principi locare non possunt, si bellum notorie sit injustum, i. e. tale quod omnibus gentibus tale apparet: quia milites conducti injuriam defenderent; Vid. *c. præced. §. f.*

Subditi proprii sequi Principem, ejusque causam tenentur si Principis causa justa est. Judicium autem de justitia causæ est Principis, in quem populus omne jus suum & judicium transtulit: Sane cum rationes principum cognitæ non sint subditis, rem principis arbitrio relinquere, ejusque judicium sequi tenentur. Nisi notoria sit injustitia, tunc enim non opus est judicio.

Vasalli vi beneficii adstricti sunt ut judicium domini sequantur, nec eorum judicium est an causa sit justa an injusta: modo injuria itidem non sit notoria: Quoties enim Princeps injuria agit omnes quoque injuria agunt qui ejus causam defendunt, aliumque, quo minus jus suum reparare possit, impediunt; adeoque Vasallus extra facultates a natura concessas ageret, quod ne facere quidem potest: Sane fidem domino dedit non crimina defendendi, sed injuriam repellendi: nisi de defensione domini agatur: uti si in bello maxime injusto persona domini aut ejus familia exposita sit magno periculo *3. 2. f. 28. v. 5. adjuvee eum ad ejus defensionem.* exemplum autem injustæ causæ affertur si dominus a rege bannitus vel a Papa ex-

§. I.

Egimus de his [a] qui ſunt ſui juris: [b] ſunt alii in conditione parendi poſiti, [c] aut filiifamiliarum, ſervi, [d] ſubditi, [e] etiam cives ſinguli, [f] ſi cum civitatis ſuæ corpore comparentur.

§. II.

Ægid. Reg. de act. ſupern. diſp. 31. *n.* 80.

[a] Hi vero ſi aut ad de liberationem adhibentur, [b] aut libera ipſis optio datur militandi aut quieſcendi, [c] eaſdem regulas ſequi debent quas illi qui ſuopte arbitrio pro ſe aut aliis bella ſuſcipiunt.

§. III.

Vict. de Jure bel. n. 21.

1. [a] At ſi edicitur ipſis ut militent, [b] quod fieri ſolet, ſi quidem conſtat ipſis injuſtam eſſe belli cauſam: [c] abſtinere omnino debent. Deo

communicatus ſit: 2. F. 28. Quod plenius explicavi *in Diſſ. de jure ſequelæ* §. 78.

Si illi qui ſub alieno imperio ſunt *dubitant* de juſtitia cauſæ, dubium non eſt quin ſequi teneantur principem, quia ipſorum non eſt judicium.

ADDITIO.

„Præmittendum eſt Authorem hic ſaltem de „propriis agere ſubditis, nam de extraneis, qui „pro mercede operam ſuam locant, egit *c. præc.* „*§. penult. & §. fin.*

„Sane extraneus, qui exiſtimat cauſam ejus cui „operam ſuam locat, injuſtam eſſe, graviter pec„cat, cauſam enim defendit quam putat injuſtam. „*Vid. ſup. l.* 2. *c.* 23. *§.* 2. *n.* 1. Idem quoque ve„rum eſſe exiſtimo ſi de juſtitia cauſæ dubitet: „cum enim res in arbitrio ejus ſit abſtinere in du„bio merito debet. *Vid. l.* 2. *c.* 23. *§.* 2. *n.* 2. *&* §. 4.

„Subditus proprius & Vaſallus in bello quod „ipſi notorie injuſtum, putant ſequi principem „ſuum & dominum debere alibi probavimus: Si „enim Princeps aut dominus negent injuriam eſſe „notoriam, uti ſemper negant, cujus erit judicium? „Sane non ſubditorum aut vaſallorum; utpote qui „hoc modo ſemper ad notoritatem provocare, & „nexui quo ſuperiori obligati ſunt, eximere ſe „poſſent: Sed & rationes ignorare poſſunt præſen„tis belli, utpote quæ ſecretiori conſilio ſaltem „patere ſolent: Denique potior eſt ratio Principis „qui ſui juris eſt, i. e. nullius judicio ſubjectus „quam ſubditorum, qui Principis arbitrio & im„perio ſubſunt. Atque hinc etiam alii Doctores „juris feudalis ab Oberto de orto & Gerhardo diſ„ſentiebant, ſtatuentes vaſallum indiſtincte do„mino aſſiſtere debere. *2. f. 28.*

„*a*) (QUI SUNT SUI JURIS:) Qui ſuopte arbi„trio pro ſe aut aliis bella ſuſcipiunt.

„*b*) (SUNT ALII IN CONDITIONE PARENDI „POSITI:) Adeoque hic agitur de bello quod ge„runt ſubditi non contra magiſtratum, nam de „eo actum eſt *L.* 1. *c.* 4. neque pro extraneis, de „quo egit *c.* 25. . *f.* Sed pro magiſtratu ſuo.

„*c*) (UT FILII FAMILIARUM, SERVI:) Hi ſi „bellum gerunt, jure patris familias vel domini, id „gerunt ut ſubditi, adeoque voce ſubditorum com„prehenduntur.

„*d*) (SUBDITI:) Qui Principis imperio ſubſunt.

„*e*) (ETIAM CIVES SINGULI:) Nam etiam hi „ſunt ſubditi reipublicæ.

„*f*) (SI CUM CIVITATIS SUÆ CORPORE COM„PARENTUR:) Cives enim duplici modo conſide„ri poſſunt, *vel* ut totus populus aut major ejus „pars, *vel* ut ſinguli: priori caſu ſunt ſui juris, po„ſteriori caſu alieni: de hac differentia, ejusque „effectu, paſſim egimus ſupra *l.* 2. *c.* 5. *§.* 24. *c.* „21. §. 2. *n.* 1. §. 7. *n.* 1.

„*a*) (HI VERO:) Qui ſub alieno imperio ſunt.

„*) (SI AUT AD DELIBERATIONEM ADHIBEN„TUR:) Ut in ſtatu populari.

„*b*) (AUT LIBERA IPSIS OPTIO DATUR, MILI„TANDI:) Exempla ſunt apud *Juſt. l.* 22. *c.* 4 *Liv.* „*l.* 31. *c.* 23. *Arrian. l.* 5. *p.* 372. *Xenoph. de exped.* „*Cyr. l.* 1. *p.* 272. *& Inſt.* 6. *p.* 182. *Teſm. b.*

„*c*) (EASDEM REGULAS SEQUI DEBET:) i. e. „Examinare juſtitiam cauſæ, & ſi ea ceſſet, abſti„nere. *Vid. c. præced. §.* 4. *ſeq.*

„*a*) (AT SI EDICITUR:) Adeoque res non ſit „in eorum arbitrio.

„*b*) (QUOD FIERI SOLET:) Nam cogi plerum„que miles ſolebat antequam mercenario gentes „uterentur.

„*c*) (ABSTINERE OMNINO DEBENT:) Si res in eo„rum arbitrio eſſet, vera hæc eſt ſententia: at ſi „jubentur militare, inepta foret excuſatio ſubdito„rum juſtam ſibi non videri cauſam; Sane cum „judicium belli & pacis in Principem translatum ſit „neceſſario illud ſequuntur ſubditi, inprimis cum ſubditi

[d] Deo potius obediendum quam hominibus, non Apostoli tantum *Act. 5, 29.* dixerunt, [e] sed & Socrates: & apud magistros [f] Hebræorum exstat sententia, indicans Regi contra Dei legem quid præcipienti prorsus non parendum. Polycarpi jamjam morituri dictum exstat: δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ἀπὸ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς ἀπονέμειν: *didicimus imperiis ac potestatibus a Deo ordinatis exhibere honorem quem par est, quique salutem nostram non impediat.* *Apud Euseb. H. Eccl. IV, 15.* Et Paulus Apostolus: *Filii*, inquit, *obedite parentibus* [g] *in Domino; id enim æquum est.* *Eph. VI, 1.* Ad quem locum Hieronymus: *Peccatum filiorum est non obedire parentibus; & quia poterant parentes aliquid imperare perversum, adjunxit, in Domino.* *Tom IX. p. 231. C.* Et [h] de servis addit: *Cum Dominus carnis a Domino spiritus diversum imperat, non est obediendum.* Idem alibi: *In illis tantum debent dominis & parentibus esse subjecti quæ contra Dei mandatum non sunt.* Nam & idem ille Apostolus dixerat, sui quemque operis mercedem reportaturum, sive liberum, sive servum. *Eph. VI, 8.* Tertullianus vero: *satis præscriptum habemus; in omni obsequio esse nos oportere, secundum Apostoli præceptum* *De Idolol. c. 15.*

„arcana status ignorent; Tullus apud Livium *l. 1. c. 23. Neque recte an perperam interpretor, fuerit ista ejus deliberatio qui bellum susceperit.*

„*d*) (DEO POTIUS OBEDIENDUM QUAM HOMINIBUS:) Principes vicario jure leges divinas exequuntur, adeoque iis contrarium, aliquid statuere, „aut subditis injungere nequeunt.

„An vero bellum injustum, adeoque a Deo prohibitum sit, subditus, qui rationes Principis ignorat, „examinare haud potest, sed principis judicium sequi „tenetur. Hic igitur casus est ubi quis juste agit, „etsi id quod agit injustum sit. Conf. *l. 2. c. 4. §. 31. n. 3. & c. 23. §. 5.*

e) (Grot.) (SED ET SOCRATES:) *Plato* id nos docet in ipsius apologia. (pag. 29. *Ed. H. Steph.*) Et Apollonius, qui Neronis Edicto illud Sophocleum opponebat:

Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε.

Nam jussa non hæc Jupiter dederat mihi. [Apud *Philostratum*, Lib. IV. c. 38. *Edit. Olear.*]

f) (Grot.) (HEBRÆORUM EXSTAT SENTENTIA:) Quam & *Josephus* eis tribuit antiquæ historiæ XVII. (Cap. VII. §. 3. *division. Hudson.*) θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν εἰ τῶν σῶν δογμάτων ἀξιωτέρους τετηρῆσθαι ἡγούμεθα νόμους οὓς Μωϋσῆς ὑπαγορεύσει καὶ διδαχῇ τοῦ Θεοῦ γραψάμενος κατέλιπε. *nihil vero mirum, si servatu digniora credimus jussis tuis ea quæ Moses Deo suggerente ac docente scripta reliquit.* Adde Rabbinum *Tanchumam*, citante *Drusio* ad locum Actorum.

g) (Grot.) (IN DOMINO:) *Chrysostomus* hoc *in Domino* sic explicat: τουτ' ἐστιν ἐν οἷς μὴ προσκρούσῃς Θεῷ. *id est in quibus Deum offensurus non es.* Idem ad patrem in fidelem: (Tom. VI. pag. 181. *Edit. Savil.*) οὐ γὰρ δὴ μικρὸς ἡμῖν κεῖται μισθὸς τοῖς τοὺς γεγεννηκότας τιμῶσιν, ἀλλ' ὡς δεσπότας αὐτοὺς ἡγεῖσθαι κελευόμεθα, λόγῳ τε καὶ ἔργῳ θεραπεύειν, ὅταν μὴ δὴ τὰ τῆς εὐσεβείας παραβλάπτηται. *non enim exigua nobis merces proposita est si honorem exhibeamus parentibus, sed ut dominos eos habere jubemur, verbisque & rebus obsequium ipsis præstare, extra quam si pietas lædenda est.* Sic accipe illud *Hieronymi*, *per calcatum perge patrem.* (Epist. I. ad *Heliodorum*, Tom. I. pag. 1. *Ed Basil*) declamatorie dictum, sumtumque a *Latrone* declamatore apud *Senecam*, (Controvers VIII. p. 142 *Edit. Gronov. major.*) & quæ apud *Ambrosium* de Virginitate, & apud *Augustinum* epist, XXXVIII. ad Lætum, & canone IV, Arabicæ interpretationis *concilii Niceni* I.

h) (Grot.) (DE SERVIS:) *Chrysostomus*, 1 Cor. VII, 24. καὶ γάρ εἰσιν ὅροι δούλῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ κείμενοι. καὶ μέχρι που δεῖ φυλάττειν αὐτοὺς καὶ τοῦτο νενομοθέτηται, καὶ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς οὐ χρή. ὅταν γὰρ μηδὲν ὁ δεσπότης ἐπιτάττῃ τῶν μὴ δοκούντων τῷ Θεῷ, ἕπεσθαι δεῖ καὶ πείθεσθαι, περαιτέρω δὲ μηδέν. *Sunt & servis limites sui a Deo præscripti, & quousque eos servare oporteat & hoc præceptum est, neque eos licet excedere. Ubi enim nihil dominus jubet eorum quæ Deo improbantur, sequi & obsequi oportet, non ultra* (Tom. III. pag. 362.) De matrefamilias *Clemens Alexandrinus*: πάντα τῷ ἀνδρὶ πειθομένη, ὡς μηδὲν ἀκοντος ἐκείνου πρᾶξαί ποτε, πλὴν ὅσα εἰς ἀρετήν τε καὶ σωτηρίαν διαφέρειν νομίζηται. *in omnibus viro*

ptum, [i] *subditos magistratibus, principibus, & potestatibus: sed* [k] *intra limites disciplinæ*. In martyrologio Silvanus martyr: *Iccirco* [l] *Romanas leges contemnimus ut jussa divina servemus*. Apud Euripidem dicenti Creonti:

Phœnif. vers. 1642.

Nonne exsequi mandata fas ipsum jubet;

Respondet Antigone:

Non imperata jure nec jus exsequi

Stob. tit. 77 liberos parent. bono. rand.

Musonius ita ait: *Si quis aut patri*, [m] *aut magistratui, aut domino turpia aut iniqua factu imperanti non paret, is nec inobediens est, nec iniuriam facit, nec peccat.*

L. 2. c. 7.

2. Gellius negat probam esse sententiam, omnia esse quæ pater jusserit parendum. *Quid enim*, ait, *si proditionem patriæ, si matris necem, si alia quædam imperarit turpia aut impia? Media igitur sententia optima atque tutissima visa est, quædam esse parendum, quædam non obsequendum.* [n] Seneca pater: *Non omnibus imperiis parendum est.* [o] Quintilianus: *Non omnia necesse est facere liberis quæcumque patres imperant. Multa sunt quæ fieri non possunt. Si imperes filio ut sententiam dicat contra quam existimet: si testimonium iubeas dici eius rei quam ignoret: si sententiam in senatu: si Capitolium me incendere iubeas, arcem occupare; licet dicere, Hæc sunt quæ fieri non oportet.* Seneca: *Non aut nos omnia iubere possumus, aut in omnia servi parere coguntur. Contra rempublicam imperata non facient: nulli sceleri manus commodabunt.* Sopater: ἔδει, φησὶ, πεισθῆναι τῷ πατρὶ. εἰ μὲν κατὰ νόμους, καλῶς. εἰ δὲ παρὰ τὸ πρέπον, οὐκ εὔλογον: *Patri*, inquit, *parendum est. Si quidem intra jura, recte: sin ultra honestum, non convenit.* [p] Irrisus olim Stratocles, qui legem Athenis rogaverat.

Decl. 271.

De Benefic. III. 20.

Plutarch. in Demetr. p. 899.900.

viro parebit, neque eo invito faciet quicquam, extra quæ credet ad virtutem salutemque momentum habere. (Stromat Lib. IV. Cap. 19. pag. 620. *Ed. Oxon.*)

i) (Grot.) (SUBDITOS MAGISTRATIBUS:) Exempla illustria & pœnæ & laudis vide *1 Sam* XXII, 18. 19. 1 *Reg.* XVIII, 4. 13. 2 *Reg.* I, 10. 12. 14. Apud Christianos Manuel & Georgius detrectarunt ministerium occidendæ Augustæ. *Nicetas* Alexio Manuelis filio. (Cap. 16.)

„*k*) (INTRA LIMITES DISCIPLINÆ:) Non contra aut ultra officia christianæ religionis. *Gron. b.*

„*l*) (ROMANAS LEGES CONTEMNIMUS:) Quæ „de immolando Diis & abstinendo a sacris christianorum latæ erant. *Gron. b.*

m) (Grot.) (AUT MAGISTRATUI:) In paganis hominibus duo sunt nobilia exempla eorum qui principibus ad inhonesta obsecuti non sunt, Papiniani satis celebratum, & alterum Helpidii apud *Ammianum* XXI. (Cap. 6.) Severus ne eos quidem pœnæ expertes voluit esse qui Imperatori obsecuti essent ad necem senatoris. Vide *Xiphilinum*, (pag. 310. A. *Ed. H. Steph.*)

n) (Grot.) (SENECA PATER:) Libro I, controversia I.

o) (Grot.) (QUINTILIANUS:) Idem alibi: *non omnia præstanda etiam parentibus. Alioquin nihil est perniciosius acceptis beneficiis: si in omnem nos obligant servitutem.* (Declamat. 333.)

p) (Grot.) (IRRISUS OLIM STRATOCLES:) Talis erat syngrapha illa quam a Basilio Camatero Andronicus Comnenus exegerat: ἐκεῖνα ἐν τῷ ἀρχιερατεύειν διαπράττεσθαι ὅσα φίλητα Ἀνδρονίκῳ, κἂν ὦσιν ἀθέμιτα, κἀκεῖνα πάλιν ἀποσῦ-

verat, ut quicquid Demetrio regi placuisset id in Deos pium & inter homines justum esset. Plinius alicubi elaboratum a se ait, ut con- *Lib. III. Epist. 9.* staret [q] ministerium crimen esse.

3. Ipsa jura civilia, [r] quæ peccatis excusabilibus facile veniam præbent, [s] favent quidem his qui parere necesse habent, [t] sed non in omnibus. [u] Excipiunt enim ea quæ atrocitatem habent facinoris *L. Adeo, 157. D. de R. J.* vel sceleris; [v] quæ sua sponte scelerata ac nefaria sunt, ut loquitur [w] Tullius; maleficia quæ sponte & [x] non disputatione Jurisconsulto- *In Verr. 1. 42.* rum sed naturali interpretatione fugienda sunt, ut Asconius inter- *In hunc loc.* pretatur.

4. Narratum Hecatæo Josephus memorat, Judæos qui Alexan- *Lib. 1. contr. Apion. Cap. 22. pag 456. Ed Hudson. Lugd. Bat.* dro Macedoni militabant, [y] neque verberibus neque contumeliis ullis adigi potuisse ut ad Beli templum, quod Babylone erat, instaurandum humum cum militibus cæteris aggererent. Sed propius nostri argumenti exemplum habemus in Thebæa legione, [z] de qua supra egimus; & in Juliani militibus, de quibus sic [aa] Ambrosius: *Julianus Imperator quamvis esset Apostata, habuit tamen sub se Christianos milites: quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublicæ, obediebant ei: [bb] cum autem diceret eis, producite arma in Chri-*

ἀποφυγεῖν, ἐκεῖνα ἃ οὐχ ἥδοιεν Ἀνδρόνικον. *Illa in Pontificio se facturum quæ grata Andronico essent, quamvis plane nefaria: contra defugiturum se ea quæ Andronico non placerent.* [*Nicetas*, Alex. Cap. 14.]

q) (Grot.) (MINISTERIUM CRIMEN ESSE:) *Tertullianus* de Anima: *plus caditur qui jubet, quando nec qui obsequitur excusatur.* (Cap. 40.) & de Resurrectione carnis: *cum humana censura eo perfectior habeatur, quo etiam ministros facti cujusque deposcit, nec parcens aut invidens illis, quo minus cum auctoribus aut pœna aut gratia communicent fructum.* (Cap. 35.) Vide *Gailium* de Pace publica lib. 1, c. IV. n. 14.

ADDITIO.

„Id est nocentes male egisse, adeoque in cul„pa esse.

„*r*) (QUI PECCATIS EXCUSABILIBUS FACILE VE„NIAM PRÆBENT:) *Vid. l. 2. c. 20. §. 24. seq.*

„*s*) (FAVENT QUIDEM HIS QUI PARERE NE„CESSE HABENT:) Favent in eo quod ignoscant „servis si dominis jubentibus talia, quæ excusari „possunt, committunt. *L. 157. pr. R. S.*

„*t*) (SED NON IN OMNIBUS:) Ignoscunt saltem „in iis, quæ non habent atrocitatem facinoris „*d. l.* 157. ibi enim solus dominus mandans tene„tur, uti mox videbimus. *Vid. §. seq.*

„*u*) (EXCIPIUNT ENIM EA, QUÆ ATROCITATEM:) „*d. l.* 157. tunc enim non saltem dominus sed & „servus tenetur.

„*v*) (QUÆ SUA SPONTE SCELERATA AC NE„FARIA SUNT:) I. e. per se & ex natura rei.

„*w*) (TULLIUS:) *Verr. III.*

„*x*) (NON DISPUTATIONE JCTORUM:) Quædam „enim per se turpia sunt, quædam vero ex inter„pretatione JCtorum, adeoque ex lege civili.

„*y*) (NEQUE VERBERIBUS NEQUE CONTUMELIIS „ULLIS ADIGI POTUISSE:) Quia id quod facere „jubebantur, religioni eorum contrariebatur. Ex„eadem ratione nec ad comedendam carnem suillam „adigi potuerunt. 2 *Macc.* 7.

„*z*) (DE QUA SUPRA EGIMUS:) *L. 1. c. 2. §. 10.* „*n.* 11. & *c.* 4. §. 10.

„*aa*) (AMBROSIUS:) *Vid. supra l. 1. c. 2. §. 10.* „*n.* 11.

bb) (Grot.) (CUM AUTEM DICERET EIS, PRODUCITE ARMA IN CHRISTIANOS:) Non enim ab omni vi in Christianos abstinuit Julianus, tunc maxime ubi colorem aliquem nactus sibi videba„tur. *Julianus Christiani jugulator exercitus,* in *Hieronymi* scripto ad Nepotianum. [Epitaph. Nepotian. Tom. I. pag. 26. C. *Ed. Basil.*] cœptam ejus imperio Antiochiæ persecutionem, & juve-

Christianos, tunc [cc] *agnoscebant Imperatorem cæli.* Sic & [dd] speculatores legimus ad Christum conversos mori potius elegisse, [ee] quam edictis & judiciis in Christianos manum commodarent.

5. Tantundem erit [ff] si quis persuasus sit quod imperatur injustum esse. Nam huic [gg] tantisper ea res pro illicita est, quamdiu eam opinionem non potest deponere: [hh] ut ex supra tractatis apparet

Vid. de Jure belli n. 23.

§. IV.

1. Quod si dubitent, res licita sit necne, eritne quiescendum an parendum? [a] Parendum plerique censent: nec obstare illud laudatum, Quod dubites ne feceris: quia [b] qui contemplative dubitat potest activo judicio non dubitare, [c] credere enim potest in re dubia obsequendum superiori. Et sane [d] quin hæc distinctio judicii duplicis [e] in multis actionibus locum habeat negari non potest. Jura civi-

nem quendam tortum, narrat *Augustinus* de Civitate Dei, lib. XVIII. cap. 52. in martyrologiis memoria celebratur S. Eliphii Scoti & sociorum ejus 33. quos Julianus inter Tullensem & Gardensem civitatem decollari fecit. Vide & *Joannem Antiochenum* in excerptis ex manuscripto Peiresiano. (Pag. 842.) *Augustinus* epistola L. ad Bonifacium citatus a Gratiano caus. XI. quæst. III. *Julianus exstitit infidelis Imperator, nonne exstitit apostata iniquus & idololatra? milites Christiani servierunt Imperatori infideli, ubi veniebant ad causam Christi non agnoscebant nisi illum qui in cælo erat: quando volebat ut idola colerent & thurificarent, præponebant illi Deum.* (Laudatus locus jam supra *Lib.* I. *Cap.* II. §. 10. num. II. ubi vid. not.)

„cc) (AGNOSCEBANT IMPERATOREM CŒLI:) „I. e. detrectabant imperium ne Deum offenderent. *Gron. h.*

„dd) (SPICULATORES:) Genus militum per „quos executio fiebat sententiarum capitalium in „milites, aut honestiores togatos. Ut sub primis „Imperatoribus per centuriones. *Gron. h.*

„ee) (QUAM EDICTIS ET JUDICIIS IN CHRISTIANOS:) Ideo scilicet damnatos, quia Christiani sunt. Si enim ob alia scelera damnati fuissent, manum commodare omnino potuissent & „debuissent.

„ff) (SI QUIS PERSUASUS SIT QUOD IMPERATUR INJUSTUM ESSE:) Si sponte id faceret, „omnino injuria esset: *Vid. l.* 2. *c.* 23. §. 2. At „jussus ea facere, in iis causis ubi judicium ejus „non est, non peccat. Atque hinc diximus subditum sequi Principem in bello debere, etsi ipse „belli causam putet esse injustam. Conf. *ea quæ* „*notavi ad* §. 1.

„gg) (TANTISPER EA RES PRO ILLICITA EST „QUAMDIU EAM OPINIONEM NON POTEST DEPONERE:) Delicta enim ex intentione dijudicantur, contra Deum igitur peccat, qui facit ea quæ „a Deo prohibita esse putat, etsi non sint. At „subdito, qui a principis arbitrio dependet, dubitare de justitia belli non licet.

„hh) (UT EX SUPRA TRACTATIS:) *d. l.* 2. „*c.* 23. §. 2. *seq.*

„a) (PARENDUM PLERIQUE CENSENT:) Recte: „Quia judicium est superioris jubentis, quod subditi sequi necessario tenentur, & cum id verum „sit si subditus putet injustam esse belli causam, „multo magis id verum est si saltem dubitet.

„Aliud autem dicendum si res in ejus est „arbitrio, tunc enim verum est abstinendum potius esse. *L.* 2. *c.* 23. §. 2. *n.* 2. & §. 3.

„b) (QUI CONTEMPLATIVE DUBITAT, POTEST „ACTIVO JUDICIO NON DUBITARE:) Qui dubitat „an factum justum sit, potest non dubitare quin „actu id facere liceat, quia scilicet superior id „jubet.

„c) (CREDERE ENIM POTEST IN RE DUBIA „OBSEQUENDUM SUPERIORI:) Diximus subditum „id credere debere, adeo ut etsi dubitet an in re „dubia obsequendum sit superiori, tamen id facere debeat, quia judicium non ejus est, sed superioris.

„d) (QUIN HÆC DISTINCTIO JUDICII DUPLICIS:) Scilicet activi & contemplativi.

„e) (IN MULTIS ACTIONIBUS LOCUM HABEAT:) „Locum saltem habet in casu, quo ejus qui actum „putat injustum, aut saltem de eo dubitat, judicium non est, tunc enim non suum judicium contemplativum sequi potest, sed agere debet ea quæ „is, cujus judicium est, jubet.

„f) (NON ROMANORUM TANTUM:) Jure Romano is qui jussus aliquid agit unde alii damnum „datur, culpa vacat si obedire tenetur. Hinc (1) „qui jussu judicis aliquid facit non videtur dolo „malo facere, quia parere necesse habet, *l.* 167.

§. 1.

civilia, *f* non Romanorum tantum *g* sed & aliarum gentium, *h* in tali circumstantia non modo *i* impunitatem concedunt obedientibus, *k* sed & actionem in eos civilem denegant. *l* Is damnum dat, ajunt, qui jubet dare: *m* ejus verò nulla culpa est cui parere necesse est. *n* Necessitas potestatis excusat, & similia.

2. Ipse Aristoteles Nicomachiorum quinto, his qui injustum quidem aliquid faciunt non autem injuste, *o* annumerat famulum domini imperantis: *p* injuste autem eum ait agere a quo actionis principium est; nimirum *q* quia in famulo vis deliberatrix plena non est, ut indicat proverbium.

L. Is damnum 169. De Reg Jur. l. liber homo 37. D. ad l. Aquil. l. non videtur. 167. § qui juss. 1 de R. Jur Paul. l. 5. fin. tit. 22. §. 2. Leges Longobar. lib 1. tit. 26 de termino effosso. Leges Wisigot. Lib. 2. tit. 2. c. 2. Lib. 8. tit. 1. c. 1. 3. 4. Libro 7. tit. 4. c. 1. Cap. 12.

Ἥμισυ τῆς ἀρετῆς ἀποαίρει δούλιον ἦμαρ:

Dimidia virtute caret servire coactus.

Et

„§. 1. *R. I.* & in *l. 169. pr.* traditur eum damnum „dare qui jubet dare ejus vero nullam culpam esse „cui parere necesse sit. Hinc (2) ignoscitur ser„vis si vel dominis, vel his qui vice dominorum „sunt, (veluti tutoribus & curatoribus) obtempe„raverint. *L. 157. pr. R. I.* Conf. *l. 11. §. 7. Quod* „*vi. L. 2. §. 1. Nox act. §. 4. Inst. eod. l. 17. §. 18.* „*ff. Ædil. Edict.* Sed & (3) si ex mandato alieno „rem per se licitam quis peragit, unde damnum „alii oritur: uti si opifex in alieno territorio „ædium fundamenta ponere jussus est, actio „non est cum opifice, sed cum mandante. *L. 5,* „*§. 11. seq. Quod vi aut clam.*

„Quod vero de jussu magistratus & domini „dictum est, id non obtinet in criminibus, seu quæ „habent atrocitatem facinoris seu sceleris. *L. 157:* „*R. S. ibique Goth.* Ex criminibus enim servus & „subditus in solidum obligatur. *d. l. 11. §. 7. l. 21.* „*§. 2. Rer. am. l. 8. C. L. jul. de vi, l. 12. §. f. ff. &* „*l. 2. c. de Accus. l. 17. §. 7. de injur.*

„Ex præcedentibus jam satis apparet, actionem „denegari io servos jussu domini damnum dantes, „non ab judicium activum, quasi credat in re du„bia obsequendum superiori, sed quia omnes ser„vi actiones subsunt arbitrio domini, criminibus „exceptis, adeoque culpa vacant etsi credant se „male agere.

„*g*) (SED ET ALIARUM GENTIUM:) Qua de re „vide leges Longobardorum & Wisigothorum ab „Authore in margine allegatas.

„*h*) (IN TALI CIRCUMSTANTIA:) Ubi credit „in re dubia obediendum esse superiori: at dixi„mus id plane ex alia ratione statutum esse, & „locum habere etsi servus credat illicitum id esse „quod jussus agit.

i) (Grot.) (IMPUNITATEM CONCEDUNT:) *Chrysostomus* de Providentia III. *πολλοὶ γοῦν ἀρχόντων ἐπὶ φόνοις ἀδίκοις κατηγορηθέντες, δίκην ἔδοσαν· τοὺς δὲ δημίους τοὺς διακονουμένους τῷ φόνῳ καὶ αὐτόχειρας γενομένους τῆς σφαγῆς, οὐδ' εἰς δικαστήριον ἑλκύσαι τις, ἀλλ' οὐδὲ ζητῆσαι τὴν ἀρχήν, τῆς ἀνάγκης ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογουμένης, καὶ τοῦ τῆς ἀρχῆς ἀξιώματος καὶ τοῦ τῆς ὑποταγῆς φόβου· Multi sæpe magistratuum ob injustas cædes accusati pœnas dederunt. At carnifices qui cædi ministerium, qui manuum operam præbuere, nemo in jus vocaverit, imo de iis ne quæsierit quidem. Excusat enim eos necessitas ex dignitate jubentis & ex parentis timore.* (Tom. VI. pag. 870. *Ed. Savil.*) Ex Celso Ulpianus, *servum*, ait, *nihil deliquisse, qui domino jubenti obtemperavit.* L. 2. D. de nox. act. *Velle non creditur qui obsequitur imperio patris vel domini.* L. 4. D. *de Regulis juris*, & ibi *Cujacius. Seneca: In volente necessitas non est.* (Epist. 61.) Adde *legem Longobardicam* lib. 1. tit. IV. cap. II. Mithridates libertos Attilii, conscios cædis in se cogitatæ, impunitos dimisit, & ejus qui a se defecerat filios. (Immo *filii amicos.* Pag. 241. *Ed. H. Steph.* & pag. 233.) *Appianus* Mithridatico. Absolutus Tiberius Gracchus a culpa Numantini fœderis, quoniam alieno imperio peccaverat. (*Plutarch.* pag. 826. 827.)

„*k*) (SED ET ACTIONEM IN EOS CIVILEM DE„NEGANT:) Quia non ipsi causa sunt actionis, sed „sunt instrumentum alterius causæ.

„*l*) (IS DAMNUM DAT QUI JUBET DARE:) „*L. 169. R. I. ibique Goth.*

„*m*) (EJUS VERO NULLA CULPA EST CUI PA„RERE NECESSE EST:) *d. l. 169. & l. 167. R. I. ibi*„*que Goth.*

„*n*) (NECESSITAS POTESTATIS EXCUSAT:) „*L. 157. R. I. ibique Goth.*

„*o*) (ANNUMERAT FAMULUM DOMINI IMPE„RANTIS:) De servis id verum est, at de famulis „liberis id asseri nequit, hi enim injuste facientes, „æque ac dominus mandans, obligantur: si pro„inde famulus jussu domini alium verberibus ex„ceperit, ipse quoque in solidum tenetur.

„*p*) (INJUSTE AUTEM AIT AGERE EUM A QUO „ACTIONIS PRINCIPIUM EST:) Causa enim injuriæ „est is qui jubet, non vero is cujus judicium non „est, & qui obtemperare tenetur.

Et fimile:

Ἥμισυ γάρ τε νόȣ ἀπαμείρεται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνδρῶν ȣ̔ς ἂν δὴ κατὰ δȣ́λιον ἦμαρ ἕλησι:
Tollitur huic hominum generi pars altera mentis
Ab Jove, fervilem voluit quos ducere vitam.

Lib. quod omn. Prob. fit liber, p. 871. D. Et illud quo Philo utitur;

Δȣ̃λος πέφυκας. ȣ̓ μέτεςί σοι λόγȣ;
Servi tua eft fortuna: r *ratio ad te nihil.*

Ann. VI. Ibid. III. 17. Et illud Taciti: *Principi* s *fummum rerum judicium Dii dederunt, fubditis obfequii gloria relicta eft.* Narrat idem fcriptor Pifonis filium a Tiberio crimine belli civilis purgatum: *patris quippe juffa nec potuiffe filium detrectare.* t Seneca: *Servus herilis imperii* u *non cenfor eft, fed minifter.*

Lib. 22. c. 75 cont. Fauftum 3. Et v fpecialiter in hac de militia quæftione ita fenfit Auguftinus. Sic enim ait: *Ergo vir juftus, fi forte fub rege etiam facrilego militet, recte poteft illo jubente bellare,* w *fi civicæ pacis ordinem fervans, quod fibi jubetur, vel non effe contra Dei præceptum certus eft, vel utrum fit certus non eft, ita ut fortaffe reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oftendat ordo ferviendi.* x Et De Civ. Dei lib. 1. c. 26. alibi: *Miles cum obediens poteftati fub qua legitime conftitutus eft hominem occidit,* y *nulla civitatis fuæ lege reus eft homicidii: imo nifi fecerit reus eft imperii deferti atque contemti;* z *quod fi fua fponte atque auctoritate feciffet, in crimen effufi humani fanguinis incidiffet.*

Itaque

„q) (QUIA IN FAMULO VIS DELIBERATRIX PLENA NON EST:) Imo fervus vim deliberatricem „in genere habet: atque hæc ratio eft cur ex crimi- „nibus publicis fervus obligetur. *l. 157. R. I.* At „quidam actus funt, in quibus vis illa dependet ab „arbitrio domini.

r) (Grot.) (RATIO AD TE NIHIL:) Themiftius oratione IX. principes rationi effe dicit fimiles, milites iræ. (*Pag.* 197. *Edit. Petav.* 1618. ubi illud quafi ex *Platone*, profert.)

ADDITIO.

„Judicium enim domini fequi tenetur in his fci- „licet quæ jus naturæ non prohibet, nam ex hoc „jure fervus quoque tenetur.

„s) (SUMMUM RERUM JUDICIUM:) Vid. *L. 1. c. 4.* „*§. 2. n. 4.*

t) (Grot.) (SENECA:) *De controverfiis III. 9.*

„u) (NON CENSOR EST:) Ut id poffit probare „vel improbare. *Gron. h.*

„v) (SPECIALITER IN HAC DE MILITIA QUÆSTIONE:) Nam hactenus in genere tractavit „quæftionem an filius, fervus, & fubditus fuperiorum juffum exequentes delinquant? quod Au- „thor negat fi dubitent an juftum fit an „non?

„w) (SI CIVICÆ PACIS ORDINEM SERVANS:) „Parens ei cui eum Deus & publica focietas fub- „jecit, & obtemperare voluit. *Gron. h.*

„x) (ET ALIBI:) *De Civ. Dei l. 1. c. 26.* & *l. 22.* „*contr. Man. c. 75.*

y) (Grot.) (NULLA CIVITATIS SUÆ LEGE REUS EST HOMICIDII:) Idem *Auguftinus* de Libero Arbitrio libro I. *Si homicidium eft hominem occidere, poteft aliquando accidere fine peccato, nam & miles hoftem, & judex vel minifter ejus nocentem, & cui forte invito atque imprudenti telum de manu fugerit, non mihi videntur peccare cum hominem occidunt: fed nec etiam homicidæ ifti appellari folent.* Retulit Gratianus in caufæ XXIII. quæftionem V. (Ex Cap. 4. dict. lib.)

„z) (QUOD SI SUA SPONTE:) Etfi hoftis fit. „*L. 1. c. 4. §. 16.*

„aa)

Itaque unde punitur si fecerit injussus, inde puniretur si non fecerit jussus. Atque hinc passim recepta est sententia, [aa] subditos quod attinet, dari bellum utrimque justum, id est in justitia vacans, quo illud pertinet:

Quis justius induat arma
Scire nefas.

4. [bb] Non caret tamen hoc sua difficultate. Et [cc] Adrianus noster, qui Cisalpinorum ultimus Pontifex Romanus factus est, [dd] contrariam defendit sententiam, quæ stabiliri potest non illa præcise ratione quam ille adfert, [ee] sed hac quæ magis urget, quod qui dubitat contemplative debeat judicio activo [ff] eligere partem tutiorem. Est autem pars tutior abstinere bello. Laudantur [gg] Esseni quod inter alia jurarent μὴ βλάψειν τινὰ ἐξ ἐπιτάγματος: *non nocituros se cuiquam, ne si juberentur quidem:* [hh] imitatores horum Pythagorei, qui, Jamblicho teste, bello abstinebant, causa addita, quia φόνου χορηγέτης καὶ νομοθέτης ὁ πόλεμος, *bellum cædes subministrat atque imperat.*

5. Neque obstat [ii] quod ex altera parte periculum est inobedientiæ. [kk] Nam cum utrumque incertum sit [ll] (nam si injustum est bellum, jam in ejus vitatione nihil est inobedientiæ) caret peccato, quod ex duobus minus est. Inobedientia autem in ejusmodi rebus suapte natura

Sil in verbo bellum l. n 9. concl. 4. Cast. in l. 5. D. de Justit. Soto l 5. q. 1. art. 7. & q. 3. art. 3. Vict. de Jure bel. n. 32. Covarr. in c. peccat. part. 2. §. 10. Adr. Quæstione quod l. 1. Joseph. Bell. Jud. lib. 2 Cap. 8. §. 7. divis. Hudson De Vit. Pythag. §. 186. Ed. Kust. Bald. 2. cons 385. Sotus de det secr. membr. 3 q 1. in resp. ad 1.

„aa) (SUBDITOS QUOD ATTINET, DARI BEL„LUM UTRINQUE JUSTUM:) Bellum nullo sensu „utrinque justum dici posse probavimus supra „c. 23. & §. 13. & in *Diss proem. IX. §. 168.*

„bb) (NON CARET TAMEN HOC SUA DIFFI„CULTATE:) Quod scilicet subditus, qui dubitat „de justitia causæ, judicio activo eligere bellum „possit. Nos jam diximus id carere omni difficul„tate, quia subditus tenetur sequi judicium princi„pis, etiamsi ipse existimet causam esse injustam, „nedum si dubitet.

„cc) (ADRIANUS NOSTER:) Ultrajecti quippe „natus & Carolo V. a studiis.

dd) (Grot.) (CONTRARIAM DEFENDIT SENTENTIAM:) Exemplum hanc sequentium est apud *Scafnaburgensem.*

„ee) (SED HAC QUÆ MAGIS URGET:) Imo hæc „ratio plane non urget, nam subditus qui judi„cium hujus rei non habet, qui omne jus suum in „principem transtulit, necessario tenetur sequi & „defendere causam Principis, adeoque cum plane „eligere non possit, nedum eligere tutiorem po„test, i. e. a bello abstinere.

„ff) (ELIGERE PARTEM TUTIOREM:) Conf. „c. 23. §. 2.

„gg) (ESSENI:) De quibus egimus supra *l. 2.* „*c. 2. §. 2. c. 13. §. 21. n. 4. & 5.* Esseni tamen gla„diis armati incedebant. *Vid. supra l. 1. c. 3. §. 3.*

„hh) (IMITATORES HORUM PYTHAGOREI:) „Imo hi ex alio plane principio bella fugiebant: „Statuebant enim transmigrationem animarum, „eoque metuebant ne animas parentum & agna„torum perimerent. Atque hæc ratio est cur & a „cædibus animalium abstinerent. Magis pro imi„tatoribus Essenorum haberi possunt Anabaptistæ, „qui nullum bellum nec defensivum admittunt. „*Vid. supra l. 1. c. 2. §. 7. seq.*

„ii) (QUOD EX ALTERA PARTE PERICULUM „EST INOBEDIENTIÆ:) Huic dubio, quod pericu„losum sit subditorum arbitrio, num militare ve„lint, relinquere, Author regerit inobedientiam „minus inferre peccatum, quam obedientiam cum „cæde conjunctam: At nec hoc admittimus: Prin„ceps suo jure utitur cædem jubendo, ejus solius „arbitrium est, cui subditus se pacto suo subjecit, „& quod proinde sequi tenetur.

„kk) (NAM CUM UTRUMQUE INCERTUM SIT „CARET PECCATO, QUOD EX DUOBUS MINUS EST:) „*Vid. supr c. 23. §. 2.* Hoc verum est ubi electio „est, non autem ubi alterius judicium sequi quis te„netur, ubi subditus tenetur sequi judicium Princi„pis.

„ll) (NAM SI INJUSTUM EST BELLUM JAM IN „EJUS VITATIONE NIHIL EST INOBEDIENTIÆ:) „Imo semper subest vitium inobedientiæ, quia

Nooooonn 2 „sub-

natura [mm] minus malum est quam homicidium, præsertim multorum innocentium. Narrant veteres cum Mercurius ob Argum interfectum accusatus Jovis mandato se defendisset, * non tamen ausos Deos eum absolvere. Sed [nn] nec Pothinum Ptolemæi satellitem Martialis, cum ait:

Lib. III Epigr. 66.

Antoni tamen est pejor quam caussa Pothini:
Hic facinus domino præstitit, ille sibi.

Vid. de Jure belli n. 25.

Nec magni ponderis est quod contra nonnulli adferunt, [oo] fore ut id si admittatur pereat sæpe respublica; [pp] quia plerumque non expediat rationes consiliorum edi populo. Ut enim hoc verum sit [qq] de causis suasoriis belli, [rr] de justificis verum non est, [ss] quas oportet claras esse & evidentes, & proinde tales [tt] quæ palam exponi & possint & debeant.

Apol. c. 4. 1. adversus Nat. c. 6

6. Quod de legibus [uu] nimis forte indistincte dictum a Tertulliano est, in iis legibus sive edictis de bello gerendo [vv] locum justissime habet: [ww] *Neque civis fideliter legi obsequitur, ignorans quale sit quod ulciscitur lex; nulla lex sibi soli conscientiam justitiæ suæ debet, sed eis a quibus obsequium exspectat. Cæterum suspecta lex est quæ probare se non vult: improba autem si non probata dominetur.* Apud Papinium Achilles Ulyxi se ad bellum excitanti ait:

Quæ

„subditus de justitia belli nunquam judicare potest.

„mm) (MINUS MALUM EST QUAM HOMICIDIUM:) Hoc negamus in casu proposito, inobedientia enim semper crimen est in iis rebus quorum arbitrium in Principem est delatum: homicidium autem nunquam crimen est, si jussu Principis in bello adeoque reipublicæ defendendæ causa committitur, isque id justum judicat.

„*) (NON TAMEN AUSOS DEOS EUM ABSOLVERE:) Recte: Non enim de bello, nec de cædendo hoste ibi agebatur, sed de cæde hominis innocentis, cujus arbitrium non est penes Principem.

„nn) (NEC POTHINUM PTOLOMÆI SATELLITEM:) Qui jussu Principis Pompejum occidit; qui amicus & hospes erat, non hostis.

„oo) (FORE UT ID SI ADMITTATUR PEREAT SÆPE RESPUBLICA:) Imo hoc argumentum magni ponderis est; quia si in arbitrio subditorum esset prætextu causæ injustæ, vel saltem dubiæ, bello abstinere, nemo foret qui rempublicam defenderet.

„pp) (QUIA PLERUMQUE NON EXPEDIAT RATIONES CONSILIORUM EDI POPULO:) Neque Princeps, cui summa rerum delata est, ad id præcise tenetur; ejus enim solius arbitrium est.

„qq) (DE CAUSIS SUASORIIS BELLI.) Quibus quis invitatur ad bellum propter utilitatem quam inde sperat: *Vid. l. 2, c. 1, §. 1, & c. 22. §. 1.* quas rationes sollicite celare solent bellum gerentes.

„rr) (DE JUSTIFICIS VERUM NON EST:) Quibus bellum jure geri probant: Dixi jam Principem non teneri exponere has rationes, neque sæpius expedit eas judicio privatorum exponere.

„ss) (QUAS OPORTET CLARAS ESSE ET EVIDENTES &c.) Imo sufficit Principi tales videri, & ab eo qua tales exponi: Ex superfluo enim his rationibus testatur non sine causa suscipi bellum, an veræ sint an non, vel an prægnantes satis sint, solius Principis est judicium non subditorum, adeoque produntur non ut de iis judicent subditi, sed ut saltem de causis informentur.

„tt) (QUÆ PALAM EXPONI ET POSSINT ET DEBEANT:) Dixi jam exponi rationes non debere, id enim res meri arbitrii est, & si exponuntur, subditorum de iis non est judicium, sed eas probare & defendere tenentur.

„uu) (NIMIS FORTE INDISTINCTE:) Sane infelix esset respublica, ubi subditis liceret judicare de justitia legum.

„vv) (LOCUM JUSTISSIME HABET:) Imo locum non habet, nam nec in legibus ferendis nec in bello, ullum populi est judicium seu arbitrium, ex quo in principem id contulerunt.

„ww) (NEQUE CIVIS FIDELITER LEGI OBSEQUITUR:) Tertullianus non ait civem non obsequi-

Quæ Danais tanti primordia belli,
Ede: [xx] *libet justas hunc sumere protinus iras*

Apud eundem Theseus:

Ite alacres, tantæque precor confidite causæ.

Propertius dixerat:

Frangit & attollit vires & in milite causa:
Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

Cui par illud Panegyristæ: *Tantum etiam inter arma bona conscientia sibi vindicat, ut jam cœperit* [yy] *non virtutis magis quam integritatis esse victoria.* Ac sic viri quidam eruditi interpretantur ריק quod legitur [zz] Gen. XIV, 14: ut sensus sit [α] ministros Abrahami ante prælium ab ipso plene institutos de armorum suorum justitia. *Nazar. Paneg. Constantin Cap. 7. Ed. Cellar.*

7. Et sane denuntiationes, ut mox [β] infra dicemus, [γ] palam fieri solebant & expressa causa, [δ] ut totum quasi genus humanum de justitia causæ posset cognoscere. Scilicet [ε] prudentia virtus est, ut & Aristoteli visum, imperantis propria: [ζ] justitia vero hominis qua homo est.

8. Omnino autem sequenda videtur ea [η] quam diximus Adriani sententia, si subditus non modo dubitet, [θ] sed argumentis probabilibus inductus magis in id propendeat ut bellum injustum esse putet: *Ægid. Reg. de act. supern. disp. 31. dub 5 n. 85 Bonnes 2. 2. q. 40 art. 1. Molina tr. 2. disp. 113.*

„sequi debere legi de cujus justitia dubitat, sed „eum nun *fideliter* obsequi: i.e. eum obsequi cum „repugnantia, & ex sola ratione quia lex est, „sid est mandatum superioris: quod tolerari „potest.

„xx) (LIBET JUSTAS:) Libet causam cognoscere, ut jam nunc illis ex merito infensus fiam „*Gron. h.*

„yy) (NON VIRTUTIS MAGIS QUAM INTEGRITATIS ESSE VICTORIA:) Non tam fortitudini „bellantium quam justitiæ causæ debeatur. *Gron. h.*

zz)(Grot)(GENESIS XIV,14.)Quidam io eundem sensum trahunt vocem חניכיו & interpretantur *a se institutos*. Herodes in oratione ad Judæos post cladem in Arabia, apud *Josephum*: *βύλομαι δὲ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῦ πολεμεῖν ὡς δικαίως αὐτὸ ποιῦμεν, ἐνδεῖξαι, διὰ τὴν ὕβριν τῶν ἐναντίων ἠναγκασμένοι· μέγιστον γὰρ εἰ μάθοιτε τῦτο, προθυμίας αἴτιον ὑμῖν ἔσαι· Volo autem ostendere vobis quam juste suscepermus hoc bellum, coacti inimicorum contumeliis. Id enim si intellexeritis, magnum vobis ad audendum erit incitamentum.* (Antiq. Jud. Lib. xv. Cap. 5. §. 8. *division. Hudson.*)

„α) (MINISTROS ABRAHAMI ANTE PRÆLIUM „AB IPSO PLENE INSTITUTOS:) Imo ibi non opus „erat deliberatione, quia injuria erat notoria, „raptus scilicet Lothi; neque vox illa Ebræa id „significat, est enim a radice ריק *Ric*, *accinxit*, *expedivit*. *Gron. h.*

„β) (INFRA:) *L. 3. c. 3. §. 11.*

„γ) (PALAM FIERI SOLEBANT ET EXPRESSA „CAUSA:) Per clarigationem, seu clara voce factam repetitionem.

„δ) (UT TOTUM QUASI HUMANUM GENUS „DE JUSTITIA CAUSÆ POSSET COGNOSCERE:) Imo „denuntiationes tales non fiebant ut de injuria „constaret, sed ut appareret num nocens satis facere, „i.e. reparare injuriam, an vero armis rem committere velit. *d. c. 3. §. 11.*

„ε) (PRUDENTIA VIRTUS EST IMPERANTIS „PROPRIA:) Adeoque ei judicium competit an „utile sit bellum geri.

„ζ) (JUSTITIA VERO HOMINIS, QUA HOMO „EST:) Recte: At inde non sequitur subditis exponendas esse causas belli, aut judicium iis competere: Nedum inde sequitur denuntiationes belli „ideo fieri ut genus humanum de justitia causæ „cognoscere possit.

„η) (QUAM DIXIMUS ADRIANI:) *Vid. n. 4.* qui „dixerat nec in dubio justum esse bellum.

„θ)(SED ARGUMENTIS PROBABILIBUS INDUCTUS „MAGIS IN ID PROPENDEAT:) Dixi subditum „nec tunc, cum injustitiam causæ certam esse existimat, abstinere a bello posse.

tet: ι præcipue vero si de aliis impetendis, non de suis tuendis agatur.

9. Quin probabile est, κ etiam carnifici qui damnatum occisurus est, hactenus, λ aut quod quæstioni & actis interfuerit, aut ex rei confessione, cognita esse debere causæ merita, μ ut satis ei constet mortem ab eo commeritam: ν idque nonnullis in locis observatur;
Deut. 17. 7. ξ nec aliud spectat lex Hebræa, cum ad lapidandum eum qui damnatus est testes vult ο præire populo.

§. V.

1. Quod si subditorum animis per causæ expositionem a satis ne-
Silv. in verbo bel. p. 1. n. 7. circa fin. queat fieri, omnino officium erit boni magistratus b tributa ipsis potius extraordinaria imperare quam operam militarem: c præsertim ubi non defuturi sunt alii qui militent, quorum voluntate non tantum bona, d sed & mala uti potest rex justus, e quomodo Deus & Diaboli & impiorum parata opera utitur; & sicut culpa caret f qui egestate pressus pecuniam sumit ab improbo fœneratore.

2. Imo

„ι) (PRÆCIPUE SI DE ALIIS IMPETENDIS:) „i. e. In bello offensivo: Dixi sufficere principem „id pro jure habere, hoc enim judicium sequi sub- „diti tenentur.

„κ) (ETIAM CARNIFICI COGNITA ESSE DEBE- „RE CAUSÆ MERITA:) Imo carnifex, ut carni- „fex, cogi ad officium potest etsi injustam cau- „sam putet, quia ejus non est judicium: Potest ta- „men officio suo renunciare, eoque evitare ne- „cessitatem exequendi, quod aliquando contigisse „exemplis probat Author *seq. lit.* μ.

„λ) (AUT QUOD QUÆSTIONI ET ACTIS INTER- „FUERIT, AUT EX REI CONFESSIONE:) Hæc „argumenta fallunt: certum est de jure aut inju- „ris constare non posse nisi examinatis omni- „bus actis.

μ) (Grot.) (UT SATIS EI CONSTET MORTEM AB EO COMMERITAM:) Ideo indicta causa sacerdotes Nobæ habitantes occidere noluere Saulis ministri Doëgo probiores 1 *Sam.* XXII, 17. Et Achabi spiculator tertius nocere Eliæ noluit, 2 *Regum* I, 13. & sequentibus. Aliquot etiam carnifices ad Christum conversi in posterum eo munere ut periculoso abstinuere. Vide *martyrologium*, & *Bedam.* l. 1, cap. 7.

„ν) (INQUE NONNULLIS IN LOCIS OBSERVA- „TUR:) Imo nullibi: carnifex tenetur sequi judi- „cium magistratus: Vide locum Chrysostomi „quem allegavit Author supra *§. 4. n. 1. in not.*

„ξ) (NEC ALIUD SPECTAT LEX HEBRÆA:) „Imo id non fiebat ut executori satis constet reum „mortem meritum esse: id enim ex sententia jam „apparebat; Sed ad deterrendos testes ne falsum „testimonium dicant, quia sanguis rei in testem „redundabat.

„ο) (PRÆIRE POPULO:) Prima Saxa mittere. „*Vid. Deut. XIII. v. Gron b.*

„a) (SATIS NEQUEANT FIERI:) i. e. persua- „deri ut credant se jure bellum gerere. *Gron. b.*

„b) (TRIBUTA IPSIS POTIUS EXTRAORDINA- „RIA IMPERARE:) Anne res eodem recidit? Sive „enim ipse hostem occidam, sive tributa solvam in „eum finem ut hostis occidatur, ego causa sum „cædis.

„c) (PRÆSERTIM UBI NON DEFUTURI SUNT „ALII QUI MILITENT:) Nimirum pro mercede: „Equidem laudabiliter Princeps facit si id agit, „at non tenetur.

„d) (SED ET MALA UTI POTEST REX JUSTUS:) „Sufficit enim quod causa justa sit, bonitas vel ma- „litia instrumenti non inspicitur.

„e) (QUOMODO DEUS ET DIABOLI ET IMPIO- „RUM PARATA OPERA UTITUR:) Exemplo Jobi „qui a Diabolo, & Israelitarum qui a Gentilium „regibus vexabantur, permittente Deo.

„f) (QUI EGESTATE PRESSUS PECUNIAM SU- „MIT AB IMPROBO:) Exemplum hoc plane huc „non quadrat. Nam & mutuum accipere est actus „licitus; & fœnus etiam maximum recipere na- „tura illicitum non est. *Vid. supra c 20. §. 42.*

„g) (UT CHRISTIANI INVITI COGANTUR MI- „LITARE:) Imo officium est subditorum reipu- „blicam defendere.

„h)

2. Imo etiam, si de causa belli dubitari non possit, minime tamen videtur æquum [g] ut Christiani inviti cogantur militare; cum a militia abstinere, etiam cum militare liceat, [h] majoris cujusdam sit sanctitatis, [i] quæ & a clericis & [k] a pœnitentibus diu exacta est, [l] aliis vero omnibus multis modis commendata. Origenes Celso, Christianis objectanti militiæ detrectationem, sic respondet: *His qui a fide alieni pro republica militare nos jubent, & homines occidere, ita respondebimus: Hi qui simulacrorum vestrorum sunt sacerdotes, & deorum quos putatis flamines, dextras puras servant sacrificiorum ergo, ut ea incruentis & nulla cæde maculatis manibus offerant his qui creduntur dii: neque si quod exoriatur bellum [m] sacerdotes asscribuntur numeris. Quod si id ratione non caret, quanto magis cæteris militantibus, illi quoque [n] suo modo censendi sunt militare, tanquam Dei sacerdotes atque cultores, [o] qui manus quidem servant puras, sed precibus apud Deum certant pro his qui juste militant, & pro eo qui juste regnat?* quo in loco [p] sacerdotes vocant quosvis Christianos, exemplo sanctorum scriptorum, Apoc. I, 6: 1 Pet. XI, 15. *Contr. Celsum, Lib. 8. p. 427. Ed. Cantabrig.*

§. VI.

1. Arbitror vero evenire etiam posse, ut in bello [a] non dubio tantum sed & manifeste injusto justa aliqua esse possit subditorum defensio. [b] Nam cum subditos innocentes, & a belli culpa remotos inter

„h) (MAJORIS CUJUSDAM SIT SANCTITATIS:) „Imo sanctissima res est patriam defendere etiam, „si alitar non potest, armis.

„i) (QUÆ ET A CLERICIS:) Id lege civili ita „statutum est; nam aliquando etiam sacerdotes „militabant apud Gentiles, uti mox videbimus: „accedit quod rempublicam defendant precando „pro populo; nam ad id speciatim constituti sunt: „*l. 1. c. 2. §. 10.*

„k) (ET A POENITENTIBUS:) Rationes singu„lares exposuimus supra *l. 1. c. 2. §. 10. n. 7. n. „9. seq.*

„l) (ALIIS VERO OMNIBUS MULTIS MODIS COM„MENDATA:) Imo nullibi commendatur ut subditi „patriam indefensam relinquant: quod vero Ro„manorum ævo abstinuerint, idque tunc probatum „fuerit, ejus rei causas ipse allegat Grotius *l. 1. c. „2. §. 9. n. 3. & 4.*

„m) (SACERDOTES ADSCRIBUNTUR NUMERIS:) „Sacerdotes Romæ vacationem militiæ habebant, „præterquam bello Gallico. *Plut. Camill. p. 151. „& Marcello p. 299. Gron. h.*

„n) (SUO MODO CENSENTUR MILITARE:) I. e. „Bonam & utilem bello navare operam. *Gron. h.*

„o) (QUI MANUS QUIDEM SERVANT PURAS:) „A sanguine humano abstinentes. *Suet. in Tito c. „9. Gron. h.*

„p) (SACERDOTES VOCAT QUOSVIS CHRISTIA„NOS:) Imo non vocat Sacerdotes, sed ait chri„stianos ad exemplum sacerdotum precibus cer„tare: Cæterum hunc ipsum Originem bella ap„probare apparet ex *Grot. L. 1. c. 2. §. 9. n. 2.*

„(AD §. VI.) Author ait subditos etiam in bello „injusto jure necessariæ defensionis hostem repel„lere posse: Nos diximus eos pro defensione reipu„blicæ semper teneri jubente Principe militare.

„a) (NON DUBIO TANTUM SED ET MANIFE„STE INJUSTO:) Adeoque ubi ex hypothesi Au„thoris refragari magistratui licet, & inobedientia „justa est. *Vid. §. 4. n. 5.*

„b) (NAM CUM SUBDITOS INNOCENTES &c.) „Imo hostis semper habet jus interficiendi subdi„tos sui hostis: neque illi unquam sunt innocen„tes, aut a culpa belli remoti, quia judicium Prin„cipis sequi, ejusque causam operis & opibus de„fendere tenentur, adeoque resistunt reparationi „injuriæ quam alter sibi factam contendit. Atque „ideo etiam jure interno tanquam hostes inter„fici possunt.

„c) (JUS VERUM ET INTERNUM:) Originem

 distin-

interficiendi [c] jus verum & internum hostis, [d] justum quamvis bellum gerens, non habeat, [e] nisi aut ad necessariam defensionem, [f] aut per consequentiam & extra propositum, [g] (pœnæ enim illi obnoxii non sunt) sequitur ut si certo constet [h] hostem eo venire animo, ut hostilium subditorum vitæ parcere cum possit, omnino nolit, subditi illi tueri se possint [i] ex jure naturæ, [k] quod gentium jure ademtum illis non est.

2. [l] Neque tunc dicemus bellum utrinque justum esse, [m] non enim de bello, sed de certa ac definita actione quæritur. [n] Illa autem actio, [o] quamvis de cætero jus ad bellum habentis, injusta est, [p] & proinde juste repellitur.

„distinctionis inter jus internum & inter jus „externum exposuimus in *Diss. proœm. IX. §. 61. „& late seq.* Author per *jus internum* intelligit „jus naturæ sociale, quod semper supponit justam „causam, qualem non esse in subditos innocentes „putat. *d. §. 61.* Ceterum *jure externo* in bello „jure gentium solenni occidi etiam civem inno„centem posse fingit. *dict. diss. IX. §. 63. seq. §. 67. „n. 1.* At hoc jus externum saltem impunitatem „concedere ait *ibid. §. 65.* Quæ latius examina„vimus *ibid. §. 168.*

„*d*) (JUSTUM QUAMVIS BELLUM GERENS:) Imo „subditus, qui reparationi injuriæ resistit, semper „injuria agit.

„*e*) (NISI AUT AD NECESSARIAM DEFENSIO„NEM:) At semper adsunt termini necessariæ de„fensionis si subditi hostis operis & opibus re„parationem juris impediunt.

„*f*) (AUT PER CONSEQUENTIAM ET EXTRA PRO„POSITUM:) Ut in urbis obsidione, ubi nocentes „æque ac innocentes periculo expositi sunt: sed „dictum jam est, cives hostis mei nunquam esse „innocentes, quia tenentur sequi judicium Princi„pis, ejusque causam defendere saltem opibus suis.

„*g*) (POENÆ ENIM ILLI OBNOXII NON SUNT:) „Imo sunt; nam sequuntur judicium sui Principis; „bonis & operis eum adjuvant, adeoque causa sunt „cædium ac rapinarum, quæ in bello commit„tuntur.

„*h*) (HOSTEM VENIRE EO ANIMO, UT HOSTI„LIUM SUBDITORUM VITÆ PARCERE CUM POSSIT „OMNINO NOLIT:) Mens Authoris est, subditum „salva conscientia non posse assistere principi „quem arbitratur justam causam non habere: ad„eo ut si hostis ei imperium eripit, bona ci„vibus aufert, vel captivos eos abducit, pati id „teneantur: solo casu excepto ubi hostis vitam „adimere vult subditis cum possit iis parcere.

„Nos jam diximus subditum semper teneri sequi ju„dicium Principis, adeoque, cum causam ejus sequi „& defendere tenetur, jure occidi posse, quia „juris nostri reparationi resistit.

„*i*) (EX JURE NATURÆ:) Adeoque ex jure in„terno, nimirum ex jure necessariæ defensionis.

„*k*) (QUOD GENTIUM JURE ILLIS ADEMTUM „NON EST:) Ex hypothesi enim Authoris *jure „gentium* hactenus *jus naturæ* mutatum est, ut „subditos hostis innocentes interficere liceat ad „effectum impunitatis; non vero hactenus, ut sub„ditis illis innocentibus sese defendere non liceat, „etsi princeps injustam causam defendat: At toties „dictum est, hostis subditos non esse innocentes, „neque jus tale gentium voluntarium cognitum „esse gentibus; indeque omnia hæc gratis dici.

„*l*) (NEQUE TUNC DICEMUS BELLUM UTRIN„QUE JUSTUM ESSE:) Juste enim videtur agere „hostis qui se contra bellum injustum defendit, „& juste quoque videtur agere subditus innocens „qui se contra vim hostilem tuetur.

„*m*) (NON ENIM DE BELLO, SED DE CERTA „ET DEFINITA ACTIONE QUÆRITUR:) Scilicet „de cæde civis innocentis: At hæc ipsa cædes non „est, injusta nec jure interno.

„*n*) (ILLA AUTEM ACTIO &c. INJUSTA EST:) „Quia ex hypothesi Authoris hostis non habet jus „verum & internum occidendi subditos innocen„tes: *Vid. n. 1.* quod jam refutavimus.

„*o*) (QUAMVIS DE CAETERO JUS BELLUM HA„BENTIS:) Scl. contra Principem illius subditi inno„centis injuria agentem.

„*p*) (ET PROINDE JUSTE REPELLITUR:) Diximus „actionem qua civi hostis nocetur nunquam in„justam esse, qua civis ille, qui operis & opibus „suis causam hostis defendere tenetur, nunquam „innocens est: adeoque verum non est eum juste „repelli.

FINIS PARTIS SECUNDÆ.

